E. 3
CA NAZ
XVI
D
16
NAPOLI

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XVI
D
16 OLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

IVSTI HENNINGII BOEHMERI
ICTI POTENTISS. REG. BORVSS. A CONSIL. INTIM. DIRECT. ACAD.
ORDINIS ICTORVM PRAESID. VICARII ET PROF. IVR.
ORDIN. IN REGIA FRIDERIC.

IVS ECCLESIASTICVM PROTESTANTIVM,

VSVM HODIERNVM
IVRIS CANONICI

IVXTA SERIEM LIBRI III. DECRETALIVM,
QVO IVRA CAPITVLORVM TRADVNTVR,
OSTENDENS
ET
IPSIS RERVM ARGVMENTIS
ILLVSTRANS.

TOMVS II.

EDITIO QVINTA CORRECTIOR.

B. R. NEAPOLIS

CVM PRIVIL. SACR. CAESAR. MAIEST. POTENTISS. REG. POLON.
AC BORVSS. NEC NON ELECTOR. SAXONIAE ET BRANDENB.
HALAE MAGDEBVRGICAE,
IMPENSIS ORPHANOTROPHEI MDCCLXII.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO
DOMINO
GEORGIO II.
MAGNAE BRITANNIAE
FRANCIAE ET HIBERNIAE
REGI
FIDEI DEFENSORI
DVCI BRVNSVICENSI
ET LVNEBVRGENSI
SACRI ROMANI IMPERII
ARCHI - THESAVRARIO
ET ELECTORI

PRINCIPI
PIO FELICI AVGVSTO.

Digitized by Google

SERENISSIME AC POTENTISSIME

REX ET ELECTOR

DOMINE LONGE CLEMENTISSIME

egnorum ac rerumpublicarum hæc eſt intima ratio, vt ad inſtar vaſtisſimi alicuius corporis optimo et multum prouidente mo-

Digitized by Google

moderatore indigeant, qui ſpiritum vitamque ciuilem ſuſtentet, dirigat, et conuenientibus mediis incolumitati eius conſulat. Inter hæc *iuſtitia* et *religio* principatum tenent, quæ vinculo huic robur addunt immortale, populumque ad colendum Deum et ſuum cuique tribuendum adducunt inuitantque, quippe in quibus duobus fulcris ſalus eius continetur. Magna Britannia ab antiquiſſimis temporibus his duabus radicibus, veluti legibus ſuis fundamentalibus, ſuffulta et nixa fuit, vt nihil prius, nihil antiquius vnquam habuerit, imo hodierno potiſſimum tempore ſub auguſtiſſimis TVIS gubernaculis, REX RELIGIOSISSIME pariter ac IVSTISSIME, vtriusque vigor expreſſior atque illuſtrior factus ſit. Quodſi enim in TE oculos defigit ſuos, quod quotidiano cultu et obſequio deuotiſſimo fit, imaginem maiorum TVORVM auguſtiſſimorum in TE expreſſam veneratur, ſimulque animaduertit, TIBI nihil magis curæ cordique fuiſſe, quam MAGNI quondam PATRIS veſtigia legere, et Britanniæ magnæ certiſſima dare documenta, TE tot virtutum præſidio munitum, tantoque illuſtriſſimorum

exemplorum comitatu circumſeptum, a *religionis* cultura et *iuſtitiæ* tramite deflectere non poſſe. Non ſine cauſa ergo ad TE, REX POTENTISSIME, confugiunt, qui cauſam *religionis* agunt, *iuſtitiæ*que penetralia rimantur, et cum vtriusque viam in *hoc volumine ſecundo iuris eccleſiaſtici* fuerim ingreſſus, temperare mihi non potui, quin AVGVSTISSIMO NOMINI TVO illud conſecrarem, et memor patrii ſoli, quod *Hannouera* mihi dedit, ſubmisſisſimæ mentis argumentum ederem. Si quid audacius hac in re commiſiſſe videor, inuſitatam TVAM clementiam in ſubſidium aduocabo, quæ ad TE mihi aditum patefecit, meque in poſterum quoque inflammabit, vt pro ſalute REGIAE ac ELECTORALIS DOMVS vota precesque concipere non intermittam.

MAIESTATI TVAE
SERENISSIME AC POTENTISSIME
REX ATQVE ELECTOR

Halæ, d. 21. Mart.
MDCCXXXII.

ſubiectiſſimus
IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER.
PRAEFA

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Iam dudum eſt, ex quo publicam de edenda *ſecunda parte iuris eccleſiaſtici Proteſtantium ad librum III. Decretalium*, fidem dedi, quam nunc tandem libero. Sunt academici labores ita comparati, vt nos ſæpius vel inuitos ab incepto curſu reuocent, et ad ea, quæ quotidie obuia et ex officio expedienda ſunt, trahant. Sed ſat cito, ſi ſat bene! Conſtitueram quidem, in hac altera parte *totius libri tertii Decretalium* illuſtrationem complecti, vt tandem in tertiam partem *quarti et quinti libri* enucleationem et explicationem coniicere poſſem. Verum vbertas materiarum, quas in *titulis XXIX. lib. III.* deprehendi, mutare ſententiam coegit, meque induxit, vt in *tit. de ...aroch.* huic parti finem imponerem, cui etiam aliæ ...cceſſere rationes. Duo omnino ſunt momen-

 ta,

Digitized by Google

ta, quæ in libro tertio pertractantur. Primum complectitur *iura ecclesiarum cathedralium, capitulorum* et *parochiarum:* alterum potissimum tangit *iura liturgica.* Prima pars huius libri se extendit vsque ad *titulum XXX:* in sequentibus potissimum de *liturgiis* agitur, quæ commode in *tertia parte*, si Deus vitam viresque concesserit, excuti et examinari possunt. Et quamuis adhuc quædam, ad *lucra et iura parochialia* spectantia, in sequentibus tradantur; malui tamen in *tit. de parochiis* subsistere, quod ante annum alteram editionem tractatus mei *de iure parochiali* iam adornauerim, qui instar commentarii *huius tituli* esse potest. Imo ea de causa iisdem typis eademque forma, quod vocant, hunc tractatum imprimendum curaui, vt commode huic *parti secundæ*, instar alicuius accessorii, et tituli eius, in quo finio, commentarii, accedere possit, quem proinde vix binis verbis tangere placuit. Recensentur itaque in hoc tomo præcipue *iura capitulorum*, leui brachio a plerisque tacta, vt fere hactenus in abdito latuerint. Quæ ius canonicum de iis refert, rem non exhauriunt, quin pleraque inter *secreta* et *arcana* habentur, vt olim formulæ apud Romanos, quæ ab iis, qui in magna potentia erant, tanquam a Chaldæis petebantur, vt ait CICERO *pro Muræna.* Et tamen cum etiam in his iuribus viuamus, rei litterariæ et publicæ conducit, vt, quantum fieri pot-

Digitized by Google

poteſt, hæc myſteria enuncientur, et paulo plenius explicentur. Huic inſtituto maxime inſeruierunt ſtatuta capitulorum, antiqua diplomata, conſuetudinum eccleſiaſticarum congeſta monumenta et inde deductæ probabiles coniecturæ, quin etiam acta iudicialia paſſim ad *Facultatem noſtram* transmiſſa, non leue mihi adiumentum attulerunt, vt præſentem capitulorum ſtatum, mores et iura ex illis colligere, et praxin oſtendere potuerim. Differunt quidem capitula iuribus, ritibus, moribus: in plerisque tamen conuéniunt, cum eundem ſcopum ſibi propoſuerint, et ad eandem metam cucurrerint. Si in quibusdam erratum eſt, eo facilius me veniam impetraturum eſſe confido, quod in occultis et obſcuris facile quilibet in deuia deflectere queat. Vniuerſum ſcopum huius libri delineaui in præfixa imagine, *capitulum* repræſentante, in quo ſancte aſſeruantur iura, mores, ſtatuta, quod aperiendum eſſe cenſui. Adiunxi ſchema *ſedecim maiorum*, quod hi, qui ad canonicatus adſpirant, ſeſe legitimare debent, vt computandi ratio in promtu eſſet. Eadem etiam in hac parte vſus ſum methodo, quam in *prima parte* obſeruaui, et ſic etiam *diſſertationem præliminarem* præmiſi, in *tertia parte* eandem etiam V. D. methodum ſecuturus. Dab. Halæ, d. 16. April. M DCC XVII.

Digitized by Google

INDEX TITVLORVM,
in altera parte iuris eccleſiaſtici Proteſtantium explicatorum ſecundum ſeriem alphabeticam.

C.

De clericis non reſidentibus in eccleſia vel præbenda. *lib. III. tit. 4.*
Clericis coniugatis. *lib. III. tit. 3.*
Clerico ægrotante vel debilitato. *lib. III tit. 6.*
Cohabitatione clericorum et mulierum. *lib. III. tit. 2.*
Commodato. *lib. III tit. 15.*
Conceſſione præbendæ et eccleſiæ non vacantis. *lib. III. tit. 8.*

D.

De Depoſito. *lib. III. tit. 16.*
Donationibus. *lib. III. tit. 24.*

E.

De Emtione et venditione. *lib. III. tit. 17.*

F.

De Feudis. *lib. III. tit. 20.*
Fideiuſſionibus. *lib. III. tit. 22.*

H.

De his, quæ fiunt a prælato ſine conſenſu capituli. *lib. III. tit. 10.*
his, quæ fiunt a maiore parte capituli. *lib. III. tit. 11.*

I.

De Inſtitutionibus. *lib. III tit. 7.*

L.

De Locato et conducto. *lib. III. tit. 18.*

N.

Ne, ſede vacante, aliquid innouetur. *lib. III. tit. 9.*

P.

De Parochiis et alienis parochianis. *lib. III tit. 29.*
Peculio clericorum. *lib. III tit. 25.*
Pignoribus et aliis cautionibus. *lib. III. tit. 21.*
Præbendis et dignitatibus. *lib. III. tit. 5.*
Precariis. *lib. III. tit. 14.*

R.

De Rebus eccleſiæ alienandis vel non. *lib. III. tit. 13.*
Rerum permutatione. *lib. III. tit. 19.*

S.

De Sepulturis. *lib. III. tit. 28.*
Solutionibus. *lib. III. tit. 23.*
Succeſſionibus ab inteſtato. *lib. III. tit. 27.*

T.

De Teſtamentis et vltimis voluntatibus. *lib. III. tit. 26.*

V.

De vita et honeſtate clericorum. *lib. III. tit. 1.*
Vt eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur. *lib. III. tit. 12.*

IVS

Digitized by Google

IVS
ECCLESIASTICVM
PROTESTANTIVM,

VSVM HODIERNVM

IVRIS CANONICI

IVXTA SERIEM

LIBRI TERTII
DECRETALIVM

DEMONSTRANS.

Digitized by Google

Digitized by Google

DISSERTATIO PRAELIMINARIS
DE
IVRE CIRCA LIBERTATEM CONSCIENTIAE.

§. I.

Libertatis insignis fauor.

Nomen dulce libertatis eſt, vt ait CICERO *lib. V. in Verrem*, imo non tantum *nomine*, ſed *re ipſa* iucunditatem gratiamque habet, vt naturali eius homines deſiderio ducantur. E contrario imperium, dominatum, coactionemque, quæ *libertati* ſunt contraria, hominis natura vtplurimum fugere, malis annumerare, et quæuis, pro ea tuenda, pericula ſubire ſolet. Bella geruntur *pro libertate* cruentiſſima, et nondum aſſuetæ frenis ſeruitutis ceruices ab impoſito iugo reſilire cogitant: iudicia perſonant litibus quotidianis de aſſerenda vel neganda *libertate*: ſcriptis publicis libertas adſtruitur contra eius oppreſſores, imo libertati nihil magis conueniens videtur, quam libertatem propugnare. *Quid* enim *tam populare quam libertas? quam non ſolum ab hominibus, verum etiam a beſtiis expeti, atque omnibus rebus anteponi videmus*, vt vtar verbis TVLLII *de lege agrar. contra Rull.*

Cuius variæ dantur ſpecies.

§. II. Dantur vero variæ, pro diuerſitate *obiecti*, libertatis *ſpecies*. Datur *libertas perſonarum*, ſeruituti oppoſita, qua quis extra omnem alterius proprietatem eſt conſtitutus. Datur *libertas rerum* et *prædiorum*, ſeruituti eorum oppoſita, *l. 8. D. de act. emt. l. 52. §. 1. eod.* Nota eſt *libertas ciuilis*, quæ liberis et nulla dominatione

Digitized by Google

oppreſſis ciuitatibus debetur. *Eccleſiis* etiam tribuitur *libertas*, vtut diuerſimode definiatur. Alii illas *liberas* eſſe dicunt, quæ a ceruicibus ſuis *iugum ſeruile papale* deiecerunt; alii, quæ principum poteſtati non ſubſunt, *liberas* iudicant; alii aliter rem determinant, prout ſectæ ſtudium animos obnoxiorum impellit, ceu oſtendi in *obſeruat. ad Petrum de Marca p. 70.* Denique, vt alias ſpecies omittam, datur etiam *libertas conſcientiæ*, quæ adeo hominibus grata et commendata eſſe ſolet, vt eam omnibus aliis rebus, imo ipſi vitæ, anteponendam eſſe iudicent. Cum vero, quid liceat, iuſtumque ſit pro *libertate conſcientiæ* tuenda, conſeruanda et aſſerenda, multis inuolutum ſit nodis, et tamen ingens momentum quæſtionibus, circa rem diuinam occurrentibus, inde afferatur, non inutilem me ſuſcepturum laborem eſſe credidi, ſi, antequam diſcuſſionem tot ſcopuloſarum difficiliumque rerum, quæ maiorem laborem ſtudiumque deſiderant, et inprimis in his *tribus libris Decretalium*, quorum illuſtrationem ſuſcepi, occurrunt, aggrediar, ea, quæ recta ratio, leges ſcriptæ, maxime fundamentales imperii noſtri, de hac *libertate* diſponant, penitius euoluam, et æquo adhibito temperamento excutiam, ne *licentiæ*, quæ prætextu *libertatis conſcientiæ* ſæpe velatur, indulgeam, aut *dominatui in conſcientiam* faueam.

Inter quas principatum tenet libertas conſcientiæ.

§. III. Dixi, ex *recta ratione* et *legibus ſcriptis* euoluendum eſſe, quid circa hanc *libertatem* iuſtum ſit. Rectam rationem, in *iure naturæ* expoſitam declaratamque, merito huc aduoco, quippe quæ ex natura et indole *conſcientiæ* egregie inculcat traditque, quid circa eius *libertatem* iuſtum ſit? quam qui in hac doctrina neglexerunt, non potuere non in ſcopulos ſyrtesque incidere. Huic adiungo *ſcripturam ſacram*, quæ rectæ rationis dictamina *perfectius* firmat et enucleat, dominatumque in *conſcientias* reprobat. His ſubiungam *leges fundamentales imperii*, *pacem religioſam*, *transactionem Paſſauienſem*, et inprimis *inſtrumentum pacis*, quod hinc inde, inprimis *art. V. §. 29. 34. 48. VII. §. 1.* libertatem conſcientiæ firmat ſtabilitque. *Ius Romanum pontificiumque* ab hac doctrina vel ideo remouere cogor, quod vtrumque craſſiſſimum *dominatum in conſcientias* foueat alatque, libertatique conſcientiæ inſidias ſtruat, vti noto notius eſt. Neque enim deterreor illorum auctoritate, qui ius vtrumque receptum eſſe obiiciunt, arbitranturque cum LVDOVICO Bauaro, in *edicto* anno 1338. edito, *ius Cæſareum* et *pontificium* eſſe *cæleſtem theſaurum*, ex quo omnis veritas haurienda ſit, quod adfert ALBERICVS ROSATE *ad l. 3. C. d. annal. præſcript.* Sicuti enim

Cuius iura potiſſimum ex recta ratione et legibus publicis eruenda.

Non ex iure Romano et Canonico.

Digitized by Google

enim posterius ignorantiæ rerum moralium, quæ tempore LVDOVICI Bauari animos hominum occœcauerat, tribuendum est; ita prius cum grano salis accipiendum, asserendumque est, ius vtrumque iis in doctrinis, quæ *conscientiæ* causas tangunt, *iudicis* locum subire non posse, præsertim cum ipsum instrumentum pacis *art. XVII. §. 3.* sanciat, *nulla iura canonica vel ciuilia, communia vel specialia, conciliorum decreta, contra hanc transactionem vllumque eius articulum aut clausulam vnquam allegari, audiri, aut admitti debere*, quo ipso simul *libertati conscientiæ*, quæ vtroque iure prorsus conculcata erat, mirifice prospectum, simulque indigitatum est, harum causarum decisionibus ius vtrumque inseruire non posse nec debere. Quæ ex vtroque iure adducam, magis eorum reprobandorum quam adstruendorum gratia adferam, vt veritas eo rectius in tuto collocetur loco.

§. IV. Necesse vero ante omnia est, vt *conscientiæ*, eiusque *libertatis* genuina indoles et ratio eruatur. Sensus communis docet, hominem constare duabus facultatibus, *intellectu* et *voluntate*. ILLE occupatus est in formandis in animo *ideis* rerum, in *cogitando* et *ratiocinando* de variis obiectis animo repræsentatis. HAEC vero facultatem denotat *appetendi*, *desiderandi* et *concupiscendi* illud, quod vel *bonum* est, vel *sub specie boni* sese nobis insinuat. Quamuis vero hæc in multis trahat, dirigat, imo rapiat *intellectum* in peiorem partem, vt peruersum de rebus iudicium ferat, et quod voluntas tanquam *bonum* appetit, etiam *bonum* esse iudicet; est tamen facultas hæc *cogitandi* et *iudicandi* ab altera, qua quid *appetimus*, diuersa, diuersasque operationes edit, vt in moralibus plenius traditur. Conscientiæ sedes.

§. V. Inter has operationes magnam inter homines vim habet *conscientia*, quippe quæ ab *intellectu* etiam dependet, et nihil aliud est, quam *argumentatio* seu *iudicium hominis de actionibus suis, secundum leges aliasque normas obligatorias, institutum, vt earum bonitatem aut prauitatem inde colligat.* B. BVDDEVS *in theol. moral. P. I. c. 1. sect. 3. §. 1.* Præsupponit conscientia (1) *notitiam accuratam factorum propriorum*, de quorum *bonitate* et *malitia* iudicat: (2) *scientiam normæ illius*, ad quam actiones nostræ sunt conformandæ, siue a natura sit insita, et per rectam rationem cognita, siue a supremo legislatore præscripta. Neque vero tantum *leges* stricte dictæ, siue *naturales*, siue *positiuæ*, in hoc tribunali internæ mentis normam constituunt, sed etiam præcepta *virtutum*, *honestatis*, *amoris*, *pietatis* et inprimis *religionis*; hæc enim potissimum hominum mentes constringit occupatue, vt actiones suas secundum eius regulas et Eius definitio et principia.

Digitized by Google

præcepta componere ſtudeant, et, an compoſitæ et ad eas formatæ fuerint, iudicent. Vnde eleganter in ſacris hoc *iudicium intellectus* nomine *cogitationum* venit, ſemet inuicem *incuſantium* et *excuſantium*, *Rom. II, 15.* quia reuera *conſcientia* ratiocinationem denotat, hæc vero in *cogitando* conſiſtit, et inde *forum internum*, *tribunal internum* etc. quoque dicitur.

Quo ſenſu forum internum dicatur?

Sicut enim iudex quilibet, in *foro externo* de actionibus externis ſententiam ferendo, circa hæc duo ſollicitus eſſe debet: α) vt *notitia ipſius facti* plene et quoad omnes circumſtantias inſtructus ſit, cui ius applicandum eſt: β) vt *ſcientia iuſti et iniuſti* imbutus ſit, normamque legum intelligat, ſecundum quam de actionibus controuerſis iudicandum, quod vel ipſa *iurisprudentiæ* definitio innuit; ita quoque homo, qui de propriis actionibus iudicat, ſecundum normam præſcriptam, ſui ipſius iudex eſt, ſemetipſum vel condemnat, vel abſoluit, interna mentis ratiocinatione, et prout actiones ſuas ad normam præſcriptam vel compoſitas, vel non compoſitas cognoſcit, ſententiam fert, ſemetipſum *abſoluendo* a reatu vel *condemnando*, in qua *ratiocinatione* conſcientia conſiſtit. Bene IVVENALIS *ſatyr. XIII. pr.*

Exemplo quodcunque malo committitur, ipſi
Diſplicet autori; prima eſt hæc vltio, quod ſe
Iudice nemo nocens abſoluitur, improba quamuis
Gratia fallacis prætoris vicerit vrnam.

Dicitur etiam mens,

§. VI. Hoc intuitu quoque conſcientiam *mentem* vocare ſolent, inprimis Stoici; et quia *diuinitatem* eidem adſcripſerunt, imo ipſum DEVM eſſe voluerunt, non adeo mirandum eſt, conſcientiam quoque

et DEVS a Stoicis.

tanquam *DEVM*, menti noſtræ inſidentem, habitam fuiſſe, vt CICERO in *Catone maiore* et *Scipionis ſomnio* alibique paſſim docet. Hinc IDEM *lib. III. de offic. c. 10.* iuraturum adhortatur, vt *meminerit, Deum ſe adhibere teſtem, id eſt, vt arbitror, mentem ſuam*, (ſeu conſcientiam) *qua nihil homini dedit ipſe Deus diuinius.* IDEM *orat. pro A. Cluentio* iudicat, honis magni et ſapientis eſſe, *maxime æſtimare conſcientiam mentis ſuæ, quam ab Diis immortalibus accepimus, quæ a nobis diuelli non poteſt, quæ ſi optimorum conſiliorum atque factorum teſtis in omni vita nobis erit, ſine vllo metu et ſumma cum honeſtate viuemus.* Ita vero Stoici *conſcientiam* voluerunt eſſe *ipſum DEVM*, menti noſtræ inſidentem, et iudicantem de actionibus noſtris, quem errorem merito perſtrinxit B. BVDDEVS *animaduerſ. in Petri Chauuini librum de relig. nat. c. V. §. 9.* Eſt conſcientia ipſa *mens, intellectus*, eiusdemque *ratiocinatio* et *diiudicatio* actionum noſtrarum; et quamuis mens hominibus a DEO indita ſit, non tamen *ipſe Deus* eſt.

§. VII.

Digitized by Google

§. VII. Ceterum mens noſtra iudicat vel de *factis* vel de *faciendis*; vnde conſcientia eſt vel *conſequens* vel *antecedens*. Illa *facta* tam *externa* quam *interna* ſecundum normam præſcriptam examinat; hæc vero *facienda*. B. THOMASIVS *in iurisprud. diu. lib. I. c. 1. §. 56. ſqq.* Vtrinque vel *recte* iudicat, vel *erronee*: inde conſcientia eſt vel *recta* vel *erronea*: erronea oritur tum ex falſis principiis, ſecundum quæ mens examen inſtituit, tum ex *factorum* et *faciendorum* ſuperficiaria vel falſa inſpectione, dum *facta* vel *facienda* aliter menti ex impulſu voluntatis repræſentamus, quam reuera ſeſe habent. Communis enim ſenſus docet, intellectum admodum ſeduci a *voluntate* eiusque impulſu, vt aliter ſæpe rem concipiamus, quam prout reuera eſt. Qui morbo regio laborant, res quascunque peruerſe ſibi concipiunt, quas integris ſenſibus præditi rectius concipiunt. Homines natura improbi ſunt, et morbo innato laborant, ob quem, ductu concupiſcentiarum ſuarum, facta vel facienda peſſime minusque recte inſpiciunt, nec ſecundum rei veritatem examinant, imo ne quidem *certam conſcientiam* de iis ſibi formare poſſunt. *Et hinc patet*, ait B. BVDDEVS *in theol. moral. P. I. c. 1. ſect. 3. §. 20. in not. quod ſoli credentes et regeniti certam conſcientiam habere queant, quippe ad quam requiritur non tantum, vt certo ſciam, actionem meam bonam eſſe, ſed eam etiam DEO placere.* Porro in ipſis normis ſeu principiis, ad quæ actiones noſtræ ſunt componendæ, mira eſt diuerſitas, maxime quæ *religionem*, *cultumque Dei* reſpiciunt, et inde quoque eſt, quod diuerſiſſima ſint de actionibus iudicia, etiam inter eos ſæpe, qui eandem profitentur religionem. Docent hoc ipſum Caſuiſtæ, vt vocantur, qui *caſus conſcientiæ* conſarcinarunt, qui non tantum contentione, ſed opinionum diſſenſione a ſe inuicem diſcrepant, et ita vt plurimum frigent et inutiles ſunt, dum ſuam conſcientiam, h. e. iudicium mentis ſuæ ſecundum principia, quibus imbuti ſunt, aliorum actionibus normam eſſe volunt.

Iudicat vel de factis vel de faciendis

communiter erronee.

§. VIII. Fluit ex hactenus dictis, (I) in *factis* quæri: vtrum hoc vel illud ſalua conſcientia factum ſit? in *faciendis* vero: vtrum illa conſcientia hoc vel illud ſuſcipi queat? veluti, an miniſter eccleſiæ, quem indignum nouit, admittere ad S. cœnam? nummum confeſſionarium accipere? confeſſionarium mutare? exorciſmum adhibere? reſignare et ordini clericali renunciare? etc. poſſit. (II) Quando de ipſis *principiis*, ad quæ examen actionum noſtrarum inſtituendum, dubitatio vel ſcrupulus naſcitur, veluti an hoc vel illud prohibitum ſit? peritiores conſulere, aliosque audire tutiſſimum eſſe volunt, vt horum ratio-

Differentia inter iudicium de factis et faciendis.

An alios conſulere conſultum ſit?

Digitized by Google

rationibus excuſſis, ipſimet de agendis firmius iudicium ferre poſſint. Sed α) hæ non ſufficiunt, cum *in theſi* tantum, *quid permiſſum ſit?* doceant, non autem *in hypotheſi*, an huic vel illi hoc vel illud permiſſum ſit? oſtendant. Quod hic ſalua facit conſcientia, alter non ſine læſione conſcientiæ perpetrat. Deus cor intuetur, et intentionem examinat, quæ, quatenus a veritate diuina aliena eſt, actum, quem alii approbant, in agente omnino reprobat. Cum itaque, qui conſilia circa *quæſtiones conſcientiæ* ſuppeditant, de *intentione*, et *interna mentis operatione* alterius iudicare non poſſint, admodum intutum eſt, ab aliis, quid ſalua conſcientia fieri poſſit? petere. Præterea 6) cauendum, ne ſub prætextu *conſiliorum* laicis frenum iniiciatur, vt de quæſtionibus, tangentibus conſcientiam, decernere non poſſint, ſed a cleri deciſo et arbitrio dependere cogantur. Non noua, nec vana narro. Pontificii ſub prætextu *conſcientiæ* iudicia eccleſiaſtica conſtituerunt. Proteſtantes eos imitati ſunt, cum tamen *iudicia* tantum de externis actionibus iudicent, et coactiuis remediis vtantur, quæ *conſcientia* reſpuit. Deſideras teſtem? prouoco ad ea, quæ *lib. I. tit. 28. §. 12.* adduxi de ſententia reformatorum antiquorum, neceſſitatem conſiſtoriorum vel inde adſtruentium, quod ſæpe controuerſiæ incidant, in quibus *conſcientiis partium* conſuli debeat. Male vero iis conſulitur remediis coactiuis, iudiciis proprie dictis, cum per viam *doctrinæ* potius iis conſulendum eſſet. Plura deſideras? adi CHRISTIANVM WEBERVM *de iure conſiſtor. c. 17. §. 2. ſq.* vbi adſtruit, iure diuino Theologos conſiſtoriis intereſſe debere, quod *cauſæ* et *caſus conſcientiæ* in iis tractentur; quo ipſo præſupponit, laicos ad has quæſtiones diiudicandas prorſus ineptos eſſe, quibus tamen *χαρίσματα* Spiritus S. haud ſunt denegata.

De recte conſcientiæ conceptu erroneo.

§. IX. Præterea quoque (III) ex hactenus dictis fluit, ſolam rectam conſcientiam *normam agendi* eſſe debere, quia hæc demum recte iudicat ſecundum veritatem principiorum et factorum, vel faciendorum, et ita contra rectam conſcientiam ſe peccare, h. e. contra iudicium intellectus ſui, ſentit, quo animaduertit cognouitque, actionem ſuam legibus non eſſe conformem. Recte tamen animaduertit B. THOMASIVS *in fundament. iur. nat. lib. I. c. 4. §. 20. ſqq.* regulam hanc in ſpeculatione abſtracta ſeu *in theſi* veram, in praxi tamen et *hypotheſi* multis difficultatibus innodatam eſſe, dum ſinguli putant, ſuam conſcientiam eſſe rectam, quam alii forſan *erroneam* aiunt, ſi vel maxime iudicio plurimorum, magnæ auctoritatis virorum, comprobata ſit. Quælibet ſocietas eccleſiaſtica ſuos habet aſſeclas auctoritate præditos: ſecundum

dum horum principia, qui ſunt de illa ſocietate et communione, iudicant, et actiones ſuas metiuntur, rectamque conſcientiam ſe habere autumant, quia principia ſua circa agenda et credenda *recta ſanaque* eſſe credunt. Qui ab his diſſident, et quoad *agenda credendaque* diuerſiſſimis planeque oppoſitis principiis innutriti ſunt, reliquos in magno errore verſari, ſe vero tantum *rectam conſcientiam* tenere arbitrantur. Nos aſſerimus, *ſalua conſcientia* iurari poſſe; negant Mennoniſtæ aliique. Negant Pontificii, ſalua conſcientia clericos vxores ducere poſſe; nos aſſerimus. Adſtruimus, non tantum pædobaptiſmum ſalua conſcientia fieri *poſſe*, ſed etiam *debere* contendimus; quod Anabaptiſtæ aliique negant. Hi nobis, nos illis imputamus conſcientiam *erroneam*. Ita olim de hæreticis iudicabat SALVIANVS *lib. V. de gubernat. DEI*, et, *Hæretici ſunt*, aiebat, *ſed non ſcientes. Denique apud nos ſunt hæretici, apud ſe non ſunt. Nam in tantum catholicos ſe eſſe iudicant, vt nos ipſos titulo hæreticæ appellationis infament. Quod ergo illi nobis ſunt, hoc nos illis.* Et poſt pauca: *Impii ſunt, ſed hoc putant, veram eſſe pietatem. Errant ergo, ſed bono animo errant, non odio, ſed affectu DEI, honorare ſe Dominum atque amare credentes.* Neque hic diſſenſus tantum inter eos, qui ratione *ſocietatum eccleſiaſticarum* diſiuncti ſunt, obtinet: quandoque hic etiam illis familiaris eſt, quos eadem confeſſio conglutinauit. Vtut enim hi in *credendis* conueniant; in *agendis* tamen ſæpe magna eſt diſſimilitudo opinionum, dum quidam *laxius*, quidam *adſtrictius* de *agendis* et *fugiendis* conſtituunt, ſententiamque ferunt: alii *ſaltationes*, *ſpectacula*, *ludos* etc. adiaphoris accenſent, et ſalua conſcientia fieri admittique cenſent; alii his actibus conſcientiam lædi credunt etc.

Iudicium Salviani de erronea conſcientia.

§. X. IVDICE ergo opus eſſe videtur, qui diuerſiſſima hominum iudicia ad rectam veramque normam deducat; hic vero quisnam ſit? æque in dubium vocatur. Aiunt, *ſcripturam ſacram* et *rectam rationem* eſſe iudices minime ſuſpectos. Omnes ad vnum hos iudices agnoſcunt poſtulantque; ſed quis horum iudicum *ſenſus* ſit? ceſpitant, hærent, fluctuant, et de eo potiſſimum contendunt. Quilibet ſuam interpretationem *ſanam*, *veram*, et analogiæ ſcripturæ S. conformem ait eſſe. Nemo a recta ratione alienum ſe quid agere aut conſtituere, credit, ſibi aliiſque perſuadere conatur, ſua principia, præcepta, regulasque viuendi rectæ rationi et verbo diuino congruere, ceterorumque interpretationem peccare, erroneam falſamque eſſe. Sic quando quæritur, an hæretici ſalua conſcientia cogi poſſint, vt in eccleſiam

Iudicis partes quis ſuſtineat inter diuerſiſſimas hominum conſcientias?

reuertantur? Iesuitæ hoc adstruunt, allegantes illud Christi: *compelle intrare;* nos negamus, nec hoc ex verbis adductis fluere contendimus. Non hic de *iudice*, sed de eius *mente* disceptatur. Forsan itaque alio *iudice* opus erit, *qui mentem scripturæ S.* et *iuris naturæ* declaret determinetque? De hoc vero rursus ambigunt. Pontificii hoc iudicium deferunt *ecclesiæ*, h. e. vel pontifici, vel *concilio nationali* aut *vniuersali:* nam etiam ipsimet sibi non constant in hac doctrina, vti præsens controversia de suspectis doctrinis QVESNELLI, quas papa damnauit, docet. Protestantes quidam decisionem *cleri et principis*, quidam *solius principis* desiderant, quidam omnem decisionem respuunt, vti *tit. de summ. Trinit. et fide cathol.* ostendi.

Quatenus decisio in principiis diuersis admitti debeat?

§. XI. Equidem quamuis suo modo decisionem in republ. fieri existimem in iis, quæ ad *doctrinam* et *præcepta viuendi* spectant, vt infra ostendam; hæc tamen decisio minime ita accipienda est, vt singulorum conscientias stringat in iis, quæ *ad religionem et conceptum de rebus diuinis* spectant, et vt ea iam veritati congruere credat, de quorum veritate aliter siue *vere* siue *erronee* persuasus est. DEVS singulis dedit intellectum et vim ratiocinandi, vt possit scrutari scripturas sacras, et ductu *rectæ rationis* de iis statuere, quæ agenda sint. Non penetrant huiusmodi leges, quæ controuersiarum decisionem continent, etiam ad intellectum, vt aliter rem concipiat, aliterque credat, quam interna mentis contestatio ipsi dictitat. Pontificii docent, panem eucharisticum *transsubstantiari* in corpus ipsius Christi, indeque ipsi latriam deberi iubent. Ego, teste mea conscientia, aliter sentio, nec ex scriptura S. hanc *transsubstantiationem* eruere possum. Si in hac controuersia decisio proprie dicta locum inueniret, et pro *transsubstantiatione* pronunciaretur, singulisque latria huius panis eucharistici iniungeretur, contra conscientiam agere iuberer. Scilicet omni religioni contrarium est, vt quis reluctante conscientia id ipsum adoret et colat, cuius vllum numen neque vult neque potest confiteri. Pontificii panem eucharisticum adorant, quod eum pro ipso Saluatore IESV CHRISTO habent. Ego vero aliter sentio et iudico, ergo aliter quoque agere debeo, siue *vera* siue *erronea* ducar conscientia. Mennonistæ iuramenta salua conscientia præstari non posse, aiunt creduntue, quid ergo si contrarium *per leges* declaretur, et decidatur? vtique adstringuntur, vt *contra conscientiam* agant, cum tamen in *doctrina morali* inculcetur, contra conscientiam, etiam *erroneam*, agendum non esse, quamdiu de

Digitized by Google

de errore non eſt conuictus, conf. IO. DALLAEVS *in apolog. pro eccl. reform. c. 8. p. m. 44. ſq.*

§. XII. Aiunt, me verſari in *conſcientia errante*, adeoque hanc deponendam eſſe. Ego vero exiſtimo, aduerſarios verſari in conſcientia errante, et quamdiu de veritate ſententiæ contrariæ non ſum conuictus, aliter iudicare non poſſum. Neque vero hominis eſt, per *vim* et *leges coactiuas* mihi errorem illum eximere, cum ad mentem non penetrent. Sit vero, me verſari in conſcientia erronea, quod tamen *iudicio decisiuo* nemo demonſtrare poteſt; conſtat tamen, hominem peccare, qui agit contra dictamen conſcientiæ ſuæ, veluti, ſi id agit, quod a Deo prohibitum eſſe credit, vel ſi omittit, quod Deum præcepiſſe putat. Sic pontificiæ religioni addictus peccat, ſi latriam omittit, cum tamen perſuaſiſſimum habeat, panem euchariſticum eſſe ipſum CHRISTVM. Pluribus hoc illuſtrat ELIAS SAVRINVS *dans ſes reflexions ſur les droits de la conſcience P. I. ſect. 2. p. 26.* Ergo, ais, etiam conſcientia erronea obligat, cum tamen error veritati repugnet, et normæ inſtar eſſe nequeat? Reſpondeo, *intuitu Dei* vtique non eſt extra culpam et peccatum, qui in errore hæret, et erroneas ſibi formauit normas, vti eleganter PAVLVS *Rom. I, 18.* contra gentilium errores diſputat, nullamque gentilibus idololatris ſupereſſe excuſationem docet. Interim dum in tali errore, quem culpa ſua haud agnoſcit, verſatur, et nihilominus contra eum agit, ideo peccat, quia intentionem habet contra voluntatem Dei agendi, et *ἀνομίαν* committendi. Id quod ſi verum eſt, vti omnino eſt, adſtringi a nemine poteſt errans, vt ipſemet vel quem alii errantem credunt, agat contra principia, quæ *vera* eſſe credit, quia alias ad peccandum cogeretur, quod a nemine exigi poſſe, ipſa *religio*, et *conſcientia* cuiusque docet. Si ais: non cogitur errans *directo* ad peccandum, ſed ad errores ſuos deponendos; rurſus reſpondeo, quamdiu le *errore* non conuictus eſt, non poteſt cogi ad errores deponendos, quia reluctante conſcientia illos deponeret, et ſic rurſus ad peccandum cogeretur. Agnitio errorum autem non per *vim* impetrari poteſt, ſed *doctrina*, *conſilio*, et *perſuaſione*.

Prætextus erroneæ conſcientiæ nemini obiici poteſt.

§. XIII. Quid ergo conſilii in tanta ambiguitate? Commodiſſimum eſſe forſan dixeris, *libertatem conſcientiis ſingulorum indulgere*, vt ſentiant, credant, agantque ſecundum principia, quibus imbuti ſunt, putantque, ſe coram Deo hoc modo ita agere et ſentire poſſe et debere. Sin aliter agunt, quam, conſcientia teſte, agere debebant, peccant, quia norunt, ſe agere contra præcepta, quibus animus eorum imbutus eſt.

Aſſeritur libertas conſcientiis.

Digitized by Google

In hoc quippe videtur *libertas conſcientiæ* conſiſtere, vt nemo cogatur agere contra *præcepta* et *principia*, quæ pro veris et ad ſalutem ſuam neceſſariis habet. Huic opponitur *dominatus in conſcientiam*, qui libertatem hanc prorſus tollit, cogitque homines pœnis malisque propoſitis, vt aliter ſentiant, credant, agantque, quam ratio et principia religionis, cui adhærent, ipſis dictitat, iubet, et præcipit. Inde ortæ ſunt perſecutiones, contra eos inſtitutæ, qui dominatui huic reſiſtunt, nec ſuas cogitationes, aut actiones ad præſcriptum modum componere ſtuduerunt. Inde *hæreſis* relata eſt inter *crimina publica*, pœnis vltimi ſupplicii aliisque afficienda, inquiſitiones publicæ inſtitutæ, imo bella etiam mota, et ferro flammisque ſæuitum in diſſentientes, vti antiquitates eccleſiaſticæ et ciuiles docent, quæ omnia tamen rectæ rationi repugnare videntur, vtpote quæ nemini imperium in *intellectum*, vnde *conſcientia* dependet, concedit.

Quæ dominatui opponitur.

§. XIV. Verum ne ſic quidem res extra omnem ἀπορίαν conſtituta eſt, cum obiectiones, eæque grauiſſimæ, ſuperſint, quæ contra *libertatem conſcientiæ* pugnare videntur. Hæ eo magis examinandæ et adducendæ ſunt, vt inde liqueat, an hoc conſilium de *libertate conſcientiæ* ſit ſanæ rationi et ſcripturæ S. conforme? et ſi conforme deprehenditur, quousque eius limites ſeſe extendant? Prima eaque magni ponderis obiectio petitur ex hominum intima corruptione, ſecundum quam peruerſe iudicant de *ſuis actionibus* tam *perpetratis*, quam *perpetrandis*, adeoque ſi ſingulorum conſcientiæ in his ſtandum eſſet, non *imperio*, non *legibus*, nec aliis *remediis ciuilibus* opus foret. Admittendum eſſet, quicquid aliquis agit vel agere intendit, ſi ſerio aſſeuerat, ſe ſalua conſcientia id egiſſe vel agere velle, ſe eſſe arbitrum et iudicem ſuarum actionum, easque ad trutinam rectæ rationis et ſcripturæ S. ſatis ſufficienterque examinaſſe, et deprehendiſſe, ſe aliter agere non potuiſſe nec debuiſſe. Ita vero omnes leges, ſententiæ, iudicata, pœnæ, iudicia, imperia, magiſtratusque redderentur eluſoria, ſi fanatico cuiuis credendum eſſet, aſſerenti, conſcientia ſalua ſe aliter agere haud potuiſſe, imo dominatui in conſcientias adſcribendum foret, ſi iudicatum executioni daretur, pœnæque dictatæ inobedientibus applicarentur, quod ipſum non poſſet non tollere vinculum ſocietatis ciuilis, imo etiam illius, quod natura inter omnes homines conſtituit. Fac, quendam imbutum eſſe hoc terribili dogmate, principem hæreticum a quouis occidi, deſeri, et derelinqui poſſe, quod GVIL. ROSSAEVS *de auctor. reipubl. Chriſtianæ in reges impios aut hæreticos* defendere auſus eſt, vtrum ille, qui ductu huius dogma-

Circa quam tamen graviſſima dubia ſuperſunt.

Digitized by Google

dogmatis rebellionem contra principem excitauit, iuſte puniri poteſt? Si id affirmas, parata ei erit reſponſio, ſe aliter ſalua conſcientia ſua agere non poſſe, nec pœnæ locum eſſe in iis, quæ quis ductu conſcientiæ ſuæ egit. Ita vero perduelles impuniti relinquendi forent, quod ſine ſumma abſurditate dici nequit.

§ XV. Neque vero credendum eſt, metum hunc inanem, hominesque nunquam de ſuis actionibus tam peruerſe iudicaturos eſſe, vtpote qui lumine rectæ rationis et ſcripturæ S. præditi ſunt. Etenim iam ante oſtendi, id omnino verendum eſſe, ideo quod lumen rationis in actionibus propriis impulſu voluntatis deprauatæ a præconceptis opinionibus obnubiletur, vt recte iudicare nequeat. *Hinc ergo cognoſci poteſt*, ait SALVIANVS *lib. IV. de gubernat. Dei p. 57. quam inique et praviſſime aliis ſeueriſſimi ſumus, nobis indulgentiſſimi: aliis aſperi, nobis remiſſi. In eodem crimine punimus alios: nos abſoluimus. - - Id ipſum ſcelus in nobis probabile eſſe ducimus, quod in aliis ſeueriſſime iudicamus.* Idem *p. 52.* dixerat: *in aliis horrent, quæ in ſe ſemper admittunt, mirum in modum et accuſatores eorundem criminum et excuſatores. Execrantur publice, quod occulte agunt.* Non inelegantер quoque veritatem huius rei adſtruit LVDOVICVS BOVRDALOVE Ieſuita in *ſacris ſermonibus anno 1707.* editis, quorum quartus eſt de *falſa conſcientia*, vbi inter alia ita diſſerit: *N'allons pas ſi loin, nous avons une conſcience éclairée: pour qui? pour les autres; et aveugle; pour qui? pour nous memes: une conſcience exacte pour les autres, jusqu'au ſcrupule, et indulgente pour nous memes jusqu'au relachement.* In antecedentibus *P. II. p. 164. ſqq.* ſpeciatim declarat, quod peſſima facinora ſalua vulgo dicantur fieri conſcientia. Ait: *Avec une fauſſe conſcience il n'y a pour de mal qu'on ne faſſe; dites-moi celui qu'on ne fait pas, et par la vous comprendrez mieux la verité de ma propoſition. Pour vous la faire toucher au doit, je vous demande jusqu'ou ne va pas le déreglement d'une conſcience aveugle et preſomtueuſe? Du moment qu'elle s'eſt exigée en conſcience, dites-moi les crimes, qu'elle n'excuſe pas et qu'elle ne colere pas. Quand, par exemple, l'ambition s'eſt fait une conſcience de ſes maximes, pour pervenir a ſes fins, dites-moi les devoirs, qu'elle ne viole pas, les ſentiment d'humanité, qu'elle n'étouffe pas; les lois de probité, d'equité, de fidelité qu'elle ne renverſe pas. Conſcience tant qu'il vous plaira corrumpue qu'elle eſt, par l'ambition, dites-moi les malignes jalouſies, qu'elle n'inſpire pas, les damnables intrigues, qu'elle n'entretient pas, les fourberies, les trahiſons, dont, s'il eſt neceſſaire, elle ne s'aide pas. Quand la*

Conſcientia de propriis actionibus peruerſe iudicat.

Digitized by Google

conſcience eſt de concert avec la cupidité et l'envie d'avoir, dites-moi les injuſtices, qu'elle ne permet pas, les uſures, qu'elle ne favoriſe pas, les ſimonies, qu'elle ne pallie pas; les vexations, les violences, les mauvais procès, les chicanes, qu'elle ne juſtifie pas. Quand la conſcience eſt formée par l'animoſité et la haine, dites-moi les reſſentiments, les aigreurs, qu'elle n'autoriſe pas, les vengeances, qu'elle n'appuye pas, les diviſions ſcandaleuſes, les inimitiez, qu'elle ne fomente pas; les fiertez, les duretez, qu'elle n'approuve pas. Non, encore une fois, rien ne l'arrete, pervertie qu'elle eſt, d'une part, et neanmoins conſcience de l'autre, elle uſe tout, elle entrepend tout, elle ſe porte autant. In ſequentibus has propoſitiones applicat ad Iudæos, aitque: *avec une fauſſe conſcience, que ne firent par les Juifs? Ils crucifierent le ſaint des ſaints, ils mirent a mort Ieſus-Chriſt. Voila jusqu'ou pouvoit aller la fauſſe conſcience des hommes, et voila, jusqu'ou s'eſt portée la fauſſe conſcience d'un peuple, qui d'ailleurs ſe piquoit, et ſe glorifioit d'avoir de la religion.* Poſt pauca pergit: *avec une fauſſe conſcience les Juifs n'apprehenderent point, d'être ſouillez du ſang du juſte: quoi qu'en meme tems, ſcrupuleux et ſuperſtitieux, ils refuſaſſent d'entrer chez Pilate meme, parce qu'il etoit Gentil, et qu'ils craignoient de devenir impurs, et de ſe mettre hors d'etat de manger la paque.* Poſt pauca rurſus oſtendit mala ingentia, ex falſa conſcientia prodeuntia, et ipſam rempubl. affligentia. Ait: *On s'abandonne aux plus violentes et aux plus ardentes paſſions, on ſe ſatisfait, on ſe vange, on s'empare du bien d'autrui, on le retient injuſtement, on dévore la veuve et l'orphelin, on dépouille le pauvre et le foible; tandis qu'à l'exemple des Phariſiens; on ſe fait des crimes de certains points tres peu importans. On eſt exact et regulier comme eux jusqu'au ſcrupule, ſur de legeres obſervances, qui ne regardent, que le dehors de la religion; pendant qu'on ſe mocque et qu'on ſe joue de ce, qu'il y a dans la religion et dans la loi de Dieu de plus grand et de plus indiſpenſable, ſavoir, la juſtice, la miſericorde et la foi.* Nihil verius dici potuiſſe, experientia recentior docet et priſtinorum temporum imago confirmat. Imo qui nequidem exempla, ſed tantum hominum corruptiſſimam naturam intuetur, philoſophiæ huius Ieſuitæ aſſentire cogitur. Forſan ſectæ ſuæ nævos notare taciteque taxare voluit, vtpote qui a conſiliis conſcientiæ aliorum ſe eſſe profitentur, et tamen vtplurimum varia facinora excuſare ſoliti ſunt, ſaluaque conſcientia fieri poſſe cenſuere, vti oſtendit AVTOR tr. *de la morale des Ieſuites.*

Interim non plane tollenda conſcientiæ libertas,

§. XVI. Tollenda ergo eſt prorſus *conſcientiæ libertas*, vel ſaltim frenis conſtringenda, ne erumpere queat, aut reipubl. aliisque noxam adferat. Solius principis vel imperantis arbitrio committendum, vt deter-

Digitized by Google

determinet, quid agendum, credendum, ſentiendumque ſit? Sed qui ita ſentiunt, æque grauiſſima mala generi humano inferre conantur, ac quidem hi, qui ſingulorum conſcientiis ſtandum eſſe arbitrantur. Atheis aurem præbent, arma perſecutoribus ſuppeditant, quibus dominatum in conſcientias exerceant, imo religionem omnem, quæ iure gentium *libera* eſſe debeat, tollere, vel nutui principis mutabili ſubiicere conantur. *Atheis* aurem præbent, vtpote qui omnem obligationem, per quam homo adſtringitur ad aliquid faciendum, ex lege ciuili ſeu iuſſu principum eſſe cenſent. Addunt, *religionem*, quam conſcientia in ſingulis format, eſſe incompatibilem cum vtilitate publica, homines ſub vno imperante conglutinatos, et vnitos vnius voluntate regi, et gubernari, nec eam aliter conſeruari poſſe, niſi vna ſit ratio et voluntas totius corporis ciuilis; e contrario *conſcientiam*, quam *religio* introducit, eſſe iudicium ſingulorum particulare de *bono* et *malo*, de *iuſto* et *iniuſto*, bono publico omnino contrarium; nihil eſſe *iuſtum* aut *iniuſtum*, licitum aut illicitum in ſtatu naturali, ſed ſingulis in ſtatu libertatis datum eſſe, vt poſſint agere, quæ velint; ab hoc *ſtatu libertatis*, qui infinita mala producebat, recedi debuiſſe ad obtinendam pacem, idque factum fuiſſe per renunciationem libertatis naturalis; inde neceſſum fuiſſe, vt omnes vnius voluntati ſuam ſubmitterent, et ſecundum eius voluntatem ſeſe acturos promitterent; inde in *ciuitate* natum demum eſſe *iuſtum* et *iniuſtum*, *licitum* et *illicitum*, extra hoc conſcientiam ſingulorum nullam, abſurdam et imaginationem, reipubl. aduerſantem; ſolam voluntatem imperantis eſſe normam agendorum, ſubditosque obligare in conſcientia. Has aliasque plures Atheorum propoſitiones recenſuit IO. CLERICVS, vir clariſſimus, *in ſelecta biblioth. vol. 9. art. 2.* EX CVDWORTHI *ſyſtemate intellect. ſect. IV. c. 5. p. 82. ſeqq.* et *p. 96.* et hanc ſubiicit epicriſin: *On voit donc par-la, que le droit ſans bornes, que les Athées attribuent aux ſouverains, ou l'autorité, de commender et de faire tout ce qu'il leur plait, ſans exception, en ſorte que la volonté de celui, qui commende, tienne lieu de juſtice aux ſujets, et les oblige en conſcience d'obeir; on voit, dis-je, que cette autorité eſt une pure contradiction; puis que ſans ſuppoſer qu'il y a quelque choſe, qui de ſa nature eſt juſte, ou injuſte, il ne peut point y avoir d'obligation de conſcience, ni d'autorité legitime. Ainſi les Athées, en flattant les ſouverains, et les prevenant contre la religion, leur font autant de tort, qu'a la religion elle même; puis qu'ils leur ôtent tout droit, excepte la force, et qu'ils dégagent leurs ſujets de toute obligation, ſi non de celle, qui vient de la crainte.*

(t) quia Atheis aures præbemus, quorum ratiocinatio circa hanc domestrinam refertur,

et Clerici epicrisi illustratur.

§. XVII.

Digitized by Google

(2) quia persecutoribus assentimur.

§. XVII. *Arma* quoque persecutoribus suppeditant, quibus sæuiant in aliorum conscientias, et sic legitimant gentilium facinora contra Christianos, per tria priora secula perpetrata. Si nulla datur *libertas conscientiæ*, male et iniuste egerunt Christiani, quod persecutoribus suis morem haud gesserint, quod strenue fidem in CHRISTVM sub ipsis grauissimis cruciatibus et suppliciis professi, quod eandem morte confirmarint, quod contra tot edicta antelucanos cœtus coegerint, fidem in Christum propagauerint, idolis thura offerre recusauerint. Si nulla datur libertas conscientiæ, falsa et seditiosa fuit doctrina Apostolorum, *magis esse obediendum DEO, quam hominibus.* Erronea fuit doctrina Christianorum primitiuorum, *oportere nos in omni obsequio esse subditos magistratibus, principibus et potestatibus, sed intra limites disciplinæ, quousque ab idololatria separamur*, vt ait TERTVLLIANVS *de idololatr. c. 15.* vel prout LACTANTIVS *lib. V. c. 14.* ait: *nihil tam voluntarium, quam religionem esse, in qua si animus aduersus est, iam sublata, iam nulla est.* Et quis conclusiones omnes absurdissimas, ex principio falso fluentes, recenseret? Ad ea modo, quæ recentioris sunt æui, perueniamus. Quis excusabit facta Reformatorum, tam strenue *libertatem conscientiæ* contra persecutores, a Romana aula submissos, tuentium? Quid vitii lanienæ Parisiensi inerit? Quis improbabit inquisitionem Hispanicam, plus quam barbaram? Adhuc sæuit Papa cum assectis in conscientias, quod *tyrannidem* vocamus, sed satis inique, satis improuide, si *libertas conscientiæ* neganda est. Agnouimus, nihil *doctrina de persecutione* esse, iniquius, nihil a Christi doctrina alienius. Id quod si verum est, vti omnino est, datur vtique *libertas conscientiæ*, quæ persecutionibus hisce opponitur, ita vt, damnata persecutione, vincat et superior sit libertas.

(3) quia cultus diuinus annihilatur et corruit.

§. XVIII. Denique, negata libertate conscientiæ, omnis *religio* tollitur vel annihilatur. Est religio *modus colendi Deum*: cultus hic spontaneus esse debet, non coactus, non inuitus. Tollitur religio, si per *vim* imperatur, si illud colere homo iubetur, quod colendum esse non putat, vel illud colere prohibetur, quod colendum existimat. Optime TERTVLLIANVS *ad Scapulam c. II. Humani iuris et naturalis potestatis est, vnicuique quod putauerit colere; nec alii obest aut prodest alterius religio. Sed nec religionis est, cogere religionem, quæ sponte suscipi debeat, non vi: cum et hostiæ ab animo libenti expostulentur. Ita*, pergit ad hypothesin, gentilesque, *libertatem* conscientiis denegantes, alloquitur, *et si nos compuleritis ad sacrificandum, nihil præstabitis Diis vestris: ab inuitis enim sacrifi-*

Digitized by Google

ſacrificia non deſiderabunt, niſi contentioſi ſint: contentioſus autem DEVS non eſt. Fumus et inane ſimulacrum religionis eſt, quod ab *inuitis* exigitur, et dum exigitur per ferrum flammasque, perit anima ipſius religionis, oſtenduntque ſæuientes in aliorum conſcientias, religionem eſſe nudum inuentum, quo credulam plebem in officio detinere imperantes queant, quod tamen ſine ſumma impietate dici nequit.

§. XIX. Euidens itaque eſt, *libertatem conſcientiæ* eſſe omnino aſſerendam, ſingulisque vindicandam, ſed non effrenem, non perniciosam, aut humano generi noxiam, ſed eam, quam *recta ratio* ſuadet, et *ſcriptura S.* commendat fouetque. Ante omnia inquirendum eſt, quænam actiones ſubditorum, conſtitutis conditisque ciuitatibus, imperantis voluntati ſubiectæ fuerint, quænam vero ſingulorum arbitrio et diſpoſitioni reſeruatæ et exceptæ? Id ipſum, ni fallor, *finis* omnium *ſocietatum ciuilium* rerumque publicarum aperte docet monſtratque. In ſtatu naturali ſinguli ſuarum actionum erant arbitri, et quæ ſibi conducibilia videbantur, ductu legis naturæ peragebant. Quia vero mens hominis deprauata, et adeo cupiditatibus voluntariis obnoxia erat, vt ſuum cuique haud tribueret, ſe ſuaque vnice quæreret, etiam cum læſione tertii, et fractione vinculi illius ſanctiſſimi, quod Deus, conditor humani generis, ſanctiſſimum et inuiolabile inter omnes eſſe voluit, legeque naturæ ſanxit, e re humani generis fuit, huic malo, toti humano generi inimico, occurrere, illudque penitus eradicare. Id vero aliter quam per conditas ciuitates extirpari non potuit, quarum ordinatio proinde *diuina*, voluntatique Dei conformis in ſacris dicitur. Cum enim inde toti humano generi noceretur, quod quilibet eſſet *ſuarum actionum arbiter et iudex*, et ſic ſecundum peſſimum inſtinctum voluntatis deprauatæ, intellectui falſas ideas de actionibus vel agendis ingenerantis, quilibet cum altero, quocum in ſocietate humani generis conglutinatus erat, ageret; non potuit non hæc intentio coëuntium in ſocietates ciuiles eſſe, vt non amplius quilibet ſuarum actionum, quas cum aliis in eadem ſocietate de *bonis externis*, *rebusque mutuum commercium reſpicientibus*, h. e. de *cauſis* mere *ciuilibus*, ſuſcipere intendit, ſit arbiter et iudex, ſed is potius, in quem ſummum arbitrium, iudicium et directionem in illas contulit. Inde per ſe fluit, neminem amplius in ſocietate ciuili in iis negotiis, quæ communem pacem tranquillitatemque ciuitatis concernunt, commercia reſpiciunt, meum et tuum tangunt, et

Non tamen hæc libertas eſt extendenda ad illas actiones, quæ, conſtitutis ciuitatibus, diſpoſitioni principis ſubiectæ ſunt.

Digitized by Google

externæ corporis, famæ, vitæ et bonorum integritati conſulunt, conſcientiæ ſuæ relinqui poſſe, ſed potius quemlibet in republica etiam ductu rectæ rationis et præcepto ſcripturæ S. in conſcientia obligari, vt non ſecundum præconceptam opinionem prauæque voluntatis inſtinctum, ſed iuſſum imperantis agat. In his itaque fruſtra prouocatur ad *libertatem conſcientiæ*, fruſtra allegatur, magiſtratum non habere ius in conſcientias ſubditorum: neque enim magiſtratus hoc modo dominatur conſcientiis directo, ſed potius ipſum ius naturæ, ius illud diuinum, quod imperanti parendum eſſe docet, mentem percellit, vt in ſtatu ciuili iuſſa imperantis ſequatur. Fanaticorum quorundam hæc eſt ſententia, qui legibus ſe ſolutos profitentur, conſcientiæ libertatem allegantes, quæ potius effrenis licentia, libido indomita, et belluina ferocitas eſſet dicenda, quæ finem reipublicæ plane tolleret, vnionem ciuium diſſolueret, et ſub prætextu *conſcientiæ* ſtatum naturalem, quæ ante omnes respublicas fuit, reduceret, efficeretque, vt respublica fieret diſſociata multitudo. Ideo enim iudicia, pœnæ, legesque inuentæ ſunt, vt non quilibet ſuum in his actionibus *ciuilibus*, pacemque publicam reſpicientibus, ſequatur arbitrium, ſed vt ſuam voluntatem in his ſubmitteret voluntati imperantis, ſine qua ſubmiſſione imperium nullum, inane et inefficax foret. Satis recte CICERO *orat. pro Cluentio* ait: *ideirco nos omnes ſeruos legum eſſe, vt liberi eſſe poſſimus*, cum iudice AMMIANO MARCELLINO *lib. XIV.* leges ſint *fundamenta libertatis et retinacula ſempiterna.*

Sed tantum reſtringenda ad cogitationes & religionem.

§. XX. Sicuti vero quoad actiones illas tantum, quæ externam famæ, vitæ, bonorum incolumitatem, et conſeruationem pacis publicæ reſpiciunt, quasque neceſſe fuit, ſubmittere voluntati imperantis, tranquillitatis ciuilis gratia, ſuo arbitrio libertatique renunciarunt; ita minime credendum eſt, homines in ſocietatem ciuilem coëuntes, ita prorſus ſe voluntati imperantis ſubieciſſe, vt etiam *cogitationes ſuas, intellectusque operationes*, et *animæ propriæ ſalutem*, et, quæ illam perficit efficitque, *religionem*, ſeu *cultum diuinum* voluntati eius ſubiicerent, et in his mentis inclinationibus ab eius nutu et arbitrio penderent: quin potius exiſtimandum eſt, ſingulos in his animi motibus ſuam ipſo facto reſeruaſſe conſcientiæ libertatem, h. e. vt non tantum libere *cogitationes* ſuas de rebus moralibus formare, ſed etiam ea, quæ *animæ ſaluti* proficua eſſe ſecundum principia, quibus imbutus eſt animus, ſenſerint, agere, et cultui diuino, qui huc facit, libere vacare poſſent. Id tum recta ratio, tum ſcriptura ſacra inter Chriſtianos docet.

docet. Recta ratio enim oſtendit, nihil plus in principem eſſe translatum, quam quod in ipſum transferri *potuit*, quodque ad finem reipubl. obtinendum in eum transferri *debuit*. Non autem *potuit* in eum transferri ius *cogitationes* ſingulorum efformandi, et *doctrinam* præſcribendi, ſecundum quam conceptus animi ſui formare, et non aliter ſentire aut credere debeant de Deo, eius eſſentia, redemtione per Chriſtum, reſurrectione mortuorum, aliisque fidei articulis. Nullo modo homo ita mentis ſuæ eſt arbiter, vt eam ſimpliciter alterius arbitrio ſubiicere, et, quam ei Deus tribuit *facultatem ratiocinandi*, abiicere queat. Deus ſingulis facultatem dedit, in veritatem inquirendi, verum a falſo diſcernendi, Deum, ſummum illud bonum, quærendi, agnoſcendique, media, ſuam voluntatem emendandi, inueſtigandi, ſapientiamque animæ ſuæ conciliandi, et denique, quæ ſaluti æternæ ipſius proficua ſunt, curandi: a ſingulis eo nomine exigit rationes, nec alter pro altero cogitare, iudicare, credere, Deum agnoſcere aut quærere poteſt. Brutorum, non hominum, hæc eſſet philoſophia, quam ipſi gentiles reſpuerunt, et docuerunt, *inter hominem, et belluam hoc maxime intereſſe, quod hæc tantum, quantum ſenſu mouetur, ad id ſolum, quod adeſt, quodque præſens eſt, ſe accommodet, paululum admodum ſentiens præteritum aut futurum: homo autem rationis ſit particeps, per quam conſequentia cernit, principia et cauſas rerum videt, earumque progreſſus et quaſi anteceſſiones non ignorat, ſimilitudines comparat, rebusque præſentibus adiungit atque annectit futuras*, vt verbis CICERONIS *lib. 1. offic.* vtar. Quid igitur aliud eſt, libertatem cogitandi, credendi, in veritatem inquirendi, et ſecundum eam ſe emendandi, ſubditis denegare, quam eos ſocietati belluarum adiungere, qui ductu ductoris ſui ducuntur, quo velit, nec rationem eius intelligunt? Priuarentur vſu rationis, potiſſimæ partis humanæ naturæ, ſi illam etiam ſubiicere potuiſſent voluntati principis, id quod tamen nec potuere nec debuere præſtare. Recta ratio et ſenſus internus ſingulis vſum *propriæ* rationis commendat et inculcat, poſtquam legem diuinam Deus cordibus noſtris inſcripſit, quam ſequi, cui meditari, et intenti eſſe iubemur. Quodſi denique imperanti imperium in *intellectum* et *internas* mentis *operationes* adſcribimus, ſubditi conceptus mentis ſuæ toties mutare coguntur, quoties vel ipſe, vel ſucceſſor eius eos mutat. Ita vero contingeret, vt, ſi princeps idololatra regno potiretur, idola adorare, et verum Deum relinquere; ſi atheus eſſet, DEVM negare; ſi ad iudaismum ſe conuerteret, CHRI-

STO maledicere; si rursus in hæresin incideret, eius sequi nouà dogmata cogerentur, quo nihil absurdius fingi potest. Optimi hac de re iudicat IO. CLERICVS, vir clarissimus, *bibliotheca select. tom. X. p. 335. On ne sauroit dire*, ait, *que le Souverain a droit, de juger du vrai et du faux, en matieres de religion, pour le peuple; parce qu'il s'en suivroit, que toutes les fois, que le Souverain changeroit de sentiment sur la religion, comme il est arrivé tres souvent, il faudroit nécessairement, que le peuple en changeât; a moins que d'être coupable du crime de rebellion, et de pouvoir être puni comme tel. Il n'y a personne, qui voulût accorder cette conséquence, puis qu'un prince heretique auroit droit de persecuter les orthodoxes, et un prince Mahometan, ou même Payen auroit aussi droit de mal traiter les chrétiens, sans qu'ils puissent s'en plaindre. Il n'y a rien de plus evident, et il en est de même, si vous substituez les ecclesiastiques au souverain: car si un Synode a droit de juger pour le peuple, de ce que le peuple doit croire, sans que personne puisse refuser de recevoir ses decisions, quelque sentiment qu'ait de synode, il faudra l'embrasser sans examen. Quand il decidera, qu'il ne faut point adorer d'images, il faudra s'en abstenir; et dés qu'il aura decidé le contraire, comme il arriva en orient, du tems, que l'on y disputoit des images, il faudra les adorer. Il n'y a point de societé chrétienne aujourd'hui, qui voulût avouër en general, que les Sujets en quelque état, que ce soit, sont obligez en conscience de se soûmettre aux decisions du Souverain, ou des ecclesiastiques du païs, de peur de se condemner elle même. Mais il y a diverses societez, qui ne laissent pas d'exercer un droit, qu'elles n'osent pas accorder aux autres, et de faire ce qu'elles condamnent, quand les autres le font.*

Imprimis inter Christianos vero reuelato instructos.

§. XXI. Inter Christianos hæc sententia eo maius obtinet pondus, quod DEVS ex benignitate singulari verbum suum nobis dederit, singulisque publicauerit, vt in eo tanquam speculo quodam nos intueri, et mentis nostræ falsas fraudulentasque persuasiones cognoscere queamus. Non dedit ideo scripturam sacram, vt ab aliorum decisione dependeamus, sed vt ipsimet eam scrutemur, et viam salutis in ea inuestigemus, vt egregie exposuit in peculiari *dissertatione apologetica* SAMVEL WERENFELSIVS, Theologus Basileensis, *pro plebe christiana aduersus doctores, iudicium de dogmatibus fidei ei auferentes.* Quid vero insolentius? quid absurdius esset, quam agnita ex scriptura sacra veritate, contra veritatem credere et agere? h. e. reluctante conscientia eis assentire, qui contrarium docent, præcipiunt

Digitized by Google

piunt et pœnis propoſitis homines adigunt, ne aliter credant & in cul-
:u religioſo agant. Recta ratio docet, contra conſcientiam, ſi vel ma-
ſime aliis erronea eſſe videtur, non eſſe agendum; ergo, qui ita con-
cientiis dominari intendunt, homines eo ducunt, vt contra rectam
:ationem agant, ſentiant et credant.

§. XXII. Pluribus argumentis cauſa *libertatis* huius exornari & confirmari poſſet, niſi plurimi iam eandem defendendam ſuſcepiſ- ent, inter quos hosce aduocatos potiſſimum accepit. Primus eſt AVTOR ANONYMVS Anglus, qui tractatum de *libertate cogitandi* diomate anglico ſcripſit, quique hoc anno in gallicum translatus eſt ermonem, ſub titulo: *diſcours ſur la liberté de penſer*, qui non tan- um hanc *libertatem cogitandi* variis argumentis ſtabilire ſatagit, ſed :tiam *ſect. III.* obiectiones remouet, et exemplis philoſophorum et loctorum eccleſiæ exornat. Inſtituti ratio non patitur, vt quæuis :ius tradita, quæ nonnunquam ſatis inſolita et incongrua eſſe viden- ur, examinare & perpendere poſſim, cum ex ſequentibus facile con- tare poterit, quousque eius ſententiam vel approbem vel reprobem. Alter eſt ICtus magni nominis, GERARDVS NOODT *in diſſert. de re- igione ab imperio iure gentium libera*, qua cauſam *libertatis conſcientiæ* ta egregie egit, vt ſub hoc aduocato ſuccumbere haud potuerit. Transtulit eandem in gallicum ſermonem IO. BARBEYRACIVS, vir :lariſſimus, ſub titulo: *diſcours ſur la liberté de conſcience*, notisque uccinctis illuſtrauit. Huic iungendus eſt, quem antea laudaui, SA- MVEL WERENFELS in epiſtola *de iure in conſcientias ab homine non uſurpando*, in qua argumentis ex ſana ratione petitis thema propoſi- um enucleat, probat, imo ita ab aduerſariorum telis immune præ- tat, vt in ſatis ſecuro loco ab eo conſtitutum eſſe videatur. Maiori :um apparatu eandem doctrinam exornauit explicuitque BAYLIVS, lans ſon *commentaire philoſophique ſur ces paroles de Jeſus-Chriſt con- rain les d'entrer, ou traite de la tolerance univerſelle.* Copioſus eſt au- or in enucleando hoc themate, et quia dominatum in conſcientias :xercentes abutuntur lemmate Chriſti, *compelle intrare*, eius verum enſum pleniſſime eruit, et magno cum iudicio *libertatem conſcientiæ* lefendit, obiectionibusque *part. II.* reſpondet. Quia vero animad- vertebat, diſſentientes potiſſimum patrum traditis, eorumque aucto- itate niti, non hac, ſed rationum ponderibus pugnauit, quæ potiſ- imum in hac doctrina omne ferunt punctum. Refero huc etiam ILIAE SAVRINI *reflexions ſur les droits de la conſcience*, qui quidem

Defenſores huius libertatis adferuntur.

Digitized by Google

libertatem conſcientiæ cum BAYLIO defendit, ſed in plurimis aliis, imprimis, quæ de libertate conſcientiæ *errantis* adducit, ab eo recedit, et *P. II. p. 45. ſqq.* eius argumenta, ſententias & rationes examinat. Quia vero *libertatem conſcientiæ*, adhibito quodam temperamento, defendere inſtituit, *P. III.* examinat argumenta Auctoris, qui libertatem hanc grauiter impugnauerat ſub titulo: *des droits des deux ſouverains en matiere de religion, la conſcience et le prince*, et *P. IV.* ſpeciatim de *tolerantia religionum* et poteſtate principum circa *libertatem conſcientiæ* agit. Præſupponit, in rebus ad conſcientiam pertinentibus homines non habere ſuperiorem niſi DEVM, nihilominus tamen principem obſtrictum eſſe, ad conſeruationem religionis, quam putat eſſe veram. Ad has tamen conditiones hoc reſtringendum eſſe putat, (1) vt religio, quam princeps credit bonam eſſe, reuera talis ſit: (2) vt media *legitima* et non reprobata adhibeat: (3) vt contra leges fundamentales in negotio religionis nihil agat vel audeat, quamuis in ſe licitum eſſe appareat. Addit *p. 496.* hoc nouum axioma: *Ma ſeconde maxime eſt*, ait, *que le ſouverain peut et doit faire agir ſa puiſſance, et ſon autorité pour l'extirpation des fauſſes religions et des hereſies*, vnde patet, quam arctiſſimis libertatem hanc includat limitibus, quamuis moderatior videatur eſſe, a perſecutione alienus, et libertatis conſcientiæ propugnator. Sed de hoc axiomate infra videbimus. Denique commendari etiam meretur BASNAGII, viri clariſſimi, *traite de la conſcience;* quamuis enim naturam *conſcientiæ* fere tantum *theologice* conſiderauit et explicuerit, a SAVRINO tamen imprimis recedit *lib. 1. c. 4.* in doctrina de *conſcientia errante*, et magis *libertati eius* fauet, quamuis a BAYLIO non raro diſſentiat.

Auguſtino contrarium aſſerenti haud ſtandum.

§. XXIII. Supereſſet, vt obiectionibus eorum, qui *dominatum in conſcientias* ſtabiliunt, ſatisfacerem, niſi id ipſum præ!audati auctores iam pleniſſime præſtitiſſent. Sed paucis tantum illas tangere e re erit. Primo nonnulli confugiunt ad auctoritatem AVGVSTINI. Hic ipſe ab initio, exul ſcilicet et furori Arrianorum ſubiectus, qui dogma ſuum armis propagare intendebant, optimis ductus rationibus, *libertatem conſcientiæ* defenderat, et ab omni perſequendi ſtudio alienus fuerat, ATHANASII exemplo, qui *epiſt. ad ſolitarios* elegantter ſcribit: *Quodſi inhoneſtum eſt, aliquot epiſcopos metu coactos ſententiam immutaſſe, quanto grauius fœdiusque illorum facinus, qui, quod hominum eſt minime cauſæ ſuæ confidentium, inuitos ad mutationem*

ionem ſententiæ coëgerunt. Ita quoque diabolus, quia nihil veri habet, in ſecuri et aſcia inuadens concutit fores eorum, a quibus recipitur. Saluator contra manſuetus eſt, ſi quis, inquit, velit me ſequi, et eſſe diſcipulus meus: docetque, ſe, cum ad quempiam venit, non vi inſtare, ſed potius pulſare et dicere: aperi mihi ſoror, mea ſoror: quod ſi aperiant, intrat; ſin grauentur, aut nolint aperire, abſcedit. Non enim gladiis, aut ciuili aut militari manu veritas prædicatur, ſed ſuadendo et conſulendo. Quæ autem ibi ſuadendi libertas, vbi imperatoris eſt metus? aut quæ conſulendi ratio, vbi, qui contradicit, pro mercede aut exilium aut mortem reportat? Aſt poſtquam furore perſecutionis liberatus, ipſi res cum Donatiſtis eſſe cœpit, quibus ſuperiores orthodoxi erant, mutauit vultum, et perſecutionem hæreticorum acriter defendit. Sic in *epiſt. 93.* ad VINCENTIVM multas adfert rationes, quibus probare conatur, recte et merito aduerſus ſchiſmaticos hæreticosque legum auctoritatem principumque gladios implorari poſſe, modo id fiat *animo corrigendi*, non *ſtudio vindicandi.* Præcipua et palmaria eius ratio deſumitur ab euentu, dum oſtendit, legum imperatorumque fæuitia integras vrbes ad eccleſiam rediiſſe, aitque: *His ergo exemplis, a collegis meis mihi propoſitis, ceſſi. Non mea primitus ſententia erat, neminem ad veritatem Chriſti eſſe cogendum, verbo eſſe agendum, diſputatione pugnandum, ratione vincendum, ne fictos catholicos haberemus, quos apertos hæreticos noueramus. Sed hæc opinio mea non contradicentium verbis, ſed demonſtrantium ſuperabatur exemplis.* Non *ratione* ergo ſe ſuperatum eſſe ait, ſed *exemplis*, quæ tamen, ſi cum ratione et doctrina Chriſti pugnant, ipſum commouere non debuiſſent, vt a ſana ſententia recederet. Sed ſtudium perſequendi Donatiſtas induxit eum, vt mutaret ſententiam, non ſine dedecore, et ita poſteris, AVGVSTINI auctoritate occœcatis, viam oſtenderet, qua graſſari poſſent in conſcientias hominum, libertatemque eorum penitus tollere. Argumenta Auguſtiniana late examinauit recitque BAYLIVS *cit. tr. P. III.* Rectius, meo iudicio, ratiocinatur BASNAGE, vir clariſſimus, *dans ſon traité de la conſcience lib. 1. c. 4. p. 10.* aitque: *Enfin employerez-vous la violence? mais elle ne peut ſervir, qu'à faire des hypocrites, et a jetter les hommes dans des péchez contre la conſcience; cequi en redouble l'horreur et l'enormité: Il faut donc neceſſairement, en perſuader la conſcience, qu'elle a tort, ſoit par des raiſons humaines, ſoit par des raiſons divines: ou la laiſſer faire, ce qu'elle croit juſte et raiſonnable.* Pergit *p. 106.* et hæc addit:

En

En ſuivant le principe oppoſé non ſeulement on autoriſe l'hypocriſie en matiere de religion; mais dans les actions de la vie il n'y a plus de ſincerité; car il n'eſt point neceſſaire, qu'il y ait un parfait rapport entre les ſentiments et les actions; puis qu'il eſt non ſeulement permis, mais neceſſaire d'agir quelque fois contre ſa conſcience. Il n'y a plus d'hypocriſie: car pour-quoi blâmera-t-on un homme, d'agir contre ce qu'il penſe, et ce qu'il ſent, puisqu'il eſt obligé de la faire ſouvent.

Reſpondetur aliis dubiis.

§. XXIV. Vrgent præterea, qui *libertati conſcientiæ* inſidiantur, principem ſollicitum eſſe de ſalute ſubditorum, et clericis, ſaluti hominum inuigilantibus, manum præbere debere. Inde tamen non ſluit, vi, ferro, flammisque ſæuiendum in diſſentientes. Adhibeantur media, quibus Chriſtus vſus eſt, admonitiones, preces, adhortationes, et perſuaſiones: religio enim non vult *cogi*, ſed *ſuaderi*. Ais, intereſt reipubl. vt vna et conſonans ſit religio: reſpondeo, magis intereſt cleri dominantis, quam reipublicæ. Religio & cultus diuinus nihil commercii cum republica habet, et exempla docent, etiam rempublicam ſaluam eſſe poſſe ſub doctrina *de tolerantia*. Si porro inſtas, tranquillitatem reipubl. turbari ex religionum diſſonantia; regero, hoc fieri *per accidens*, ex eorum potiſſimum zelo immaturo, qui *dominatum in conſcientias* quærunt. Hi compeſcendi, et ad ſtudium pacis et tolerantiæ compellendi. Sed noua adeſt ratio: Dei cauſam agi cenſent, iniuriam Deo fieri per falſas religiones, omnino vindicandas. Sed vero quis iudicabit, DEO iniuriam fieri in tanta religionum diſcordia? Cur magiſtratus non punit auaritiam, ambitionem, luxuriam, inuidiam, ſuperbiam aliaque vitia moralia, quibus etiam iniuria DEO infertur? An Deus commiſit magiſtratui huiusmodi vindictam, quæ ad reſeruata eius pertinet? Sed tamen inſtas, *idololatria* etiam in Iſraëlitis pro crimine ciuili habita, punita et eradicata. Sit ita, quid inde? num noſtræ respubl. ſunt theocraticæ, quæ principem Deum habent? multa peculiaria hæc respublica habuit, quæ aliis applicari temere nequeunt. Eſt tamen, pergunt, nociua *ſuperſtitio* generi humano, & multo magis reipubl. Verum adhuc magis noxia eſt *hypocriſis*, quam flammis ferroque imperatus cultus inducit, hominesque facile adducit, vt tandem credant, omnem cultum externum eſſe inanem, & vnice principis arbitrio ſubiectum, vtilitatique publicæ accommodandum etc.

§. XXV.

Digitized by Google

§. XXV. Confirmabo doctrinam hoc capite vindicatam exemplis quibusdam illustribus, quæ magis mouere quosdam solent. VALENTINIANO I. laudi tribuit AMMIANVS MARCELLINVS *lib. XXX. c. 9.* quod abhorruerit ab omni in conscientias sæuitia. *Postremo*, ait, *hoc moderamine principatus inclaruit, quod inter religionum diuersitates medius stetit; nec quenquam inquietauit, neque vt hoc coleretur, imperauit, aut illud: nec interdictis minacibus subiectorum ceruicem ad id, quod ipse coluit, inclinabat, sed intemeratas reliquit has partes, vt reperit.* Cum AVGVSTINVS a GREGORIO M. anno 597. in Britanniam missus esset ad gentem conuertendam, placide a rege EDILBERTHO exceptus est, quo licet conuerso ad fidem Christianam, *libertas conscientiæ* tamen singulis confirmata est. Ita enim BEDA *lib. I. histor. Anglic. c. 26. Quorum* (qui conuersi erant) *fidei et conuersioni ita congratulatus esse rex perhibetur, vt nullum tamen cogeret ad Christianismum, sed tantummodo credentes arctiore dilectione quasi conciues sibi regni cœlestis amplecteretur. Didicerat enim et a doctoribus auctoribusque suæ salutis, seruitium Christi voluntarium non coactiuum debere esse.* Refert hæc verba ex BEDA BARONIVS *ad ann. 597. n. 25.* quod eo magis mirandum, cum plane genio BARONII contraria fuerint, et ipsum in ruborem coniicere debuerint. STEPHANVS, rex Poloniæ, in *edict. de pace religionis seruanda* contestatus est, *nolle se conscientiis dominari; Siquidem Deus solus sibi hæc tria reseruarit: creare aliquid ex nihilo, nosse futura, et dominari conscientiis.* Nec minus aurea sunt verba MAXIMILIANI I. dicentis: *dominari conscientiis esse cœli aream inuadere.* GVILIELMVS III. rex Britanniæ, Scotiæ deputatis, qui ceteris conuentionum capitibus illud *de hæreticis extirpandis* inseri fecerant, egregie respondit: *D'ailleurs je ne sçai point precisement, ce qu'on entend par Heretiques, ni jusqu' où l'on peût étendre le sens de ce terme. Mais je sçai bien, que je ne soucrirai jamais, qu'on persecute personne pour sa religion, et que je n'entreprendrai de convertir, qui se soit, que par la voie de la persuasion conformement a l' Evangile.* vid. *Histoire de Guillaume III. tom. 2. lib. IV. fol. 28.* Conf. B. RECHENBERG. diss. *an, cuius sit regio, eius sit religio?* item diss. *de relig. armis defensa.*

Exemplis illustribus doctrina hæc confirmatur,

§. XXVI. Denique hanc sententiam scripturæ sacræ conformem esse, tum praxis Christi et apostolica, tum ipsa doctrina in sacris proposita aperte docet. Non alii baptizabantur, quam qui

et scriptura sacra.

Digitized by Google

ἀσμένως, *libenter*, verbum Christi accipiebant. *Actor. II, 41.* Christus ipse *doctrina*, quæ omnem *coactionem* respuit, Iudæos conuincebat, non implorabat brachium seculare, nec obtorto collo eos ad veram fidem rapiebat, sed mansuete, placide et summa cum humanitate agebat. Desino plura addere, postquam B. SPENERVS thema hoc egregie explicuit in tr. von der Freyheit der Gläubigen von dem Ansehen der Menschen in Glaubens-Sachen, quorsum B. L. remitto.

Libertatis conscientiæ recuperatæ mira difficultas.

§. XXVII. Exædificandum vero plenius id opus est, quod institui, et quæ coarctaui et peranguste referti, dilatanda et ad specialiores casus, maxime secundum *leges fundamentales* imperii, applicanda sunt, quibus tandem *libertas* conscientiæ in exilium proiecta reuocata, et in pristina iura restituta est. Sed fata eius præmittere non inutile erit. Si magnæ molis fuit, Romanam condere gentem, certe ingentis imo maioris adhuc molis fuit, *libertatem conscientiæ*, in iure gentium fundatam, et scriptura sacra stabilitam, contra *Romanam gentem* in Germania vindicare, et in pristinum restituere statum, qui a diuino Numine ei præscriptus est. Alias dici solet, facilius quiduis dissolui et destrui, quam colligari atque construi: sed in destruendo *dominatu gentis Romanæ*, conscientiis singulorum vim truculentam inferentis, labores ingentes, difficultates multo sanguine superandæ, et pericula extrema Germaniæ nostræ subeunda fuere, antequam legibus publicis *libertas conscientiarum* protestantibus restitueretur, et DEO, quæ DEI essent, redderentur, vtpote cui vnice imperium in conscientias asserendum est. *Tanta molis erat, Romanam vincere gentem!*

Ministerio Lutheri vindicata,

§. XXVIII. Videlicet libertas hæc sepulta et emortua iacebat, cum vindex eius LVTHERVS exsurgeret. Acheronta mouebant Romani contra hæc Monachi attentata: actum de eo videbatur, nisi Deus interceſſisset, et oppressam libertatem, ministerio LVTHERI, reducere voluisset. Principes, in quorum territoriis *libertas conscientiis* vindicabatur, timide admodum ab initio agebant, interim tamen vel non resistendo aut non impediendo reformationem efficiebant, ne sæuitia Romanorum virus suum in LVTHERVM effundere, eumque igni, more maiorum, tradere valeret. Ignis enim a pluribus retro seculis vnicum illud salutare remedium reputabatur, conscientias constringendi, vt ab ore, nutu et superstitione cleri solummodo dependerent, et in summa ignorantia obbrutescerent laici. Tandem vero

Digitized by Google

ero etiam principes ad *libertatem conſcientiæ* proclamare, et ſerui-
ıtis vincula disrumpere cœperunt. Motus hinc in Germania grauiſ-
mi excitari, ob cleri maioris contradictionem, Cæſaris minas, &
.omanæ curiæ fulmina. Ad bellum ciuile omnia inclinabant; ſed
oſtis truculentior extraneus intercedebat, ne ad arma proruere poſ-
:nt, quibus libertas conſcientiæ *hereſis* erat. Proinde de *pace con-*
:rvanda in comitiis actum eſt, quæ tamen aliter ſalua tectaque eſſe
on poterat, niſi *libertate* reddita. In comitiis, anno 1526. habitis,
uidem FERDINANDVS Archidux Cæſaris nomine commendauit
nagnopere antiquæ religionis conſeruationem, edictique Worma-
enſis executionem; verum Saxones Haſſique legati pro *libertate con-*
:ientiæ pugnabant, allegantes, *veritatem diuinam e hominum mentibus*
ripi non poſſe: ſecutura eſſe grauiora mala, et ſimul verbo diuino contu-
:eliam inferri etc. SECKENDORFF *in hiſtor. Lutheran. lib. II. §. 15.*
ddit. 1. lit. C. Tandem res eo rediit, vt decerneretur, Cæſarem de-
enter rogandum eſſe, vt ad decidendas de religione controuerſias
oncilium generale vel nationale habendum curaret, interim cum id
xpectaretur, vnusquisque ita ſe gereret, wie ein ieder ſolches gegen
GOtt und Käyſerl. Majeſtät hoffet und vertrauet zu verantworten.
Hæc ipſa erat libertas conſcientiæ, quam Lutherani in his Comitiis obti-
:ere ſtudebant, vt inuidioſo calamo ſcribit MAIMBVRG *in hiſtor. Lu-*
ther. lib. II. ſect. 9. ſed reuera tanta non erat, vt pax eccleſiis reddita
:ideretur. Quieuere paululum aduerſariorum motus, nondum ſe-
lati, ſed mox eruperunt.

non ſine motibus in Germania.

De qua tamen in comitiis actum;

§. XXIX. Apparuit hoc ipſum in comitiis Spirenſibus anno
529. quibus libertas, quæ paululum reſpiraſſe videbatur, adeo rur-
us conculcabatur, vt ſex principes, cum quatuordecim ciuitatibus
olenne *proteſtationis* inſtrumentum contra *decretum comitiale* publica-
:ent; et in concluſo *R. I. de anno 1626.* ſe ſubſtituturos eſſe profiteren-
ur; vnde *proteſtantes* poſtea dicti ſunt. Animaduertebant enim,
:lauſulam, in *R. I. de anno 1626.* expreſſam, *libertati conſcientiarum* ni-
mis fauere contra intentionem oppreſſorum, quod in *R. I. de anno*
:629. ipſimet profeſſi ſunt his verbis: Und aber derſelbe Artickel bey vie-
:en in gröſſern Mißverſtand und zu Entſchuldigung allerley erſchreck-
lichen neuen Lehren und Secten zeithero gezogen und ausgeleget hat
werden wollen ꝛc.

Sed magna cum aduerſariorum contradictione.

§. XXX. Interim Cæſar cum papa conſilia inierat, de op-
primendis iis, qui *libertati conſcientiæ* hactenus ſtuduerant. Defenſio-

Cæſaris auſus contra libertatem conſcientiæ.

Digitized by Google

nem meditabantur proteſtantes; LVTHERVS vero demonſtrauit, libertatem hanc non armis, ſed fiducia in Deum armisque ſpiritualibus propugnandam eſſe. Vocatus LVTHERVS ad comitia Auguſtana anno 1530. vbi *confeſſio* illa celebris Cæſari exhibita, quæ tamen aſſenſum a Cæſare extorquere non potuit. Quin potius LVTHERVS condemnatus, banno ſubiectus, et qui pro *libertate conſcientiæ* hactenus ſteterant, in ipſo receſſu adeo conſtricti ſunt, vt nihil iis ſupereſſe videretur, quam vt vel cederent, vel extrema pericula ſubire cogerentur. His tamen ſub contradictionibus magis magisque *veritas* extulit caput, et *libertas* egregie eſt propagata. Res rurſus ad bellum ſpectare videbatur, niſi Turcarum impetus imminens Cæſaris animum flexiſſet ad conſilia pacis ſuſcipienda.

Quæ tamen paululum reſpirauit per edictum Wormatienſe,

§. XXXI. Secuta tandem eſt pax anno 1532. in conuentu Noribergenſi his conditionibus: *vt edictum Wormatienſe quoad proteſtantes in ſuſpenſo teneretur, et ii tolerarentur, nec ob cauſam religionis inquietarentur, ſed libero eius exercitio fruerentur, donec in concilio controuerſiæ deciſæ eſſent.* De hac pace ita cenſuit MAIMBVRGIVS *cit. tr. lib. III. ſect. 4. in f.* *Talis fuit pax Noribergenſis, quæ Lutheranis proteſtantibus libertatem conſcientiæ ad tempus, ſiue (vt dici ſolet) per modum prouiſionis peperit.* Terminus enim paci certus præfinitus erat, concilium nempe, aut alius in imperio conuentus, quem Cæſar pro lubitu indicere poterat, et ita pax hæc a nutu Cæſaris dependebat et mere *precaria* videbatur. Cogitatum hinc eſt de *concilio* celebrando. Papa ægre tandem conſenſit: proteſtantes id quidem non declinarunt, ſed ad *liberum* prouocarunt concilium intra fines Germaniæ habendum, in quo Papa non *iudicis* loco compareret, id quod tamen pontifex ægerrime tulit. Hoc in ſtatu cum res proteſtantium eſſent poſitæ, Smalkaldiæ conventus celebratus, et fœdus illud notiſſimum ictum eſt, catholicis quoque contra proteſtantes ſe fœdere munientibus. Neque ſic tamen res in apertam erupit flammam, ſed Cæſar FRANCISCI I. armis territus indulgentior in proteſtantes factus eſt, ita vt in Spirenſibus comitiis de anno 1544. caueretur: Daß hinfüro in der Religion und Glaubens-Sachen, auch keiner andern Urſach halben, in was Schein das geſchehe, niemands hohen oder niedern Standes den andern befehden, bekriegen, berauben, fahen, überziehen, belägern, auch darzu für ſich ſelbſt oder iemands anders von ſeinetwegen nicht dienen, noch einig Schloß, Stätte, Märckt, Befeſtigung, Dörffer, Hoff oder Weyler abſteigen, die ohne der andern Willen mit gewaltiger That und

& anno 1544 corroborata eſt,

fre-

reventlich einnehmen oder gefährlich mit Brand oder in andere Wege eschädigen, noch iemand solchen Thätern Rath und Hülffe, oder in eine andere Weise Beystand und Vorschub thun, auch sie wissentlich nd gefährlicher Weise nicht herbergen, behaussen, etzen, trancken, nthalten oder gedulden, sondern ein ieder den andern mit rechter reundschafft und Christlicher Liebe meynen soll ꝛc. Doch soll kein Stand den andern zu seiner Religion dringen, noch dem andern seine nterthanen abpracticiren, oder wider iede Obrigkeit in Schutz und Schirm nehmen. Hoc quoque capitulum additum est: So soll auch er Augspurgisch und andere Abschiede, dergleichen die gemeine beschrieene Rechte gegen den Ständen der Augspurgischen Confession, so viel ie Religion und dessen Friedstand belanget, bis zu obgemeldter Verleichung sufpendiret seyn und bleiben. Allegabant enim protestantes, n iure Romano et canonico multa contineri, quæ ad opprimendam *bertatem conscientiæ* facerent, quæ si contra eos sub prætextu *iuris ommunis* a iudiciis supremis in praxin deducerentur, se securitate plena in negotio fidei gaudere haud posse.

§. XXXII. Verum manebat alta mente reposita pontificiis re- Nihilominus tamen tandem pro ea armis concertatum est, itutæ libertatis iniuria, quam protestantibus imputabant, neque vlla ncera amicitia inter eos coli poterat, quorum animus saucius, et mula odiosaque suspicione adeo oppletus erat, vt singuli securitati suæ prospicere studerent. Fatale tandem bellum anno 1546. Germaniæ iminuit, id quod licet varia fortuna gestum, exitu tamen notabile fuit, uia anno 1552. pacem Passauiensem peperit, qua denuo *libertas conscientiæ* pacto publico confirmata est his verbis: Und mittler Zeit wer die Käyserl. Majest. Wir, noch Chur-Fürsten, Fürsten und Stände des H. Reichs, keinen Stand der Augspurgischen Confession & pace Passauiensi rursus reducta. ermandt, der Religion halber mit der That gewaltiger Weise, oder n andere Wege wider seine *Conscienz* und Willen dringen, oder erhalben überziehen, beschädigen, durch Mandat oder einiger ander Gestalt beschweren oder verachten, sondern bey solcher seiner Religion und Glauben ruhiglich und friedlich bleiben lassen. Huius ransactionis gratia anno 1555. comitia Augustæ Vindelicorum habita unt, vbi *d. 5. Febr.* in *propositione Cæsareæ* contra *libertatem conscientiæ* grauissimæ motæ sunt querelæ: Daß sich allerhand Secten und Spaltungen an manchem Ort hin und wieder erregen, die ein ieder seines Kopffs bestreiten, vertheidigen und verfechten will, dadurch GOtt und sein heil. Wort zum höchsten verunehret, das Band Christlicher

Liebe zerriſſen, und das gemeine, arme, unverſtändige Volck dermaſſen in dem Gewiſſen ängſtig und irre gemacht, daß gar nah unter demſelben niemand wiſſen könte, was er glauben und halten ſolte. Vid. LEHMANN. *in act. pac. relig. tom. I. lib. 2. c. 2.* Interim tamen primarius horum comitiorum ſcopus fuit, *pacem*, vt vocant, *religioſam*, quæ *libertatem* proteſtantibus quodammodo peperit, plenius confirmandi, declarandi, & augendi, quem in finem varia monita a ſtatibus vtriusque religionis oblata ſunt.

Rurſus vero a catholicis imminuta per reſeruatum eccleſiaſticum.

§. XXXIII. Sed reuera libertas non *aucta* ſed *imminuta* videtur. Nam *d. 19. Iun.* nouum monitum a catholicis oblatum eſt, quod a pace religioſa excludendi eſſent prælati: Doch ſollen hierinnen die Ertz-Biſchöfe, Prälaten, Capitel, Orden, und andere geiſtliches Standes, ſo in der adminiſtration ſeynd, oder darinn kommen würden, ausgenommen ſeyn, dergeſtalt, wo ein Herr, Ertz-Biſchoff, Biſchoff, Prälat oder andere geiſtliches Standes, von der alten Religion abtreten würde, daß derſelbe ſeines Standes und Amts alsbald ipſo iure & facto entſetzet ſey ꝛc. Duriſſima hæc conditio proteſtantibus videbatur, quippe qua *libertati conſcientiam* inſidias ſtrui præuiderunt, adeoque illud *reſeruatum eccleſiaſticum*, vt vocatur, magnopere impugnarunt, aſſerentes, *ſe ſine crimine læſæ maieſtatis diuinæ*, und ohne höchſte Beſchwerung unſerer Gewiſſen, illud admittere non poſſe: (1) quod omnes promiſſiones V. et N. T. ſint particulares, adeoque nemini denegandæ: (2) quod Iudæi, Turcæ, gentilesque deſiderio trahantur, ſuam religionem promouendi, omnesque eam quouis modo commendandi, multo magis ergo Chriſtiani procliues eſſe debeant, ad libertatem ſingulis concedendam: (3) quod licet variis abuſibus religio catholicorum infecta eſſet, nihilominus tamen iis plenam libertatem indulſerint: (4) quod ita contingere poſſet, vt in caſu mutatæ religionis ipſimet obſtringerentur ad eos perſequendos, qui ad eorum ſacra acceſſerint. Denn, aiunt, demnach werden die Churfürſten und Stände der Augſpurgiſchen Confeſſion, aus Kraft dieſes der geiſtlichen Articul obligiret und verbunden, wider berührten ihres Chriſtlichen Glaubens Genoſſen zu Verfolgung und Unterdrückung ihrer Confeſſion und Religion Zuzug und Hülff zu thun, ſolches aber wäre wider GOtt, ihr Gewiſſen, und bey aller Welt zum allerhöchſten ihnen nachtheilig und verwerflich: (5) quod ita religio proteſtantium per indirectum pro *reiectanea* et *hæretica* haberi debeat etc. vid. LEHMANNVS *cit. l. lib. I. c. 13. et 15.* Allegabant præterea

Quod impugnarunt proteſtantes.

Digitized by Google

teren nouo ſcripto *d. 5. Sept.* exhibito, iniquum videri, *libertatem* religionis iis concedere, aber doch dabey die Mittel, zur Augſpurgiſchen Confeſſion zu treten, dermaſſen beſchneiden und ſchmälern, daß männiglich ſo wol Geiſtliche als Weltliche, derſelben nicht Beyfall thun könten. Videbant enim, hoc modo laicos principes plane deterreri, quo minus caſtra eorum ſequerentur, cum omnem ſpem ad prælaturas & beneficia eccleſiaſtica, quæ quoad maximam partem in manibus catholicorum erant, adſpirandi amitterent; prælati vero metu amittendorum reditvum eccleſiaſticorum ſacris priſtinis inſiſtere conſtringerentur. Sane vel hæc ſola ratio proteſtantibus ſufficere poterat, quod libertas conſcientiis *ipſo iure* competeret, neminique adimenda eſſet, quam etiam profiteri apertius viſi ſunt in duplica Cæſari *d. 7. Sept.* oblata, apud LEHMANNVM *cit. l. lib. I. c. 18.* vbi inter alia aiunt: ſo wolte es in Religion-Sachen, der Heil. Schrift, und daraus dem Gewiſſen zuwider ſeyn, daß ein Stand willigte, daß kein Geiſtlicher der Religion ſeyn ſolte, welche er für die wahre Chriſtliche erkannt hätte. Ad Cæſarem tandem res delata, qui *reſeruatum* hoc receſſui *de anno 1555.* inſerendum curauit cum aliqua mitigatione, vt prælati catholici, religionem mutantes, dignitate eccleſiaſtica quidem exciderent, iedoch ihren Ehren ohnnachtheilig. Stabilita porro hoc receſſu eſt *libertas religionis proteſtantium*, ſuſpenſa iurisdictio eccleſiaſtica contra eosdem, reliqui vero, qui hisce duabus religionibus haud addicti ſunt, excluſi. Doch ſollen alle andere, ſo obgemeldten beyden Religionen nicht anhängig, in dieſem Frieden nicht gemeynet, ſondern gäntzlich ausgeſchloſſen ſeyn.

Sed Cæſar cum temperamento approbauit.

§. XXXIV. Equidem proteſtantes ad *ſuggeſtionem catholicorum* inductos fuiſſe, dici poſſet, vt *libertatem* conſcientiarum aliis denegandam eſſe conſenſerint, quam ipſimet adeo propugnauerant in *cauſa propria*; ſed negari nequit, eos *ſua ſponte* contra alios quoque eadem fere arma ſumſiſſe, quibus catholici contra eos vſi erant. Non allegabo iam abuſus, qui circa ſubſcriptionem librorum ſymbolicorum commiſſi ſunt, ab aliis iam ſatis notati; nec perſecutiones adducam, quas nonnulli zelo quodam intempeſtiuo mouerunt contra eos, quos ſuſpectos ſibi erediderunt, quia ita me in immenſum immitterem pelagus: paucis tantum adducam, quo iure A. C. addicti erga *reformatos* vſi fuerint. Conſtat, hos in Heluetia, prorumpente reformatione, LVTHERO eiusque aſſeclis manus præbuiſſe, eisque *ius fraternitatis* non denegaſſe. Verum controuerſia de S. cœna mox adeo

Quid proteſtantes auſi fuerint contra libertatem conſcientiæ, quoad eos, qui diverſis addicti erant ſacris?

Digitized by Google

adeo abalienauit eorum animos, vt in duas diuiderentur partes, et mutuo conflictu contra semet inuicem insurgerent, imo postquam etiam in Germania plures reformatæ religioni sese addicerent, Lutherani, vbi prævalebant, haud veriti sunt, eos persequi, expellere, a pace excludere, et eodem in eos vti iure, quo pontificii antea in protestantes vsi erant. Non hæc narro in opprobrium nostræ religionis, cui *libertas conscientiæ* omnino commendata est, sed potius in opprobrium eorum, qui nomen huic confessioni dederunt, sed vim et potestatem eius haud intellexere. Sunt in quauis ecclesia turbidi, spiritum persecutionis gerentes, et dissentientium hostes infensissimi, id quod *malitiæ hominum*, non ipsi *religioni* adscribendum. Nequaquam enim Augustana confessio persecutionem dissentientium adprobat, sed vt pie concepta et scripturæ S. conformis est, ita quoque *libertatem conscientiæ* inculcat, docet, commendat, quamuis dissentientium doctrinam damnet seu reprobet. Aliud enim est, dissentientium doctrinas reprobare; aliud dissentientes persequi, eiicere, et omnium odiis exponere.

Consilia protestantium reprobanda erga reformatos.

§. XXXV. Vt vero iniquitatem maiorum demonstrem, vel ex DEDEKENNI *consiliis tom. I. P. I. lib. III. sect. 3. sqq.* constat, quibus vsi fuerint nonnulli theologorum consiliis reprobandis erga reformatos, et quanta acerbitate, libertati conscientiæ admodum aduersa, vtrinque pugnatum fuerit. Principaliter tunc quæstio mota fuit: an reformati pace religiosa, h. e. *libertate conscientiæ*, frui queant? Si pontificii hanc mouissent quæstionem, facilius id ipsum eis condonandum fuisset, quorum principia, quibus imbuti sunt, libertatem conscientiæ haud admittunt, sed potius dominatui in conscientias fauent. Ast quod A.C. addicti hanc quæstionem mouerint, imo quod eam negauerint, probari nullo modo potest. Denegasse enim et theologos et ICtos protestantes reformatis libertatem conscientiæ, DEDEKENNI *cit. l. sect. VI.* collecta consilia docent, pleniusque argumenta ab HENRICO ANDREÆ CRANIO *diss. de pac. relig. et libertate conscient. P. I. probl. 13.* collecta demonstrant, quæ quoad maximam partem collecta sunt ex HVTTERI *Caluin. aul. polit.* Hoc etiam adhuc CARPZOVIVS *lib. II. iurispr. consist. def. 266.* approbat atque contendit, eos expellendos esse, si nulla admonitione se commoueri patiuntur, vt ad *orthodoxam* accedant *religionem*, sed in errore suo malitiose, vt loquitur, perseuerant: vt persecutiones contra *crypto-Caluinistas*, vti quidam eo tempore dicti sunt, speciatim vero contra PEVCERVM et CRELLIVM, non referam. Adeo maiores nostri *libertatem conscientiæ*, qua ipsimet pontificia sacra deserebant, con-

cul-

culcare ſtuduerunt, quod omnino dolendum eſt. Optandum ſane foret, eius veſtigia non exſtare, quæ immaturus zelus quorundam prodidit, et ſpiritum perſecutionis manifeſtauit, quem alias in pontificiis maiores exprobrarunt. vid. ARNOLD in der Ketzer-Hiſtorie *P. II. lib. 16. c. 31. §. 26. ſeqq.* Controuerſiæ huic tandem finis impoſitus eſt per inſtrumentum pacis *art. VII. §. 1.* quo cautum, vt quicquid *iuris* et *beneficii* ceteris catholicis et A. C. addictis ſtatibus ſubditisque tributum eſt, id etiam reformatis competere debeat. Quot difficultates, non absque lætitia pontificiorum inſigni, ipſis in tractatibus pacis, hoc de articulo motæ fuerint, PFANNERVS *in hiſtor. pac. Weſtphal.* aliique docent. Elector Saxoniæ imprimis contra formulam, quæ in I. P. habetur, aperte proteſtatus eſt, ad ſuggeſtionem concionatoris sui aulici WELLERI, qui electorem in ſuam ſententiam perducere conabatur, hoc adhibito peſſimo momento, electorem ſalua conſcientia in eam formulam conſentire non poſſe, tradente PVFENDORFFIO *in hiſtor. de reb. Brandenb. lib. II. §. 69.*

§. XXXVI. Redeundum vero in viam, et paucis videndum, in poſt pacem religioſam *plena* et *ſecura libertate conſcientiæ* ſemper noſtrates vſi fuerint? Quod affirmare non poſſum, prout ſcripta, ites, et querelæ publicæ docent, collectæ a LEHMANNO *in act. pac. relig. tom. I. lib. II. et III.* Mota ſunt varia dubia circa libertatem religionis, et ſenſus pacificationis religioſæ adeo torqueri cœpit, vt ingens controuerſiarum moles naſceretur, et animi concertantium magis magisque exulcerati in mutua odia prorumperent, catholicis vulnus ſub pectore alentibus, quod proteſtantibus *libertatem conſcientiæ* indulgere debuerint; his vero fidem publice ab illis datam in ſuſpicionem deducentibus, et inuidioſis oculis ſacra pontificiorum intuentibus. Præbuerunt tandem motus Bohemici occaſionem pontificiis, et Cæſari, aperto marte contra proteſtantes agendi, et, ſpreta pace religioſa, ſumma imis miſcendi, vnde funeſtum illud bellum tricennale ortum, quod totam Germaniam miſerrime affixit. Interim tamen rebus proteſtantium magis profuit quam obfuit, quia tandem in pace Weſtphalica omnes controuerſiæ, circa *libertatem conſcientiæ* antea motæ, plenius deciſæ et ſopitæ ſunt, vt dominatus in conſcientias aulæ Romanæ magis *ſublatus* quam *ſuſpenſus* credi debeat. Sic ergo tandem *libertas conſcientiæ* in plurimis eſt reſtituta, et iuribus inſignibus inſtructa, vt inſtrumentum pacis docet.

Fata libertatis conſcientiæ poſt pacem religioſam.

Digitized by Google

Quatenus per inſtrum pacis reſtituta et aucta?

§. XXXVII. Obſeruandum tamen eſt, hanc libertatem non quibuscunque religionibus, ſed iis tribus tantummodo datam fuiſſe, quæ ante transactionem Weſtphalicam maxime de illa contenderant. Hæ tres, catholica ſcil. Lutherana et reformata, publice receptæ, approbatæ, et toleratæ ſunt, vt quoad effectus iuris *orthodoxæ* haberi debeant: aliis libertas eadem adhuc denegata videtur, vt ad minimum *libertate ciuili* haud fruantur, quæ tribus antea nominatis data eſt. Habet videlicet *libertas conſcientiæ* ſuos gradus, vt vel *plena* vel *minus plena* dici mereatur. Illa dicitur, quæ liberum publicumque religionis exercitium, cum omnibus inde dependentibus effectibus, habet: hæc vero, quæ publico liberoque religionis exercitio deſtituta, et vel priuatis ſacris, vel deuotioni domeſticæ relicta, vel ſola *tolerantiæ* nititur. Solent hanc vtplurimum negligere, et extra cenſum *libertatis* conſtituere, talem eccleſiam vocantes *preſſam*, *derelictam*, et in ſtatu ſeruitutis conſtitutam etc. Verum quamdiu in republica diſſentientes placide tolerantur, nec ob religionem vlla afficiuntur moleſtia, aut perſecutioni dominantis cleri exponuntur, ſed ſuæ libertati circa credenda relinquuntur, etiam his *libertas conſcientiæ*, licet minori gradu, tribui poteſt. Neque enim ad eſſentiam *religionis* pertinet *publicum eius exercitium:* etiam *priuatum*, quod intra parietes priuatos exercetur, ſufficit ad finem obtinendum; imo et *deuotio domeſtica*, quæ nemini auferri poteſt, ſua libertate non deſtituitur, quamuis non complete omnium ſacrorum vſum ſemper contineat.

Libertas conſcientiæ plena et minus plena.

An libertas conſcientiæ etiam minus plena in I. P. denegata ſit hæreticis?

§. XXXVIII. Cum itaque in *I. P. art. VII. §. 2. in fin.* cautum fuerit, præter religiones approbatas nullam aliam in ſacro imperio Romano recipiendam et tolerandam eſſe, non leue dubium enaſcitur, an *omnis libertas*, an vero ſaltim illa, quæ *plena* dicitur, aliis non approbatis ſectis denegata ſit? Hoc (1) expeditum eſt, principem non eodem modo eſſe obſtrictum, vt alias toleret religiones, vti quidem obſtringitur, ad tres approbatas religiones tolerandas, ſecundum ſtatum anni 1624. et ſic pontificii contra I. P. non agunt, ſi ſecundum principia cleri ſui aliis ſectis addictos perſequuntur, expellunt, aut ad ſacra ſua adigunt, quamuis contra præcepta euangelii agant: iure ſuo agunt, quod publicis legibus iis indultum eſt. Porro etiam (2) hoc pro explorato certoque habendum, peregrina ſacra tractantibus *publicum religionis exercitium* concedi non poſſe, nec principi, ſi forte mutando religionem in caſtra Socinianorum, Arrianorum vel Anabaptiſtarum ſecedere vellet, ne quidem in templo aulico ſacra pere-

peregrina introducere, integrum esse: hanc facultatem enim et liber-
tatem verba adducta omnino excludunt. Quamuis enim *ius reformandi sacra* principi in *I. P. art. V. §. 30.* assertum sit, restrictum tamen est, non tantum ad statum anni 1624. sed præterea etiam ad tres publice receptas religiones, vt libero iuris circa sacra exercitio vtcunque non fruatur.

§. XXXIX. Verum (3) de eo grauius dubium supereſt, an princeps ita sit constrictus, vt nullo modo peregrinis sectis addictos tolerare, aut *domesticam deuotionem* iis permittere possit, sed potius eos exstirpare, expellere, imo persequi teneatur, et ad hoc cogi queat? Id plerosque quidem asserere animaduerto, sed vim argumentorum non percipio. Verba *instrum. pacis art. VII. §. 2. in f.* sunt hæc: *Sed præter religiones supra nominatas nulla alia in sacro imperio Romano recipiatur vel toleretur.* Hic notandum est, (I) non de personis, peregrinis sacris addictis, disponi, sed de *religione peregrina*, quæ a religionibus in I. P. approbatis recedit. (II) Per *religionem* intelligi *exercitium* eius *publicum*, id quod totum instrumentum pacis vbique declarat, prout bene obseruat AVTOR *meditat. ad I. P. cit. l. p. 866.* Neque enim ante transactionem Westphalicam et pacem religiosam tam de *religione*, quatenus internam animi deuotionem et conceptum de DEO diuinisque rebus denotat, disputatum fuit; sed de *publico* eiusdem *exercitio*, eiusque libero vsu cum omnibus inde dependentibus iuribus, de quibus etiam vbique transactum est. Vid. *I. P. art. V. §. 31. seqq.* Proinde quando (III) disponitur, aliam *religionem* præter approbatas non esse tolerandam vel recipiendam, id vnice innuitur, *publicum* peregrinorum sacrorum *exercitium* cum omnibus iuribus non esse permittendum; non vero, ab his tribus religionibus recedentes, et de cetero pacifice et quiete viuentes, et domesticæ deuotioni vacantes, publice in inquisitionem vocandos, ad errorem reuocandum cogendos, aut aliis molestiis afficiendos esse. Neque enim hunc sensum admittit sana ratio, quæ *libertati conscientiæ* fauet, quamque protestantes tuentur; vt non credibile sit, eos in tam duram conditionem consensuros fuisse. Præterea vero (IV) cogitandum est, potissimum pontificios, qui ab omni *tolerantia* alieniſſimi sunt, vrsisse, vt hæc clausula instrumento pacis adiiceretur, vt secundum principia suæ religionis in hæreticos sæuire, vel ad eiurandos errores cogere possent, id quod protestantes iis quidem concedere potuere, vt tamen sibi nullam necessitatem imponerent, contra A. C. et Christi doctrinam, hæreticos persequendi

An omnis tolerantia eorum principi denegata?

Præmittuntur quædam præsupposita ad genuinum intellectum instrumenti pacis.

Digitized by Google

et conſcientiis eorum vim inferendi. Proinde (V) ſi princeps A. C. addictus diuerſæ et non approbatæ confeſſioni addictos, ſine *publico religionis exercitio*, ex iuſta cauſa tolerandos eſſe duxerit, vel ſi ipſe in caſtra hæreticorum ſeceſſerit, catholicis nullum ius ex I. P. naſcitur, cogendi principem, vt ipſe errorem reuocet et deponat, vel hæreticos ex ſuo territorio expellat, ſi id conſcientiæ ſuæ aduerſari exiſtimet. Neque enim hoc ex verbis I. P. reſultat, neque cum praxi imperii conuenit. vid. B. STRYK. *de caut. teſtam. c. III. §. 61.* TITIVS *in iur. priu. lib. XI. c. 18. §. 29.* Illuſtraui id ipſum iam ſupra *lib. I. tit. I. §. 58.* reſponſo facultatis inclytæ iuridicæ huius loci, quod apprime rem declarat.

Deciſio.

§. XL. Id vnice ergo ex verbis adductis liquet, (1) *publicum* religionis *exercitium* hæreticis haud indulgeri; (2) interim eos tolerari in territorio poſſe, vt, *ſalua conſcientiæ libertate*, ſuæ deuotioni domeſticæ vacent, non vero (3) vt princeps ad eos expellendos et extirpandos neceſſario obſtrictus ſit. Sed vltimam hanc propoſitionem adhuc dubiam facere videntur illa, quæ SAVRINVS *ſupra laudato tract. P. IV. ſect. 1. et 2.* de obligatione imperantium ad extirpandas hæreſes docet. Præſupponit (1) *principi ius eſſe, ſuam auctoritatem interponendi in cauſis ad religionem ſpectantibus, eamque conſeruandi, quam veram eſſe credit, imo non tantum ius ei tribuit, ſed omnino eum ad hoc obligatum eſſe* aſſeuerat. Admitto hoc ipſum, quatenus tranquillitas reipubl. id ipſum poſtulat, cui vnice intentus eſſe debet, quamuis qua *chriſtianus* etiam extra hunc reſpectum ſollicitus eſſe debeat, de curſu euangelii promouendo, quod eo magis ipſi incumbit, quo efficacius id efficere poteſt, modis tamen adhibitis legitimis, euangelicæ veritati conſonis. Supponit vero, religionem, cui addictus eſt, reuera *bonam veramque* eſſe debere. Verum hæc limitatio in hypotheſi inutilis eſt. Nemo religioni addictus eſt, niſi quam credit *bonam* et *veram* eſſe: ergo etiam princeps ſuam religionem, quam profitetur, vt *bonam* et *veram* ſemper reputabit, et ſic, quamcunque profiteatur, ſecundum hanc doctrinam obligatus erit, ad illam promouendam et conſeruandam. Id vero SAVRINVS ægre ferre videtur, qui *reformatam religionem* tantum *bonam et rectam* eſſe cenſet, adeoque credit, principem catholicum, Socinianum, Arrianum etc. nec poſſe nec debere pro conſeruatione ſuæ religionis vigilare. Aſt ſic reuera negat, quod antea adſtruxerat. Putatne enim, principem catholicum credere, ſe erroneam profiteri religionem? Socinianum ſcienter errare? Arria-

Saurini obiectiones reſoluuntur,

Arrianum de falſitate confeſſionis ſuæ perſuaſum eſſe? quis hoc dixerit? Sed vero, pergit, principi ius non eſt dandum, erroneam et hæreticam religionem promouendi. Recte, ſi nouit, illam eſſe *falſam*, *hæreticam* et *erroneam*; aſt hoc gratis dicitur, ſi princeps ei religioni, quam tu falſam ais hæreticamque, addictus eſt. Aut ergo, *qua princeps*, non erit obligatus; aut generatim dicendum eſt, principem, cuicunque religioni addictus ſit, obligatum eſſe ad conſeruationem et promotionem ſuæ religionis, licet aliis falſa, erronea et hæretica videatur. Iam elige, cui dicas: tu mihi ſola places.

§. XLI. Rectius SAVRINO philoſophatur theologus Baſileenſis WERENFELSIVS *in epiſt. de iure in conſcientias ab homine non vſurpando*, vbi oſtendit, huiusmodi philoſophiam eſſe inanem, inquiendo: *at, inquis, non errori Deus conceſſit ius cogendi, ſed ſoli veritati. Hoc vero conditionem veritatis nihilo reddit meliorem: error enim, qui veritatis titulum vſurpat, ſemper quoque vſurpabit ius cogendi, et hoc iure ſeuera vtetur; atque iſtud Deus aliter impedire non poteſt, niſi errantibus in religione aut eximat errorem, quo deluduntur, aut adimat facultatem cogendi; quorum neutrum eum facere, experientia omnium ſeculorum tetatur. Deinde cum hoc excipitur, ſupponitur, iam in orbe deciſum eſſe, quis inter diſſidentes in religione recte ſentiat, quis erret? Fateor, hoc decium eſſe in mea conſcientia: et recte, vt perſuaſus ſum, deciſum, ita vt ine vlla hæſitatione in iudicio conſcientiæ meæ acquieſcam. Sed hoc nondum deciſum eſt in toto orbe; lis inter me et diſſentientes, qui conſcientiæ meæ tribunal non agnoſcunt, non compoſita eſt et penitus ſublata. Quæritur igitur, quomodo Deus velit, vt huiusmodi liter in orbe componantur? Si voluit, vt, omni vi remota, diiudicentur ſolis argumentis, vicit veritas aut tandem vincet. Sin iuſſit, vt vis litem decidat, manifeſte Deus ſententiam pronunciauit in fauorem erroris, quod ſine impietate de eo cohiberi non poteſt.* et contraria ſententia Werenfelſii illuſtrantur.

§. XLII. Altera SAVRINI propoſitio eſt, quam *p. 496.* habet: *Principem et* POSSE *et* DEBERE *autoritatem ſuam interponere, vt hæreſes et falſæ religiones extirpentur.* Quæ enim ratio, ait, vult, principesque adſtringit, vt *bonam* et *veram* conſeruent, eadem quoque eos obligat, vt *malam* et *falſam* funditus exſtirpent, ſicuti ſollicitus eſſe debet, ne peſtis et contagio noxia ſubditos conficiat et per territorium graſſetur. Ita vero rurſus in easdem difficultates incidimus, quæ antea motæ ſunt. Quodſi enim princeps catholicæ religioni extra imperium addictus eſt, obligatus erit ad exſtirpandos proteſtantes, Saurini ſententia de hæreticis exſtirpandis examinatur.

Digitized by Google

quia eorum religionem credit esse hæreticam, suam *veram* et apostolicam, et ita nemo subditorum iniuriam sibi illatam, aut persecutioni se expositum fuisse propter religionem, asserere potest, quia princeps id fecit, ad quod ex SAVRINI doctrina obligatus fuit. Nec est, quod instes, eum non obligatum esse, nec ius habere, quia falsæ vel erroneæ religioni addictus est; eius enim definitio priuatorum arbitrio non est relicta, alioquin pro singulorum arbitrio obligatus erit et non obligatus erit. Obligatus erit secundum iudicium eorum, qui eius religioni addicti sunt: non obligatus erit iudicio eorum, qui diuersam ab eo profitentur religionem. Hunc Gordium nodum soluere qui poterit, is erit mihi magnus Apollo.

Limitatio Saurini quoad exstirpationem hæreticorum sub examen reuocatur.

§. XLIII. Tertia eius propositio, quam *p. 499.* adducit explicatque, hæc est: *principem orthodoxum, et qui studio defendendi veram religionem, et exstirpandi hæreses ducitur, sese continere debere intra limites legum publicarum et fundamentalium, ne iniustitiam committat.* Hæc propositio optime sese habet, & ad statum imperii nostri commode applicari potest, si de *iure* principis, non de eius *obligatione* quæritur. Nam ius sacrorum et reformandi sacra principi vtique competit, quod tamen in I. P. admodum restrictum est vi *art. V. §. 31. seqq.* adeoque contra hanc legem fundamentalem nihil tentare potest. Sed vereor, ne stantibus duabus propositionibus SAVRINI præcedentibus, hæc iacturam quandam patiatur. Ait, principem *vi officii* obligatum esse ad exstirpandas hæreses et tollendas erroneas religiones. Si *obligatus* est, aut *DEO* obligatus erit, aut tantum *reipublicæ.* Si *DEO* obligatus est in conscientia, quod *p. 491.* supponit, docetque, et ex natura religionis fluere videtur, quæ ad Deum dirigitur, non potest salua conscientia leges fundamentales, contrarium disponentes, seruare, sed recte subditis ad leges fundamentales prouocantibus obiicere potest illud apostolorum *Act. IV, 19. vtrum apud Deum æquum sit, vobis obtemperare potius quam Deo, diiudicate?* ad quem locum ipse *p. 490.* prouocat. Ad quod enim faciendum in conscientia quis obligatus est, ab eius executione per leges impediri nequit, quas *iniustas* reputabit. Si *soli reipubl.* obligatus est, religio propter respublicas erit inuenta: quod nemo sanus dixerit. Apparet itaque, quantis periculis exponat SAVERINVS leges fundamentales rerumpubl., si eius ratiocinationi standum esset.

Saurini conclusiones ex adductis pro-

§. XLIV. Ex his tribus propositionibus *sect. II.* varias nectit conclusiones, officium principis determinantes, veluti quod veram eccle-

Digitized by Google

ecleſiam defendere, et omnia media ad eius ſubſiſtentiam con- poſitionibus
ɛrre, quod illam reddere *dominantem*, et publica loca iis conſecra- examinan-
ɛ, quod hæreticos compeſcere debeat, ſi orthodoxis inſidias ſtru- tur.
nt atque moleſti ſint: quod, ſi argumentis certis compertum habeat,
æreticos non agere bona fide in propaganda hæreſi, et zelum eorum
ıerum prætextum eſſe, eos poſſit coërcere, vt rebelles ſeditioſos-
ue: quod in ſocietatis ciuilis commercio et iuribus præferre hæreti-
s orthodoxos: quod ſectas illas, quæ directo ſocietati ciuili et hu-
anæ contrariæ ſunt, et regicidia, periuria aliaque crimina defen-
ınt, vi ferroque exſtirpare debeat etc. Hæ concluſiones ita com-
ıratæ ſunt, vt rurſus princeps, cuicunque religioni addictus ſit, eas
ɔi tribuere et applicare poſſit. Vbi tempore ATHANASII Cæſar
rrianorum dogma ſequebatur, ſecundum SAVRINVM obligatus
it, vt redderet hanc religionem, quam pro *vera* et *orthodoxa* ha-
bat, dominantem, diſſentientes eiiceret, ſi ipſi compertum eſſet,
s dogmati Arrii inſidias ſtruere etc. Hoc vero grauiter improbat
'HANASIVS in *epiſt. ad ſolitarios*, et hoc omnis poſteritas improba-
. Recte, dicit SAVRINVS, quia hæc religio fuit *falſa* et *erronea*.
d Cæſar tamen putauit, eam *bonam*, *veram*, *orthodoxamque* eſſe,
ue ita quidem putauit, vt, *ſententia deciſiua* deficiente, aliter pu-
ɛ non potuerit, vtut per Dei gratiam nos aliter exiſtimemus. Non
probo erroneas religiones, nec hæreſi verba dico, ſed propono
ıtum pericula, quæ ex doctrina SAVRINI fluunt, ſi temere eam
uimur. Denegat principi quidem *p. ſu.* duo: (1) ne articulos fidei
ɛrminet, ſubditisque per modum *ſanctionis* imperet: (2) ne diſſen-
ıtes cogat, vt *contra conſcientiam ſuam* alia, quæ religioni ſuæ con-
ria ſunt, agant, nec impediat eos, quo minus *externa* agant, quæ
: violatione conſcientiæ omittere nequeant. Sed ſtatim apparet,
ım facile hæ duæ præcautiones vel infringi vel ita accipi poſſint,
ub illis etiam *bona cauſa* ſuccumbat. Si enim princeps *obligatus* erit
exſtirpandas erroneas ſectas, media quoque ſibi conceſſa eſſe arbi-
ɔitur, ſine quibus illæ exſtirpari nequeunt. Media illa quæuis oc-
o, qua dominanti religioni addicti inſultant diſſentientibus, ipſi
peditabit, vt contra has præcautiones ſub ſpecie *prouidentiæ prin-
lis* facile peccare queat.

§. XLV. Ad huiusmodi incommodas concluſiones præcauen- Officium
, potius adſerendum eſſe exiſtimo, *principi ius ſacrorum compe-* principis ve-
inuitu reipubl. vt inſpiciat, ne quid detrimenti capiat respubl. in- rum et ge-
nuinum circa
tuitu

diſſonantes religiones deſcribitur.

tuitu religionum diſſonantium, ſi forſan factiones, tumultus aliaque incommoda ex intempeſtiuo imminent zelo diſſentientium. Talia pericula emergere facile poſſunt, quia plebs ſuperſtitione capta magis parere ſolet vatibus quam ducibus, vt CVRTII verbis vtar. Salus reipubl. ergo poſtulat, vt propter eius *tranquillitatem inſpectionem generalem* in *quauis ſacra* gerat, tumultuantes ſua auctoritate compeſcat, perſecutionibus reſiſtat, zelo intempeſtiuo eorum, qui conſcientiis diſſentientium dominari intendunt, occurrat, et generatim omnia illa agat, ſine quibus respublica ſalua et incolumis eſſe nequit.

Quod non conſiſtit in exſtirpanda hæreſi.

Aſt inde minime fluit, eum *abſolute*, etiamſi nullum reipubl. imminet periculum, obſtrictum eſſe ad hæreſes exſtirpandas, h. e. quouis modo illam religionem ſupprimendam, quæ ab eius religione, quam profitetur, aliena eſt. Nam ita (α) omnes e republ. eſſent eiiciendi, qui diuerſam ab eo profitentur religionem, et ita *tolerantia* omnis principi eſſet interdicta, quia ſine tali expulſione diſſonantes religiones exſtirpari nequeunt; quod tamen ipſe SAVRINVS *p. 513. ſeq.* non videtur concedere; (β) ſæpe contingere poſſet, vt *veritas* ſub prætextu *erroris* opprimeretur, et *mala cauſa* triumpharet; (γ) docendum foret, respubl. conditas eſſe ad propagandam, defendendam et ſtabiliendam religionem, quæ tamen iure gentium *libera* eſt, nec dependentiam ſuam a republ. habet, vt optime docet PVFENDORFF. *de habitu religionis ad vitam ciuil.* vbi in fine contra ADRIANVM HOVTVYN egregie hanc independentiam defendit. Huic addo iudicium IO. CLERICI *tom. XI. biblioth. ſelect. p. 239.* vbi ita: *ſi l'on remonte juſqu'a l'origine de la ſocieté civile, on trouvera, qu'elle ne s'eſt pas formée, en vuë de la religion; mais ſeulement pour vivre en ſureté contre les entrepriſes de ceux, qui abuſoient de leur puiſſance à mal faire et contre qui pluſieurs hommes aſſociez enſemble ſe peuvent defendre; au lieu qu'ils ne le pourroient pas faire s'ils vivoient ſeparément. C'eſt pour cela que les hommes ont établi des puiſſances ſuprêmes, pour les conduire, et pour conſerver a châcun, ce que lui appartient, par de certaines lois ſoûtenues par des peines et des récompenſes*, etc. (δ) Accedit, quod ipſe SAVRINVS, qui principem ad exſtirpandas hæreſes obligatum eſſe credit, *p. 513. ſeq.* doceat, principi ius non eſſe, ſectariis prohibendi conuentus eccleſiaſticos, quia, ait, ſubditi diuerſæ religionis ſemper ei obiicere poſſent, *magis obediendum eſſe Deo quam hominibus.* Quomodo autem obligatus dici,

Quod verbis Clerici illuſtratur,

et ex ipſius Saurini ſententia demonſtratur.

ici poteſt ad exſtirpandas hæreſes vel diſſonantes ſectas, ſi ius ipſi :negatur illa prohibendi, ſine quibus hæreſes exſtirpari nequeunt? uid enim eſt *exſtirpare hæreſes* aliud, quam, vt ipſemet *p. 479.* ait, *ıger aux moyens d'étouer le venin de l'impieté de l'hereſie, de gue-r ceux, qui en ſont infectez, de premunir contre ſa malignité ceux, nt la foi eſt encore pure et ſaine.* Si ergo de *mediis* cogitare bet, quibus hæreſis eiusque venenum e medio tollatur, vix alia pererunt media, quam diſſentientes eiicere, vel eis ad minimum :ris interdicere. Salua ſtet ergo ſententia, *poſſe principem tolerare in territorio diſſentientes, quatenus id ſaluis legibus fundamentalibus 'miſſum eſt.*

§. XLVI. Ceterum *libertatem conſcientiæ*, quoad tres religiones I. P. approbatas, non tantum *ſtatus* imperii, ſed eorum *ſubditi* quo-e, ſi vel maxime diuerſam a ſuorum principum ſacris profiteantur, tinuere. Quamuis enim ſtatibus imperii cum iure territorii ex com-ıni per totum imperium hactenus vſitata praxi etiam *ius reformandi rcitium religionis* competat, nullique ſtatui immediato ius, quod i ratione *territorii* et *ſuperioritatis* in negotio religionis competit, pediri oporteat, vt dicitur in *I. P. art. V. §. 30.* hoc tamen non ob-ıte, libertas conſcientiæ ſubditis haud eſt ademta, nec ſtatibus con-ſum, vt ſubditos diuerſæ religioni addictos obtorto collo ad ſuam trahere religionem, eosque propter diuerſitatem religionis mole-quadam afficere queant, vt diſerte prouiſum in *art. V. §. 31. ſeqq.* uscunque generis ſubditi fuerint, ſiue *landſaſſi*, ſiue *vaſalli*, ſiue *vilio-conditionis ſubditi*, adeo vt nequidem *proprii homines* excluſi ſint. vid. *V. §. 37.* Proinde quoque *ius diœceſanum* et tota *iurisdictio eccleſia-*cum omnibus ſpeciebus, quam olim epiſcopi, etiam in *conſcientias*, rcuerunt, ſuſpenſa quoque eſt contra A. C. ſubditos, ſi vel maxi-in territoriis pontificiorum degant. *art. V. §. 48.*

Subditi quoque gaudent libertate conſcientiæ per inſtrum. pacis.

§. XLVII. Quia vero tricennali illo bello *libertas conſcientiæ* ıodum infracta et conquaſſata erat, neceſſe fuit, pace Weſtphali-ſpecialius eam determinare, certisque finibus includere; neque n, vt ſine omnibus limitibus eſſet, proteſtantes a pontificiis impe-e potuere, quamuis in id conſentire debuerint, vt, quod vni parti ım eſt, alteri quoque iuſtum ſit *art. V. §. 1. in f.* Generatim circa : *libertatem* conſtitutum eſt, (1) quod nemo vllibi ob religionem icatui haberi, nec á mercatorum, opificum, aut tribuum communio-ıereditatibus, legatis, hoſpitalibus, leproſoriis, eleemoſynis, aliis-ıribus aut commerciis, multo minus publicis cœmeteriis honoreue

Specialia iura circa libertatem conſcientiæ.

(1) Ne iurium communium commercium diſſentientibus denegetur.

Digitized by Google

ſepulturæ arceri debeat per *art. V. I. P. §. 53.* Tam *iure Romano* quam *canonico* aliud obtinuiſſe, in confeſſo eſt. Vtroque iure conſtitutæ variæ pœnæ in diſſentientes, ipſique fere ab omni *commercio ciuili* excluſi ſunt, vt nec teſtamenta condere, nec ex iis aliquid acquirere, nec ad dignitates aliaque officia et collegia admitti, nec rebus forenſibus intereſſe, aut honeſtam ſepulturam petere potuerint, vti diſtincte docet B. THOMAS. *diſſert. de iure princip. circa hæret.* Extorribus et bannitis æquiparabantur, et excommunicationis fulmine ligabantur, quo ipſo *libertatem conſcientiæ* per indirectum laicis adimere intendebant, dum eos deſpicatui et odio publico exponebant, ne dicam de pœnis capitalibus aliisque moleſtiis, quibus hæretici, h. e. *diſſentientes a religione dominante*, affecti ſunt. Ab hoc malo liberata eſt *libertas conſcientiæ* in imperio noſtro, adeoque nemo ob diuerſitatem religionis excludi poteſt ab officio aduocati aut procuratoris, quod alias iure canonico et ciuili permiſſum erat. *c. 13. §. credentes. de hæret. l. f. C. de poſtul. l. 15. C. de epiſc. aud. Nou. 144. c. 2.*

(1) Ne quis inuitus ad religionem trahatur.

§. XLVIII. Vi huius *libertatis* (II) nemo nec proprios ſubditos ad ſuam religionem cogere, nec alienos ad ſuam pertrahere poteſt, per *art. V. I. P. §. 29. et 30. R. I. de an. 1555. §. 23.* ibi: es ſoll auch kein Stand den andern, noch deſſelben Unterthanen zu ſeiner Religion dringen, abpracticiren ꝛc. Natum eſt tempore pacis religioſæ decantatum illud: *cuius eſt regio, eius quoque eſt religio*; quo adeo abutebantur, vt crederent, ſubditos ad principis arbitrium religionem mutare, eamque profiteri debere, quam princeps recipiendam iudicauerit. Proinde nec MEVIVS *in diſc. prælim. ad ius Lubec. q. III. n. 22.* male iudicauit, aſſerens, *turbarum præcipuam facem et tubam fuiſſe nefandum illud axioma, religionem et ius conſcientiæ eſſe regionis ſeu iuris territorialis.* vid. RECHENBERG. *ſpeciali diſſert.* de hoc principio. Sicuti vero in ſenſu adducto recte reprobatur: ita ſano admitti poteſt ſenſu; vt domino territorii integrum ſit, publicum religionis exercitium emendare atque reformare, *ſalua cuiusuis conſcientiæ libertate*, ſi animaduertit, grauiſſimis abuſibus eccleſiam eſſe infectam, qui non poſſunt non in reipubl. perniciem vergere. Interim, ne in poſterum hoc axioma in abuſum traheretur, omnino præcauendum fuit, quorſum variæ collineant diſpoſitiones. Speciatim *de territoriis oppignoratis* cautum eſt, vt domino quidem directo ſeu *debitori* liberum eſſe debeat, *in huiusmodi terras oppignoratas ad ſe reuerſas ſuæ religionis exercitium publice introducere*, virtute axiomatis adducti; hoc tamen minime eo trahendum, *vt incolæ et ſubditi migrare, aut ſuam, quam ſub priori poſſeſſore huiusmodi terrarum oppignoratarum amplexi fuerant, religionem deſerere cogi poſſint.*

Quod ſpecialim ad territoria oppignorata poſt reluitionem applicatur.

Imo

Digitized by Google

Imo nequidem *publico religionis exercitio* priuandi ſunt, ſed de eo inter ipſos et dominum reluentem directum tranſigendum, adeoque tamdiu in priſtino ſtatu ſunt relinquendi, donec transactum fuerit. Nam transactio hæc non eſt *voluntatis*, ſed *neceſſitatis*, nec tam de ipſa *libertate* publici exercitii, quam de *modo* et *ratione* eius ſuſcipienda eſt. Ceterum, qui in tali territorio ante *reluitionem* publicum religionis exercitium non habuere, hactenus quidem nec ad emigrandum nec ad deſerendam religionem cogi poſſunt: ad hanc transactionem publicam tamen non pertinent, ſed liberum exercitium ex *gratia domini* reluentis dependet.

§. XLIX. Multo minus priuatis permiſſum erit, alios ad ſuam trahere aut cogere religionem. Qua de cauſa non immerito dubitant, vtrum, ſi legatum vel fideicommiſſum ſub hac conditione alicui relictum fuerit, vt pontificiam vel aliam approbatam legatarius vel fideicommiſſarius religionem profiteatur, conditio hæc licita ſit, et hunc effectum habeat, vt vel legato fideicommiſſoue carere, vel religionem mutare teneatur? Affirmat hoc ipſum BVCKISCH *ad I. P. art. V. §. 35. obſ. 97.* ex ea ratione, quod talis conditio nec ſit *natura* impoſſibilis, nec *legibus* contraria, cum vtraque religio, tam catholica quam Auguſtana, lege imperii permiſſa et approbata ſit. Verum enim vero, etſi negari nequeat, hanc conditionem eſſe *natura* poſſibilem, et vtramque religionem eſſe in imperio approbatam; quæſtio tamen non in hoc, ſed in eo verſatur: vtrum mutatio religionis *ob ſpem lucri* conſequendi ſit *actio honeſta*, et an priuatus priuatum ita *per indirectum* cogere poſſit ad ſacra ſua deſerenda? Vtrumque nego; nam vtut mutatio religionis licite et optima conſcientia fieri poſſit, ſi quis, agnita veritate cœleſti, et ſic *ductu conſcientiæ ſuæ*, ſacra priſtina deſerit; merito tamen turpiter et contra conſcientiam agit, *qui ſolius lucri*, *legati et fideicommiſſi cauſa* veritatem, de qua convictus adhuc eſt, eiurat, et ita conſcientiæ ſuæ vulnus infligit, vt modo fideicommiſſum conſequatur. Hoc poſito, etiam is turpiter egiſſe cenſendus eſt, qui alicui hanc conditionem imponit, vt contra conſcientiam ſacra, quæ hactenus improbauit, ſequatur, imo contra leges publicas agit, quæ religionem voluere eſſe *liberam*, in quarum fraudem tamen alterum ad mutandam religionem pertrahere et cogere nititur. Cautum eſt *in art. V. I. P. §. 30.* ne quis alienos ſubditos ad ſuam religionem pertrahere ſludeat; quanto magis ergo priuatis interdictum erit, alios ad ſuam religionem per *modum fideicommiſſi* pertrahere? Et ſi in genere turpe in iure cenſetur, ſolius *lucri* gratia actum in ſe laudabilem peragere, multo magis turpe erit, alios ad ſuam religionem allicere ſpe

Non ergo valet legatum ſub conditione mutatæ religionis relicti,

Digitized by Google

lucri propoſiti, quo ipſo illa *venalis* et quaſi in commercium trahitur. Nec obſtat, quod legatario integrum ſit repudiare legatum, ſi conditionem implere recuſat; nam idem quoque de alia turpi et quæ *contra bonos mores* eſt, dici poſſet, cum tamen leges diſponant, eam pro non adiecta haberi, et legatum fideique commiſſum pure deberi, *l. 104. §. 1. in f. l. 110. §. 3. de leg. 1. l. 3. l. 6. l. 20. de condit. et demonſtrat. l. 9. l. 14. l. 20. in f. de condit. inſtit.*, id quod etiam in hoc caſu dicendum eſſe arbitror cum KNIPSCHILDIO *in tr. de fideic. c. 6. n. 408. ſeqq.* CARPZOVIO *deciſ. 89.* CRANIO *de pac. relig. et libert. conſcient. P. II. probl. 7.* SCHILTERO *ex. 38. §. 100.* MYLERO *ad Rumelin. p. 3. diſp. 6. coroll. 2,* LAVTERBACHIO *ad tit. de condit. et demonſtrat. §. 2.* aliisque.

(3) Vt mutatio religionis cuilibet integra ſit.

§. L. Eadem *libertas* (III) quoque tam ſtatibus imperii immediatis quam ſubditis eorum facultatem tribuit, *mutandi* religionem, et priorem deferendi? *On doit avoir*, ait optime CLERICVS *tom. XI. bibl. ſelect. p. 237. la même liberté d' abandonner une religion, que l' on ne croit pas vraie, car enfin ce n' eſt pas aimer Dieu, qui eſt le chef de la ſocieté religieuſe, avec aſſez de conſtance, que de ne pas renoncer, a cauſe de lui, à ce que l' on juge faux. En entrant en cette ſocieté, on croyoit y trouver le chemin de parvenir au bonheur éternel, et quand on croit s'etre trompé, et n' y trouver pas ce qu' on cherchoit, on a ſujet d' en ſortir.* Diſtinguendum tamen eſt, vtrum *princeps* territorii, an *ſubditus* religionem mutauerit? ille aut eſt *eccleſiaſticus* aut *ſecularis*. In *illo* obtinet RESERVATVM ECCLESIASTICVM, ita, vt *ſi prælatus ſolus aut vna cum capitularibus ſeu ſingulis ſeu vniuerſis, aut etiam alii eccleſiaſtici*, et ſic etiam prælati mediati, *religionem in poſterum mutauerint, excidere ſtatim ſuo iure debeant, honore tamen famaque illibatis*, et relictis prælato, religionem mutanti, fructibus et reditibus interea perceptis et conſumtis. Oritur itaque in tali beneficio *ſedes vacans* ipſo iure, vt capitulares citra moram ad nouam procedere electionem, et vacans beneficium ei conferre poſſint, qui religioni ei addictus eſt, quæ *anno 1624. d. 1. Ian.* in eo obtinuit, et a poſſeſſore illius temporis agnita eſt per *art. V. I. P. §. 15.* Supra iam obſeruaui, magnis animi motibus de hoc *reſeruato eccleſiaſtico* concertatum fuiſſe, et quamuis pro eo abolendo in tractatibus Weſtphalicis proteſtantes magnopere laborauerint, nihil amplius tamen obtinere potuere, quam vt *iure æquali* frui deberent, ſi prælati vel canonici, A. C. addicti, in poſterum religionem mutauerint. Fata huius decantatiſſimi reſeruati plenius enarrat VLRICVS OBRECHTVS *diſſ. de reſeruat. eccleſ.* Negari interim nequit, admodum *libertatem conſcientiæ* hoc iure *per indirectum* reſtrictam fuiſſe, maxime ſi epiſcopus et vni-

Quamuis in eccleſiaſticis obtineat reſeruatum eccleſiaſticum.

Quod libertati conſcientiæ admodum inimicum,

vniuerſum capitulum, nullo excepto, ſacra deferere priſtina conſtituerunt, id quod aliter facere nequeunt, quam ſi omnes, penes quos tamen adminiſtratio territorii fuit, iura ſua cum reditibus ampliſſimis deſerunt. Cum vero id ipſum vix ab vno alteroue impetrari queat, caſus talis, vt totum capitulum cum epiſcopo ſuo ſacra priſtina relicturum ſit, moraliter hodie exiſtere nequit. Id vnice libertati conſcientiæ adhuc datum eſt, vt *bonoris famæque* iacturam haud patiantur mutantes religionem, quæ ex *iure pontificio* et *Romano* eis alias imminebat, et eo tempore, quo dominatus in conſcientias adhuc obtinebat, locum facile invenire poterat.

§. LI. Maior libertas *ſtatibus ſecularibus* conceſſa eſt mutandi religionem, adeo vt nullum detrimentum inde patiantur. An vero hoc mutationis caſu *exercitium* nouæ illius religionis *publicum*, quod anno 1624. in eo territorio non viguit, introducere queant, ſaluo inſtrumento pacis? grauiſſime concertatum eſſe, acta publica docent. Pontificii hoc affirmant, proteſtantes vtplurimum negant. Argumenta in vtramque partem adferri ſolita plenius recenſui ſupra *lib. I. tit. 1. §. 57. ſqq.* Scilicet competit vnicuiuis ſtatui, vi *ſuperioritatis territorialis*, ius reformandi ſacra, cui *ius exercitium religionum publicum introducendi* cohæret: quod tamen ita exercendum, ne inde *ſtatus religionis*, qui anno 1624. quacumque anni parte fuit, ſiue *directo* ſiue *per indirectum* turbetur, ſed vt ſubditi in *quieto* et *libero* eius *exercitio* relinquantur, et turbati ſtatim reſtituantur per *I. P. art. V. §. 30. 31. et 32.* Hoc poſito, principi, mutanti religionem, eatenus exercitium religionis ſuæ publicum introducere integrum erit, quatenus hæc introductio religionem, quæ fuit anno 1624. non turbat, neque *directo* neque *per indirectum* in eius præiudicium quid attentat. Minime ergo dicendum, principem, qui A. C addictus fuit, in caſtra pontificiorum transeuntem poſſe ſaluo inſtrumento pacis *publicum liberumque* ſuæ religionis exercitium introducere, quippe quo non poteſt non turbari religionis proteſtantium liberum exercitium. Notum eſt, ſacra pontificiorum ita eſſe comparata, vt non tantum templis includantur, ſed etiam extra ea ſeſe exſerant, proceſſionibus ſeu litaniis publicis, transportatione venerabilis ad ægrotantes, erectione ſtatuarum ſanctis conſecratarum etc. Inde vero mox odia, rixæ et tumultus oriuntur, ſi proteſtantes ductu *conſcientiæ ſuæ* vel genua flectere, vel aperto capite proceſſionibus aſſiſtere, ſi diebus eorum feriatis a laboribus vacare recuſant, ad quos aliosue ſimiles ritus nonnunquam coguntur, et recuſantes moleſtia inſigni adficiuntur,

Secularibus maior libertas conceſſa mutandi religionem.

Digitized by Google

quo ipſo non poteſt non turbari religio proteſtantium, et conſcientiis eorum vis inferri. Facilius pontificiæ religioni olim addictus princeps, mutata religione, poſſet A. C. religionis exercitium publicum introducere, quod catholicorum ſacris nullo modo fraudi eſt, nec ea turbat, quia extra templa ſe haud exſerit. Neque enim imagines colimus, aut ſtatuas erigimus; proceſſiones ignoramus, venerabile cum pompa ad ægrotantes non deferimus, ſed ſacra publica in templo peragimus, id quod, ſalua libertate aliorum ſacrorum, fieri poteſt.

Quid iuſtum ſit inter Lutheranos et reformatos principes, ratione libertatis conſcientiæ?

§. LII. Atque hæc obtinent inter catholicos et proteſtantes. Quoniam vero proteſtantes adhuc in duas abeunt partes, hinc *art. VII. I. P. §. I.* placuit, vt ſi poſthac *dominus territorii* ad alterius partis ſacra tranſierit, concionatores aulicos ſuæ confeſſionis citra ſubditorum onus aut præiudicium ſecum atque in reſidentia ſua habere, non tamen publicum religionis exercitium immutare, aut ſubditis templa cum acceſſoriis adimere queat. Interim exercitium publicum, quod princeps nouiter introducere intendit, non reſtringendum cum quibusdam ad templum aulicum, ſed dicendum potius, principi haud eſſe denegandum, quod ſecundum *§. antec.* inter proteſtantes et catholicos obtinet, præſertim cum nec Lutheranorum nec Reformatorum exercitium religionis publicum ita comparatum ſit, vt ſimul, ſalua libertate, in eadem ciuitate exerceri non poſſit, cum alterum per alterum nullo modo impediatur.

Vt et eorum ſubditos, ſi mutauerint religionem.

§. LIII. Pergo ad *ſubditos* laicos, religionem mutantes. Et quidem ſi vtraque religio anno 1624. in territorio illo viguit quoad *publicum* vel *priuatum* religionis exercitium, citra vllum præiudicium aut incommodum mutare religionem poſſunt. *art. V. I. P. §. 31.* Si vero eius religionis, quam nouiter amplexi ſunt, exercitium neque *publicum* neque *priuatum* anno 1624. nulla eius parte in eo loco viguit, mutantes religionem deterioris quodammodo conditionis ſunt, vt patet ex *art. V. I. P. §. 34. 36. et 37.* libertate conſcientiæ tamen adhuc ſalua. Nam (I) *patienter tolerandi ſunt*, hoc effectu, vt ob *mutationem* nulla adficiantur pœna aut iniuria, quin potius pari cum ceteris ciuibus iure fruantur, neque deſpicatui habeantur, vt ſtatim *§. 35.* additur. Vtrum autem *neceſſario* in territorio tolerari debeant, vt emigratio iis imperari nequeat, iam *tit. 1. lib. 1. in f.* explicui. (II) Non prohibendi ſunt, *conſcientia libera domi deuotioni ſuæ, ſine inquiſitione aut turbatione, priuatim vacare*, vt in *§. 34. cit.* dicitur. Ipſa *deuotio domeſtica* conſiſtit in eo, vt mutans religionem, *ſine ſacerdote*, et ita ſine *adminiſtratione ſacra-*

Digitized by

ramentorum, poſſit pietatis exercitia priuatim agere, legendo ſcripturas ſacras et conciones, adhortando et admonendo ex ſacris ſuos, pſallendo, et preces cum ſuis fundendo. Hanc *libertatem conſcientiæ* bene lepingit explicatque AVTOR *medit. ad I. P. cit. l. p. 613.* et, *libera conſcientia*, ait, *excludit* (1) *omnem coactionem, ne cui credendi faciendique neceſſitas fiat eius, quod ſuæ religionis principiis aduerſum eſt. Et* 2) *excludit etiam inquiſitionem et turbationem, ne quis harum rerum inmutato metu ſua in deuotione impediatur.* (3) *Non prohibendi ſunt in vicinia, vbi et quoties voluerint, publico religionis exercitio intereſſe, vel liberos ios ceteris ſuæ religionis ſcholis aut priuatis domi præceptoribus inſtituendos committere.* Proinde liberos ſuos quoque in vicinia libere baptiſmo fferre, non vero cogi poſſunt, vt miniſtris illius loci diuerſæ religioni dictis eos offerant. ZIEGLER *de iur. maieſt. lib. I. c. 14. §. 4.* quæ omnia ius ſpecialibus titulis infra explicanda ſunt.

§. LIV. Quemadmodum itaque ex hactenus dictis liquet, in , quæ *credenda* et *religionem* tangunt, conſcientiam plena frui debere ertate, coactioni externa oppoſita, ita circa *actiones ciuiles* in ſtatu uili talis omnimoda libertas ſubditis adſtrui nequit, quæ vim omnem gum tollit, vt ſupra iam monui. Sæpe ſubditi rebelles fiunt contra gitimum imperantem ſpecioſo *conſcientiæ* nomine, quod illis neutiam præbere debet excuſationem. *Scelera manent ſcelera*, ait H. OTIVS *ad Matth. XIII, 41. quocunque demum nomine commendentur, eo ſunt execrabiliora, quo ſpecioſiorem titulum ſibi induunt: ſed facta im diſcerni ab opinationibus, vt quæ non æque ſunt ἐΦ' ἡμῖν.* FRANCIVS RAVAILLAC, regicida famoſiſſimus, ad tantam animi peruerſiem deuenerat, vt crederet, ſe *per conſcientiam* obligatum eſſe, ad occidum HENRICVM IV. quis vero pro hoc ſcelere nefandiſſimo ſuseret propugnationem, autoremque criminis hoc colore defenderet, od per rationem *conſcientiæ*, quæ *libera* eſſe debeat, aliter facere non uerit? Proinde circa *actiones hominum*, quæ legibus conſtringi, cirnſcribi et prohiberi poſſunt, circumſpectius verſandum eſt.

Circa actiones ciuiles prætextus libertatis conſcientiæ admitti nequit.

§. LV. Sunt actiones, quæ imperantur, et ex ratione *conſcientiæ* ittuntur: ſunt etiam, quæ omitti debuerunt, ſed rurſus ſub colore *cientiæ adſtringentis* committuntur. Illas quod concernit, aut fluex *intimæ* regulis *religionis*, illiusque *conſequens neceſſarium* ſunt; non fluunt. Priori caſu *coactio* itidem ceſſare debet, nec vllum terea principi ius ſupereſt, quam vt *emigrationem* ſubditis iniungat, peratis ſe per rationem conſcientiæ morem gerere non poſſe aſſeverant.

Actiones, quæ ex intima religionis natura fluunt, imperari nequeunt.

Digitized by Google

verant. Sic Iudæis imperari non potuit, vt carnem ſuillam ederent; nec Danieli, vt idolum adoraret; nec Chriſtianis, vt thura diis gentilium incenderent, vt per genium principis iurarent; nec A. C. addictis, vt miſſis intereſſent, vt coram *venerabili*, quod vocant, genua flecterent etc. Hæc et ſimilia ſunt *neceſſaria* religionis *conſecutiua*, quæ ſicuti imperari nequeunt, ita ad hæc quoque nemo ferro flammisque cogi poteſt, quæ ipſa libertas quoque A. C. addictis in *inſtrum. pacis* indulta, ſtabilita et corroborata eſt. Si vero actiones, quæ legibus publicis imperantur, non fluunt ex intima *religionis* ratione, quæ imprimis ex *confeſſione publica*, cui quis addictus eſt, cognoſcitur, nulla ratio adferri poteſt, quare ſubditi ad hoc cogi nequeant. Si enim hæ cuiusuis conſcientiæ relinquendæ eſſent, nulla eſſet ratio, leges publicas executioni dandi, cum quilibet *prætextum conſcientiæ* fingere poſſet, ob quem eas omittendas eſſe iudicauerit. Exemplo rem declarabo. Miniſter quidam eccleſiæ, A.C. addictus, dimiſſus erat a principe eiusdem religionis: hic variis editis ſcriptis, in quo delatus erat, ſe culpa vacare, docere conabatur, ſed non temperabat ſe ab iniuriis et inſectationibus in principem, quin potius intolerabilibus ſcommatibus et conuitiis adeo exarſerat, vt ſpeciali inquiſitioni non potuerit non ſubiici. Vbi in cuſtodiam tolerabilem eſſet coniectus, per commiſſarios, ad id ſpeciatim deputatos, ad *articulos inquiſitionales* reſpondere iuſſus eſt: ſed heu! quanta ſubterfugia quæſiuit! quibus conſiliis commiſſariorum patientiam fatigare ſtuduit! Non intempeſtiuum forſan erit, illa ex actis, ad noſtram facultatem *M. Sept. 1715.* transmiſſis, huc referre. Articuli ipſi concepti potiſſimum erant de ſcriptis, vel ſub nomine eius vel ab anonymis in hac cauſa editis, et ita grauiſſimas iniurias, quas in iis temerario conatu euomerat, concernebant. Ad articulos priores, numero XXIX. reſpondebat, vbi vero ad XXX. deuentum eſſet, reſpondebat: Er antworte kein Wort mehr, er habe ſich hierüber mit ſeinem JEſu bedacht, daß er nichts mehr antworten wolte. Graui admonitione a commiſſariis deſuper facta, in ſua ſententia adhuc perſeuerabat, dicens: Daß er lieber in ſeiner Unſchuld ſterben, als antworten wolte, ſein JEſus ſey auch vor Gericht geſtanden, und habe nicht geantwortet, der habe ihn das mit ſeinem Exempel gelehret, er wolte lieber ſterben, weil er ſchon wüſte, daß er nicht länger mehr leben würde. Quamuis vero rurſus ad *art. XXXI.* reſponſionem dederit, mox tamen rurſus faciem mutauit, hæc ſubiiciens: Daß er Sereniſſimo treulich gedienet, und die Mahlzeichen JEſu Chri-

Actiones, quæ ex religionis natura non fluunt, recte imperantur,

nec ſub prætextu conſcientiæ omitti poſſunt.

Digitized by Google

Christi an seinem Leibe trage, sonsten aber kein Exempel in der heiligen Schrift seyn werde, daß es ein Geistlicher auf einen Proceß ankommen lassen; er könte weiter nichts antworten, ausser was er bereits gesaget, es sey denn, daß die Commission theologisch und ordentlich angefangen werde, man wolle hier a posteriori anfangen, und die Sache weitläuftig machen; er sage mit denen dreyen Männern beym Daniel, ein Herr in der Welt könne solches von ihm fordern, es sey wider sein Gewissen, und wider GOttes Willen, dem man mehr gehorchen müsse als den Menschen. Ita sub prætextu *conscientiæ* eludere conabatur inquisitionem; quandoque tamen ad saniorem reuertebatur mentem, quandoque ad pristinum recurrebat conscientiæ asylum, vel si respondebat, longo circuitu variisque anfractibus omnia inuoluebat, vt rem omnem inexplicabilem facere videretur. Examine sub his molestiis attonito, literæ plures, ex quibus conuinci poterat, attonito ad recognoscendum proponebantur, ex quibus vnam alteramue recognoscebat, pox vero contumacius se gerebat, nec vllo modo adduci poterat, vt amplius responderet. Quodsi ad eiusmodi casum doctrina de *libertate conscientiæ* applicanda esset, contumaces et delinquentes asylum habebant promtissimum, ad quod confugere possent.

§. LVI. Similiter sæpe accidit, vt iusta de causa princeps in *adiaphoris* seu *arbitrariis* quædam mutanda vel abroganda esse censeat, quæ rursus ita comparata sunt, vt legum dispositioni subiaceant. Qui hoc obedientiam detrectant, solo *conscientiæ* prætextu se muniunt, non quod semper *dolose* et contra *bonam fidem* agant, sed quod pessime in conscientiaria instructi sint. Quid ergo hoc in casu consilii? Agendum cum illis, vt errantibus, non executione grauioris alicuius pœnæ, sed demonstratione, et si hæc nihil proficiat, nihil amplius supereſt, quam vt conscientiæ suæ relinquantur, et officium, quod ob inobedientiam amplius gerere nequeunt, deponere iubeantur. Neque enim imperanti hoc onus imponendum est, vt se accommodet ad quorundam conscientiam erroneam, et executionem legum, quibus plura in melius mutare intendit, intermittat: alioquin enim rursus alii erunt, qui, si contraria egerit, ipsi obiecerint, se non posse per *conscientiæ vexationem* pristinis inhærere ritibus, esse eosdem superstitione tinctos, ex ecclesiæ corruptæ intima indole depromtos etc. Vlterius id declaratur.

§. LVII. Hoc expeditum est, grauius in eos statui posse, qui obiectantis conscientiæ prætextum, quem simulant, se decretis principum iudicium stare non posse aiunt, si probabiliter ex coniecturis grauissimis Indicia, ex quibus iudicari possit, an prætextus

conſcientiæ dolose adferatur.

inuolucra ſimulationum detegi poſſunt. Latent hæc intra intimos animi receſſus, nec aliter quam *argumentis probabilibus* erui valent. Κριτήρια nonnulla recenſet BASNAGIVS *de la conſcience lib. I. c. IV. §. 5.* pauceis examinanda.

Primum indicium.

Primum eſt, *ſi liquet, allegantem conſcientiæ rationem in negotio, quod ipſi agendum incumbit, commodum aut lucrum habere*, ſiue intuitu *honoris*, ſiue *bonorum*, ſiue *alterius boni* vmbratilis, quod paſſiones animi trahit. Hoc indicium admodum leue eſt, nec ſemper *dolum* arguit. Vtplurimum deprehendimus, eos, qui ſub conſcientiæ ſcuto repugnant, non *ratione* niti, ſed *paſſionibus* magis obſequi, quæ ſemper aliquid ſub *ratione boni* appetunt. Harum ſtimuli *conſcientiæ* laruam induunt, et quia pauci intima cordium ſuorum inueſtigarunt, bona fide credunt, duce *conſcientia*, non ambitione aut cupiditate lucri, ſe contra niti. Nupera contentio de conſtitutione papali contra QVESNELLI dogmata animos Prælatorum et Ieſuitarum in diuerſa traxit; Ieſuitæ credunt, ſe per *conſcientiam* obſtrictos eſſe, ad illam recipiendam, cum tamen arcana hiſtoria doceat, odia et ambitionem eos in hanc ſententiam traxiſſe. Qui a partibus Archiepiſcopi Pariſienſis ſtant, ſub *conſcientiæ* ſpecie contra receptionem pugnant, qui forſan odio Ieſuitarum ducuntur, quibus tamen imputare nolim, quod contra *bonam fidem* agant.

Secundum fraudis indicium.

Maiore probabilitate nititur alterum κριτήριον: *ſi planum eſt, eum, qui in quodam negotio ſub conſcientiæ colore obedientiam recuſat, in aliis rebus cauſisque per vitam ſuam non adeo rationem habuiſſe.* Ex vita ante acta plures coniecturæ deſumuntur a ICtis, explicatæ a B. STRYKIO *diſſ. de vita ante acta*, quidni ergo in eo negotio, in quo, qui allegatione conſcientiæ vtitur, eius tenerrimum remorſum magis fingere, quam bona fide aſſerere videtur? *C'étoit la*, ait recte vir clariſſimus, *la conſcience des Phariſiens, qui trompoient les veuves et le peuple ignorant par des petits ſcrupules.*

Tertium indicium.

Tertium indicium fraudis deſumi poſſe cenſet ex *ratione conſcientiæ*, cuius prætextum allegat, quam qui dare non poteſt, impoſturæ cuiusdam ſe reum facit. Nihil ſine ratione aut agendum aut defendendum: adeoque qui negat, ſe ſalua conſcientia poſſe reſpondere ad articulos inquiſitionales, ſolidas rationes adferre debet. Sola allegatio *conſcientiæ* magis impoſtura eſt. Qui prouocat ad exemplum CHRISTI, reſponſionem denegantis, næ nimium ſe prodit. Nullibi profeſſus eſt, ſe *ſalua conſcientia* reſpondere non poſſe, et quis ignorat peculiares illas circumſtantias, ob quas vlterius CHRISTVS reſpondere nollet, cum in ipſa cauſa principali tanta efficacia ſatis ſuperque iam reſpondiſſet, vt

PILA-

Digitized by Google

PILATVS de eius absolutione cogitauerit? Quartum indicium fraudis inde desumendum esse iudicat, *si talis homo, qui conscientiæ suæ insistit, institutionem oblatam reiicit.* Agnoscerem hoc χριτήριον, nisi exploratum haberem, etiam hic fraudes nonnunquam committi posse ab iis, qui instruere errantes contendunt. Quodsi enim errans de suo errore, qui vtplurimum grauissime afficit occupatue mentem, statim conuinci nequit, sed non aliter persuasus ei insistit; statim aduersarii ei obiicere solent, quod informationem reiiciat, quod pertinax hæreticus sit, quod nolit conuerti, cum tamen nemo *scienter* errare præsumatur. Sæpe informatio alteri obtorto obtruditur collo, magis minis, quam demonstratione imperatur; quod informationi aduersatur, magisque errantem in errore confirmat, quam ad viam cognitionis reducit. Ceterum, vbi circa informationem omnes adhibitæ præcautiones, et ex aliis coniecturis pertinacia eius, qui sub conscientiæ scuto resistit, liqueat, concurrentibus aliis indiciis, etiam hæc, tanquam quoddam adminiculum, adsumi potest. Quintum χριτήριον ponit vir clarissimus in eo, *si eiusmodi homo cum impetu agit, et placida agendi ratione repudiata feruorem mentis prodit.* Dolet talis impetus mentis, non tam errorem in *intellectu*, quam *malitiam* in *voluntate* esse. Qui solo *iudicio* agit, quod fit in *conscientia*, ratiocinatur, circumspecte omnia rimatur, timens, ne se decipiat: impetus, ira, æstus et feruor indicium præbent, passionibus magis hominem, quam errore duci. Vltimum indicium fraudis ex eo cognosci posse censet BASNAGIVS, *si ponderantur media, quibus quis ad finem obtinendum vtitur.* Hæc si mala, *conscientiæ* prætextus manifesto docet, non religione sed fraude agi. Sæpe quidem ob inuiti cordis machinationes homo medium tanquam malum non concipit, sed hoc eum non excusabit, vt PAVLVS *Rom. I.* contenit. Nulla flagitiosior et pestilentior doctrina excogitari potuit, quam quæ orbi ab impio ROSSAEO est obtrusa in libro *de iusta reipubl. indicta in reges impios et hæreticos*, quo quosuis subditos contra tam principem armat, et ad eum impugnandum inuitat. Medium hoc, liberandi rempublicam a tali principe, sine dubio est contra rectæ rationis et scripturæ S. præcepta, cuius contrarium nihilominus contendit impius scriptor: quis vero talem impostorem a fraude puraret? quis eum excusaret, quod pro ratione *conscientiæ* suæ aliter agere haud potuerit?

Quartum imposturæ iudicium.

Quintum fraudis signum.

Vltimum indicium.

Digitized by Google

Similiter omissio earum actionum recte imperatur, quæ nullam cum religione connexionem habent.

§. LVIII. Denique dixi, esse actiones, quæ omitti debuerunt, et tamen non raro ab hominibus ex *obligatione conscientiæ* suscipiuntur, earum necessitas propugnatur, vel saltim, quod contra conscientiam non sint, ex errore iudicatur. Aut ergo errans persuasissimum habet, eas *per conscientiam* esse necessarias, aut non. Hoc casu, si *lex ciuilis* ipsi resistit, minime excusatur, si asserit, se in conscientia sua satis tutum esse, eius impulsu se hoc feciisse, satis laudabilem suam actionem esse. Qui ex Iesuitarum cohorte persequuntur hæreticos, tormentis subiiciunt, aliterue angunt, credunt, se cultum quendam DEO præstare et cumulum meritorum augere: nobis tamen errare videntur. Quid, si tamen eo ipso agant contra pacem religiosam et profanam? an excusandi a pœna publica *religionis*, quam allegant, intuitu? Imo pœnis statutis subiiciendi, cum non possint non confiteri, persecutionem hæreticorum ad salutem *absolute* non esse necessariam, quocirca legibus scriptis potius obediendum erat. Sunt, qui conuenticula instituunt, creduntque, ea esse satis optima, et pietatis studium promouere; sed nemo facile credet, ea *absolute* ad salutem esse necessaria, adeoque si prohibentur, intermitti debent, aut pœna statuta sustinenda, nec rursus, quod cultus talis suæ conscientiæ conformis fuerit, ipsos purgabit. Illo vero casu, quo putant, actionem, quam *contra leges* suscipiunt, absolute fuisse necessariam ex *conscientiæ adstringentis* aut *iubentis* impulsu, legesque contrarias, vt iniquas et impias, effectu carere credunt. v. c. si minister ecclesiæ depositus et remotus credit, se non potuisse deponi et remoueri, nec salua conscientia ecclesiam relinquere, et huius impulsu contra magistratus præceptum officium continuat, publice ei contradicit, contenditque, eius non esse, ministros deponere; misericordia dignus est propter errorem, sed pœnam haud effugiet. Neque enim religionis patitur iacturam, diuersa ei non obtruditur, sed obedientia tantum ei imperatur, quam *in dubio* præstare debebat. Facile enim ex scriptis eruditorum scire poterat, a pluribus ex argumentis stringentibus defendi contrarium, adeoque grauissima supereſse dubia, quæ parendum esse principi decernunt. Ex his denique patet, regulas communes de *conscientia* in *hypothesi* admodum lubricas esse, prout B. THOMASIVS in *fundam. iur. nat. lib. 1. c. 4.* perspicue demonstrauit.

LIBER III.

LIBER III.
DECRETALIVM.
TIT. I.
DE
VITA ET HONESTATE CLERICORVM.

§. I.

RAYMVNDVS DE PENNA FORTI, compilator decretalium, hoc libro tertio *iura* et *officia* clericorum *principaliter* ex antiquis decretalibus eruit euoluitque, quamuis legibus rectioris methodi prorsus neglectis. Præmittit nonnulla de *vita et moribus clericorum;* mox properat ad eorum *reditus*, *præbendas*, *pensiones*, *decimas* etc. Hac occasione quoque de *institutionibus* in beneficia ecclesiastica, et *bonorum ecclesiasticorum qualitate*, *administratione et alienatione* agit, simulque de *contractibus*, quatenus circa bona ecclesiastica iniri queant, et *successione* clericorum, tam *testamentaria*, quam *ab intestato* in reditus ecclesiasticos quædam subiungit. Et cum ex *sepulturis* quoque clerici insigne lucrum percipiant, nec hanc materiam prætermittendam censuit compilator. Speciatim porro *iura parochorum*, eorumque reditus

Methodus libri tertii confusa exhibetur.

Digitized by Google

tus euoluit, quibus *monachos*, genus quoddam *clericorum*, ſubiungit, variasque de iis diſpoſitiones adducit, et quia vtplurimum *parochi* a patronis eccleſiarum præſentantur, et his peculiaria iura tributa ſunt, de *iure patronatus* quoque ea occaſione actum videmus. Tandem officia clericorum in celebratione ſacrorum, et cura templorum addun-tur, quamuis parciſſime et non ex dignitate huius doctrinæ, vt magis de iuribus, quæſtu, et reditibus clericorum, quam de eorum *officio*, quod in plerisque capitulis hodie vix vmbram antiquæ diſciplinæ reti-nuit, compilator cogitaſſe videatur. Hoc modo cohæret inordinatus ordo libri tertii.

Magis hoc titulo de decoro externo clericorum, quam de vita iuxta verbum diuinum inſtituenda, agitur.

§. II. De *vita et honeſtate clericorum* hoc titulo agitur. Crederes, compilatorem multa congeſſiſſe de *qualitatibus* clericorum *virtutibusque*, circa quas admodum ſollicitus eſt PAVLVS *in epiſt. ad Timotheum*. Sed hæ nequidem tactæ ſunt, forſan quod a moribus ſeculi, quo vixit compilator, eſſent alienæ, ſuſpicionemque hæreſeos præberent. De *coma*, de *barba*, de *potu*, de *armis*, de *veſtibus* et *negotiationibus* clerico interdictis, aliisque parui momenti rebus, ad decorum clericorum pertinentibus, tantum ſollicitus eſt. In hoc ei adhuc præferendus eſt GRATIANVS, qui in *decreto* plurima egregia integritatis priſtinæ documenta, clericos maxime commendantia, congeſſit.

Agitur h. t. imprimis de clericis eccleſiarum cathedralium et collegiatarum,

§. III. Præterea hoc quoque notandum, generatim quidem in rubrica fieri mentionem *clericorum*, ſed potiſſimum agi de *clericis eccleſiarum cathedralium* et *collegiatarum*, vtpote qui maxima præfulgent dignitate, et plura iura ſingularia habent, ſed etiam propter faſtum, ambitionem, luxuriam, et auaritiam iam olim ita degenerauerant, vt *de vita et honeſtate* eorum plures faciendæ eſſent conſtitutiones. Hæ tamen fere inanes fuere, poſtquam eccleſiæ cathedrales, collegiatæ, imo et conquorum vita iam olim maxime depra-vata fuit. ventus monachorum bonis immenſis abundare cœperunt. Hæc pepererunt luxuriam, libidinem, faſtum, potentiam, aliaque infinita vitia, vt non *miniſtri eccleſiarum*, ſed *domini mundi* viderentur. *Creuit poſſeſſio*, ſunt verba ARNOLDI, abbatis Lubecenſis, *lib. III. chron. c. 9. et euanuit religio, ſiquidem ex temporalium abundantia dum cœperunt carnaliter viuere, cœperunt etiam carnaliter ſapere; refrixit caritas, ſubintrauit mundialitas.* Nec hoc adeo mirandum erat, poſtquam prælati, capita in clero eximia, omni ſpreta humilitate apoſtolica, nil niſi faſtum, externam pompam et luxuriam ſpirarent, vt domus epiſcoporum ceterorumque prælatorum ab aulis ſummorum principum non differrent, imo eas magnificentia et pompa ſuperarent. Olim abbates poſt oſtiarium locum

Digitized by Google

locum tenebant. *c. 6. C. 16. q. 1.* Sed quæ metamorphoſis ſucceſſu temporum facta! Audiamus BROWERVM, qui *lib. I. antiq. Fuldenſ. c. 15.* hoc gloriæ tribuit abbati Fuldenſi, quod frequentes ſemper ei adſiterint, miniſterii cauſa, aduocati, camerarii, ducum ſoboles comitumque, et neque Boioariæ Saxonumque, neque Zigenhainiorum, Niddæ, Hainoënſium, Cattimelibocorum, aut Hennenbergenſium comitum, et quorum generoſa ſimilis propago, vel arma vel obſequia defuerint ei vnquam. Maioris cleri faſtum et luxuriam ſæpiſſime deplorat BERNARDVS et in *Cant. ſerm. 33.* inter alia ita ait: *Omnes, quæ ſua ſunt, quærunt. Miniſtri Chriſti ſunt, et ſeruiunt Antichriſto. Honorati incedunt de bonis domini, qui domino honorem non deferunt. Inde is, quem quotidie vides, meretricius nitor, hiſtrionicus habitus, regius apparatus: inde aurum in frenis, in ſellis et calcaribus, et plus calcaria quam altaria fulgent: Inde ſplendidæ menſæ, et cibis et ſcyphis, inde commeſſationes et ebrietates! Inde cythara, lyra et tibia. Inde redundantia torcularia et promtuaria plena eructantia in hoc et illud. Inde dolia pigmentaria, inde referta marſupia. Pro huiusmodi volunt eſſe, et ſunt eccleſiarum præpoſiti, decani, archidiaconi, epiſcopi, archiepiſcopi etc.* Alias huius farinæ querelas recenſet plena manu M. ANTONIVS DE DOMINIS *lib. XI. de republ. eccleſ. c. 5.*

§. IV. Neque vero decretalibus, conciliis, legibus aut conſtitutionibus hoc cacoëthes aboleri, aut ex eccleſia funditus exſtirpari potuit, poſtquam neceſſaria reformatio eorum, qui in clero principatum tenebant, et imprimis aulæ Romanæ, negligebatur. Et quidem clericorum Romanorum ſemper interfuit, ne hæc reformatio ſuſciperetur, *qui um principari appetant iure Apoſtolico, videntur velle dominari omnibus, et uncta ſua ſubdere ditioni, cum tamen doctor euangelicus ſuos doceat humiliatem Apoſtolos, dicens: Reges gentium dominantur eis, et qui poteſtatem abent, beneſici vocantur. Vos autem non ſic; ſed qui maior eſt in vobis, at ſicut minor, et qui præceſſor eſt, ſicut miniſter*, vt vtar verbis ARNVLPHI, criptoris antiquiſſimi, *lib. III. hiſtor. Mediol. c. n. in f.* apud III. LEIBNITIVM *tom. III. rer. Brunſuic. p. 738.* Cum itaque mores, quos in ſe probabat aula Romana, in aliis reprobare non poſſet, faſtus non exſtinctus ed magis magisque auctus eſt. Olim in republ. Romana tempore TIBERII patres contra luxum prorumpentem grauiſſime diſſerebant, interumque negotium ad principem ferebant. Hic tamen literis, ad ſenaum datis, recte cenſuit, prævalida hæc vitia *legibus* corrigi haud poſſe, ed emendationem eorum, qui potentiores in populo erant, ante omnia eri debere. TACITVS *lib. III. annal. c. 52. ſq.*

Nec facile reformari potuit ob aulæ Romanæ corruptionem,

Quæ prius emendari debuiſſet.

§. V.

Digitized by Google

Sed obſtitit immenſa bonorum copia in eccleſias collata.

§. V. Deinde immenſa illa bonorum copia, quam ſuperſtitio maiorum in eccleſias contulerat, adhuc grauius obſtaculum fuit, impediuitque, quo minus *vita et honeſtas clericorum*, omnibus diuitiis affluentium, ad regulas Chriſti et præſertim ad humilitatem componi potuerit. Obſeruat id optime FRANCISCVS DVARENVS *lib. II. de SS. eccleſ. miniſt. c. 4.* et, *Puto maiores noſtros*, ait, *ſatis animaduertiſſe, nihil eccleſiæ exitialius peſtilentiusque eſſe, quam miniſtrorum eius nimiam opulentiam: id quod euentus, qui non modo ſtultorum magiſter eſt, vt ait* LIVIVS, *ſed etiam prudentiſſimi nonnunquam et perſpicaciſſimi cuiusque, ſatis docuit: vt merito illud e ſatyra iure dici poſſe mereatur: nullum crimen abeſt, facinusque libidinis, ex quo paupertas Romana perit. Res enim ipſa loquitur, immenſam principum quorundam munificentiam, vtcunque pius eſſet eorum affectus, tantum virus in eccleſiam ſparſiſſe, vt ex pyxide illa Pandoræ, a poëtis decantata, non plus malorum inter homines et calamitatum exſtitiſſe videatur. Initio ægre admodum hoc datum eſt eccleſiæ, vt prædia poſſeſſionesque ſibi relictas aut donatas retineret. Et ſatis conſtat ex epiſt.* HIERONYMI *ad Nepot. legibus Chriſtianorum principum aliquando prohibitum fuiſſe clericis, ne hereditates caperent. Nam vt in omni genere mediocritas illa, quam optimus poëta* auream *vocat, merito commendatur, ita modus facultatum ſummopere huic neceſſarius eſt.* BONIFACIVS *martyr aliquando interrogatus, an liceret ligneis calicibus in ſacris vti, ita reſpondiſſe fertur: Olim aurei ſacerdotes ligneis vaſis, nunc lignei aureis vtuntur. Haud dubio ſentiens, immodicis opibus facile ſacerdotes et gubernatores eccleſiarum corrumpi. c. vaſa. de conſecr. D. 1.* Conf. ANTONIVS MATTHAEI *de nobil. lib. 2. c. 45. p. 705. ſqq.*

Clericorum olim ſtatus componebatur ex epiſcopo, presbyteris et diaconis,

§. VI. Verum, quæ *vita* et *honeſtas* clericos maxime deceat, intelligi nequit, niſi ante omnia ſtatum *clericorum*, de quibus in *hoc et ſeqq. titulis* potiſſimum agitur, explicuerim, vt eo rectius inoffenſo pede in illuſtratione ſequentium titulorum progredi queam. Olim tribus prioribus ſeculis ſingulis eccleſiis præerat epiſcopus cum clero ſuo: hic conſtituebatur ex presbyteris et diaconis, quibus ſeculo III. in eccleſiis illuſtrioribus ſubdiaconi additi ſunt. Ex his confiatus erat *ordo eccleſiaſticus*, qua appellatione vtitur TERTVLLIANVS *de exhortat. caſtit. c. 7.* vel *ſenatus eccleſiaſticus*, vt HIERONYMVS in *c. II. Eſai*, loquitur, relatus in *c. 7. C. 16. q. 1.* cuius conſilio cauſæ eccleſiaſticæ *maiores* expediebantur. Neque tamen vbique certus definitus miniſtrorum eccleſiæ numerus erat, ſed is conſtituebatur, qui ad λειτουργίαν neceſſarius eſſe videbatur. Iam ſeculo III. teſte EVSEBIO *lib. VI. hiſt. eccl. c. 43.* Romæ præ-

ſine certo definito numero.

præter episcopum erant *presbyteri quatuor et quadraginta, septem diaconi totidemque subdiaconi*: his accedebant *acoluthi duo et quadraginta: exorcistæ et lectores cum ostiariis quinquaginta duo: viduæ denique cum infirmis et egentibus plus quam mille et quingentæ*, quod indicium præbet, cœtum ipsum Christianorum admodum numerosum fuisse. Alibi tantum presbyteri et diaconi ministerio ecclesiæ præerant, ceu epistolæ CYPRIANI docent. Imo quamuis tempore FABIANI iam *subdiaconi* in Romana ecclesia essent constituti, ad gubernationem tamen ecclesiæ non adeo concurrebant, VT CYPRIANVS *epist. IX. et XX. edit. Oxon.* in inscriptione nequidem eorum mentionem faciat, sed simpliciter ita scribat: *Cyprianus presbyteris et diaconis Romæ consistentibus fratribus salutem*, quamvis post mortem FABIANI has literas exarauerit, sede vacante. Scilicet quia vulgaria ministeria ecclesiæ iis ab initio demandata erant, per aliquot secula ad *minores ordines* relati sunt, *c. 9. X. de ætat. et qual. et ord. præfic.* donec tandem lex continentiæ a LEONE I. iis quoque imposita, aliaque munera sacra iis assignata fuerint, quo ipso tandem maiori ordini clericorum quoque adscripti sunt, per quem gubernatio ecclesiæ expeditur, obseruante MORINO *de SS. ordin. P. III. ex. 12.*

Subdiaconorum non adeo ratio habebatur.

§. VII. Atque hæc erat prima clericorum facies in ecclesiis quibuscunque. Seculo IV. noua ecclesiarum ratio, et sic quoque *clericorum* conditio inualuit. Plures eo tempore vno in loco ædificabantur ecclesiæ, quibus cœtus fidelium certus assignari debuit, confusionis vitandæ gratia. Neque tamen singulis cœtibus episcopus cum ceteroclero præfici potuit, quod diœcesis episcopi sese per *totam ciuitatem* iuxta antiquam formam extenderet, quin potius episcopus omnibus ecclesiis ciuitatis præerat, hac tamen cum differentia, vt in *principaliori* cathedram seu sedem suam haberet, *minores* presbyteris quibusdam diaconisque committeret, quas *titulos* vtplurimum vocabant. INNOCENTIVS I. *epist. 1. c. 5.* Conf. MABILLON. *tom. II. mus. Ital. in comment. ad ord. Roman. p. 12. sq.* Inde inualuit distinctio inter ecclesias *cathedrales, et parochiales*, atque hæ rursus *ratione loci* vel *rurales* vel *ciuitatenses* dictæ sunt. Harum ecclesiarum status pedetentim diuersissima iura accepit, quia *parochiales* a *cathedrali* dependebant, et cathedra episcoporum insignia dignitatis incrementa quotidie accipiebat. Animosior inde factus *ecclesiæ cathedralis* clerus, altos spiritus sumsit ob eminentiam sui episcopi, a cuius latere erant, vt clericos, qui *ecclesiis minoribus* præerant, dignitatis gradu, opibus, aliisque iuribus supereminerent, quibus postea seculo VIII. accessit clerus ecclesiarum *collegiatarum*. Sicuti vero

Seculo IV. inualuit distinctio inter ecclesias cathedrales et parochiales.

Quo ipso clerus cathedralis ecclesiæ maiorem dignitatem nactus est.

Digitized by Google

de *parochiis* infra *tit. 29.* ſpeciatim agendum erit, ita de clericis *cathedralium* et *collegiatarum* eccleſiarum, eorumque *ſtatu* et *iuribus* hoc et ſqq. titulis primario agitur.

Olim quilibet clerici certæ eccleſiæ addicti vocabantur canonici.

§. VIII. Conſtat porro ex antiquitatibus, clericos, certæ eccleſiæ addictos, quique ex penu eius alebantur, dictos fuiſſe *canonicos*, non tantum eccleſiæ *cathedralis*, ſed etiam *parochiarum ruralium*. In concilio Aruerno, anno 535. celebrato, *c. 15.* diſerte dicitur: *Si quis ex presbyteris aut diaconis, qui neque in ciuitate neque in parochiis canonicus eſſe dignoſcitur, ſed in villulis habitans, in oratoriis officio ſancto deſeruiens celebrat diuina myſteria, feſtiuitates præcipuas, Domini natale, paſcha, pentecoſten, et ſi quæ principales ſunt, nullatenus alibi niſi cum epiſcopo ſuo in ciuitate teneat.* Hic mentio fit presbyterorum diaconorumque, *canonicorum*, et *non-canonicorum*. *Illi* dicebantur, qui eccleſiis ciuitatenſibus

Oratoriis præfecti non-canonici dicti.

præfecti et alligati erant: *hi* vero, qui in oratoriis magnatum ruri rem diuinam faciebant, et ab eis alebantur. Ratio denominationis diuerſimodæ hæc fuiſſe videtur, tum quod *albo* ſeu *matricula* eccleſiæ eſſent inſcripti, tum quod *ſtipendiis* eccleſiæ militarent. *Canon* enim antiquis ſcriptoribus non raro (1) denotat *eccleſiæ matriculam* ſeu *album*; vnde etiam clerici in hanc *matriculam* relati dicti ſunt *matricularii*, obſeruante ANTONIO MATTHAEI *de nobil. lib. II. c. 33. p. 537.* Adhuc ſeculo X. quo noua *canonicorum* appellatio iam inualuerat, hoc nomen vſitatum fuit, vti docet ſcriptor ſeculi X. GERARDVS in *vita S. Vdalrici epiſcopi Auguſtani* apud MABILLONIVM *in actis Benedict. ſec. V. p. 426.* vbi ita: *curſus ſcilicet quotidianus cum matricularibus in choro eiusdem matriculæ ab eo caute obſeruabatur.* Inde etiam *p. 428. eccleſiæ matriculæ* mentionem facit. Præterea etiam (2) canon *penſionem*, *ſtipendiumque* denotat, quod vel ius noſtrum Romanum docet in *l. 1. C. de indict. l. vn. C. de collat. bon. l. 3. C. quæ res vend. non poſſ. Nou. 128. §. 1.* Conf. SAMVEL PITISCVS *in lexic. antiq. Rom. voc. canon.* IACOBVS GVTHERIVS *de offic. dom. Aug. lib. III. c. 4. p. 541.* Atque hi clerici erant *canonici*, qui *canoni eccleſiæ* inſcripti erant, ſtipendiis eccleſiæ militabant, et ſportulis eccleſiæ alebantur, cum, qui in oratoriis magnatum rem ſacram faciebant, non ſtipendiis eccleſiæ, ſed magnatum alerentur, atque inde *canonicorum* denominatione haud gauderent. MATTHAEI *cit. l.* CANGIVS *in gloſſar. voc. canonici.* THOMASSINVS *P. I. de vet. et noua eccleſ. diſcipl. lib. 3. c. 8. §. 4.* GERARDVS DV BOIS *in hiſtor. Pariſ. lib. VI. c. 1. §. 5.* Sunt ergo *canonici* ipſi clerici, quorum cum conſilio epiſcopus regebat diœceſin. In priuilegio LANDERICI epiſcopi Pariſienſis *de anno 652.* quod

Digitized by Google

DV BOIS *in histor. eccles. Paris. lib. IV. c. 5. p. 180.* refert, diserte dicitur: *quapropter nouerit omnium catholicæ ecclesiæ cultorum generalis vniuersitas, quod dominus glorioſissimus Clodouicus Francorum rex, diuino irradiatus lumine, religioſa petitione humilitatis noſtræ extremitatem popoſcit, vt et nos et canonicorum noſtrorum communis fraternitas* etc. Similiter in literis STEPHANI papæ apud IO. MABILLONIVM *in præf. act. Benedict. ad ſecul. III. P. 1. p. 20.* dicitur: *et quoniam ad preces Chludouii filii Dagoberti regis dominus Landericus Pariſiacæ vrbis epiſcopus a ſua et omnium ſuorum ſucceſſorum poteſtate deinceps, cum conſilio ſuorum canonicorum et fratrum ſuorum coëpiſcoporum regionis illius etc.* Integræ literæ exhibentur *P. II. ad ſec. III. act. Benedict. p. 336.*

§. IX. Aſt inde *collegia canonicorum*, et *capitula*, quæ poſtea invaluerunt, nec hi, qui in oppoſitione ad alios clericos hodie *canonici* dicuntur priuatiue, et de quibus hic locus agendi eſt, minime ortum trahunt. Poſtea enim potiſſimum *canonici* dicti ſunt, qui vitam quandam communem agebant, communi refectorio et dormitorio vtebantur, et ita *ſpeciale* aliquod *collegium* conſtituebant. Olim talia collegia incognita fuiſſe, vtut *canonicorum* appellatio trita eſſet, docet GERARDVS DV BOIS *cit. l. p. 320.* et, *Sed nondum tamen*, ait, *in eccleſiis maioribus capitula ſen collegia canonicorum erant, certe hi, qui matriculæ eccleſiæ inſcripti, alimoniam ab ea ſumebant, canonici erant, qui neque in commune vitam degebant, nec alicuius præpoſiti poteſtati obnoxii erant, niſi forte ob aliquod miniſterium, quod agebant in eccleſia; neque alii, qui ea tempeſtate vitam in commune ducebant, propterea canonici erant, eorum enim non tam inſtitutio vitæ erat, quam oblata forte cum epiſcopo vitæ inſtituendæ ratio, neque alteri præpoſito, quam epiſcopo propter illam vitæ inſtituendæ rationem ſubiiciebantur, neque a clericorum aliorum bonis ſeparatæ eorum poſſeſſiones erant, neque illa forma inſtitutionis erat, vt, decedente epiſcopo, alius, qui ſuccederet, cum clericis viuere in commune teneretur, neque demum hi clerici magis canonici dicebantur, quam alii, qui, quemadmodum illi, ex ſtipendiis eccleſiæ alerentur.*

Inde tamen hodie canonici minime appellantur, nec cognita olim erant collegia canonicorum.

§. X. Scilicet ante PIPINI tempora clerici in priuatis ædibus plerumque viuebant, nec *communis vita* clero *cathedralis eccleſiæ per leges eccleſiaſticas ciuilesque* iniuncta erat. Quædam tamen huius inſtituti veſtigia iam antea hinc inde apparuerunt. EVSEBIVS, Vercellenſis epiſcopus, illam in clero inſtituere ſtuduit, ſed perficere non potuit. Vid. AMBROSIVS *epiſt. 82. ad Vercell.* AVGVSTINVS, monaſticæ vitæ addictiſſimus, vbi ad epiſcopatum peruenit, *monaſterium clericorum* inſtituit,

Nec inſtituta Euſebii et Auguſtini huc pertinent.

Digitized by Google

hoc effectu, vt nulli licuerit in ea societate habere aliquid proprii: neminem admittebat ad clericatum, nisi qui cum ipso *vitam communem* agere vellet, quo ipso Christianorum primitiuorum exemplum se sequi, dicebat; quamuis in tali *absoluta* communione haud viuebant. Huius vestigia nonnulli episcopi, maxime in Africa, secuti sunt, communi mensa vtebantur, vestibus iisdem induti, de cetero vero clericalia officia peragebant, sed ad *certam regulam* nondum erant adstricti. Plenius hæc ex antiquitatibus illustrat THOMASSINVS *P. I. de vet. et nou. eccles. discipl. lib. III. c. 3. sqq.* Verum hæc vitæ ratio vtplurimum *arbitraria* erat, et ita a paucioribus ecclesiis assumta est.

Nec qui ex formula Augustini viuebant, speciatim dicti sunt canonici.

§. XI. Neque etiam liquet, eos, qui huic instituto addicti fuere, peculiari nomine *canonicorum* a reliquis clericis distinctos fuisse. Equidem GREGORIVS Turonensis *lib. X. histor. Franc. c. 31.* narrat, RAVDINVM episcopum Turonensem *mensam canonicorum* instituisse; sed constat ex stylo eius temporis, clericos promiscue *canonicos* dictos fuisse, qui ex reditibus ecclesiasticis alebantur, vt antea innui. Erat ergo *mensa canonicorum* nihil aliud, quam *mensa clericorum*, nec ideo speciatim hi *canonici* vocabantur, quod mensa communi vterentur, et ex formula AVGVSTINI viuerent. Eundem in sensum capienda sunt eiusdem GREGORII verba *in vit. patr. c. 9. p. 1198.* *S. Patroclus diaconatus officium sumens vacabat ieiuniis, atque in oratione assidua promtus effundebatur, vt nec ad comitium MENSAE CANONICAE cum reliquis accederet clericis, quod audiens archidiaconus, ait: aut cum reliquis fratribus cibum sume, aut certe discede a nobis, non enim rectum videtur, vt dissimules cum his habere victum, cum quibus ecclesiasticum implere putaris officium.* De communi dormitorio elegans locus ibidem occurrit apud EVNDEM *lib. VI. hist. Franc. c. 36. p. 312.* vbi ita ait: *Atherius Luxouiensis episcopus in strato suo quieuit, habens circa lectum suum multos lectulos clericorum.* Qui antea *canonici* sub eodem instituto vocabantur, hic vocantur *clerici*, non alia de causa, quam quod hæ duæ appellationes promiscua acceptione et vsurpatione eo tempore venirent. Probabile ex his adductis locis fit, hanc communem vitam clericorum forsan occasionem dedisse ad eam recipiendam, quæ sub PIPINO postmodum inualuit. Vtraque enim ex *monasticis institutis*, quæ eo tempore opinionem *perfectissimæ sanctitatis* pro se habebant, hausta, vtraque quodammodo ad BENEDICTI formulam composita est, AVGVSTINI adstrictius, CHRODOGANGI paulo laxius, quæ forsan ratio est, quod clero facilius applicari potuerit.

§. XII.

§. XII. Noua hæc *canonicorum* ratio, vt dixi, apparuit tempore PIPINI, auctore CHRODOGANGO, Metensium episcopo, qui clericos suos in vnam congregauit societatem, et in vno claustro *ad vitam communem*, ad instar *monachorum*, colendam, eosdem traxit perduxitque, certas illis regulas viuendi præscribens. Testis est PAVLVS DIACONVS *in fragm. de episc. Metens.* apud DVCHESNIVM *tom. II. histor. Franc.* inquiens: *Vir egregius et omnibus præconiis efferendus Chrodegang antistes -- clerum adunauit, et ad instar cœnobii intra claustrorum septa conuersari fecit, normamque eis instituit, qualiter in ecclesia militare deberent: quibus annonas vitæque subsidia sufficienter largitus est, vt perituris vacare negotiis non indigentes diuinis solummodo officiis excubarent, ipsumque clerum abundanter lege diuina humanaque imbutum cantilenæ, morem atque ordinem Romanæ ecclesiæ seruare præcepit. Quod vsque ad id tempus in Metensi ecclesia factum minime fuit.* Hæc noua *vitæ monasticæ* inter clerum institutio cum BENEDICTI, AVGVSTINI aliorumque episcoporum institutis, quodammodo quidem conueniebat, sed in his differebat; (1) quod voto solenni paupertatis CHRODOGANGVS suos non adstringeret: (2) quod certas nouasque regulas viuendi ex *canonibus antiquis patrumque scriptis* desumtas eis superadderet. E contrario AVGVSTINVM clerum suum voto solenni obstrinxisse, exemplo BENEDICTI docet THOMASSINVS *P. I. de vet. et nou. eccl. discipl. lib. 3. c. 3. §. 6.* ex *serm. 49.* AVGVSTINI, aientis: *Malum cadere a proposito, sed peius est simulare propositum. Ecce dico, audite: qui societatem vitæ iam susceptam, quæ laudantur in actis Apostolorum, deserit, ac voto suo cadit, a professione sancta deficit.* Imo id ipsum vel inde probabile est, quod monasticæ disciplinæ addictissimus esset, et congregationem clericorum secundum *regulas* monasticas institueret, crederetque, votis *opus bonum* Deo exhiberi. CHRODOGANGVM vero suos *voto paupertatis* haud adstrinxisse, patet ex *cap. 32. regulæ* eius, quam §. *sq.* exhibebo, quo clericis permittitur, vt pro missis vel confessionibus aliquid accipere et in suos vsus conuertere possint, quod directo *voto paupertatis* est contrarium.

Sed hodierna canonicorum ratio debetur Chrodogango,

ab Augustini instituto quodammodo diuersa.

§. XIII. Cum vero secundum *regulam hanc* noua plane ratione clerus Metensis ecclesiæ cathedralis viuere cœperit, eaque postmodum a plerisque episcopis recepta, et secundum eam instituta *ecclesiarum cathedralium* et *collegiatarum* composita sint, atque illi *canonice viuere* dicti fuerint, qui eam regulam amplecterentur, ante omnia e re erit, paucis summam harum regularum ex D'ACHERII *tom. I. spicil. p. 565. nouiss. edit.* LABBEI *tom. VII. conciliorum*, HARDVINI *tom. IV. concil. p. 1182. seq.*

Summa regularum Chrodogangi clericis præscripta.

Digitized by Google

COINTII *tom. V. annal. Franc. ad an. 757. p. 567. ſqq.* exhibere. Conſtat ea *XXXIV. capit.* quorum primum eſt *de humilitate.* Alterum *de ordine* congregationis canonicorum, vt ſiue in eccleſia ſiue alibi, ſecundum gradus ſuos et ordinationis tempus procedant et ſedeant: vt nullus alterum puro nomine compellet, ſed addito prius *miniſterii* gradu; vt iunior clericus, cum obuiam habuerit ſeniorem, inclinetur, et ab ipſo benedictionem petat: maiorique minor aſſurgat, nec ſedeat coram ipſo iniuſſus. *Tertio* cauetur, vt omnes canonici in vno dormitorio, ſeparatim in ſingulis cellis ac lectis dormiant, et ita diſponantur, vt iuniores ſint ſub oculis ſeniorum: vt laicis hominibus, et maxime mulieribus, canonicorum clauſtra claudantur: vt clerici canonici nullum clericum in ſuis manſionibus habeant ad miniſterium, ſine licentia epiſcopi: vt in ipſorum ædibus nec extranei clerici, nec laici manducent, bibant, vel pernoctent. *Quartum caput* iubet, vt dato primo ſigno ad *completorium* ſub initium noctis omnes canonici et clerici congregationis in clauſtra ſe recipiant: vt dato ſecundo ſigno ſe conferant omnes ad eccleſiam ſancti STEPHANI, *completorium* cantaturi. Poſtea non manducent nec bibant vsque in craſtinum hora legitima: vt omnes ſilentium teneant vsque ad ſequentem diem poſt primam. Qui extra clauſtra pernoctauerit absque vitio, prima vice verbis corripitur; altera in *pane* et *aqua* ieiunato: tertia æque auſtero trium dierum ieiunio macerator: quarta vice diſciplina emendator. Si data opera moram traxerit, vt extra clauſtra noctem ageret, excommunicatione percellitor, vel corporali diſciplina caſtigator. *Caput quintum* concernit officia nocturna, vt hyeme octaua circiter noctis hora canonici ſurgant, quadraginta aut quinquaginta pſalmos prolixioribus illis noctibus decantent: inter nocturnas et matutinas laudes vigilent: per illud interuallum lectioni aut cantui vacent, ſiue minus exercitati meditentur, quid et quomodo legendum vel cantandum ſit, et qui dormierit absque licentia, ratione ſolius infirmitatis concedenda, excommunicetur. *Caput ſextum* eſt de *horis canonicis*, vbi ſtatuitur, vt, qui in clauſtris vel prope ſunt, ſtatim vt auditum fuerit ſignum, relictis omnibus, ſumma cum feſtinatione ad opus DEI per horas canonicas veniant. Si longe fuerint, nec occurrere ſtatis horis potuerint, archidiacono iudice agant opus DEI cum tremore diuino, vbi tunc fuerint. *Caput ſeptimum* docet, pſallendum eſſe ſecundum morem Romanæ eccleſiæ etc. *Octauo* cauetur, vt canonici quotidie ad capitulum conueniant, vbi aliquod *regulæ caput* legendum, exceptis diebus dominicis, et feriis quarta et ſexta, quibus *tractatus* et *homiliæ patrum* leguntur, vel quid

Digitized by Google

iid aliud ad audientium ædificationem. Præterea quoque iubet
)c caput, vt *clerus omnis ciuitatis* ad nocturnas et matutinas laudes
ad capitulum diebus festis et dominicis conueniat cum planetis seu
stimentis officialibus, absentes ab archidiacono vel primicerio ex-
mmunicentur, aut etiam disciplinæ corporali subiiciantur. *Caput*
. concernit *opus manuum quotidianum.* Nam canonici e capitulo
opus ire iubentur, idque bono animo, quod ab episcopo, archi-
acono vel primicerio datum sibi fuerit in mandatis. *Caput X.* con-
et regulam *peregrinantibus* seruandam, et *caput XI.* disponit de ze-
amoris, quem erga semet inuicem habere debent; adeoque *capite*
I. prohibetur, ne quis in socium vindex sit, sed querelas ad epi-
)pum deferat, quem in finem etiam *capite XIII.* studia partium pro-
)entur. *Capite XIV.* clerici bis anno confiteri episcopo suo pec-
a iubentur, scilicet initio quadragesimæ vel ante pascha, vel a me-
) mense Augusti vsque ad Kalendas Nouembris. Additur, extra
c tempora eos posse, quoties voluerint et opus habuerint, peccata
scopo confiteri, singulis tamen diebus dominicis et festiuitatibus præ-
uis debere singulos *corpus* et *sanguinem* Domini nostri IESV CHRISTI
ipere, si peccata haud impediant. *Capite XV.* agitur de grauio-
n peccatorum emendatione, *capite XVI.* de vitandis excommuni-
s, *capite XVII.* de excommunicatione clericorum imprimis contu-
cium et rebellium, *capite XVIII.* de leuiorum culparum emendatio-
cap. XIX. de modo excommunicationis, *cap. XX.* de abstinentiæ et
niorum temporibus et modo. *Capite XXI.* de mensis ordinandis
)onitur, vt silentium et lectio in *refectorio* imperetur, nec ante legi-
am horam comedatur aut bibatur absque episcopi, aut eius, qui
est, licentia, ne cellerarius contra rationem inquietetur, nec laici
que licentia ad edendum in *refectorio* admittantur. *Cap. XXII. et*
mensura cibi potusque determinatur. Presbyteris et diaconis ad
ndium tres, ad cœnam duo calices tribuuntur, subdiaconis duo
um ad vtramque refectionem: inferioribus clericis duo ad pran-
n, ad cœnam vnus. *Capite XXIV.* ministerium coquinæ singulis
vices imponitur, archidiacono primicerioque exceptis. *Capite*
V. sqq. de archidiacono, primicerio, cellerario et portario, et *cap.*
VIII. de curandis infirmis statuitur: et *cap. XXIX.* decernitur de
imentis et calceamentis, vt senioribus cappæ nouæ singulis annis
estum S. Martini dentur, veteres, quas illi deponant, tribuantur
oribus. *Capite XXX.* agitur de feriis rite more maiorum celebran-

dis,

dis, et quod epiſcopus in iis refectionem parare debeat, vel in domo epiſcopali, vel in eorum refectorio. *Caput XXXI.* ſtatuit, vt, qui in congregationem canonicorum recipi voluerit, facultates ſuas eccleſiæ donet, reſeruato tamen quandoque ſibi vſufructu. *Cap. XXXII.* eſt de *eleemoſynis*, pro miſſis vel confeſſionibus datis. *Cap. XXXIII.* ritus præſcribitur, quo ad capitulum et ad miſſam diebus dominicis vel feſtiuitatibus accedere debeant: et denique *capite vltimo* agitur de *matricularіis*, h. e. pauperibus eccleſiæ matriculæ inſertis, quod alimenta ex reditibus eccleſiæ acciperent. Hi bis in menſe ad ſacram lectionem audiendam conuenire, et peccata ſua bis per annum ſacerdoti confiteri iubebantur.

Iudicium de his regulis.

§. XIV. His *XXXIV. capitibus* abſoluuntur famoſæ illæ regulæ CHRODOGANGI, quibus *eccleſiæ cathedralis* clerum, admodum a regulis conciliorum deuiantem, ad ſaniorem mentem reducere allaborauit. Hlæ ipſæ tamen apertiſſima documenta miſeriæ et barbariei illius temporis edunt, cum reuera nihil in ipſis habetur, quod ad *proprium clericorum* officium ſpectet. Hoc conſiſtit in eo, vt gregem Dei paſcant, et omnia ad ædificationem eccleſiæ ſeu plebis faciant, atque ita officio boni paſtoris fungantur. Sed hæc fere intacta relinquuntur: clerus ad inertiam, ſtupiditatem, monaſticam vitam, et deblaterando pſalmos ritu Romano obligatur, inſtruiturque, quomodo ex formula CHRODOGANGI edere, bibere, incedere, dormire, vigilare, ſedere, legere, pſallere etc. debeat; quaſi, his obſeruatis, ſatis ſuo fecerit officio, et ad regulas CHRISTI mores ſuos compoſuerit. Imo, quod mirandum, ne quidem hac regula aliquid cauetur de *ſeminariis* recte formandis, in quibus illi ſint inſtituendi, qui officio ſacro aliquando eſſent præficiendi. Sane ante hæc tempora in cathedralibus eccleſiis eiusmodi *ſeminaria* fuiſſe conſtat, in quibus præparabantur, qui eccleſiis erant præficiendi, teſte THOMASSINO *P. I. de vet. et nou. eccleſ. diſcipl. lib. 3. C. 2. ſqq.* quod, quo conſilio a CHRODOGANGO omiſſum ſit, diuinare nequeo.

Non omnis clerus, ſed tantum cathedralis eccleſiæ, a Chrodogango ita collectus eſt.

§. XV. Ex his adductis regulis quoque obſeruandum eſt, eas *primario* clero Metenſis eccleſiæ St. STEPHANI, quæ *mater* erat, præſcriptas, clerumque huius eccleſiæ eo ipſo ſpeciali quodam *vinculo* et *ſocietate* conſtrictum fuiſſe. Indicat hoc quoque *caput octauum* eius regulæ, vbi *clerus eccleſiæ S. Stephani* a reliquo *clero ciuitatis* diſtinguitur, vt pote cui tantum iniunctum eſt, vt certis temporibus *ad capitulum* venirent. Ex tali conſortio clericorum arctiori tandem hæc ipſa *capitula cathedralium*

Digitized by

lium ecclesiarum, quæ hodie superſunt, ortum traxerunt. Quamuis enim ante hæc tempora omnis clerus ciuitatenſis ad *ſenatum eccleſiaſticum* vocaretur, et *capitulum* conſtitueret; hæc tamen CHRODOGANGI inſtitutio vinculum arctius inter clerum *eccleſiæ principalis* conciliauit, vt tandem, excluſo reliquo clero ciuitatenſi, *capitulum* ſeu *collegium canonicorum* conſtituerent. Et inde quoque ratio petenda, quod hæc noua viuendi ratio, non omni clero, ſed *cathedralium eccleſiarum* applicata fuerit, cui etiam nomen *canonicorum* inde *priuatius* tribui cœpit, vt quidam dicerentur *clerici canonici*, quidam *clerici non canonici*. Vid. MABILLON. *tom. II. annal. p. 577. et 607.*

§. XVI. Videlicet ab hoc tempore *peculiariter* et *noua ratione* illi *canonici* dicti ſunt, qui ad formulam CHRODOGANGI viuebant, eiusque *regulam* ſeu *canones* obſeruabant. Hæc mox ita inclaruit, vt paſſim ab aliis præſulibus in praxin deduceretur, vtpote quibus eo tempore ſolenne erat, in tanto purioris luminis defectu nubem pro lunone accipere. Olim quilibet clericus *canonicus* dicebatur, tum a *matricula*, cui inſcriptus erat, tum a *canone* ſeu ſtipendio, ceu antea dictum; imo nec *matricularium* nomen poſtea deſiit, applicatum clero *eccleſiæ cathedralis*, vt docet GERARDVS, ſcriptor ſeculi X. *in vita S. Vdalrici* apud MABILLON. *in act. Bened. ſec. V. p. 426. et 429.* Sed deficiebant alia *canonicorum collegia*, vni perpetuo addicta eccleſiæ, quæ demum poſt CHRODOGANGI tempora paſſim audita ſunt, vel quod alii eius regulam acciperent, vel quod ad minimum clerum *eccleſiæ maioris* ſeu *principalis*, exemplo epiſcopi Metenſis, coadunarent, et ſecundum canones, in conciliis et patrum ſcriptis diſperſos, viuere eosdem cogerent, et docerent. Hæc ſi perpendiſſet MARTINVS SCHOOKIVS *de bon. eccleſ. ſect. II.* vbi *de canonicis* agit, tanta confuſione et incertitudine originem *canonicorum* haud pertractaſſet, quam tamen *c. II. ſeqq.* aperte prodit.

Hi peculiariter canonici dicti.

§. XVII. Hoc expeditum eſt, CAROLVM M. admodum ſollicitum fuiſſe de propaganda regula CHRODOGANGI, quod vel ex *capitul. Aquisgranenſ. de anno 789. c. 72. et ſeq.* apparet, vbi ita cautum: *Simul et hoc rogare curauimus, vt omnes vbicunque, qui ſe voto monachicæ vitæ conſtrinxerunt, monachice, et regulariter omnibus modis ſecundum votum ſuum viuant. Similiter qui ad clericatum accedunt, quod nos nominamus* CANONICAM VITAM, *volumus, vt illi* CANONICE *ſecundum ſuam regulam omni modo viuant, et epiſcopus eorum regat vitam, ſicut abbas monachorum.* Monachi dicebantur viuere *regulariter* ob regulam BENEDICTI, canonici vero *canonice*: illis *ſecundum vota* viuendum erat; his ſecun-

Propagata eſt regula Chrodogangi tempore Caroli M.

Digitized by Google

ſecundum *canones* absque *votis*, qui ſine dubio ſunt CHRODOGANGI, quia alii peculiares deerant. Euidentius id exprimitur in concilio Moguntinenſi anno 813. celebrato *c. 9.* vbi iniungitur, *vt canonici clerici canonice viuant*; quomodo vero? *obſeruantes diuina ſcripturæ doctrinam et documenta patrum, et vt ſimul manducent et dormiant.* Additur tamen hæc limitatio, *ſi per facultates eccleſiæ id licuerit*; alioquin enim regula CHRODOGANGI de *vita communi* applicari non poterat; vt tamen de cetero *canonice*, i. e. ſecundum ſcripturam S. et canones patrum viuerent. Eodem anno in *concil. Turonenſ. III. c. 23.* adhuc expreſſius regula CHRODOGANGI confirmata eſt: *canonici et clerici ciuitatum, qui in epiſcopiis conuerſantur, conſideranimus, vt in clauſtris habitantes, ſimul omnes in vno dormitorio dormiant, ſimulque in vno reficiantur refectorio, quo facilius poſſint ad horas canonicas celebrandas occurrere, ac de vita et conuerſatione ſua admoneri et doceri.* Vides, viuis coloribus depictam hic eſſe regulam Metenſis epiſcopi, quæ *canonicam clericorum vitam* conſtituit.

Nouæ hæc viuendi ratio collegiatas eccleſias produxit.

§. XVIII. Sub hoc nouo inſtituto creſcebat quotidie *clericorum* numerus, et plures ad *clericatum* tanto feruore adſpirabant, vt congregationibus eccleſiæ cathedralis non omnes poſſent coadunari; hinc plura *collegia horum canonicorum*, ad formam *monaſteriorum*, quæ etiam peculiares ſocietates continent, extra *eccleſias cathedrales* ſunt exorta, quod vel hodie *collegiatarum eccleſiarum* canonici docent. CAROLVS ſimplex capellam fundauit, eique duodecim canonicos addixit, vti præceptum eius apud BALVZIVM *in append. ad Lupum n. 9. p. 525.* docet, quorum munus in eo conſtituit, *vt diu noctuque diuina horis competentibus frequentarent officia.* Nulla his *cura animarum* demandata, quæ in capellis, populo carentibus, non erat neceſſaria. Similiter pluribus *eccleſiis parochialibus* hoc vitæ inſtitutum applicatum, certo numero clericorum iis addicto, qui ex regula CHRODOGANGI viuerent, et ita *parochiales* eccleſiæ in *collegiatas* mutatæ ſunt, ſalua cura animarum. Quid? quod monaſteria quoque clerici occupauerunt, et, monachis expulſis, ſub *abbate* vel *præpoſito* vixerunt, præſertim cum monachi eo tempore admodum perdite viuerent, vt, his electis, *canonicos* eisdem ſubſtituere, conſultius videretur, de quibus *canonicis* in *concil. Turonenſi III. cit. c. 24.* plenius diſponitur. Cauſas diſciplinæ monaſticæ declinatæ plures recenſet illuſtratque IO. MABILLONIVS *in præf. ad ſeecul. IV. actor. Benedict. P. I. n. 137. ſqq.* Alii ergo *canonici* erant ſub epiſcopi manu, in *eccleſia cathedrali*; alii ſub *abbatum* et *præpoſitorum* directione, monaſteriis potiſſimum inclusi. Videntur hoc tempore hæc *collegia canoni-*

nonicorum etiam *seminaria* facta fuisse, in quibus iuniores clerici ad clericatum præparabantur, præsertim cum etiam in monasteriis, passim a canonicis occupatis, huiusmodi scholæ et seminaria iam olim essent, vti colligo ex *c. 34. de consecr. D. 5.*

§. XIX. Omnium tamen, siue sub manu episcopi, siue in monasteriis, siue in *collegiatis ecclesiis* viuerent, vna erat ratio et conditio, vt optime obseruat GERARDVS DV BOIS *de histor. eccl. Paris. lib. XI. c. 8. §. 4.* In eo præterea a monachis differebant: (α) quod illi *clerici*, hi *laici*; (β) illis alia regula, quam his præscripta; et denique hi (γ) tribus votis adstricti essent, illi nullis, saltim *seculo VIII. et IX.* Neque enim hoc tempore distinctio quædam inter canonicos inualuerat, vt alii essent *regulares*, alii *seculares*, h. e. vt quidam votum *paupertatis* more monachorum, quidam nullum votum ederent; sed omnes in vna congregatione viuebant, sine votorum vinculo. Inde eo tempore differentia erat inter *τὸ canonice* et *regulariter viuere*: hoc prædicabatur de monachis intuitu *votorum*; illud de *canonicis*, quod *simpliciter*, nullis adstricti votis, secundum *canones* vel CHRODOGANGI vel *patrum* viuerent, vel viuere deberent.

A monachis in pluribus differebant.

§. XX. Imo, quod mirandum est, *canonica* vita *seculo VIII.* sæpe *monachali*, in licentiorem prolapsæ, prælata, adeo vt etiam ad *moniales* transierit. In concilio Verno, anno 755. habito *c. 11.* de clericis *vagis* disponitur, *vt in monasterio sint sub ordine regulari, aut sub manu episcopi sub ordine canonico. Et de ancillis Dei velatis EADEM FORMA seruetur.* Inde nouum genus *virginum velatarum* inualuit, vt quædam essent *monachæ*, quædam *canonicæ*, quæ postea dictæ sunt *dominæ*, *domicellæ*. Illæ tenebantur regula BENEDICTI, triplici obstrictæ voto: hæ vero regulam canonicam, h. e. ex canonibus specialiter contextam, observabant, nullis adstrictæ votis, *vt tamen in claustris permanerent, nec foras exitum haberent*, vt in *concilio Mogunt. anno 813.* celebrato *c. 13.* cauetur. Iam seculo VIII. notæ fuerunt *canonicæ virgines* per Galliam, quamuis id ægre admittat IO. MABILLONIVS *in præf. ad sec. II. actor. Benedict. §. 32.* Sed seculo IX. plura earum vestigia, eaque extantiora, occurrunt. Per Galliam enim Germaniamque hoc tempore harum *canonicarum* exstructa fuisse monasteria, docet SCHATEN. *in annal. Paderborn. ad ann. 816.* his verbis: *Ad canonicarum institutum præscripta sanctimonialibus seu canonicis virginibus ratio viuendi, quibus sub abbatissæ imperio intra collegii claustrum vna bonorum communicatio, vna habitatio, vna mensa, et psallendi chorus. Celebre tum vitæ institutum*

Canonicarum origo et ratio, quæ ex Schatenio illustratur,

In Francia, Germania et Saxonia erat in ſequiori ſexu; paſſimque vocatur monaſteria ſanctimonialium, puellarum, ſororum ac canonicarum virginum, diuerſa ab inſtituto monialium, quibus ad normam D. Benedicti profeſſa vitæ ratio fuit, tantumque ab his diſcrepabant hæ canonicæ virgines, quantum canonici a monachis. Neque monaſterii nomen eis derogat, quando tam canonicorum collegia, quam harum olim monaſteria ſunt dicta. Neque, pergit probationis gratia, *de hac diuerſitate, et hoc virginum inſtituto magnopere dubitare poteſt, qui concilium Aquisgranenſe, aut Moguntinum, aut Cabilonenſe, aut Capitulare Caroli M. Cæſarumque diplomata legerit. Et ſi prima dehinc monaſteria per Saxoniam inſtituta inſpiciantur, reperies, pleraque ſanctimonialium fuiſſe canonice viuentium; quale Heriuordenſe a LVDOVICO pio Imp. inſtauratum, Bodecenſe a D. MEINVLPHO, et Heriſienſe a LOTHARDO III. epiſcopo noſtro in hac diœceſi inſtituta.* De Gallia idem docet, luculentisque argumentis demonſtrat IO. MABILLON. *in præf. ad ſec. II. act. Benedict. §. 32. ſqq.*

Paupertatis voto non erant obſtrictæ,

§. XXI. In eo potiſſimum cum *canonicis* conueniebant, quod *paupertatis* voto haud conſtrictæ eſſent, adeoque propria bona poſſidere, et de iis disponere poſſunt. Adfero illuſtrationis gratia diplomata fundationis monaſterii Eſſendienſis de *anno 837.* apud SCHATENIVM *lib. II. annal. Paderborn. p. 175.* vbi ALFRIDVS, epiſcopus eccleſiæ Hildeſienſis, fundator, ita: *Si quæ vero ſanctimonialis ibidem habet propriam domum, aut aliud adificium, vel a ſe emtum, vel dono ſibi datum, vel aliquas res vndelibet iuſte acquiſitas, nihilominus ex omnibus ſupra dictis, neque abbatiſſa, neque aliquis alius ei auferat, neque vllo modo auferendum ſuadeat, ſed eadem ſanctimonialis libero arbitrio eandem domum et cuncta, quæ inibi poſſidet, ſorori ſuæ vel amico ad eccleſiam pertinenti abſque vllius contradictione, ſiue morti ſit proximæ, ſiue vitæ, quocunque modo voluerit, tradat.* Liberæ quoque videntur fuiſſe a voto *continentiæ* et *obedientiæ*, ſicuti canonici; interim ſicuti epiſcopo ad *obedientiam* aliunde obſtringebantur, et ob *vitam clericalem* in cœlibatu viuere tenebantur: ita ad horum mores efformatæ *canonicæ* abbatiſſæ *obedientiam* debebant, et propoſitum *virginitatis* ſeruandæ gerebant, tanquam *clericam quandam vitam* profeſſæ, quamuis id ægre admittat, in honorem ordinis, MABILLONIVS *cit. l. §. 34.* Conf. THOMASSINVS *P. I. de V. et N. eccl. diſcipl. lib. 3. c. 43. §. 8. ſqq.*

et aliis vocis.

§. XXII.

Digitized by

§ XXII. Quia ergo hæc clericorum ſodalitia inſignem affinitatem habebant cum monachorum clauſtris et cœnobiis, non adeo mirandum eſt, ædificia hiſce canonicis colligendis deſtinata, imo ipſa templa maiora *monaſteria* dicta fuiſſe. Quis ignorat, ex hoc vſu vrbem et diœceſin *Monaſterienſem* a celebri tum apud Monaſterienſes collegio, quod canonicorum erat, nomen traxiſſe, et etiamnum gerere? vid. MEIBOMIVS *in not. ad hiſtor. de Henrico Leone tom. I. p. 450.* SCHATEN. *lib. I. annal. Paderborn. ad ann. 796.* Diſerte AVTOR *vitæ St. Adelberti epiſc. Pragenſ.* apud MABILLONIVM *in act. Benedict. ſec. IV. p. 857. n. 23.* ait: *Item nobilis femina MONASTERIVM hoc* (eccleſiam cathedralem) *ingrediens* etc. Similiter IO. a LEIDIS *lib. III. c. 18. condidit in ciuitate Traiectenſi eccleſiam, et MONASTERIVM CANONICVM.* Vt vero hoc a *monaſteriis monachorum* diſtinguerent, hæc nonnunquam *monaſtica monaſteria* dicta ſunt, qualis appellatio occurrit in *miracul. S. Bertini abb. lib. II. c. 9.* apud MABILLON. *in act. Bened. ſec. III. p. 1. p. 135.* Et quia *vita monaſtica* paſſim dicitur *vita apoſtolica*, creditumque fuit, monachos vitam primorum Chriſtianorum viuere, et eorum exemplo omnia in commum poſſidere, idem quoque de canonicis dictum fuit. In *concil. Colon. de anno 1536.* diſerte dicitur: *Imitentur* (canonici) *apoſtolos et naſcentis eccleſiæ miniſtros: quorum erat cor vnum et anima vna, qui quotidie perdurantes vnanimiter in templo, et frangentes circa domos panem, ſumebant cibum cum exultatione et ſimplicitate cordis, perſeuerantes in orationibus, collaudantes DEVM, et habentes gratiam ad omnem plebem.* Adeo porro hæc affinitas incrementa ſumſit, vt canonici etiam *cœnobitæ* dicti fuerint, ceu conſtat ex diplomate CAROLI ſimplicis *de anno 917.* apud MABILLONIVM *de re diplom. p. 561.* Huc quoque refero, quod habet IO. DE BECKA in *Traiect. epiſc. catalog. p. 9.* tiens: *Clemens ſeu* WILLEBRARDVS *Traiectinus epiſcopus reuerſus in Germaniam, prope caſtrum Traiectenſe canonicorum cœnobitalium conſtruxit eccleſiam.* Ad verba hæc ARNOLDVS BVCHELIVS *p. 12.* ex vita S. Gertrudis memorabilem locum adduxit: *Quamuis enim monaſterium et cœnobium origine fere pugnent, tamen conſtat, ea indifferenter ab auctoribus vſurpari, adeoque ea, quæ videmus hodie canonicorum capitula, vere fuiſſe cœnobia, et canonicos ſimul communem vitam duxiſſe, ſimul habitaſſe, ſimul ediſſe.*

Inde canonicorum clauſtra monaſteria dicta,

diſtincta a monaſticis monaſteriis;

imo canonici etiam cœnobitæ dicti.

§. XXIII. Deinde etiam illud obſeruo, clericos hoſce, quos *canonicos* dixere, *nomine* ſæpe, non *re ipſa* tales fuiſſe. Equidem qui in eccleſiis *cathedralibus* et *parochialibus*, quarum ſtatus in *collegiatas* mutatus

Non omnes tamen canonici cum animarum habebant.

tatus erat, ſalua cura animarum, conſtituti erant canonici, ad *curam animarum* adhuc adſtricti erant, et præterea officia *canonicis*, qua talibus, iniuncta obibant: aſt *canonici* in monaſteriis, et aliis collegiis, quæ erecta et fundata erant ſine aſſignatione certi populi, *ſine cura animarum*, nomine tantum clerici erant, cum in *cura animarum* potiſſimum clericorum ſtricte dictorum antiquitus miniſterium conſtiterit. Hi itaque quodammodo inſtar monachorum viuebant, et regulam præſcriptam ad amuſſim obſeruabant, et hoc ipſo, ſe gratum præſtare Deo cultum, credebant. In eo videbantur vtilitatem quandam rei eccleſiaſticæ adferre, quòd ſicut antea ex congregatione monachorum, ita hac tempeſtate ex collegiis canonicorum deſumerentur, qui eccleſiis, curam animarum habentibus, præfici poſſent. Laudat hoc inſtitutum antiquum CHRISTOPHORVS von HAUGWITZ *in tr.* woher die Thum-Herren *Canonici* heiſſen, et ita priſtinum canonicorum ſtatum deſcribit: Alſo iſts zugegangen, anfänglich iſt der erſten Canonicorum unſerer Vorfahren Amt geweſen, daß ſie canonicam ſcripturam öffentlich gehandelt und ausgeleget haben, dazu ſie etliche Stunden des Tages, in welchen ſie daſſelbe haben mögen ausrichten, gehabt haben, daß alſo auf dieſe Stunde Canonicus Iohannes, auf eine andere Canonicus Petrus, wie ſie denn geheiſſen haben, und ſo fort an den Tag über, wie iezt zu Wittenberg geſchiehet, canonicam ſcripturam, d. i. die Schrift des alten und neuen Teſtaments ausgeleget und gehandelt haben. Daher haben ſolche beſtimmte Stunden, die wir nun heiſſen horas canonicas, den Namen bekommen, ſind auch zur ſelbigen Zeit eben darum alſo genennet worden. An die Oerter aber, da ſolche geſchickte Canonici mit Nothdurft verſehen und erhalten ſind worden, hat man aus denen umliegenden Städten und Landen tüchtige Leute zur Lehre dahin geſchicket, die hat man genennet clericos oder filios Prophetarum, und wenn man zu den beſtimmten horis zuſammen iſt kommen, hat man ingemein ein Pſalmen oder zween geſungen, und ſich dadurch munter und geſchickt gemachet; darnach, wenn der Canonicus, den wir iezt Interpretem, Doctorem oder Theologum pflegen zu nennen, (S. Paulus nennet ihn Eph. IV. und 1 Cor. XIV. Prophetam) fertig iſt geweſt, ſo hat der Lector aus obgedachter canoniſcher Schrift nicht ein gantz Caput auf einmal, ſondern ein Stück davon, welches man genennet ein Capitul, (wie wirs in unſern horis canonicis noch ſo nennen) geleſen, daſſelbe hat alſo darauf einer aus denen Canonicis ſeine Clericos gelehret, auch, nach Gelegenheit und Erforderung der Zeit und Stunden, in gemein dem

Volcke

Volcke und Zuhörern ausgeleget, oder daraus eine Vermahnung ge-
han. Und wenn er hat aufgehöret, haben die Clerici und Gelehrten
ibermals nach Erforderung der Zeit und Stunden Gelegenheit, im
Beywesen des gemeinen Volcks und Zuhörer, mit Singen und Be-
en den Beschluß gemachet, und also GOTT gelobet und gedancket.
Davon sind denn feine gelahrte Bischöffe, Pastores, Seelsorger, Pre-
iger, und fromme gottsfürchtige Christen geworden. Intentio forsan
naiorum nostrorum satis pia et bona fuisse videtur, sed *media idonea*
d finem consequendum haud adhibuerant. Per *regulas monasticas* pieta-
em et vitam ad imaginem CHRISTI efformatam obtinere non potuere,
um his regulis, sæpe admodum incongruis, vnice viuerent, et regulas
olidas CHRISTI non satis excolerent. Ea tunc peruersa inuaserat or-
em superstitiosum sententia, per *regulas* posse obtineri salutem æter-
am, quo factum, vt, derelictis fere CHRISTI doctrinis, regulis præ-
criptis obseruandis intenti essent, quæ tamen vtplurimum inanes et vix
ueris instituendis apti idoneique erant. Quamuis vero porro pro his-
e defendendis asserere soleant, quod *seminaria* fuerint instituta, vt ex
s, quasi ex equo Troiano, optimis moribus clerici prodire et ecclesiis
ræfici possent; constat tamen, simul ipsum clerum, ecclesiæ cathedrali
im præpositum, primario hisce collegiis interfuisse, qui ad alia officia
ecclesiastica non adspirabat; quid? quod plurimi in perpetuum hisce
ollegiis interfuerunt, ad peculiaris ecclesiæ curam nunquam vocati;
t denique tanta iam corruptio ecclesias inuaserat, vt vix aliquid sani
x his collegiis sperari posset, superstitione veram pietatis culturam
rorsus absorbente, vt monumenta illorum temporum docent. Inde
on potuit non hæc *canonicorum* congregatio tristem habere euentum,
i sequentia tempora affatim docuerunt.

§. XXIV. Ceterum ab initio *canonici* plerique efformati erant Regula
d regulam episcopi Metensis, vti aliquoties dixi; sed hæc non æque Chrodogan-
o omnibus, quoad omnia capitula, obseruabatur, nec *publica auctо-* gi hinc inde
rate munita, sed vsu magis et receptione tacita approbata erat, vt mutata,
nnium canonicorum non vna eademque esset viuendi ratio, obser-
nte GERARDO DV BOIS *in histor. eccles. Paris. lib. XI. c. 8. §. 5.*
hunc finem *anno 816. Aquisgranense concilium* sub LVDOVICO pio
elebratum, et de *certa regula*, canonicis præscribenda, actum. Li-
iet hoc ex verbis *præfationis*, vbi ita: *Adiunxit* (Imperator) *etiam*
mendo, vt quia canonicorum vita sparsim in sacris canonibus et in san-
rum patrum dictis erat indita, propter simplices quosque minusque
capa-

Digitized by Google

capaces aliquam ex iisdem ſacris canonibus et ſanctorum patrum dictis inſtitutionis formam pari voto parique conſenſu excerperent, per quam patenter prælatorum et ſubditorum vita monſtraretur, quatenus omnes, qui canonica cenſentur profeſſione, per vicem præpoſiti ſui inoffenſo greſſu incederent, et in Chriſti militia deuotius vnanimes et concordes exiſterent. Hac de cauſa in concilio hoc patres regulas quasdam compilarunt, vt *publica*, h. e. *eccleſiaſtica* et *regia* auctoritate, munirentur. Eas primario ex CHRODOGANGI inſtitutis, hactenus iam obſeruari ſolitis, deſumſerunt, fatente NATALI ALEXANDRO *in diſſ. hiſtor. eccleſ. ad ſec. IX. c. IV. art. 8. p. 85.* aliasque eis addiderunt, quæ in litteris LVDOVICI pii apud GOLDASTVM *tom. I. conſtit. imper. p. 150.* et AVBERTVM MIRAEVM *in cod. piar. donat. c. 13.* vocantur: *Formula inſtitutionis canonicæ.* Collineat huc ADEMARVS Chabannenſis, ſcriptor ſeculi XI. *in chronico* ſuo, apud PHILIPPVM LABBEVM *tom. II. biblioth. noua MSS. libror. p. 158.* et, *Aquisgrani*, ait, *ad hyemandum profectus eſt* (LVDOVICVS pius) *vbi habito concilio, id eſt, indictione decima, anno imperii ſui tertio, ab incarnatione DCCCXVI. iuſſit fieri regulam canonicis, excerptam de diuerſis patrum ſcripturis, decreuitque eam obſeruandam a canonicis; vt ſicut monachi reſpiciunt ad librum regulæ* S. BENEDICTI, *ſic perlegant canonici inter ſe librum vitæ clericorum, quem librum* AMALARIVS *diaconus ab Imperatore iuſſus collegit ex diuerſis dictorum ſententiis. Dedit ei Imperator copiam librorum de palatio ſuo, vt ex ipſis ea, quæ viderentur congrua, excerperet. Et ita cum decretis epiſcoporum, qui ibi fuerant, vita clericorum roborata eſt.* In *chron. epiſcop. Verdenſ. §. III.* *apud* III. LEIBNITIVM *tom. II. rerum Brunſuic. p. 212.* refertur, imperatorem in hac ſynodo *librum canonicæ diſciplinæ et clericalis regiminis* perutiliter conſcribi feciſſe, *omnibus Deum laudantibus ſuper clementia tanti principis et tam deuoti.*

publica auctoritate munita.

§. XXV. Atque hæc erat conditio *canonicorum* in eccleſiis *cathedralibus* et *collegiatis*, imo et eorum, qui ſub abbatibus in monaſteriis *vitam canonicam* ducebant, nec ante *ſeculum XI.* canonicorum quædam diſtinctio apparuiſſe videtur. Sed ſeculo X. paſſim canonici priſtinam deſeruerunt diſciplinam. Teſtis eſt TRITHEMIVS *in chron. Hirſaugienſi de ann. 977.* aiens: *Anno iſto moritur Theodoricus, archiepiſcopus Treuirenſis, ſub quo canonici maioris eccleſiæ, ibidem abiecta regulari vita, quam hucusque in eadem eccleſia maiores eorum continuauerant, deſierunt eſſe regulares, et facti ſunt nomine et conuerſatio-*

Noua canonicorum regularium ratio ſeculo XI. inualuit.

te ſeculares. Quorum exemplo malo canonici quoque S. Paulini Treuirenſis t S. Caſtoris in Confluentia, Moguntinenſes et Wormatienſes, et complu-ium aliarum eccleſiarum, diuerſis quidem temporibus, ſed uno impietatis ſpiritu, regularem vitam abiecerunt. Loquitur AVTOR ſecundum ſty-um ſui temporis, eosque *regulares* vocat, quos antea deſcripſi; *ſecu-ares* vero, qui communem vitam deſeruerant, quamuis inde colligi lebeat, quos hic *regulares* vocat, eosdem cum illis fuiſſe, qui poſtea κατ' ἐξοχήν tales dicti ſunt, votumque *paupertatis* ex nouo inſtituto :diderunt. Hos in ordinem reducere, viri de pietate ſolliciti ſtudue-unt, adeoque varia remedia vulneratæ cauſæ adhibuere, maxime vero n id incubuerunt, vt, quia animaduerterant, canonicos ex bonorum ıffluentia a primæuo ſtatu prorſus degeneraſſe, *votum paupertatis* iis mponerent, eosque ita rurſus ad *vitam communem*, in qua omnis pone-ıatur *perfectio*, reducerent. Circa initia ſeculi XI. hinc inde veſtigia ıoui huius inſtituti, inter canonicos, a priſtino more fere prorſus leſciſcentes, nouiter recepti, occurrunt, imo, ni fallor, in clero Hil-leſienſi iam primitiæ circa annum 993. apparere videntur, vti conſtat :x *chron. epiſc. Hildeſ.* apud III. LEIBNITIVM *tom. II. rerum Brunſuic.* .787. vbi ita: *His temporibus et ſequentibus, vsque ad tempus Detbmari, ui decimus quintus in ordine fuit, Hildesbemenſis clerus tam diſtricta re-igione et religioſa diſtrictione Dei obſequio ſe mancipauit, vt in poſſeſſione anonica diſtrictione gauderet mònachica.* In Gallia paſſim huius noui ıſtituti occurrunt veſtigia, non *lege* quadam *publica* præſcripti, ſed piſcoporum quorundam zelo adſcribendi.

§. XXVI. Occaſionem eius GERARDI DV BOIS *cit. l. p. 788* erbis potius, quam meis referam: *Cum ineunte hoc XI ſeculo viri ali-uot, quos pietas et religio afficiebat, a clericis proſpicerent non cuſtodiri recepta canonum, et ipſos a priſca canonicorum obſeruatione longe deſle-iſſe, inquirere inter ſe cœperunt, qua ratione hæc damna reparavent, et uomodo ſalubria malis graſſantibus adhiberent remedia: Inquiſitum eſt mprimis in cauſas graſſantis mali: procliuem animum in malum eſſe inue-erunt, euntemque ſæpius, non quo ratio et æquum eum ducerent, ſed quo ræceps impetus eum raperet, quo immoderati affectus eum pertraherent, epius eo ruere, quo habendi cupiditas, honorum voluptatumque libido um impellerent; ea vero tanquam frenis coërcenda eſſe: quapropter, re ecurate perpenſa et diligenter diſcuſſa, in hanc diſceſſerunt ſententiam, lericos eſſe quibusdam vinculis conſtringendos, ne extra rectæ rationis limi-es euaderent, ſed potius religionis chriſtianæ ſeueriora inſtituta inuiolate* Occaſio huius noui inſtituti.

Digitized by Google

cuſtodirent. Viſum eſt igitur, habendi vehementius deſiderium voluntaria paupertatis ſponſione eſſe refrenandum, bonorum dignitatumque ambitum votiua rerum ſecularium abrenunciatione eſſe coërcendum, libidinem aliasque cæcas voluptates caſtitatis et continentiæ deuotione eſſe propellendas; et, ne cæcæ v luntatis impetus in transuerſum eas ageret, cenſuerunt, eam arctiore obedientiæ vinculo eſſe conſtringendam.

Quæ potiſſimum ex deprauata canonicorum vita petenda.

§. XXVII. Reuera rem ita ſeſe habere, circumſtantiæ illorum temporum docent. Canonici eo tempore diuitiis et bonis affluebant, pinguiſſimos reditus percipiebant, et ita molliſſimam agebant vitam, vt omnibus deſpectui eſſent. Communis vita, canonicis iniuncta, iam pene defecerat, prout teſtatur IVO, Carnotenſis epiſcopus, *epiſt. 213. Quod vero communis vita in omnibus eccleſiis pene defecit tam ciuilibus, quam diœceſanis, non auctoritati, ſed deſuetudini et defectui adſcribendum eſt, refrigeſcente caritate, quæ omnia vult habere communia, et regnante cupiditate, quæ non quærit ea, quæ DEI ſunt et proximi, ſed tantum, quæ propria.* Hanc corruptionem non aliter emendari et tolli poſſe credebant maiores, quam vt vel, canonicis eiectis, ſubſtituerent monachos, vel canonicos diſciplinæ monaſticæ prorſus ſubiicerent. Perfectiſſima enim vita vulgo *in monachatu* quærebatur. De priori remedio occurrit diploma *de anno 1067.* apud AVBERTVM MIRAEVM *lib. II. donat. Belgic. c. 25.* vbi comes Flandriæ BALDVINVS V. *canonicos* eiecit, et *Benedictinos* iis ſuffecit, ibique hanc addit rationem: *Sed quoniam rerum affluentiam deliciæ, delicias autem comitatur DEI mandatorum obliuio, præfati canonici, propriis voluptatibus ineſcati, circa ea, quæ DEI ſunt, non nimis deuoti, imo penitus ignaui reperti ſunt. Quod vbi* BALDVINO *patri meo innotuit, venientibus vitiis prudentia occurrit, et radicem vitiorum, ne ampliùs pullularet, funditus exſtirpauit. Nam præfatos canonicos ab eccleſia amouit, quos dulcibus illecebris ſemel imbutos ſciebat; de facili non poſſe ad ſimplicis vitæ normam reuocari iuxta illud: quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem teſta diu.* Alia exempla quoque circa hæc tempora occurrunt, quæ idem demonſtrant. AVTOR *vitæ S. Dunſtani, archiepiſcopi Cantuarienſis*, apud IO. MABILLONIVM *in actis Benedict. ad ſec. V. p. 706.* clariſſime id docet. *Ordo clericalis*, ait, *ea tempeſtate plurimum erat corruptus, et canonici cum presbyteris plebium voluptatibus carnis plus æque inſeruiebant. Quod malum Dunſtanus* (qui circa ann. 960. ſedem Cantuarienſem obtinuit) *corrigere cupiens, auctoritate Ioannis, Apoſtolicæ ſedis antiſtitis, apud regem obtinuit, quatenus canonici, qui caſte viuere nollent,*

Digitized by Google

nollent, ecclesiis, quas tenebant, depellerentur, et monachi loco eorum intromittentur. Idem confirmat ALFORDVS *in annal. Britann. ad ann. 950. inf.* quin et nouo documento illud illustrat HVGO abbas *in chronic. Verdun.* apud PHILIPPVM LABBEVM *in nou. biblioth. MSC. tom I p. 132. circa annum 951.* quod BERENGARIVS, episcopus Verdunensis ecclesiæ, expulsis clericis, monachos introduxit, vt ipsum diploma docet. Similiter ADALBARVS, Remensis archiepiscopus, monachos in locum canonicorum constituit. Ipsum decretum insertum est *tomo III concil. Gall.* vbi inter alia ita: *Adhibito fidelium nostrorum consilio, liquido perpendens, eundem locum pro mundi infelicitate in canonicali ordine stare non posse: æternorum spe, ibidem monastica religionis vitam ordinante abbate Ledaldo constitui.* Inde in pluribus *ecclesiis cathedralibus* monachi suffecti sunt, quos PETRVS BLESENSIS *ep. 27.* vocat *fratres monachos cathedrales*; quam materiam pluribus exornat, et ex antiquitatibus illustrat IO. MABILLON. *in præf. ad sec. V. act. Benedict § 37. seq.* Huc collineat ERASMVS *in colloqu. de peregrin relig.* vbi de Cantuaria hæc enarrat: *In ea sunt duo monasteria pene contigua; vtrumque Benedictinos habet. Id, quod habet D. Augustini titulum, videtur antiquius: hoc, quod nunc appellatur D. Thomæ, sedes archiepiscopi fuisse videtur, vbi cum paucis electis monachis vitam ageret, quemadmodum et hodie præsules habent ædes ecclesiæ contiguas, sed ab ædibus reliquorum canonicorum semotas. Olim enim fere tum episcopi tum canonici monachi erant. Id arguunt manifesta rerum vestigia.*

§. XXVIII. Quia vero hæc eiectio canonicorum clericis probrosa videbatur, inuentum est alterum remedium, quo canonici, salvo statu suo, *voto paupertatis* obstringerentur, prout antea dixi. De *auctore* huius noui instituti non omnium vna est sententia. Quidam PETRO DAMIANI reformationis opus adscribunt, et *regulam*, in calce operum eius editam, hunc in finem ab eo conscriptam esse contendunt. PETRVM DE HONESTIS auctorem huius noui instituti facit NATALIS ALEXANDER *in histor. eccl. ad sec. XI. et XII. c. 7. art. 7.* eumque a PETRO DAMIANI distinguendum esse, euidenter ostendit. Plerique alias PETRVM DAMIANI vocare solent PETRVM DE HONESTIS, cum tamen hic post illum vixerit, et canonicis ecclesiæ S. Mariæ in Portu agri Rauennatensis præfuerit, illamque regulam, quam PETRO DAMIANI attribuunt, conscripserit. Hoc quidem forsan negari nequit, primum in Italia PETRVM hunc ca-

Ad euitandam expulsionem canonicorum male viuentium vita regularis inuenta est.

Digitized by Google

nonicos *voto paupertatis* ſubieciſſe, eiusque inſtituta inſignem applauſum inueniſſe, et a PASCHALI II. confirmata fuiſſe; ſed extra Italiam ante PETRI huius regulas iam hinc inde inclaruerant *canonici regulares.* Vt enim de Hildeſienſi clero nihil dicam, iam circa annum 1078. in Gallia *canonicorum regularium* ordo, autore IVONE Carnotenſi, efformatus erat, teſte S. GEBERTO *in chron. ad cit. ann.* ſcilicet vt, *abiecta proprietate*, regulariter ad inſtar monachorum viuerent; *regulariter* enim *viuere*, olim de *moribus* et *votis monachorum* prædicabatur. Plures hinc inde certatim idem viuendi genus elegerunt, adeo vt non potuerit non duplex *canonicorum* ſtatus inde excreſcere. Qui proprietati renunciabant, *regulares:* ceteri, qui extra communem vitam viuebant, *ſeculares* dicti ſunt, quod in ſeculo adhuc manerent, ad quod *proprietatem bonorum* retulerunt. Illorum vita mox admodum commendata eſt, et, quia ad inſtitutum B. AVGVSTINI proxime accedere videbatur, qui ſuo tempore clerum ſub eodem votorum iugo collegit, ſub *regula* B. AVGVSTINI nomine eo tempore egregie inclaruit, quamuis non conſtet, peculiarem regulam AVGVSTINVM clero præſcripſiſſe, ſed ei tantum iniunxiſſe, vt, eiurata proprietate, vitam apoſtolicam, vel quaſi, duceret, quod inſtitutum forſan nomine regulæ B. AVGVSTINI deſignaſſe videntur.

Canonici regulares in perfectiori ſtatu viuere credebantur.

§. XXIX. Longe *perfectior* hic ſtatus canonicorum *regularium* credebatur, adeo vt, ſi *ſeculares* regularium mores induerent, *conuerti* dicerentur. In *chron. Mont. ſeren. ad ann. MCXXXVII.* de MEINHERO hæc habentur: *Poſt hunc ordinatione Conradi marchionis electus eſt Meinherus, Hallenſis eccleſiæ canonicus. Hic primum eccleſiæ S. Gereonis Colonienſis canonicus, mutato habitu in eccleſia Hallenſi conuerſus eſt, quem etiam frater ſuus carnalis, Wicmannus nomine, eiusdem eccleſiæ et ipſe canonicus, ad conuerſionem occaſione tali ſecutus eſt.* Nec hoc mirandum, quia monachis, quorum vita *apoſtolica* credebatur, æquiparantur, et ſub vno eodemque titulo eorum iura et officia explicantur, ſcilicet tit. XXXV. *de ſtatu monachorum et canonicorum regularium*, vbi reliqua etiam perſequar. De *ſtatu* eorum iocoſe iudicat ERASMVS *in colloq. de peregrin. relig.* et, *ergo medium genus*, ait, *inter monachos et canonicos, quos ſeculares appellant.* Me. *Amphibios mihi narras, quod genus eſt fiber.* Og. *Imo et crocodillus. Sed, omiſſis cauillis, tribus verbis expediam, quod vis. In odioſis canonici ſunt, in fauorabilibus monachi.* Me. *Adhuc mihi ænigma quidem refers.* Og. *Quin addam apodixin mathemati-*

Digitized by Google

maticam. Si Romanus pontifex fulmine feriat omnes monachos, tum canonici fuerint, non monachi; ſin idem permittat omnibus monachis vxorem ducere, tum fuerint monachi. Id vnicum præterea addo, pontificem in *c. 9. X. h. t.* circa annum 1080. epiſcopis poteſtatem dediſſe videri, huiusmodi canonicos in eccleſiis conſtituendi, id quod tum ſtatus illius temporis, tum contextus verborum indicare videntur.

§. XXX. Quæ cum ita ſint, non adeo inconueniens dicenda eſt diſtinctio inter canonicos *regulares* et *ſeculares*, ſi modo memineri- mus, etiam olim *canonice et regulariter* viuere diſtincta fuiſſe. Equidem Auctor *chronici Oldenburg. archicom.* apud MEIBOMIVM *tom. II. rer. German. p. 166.* longe aliter philoſophatur, et, *vlterius nota*, ait, *quod idem ſignificet canonicus et regularis, et eſt inculcatio verbi, vel nugatio dicenda: canonicus regularis, quod idem eſt, ac ſi diceretur, regularis. Et dicenda canonicus ſecularis eſt implicatio contradictionis vel oppoſitum in adiecto: idem eſt enim ac ſi diceretur, regularis ſecularis, quæ duo inter ſe pugnant. Quia ſecularis, in quantum talis, magis eſt irregularis quam regularis. Sed per vſum loquendi et inolitam conſuetudinem talis locutio roboratur.* Verum ſi verba in qualibet diſciplina ex artis peritorum mente et ſenſu ſunt intelligenda, facile hæc diſtinctio ab abſurditate omni liberari poteſt, ſi aſſerimus, ſcriptores eccleſiaſticos ſemper diſtinxiſſe hæc duo: *regulariter* et *canonice* viuere. Diſtinctio inter canonicos regulares et ſeculares illuſtratur.

§. XXXI. Sicuti vero *regulares* ſtudium *humilitatis* et *paupertatis*, quam *euangelicam* dicunt, præ ſe ferebant; ita *ſeculares* plerique, maxime in cathedralibus eccleſiis, ſtudio diuitiarum, gulæ et ambitionis abrepti, in peiorem partem inclinabant. *Fratres* olim dicti ſunt, *c. 4. X. de his, quæ fiunt a prælat. ſine conſ. capit.* Conf. diploma CAROLI craſſi apud SCHATENIVM *in annal. Paderborn. ad ann. 885. p. 193.* Sed quia hoc nomen admodum vile ipſis videbatur, magis *domini* appellatio placuit, obſeruante ANTONIO MATTHAEI *lib. II. de nobil. c. 33. p. 548.* Inde etiam vox Germanica Dom-Herren tandem recepta eſt, quaſi *domini eccleſiæ cathedralis* eſſent: *dom* enim idem eſt, quod *domus* vel *dominicum*: hoc vero idem quod *eccleſia*, et per excellentiam, *eccleſia cathedralis*. EODEM obſeruante *p. 538.* GERARDVS ſcriptor ſeculi X. in *vita S. Vdalrici, epiſcopi Auguſt.* apud MABILLONIVM *in act. Bened. ſec. V. p. 429.* vocat *tuomum*, h. e. *dom.* Imo iam vertente ſeculo VII. eccleſiæ primariæ clericos vocatos fuiſſe *clericos dominicos*, obſeruat IO. MABILLON. *ad ſecul. III. P. I. act. Benedict. p. 101.* Tan- Dicebantur fratres, et eccleſia cathedralis domus,

dem *canonicorum* nomen quoque abiectum, vt *vile*, et quod allis clericis in collegiatis ecclesiis quoque commune erat, ac loco eius *capitularium* appellatio magis iis arrisit, quibus vox in *capitulo* et status in choro competit. Reliquis, maxime in *ecclesiis collegiatis*, relictum nomen *canonicorum* antiquissimum, quamuis vix amplius *canonice* viuerent. In ipso I. P. hæ appellationes distinctæ frequentissimæ sunt *art. V. §. 15. 22. 23. etc.* quorum diuersum statum infra specialius enucleabo.

hodie capitulares.

§. XXXII. Hæc si maturo ponderantur iudicio, expeditum vtique est, *capitulares* et *canonicos seculares* quoad *statum* adhuc esse *clericos*, et sic vitam, *clericis* dignam, ducere debere, præsertim cum nihil ipsis hoc intuitu remissum sit. Olim de *honestate vitæ suæ* professionem facere debuerunt, vti liquet ex diplomate LAMBERTI, episcopi Atrebatensis, de anno 1106. apud AVBERTVM MIRAEVM in *cod. donat. piar. c.* 72. ibi: *Ita tamen, vt presbyteri, qui in iis ecclesiis populo præficiendi sunt, per manum canonicorum siue eorum prælatorum, Atrebatensi episcopo semper offerantur, et SICVT CANONICVM EST, de honestate vitæ suæ episcopo professionem faciant.* Eleganter idem obseruat ESPENIVS P. I. *de iur. eccles. tit. 7. c. 4. in f.* cuius verba mea faciam. *Ex his quisque*, ait, *facile intelliget, aliam plane de vita canonicali esse concipiendam ideam, quam vulgo concipitur: vitamque canonicalem ex mente ecclesiæ non esse institutam aut ordinatam, vt quis commode, laute et honorifice secundum seculum viuat; sed vt a mundo abstractus, omnibus eius prætensionibus renuncians, vnice DEO et ecclesiæ siue orando, siue laborando seruiat, vitamque clericalem iuxta sacros canones tanto exactius et feruentius instituat, quanto reliquis clericis et nomine et dignitate præcellit. Ex his quoque non difficulter intelligitur, quam procul a mente ecclesiæ et a vera idea, quam de canonicatibus habere deberent, recedant, qui ad eos, tanquam ad res, secundum mundum maxime optabiles et commodas aspirant, felicesque se autumant, dum ad eos peruenerint; nihil aut parum de obligatione, quam ratione canonicatus contrahunt, solliciti.*

De canonicorum vita generatim.

§. XXXIII. Equidem non inepte iudicat ESPENIVS de *obligatione canonicorum;* sed addendum est, ipsum loqui de eo, quod fieri debebat, non quid fiat. Mores enim *canonicorum*, tractu temporis, adeo a primo instituto declinarunt, vt in melius mutari ægre potuerint, maxime cum etiam *officia ecclesiastica*, quæ præstant, magis superstitionem, quam verum cultum diuinum, sapere videantur. Atque hæc fuit ratio, quod, *reformatione* prorsus erumpente, consilia agitata fuerint de

Quid tempore reformationis circa collegia canonicorum actum fuerit?

de *reformandis* etiam *canonicis* vel plane abolendis, quæ tamen tot impedimentis circumsepta fuere, vt ad felicem euentum vbique perduci haud potuerint. Plerisque consultius visum fuit, collegia hæc sarta tecta conseruare, et pristinæ suæ integritati restituere, resectis iis ritibus, qui A. C. repugnare videbantur. Ipse LVTHERVS in concione, anno 1545. Martisburgi habita, contendit, fundationes illas seruari posse, si episcopi verbum DEI prædicarent, canonici literis operam darent, et vicarios iuuenesque ex nobilitate collegiis adscriptos docerent. *Cur enim*, ait, *prælaturas et canonicatus non potius ipsi in prouinciis nostris conseruaremus, iisque isthoc modo frueremur, quam ad peregrinos transferri illos sineremus?* Et post pauca: *Malam intentionem profecto non habemus, sed libenter opem ferremus, et summa fide consuleremus et suaderemus, vt tam egregiæ et Cæsareæ fundationes canonicatus et præbendæ non peruenirent ad ganeones et scorta Romana, sed vt ad bonum vsum ex prima intentione reducerentur.* Vid. B. SECKENDORFF *in histor. Lutheran. lib. III. §. 138. n. 13.* In *art. Smalcald. P. II. art.* 2. mentem suam ita explicuit: *Collegia canonicorum et cœnobia, olim optima maiorum intentione fundata, ad educandos viros doctos, et castas ac modestas feminas, debebant rursum conuerti in talem vsum, vt pastores, concionatores, et alii ecclesiarum ministri haberi possint: item alii idonei ad publicam administrationem, seu ad rempubl. in ciuitatibus et regionibus, ac piæ educatæ virgines ad œconomiam et liberorum educationem. Hunc vsum si non retineant, consultum est, vt vasta deserantur, aut diruantur potius, quam idololatricis cultibus et figmentis hominum propagata, præferantur christianæ vitæ, et a DEO mandatis officiis et vocationibus.*

§. XXXIV. Equidem superstitiosi ritus missatici, vigiliæ, anniversaria, aliæque ceremoniæ sanctis dicatæ hinc inde emendata fuerunt, non tamen collegia hæc plane in melius sunt mutata, nec ad verum suum scopum reuocata. Si *intentionem* primorum fundatorum intuemur, debebant esse *seminaria*, in quibus hi, qui ecclesiis præficiendi sunt, præpararentur; debebant esse *gymnasia pietatis*, in quibus mores ad pietatem formarentur: vtrumque primitus intendebatur, quamuis euentus intentioni haud responderit, cum media inidonea electa fuerint. Si tempore reformationis commodiora substituta fuissent, facilius felicior expectari potuisset euentus. Sed (1) ingentibus diuitiis affluebant hæc collegia, vnde hactenus nobiles aliique ex primoribus populi pingues reditus perceperant, quibus hæc lucra sine summa rerum turbatione eripi haud poterant. His magis animus erat, reditus ecclesiasticos

Impedimenta afferuntur, quæ horum collegiorum destructio-

Digitized by Google

nem impedierunt.

ſiaſticos percipiendi, quam eccleſiæ ſe mancipandi, vnde nec ad futura officia ſacra, vtpote ad quæ capeſſenda haud inclinabant, præparari potuere. Nec aliter finis obtineri potuit, cum officia illa ſtata, et regulæ his ſuperſtructæ, haud eſſent medium, ad pietatem animos hominum efformandi, qui ſolius *lucri cauſa* cantabant et preces fundebant. (II) Si totalis harum fundationum deſtructio ſuſcepta fuiſſet, vix aliam ſortem expertæ fuiſſent, quam tot ſeculariſata monaſteria. Animaduertebant plerique, non deeſſe ex principibus, qui reformationem in occaſionem, bona eccleſiaſtica ſibi vindicandi, trahebant, id quod non tantum animos pontificiorum exulceratos vlterius irritabat, ſed etiam reformationis curſum ſiſtebat. (III) Præterea cum tot abbatiæ, præpoſituræ, epiſcopatus, aliæque prælaturæ *immediatæ* deprehenderentur, quæ hiſce collegiis inſtructæ erant, a quibus ſimul iura territorialia explicabantur, ratio tumultuum publicorum non permittebat, vt hæc territoria in ſecularem ſtatum, ſine publico imperii conſenſu, conuerterentur, qua mutatione nexus totius imperii eiusque ſtructura mirum in modum conquaſſata fuiſſet: alias rationes vt iam non tangam. Manſerunt ergo *collegia canonicorum* et *capitularium* inter ipſos proteſtantes, et per *inſtrumentum pacis* ita ſtabilita ſunt, vt abol[illegible] haud poſſent, quamuis hæc differentia inter canonicos catholicos et proteſtantes ſubſit, quod illi *ordines* recipere debeant, non hi, adeoque illi magis quam hi *clerici* eſſe videantur. Conf. MARTINVS SCHOOCKIVS *de bon. eccleſ. ſect. II. c. 12. ſeq.*

An canonici apud proteſtantes clericorum in ſtatu ſint?

§. XXXV. Atque hæc cauſa fuit, quod noſtrates in dubium vocauerint, vtrum canonici et capitulares *clericorum* ſeu *eccleſiaſticorum* numero accenſeri debeant? Videmus enim, hodie conferri præbendas et canonicatus etiam *laicis*, ciuilia munera obeuntibus, imo non ideo præciſe conferri, vt *officium* aliquod *eccleſiaſticum* in eccleſia præſtent, aut ei inſeruiant, aut alio *clericorum* munere fungantur, ſed vt, obſeruato reſidentiæ tempore, ex bonis eccleſiæ paſcantur. Loquor vtique de eo, quod fit vtplurimum, a quo definitio formari ſolet. Num ergo ſtatus eorum eſt mere *laicalis*? an *mixtus*? quod alii volunt. Equidem olim *miniſtrantium* et *clericorum* nomine intelligebantur *presbyteri* et *diaconi*, quibus poſtea acceſſerunt *ſubdiaconi* aliique, vt *lectores*, *acoluthi* etc. Verum (I) non omnes, qui eccleſiæ inſeruiebant, docebant, et ſacra adminiſtrabant; ſed quidam *ſimplex miniſterium corporis* in eccleſia peragebant, vt ab initio *diaconi*, et poſtmodum *ſubdiaconi*, et tamen *clero* accenſebantur. (II) Ipſos inter presbyteros alii docebant, alii tantum

pre-

præpoſitorum munere fungebantur, et res eccleſiarum cum quadam præfectura expediebant, non vero docebant, *1 Tim. V*, 17. quod *ad tit. de offic. archipresbyt. P. I. p. 555.* oſtendi. Neque tamen presbyteri, *non-doctores*, a collegio *clericorum* ſeu *paſtorum* excludebantur, quamuis quidam hos hodie ſoleant appellare *presbyteros laicos*, ex falſo hoc ſuppoſito, quod illi omnes ſint *laici*, qui rem diuinam haud faciunt. (III) Quin etiam hodie *clericorum* claſſi adſcribimus ædituos, cuſtodes, et ludimoderatores, quamuis eorum officium nec in *docendo*, nec in *adminiſtrandis ſacris* conſiſtat. Videlicet *CLERICI* generatim dicuntur, *qui aliquod eccleſiaſticum miniſterium, clericis præſcriptum et proprium, in eccleſia peragunt, et ad regimen eccleſiæ ſeu hierarchiam vel proxime vel remote concurrunt; LAICI* vero, *quibus gloria parendi eſt relicta, et diſcentium auditorumque vices implent*, adeoque in hierarchia eccleſiaſtica *ſubditorum* vicem ſuſtinent. Loquor ex *hypotheſi iuris canonici*, nec aliter philoſophari poſſum, poſtquam *collegia canonicorum et capitularium* ſunt inſtituta pontificiorum, nata in medio papatu, et poſt reformationem in iis ſaltem reformata. quæ Auguſtanæ confeſſioni adverſari videbantur, ſaluo de cetero *ſtatu*, quem olim obtinuere, ſalvisque iuribus antiquis, adeo, vt etiam adhuc hodie caſus obuenientes inter *canonicos* noſtros decidantur ex iure canonico, teſte B. STRYKIO *in not. ad ius eccleſ. Brunnem. lib. II. c. 10. §. 7.* Proinde concludo, quod etiam noſtri canonici *clericorum* claſſi adſcribi debeant, cum etiam *miniſterium* quoddam, *clericis* olim præſcriptum, in eccleſia peragant, vel ad illud peragendum vocentur, aſſumantur et inueſtiantur, maxime cum iis ſtatus priſtinus in legibus publicis imperii ſit conſeruatus.

§. XXXVI. Nec obſtat, (I) quod *ordines* nullos amplius recipiant; hi enim *clericum* non vnice conſtituunt, cum etiam ipſos inter pontificios canonici plures nimis ſero ordines, et quidem tantum *dicis gratia*, vtplurimum recipere ſoleant. Imo quis crederet? ipſi epiſcopi inter pontificios ſæpiſſime poſt plures demum annos ordines ambiunt, et tamen *ſtatum eccleſiaſticum* iam antea diu obtinuere. Denique epiſcopi proteſtantes *dignitatem ſtatumque eccleſiaſticum* habent, licet nunquam conſecrentur, aut officium aliquod *miniſteriale* ipſis in eccleſiis peragant. Hactenus ergo *epiſcopi* et *canonici* quoad *ſtatum* ſunt clerici, et iuribus *clericorum* gaudent, quæ iure, maxime canonico, iis ſunt tributa. Neque (II) eos ab hoc ſtatu eximit, quod plerique canonici *laicorum* officia ſimul peragant, in aulis principum, in ipſa militia, et

Remouetur dubium, quod canonici proteſtantes ordines non recipiant.

Nouum dubium, quod ſecularia offi-

Digitized by Google

eia plerique gerant.

et dicasteriis officiis publicis fungantur, et *laico habitu* incedant; nam hoc argumentum nec ipsi pontificii admittunt, cum etiam eorum canonici rebus secularibus præficiantur, et episcopi officia imperii publica peragant, principes imperii sint, iura territorialia exerceant, et omnem iurisdictionem explicent. Ne quidem a *militia* vacui sunt, quam ipsimet *iure territorii* instruunt; vt quandoque etiam ducis militiæ munere functi fuerint, vt *laicalis* et *clericalis* status hodie sint compatibiles.

Quod status canonicorum protestantium sit mixtus.

§. XXXVII. Neque tamen (III) inde inferendum, canonicorum statum *mixtum* esse: vtut enim *in rei veritate* id omnino admitti debeat, neque repugnet, aliquem in duobus esse posse statibus; cogitandum tamen est, a *potiori* fieri denominationem, et a *digniori statu* quemuis in vita ciuili denominari. Iam autem expeditum est, *laicorum* statum esse longe inferiorem *clericali*, hunc illi prædominari: adeoque sicuti *episcopi* non dicuntur in *statu mixto* esse, quod sint principes territorii, sicuti princeps propterea non definit *princeps* nominari, quod sit *vasallus* episcopi, vel alterius cuiusdam inferioris; ita quoque canonici adhuc hodie dicuntur *simpliciter* clerici, quod *clericalis status* absorbeat statum laicalem. Neque (IV) obiici potest, quod ministeria illa, ad quæ canonici ex prima institutione et fundatione sunt vocati, non peragant, ob quæ tamen *clericorum* classi inserti sunt: nam (α) id quidem fit *de facto*, cum *de iure* ipsimet horis canonicis psallendis interesse deberent. (β) Tenentur adhuc hodie ad *residentiam*, quæ ad ministeria illa expedienda iure canonico et statutis capitulorum definita et stabilita est. (γ) Episcopi protestantium quoque munera episcoporum propria haud expediunt, et tamen *dignitatem ecclesiasticam* retinent. (δ) Denique capitulares adhuc hodie concurrunt ad gubernationem ecclesiæ in episcopatibus protestantium, adeoque quandam præfecturam in ecclesia obtinent, vti olim *presbyteri*, qui non docebant.

Item quod ministeria sacra non peragant.

Non tantum collegia canonicorum statum ecclesiasticum habent, sed etiam singuli.

§. XXXVIII. Tandem (V) B. GERHARDVS *tom. VII. locor. theol. in dedicat.* distinguit inter canonicos *collective sumtos* et *sigillatim* consideratos, ita vt *collegia canonicorum* sint quidem ecclesiastica, licet *singuli* de hoc collegio officiis ecclesiasticis haud fungantur. Verum (1) potissimum B. AVCTOR loquitur de *capitularibus*, quibus præest episcopus, qui cum episcopo præfecturam ecclesiæ gerunt, quo intuitu *corpus* hoc *ecclesiasticum* dici posse censet. Ita vero hodie capitula, quæ ita episcopatibus secularisatis supersunt, minime dicenda forent *ecclesiastica*, quia hodie ad hanc *præfecturam* non concurrunt, sed vtut *capitulum*

Digitized by Google

lum adhuc conſtituant, hoc tamen tantum deliberationes inſtituit de reditibus, præbendis, aliisque iuribus et prærogatiuis conſeruandis, nec ad regimen eccleſiæ, prout olim quidem, amplius concurrit. (2) Et quid de collegio canonicorum in *eccleſiis collegiatis* dicemus? Hoc plane ad hanc præfecturam non concurrit, nec tamen *eccleſiaſtici collegii* ſtatum amittit. Et (3) denique B. AVCTOR ſtatum *clericorum* primario ex ſacra ſcriptura definit, cum tamen in capitulis *iure canonico* viuatur, et inde quoque ſinguli *clericorum* numero adſcribi debeant. Conf. ill. COCCEI. *inſtit. iur. publ. c. XVIII. n. 48.* IO. FRIDERICVS LEPORINVS *in triumph. clericali qu. 1.*

§. XXXIX. Sint ergo *clerici*, ais; ſed cui vſui hæc diſputatio? Sane ad multa vtilis eſt, cum ex *ſtatu* perſonarum iura peculiaria ſingulis ſint aſſignata, de quorum applicatione conſtare nequit, niſi *ſtatus perſonarum* ante excuſſus fuerit. Vnde eſt, quod *peculiari* in plerisque locis gaudeant *foro*, primamque inſtantiam coram capitulo habeant, prout etiam in *ordinat. proceſſ. Magdeb. c. 1. §. 10.* cautum: Unſere Dom-Capitularen zu Magdeburg aber behalten, vermöge unſers in GOtt höchſtſel. ruhenden Herrn Vaters, glorwürdigſten Andenckens, unterm 14. Nov. 1686. gemachten Conſtitution, die erſte Inſtantz bey dem Capitul. Aliquando etiam immediate coram regimine prouinciali, vt ex *cit. c. 1.* liquet. Porro quæcunque canonici ex præbendis acquirunt, iure peculii *quaſi caſtrenſis* cenſentur, vt recte cenſet B. STRYKIVS *ad ius eccleſ. Brunnem. lib. II. c. 10. §. 7.* Gaudent *titulis* clericorum, vocanturque Ihro Hochwürden, imo et curiæ eorum *immunitatem* clericis conceſſam habent, priuilegium, quod ex *c. Odoardus 3. X. de ſolut.* trahunt, iis applicatur; vt alia quidem iam non tangam.

Effectus huius obſeruationis.

§. XL. Primarius quoque huius obſeruationis vſus in eo conſiſtit, quod, cum canonici inter proteſtantes *clerici* et ſint, et pro talibus haberi velint, *vitam quoque et honeſtatem clericorum* induere et *canonice* viuere debeant. Admodum turpe et iniquum eſt, *clericorum* numero accenſeri velle, mores *clericorum* tamen abiicere et reformidare. Iam olim WOLCVINVS abbas *in homil. de zizania* canonicis obiecit, eos magis a canone, h. e. *penſione*, quam a *regula clericis præſcripta* nomen ſuum deriuare poſſe. Nam, *rara auis*, ait, *in terris hodie canonicus a canone vitæ. Vnde ergo? Audi, vnde. Eſt namque canon vitæ, vt dictum eſt, et eſt canon pecuniæ, videlicet alicuius penſionis certæ. Vnde ſolet dici: ſolue mihi canonem meum, i. e. penſionem meam. Eia ergo, o canonice, inueniamus canonem tuum, a quo deriuaris: id*

Si canonici proteſtantes ſunt clerici, dignam quoque vitam gerere debent.

eſt, a canone pecuniæ, non a canone vitæ; id eſt, a canone regionis, non a canone religionis. Idem quoque hodie de plurimis canonicis dicendum eſt, ſi mores eorum intuemur, qui tamen inſtituto vitæ haud reſpondent, et ab intentione primorum fundatorum abhorrent.

Suſpiciones, quæ contra intentionem primorum fundatorum afferuntur.

§. XLI. Noui quidem ſuſpicionem, quam nonnulli contra fundatores primos adferre ſolent, fuiſſe horum collegiorum fundationes tantum medium, regnum tenebrarum promouendi, et hierarchiam papalem ſtabiliendi; admodum vtile fuiſſe regno clericali, numerum *clericorum* hoc modo augere, et laicos eſca hac allicere, vt clericatum ambirent, quo ita potentiores et ex nobili proſapia natos in ordinem ſuum reciperent, quibus aduerſus laicorum principum potentiam vti poſſent. Nihil magis intendiſſe clerum prædominantem, quam laicos ita funditus deprimere, vt contra voluntatem *eccleſiæ*, h. e. *cleri*, nihil audere poſſent. Hunc vt obtinerent ſcopum, neceſſe fuiſſe, vt ampliſſimis reditibus abundaret eccleſia, quos in bene meritos, h. e. qui a partibus cleri ſtabant, conferre, et his ipſis eos quoque ad ſe trahere poſſet, qui *miniſteria eccleſiaſtica ordinaria* præſtare recuſabant; excogitanda proinde fuiſſe noua quædam officia eccleſiaſtica, quæ otioſam viuendi rationem coniunctam haberent, et imprimis ab iis facile præſtari poſſent, qui ad officia eccleſiaſtica ordinaria præſtanda alias eſſent ineptiſſimi, dummodo propter *nobilitatem generis* eccleſiæ, h. e. clericis, potentia ſua inſeruire poſſent, adeoque non præciſe neceſſe fuiſſe, vt, qui his bonis frui volunt, ſe ad mores clericorum componerent etc.

Quæ expenduntur,

§. XLII. Noui omnino has ſuſpiciones, de quibus prolixe agit MARTINVS SCHOOCKIVS *de bon. eccleſ.* Sed, quod diſſimulare neqneo, plerasque fundationes *ex bona intentione* factas fuiſſe conſtat, quamuis in quasdam forſan ſuſpiciones adductæ cadere poſſint. Deinde *abuſum* ab *vſu* ſeparandum, et *intentionem generalem* primorum fundatorum horum collegiorum inſpiciendam eſſe credo. Tempore PIPINI et CAROLI M., quo hæc collegia nata ſunt, generalis vtique intentio epiſcoporum et imperatorum fuit, clerum perdite viuentem in ordinem reducendi, et ad pietatis culturam omnibus modis adducendi, vti ſupra dictum. Pia hæc intentio erat; ſed, quod infelicitati ſeculi et corruptioni eccleſiæ adſcribendum, *media* inepta, imo talia elegerunt, quibus magis clerus ad *ſuperſtitionem*, quam veram *pietatem* deduceretur, h. e. vt iuxta regulam præſcriptam viueret, opus operatum quotidie ageret, et ſe ad nutum moresque ſui epiſcopi et abbatis vel

Digitized by Google

vel præpoſiti componeret. Hæc erat *noua vita* clericorum, a ſolida tamen et vera pietate alieniſſima, et ſine *cordis mutatione* inſtituta, vt hoc inſtitutum non potuerit non in infinitos degenerare abuſus. His ſuperuenientibus, admodum credibile eſt, papam ex poſtfacto nonnunquam hæc collegia in vſus ſuos traxiſſe, vt, prout ante dictum, per hæc hierarchia magis magisque ſtabiliretur. Aſt inde non metienda collegia canonica quæcunque et in genere, ſed ad *intentionem* primævam *generalem* reuocanda, *vt ſint ſcilicet gymnaſia pietatis, et collegia ſeu ſeminaria*, in quibus, qui *eccleſiæ* et *reipubl.* præficiendi aliquando ſunt, præparari debeant. Hic eſt ſcopus horum collegiorum, quæ adhuc in ſtatu ſuo relicta ſunt, et ad eum quoque canonici ablegandi, ſi *clerici* eſſe, et frui iis iuribus volunt, quæ *canonicis*, tanquam *clericis*, ſunt indulta. Equidem talis præparatio et cultura pietatis haud obtinetur *horis canonicis*, aut *reſidentia*, quam *dicis gratia* faciunt; verum in his non ſubſiſtendum erat, ſed ea media adhibenda potius, quæ nobis, per DEI gratiam, luce veritatis agnita, adeo in promtu ſunt, vt facilius inter noſtrates finis fundatorum primorum generalis obtineri poſſet.

et quatenus aboleri poſſint, oſtenditur.

§. XLIII. Collineat huc B. GERHARDVS *tom. VII. locor. theol. in dedicat.* vbi præmittit *tres fines*, ob quos primitus hæc collegia canonicorum ſint introducta, quos etiam repetit B. SPENER. *vol. vlt. conſil. theol. german. c. 3. art. 4. ſect. 8.* Primum, ait, fuiſſe, vt eſſent *conſiſtoria eccleſiaſtica*, epiſcopo in adiutorium et conſilium data. Hunc prætermitto, quia ante collectionem horum canonicorum iam *clerus ciuitatenſis* cum epiſcopo regimen eccleſiæ exercuit, nec ad hunc finem demum *collegia canonicorum* inſtituta fuerunt. Equidem collectio clericorum eccleſiæ cathedralis in arctiorem ſocietatem occaſionem præbuit, vt hi poſtea tantum fere a conſiliis epiſcopo eſſent, ceteris excluſis clericis; ſed hoc *ex accidente* factum, nec ad ſcopum horum collegiorum primarium referri, multo minus hodie *indiſtincte* in praxin deduci poteſt, vbi principi iura circa *ſacra* ſunt vindicata, et ille de conſiſtoriis conſtituendis iure ſuo diſponit, ne dicam, hoc ad canonicos *collegiatarum eccleſiarum* applicari non poſſe. Tranſeat ergo hæc GERHARDI obſeruatio, ſed, quæ deinceps ſubiungit, merito calculum merentur. Ait GERHARDVS: *Sint etiam vel fiant canonicorum collegia eccleſiaſtici miniſterii ſeminaria, h. e. formentur atque educentur in illis pii et eruditi viri, quorum opera in eccleſiaſticis miniſteriis obeundis aliquando eccleſiæ vtilis eſſe queat. Scripturæ canonicæ in publicis*

Fines horum collegiorum principales a Gerhardo adducti examinantur.

Digitized by Google

congreſſibus non tantum prælegantur, ſed etiam explicentur; vicariorum ac choralium (puta, indoctorum atque ignauorum) locum occupent pietatis ac theologiæ ſtudioſi, qui finem ſuarum actionum vltimum non ſtatuant in horis canonicis ſine mente et deuotione decantandis, ſed exercitio pſallendi coniungant ſcripturæ diligentem lectionem, piam eiusdem meditationem, et accuratiorem doctrinæ cœleſtis cognitionem, vt ad eccleſiæ miniſteria aliquando ſubeunda hac ratione præparentur. Quia vero ab iis, qui hodie in canonicorum collegiis præſident, ſcripturæ interpretatio in publicis conuentibus ſuſcipienda vix poteſt expectari, ideo temporis progreſſu cogitent, de aſciſcendis ſibique adiungendis theologis, quorum opera eam ad rem ſalutariter vti poſſint. Addit etiam de altero fine hoc ſalutare monitum: *Sint etiam vel fiant canonicorum collegia pietatis et cultus diuini quædam gymnaſia et εἰσαγωγεῖα. Remoueantur ſuperſtitioſæ et peruerſæ opiniones operis operati, ſatisfactionis et meriti, aboleantur idololatricæ precationum formulæ, quæ innocationem ſanctorum continent, et DEO minime aduerſum, ſed gratum et acceptum potius erit, ſi certis et ſtatis cuiuslibet diei horis hymni Dauidici et pſalmodiæ decantentur, ita tamen, vt conſtitutiones eccleſiaſticæ de horis, quas ita vocant, canonicis non æquiparentur diuinis mandatis, ſed pædagogiæ externæ et εὐταξίας eccleſiaſticæ loco habeantur, ac vt cum pia deuotione et ſerio mentis affectu, in lingua cognitis et pſallentibus nota, omnia peragantur.*

Quatenus princeps hæc collegia ad ſuos legitimos fines reuocare poſſit.

§. XLIV. Si ad hunc duplicem finem reuocantur collegia canonicorum, laudanda, commendanda, et ſumme vtilia reipublicæ cenſenda ſunt: ſi ab vtroque recedunt, ſunt plerumque canonici non alii, quam qui *penſionem* ſeu *canonem* pro otioſa vita accipiunt, cum ſummo detrimento reipublicæ. Quæ cum ita ſint, expeditum eſt, (1) principem, cui *ius ſacrum* etiam in hæc collegia ſeu capitula competit, optimo iure inter proteſtantes hæc collegia ad hos, quos explicui, fines reuocare, et conſtituere poſſe, vt in poſterum ſint *gymnaſia pietatis* et *ſeminaria* talia, ex quibus, ad officia eccleſiaſtica præparati digne, ad curam animarum vocari poſſint. Licet enim princeps, tum propter *inſtrumentum pacis*, tum propter *conuentionem particularem, cum ſtatibus prouincialibus* initam, ipſa capitula, maxime *mixta*, tollere non poſſit, non tamen prohibetur, quin potius ad *officium* eius ſpectat, canonicos proteſtantes, exemplo CAROLI M. eiusque ſucceſſorum, ad ſaniorem mentem reducere, et ita omnia ordinare, vt hi duo fines, quos antea recenſui, quantum fieri poteſt, obtineantur. Equidem plura capitula ad hoc ſunt fundata, vt non alii, quam antiqua nobilitate conſpicui in ea cooptari queant. Aſt licet hi hodie miniſteria eccleſiaſtica refu-

giant

Digitized by Google

giant inter proteſtantes; non tamen poſſunt alienos a vita et honeſtate clericorum mores induere, ſi *clerici* eſſe cupiunt. Neque enim pietas ad infimam plebem eſt ableganda, ſed vtique iis imprimis neceſſaria, qui reliquis præeminere cupiunt, adeoque etiam in his capitulis omnia ita ordinanda, vt ſint et fiant *pietatis gymnaſia*, et *canonici* in iis præparentur, vt digne munia etiam ſecularia obire queant.

§. XLV. Non ignoro *difficultates*, quæ hactenus hunc ſcopum in plerisque capitulis impedierunt; tales tamen eſſe non videntur, vt ſuperari plane nequeant, ſi modo ſeria intentione opus hoc, quod aliis *deſperatum* videtur, ſuſcipiatur. Præcauendum ante omnia eſt, ne (α) alii admittantur in hoc collegium, quam qui *corpore* et *animo* ſe præſentes futuros pollicentur: (β) ne ad ſolas horas canonicas officium canonicorum reſtringatur, ſed ad plura alia *pietatis* ſolidioris optimarumque artium exercitia ſaniora extendatur: (γ) nec ad decani officium alii admittantur, quam qui ſint ſincera pietate, prudentia et eruditione conſpicui, et ita diuturna praxi iam præparati, vt inſpectionem in vitam, mores et ſtudia canonicorum ſedulam habere queant: (δ) ne indulgeatur moribus eorum deprauatis, ſed potius vt priuatione beneficii eccleſiaſtici puniantur, qui *canonici* eſſe, non tamen *vitam* et *honeſtatem clericorum* induere volunt: (ε) ne vnice ſuis ſtatutis relinquantur, ſed iis tales ſuperaddantur leges, quæ impedimenta, ſcopo horum collegiorum præfixo aduerſantia, remouere queant etc.

Quomodo remoueri poſſint impedimenta, quæ ſcopum hunc retardarunt?

§. XLVI. Vlterius (II) inde dependet deciſio quæſtionis: *an quis ſalua tranquillaque conſcientia deſiderare queat, vt huic collegio inſeratur, et reditus eccleſiaſticos percipiat?* Olim magnis animorum motibus de hac quæſtione diſputarunt theologi pariter ac ICti, non tantum in Germania, ſed etiam Belgio. Inter Belgas affirmatiuam variis adſtruxit argumentis MARTINVS SCHOOCKIVS *de bonis eccleſ.* cui ſeſe oppoſuerunt IO. HÖRNBECKIVS, SAMVEL MARESIVS, et ſpeciatim ANDREAS ESSENIVS *in defenſione conſilii theologici Vltraiectini de canonicatibus.* Cum enim anno 1645. ad deſiderium ſenatus Vltraiectini a GISBERTO VOETIO conſcriptum eſſet conſilium illud theologicum, quod ESSENIVS defendendum ſuſcepit, cauſam capitularium ſuſcepit MARTINVS SCHOOCKIVS, et huius rei gratia tractatum *de bonis eccleſ.* edidit, cui ſe non potuere non opponere cateruatim theologi, qui a partibus VOETII ſtabant. Argumenta hinc inde adducta enarrare, nimis laborioſum et tædioſum foret, cum mihi ſufficiat rationes meas proferre, non quid alii iu-

Quatenus quis ſalua conſcientia canonicorum ſtatum aſſumere poſſit.

di-

dicarint, senserint, et disputarint, recensere. Scilicet in dubium vocari nequit, bona ecclesiastica, quibus abundant ecclesiæ *cathedrales* et *collegiatæ*, esse destinata ad sustentationem eorum, qui inter *canonicos* rem diuiuam, h. e. opus illud operatum faciunt. Deinde quoque nemo negabit, ad vsum superstitiosum *specialim* hæc esse deputata, vtut forsan primi fundatores *generalem intentionem* habuerint, ad *pios vsus* ea bona conuertenda esse, quos ex errore in superstitione quæsierunt. Proinde, reformatione facta, eadem aut ad alios legitimos vsus pios erant conuertenda, aut vsibus reipublicæ necessariis applicanda, aut in pristino statu suo, interueniente aliqua emendatione, relinquenda, de quo principes ex iure supremo circa sacra statuere potuere, præsertim cum manifestum esset, bona tam immensa vsibus reipubl. plane esse subtracta, et cultui cuidam admodum superstitioso deputata. *Primum* factum non est vbique, quamuis alii haud defuerint vsus pii, quibus hæc bona applicari potuissent: *secundum* quoque fieri commode non potuit, ob varia impedimenta, secularisationem denegantia, quamuis alias hic vsus *suo modo* æque pius esse potuerit. Potius capitula in suo *pristino statu*, emendatione quadam interueniente, relicta, & bonorum horum prouentus ex pristino instituto concessi sunt iis, qui in hæc collegia cooptantur, non sub alia tamen qualitate quam *canonicorum*, h. e. canonice viuentium. Cum autem viderint reformatores, canonicos quidem *clericorum* nomen profiteri, et ordines recipere, sed officium clericorum plane abiicere, noluerunt eos, qui A. C. addicti fuerunt, adstringere, vt otiosis titulis presbyterorum, diaconorum, subdiaconorumque superbirent, more pontificiorum, sed potius legitime vocatis a capitulis bona horum collegiorum fruenda concesserunt, sub obligatione, DEO deuote inseruiendi, et exercitia pietatis exercendi. Neque enim vbique integrum fuit principibus, bona hæc, ad vsus superstitiosos et illicitos destinata, in meliores vsus publicos conuertere, et scholis, academiis aliisque piis corporibus applicare; sed, temporum infelicitate suadente, bona hæc eatenus in suo pristino relinquere statu et iure coacti sunt, vt potissimum ex iis alerentur, quibus opes non adeo suppetunt, quique morum integritati admodum studere intendunt. Sunt bona ecclesiæ, ex confessione omnium patrum, habita *patrimonium pauperum*, adeoque, si ministris ecclesiæ aliunde necessaria vitæ suppetunt, recte hæc in *vsus indigentium* conuerti queunt, imo etiam eorum, qui alias de republ. bene meriti sunt, vt præmio quodam afficiendi videantur. Imprimis vero intentioni primorum

morum fundatorum ſatisfit, ſi iis conferuntur, qui ad eccleſiæ et reipubl. gubernacula gerenda ſeſe applicant, idque vnice agunt, vt in hoc collegio, tanquam quodam *ſeminario* et *gymnaſio pietatis*, præparentur, non ad otioſam vitam, monachis et canonicis regularibus propriam, degendam, ſed eam viuendi rationem amplectendam, qua DEO et proximo inſeruire queant. Atque quin tales *optima conſcientia* ad huiusmodi collegia adſpirare, et ſtipendia ex reditibus eccleſiaſticis percipere poſſint, nullus dubito, dummodo ſemper meminerint, ſe eſſe *canonicos*, h. e. eos, qui canonice et ſecundum regulam ſcripturæ S. viuere, et omnes neruos animi ſui huc intendere debeant, vt DEO, reipubl. et proximo inſeruiant. Tales ſunt veri *canonici* et *clerici*, non qui clericorum titulis nude ſuperbiunt, et pingues reditus canonicales otioſe conſumunt diſſipantue, quales proh dolor! plures etiam in capitulis proteſtantium reperiuntur. Equidem canonicatus ſunt ad *officia eccleſiaſtica* peragenda deſtinati; quia tamen hæc in noſtris eccleſiis per alios ordinarios verbi diuini miniſtros expediuntur, vt horum defectus allegari nequeat, non iniquum fuit, absque tali *ſpeciali miniſterio* illis reditus huiusmodi concedere, qui alia ratione, et quidem æque neceſſaria, rei chriſtianæ inſeruire poſſunt. Promouetur huius ſalus non tantum per *clericos* ſtricte dictos, ſed etiam per eos, qui iuſtitiam ſerio adminiſtrant, malo reſiſtunt, pauperes oppreſſos, viduasque defendunt, et, quod caput rei eſt, amorem erga omnes exercent. Hic eſt verus cultus diuinus, docente IACOBO *cap. I. in fin.* quem qui ſodulo curæ cordique habent, veri ſunt clerici et canonici.

§. XLVII. Dubia plura in contrarium, præter antea notata, mouit FRIDERICVS PETERS in *tract. German.* anno 1618 edito ſub titulo: Gründlicher Bericht, ob Thum-Herren und ihre Adiuncten, die gemeiner Leute und Bürger Kinder ſind, in einem GOtt wohlgefälligen Stande ſitzen, und der Stiffts Lehn mit gutem Gewiſſen genieſſen können? *Capite III.* potiſſimum obiicit, ſtatum *canonicorum* non fundatum eſſe in ſacris litteris, nec ea de re certitudinem quandam canonicam haberi poſſe. Verum non omnes in republica ſtatus in ſacris ſunt determinati, et quos Deus determinauit, ne quidem in noſtra republica ſuperſunt. Id tantum ergo inquirendum, an hic ſtatus ſacræ ſcripturæ repugnet? Non nego, eum poſſe multis ex cauſis doctrinæ Saluatoris repugnare, ſi eligitur gulæ gratia, vel vt quis eo commodius otio vacare poſſit, vel ſi alia praua intentio in ſubiecto adſit. Talia vero *accidunt* ſtatui, non de eius *natura propria* ſunt; alioquin

Dubia noua, quæ contra canonicorum ſtatum adferuntur, recenſentur.

etiam *ſtatus paſtoralis* vitioſus eſſet. Si modo ſubiectum, quod huic ſtatui ſe addicit, illa agat, quæ ei ſunt conformia, h. e. bonis ita vtatur, vt proximo, reipublicæ, et eccleſiæ promtius inſeruiat, ſtatui vitium per ſe non inhæret. *Capite V.* potiſſimum id agit, vt oſtendat, canonicos vicariosque nec docere, nec ſacramenta adminiſtrare: tempus magis otio terere: pſallere quidem et orare, ſed ſine deuotione, pro pane lucrando: in capitulis tantum deliberationes inſtitui de iuribus et reditibus, *ne quid decedat eorum culinæ*: triplicem eſſe ſtatum, *eccleſiaſticum*, *imperantium* et *parentium*; in neutro eos præſidium inventuros eſſe: ſingulis datas eſſe ſuas partes, vt laborent, vt negotia, officio conuenientia, peragant, quæ negotioſa vita a ratione canonicorum viuendi otioſa aliena eſſe videtur: eſſe omnia *vitæ ciuilis* inſtituta, etiam carnificum, in literis ſacris fundata, non *canonicorum*, imo hoc a tot eccleſiæ doctoribus reprehendi, quos cateruatim *c. VI.* adducit. His aliisque pluribus argumentis ſtatum canonicorum damnare, reprobare, imo inde contendere intendit, *ſalua conſcientia* eos reditus eccleſiaſticos percipere non poſſe.

Reſpondetur dubiis motis per quasdam obſeruationes.

§. XLVIII. Paucis obſeruationibus præmiſſis, Autori ſatisfieri poſſe cenſeo. (1) Negari nequit, multa *incommoda* canonicatibus cohærere, *imperfectionis* notam præ ſe ferentia, quod orti ſint in ſtatu deprauatæ eccleſiæ, et ad grauiores abuſus non raro anſam dederint. Aſt ſunt eiusmodi ſtatus infiniti in republica, quibus idem næuus cohæret, et qui graui periculo aliisque abuſibus obnoxii ſunt, qui non ſemper præcaueri poſſunt. Viuimus inter imperfectos et cum imperfectis, nec ſtatus tales, plurimum *imperfectionis* ſpirantes, ſemper tolli, reformari aut emendari poſſunt. (2) Melius omnino foret, vt vel *collegia canonicorum* eo, quo nunc ſunt, modo nunquam fundata, vel etiam ad meliores vſus applicata fuiſſent. His vero vbique introductis, viribusque, ea tollendi vel *prorſus* reformandi, ademtis, *pacis publicæ gratia* tolerari debuere, prout ſupra dixi. (3) Aut ergo, vbi deſtrui haud potuerunt, catholicis erant relinquenda, aut a proteſtantibus retinenda. Prius ſine multis incommodis fieri non potuit, in quo forſan Autorem conſentientem habebo: ergo poſterius fieri debuit. Si hoc; neceſſum fuit, reditus *præbendarum* conferre proteſtantibus, quamuis hi cultum miſſaticum aliaque negligerent. Neque enim eo tempore, quo Autor ſcripſit, ſcilicet anno 1618. ea fuit ratio temporum, vt *inſtituta canonicorum* in melius mutari vno impetu potuerint. Imo eo tempore fatale illud bellum tricennale vniuerſam affligere cœpit

Digitized by Google

pit Germaniam, quo ſub tumultu multa impedimenta neceſſariæ reformationi obiecta ſunt. Secuta tandem pace, res in eo ſtatu manere iuſſa eſt, quo anno 1624. fuit, et in hoc ſtatu adhuc bona eccleſiaſtica a proteſtantibus poſſidentur. (4) Hac ſtante diſpoſitione, quæ *pacis bonique publici gratia* recipi debuit, ſtatus *canonicorum* eo magis defendendus eſt, quod ad maiora mala euitanda tolli haud potuerit. (5) Denique otioſa vita canonicatibus non cohæret neceſſario, ſed tantum hoc dubium oſtendit, conferendos eſſe hos reditus viris optime de republica, eccleſia, et ſtudiis meritis, eosque peccare, qui *ſolius otii* gratia hos appetunt. Denique, quantum fieri poteſt, laborandum eſſe, vt ſtatus canonicorum in *bonum reipublicæ* et *eccleſiæ*, prout ſupra dixi, emendetur. Quæ de tribus ſtatibus Autor adfert, ad Scholaſticorum ſomnia ſpectant, et alibi iam exploſa ſunt. Interim non nego, magna præcautione hic opus eſſe, ne quis conſcientiam ſuam violet, de qua plenius conſuli poteſt B. SPENERVS *vol. vlt. conſil. theol. German. c. III. art. 4. ſect. 8. §. 9. ſeqq.* vbi inter alia ita cenſet: Ich würde einem Canonico, dem es, vor GOtt unſträflich zu wandeln, und ſeine Seele zu retten ein Ernſt iſt, der aber auch von eigenen Mitteln oder anderer profeſſion für ſich und mit den Seinigen gnüglich zu leben vermag, nicht anders zu rathen wiſſen; als, nicht zwar das canonicat zu reſigniren, indem es alsdenn leicht in ſolche Hände wieder verfallen könte, die es mißbrauchten, vielmehr es zu behalten, aber von denen intraden nichts weiter, als was eine billige Ergötzlichkeit für die an des Capitels Geſchäffte anwendende Mühe, ſamt Erſetzung der Unkoſten, austragen mag, für ſich und die Seinige anzuwenden, das übrige aber aufs beſte, als er weiß iedes mal geſchehen zu können, alſo zu diſponiren, wie es ſich ziemet, mit Gütern umzugehen, die einmal von dem weltlichen Gebrauch abgeſondert, dem HErrn geweihet worden, und in ſolchem Stande billig bleiben ſollen. Rationes ſubiungit plures, quas repetere nolo, quæ omnes tamen huc collineant, tutiorem hanc viam eſſe, quam B. AVTOR canonicis obſeruandam eſſe credidit.

B. Speneri iudicium adfertur.

§. XLIX. Addo etiam (III) hoc, poſſe principem omni iure officia, canonicis olim iniuncta, et ab iis peracta, reuocare et in praxin deducere, ſaluo ſtatu capitulorum, per I. P. ſtabilitorum. Poſtquam enim hæc ipſa *collegia* in ſuo priſtino ſtatu relicta ſunt, et vero nonnulla officia in iis olim erecta fuerunt, quæ ſi a labe ſuperſtitionis aliisque adhærentibus vitiis purgantur, eccleſiis et reipublicæ vtilia eſſe poſſunt,

Poteſt princeps officia canonicorum hactenus neglecta in vſum reuocare,

pie et prudenter facit princeps, si officia talia, per iniuriam temporis et desidiam canonicorum extincta, reuocat, et iis applicandos reditus iubet, qui officia hæc ipso actu exercere, non vero inane eius nomen gerere intendunt. Dantur *beneficia* propter *officia*, imo illa sunt horum *consecutiua*, ita vt, qui hæc subire detrectant, nec ad illorum commoda admitti facile queant. Officia ipsa pleraque *ecclesiastica* fuerunt: et quia in antiquis capitulis *scholæ* habebantur, etiam peculiare officium *scholastici* in singulis capitulis adornatum fuit, cuius titulum adhuc canonici gerunt, vtut interim officium ad academias sit reiectum. Olim quoad maximam partem canonici erant *presbyteri*: hi secundum apostolicam ecclesiæ disciplinam partim docebant, partim non docebant, omnes tamen communem inspectionem in mores et vitam christianorum habebant. Huiusmodi *presbyteria* hodie in plerisque ecclesiis deficiunt, in nonnullis retenta sunt, quamuis rei et publicæ et ecclesiasticæ conduceret, vt hæc *presbyteria* inter protestantes vbique erigerentur, prout *P. I. lib. 1. tit. 24. §. 22. sqq.* plenius euictum est. Meo quidem iudicio huiusmodi *presbyteria* commodius vix erigi possent, quam in hisce collegiis, quo ipso ad verum officium, ob quod olim collecta sunt, reducerentur, non quidem in sensu iuris canonici, quo presbyteri ob sacrificium missæ *sacerdotes* censentur, sed in sensu primitiuæ ecclesiæ, quo erant *inspectores in vitam et mores christianorum*, sine vlla iurisdictione, præcauentes, ne quid ex deperditis moribus detrimenti caperet res christianorum. Neque vero ex his collegiis hodie vllus *dominatus papalis* amplius esset metuendus, si potestas huius *presbyterii* ita circumscriberetur, ne limites eius excedere, aut *iurisdictionem* quandam exercere possent, prout *cit. l.* iam obseruaui. Enim vero hæc magis erunt optanda quam speranda, postquam res nostrorum canonicorum ita sunt comparatæ, vt non semper secundum meritum canonici eligantur, sed canonicatus vendantur, adeoque illi fere vnice habiles sint, qui honorarium hoc, quo titulo *pretium* venditionis insigniunt, soluere valent, qui tamen ad *officium presbyterorum* horum inhabiles sunt. Interim nec de hac emendatione *plane* desperandum, cum maiora mala et vitia prævalida et adulta, per Dei gratiam et prouidentiam principalem, sint vel plane eradicata, vel ita eneruata, vt spes meliorum temporum quotidie incrementa capiat.

vt scholastico-rum,

et presbyte-riorum.

§. L. Illud forsan facilius in effectum deduci posset, vt *scholastici* munus, quod olim in capitulis non nudo absoluebatur titulo, restauraretur. Quamuis enim officium hoc hodie ad *academias* translatum

Hoc exem-plo scholasti-ci plenius il-lustratur.

fue-

fuerit, præbenda tamen, huic officio aſſignata, haud ſuppreſſa eſt, adeoque cum *beneficium* detur propter *officium*, nihil impedit, quo minus proventus, ſcholaſtico aſſignatos, profeſſori academiæ ſub titulo *ſcholaſtici canonici* aſſignare queat princeps, vti cenſuit ill. Facultas iurid. huius loci menſ. Sept. 1710. quod, cum eleganter ſtatum antiquum capitulorum referat, et plura notabilia contineat, huc referre e re eſſe duxi.

Quæſtio I.

Ob in denenjenigen Stifftern, wo die *præbenda ſcholaſtici* ſich nicht findet, ſondern in den ungeſchlachten Zeiten verlohren gangen, ſelbige wieder eingeführet werden könte?

Ob nun wol einige dawider einwenden möchten, daß wenigſtens von der Zeit an, als Teutſchland auſſer den Stifftern und Clöſtern ſo viele Schulen und Univerſitäten bekommen, man nicht mehr Urſache finde, die alte verloſchene Stiffts-Schulen wieder einzuführen; Nachgehends wohl zu glauben wäre, daß die Stiffter eben deshalben das Schul-Weſen bey ſich eingehen laſſen, weil der Stadt-Schulen und Univerſitäten ſo unzehlich viel angeleget worden; Uber dieſes der angebohrne Adel es auch ietzo nicht mehr leiden wolte, daß die Canonici in denen Cathedral-Stifftern ſich zu Schul-Leuten machen laſſen ſolten, indem die alten Gewohnheiten aus der Mode kommen, nach welchen auch der vornehmſte Adel kein Bedencken getragen, ſich des Schul-Weſens zu unterziehen. Rationes dubitandi.

Dieweil aber gleichwol die päbſtlichen Rechte klar ſind, und nicht allein wollen, daß die præbenda ſcholaſtici nicht eingehen möge, ſondern, daß auch in denenjenigen Stifftern, wo noch keine præbenda pro ſcholaſtico ausgemachet wäre, ohne alle Ausnahme eine beſondere præbenda ſcholaſtici eingeführet werden ſolte, ſo wol in cathedral- als andern Stifftern, und ſelbige von dieſem Geſetz nichts, als die äuſſerſte Armuth befreyen würde. Rationes decidendi.

Cap. 4. X. de magiſtris.

Wie denn der Pabſt ALEXANDER III. denen Biſchöfen ſolche Freyheit zugeleget, daß ſelbige, ohne des Capitels Einwilligung zu fodern, eine beſondere præbendam pro ſcholaſtico aufbringen und einführen möchten.

Cap. 2. prohibeas X. eodem.

Digitized by Google

Nachgehends auch ſelbſten die päbſtlichen Rechts-Gelahrten für eine Gewiſſens-Sache halten, wenn entweder der canonicus ſcholaſticus ſeine præbende empfangen, und, wie es heut zu Tage gienge,

ENGEL *ad ius canon. lib. 5. tit. 38.*

dennoch davor keinen Dienſt thun, noch die Jugend unterrichten wolte, oder aber, wenn die præbenda des Scholaſters in dem Biſchthum, Stifft, oder Cloſter, gar fehlete, datur enim beneficium propter officium, quo ſubtracto, ſubtrahitur beneficium; et cum retinetur, abdicato officio, iniuria Deo et eccleſiæ infertur.

COKZEN. *lib. 6. polit. c. 41. §. 3.*
POPPIN. *de ſacra politia lib. 3. tit. 3. p. 477. ſeq.*

Welches auch diejenigen Evangeliſchen Theologi und ICti vorgeſchlagen und gerathen haben, daß man zwar die canonicaten im geringſten nicht eingehen laſſen, oder abſchaffen, nur aber ſelbige wiederum auf den erſten Zweck der Stifftungen und Kirchen-Rechte führen ſolte. Magiſtratus efficere debet, vt quilibet ſuum teneat; reddant igitur ſcholis præbendas canonici et capitula. Niſi enim reddant, pauperes ſcholaſtici fame peribunt, ſtudia extinguentur, deerunt reipublicæ homines literati.

MELANCHTHON *part. 1. conſ. 15. p. 427.*

Wie dann auch die erſten Stiffter der canonicaten und Clöſter ſolche beneficia zu redlichen ſtudien gewidmet haben. Wenn nun ſelbige noch iezo wieder angewendet würden, ſo geſchähe der Sachen Recht, und würde ſich niemand daran ſtoſſen, ſchreibet

LVTHER. *tom. VII. Ienenſ. p. 261.*
FRIDER. PETRI im gründlichen Bericht von Stifftern *p. 59.*

Und ein anderer ſaget: Reformatio alicuius rei eſt eius ad priſtinam ſuam formam reſtitutio.

BVCER. *de reformat. collegii canonici Argentoratenſ. p. 192.*
VOETIVS *de polit. eccleſ. part. 1. lib. 4. tract. 2. c. 1. p. 619.*

Canonicatus ſi verterentur in ſtipendia docentium, primæ inſtitutioni reſponderent.

CHYTRAEVS *in orat. pro ſchol. vtilit. p. 110.*

Cogi-

Digitized by Google

Cogitent canonici hodierni, qua conſcientia reditus illos ampliſſimos poſſideant, et quid aliquando Iudici iuſtiſſimo ſint reſponſuri, patiantur rationes officii eorundem decidi ex autoritate primæ eccleſiæ,

CALVIN. *lib. 2. inſtit. c. 5. §. 10.*
VOETIVS *part. 1. lib. 4. tract. 2. c. 1. p. 621.*

Endlich noch die vielen Stiffts-Briefe vorhanden ſind, in welchen die fundatores ſo wol als benefactores ſingulares, den Endzweck ihrer Stifftung dergeſtalt an Tag geleget haben, daß Kirchen und Schulen dadurch ihr Fortgang und Wachsthum erhalten werden möchten, in welchem Endzweck ſelbige gemeiniglich den Biſchoff, oder denjenigen, der ſonſten dergleichen Ordnung erhalten, oder wiederbringen können, mit greulichen conteſtationen beleget, daß dergleichen Stiffts-Einkünffte zu nichts anders verwendet werden möchten, davon man die Proben in

MIRAEI *codice piarum donat. Belgic.*
BECKA et HEDA *de epiſc. Vltraiect.*
BROWERI *annalib. Fuldenſ.*
SCHATEN. *annalib. Paderborn.*

zur Gnüge findet, folglich ieder Chriſtlichen Obrigkeit, wo es nur ſonſten die Verträge leiden wollen, Gewiſſens halber oblieget, die Stifftung, ſo viel möglich, auf den alten Zweck, wovon ſelbige zerfallen, wiederum zu führen, und ſolchemnach die præbendam ſcholaſtici mit einem Doctore ſcholaſtico zu beſetzen.

Als halten wir davor, daß, wo ſich die præbenda ſcholaſtica findet, ſelbige wiederum auf ihr officium zu weiſen, und wo ſelbige verloſchen, wiederum aufgeſuchet und eingeführet werden möge. Deciſio.

Quæſtio II.

Ob ein Landes-Herr, der in denen Stifftern iura papalia et epiſcopalia hat, befugt ſey, dergleichen præbendam ſcholaſtici einer Univerſität zuzuwenden? Quæſtio II.

Ob es nun wol ſcheinen möchte, daß ſolches nicht geſchehen könte, anfangs, weil ſich die præbenden nicht von ihrem corpore trennen, und in ein anders verſetzen laſſen; Nachgehends, weil die canonici ihre Rationes dubitandi.

re residence halten müssen, und folglich einem Professori academico dadurch grosse Versäumniß verursachet würde, wenn er auch nur etliche Monate sich deshalben von der Universität abwesend befände; Ferner die canonicatus auf geistliche Personen gesetzet und gestifftet wären, wofür man die Professores, ausser der Theologischen Facultät, nicht achten möchte; Letztens wenn eine præbenda einem corpori oder collegio verliehen würde, keine apertur mehr zu hoffen wäre, folglich selbige so wol die menses papales, als die menses capituli schwächen müste.

Rationes decidendi.

Dieweil aber dennoch selbsten in den päbstlichen Rechten versehen ist, daß die præbenda scholastici einem vom Stifft abwesenden Professori gegeben werden mag, und hinwiederum der canonicus scholasticus eine profession auf einer Universität annehmen und selbige verwalten kan, ohne seine præbende deßwegen zu verliehren: vigeat studium iuris ciuilis et canonici, diuini et humani. Qui ergo student in scholis, integre prouentus suos ecclesiasticos recipiant, setzet Pabst INNOCENTIVS IV.

cap. 2. cum de diuersis, de priuileg. in 6.

und INNOCENTIVS III. berichtet dem Bischoff zu Angers, daß er denen canonicis, welche sich Lehrens halber auf Schulen aufhielten, ihre præbenden deßwegen nicht abkürtzen solte, es wäre denn, daß sie dieser Freyheit zum Müßiggang mißbraucheten.

cap. 12. tuæ fraternitati X. de clericis non resid.

Welcher Freyheit päbstlicher Rechte sich auch andere Königreiche und Staaten, und insbesondere Franckreich, sehr öffters bedienen; wie denn die Frantzösische ICti,

GVYMIER *ad sanct. pragm. Gall. tit. de collat. p. 73.*
CHOPPIN. *de sacra politia lib. 3. tit. 3. n. 18. seq. p. 477.*

und andere bezeugen, daß es gar nichts ungewöhnliches sey, daß ein canonicus von einer andern Provintz auf die Universität Paris als ein Professor berufen, Professoribus canonicaten verliehen würden, ohne daß selbige, weil sie die residentz nicht halten können, etwas von ihrer præbende oder canonicat einbüsseten: Nachgehends sich niemand die Einbildung mit Grund machen kan, daß die præbenda scholastici nur für die Geistlichen gehöre: Dann die Stiffts-Schulen mit allerhand gelehrten Leuten, geistlichem und weltlichem Rechte besetzet sind, und an selbige die præbenda scholastici verwendet werden solle, auch

Pabst

Digitized by Google

Pabſt INNOCENTIVS IV. ausdrücklich der Profeſſorum iuris gedencket;

cap. 2. de priuilegiis in 6.

So hat es auch bereits zu CAROLI M. Zeiten die Beſchaffenheit mit der præbenda ſcholaſtici gehabt, daß deſſen ſeine Lehrlinge und Scholares aus Leuten von Adel und Printzen vom Geblüth beſtanden, die der Käyſer dann und wann ſelbſt examiniren hören, und denenjenigen, welche ſich bey dem examine wohl gehalten, zur Hof-Bedienung und andern Civil-Aemtern Hoffnung gemachet haben ſoll;

AVENTIN. *lib. 5. annal. p. 307.*
HOSPINIAN. *lib. 3. de templ. c. 5. p. 358.*

Und ebenmäßig der König in England in iedem Stifft und Cloſter dem canonico ſcholaſtico aufgegeben, daß von allen Geſchichten ſeiner Zeit er ein Jahr-Buch halten, und die Hiſtorie, geiſtlicher und weltlicher Sachen, darinnen in Lateiniſcher Sprache eintragen müſſen; von welcher heilſamen Ordnung, ſcholaſtici præbendam hiſtorico deferendam eſſe;

MABILLON. *traité des etûdes monaſtiques P. 2. c. 8. p. 307.*

handelt, und vor einem Profeſſore græcæ linguæ, der die præbendam ſcholaſtici genoſſen hat,

CHOPPIN. *lib. 3. politiæ ſacræ tit. 3. n. 18.*

reſpondiret, auch ohne Schwierigkeit für ſelbigen ermeldete præbendam erhalten; Und, wenn es wahr ſeyn ſolle, was

CRANTZ. *de metrop. lib. 3. c. 43.*

und mit ihm

CHEMNITIVS, referente HIMELIO *de canonicat. cap. 6. p. 73.*

ſchreiben, daß die Käyſer in ſolchen Stiffts-Schulen einige Edelleute erziehen laſſen, damit ſie ſolche nachmals zu Geſandtſchaften insbeſondere emploiren können, von ſelbſten daraus flieſſet, daß die öfters beſagte præbenda ſcholaſtici nicht allein denen Pfaffen oder Geiſtlichen anvertrauet worden; welches auch daraus noch klärer erhellet, weil die Stiffter und Clöſter insgemein zweyerley ſcholas interiorem et exteriorem, gehabt, und in jenen die Leute zum Prieſterthum, in denen letzten aber zu allen freyen Künſten und nützlichen Wiſſen-

Digitized by Google

ſchaften erzogen und unterrichtet haben, welches alles der præbendarius ſcholaſticus beſorgen müſſen,

EKKARD. *de caſib. monaſt. L. Gallic. c. 1. et 6.*
TRITHEM. *in chronic. Hirſaug. ad an. 870.*

non ſolum in diuinis ſcripturis erudiebantur, ſed in mathematica, muſica, rhetorica, poëſi, et ceteris omnibus ſecularis literaturæ ſcientiis, davon weitläuftig handelt

ALTESERRA *in monaſt. lib. 5. cap. 10.*
HOSPINIAN. *de templ. lib. 3. c. 5.*

Dahero auch andere den canonicum ſcholaſticum mit dem Namen *Scholarchæ* benennet, als von welchem erfordert worden, daß er alle Wiſſenſchaften überhaupt verſtehen, und ſelbige alle ſo wol mit ſeinen Lehren als guter Aufſicht beſorgen könte, davon

LAMBEC. *lib. II. rer. Hamb. ad ann. 1281. n. 440. p. 222.*

ausführlich gehandelt hat, ſo, daß niemand zweifflen mag, daß nicht auch andere Facultäten, auſſer der Theologiſchen, zu Ubernehmung der præbende des Scholaſters tüchtig ſind; Ferner die Exempel auch aus dem Gebrauch der Teutſchen weiſen, daß es nichts ungewöhnliches, noch denen teutſchen Stifftern entgegen ſey, denen Profeſſoribus canonicaten in partem ſalarii anzugeben, wie denn nicht nur allein die Profeſſores iuris et theologiæ auf der Univerſität Leipzig, in denen Stifftern Merſeburg, Naumburg, Meiſſen und Wurtzen, nicht etwan nur præbendam ſcholaſtici haben, ſondern in einigen dieſer Stiffter ſo gar auch a canonicate mit Profeſſoribus beſetzet zu werden pflegen, dergleichen in Utrecht und Strasburg geſchiehet, da allezeit in ſolchen Stifftern etliche Profeſſores canonici ſeyn müſſen; Endlich die canonicatus hiedurch im geringſten nicht von dem Stifft ſepariret, noch zu dem fundo academiæ geſchlagen werden, ſondern bey dem Stiffte bleiben, und nichts, als die Perſon verändert wird, wenn ein Profeſſor in partem ſalarii ein canonicat bekömmt, auch nur die Freyheit erhält, daß man ihm ſtudiorum cauſa a reſidentia diſpenſiret; Letztens, aller Theologorum et ICtorum ihre einhellige und einmüthige Meynung dahin gehet, daß, nachdem der Endzweck der præbendæ ſcholaſtici heute zu Tage kaum mehr bey einem Stiffte zu erhalten oder einzurichten ſeyn dürfte, dem Wercke nicht beſſer gerathen werden könte, als wenn ermeldete præbenda ſcholaſtici mit einem Schulmann oder Profeſſore beſetzet, und ſolcher canonicus ſcholaſticus a reſidentia, gleich denen aulicis,

aulicis, diſpenſiret, und ihm ſein Amt, bey einer Univerſität als Profeſſor zu verrichten, angewieſen würde. Itaque dos academiæ ex bonis eccleſiaſticis rectiſſime deputatur, quæ et ipſi eſt cedenda, vt olim in cathedralibus eccleſiis, quibus ſcholæ erant adiunctæ, in quibus canonici et alii viri docti docebant, his vero negligenter officium ſuum facientibus, imperatores et principes nonnulli ſapientiſſimi ſcholas publicas et academias fundarunt, atque bona eccleſiaſtica adſignanda eſſe iudicarunt:

IO. GIESENIVS *de regim. acad. diſp. 15. §. 3. p. 317. 318. et diſp. 1. n. 46.*

CENTVRIAT. MAGDEB. *Cent. II. C. 10. et Cent. XII. C. 7.*

Als halten wir dafür, daß die præbenda ſcholaſtici wohl mit einem Profeſſore academico beſetzet werden möge, ohne daß deshalber die Stiffter einige Veränderung leiden. Deciſio.

§. LI. Vt vero conſtet, quomodo *vita et honeſtas* clericorum horum, de quibus *h. t.* potiſſimum agitur, quique inter *clericos* eminent, comparata eſſe debeat, ſecundum ſeriem huius tituli paucis de ea agendum. Et quidem duo in clericis maxime requiruntur: (1) *honeſtas externa*, vt decore viuant; (2) *vita ſancta*, vt ſanctioribus moribus exemplum aliis præbeant, quod intueantur et ſequantur. De vtroque articulo agit DANIEL HANNIBAL FARROTTVS peculiari tractatu *de vita et honeſtate clericorum*, quamuis admodum conciſe, et tantum iuxta ſeriem huius tituli. Plenius ESPENCAEVS in *comment. ad epiſt. Pauli ad Titum*, ZIEGLER. *de epiſcop. lib. IV.* aliique; et cum canoniſtæ canonicos non diſtinguant quoad *ſtatum* ab aliis clericis, ſed potius eos claſſi *clericorum* expreſſe inſerant, per *c. 13. X. de teſtam.* ex GONZALEZII edit. et *c. 18. X. de V. S.* non mirandum eſt, ſi, quæ *h. t.* traduntur, æque omnibus clericis applicari queant, quamuis ſpeciales adhuc qualitates in miniſtro eccleſiæ, cui animarum cura commiſſa eſt, deſiderentur, quæ tamen *P. I. lib. I. tit. 14.* iam explicatæ ſunt. Generatim de vita clericorum.

§. LII. Quod *honeſtatem externam* concernit, conſiſtit illa (I) in *veſtitu decente*, vt *per decentiam habitus extrinſeci morum honeſtatem intrinſecam oſtendant*, vt verbis patrum concilii Tridentini *ſeſſ. XIV. de reform. c. 6.* vtar. Reſpexere ſine dubio patres Tridentini ad CLEMENTIS ALEXANDRINI effatum, *lib. III. cap. 11.* aientis: *Veſtis in-* (1) Ratione veſtitus,

Digitized by Google

indicat, cuiusmodi mores noſtri ſint, et cultu corporis augetur luxuria. Vt veſtitu tamen diſtincto et a laicorum moribus diuerſo vtantur, inde non fluit, cum etiam communes veſtes virorum talem *honeſtatem* contineant. Hoc expeditum eſt, in primitiua eccleſia clericos cum laicis communibus veſtimentis vſos fuiſſe, licet modeſtiores eſſent. Teſtis eſt HERACLES apud EVSEBIVM *lib. VI. c. 19.* qui, licet presbyter eccleſiæ Alexandrinæ eſſet, *vulgari tamen veſte vſus eſt*, poſtmodum tamen, *ea depoſita, philoſophicum induit habitum, quem etiamnum retinens*, ait EVSEBIVS, *Græcorum libros euoluere non deſtitit.* Pallium vero erat philoſophica veſtis, quam etiam ſumebant *laici*, adeoque hæc non diſtinguebat laicos a clericis. Nec TERTVLLIANO, nec CYPRIANO peculiares ſeculo III. veſtes, ſed ille *pallio philoſophico* ſe tegebat, vt oſtendit *lib. de pallio*, et SALMASIVS *in comment. ad cit. tract.* hic vero aliis vulgaribus. Conf. SAMVEL BASNAGE *in annal. ad ann. 204. §. 4.* Eadem praxis adhuc ſeculo IV. obtinuit, nec aliud clericis iniunctum legimus, quam vt *nec veſtibus nec calceamentis decorum quærant*, vt patres *concilii Carthagin. IV. c. 45.* cenſuere. Imo nec ſeculo V. peculiaris veſtis clericis fuit, quod vel COELESTINI *epiſtola ad epiſcopos Viennenſes et Narbonnenſes* anno 428. ſcripta apud IVSTELLVM *in bibl. iuris canon. antiq. p. 220.* docet. Reprehendit in ea epiſcopos, qui nouitate quadam inducti, veſtes communes hactenus vſitatas mutauerant, et *ſuperſtitioſo potius cultui, quam mentis et fidei puritati inſeruire* volebant, tandemque eleganter concludit: *Diſcernendi a plebe vel ceteris ſumus doctrina, non veſte; conuerſatione, non habitu; mentis puritate, non cultu. Nam ſi ſtudere incipiamus nouitati, traditum nobis a patribus ordinem calcabimus, vt locum ſuperuacuis ſuperſtitionibus faciamus.* Affectabant eo tempore monachi, ſe ab aliis diuerſo prorſus veſtimentorum genere diſcernere ſtudio quodam *humilitatis*, vt eo magis aliis deſpectabiles eſſent, vt SALVIANVS *lib. IV. de gubern. p. 63. et lib. IV. adu. auar. p. 261. et 267.* ibique STEPHANVS BALVZIVS *in not. p. 364.* et CONRADVS RITTERSHVSIVS *p. 166.* annotant. Neque enim ratio erat veſtium mutandarum, poſtquam primitus non ita diſtinguebantur clerici a laicis, vti poſtea factum eſt.

qui olim non erat diuerſus a laicorum.

Monachi peculiares veſtes affectarunt.

§. LIII. Occaſio, peculiares *veſtes ciuiles* eligendi, ſine dubio quærenda eſt in coniunctione vitæ *clericalis* et *monaſticæ*. Monachi ſpeciem *pietatis* inſignem præ ſe ferebant: hos nonnulli epiſcopi auſteriores imitari adeo ſtudebant, vt etiam *pallio* et *ſordida tunica* monachorum vterentur. Ipſi epiſcopi Gallicani, ad quos COELESTINVS literas

Occaſio, qua factum, vt clerici peculiares veſtes elegerint, ex monaſticis

Digitized by Goo

literas exarauit, in hanc nouitatem inciderant, vt ipse COELESTINVS indicat his verbis: *Sed non mirum, si contra ecclesiasticum morem faciunt, qui in ecclesia non creuerunt, sed alio venientes itinere secum haec in ecclesiam, quae in alia conuersatione* (monachali) *habuerant, intulerunt, amicti pallio, et lumbos praecincti credunt, se sanctae scripturae fidem non per spiritum, sed per literam completuros.* Post pauca pergit: *Habent tamen istum forsitan cultum, morem potius quam rationem sequentes, qui remotioribus habitant locis, et procul a ceteris degunt etc.* Quis ignorat AVGVSTINI mores, qui ex monasterio tractus inter clericos monachatum nouiter instituit, et iisdem cum iis vestibus vsus est? Aliquot vero reliquit AVGVSTINVS aemulos, et ita tandem seculo VI. in plerisque locis clerici a laicis *diuerso habitu* distincti fuere, docente THOMASSINO *P. I. de nou. et vet. eccles. discipl. lib. 2. c. 46.* adeo, vt etiam hae peculiares vestes clericis imperatae fuerint, quod factum in concilio VI. in Trullo habito *c. 27.* his verbis: *Nullus eorum, qui in cleri catalogum relati sunt, vestem sibi non conuenientem inducat, neque in ciuitate degens, neque iter ingrediens, sed vtatur vestibus, quae antehac iis, qui in clerum relati sunt, attributae fuere.* moribus tracta est.

§. LIV. Elegerant monachi pluribus in locis iam *nigras vestes*: habebant olim etiam *pallia*; quantum ergo coniectura assequi possumus, et *pallia*, et *color* in vestibus vsitatus monachis debentur, et ab his a clericis assumta sunt. Nigras vestes iam seculo IX. monachis vsitatas fuisse, docet THOMASSINVS *cit. l. c. 48.* §. 2. quamuis tamen clerici non semper et vbique ad certum colorem fuerint adstricti. *Collarium corrugatorum* vsum successu temporis a laicis, maxime qui in dignitate singulari positi fuere, assumserunt, quorum vsum tamen seculo XVI. et XVII. interdictum clericis fuisse, docet Dn. SIBERVS, vir doctissimus, in *diss. de collaribus clericorum tubulatis et planis* §. 23. *sqq.* vbi etiam ostendit, quare quidam inter nostrates etiam tanto ardore pro retinendis collaribus tubulatis pugnauerint. Paucis sic censeo, collaria tubulata ob varia incommoda laicos in quotidianis congressibus deposuisse, illorum vsum reseruantes in iis conuentibus publicis, quibus officii intuitu interesse debebant, praesertim cum non omnes vno eodemque tempore *collaria plana* assumerent, sed veterani, pristini moris tenaciores, illa retinerent, iuniores autem extra collegium, quibus ratione officii intererant, quidem *planis* vterentur, sed in ipso collegio *tubulata* statim deponere non possent. Inde primum

Nigrarum vestium origo etiam ex monachorum moribus petenda. De collaribus tubulatis.

Digitized by Google

inter laicos honoratiores inualuit consuetudo, vt in publicis solennioribusque congressibus collaribus *tubulatis*, extra eos vero *planis* vterentur; quem morem etiam imitati sunt in nonnullis locis clerici, vt in ecclesia, et vbi alias *officii* ratione quid expedire debebant, *tubulatis* vterentur, in priuatis autem congressibus *plana* gestarent: alibi autem, vbi *tubulata* plane deposita erant a laicis, tantum *plana* retinerent, et huic decoro firmissime insisterent, vtut postmodum laici, Gallorum deliciis inescati, in collaribus variarent. Neque enim constantiæ clericali conueniens esse crediderunt, ad mobilitatem laicorum suos componere mores, quo factum, vt alicubi *tubulata*, alicubi vero *plana* tantum, in vsu sint.

Canonicis vestimenta olim ex ærariis ecclesiæ dabantur.

§. LV. Canonici, postquam ad *vitam communem* congregati sunt, vestimenta cum alimentis ex ærario ecclesiæ publico accipiebant, vt docet *c. 23.* seq. *concil. Turonensis III.* anno 813. celebrati, et quia mores eorum ad monachatum inclinabant, eosdem etiam in vestibus imitari studebant. CHRODOGANGVS, episcopus Metensis, in *c. 41.* prout supra dictum est, statuit, vt seniores clerici singulis annis nouas cappas et vestes laneas nouas acciperent; iunioribus vero cappas et veteres vestes in suos vsus applicarent. Peculiari ergo vestitu vtebantur, quamdiu in *vita communi* seu *monastica* subsistebant; sed quia hanc ob affluentiam bonorum deserebant, et ventri indulgebant, vestes quoque paulatim mutabant, et ad mores nouiter receptos accommodabant. Elegantiores et luxum indigitantes, more seculi, canonicos sumsisse, liquet ex tot prohibitionibus, quæ contrariam praxin præsupponunt. In *c. 15. X. h. t.* quod ad annum 1216. referendum, præscribitur iis, *vt clausa deferant indumenta, nimia brcuitate vel longitudine non notanda.*

Postmodum relicta vita communi elegantiores sibi comparârunt.

Quæ prohibentur canonicis ratione vestimentorum.

§. LVI. Laicis præterea erant varia *ornamenta*, quæ clericis interdicta sunt. Prohibentur enim in *cit. c. 15.* vti (1) *pannis rubeis et viridibus*, quod indicium præbet, nigras vestes clericis nondum fuisse vbique imperatas: (2) *manicis* seu chirothecis: (3) *sutularibus consutitiis*, qua appellatione genus calceamentorum venit, CANGIVS *in glossar. voce subtalares*: (4) *frænis, sellis, pectoralibus, calcaribus deauratis, aut aliam superfluitatem gerentibus*: FABROTTVS *cit. tr. p. 41.* (5) *cappis manicatis*, maxime intra ecclesiam, si diuinum officium faciunt, qua appellatione venit vestis genus manicis laxioribus instructæ: FABROTTVS *cit. l. p. 42.* CANGIVS *voce cappa.* (6) *fibulis et corrigiis auri et argenti ornatum habentibus*: (7) *annulis*, nisi quibus competit ex officio dignitatis.

Digitized by Google

tatis, vt prælatis. In *concilio Londinensi* apud MATTHAEVM PARISIENSEM *ad ann. 1237. p. 381.* de fastuoso canonicorum habitu hæc cauta leguntur: *Quoniam de habitu clericorum, qui non clericalis videtur, sed potius militaris, graue scandalum laicis generatur, firmiter statuendo præcipimus, vt ad formam tam de vestibus clericorum, quam de ornamentis equorum, in generali concilio edicta, per subtractionem beneficiorum ab episcopis restringantur: ita quod in mensura decenti vestes habeant, et cappis clausis vtantur; in sacris ordinibus constituti, maxime in ecclesia, et coram prælatis suis, et in conuentibus clericorum, et vbique in parochiis suis, qui cum animarum cura ecclesias susceperunt. Et vt possint episcopi alios melius ad honestatem vestium, tonsuram et coronam decentem, et equorum ornamenta idonea coarctare, prouideant, vt a suis clericis commensalibus hæc prius faciant obseruari; habentes eos in vestibus, calcaribus, frenis et sellis, clericalis gerentes habitum honestatis.* In *concilio Colonienst de anno 1260. c. 9.* ita censuere patres: *Vt canonici, si quando per vicos ciuitatis aut plateas incedunt, ita decenter in habitu vestimentorum incedant, sicut ab antiqua consuetudine obseruatum est*, quod decretum tamen parum vel nihil profuisse, notat MARTINVS SCHOOCKIVS *de bon. eccles. sect. II. c. 2.* Paulatim *canonici* iisdem vestimentis, quibus laici vtuntur, vti cœperunt, ceu constat ex statutis Vltraiect. S. Petri apud ANTON. MATTHAEI *de nobilit. lib. II. c. 49. p. 765.* vbi hæc reperio: *Habitus vero canonicorum et capellanorum, et ceterorum ecclesiæ nostræ clericorum, quod dolenter scribo, non differt extra ecclesiam ab habitu laicorum*, quod etiam in capitulis protestantium continuatum, non tamen adeo dolendum est.

Sanctiones contra luxum in vestibus.

Canonicorum vestitus ad morem laicorum efformatus.

§. LVII. In ecclesia tamen, quando rem diuinam faciunt canonici, adhuc peculiaribus vtuntur vestibus. In *statuto ecclesiæ Vltraiectinæ cit. l.* hæc habentur: *In ecclesia vero vtimur superpelliceis.* In *concilio Basileensi anno 1435.* statutum, vt canonici ecclesiarum cathedralium *horas canonicas dicturi, cum tunica talari et superpelliceis mundis, vltra medias tibias longis vel cappis, iuxta temporum ac regionum diuersitatem, ecclesias ingrederentur: non capucia, sed almucias vel bireta tenentes in capite.* Similiter in *concilio Remensi anno 1583* cautum: *Vt sine superpelliceo et almutio in ecclesia comparere plane irreligiosum est; sic illas ad loca publica rerum venalium deferre prorsus indecorum ac sordidum esse, nemo est, qui non videat.* Adeo autem hæ vestes *sacræ*, vti vocantur, canonicis iunctæ fuere, vt etiam *canonica disciplina*, quæ ex *institutis monasticis* olim in capitulis recepta erat, iis inferretur, qui in

Quamuis in ecclesia clericales vestes gerant.

vul-

Digitized by Google

vulgari habitu ad chorum venirent. Teſtis eſt CANTIPRATANVS, ſcriptor ſec. XIII. *lib. II. apum c. 39. Reſidentibus ergo cunctis dixit decanus electo: Nondum adhuc, vt credo, archidiaconatum aut canonicatum reſignaſtis? cui electus: nondum, inquit. Surgite ergo, ait decanus, et ſatisfaciatis eccleſiæ, et dorſum ad diſciplinam coram fratribus præparate, eo, quod ſine veſte nuptiali*, h. e. canonicali, *chorum cum canonicis contra regulam intraſtis.* Ceterum de *re veſtiaria* clericorum, maxime quarum vſus eſt in ſacris, legendus eſt ANDREAS du SAVSSAY *in panoplia ſacerdotali, ſeu de venerando ſacerdotum habitu.*

Praxis Proteſtantium circa rem veſtiariam clericorum.

§. LVIII. In proteſtantium eccleſiis quidem nullam ſuperſtitionem in peculiari veſtimentorum genere quærimus, vt tamen omnis luxus in iis euitetur, ratio chriſtianiſmi dictitat, maxime vero a miniſtris eccleſiæ, qui exemplo ſuo alios inſtruere debent. Iam olim in *R. I. de anno 1500. tit.* von Uberflüſſigkeit der Kleider §. *pen.* cautum fuit, daß alle Biſchöffe ihre Geiſtliche dahin halten und weiſen ſollen, daß ſie ſich mit Kleidung ehrbarlich und geiſtlich, wie ihrem Stande wohl anſtehet, kleiden und halten, und unziemliche Köſtlichkeit abſtellen. In *ordin. conſiſt. March. tit. 10.* merito iubentur miniſtri eccleſiæ, alle Leichtfertigkeit in Reden, Spielen, Kleidern, und Gebehrden, meiden. In electoratu Saxoniæ in der Kleider-Ordnung *de anno 1612. p. 555.* in *corp. iur. Saxon.* idem quoque recte eorum familiæ iniunctum eſt: Darbey denn inſonderheit die miniſtri eccleſiæ erinnert werden, daß ſie vor ihre Perſon, ihre Weiber und Kinder in ziemlicher Tracht und Kleidung halten, damit andern mit guten Exempeln ſie vorgehen, und im Fall ihrer Ubertretung, man ihnen derowegen zuzureden, und ſie zu ſtraffen nicht Urſache habe. Speciatim vero in *ordin. polit. Sax. tit. 22. p. 1135.* determinatur, quibus abſtinere debeant: Ebenfalls ſollen die Prieſter und andere geiſtliche Perſonen und Kirchen-Diener, ſo wol vor ſich, als ihre Weiber und Kinder, ſich ehrbarer und demüthiger Kleidung befleiſſigen, koſtbarer Seiden-Zeuge müſſig gehen, und im übrigen ſich und die Ihrigen ihrem gradu gemäß, oder ſo ſie keinen haben, ſich, und ihre Weiber und Kinder, in Land-Tuch und wöllene Zeuge, oder zum höchſten Ehren ihre Weiber und Töchter in Taffend und Terzenell kleiden. Huc etiam conſpirat *ordinat. eccleſ. Magdeb. c. 18. §. 5. ſeq.* diſponitque: Daß auch mit Kleidung groſſes Aergerniß gegeben werde, beydes von geiſtl. und weltlichen Standes-Perſonen, daran iſt kein Zweifel. Darum ſollen vornemlich die Prediger und die Ihrigen hierinnen Maaſſe halten, und aller leichtſinni-

ſinnigen und übermäßigen verbrehmten Kleider ſich gäntzlich äuſſern, wie ſie dann auch, andern zum guten Exempel, ihre Weiber und Kinder ſchlecht und ohne alamodiſche weltliche Pracht und Kleidung halten ſollen, damit ſolche nicht vielmehr vor Hofs- und Krieges-Officirer, als vor Prediger-Weiber und Kinder angeſehen werden. Addi adhuc meretur *ordin. eccleſ. Sax. Goth. P. II. c. XVIII.* quæ §. 4. ita diſponit: Damit auch zwiſchen andern Leuten und den Kirchen-Dienern Unterſcheid gehalten, und einer vor dem andern in ſeinem Stande auch äuſſerlich erkant werde: ſo ſollen ſich die Kirchen-Diener für aller leichtfertigen, ihrem Stande nicht gebührenden Kleidung und Verbrehmungen derſelben, ſo mit Sammet und dergleichen geſchicht, enthalten, auch daneben ihr Weib und Kind zur Gottesfurcht, aller Ehrbarkeit und Zucht, ſonderlich aber zur wahrhaftigen Chriſtlichen Demuth ziehen, und denſelben keinesweges geſtatten, in Perlen, Hauben, güldenen Ketten, und übermäßiger ihrem Stande nicht gebührender Kleidung, ſonderlich in allen neuen Muſtern aufzuziehen, in Betrachtung, daß ſie dadurch nicht allein andere Leute in der Hoffart ſtärcken, ſondern auch wie mit andern ihrem ärgerlichen Leben mehr Urſach geben, das heilige Predigt-Amt zu läſtern, und den Stand der Prediger veracht und verhaſſt zu machen. Sed fere leges *veſtiariæ* eadem fata habent, quibus *ſumtuariæ* ſubiectæ ſunt, vt rarius a miniſtris eccleſiæ in praxin deducantur, et non deſint, qui elegantiam ſingularem non ſine ſtolida vanitate in veſtibus aliisque vanis ritibus quærant. Nec hoc mirandum, cum a tot retro ſeculis praxis harum legum deſiderata fuerit, ceu tot conciliorum et patrum ſanctiones docent.

§. LIX. Honeſtas quoque (II) quæſita fuit in *coma* et *barba*. In *c. 4. X. h. t.* quod GREGORII II. eſt, ſub anathemate prohibentur clerici, comam relaxare; et in *concilio Carthag. IV. c. 44.* relato in *c. 5. X. h. t.* expreſſe dicitur: *clericus nec comam nutriat nec barbam.* In ipſa lectione huius textus variant codices, vt oſtendunt SCHELSTRATE *in antiq. eccleſ. Afric. diſſ. III. c. 8. ad cit. c.* et GONZALEZ *ad cit. tx.* Sed videamus rationes. PAVLVS *1 Cor. XI, 14.* de *decoro* ſui temporis ita ait: *Nonne ipſa natura docet vos, quod vir quidem, ſi comam nutriat, ignominia ſit illis?* h. e. contra *decorum* et *honeſtatem externam* agat. Moris eo tempore fuit tondere viros, et comas mulieribus attribuere. Cenſuit proinde PAVLVS, viros ex mollitie, neglecta tonſura, in feminas transformari, quod quodammodo a ratione illorum temporum alienum videbatur: comarum ornatus ad *GLORIAM* mu-

(1) Quoad comam et barbam.

Cur tonſuram capitis in maſculis Paulus commendet.

liebrem eo tempore pertinebat, qui viris probroſus iudicabatur. Hoc intuitu contra *naturæ legem* id eſſe dixit Apoſtolus, h. e. a *ratione rectæ* alienum, ſuppoſito decoro eius temporis, quo ſolis mulieribus permiſſum erat, comam nutrire. Conf. MARTINVS SCHOOCKIVS *diſſ. XXIV. de coma et barba §. 7. et 8.* Quod ergo omnes chriſtiani eo tempore *honeſtum* et *decorum* ducebant, clerici quoque obſeruare merito debebant, quamuis tonſura clericalis inde nullo modo peti debeat, vti ingenue fatetur THOMASSINVS *de V. et N. E. diſcipl. P. I. lib. 2. c. 37. §. 3. ſeqq.* Per plura ſecula hic mos ſeruatus eſt, et tandem in *tonſuram* illam, a monachis primum adhibitam, degenerauit, qua mediante adhuc hodie clerici pontificii initiantur, de cuius ritu antiquo pluribus agit IO. MABILLON. *in præfat. ad ſec. III. actor. Benedict. P. I. p. 7. ſeqq.* oſtenditque, etiam ſolenne laicis fuiſſe, ab epiſcopis tonſuram accipere. Verum ſicuti, quæ ad *decorum* ſpectant, liberas habent obſeruationes, et mutationi obnoxia ſunt; ita noſtri miniſtri eccleſiæ haud culpandi, quod comam quodammodo nutriant, cum a more abierit, tondere caput.

Inde tonſura clericalis orta.

Quid de crinibus ſuppoſititiis cenſendum?

§. LX. Forſan immitius iudicium ferendum erit de *crinibus ſuppoſititiis*, quos patres adeo in feminis reprobarunt, vt SCHOOCKIVS *in f. cit. l.* illos quoque reprobandos eſſe iudicauerit. *Etenim ſcio, quantum libertatis circa indifferentia chriſtiano, de libertate ſua edocto, competat, et multa ex illis, quæ hominem extrinſecus afficiant, conſideranda eſſe pro ratione regionis et temporis; ingenue tamen profiteor, me non videre, quomodo aliena hæ capitis exuuiæ excuſari poſſint, cum omni æuo apud omnes nationes eædem exoſæ fuerint.* Sed fuerint exoſæ pro diuerſo ſeculi *decoro*, an propterea *abſolute* reiiciendæ? Poſſunt eſſe peccaminoſæ, ſi ad faſtum citra omnem neceſſitatem vſurpantur: hac circumſtantia ceſſante, nihil vitii in ſe habent, ſed tegumentum capitis ſunt, ad inſtar *mitræ*, cuius impoſitioni ſane nihil criminis affingi poteſt.

Iudicium Speneri.

Idem de illis iudicium format B. SPENERVS *tom. II. conſil. theol. German. c. III. art. 4. ſect. 26. p. 477.* aitque: An ſich ſelbſten ſind Peruquen, ſo fern ſie nichts anders ſind, als Gebrauch fremder, an ſtatt eigener Haar, zu dem Ende, darzu uns die Haar natürlich gegeben ſind, eigentlich freye Mittel-Dinge, indem ſie von GOtt nirgends verboten ſind. Aus dem A. Teſt. kan nicht das geringſte angeführet werden, da doch ſonſten GOtt den Iſraeliten in äuſſerlichen Dingen allerhand Ordnungen vorgeſchrieben, alſo gewiß nichts auszudrucken vergeſſen hat, was ihm im äuſſerlichen ſchlechterdings zuwider wäre. So viel weniger

kan

kan es denn im N. Teſtament verboten ſeyn, da wir ohne das von allen äuſſerlichen Satzungen befreyet, nunmehro kein ander Geſetz haben, als das Geſetz der Liebe, alſo gar, daß uns nichts verboten iſt, was nicht der Liebe, (nemlich GOttes, des Nächſten und unſer ſelbſten) entgegen ſtehet: Da hingegen mit keinem ziemlichen Schein gezeiget werden kan, wie die Peruquen einiger Art der Liebe entgegen wären: ja zur Erhaltung der Geſundheit kommen ſie vielmehr bey denen, welche ihr bedürffen, mit der Liebe ſeiner ſelbſt überein, und werden von derſelben erfodert. Ad locum *1 Cor. XI, 14. 15.* ita reſpondet: Es folget nichts mehr daraus, als daß die Natur und natürliche Beſchaffenheit beyderley Geſchlechter, da das Weib ordentlich nach ſeiner Natur mehr und längere Haare hat, anzeige, daß iegliches Geſchlecht in ſeiner Ordnung, darzu es GOtt geſchaffen hat, bleiben und demſelben ſich gerne bequemen ſolle: Da hingegen, wo Manns-Perſonen auf weibiſche Art ihr Haar lang wachſen laſſen, und darinnen prangen wollen, ſolches den Schein giebet, daß ſie ſich des Vorzuges aus der Natur wider göttliche Ordnung begeben wolten: Hingegen welches Weib die Haare verſchneidet, und die Zierde ihrer Natur ableget, einem Mann gleich zu werden, ſchämet ſich göttlicher Ordnung, als die mit ihrem Geſchlecht nicht zufrieden iſt. Dieſes aber gehet die Peruquen, welche der natürlichen Geſtalt der männlichen Haare gleich kommen, und keine weibiſche Zierde vorſtellen, nicht an. Quæ cum ita ſint, nec miniſter eccleſiæ coſtra regulas *honeſtatis* agit, ſi *ſublevandæ imbecillitatis* gratia *crine ſuppoſititio* vtitur, temperamento tamen adhibito, ne ſingulare ornamentum, luxumque in eo quærat, aut contra monitum PAVLI peccet.

§. LXI. Quod de *barba* adiicitur in concilio Carthaginenſi, ruſus ad *decorum* illius temporis referendum. Diu obtinuerat, vt clerici barbam promitterent, tam in *oriente* quam in *occidente*, obſeruante FABROTTO *cit. tr. p. 34.* adeoque antiquiores codices retinendi, qui ita legunt: *nec barbam radat.* Addiderunt ſine dubio compilatores canonum hæc verba, et ea ad decorum ſui temporis accommodaverunt, quo moris erat, tondere et radere barbam, ab inita profeſſione, et aſſumtione in ordinem clericorum, obſeruante MABILLONIO *in præfat. ad ſec. III. actor. Benedict. P. I. p. 13.* De barba clericorum.

§. LXII. Præterea (III) ab *honeſtate* clericorum alienum eſt, *arma portare*, adeo, vt olim excommunicati fuerint, *c. 2. X. h. t.* quod variis etiam aliis conciliis conſtitutum eſt, obſeruantibus FABROTTO *cit.* (3) Quoad abſtinentiam a re militari et vſu armorum.

Digitized by Google

cit. l. p. 14. B. ZIEGLERO *de clerico milite*, et in *tract. de episcop. lib. IV. c. 14.* CLAVDIO ESPENCAEO *lib. II. digress. c. 6.* et GONZALEZIO *ad cit. c. 2. n. 3.* Horrent clerici sanguinem, iuxta vulgatum illud: *ecclesia non sitit sanguinem;* sed quis papam militem? quis episcopos duces belli ignorat? Primum episcopum, militiæ deditum, fuisse ANEPOTEM, censet SCHVRTZFLEISCHIVS in *epist. de vera orig. super. motuum Belgic.* adducitque testimonium ADONIS Viennensis, huius tenoris: ANEPOS *episcopus secularis conuersationis vir, duxit exercitum Francorum contra Wiliarium, vbi grauissima cædes facta est anno 718.* Huius exemplum plures alii secuti, de quo conqueritur BONIFACIVS, Germanorum ille apostolus, in *epist. ad* ZACHARIAM pontificem, apud IO. MABILLONIVM *in act. Benedict. sec. III. P. II. p. 55. Inueniuntur*, ait, *etiam quidam inter eos episcopi, qui, licet se fornicarios et adulteros dicant non esse, sunt tamen ebriosi et venatores, et pugnant in exercitu armati, et effundunt propria manu sanguinem humanum, siue paganorum, siue christianorum.* Quidam, ne viderentur sanguinem humanum profudisse, hac vsi sunt fraude, vt *claua*, non *gladio*, in bello vterentur, ceu de CHRISTIANO, archiepiscopo Moguntino, testatur ALBERTVS abbas Stadensis *ad annum 1172.* apud BOECLERVM *p. 291.* et, *anno Domini*, ait, *MCLXXII.* CHRISTIANVS, *Moguntinus archiepiscopus, imperialis aulæ cancellarius, et sedis apostolicæ legatus, cum Brabantinis per Lombardiam et Thusciam omnia depopulans Bononienses inuasit, et in equo residens, indutus thorace et desuper tunica hyacinthina, habens in capite galeam deauratam, et in manibus clauam trinodem, ipse in eodem prælio dicitur strauisse nouem homines propria manu.* Non alia intentione hoc factum fuisse, quam ne videretur sanguinem profundere humanum, notat GVILIELMVS BRITO *lib. II. Philipp.*, vbi refert, Belicacensem episcopum in prælio Bouinensi itidem *claua* vsum fuisse:

Fraus singularis circa arma.

Sic plerosque alios claua sternebat eadem,
Militibus super hoc titulum palmamque resignans,
Accusaretur operam ne forte sacerdos
Gessisse illicitam, cui nunquam talibus inter
Esse licet, ne cæde manus oculosque profanet.

Quamuis vero CAROLVS M. iam suo tempore legem dederit, ne epi-

Digitized by Google

epiſcopi in bellum irent, niſi *officii* intuitu, vt teſtatur SCHATENIVS *in hiſtor. Weſtphal. lib. IX. p. 596. ſeqq.* et præterea multis aliis conſtitutionibus eccleſiaſticis huic malo proſpectum fuerit, de quibus plura antiquitatis documenta congeſſit THOMASSINVS *de N. et V. E. diſcipl. P. III. lib. i. c. 45. ſeqq.* res tamen in *clericis maioribus* fere effectu caruit, poſtquam ipſe papa dominus temporalis factus eſt, exercitumque aluit, et ipſi epiſcopi, ex iure *ſuperioritatis territorialis*, ius bellum gerendi, exercitumque legendi nacti. Imo etiam canonici ſeculares arma portare non adeo prohibentur, ſed gladiis inſtructi, more *laicorum* incedunt.

In clericis maioribus hoc requiſitum poſtea neglectum eſt.

§. LXIII. Inde I) etiam a clericis maioribus et capitulis *ius gladii* ſeu *merum imperium* olim iam exercitum fuiſſe, ſatis conſtat. De poteſtate epiſcopi Vltraiectenſis et præpoſito S. Ioannis plura ſingularia habet ANTON. MATTHAEI *de nobil. lib. II. c. 23.* Et, quod mirandum, ne quidem abſtinuere a *iudiciis occultis* ſeu *vehmicis* conſtituendis. Diploma CAROLI IV. habet laudatque ANTON. MATTHAEI *de iure gladii c. 30.* quo epiſcopo Vltraiectino conceſſit *ſedem liberam, vulgariter* Fryſtul *nuncupatam, liberorum ſcabinorum et comites liberos* Vrygreuen *dictos, creandi, habendi, conſtituendi et obtinendi, et huiusmodi iudicium liberum ibidem, per eosdem, iuxta morem et conſuetudinem aliarum liberarum ſedium, libere exercendi, ad fouendam pacem et maleficos ac nociuos homines, de illis finibus exſtirpandum, nec non alia omnia et ſingula agendum, diſponendum et ordinandum, quæ per comites et ſcabinos liberos in ſimilibus liberis ſedibus agi et fieri conſueuerunt* etc. Magna horum iudicum vis et velut quædam tyrannis erat, epiſcopis minime conueniens. Capitula quoque habuiſſe *ius gladii*, documentis indubitatis euincit ANTON. MATTHAEI *de iure gladii c. 31. p. 501.* Ipſa praxis capitulorum proteſtantium idem confirmat; quamuis enim, capitulo Martisburgenſi hoc ius olim in dubium vocatum fuiſſe, referat CARPZOVIVS *lib. II. reſp. 35. n. n.* ob rationem, quod clerici *ius gladii* exercere non poſſint, nihilominus tamen, re maturius perpenſa, capitulo hoc ius ex *antiqua obſeruantia* aſſertum, hac tamen ſub reſtrictione, vt *executio pœnarum* non immediate ab ipſo capitulo, ſed per *brachium ſeculare* fieret. Hac ratione pontificii quoque præcauere ſolent, ne irregulares fiant, putantque, ſe ſatis tutos eſſe, ſi laicis executionem committunt, qui tamen neceſſario *executionem* facere debent, dicente CARPZOVIO *cit. l. n. 22.* Ita vero fucum reuera faciunt, vt vix corticem antiquorum canonum canonici hodie obſer-

Inde capitulis ius gladii obuenit.

Imo ipſi epiſcopi iudicia occulta exercuere.

Executio pœnarum brachiō ſeculari committi ſolet, ne clerici ſanguinem effundere videantur.

 vent;

vent; quod enim mentem eorum circumueniant, adeo manifeſtum eſt, vt nulla indigeat demonſtratione.

Olim ius gladii in epiſcopatibus exercebant aduocati et comites.

§. LXIV. Olim non erat ſic. Aduocatis et comitibus olim *ius gladii* exercendi in prælaturis et epiſcopatibus a Cæſaribus commiſſum erat: canonicorum arma *ſpiritualia* eſſe debebant, nec vlla *poteſtas gladii* iis competebat, donec tandem epiſcopi, eiectis aduocatis et comitibus, omnem horum poteſtatem ad ſe rapuerint, quem morem etiam capitula in imitationem traxerunt. Atque hoc epiſcopi eo facilius expedire poterant, poſtquam iis nonnunquam ius *comites* et *aduocatos* conſtituendi datum fuit, vti conſtat ex diplomate HENRICI de anno 1007. apud AVBERTVM MIRAEVM in *cod. diplom. Belgic. lib. 1. c. 27.* Ipſe MIRAEVS *in not.* ad prædictum diploma hæc adiicit: *Lector curioſus notet, olim Lotharingiæ ſuperioris et inferioris, adeoque Belgicæ noſtræ epiſcopos habuiſſe ius eligendi et conſtituendi comites in ſuis ciuitatibus, qui ius gladii exercebant. Hinc comites Cameracenſes, Atrebatenſes, Treuirenſes, Metenſes, Verdunenſes, Tullenſes et alii, qui paſſim in medii aeui hiſtoriis occurrunt. Coloniæ Agrippinæ etiammum comes Greue archiepiſcopo conſtitui ſolet, qui ius gladii exercet. Inſoleſcentibus poſtea comitibus, (vt de Cameracenſibus* BALDERICVS *in chronico teſtatur) epiſcopi plerique comitiuam dignitatem et titulum ad ſe traxerunt. Hinc Tullenſes, Verdunenſes et alii epiſcopi hodieque comites nuncupantur.* Conf. CONRING. *de iudic. rcip. German.* §. 71. et *diſſ. de ducibus et comit. imp.* §. 25. Similiter diplomata apud eundem MIRAEVM, BROVWERVM, SCHATENIVM aliosque planum reddunt, prælatis vtplurimum ius conſtituendi *aduocatos temporarios* datum fuiſſe, qui itidem *ius gladii* exercebant, vt rurſus illuſtrat MATTHAEI *lib. II. de nobil. c. 29.* §. *504.* ſed, his quoque electis, *ius gladii* ſibi vindicarunt.

Olim etiam clerici a feudis militaribus excluſi ſunt.

§. LXV. Similiter II) cum feuda propter *militiam* ſeu *ſeruitia militaria* conſtituta ſint, vt his, qui *militiæ* inſeruirent, *loco ſtipendii ſalariique* eſſent, indeque *beneficii* nomen acceperint, clerici *a ſucceſſione in feudis* excluſi ſunt: neque enim in alios feudum tranſibat, quam eos, qui *militiæ* operam dare poterant, cui tamen intereſſe non debebant clerici. Res in iure Longobardico et Germanico feudali clare deciſa eſt. Nam *II. F. 30.* dicitur, *clericum nullo modo in beneficium paternum debere ſuccedere, etiamſi, poſtquam habitum religionis aſſumſerit, poſtpoſuerit*, adeo, vt nequidem per ſubſtitutum admittatur. BITSCHIVS *ad cit. tx. p. 567.* ROSENTHAL *de feud. c. 7. conel. 29. n. 2. ſeqq.* Imo feudum amittit vaſallus, ſi vel *clericus* vel *monachus* factus fue-

Digitized by Google

fuerit, eo quod desiit esse *miles seculi*, qui factus est *miles Christi*, vt dicitur *II. F. 21. in f.* Autor antiquissimus *de beneficiis*, quem B. THOMASIVS edidit, §. 4. hac de re ita: *Clerici et mulieres etc. et omnes, qui non sunt ex homine militari, ex parte patris eorum, et aui iure carent beneficiali.* In *iure Alemannico feudali c. 1. §. 4.* idem confirmatur his verbis: Pfaffen und Wibe und Geburen, und alle die nüt Semper Lüte sind, und die nüt ehrlich gebohren sint, die sullent alle Lehen-Rechts darben, quod etiam *iure Saxon. feud. c. II.* confirmatur. In eo tamen recedit ius Alemannicum a iure Longobardico, quod vasallus, clericus factus, feudum non amittat, vt docet *c. 3. iur. Alem. feud.* Ein ieglich Pfaffe, der von Ritters Art ist, der mag wol behaben Lehen zu seine Libe, quod etiam in Germania communi praxi obseruatum, et ex patrio iure, misso Longobardico, retentum esse, docet SCHILTER. *in comm. ad cit. l. p. 56.* In *A. B. c. VII. §. 2. et XXV. §. 2.* successio in electoratum restricta est ad *filium primogenitum legitimum laicum*, ex nulla alia ratione, quam quod clerici in feudis haud succedant. Atque huic dispositioni adhuc hodie stari solet inter *pontificios*, si liberi facti fuerint *canonici*: imo inter illustres vtplurimum moris esse solet, vt, qui filiis abundant, quosdam ecclesiis cathedralibus adscribi curent, quo feuda haud diuidantur. Inter *protestantes* diuersa obtinet praxis, vti liquet ex *constit. Saxon. 28. P. III.* quod alibi quoque receptum esse, testantur B. STRYK. *in exam. iur. feud. c. XV. q. 23.* STRVV. *syntagm. iur. feud. c. IX. §. 9.* HORN. *in iuris feud. prud. c. 15. §. 15.* BERLICH. *P. III. concl. 39. n. 18.* Nihilominus tamen *acquirere* feudum, clerici non prohibentur, cum quotidie *prælati* hodie inuestiantur de feudis imperii, quod contra rationem iuris canonici est, et cum DVARENO *in consuet. feud. c. VI. in f.* referendum ad corruptam disciplinam ecclesiasticam.

§. LXVI. Denique III) propter hanc causam, quod clerici *militiam* sequi non debeant, quædam *in successione* diuersitas inualuit. De iure antiquo Germaniæ filiæ *geradam* seu *bona vtensilia*, filii vero *res expeditorias*, quæ ad militiam instruendam pertinent, iure hereditario accipiunt. Sed filius clericus cum sorore in gerada matris succedit, prout statutum in *lib. 1. art. 5. iur. Sax. prouinc.* Der Pfaff nimmt gleichen Theil mit der Schwester in der Mutter Gerade, und gleichen Theil der Brüder, und am Erbe. Equidem *glossa german. n. 7. ad cit. ex.* ait, hoc fieri, um ihres Betens willen, denn alle Welt geneust ihres Betens: sed vera ratio ex antiquo *statu* Germaniæ *bellicoso* repeti debet,

Denique propter prohibitam clericis militiam succedunt in gerada, non in rebus expeditoriis.

debet, quo filii, nobiles imprimis, vnice *militiæ* addicti erant; et ita omnem apparatum bellicum, armaque, sexui sequiori minus inservientia, sibi vindicabant, huic, quæ ad curam feminarum pertinerent, relinquentes. Iam olim CAESAR *lib. VI. de bello Gallic.* de maioribus nostris scripsit: *Vita omnis in venationibus atque in studiis rei militaris consistit*; et TACITVS *de moribus German. c. XIV. §. 7. Nec arare terram, aut expectare annum, tam facile persuaseris, quam vocare hostes et vulnera mereri. Pigrum quinimo et iners videtur, sudore acquirere, quod possis sanguine parare.* Cum vero *filii clerici* de apparatu bellico, qui olim non exigui pretii erat, haud participare possent, quod arma portare iis interdictum esset, admissi sunt ad successionem in bona vtensilia. Sicuti ergo clericus non capit Heergewetham, ita nec relinquit, vt dicitur in *cit. art. 5.* Von des Pfaffen Guth nach seinem Tode nimmt man keine Gerade, denn es wird alles zu Erbe geschlagen, was er nach sich verlässt. Dn. BERGER *in œcon. iur. lib. II. tit. 4. §. 40. not. 1.*

An idem dicendum de canonicis?

§. LXVII. Proinde non dubium est, quin etiam *canonici*, vtpote qui æque *clerici* sunt, ad successionem in bona vtensilia sint admittendi, præsertim inter pontificios, quo ordines recipere iubentur, ita vt in eos quadret definitio *iuris Saxon. lib. 1. art. 5.* Man mag auch keinen nur achten vor einen Pfaffen, er sey denn gelehrt und zum Pfaffen geweihet, und mit einer Platten gezeichnet, ehe dann ihm die Gerade anstirbt. Prima tonsura habilitat clerum ad ordines adsumendos, adeoque ad minimum in quodam *ordine*, etiam inferiore, esse debet, vt sola tonsura non sufficiat: et quia canonici etiam ordines accipere debent, admittuntur quoque ad geradam, cum hac tamen limitatione, nisi concurrant cum filia *consorte*, h. e. nondum elocata seu emancipata. Ait compilator: Die unberathene Tochter theilet nicht ihre Mutter-Gerade mit dem Pfaffen, der eine Pfründ (qualis est canonicus) oder Kirchen hat, sicuti quoque non diuidit cum iam elocata sorore, cum talis clericus pro iam emancipato habeatur. Cum vero canonici protestantes 1) primam tonsuram non accipiant, nec 2) ordines, nec 3) in cœlibatu viuant, ideo ad eos hoc minime applicari posse, censet GOLDBECK *de gerad. tit. succes. cognat. descend. n. 18. 20. sq.* quod approbat STRVV. *in dissert. de iure succed. in Heergewettam §. 8. in not.* sicuti etiam studiosi theologiæ haud admittuntur, vti obseruat Dn. BERGER *cit. l. n. 13.* Equidem canonici *clericorum* numero etiam veniunt, non tamen illa sibi in vniuersum iura attribuere posse censent, quæ *clericis ordinatis specialim* data sunt, qualis est successio

maxime inter protestantes?

in

in bona geradica, quæ ſpeciatim tantum admittit *clericos ordinatos*, quales noſtri canonici eſſe non videntur. Non tamen omnis ratio dubitandi ceſſat, cum manifeſtum ſit, canonicos in plerisque capitulis pro *redimendis ordinibus* certum pretium ſoluere, atque ita eo ipſo defectum, qui inde iis obiici poterat, tollere.

§. LXVIII. Cum *honeſtate* clericorum (IV) non conuenire dicuntur *negotiationes et commercia ſecularia*, quæ clericis et canonicis prorſus interdicta ſunt. *c. 15. et 16. X. h. t.* Praxi apoſtolicæ ſane non adeo contrariatur, laborare et commercium ſeculare exercere, vti tot loca ſacræ ſcripturæ oſtendunt. Sed cum *tit. L.* ſpeciatim de hac materia agendum erit, ſpecialiores quæſtiones ad illum titulum reſervabo. (4) Quoad negotiationes.

§. LXIX. Magis (V) conuenit *honeſtati* clericorum, *vt a crapula et ebrietate abſtineant. Vnde*, additur in *c. 14. X. h. t. vinum ſibi temperent et ſe vino. Nec ad bibendum quiſpiam inuitetur, cum ebrietas et mentis inducat deliquium, et libidinis prouocet incentiuum.* Optimum ſane pontificis monitum, canonicis imprimis commendandum, qui ſæpius contra hoc peccare ſolent. Nec mirum eſt, eosdem contra hoc peccare, cum laxior diſciplina et vita otioſa, cui nonnulli dediti ſunt, maxime poſtquam *reſidentia* remiſſa eſt, anſam eis præbeat, tempus poculis terendi. Et quid frequentius hodie, quam ad potus æquales obligare potatores, eosque laudare, qui plures inebriant, et calices fœcundiores exhauriunt? quem morem pontifex recte quidem *lit. loc.* reprobat, ſed vtinam inter canonicos aboleri potuiſſet! Eſt hæc intemperantia vitium morale, laicis, et multo magis clericis, fugiendum. Hunc peſſimum morem in clericis acriter perſtringit CAESARIVS *homil. 6.* et fatetur, *dari, quod peius eſt, multos etiam maioris ordinis clericos, qui, cum aliis ſobrietatis bonum deberent iugiter prædicare, non ſolum hoc non faciunt, ſed etiam et ſe et alios inebriare non erubeſcunt nec metuunt.* (5) Quoad abſtinentiam a crapula et ebrietate.

§. LXX. Proinde clericis interdictum eſt, (α) *tabernas ne intrent*, niſi forte neceſſitatis cauſa in itinere conſtituti ſint. *c. 11. X. h. t. c. 2. ſeqq. D. 44.* Tabernas tamen publicas etiam circa eccleſiam cathedralem, Dom Keller, habere canonici non prohibentur, vt eo commodius hi, qui otio tempus terunt, gulæ ſuæ inſeruire queant. (β) Iniunctum iis eſt, ne *vltra tertiam vicem poculum contingant*, *c. 9. D. 44* quod forſan ad hodiernos mores, quibus ſobrietati repudium miſſum, applicari nequit. (γ) Ne *nimis et frequenter conuiuiis interſint*, *c. 5. D. 44.* Speciales prohibitiones iuris canonici.

Digitized by Google

vel ex ſymbolis conuiuia celebrent, *c. 10. D. 44.* h. e. conuiuia collatitiis ſumtibus inſtruant. SALMASIVS in *obſeruat. ad ius Attic. et Roman. p. 62. ſeq.* *Symbola* enim eſt collecta, quæ a conuiuis in cœnam vel prandium confertur, et qui immunes erant, *aſymboli* dicebantur. GELLIVS *in N. A. lib. VI. c. 13.* conf. SAMVEL PITISCVS *in lex. antiq. Rom. voc. ſymbola.* (δ) Si conuenit ad conuiuium, *cibo benedicere* iubentur, et poſt refectionem ſanctum hymnum dicere. *c. 8. D. 44.* Hoc monitum quidem a miniſtris eccleſiæ hodie recte obſeruatur; ſed canonicis adeo incognitum eſt, vt vix clerici hac in re amplius eſſe videantur.

Clericis tamen propterea non indiſtincte conviuia interdicenda,

§. LXXI. Duo hic obiter moneo, (1) quosdam adeo conuiuia damnare, vt clericis prorſus illa fugienda eſſe credant, quod forſan viderint, conuiuas vtplurimum bacchanalia viuere. Aſt quemadmodum ob quorundam luxuriam et ſcurrilitatem familiaria colloquia non ſunt euitanda, ita nec quæuis conuiuia damnanda, aut ea clericis interdicta ſunt, quamuis *circumſpecte* hic agendum ſit. Crederem ſane, conſultius eſſe, vt miniſtri eccleſiæ frequentius intereſſent conuiuiis, quorum intuitu forſan plures exceſſus intermitterentur, qui alias committi ſolent. Non nego quidem, noſtra conuiuia non amplius eſſe *agapas;* interim cum prorſus aboleri haud poſſint, etiam miniſtris eccleſiæ opera danda, ne occaſionem intermittant, quouis modo illa præcauendi, quæ alias in perniciem degenerant. Agit de hoc themate ex profeſſo MARTINVS SCHOOCKIVS *exercit. XX.* (2) Damnari etiam ſolent a pluribus *pocula votiua*, das Geſundheit-Trincken, quæ rurſus quidem in abuſum trahi ſolent, ad conuiuas inebriandos; in ſe tamen nihil vitii habent, vti cenſuit VOETIVS, cui ſe oppoſuit prælaudatus SCHOOCKIVS *exerc. XXI.* Non poſſum facere, quin adſcribam iudicium B. SPENERI, theologi prudentiſſimi, *vol. vlt. conſil. theol. german. c. I. ſect. 21.* vbi ita cenſuit: Ich leugne nicht, daß das Geſundheit-Trincken mannigmal eine Gelegenheit werde zu übrigen Trincken, daher es auch an einem bekanten Chriſtlichen Hofe abgeſtellet worden: möchte deßwegen wol leiden, daß es ſuperiori auctoritate verboten würde, wie dann die Obere nicht nur Dinge, ſo an ſich böſe ſind, ſondern auch andere indifferente Sachen, ſo aber leicht Gelegenheit zum Böſen geben, zu verbieten Macht, ja oft wichtige Urſachen haben, in welchem Fall es mit gutem Gewiſſen nicht mehr geſchehen könte. Indeſſen wie es in der Schrift nirgend verboten iſt, ſo habe auch noch keine einige Urſache angeführet

nec pocula votiua iis probroſa ſunt,

de quibus aſſertur B. Speneri iudicium.

Beſe-

geſehen, welche das Gewiſſen conuincirte, daß man ſolche Ceremonie ſelbſt vor unrecht halten müſte, ſondern wie, einen guten Wunſch zu thun, zu allen Zeiten, und bey aller Gelegenheit nicht unrecht iſt, ſo achte auch dieſe von langen gewährte Gewohnheit, daß ſolches bey einem Trunck geſchehe, vor unſündlich, und traute mir keinen darüber zu beſtraffen, noch machte mir ein Gewiſſen, einen mir noch dismal nöthigen Trunck auf eine Geſundheit, ohne andere dabey vorgehende Eitelkeit, zu mir zu nehmen. Ich ſorge auch, wo ich das Gegentheil behaupten wolte, ich nähme mir eine nicht zuſtehende Macht, etwas zur Sünde zu machen, welches GOttes Wort nicht darzu machet, und würfe dem Gewiſſen einen Strick ohne Noth an. Nun wie es unverantwortlich iſt, in einem Dinge, wo GOtt etwas verbeut, ſich die Macht der diſpenſation zu nehmen, nicht nur in groben Sachen, ſondern auch in denjenigen, die die Welt vor erlaubt hält; ſo halte hingegen auch nicht nützlich, die göttliche Befehle oder Gebote weiter, als ſie GOTT ſelbſt gegeben, zu extendiren. Verſichere auch, daß eher Anſtoß als Erbauung daraus entſtehet, indem, wo einige von uns ſolche Dinge bloß verboten zu werden ſehen, deren Sündlichkeit wir nicht zur Gnüge, und mit Uberzeugung des Gewiſſens erweiſen können, ſie daraus Gelegenheit nehmen, gleiches von andern zu urtheilen, ſo mit mehrerm Grund, wahrhaftig ſündlich zu ſeyn, erwieſen werden kan.

§. LXXII. Conuenit (VI) honeſtati clericorum, *ne ad aleas et taxillos ludant, nec huiusmodi ludis interſint*, *c. 15. X. h. t.* quod iam olim quoque a IVSTINIANO in *l. 25. C. de epiſc. audient.* ſancitum, et in *l. 34. C. eod.* plenius prohibitum fuerat. In *Nou. 123. c. 10.* repetiit eandem conſtitutionem, et *Interdicimus*, ait, *ſanctiſſimis epiſcopis, presbyteris, et diaconis et ſubdiaconis, lectoribus et omnibus aliis cuiuslibet venerandi collegii aut ſchematis conſtitutis, aut tabulas ludere, aut aliis ludentibus participes ac inſpectores fieri, aut ad quodlibet ſpectaculum ſpectandi gratia venire. Si quis autem ex his hoc deliquerit, iubemus hunc in tribus annis a venerabili miniſterio prohiberi, et in monaſterium redigi. Si autem in medio tempore oſtenderit dignam ſui vitii pœnitentiam, liceat ei ſacerdoti, ſub quo conſtitutus eſt, minuere tempus, et hunc rurſus proprio reddere miniſterio.* Singulare ſeueritatis canonicæ exemplum, quod erga epiſcopum, qui ludo ſcachorum interfuerat, exercuit PETRVS DAMIANI, refert SCHILTER. *in pr. iur. Rom. exerc. XXI. §. 21.* Forſan canonicos hæ conſtitutiones non concernunt. Equidem (6) Ratione ludorum.

hodie ita viuere solent, vt hæ similesque constitutiones eos stringere haud videantur. Ast si *clerici* esse cupiunt, vti omnino sunt, etiam hac lege merito viuere, aut disciplinæ canonicæ sese subiicere debebant, vti solide ostendit ESPENIVS *de instit. et officio canon. P. II. c. 6. §. 2. seq.*

(7) Quoad abstinentiam ab auaritia.

§. LXXIII. Similiter (VII) prohibentur clerici et canonici esse *vsurarii*, *c. 2. X. h. 2.* et *αἰσχροκέρδειαν* exercere, quæ honestati clericorum prorsus repugnat. Verum hodie hoc vitium in ipsa aula Romana tam altas radices egit, vt eliminari non potuerit, quicquid etiam in conciliis contra *auaritiam* Romanam constitutum fuerit. Et cum a boue maiori discat arare minor, non adeo mirandum est, quod hæc lues pleraque capitula et ecclesias particulares prorsus infecerit. De extrema auaritia et lucro turpissimo, quod aula Romana per *montes pietatis* exercet, legi merentur DOROTHEI ASCIANI *montes pietatis* et NICOLAI BORIANI *montes impietatis*. Imo omnia Romæ venalia esse, iam dudum agnouerunt Germani, imprimis in *centum grauaminibus*, oratori pontificio oblatis. Profitentur *art. I. constitutiones latas eousque ligare homines, donec pecunia sibi harum legum gratiam a statuentibus impetrent, vt ita pecunia faciat diuitibus licitum, quod tenuibus gratis sit prohibitum; illicitisque his legum ac constitutionum humanarum reticulis non modo magnam nummorum copiam a Germanis expiscatam, e Germania et trans Alpes latam, sed et maximam inter æque christianos ortam iniquitatem etc.* Huc etiam collineant *art. II. V. VIII. LXVII. LXXV. LXXXIV. XCI. XCV. etc.* Non dissimulat pestem hanc aulæ Romanæ CLAVDIVS ESPENCAEVS *in epist. ad Tit. c. 1. p. 479.* sed non sine ponderibus verborum et rationum ostendit, *αἰσχροκέρδειαν* Romanam omnes infecisse episcopatus, capitula, et ecclesias, vt, si in ea hæresis latitat, vel ex hoc solo capite ecclesia Romana *hæretica* dici queat. Reuera enim non tantum *hæretica* dicenda, quæ desciuit a *puritate fidei* in *credendis*, sed maxime et imprimis in *agendis*. Loquor iam ex *hypothesi* theologorum: quatenus enim in *sensu iuridico* ecclesia *hæretica* dici queat, quoad *effectus* peculiares iuris, infra plenius persequar. Sed an *canonici* meliores clero Romano? Subdubito de plerisque. Canonicatus publice venduntur, et hodie æque in commercio sunt, vti res quæuis fungibiles. Canonici plurimi munus non aliam ob causam ambiunt, quam vt prouentus percipere et in otio dissipare queant. Vicarii accipiunt partem de tunica, qui opus operatum pro

Digitized by Google

pro pecunia peragunt. Ita ipſa *pietas*, *cultus diuinus* et *religio* videntur eſſe in commercio, et *lucri gratia* a plurimis ſacra hæc defenduntur, ſuſcipiuntur, peraguntur, non tantum inter catholicos, ſed etiam proteſtantes. Deſino plura addere, præſertim cum ESPENIVS, vir candidus et eruditus, *in tr. de offic. et inſtit. canon. P. II. c. 5. § 3. ſqq.* malum hoc viuidis coloribus optime depinxerit.

§. LXXIV. Vlterius (VIII) honeſtati *canonicorum*, et in genere clericorum conuenit, *ne mimis, ioculatoribus et hiſtrionibus intendant*, *c. 15. X. h. t.* multo minus vt ipſimet ludos theatrales inſtituant, et inſaniæ ſuæ ludibria edant. *c. 12. X. h. t.* Quam abominabilia olim chriſtianis ſpectacula viſa fuerint, docet TERTVLLIANVS *de ſpectaculis*, quæ quidem non ideo tantum reprobarunt, quod eſſent idololatriæ plena, ſed etiam, quod plura alia vitia eximia animis hominum inſinuarent, quæ cum Chriſti doctrina prorſus pugnant. Rationes doctorum eccleſiæ primitiuæ recenſet et illuſtrat MARTINVS SCHOOCKIVS *exerc. XXIX. §. 1. ſeqq. de comicis et tragicis ſpectaculis*, et quamuis §. *5. ſeqq.* ſub variis conditionibus quædam ſpectacula non prorſus improbanda eſſe credat, aſſeratque; ita tamen illæ ſunt comparatæ, vt vel rariſſime applicari queant, vel oſtendant, tutius eſſe, vt plane intermittantur, et imprimis clerici illis prorſus abſtineant, quibus etiam IVSTINIANVS in *l. 43. C. de epiſc. aud.* et *Nou. 123. c. 10.* ea interdixit. Simul vero ex adductis locis patet, iam olim clericos theatrales ludos in eccleſiis inſtituiſſe, quos merito pontifex reprobat, quamuis inter ipſos catholicos haud deſierint, et licet non ſint *theatrales*, iſtis tamen proxime accedunt ludi ſacri vel quaſi, quos ſolennibus feriis in templis edere ſolent.

(8) Ne hiſtrionibus operam dent?

§. LXXV. Multo magis (IX) abſtinere debent ab omni *ſcurrilitate* et *turpiloquio*. In *concilio Pariſ. VI.* ſub LVDOVICO pio *anno 829. c. 30.* hac de re ita cautum eſt: *Cum ab omnibus chriſtianis iuxta apoſtoli documentum ſtultiloquium et ſcurrilitas ſit cauenda, multo magis a ſacerdotibus Domini, qui aliis exemplum et condimentum ſalutis eſſe debent, cauere oportet.* Additur: *iis magis conuenire, lugere, quam ad ſcurrilitates et ſtultiloquia in cachinnos ora diſſoluere.* In *concilio Carthag. IV. c. 60.* relato in *c. 6. D. 46.* cautum, vt clericus ſcurrilis et verbis turpibus ioculator ab officio remoueatur. In *Agathenſi concilio c. 39.* relato in *c. 19. D. 34.* presbyteris, diaconis, ſubdiaconisque iniunctum eſt, *ne his cœtibus miſceantur, vbi amatoria cantantur, et turpia aut obſcœni motus corporum choreis et ſaltationibus efferuntur, ne auditus aut*

(9) Abſtineant ab omni ſcurrilitate et turpiloquio.

Digitized by Google

obtutus ſacris myſteriis deputati turpium ſpectaculorum atque verborum contagione polluantur.

Qualitates interiores clericorum non ſunt negligendæ.

§. LXXVI. Atque hæc quidem ad *honeſtatem externam* pertinent, qua præcauetur, ne aliis ſcandalum præbeant, quæ etiam adhuc hodie in *capitulis proteſtantium* merito deſideratur. In *ſtatutis capituli Cizenſis c. 1. §. 1.* hac de re ita cautum eſt: *Si quis ad ſpem adipiſcendi canonicatus, ſiue numerum exſpectantium inſcribi velit, ante omnia probet, ſe ex legitimo thoro natum, et ſiue equeſtri, ſiue alia honeſta familia ortum eſſe. Religioni addictus ſit, ſacris literis et Auguſtanæ confeſſioni, receptisque, et hactenus obſeruatis, in hoc epiſcopatu formulis conuenienti, nulla hæreſi corruptus, mores habeat honeſtos, formam integram, qui enim infamibus ſeſe factis contaminauerint, homicidio, adulterio, ſtupro, furto, aut ſi quæ his ſunt grauiora aut affinia, tum qui bona ſua per luxum prodegerint, fidemque publice fefellerint, illis non ſolum capitulum noſtrum præcluſum eſto. ſed ab ipſo limine et ſpe ingreſſus remouentor.* Sed longe eminentiores adhuc qualitates, quoad vitam *integre* et *pie* ducendam, in iis requiruntur, quæ ad *lib. I. ad tit. de ætat. et qualit. ordin.* iam excuſſæ ſunt, et referuntur a GRATIANO *diſt. 37. ſeqq.* Generatim HIERONYMVS in *c. 21. C. 8. q. 1.* vitam canonicorum his circumſcribit verbis: *Non ſolum epiſcopi, aut presbyteri et diaconi debent magnopere prouidere, vt cunctum populum, cui præſident, conuerſatione, ſermone et ſcientia præcedant, verum etiam et inferior gradus: exorciſtæ, lectores, æditui, acolythi, et omnes omnino, qui domui DEI ſeruiunt: quin vehementer eccleſiam Chriſti deſtruit, meliores laicos eſſe quam clericos.*

Vſus iuridicus oſtenditur.

§. LXXVII. Non credendum eſt, hæc *vſum iuridicum* non habere, quæ de *integra clericorum vita* adducta ſunt: intereſt ſane principis et eccleſiæ, vt etiam in *litibus clericorum* non indulgeatur rixoſis, ſed *ex officio* ad *officium* ſuum ablegentur, et rectiorem vitam induere admoneantur. Quæ in aliis facilius tolerantur, in clericis maiori cum ſeueritate eradicanda, quo maius ſcandalum præbere ſolent. Illuſtrabo hanc rem ſententia, *anno 1707.* a ICtis Altorfinis lata, cuius rationes decidendi rem egregie declarant:

Erkennen wir vor recht, und berührten Acten gemäß, daß ein Hochw. Capitul wohl befugt, und allerdings berechtiget, dieſen Proceß, aller weitern Aergerniß vorzubeugen, aus hohen Landes-Obrigkeitl. Amte, auf einmal zu abrumpiren und gänzlich zu aboliren, mit-

Digitized by Google

mithin den Ober-Hof-Prediger zu schuldiger parition und Ruhe, unter commination gebührender animaduersion, anzuweisen ꝛc.

Rationes decidendi.

Es hat ein Hochw. Capitul allerdings gerechteste Ursachen, auch guten Fug und Macht, diesen unnöthigen, höchst ärgerlichen Proceß, aus Landes-Obrigkeitl. Amte und Providenz, auf einmal zu abrumpiren, und zu aboliren, und zwar aus nachfolgenden wichtigen Motiven und Gründen: Weil er (1) nichts anders, als einen nichtsdienlichen unnöthigen Zanck in seiner circumferenz begreifft; angesehen des Herrn Ober-Hof-Predigers Amt und function, worum es doch am meisten zu thun, ohne die quæstionirte exemtion vollkömmlich und heilsam verrichtet werden kan, massen auch seine Vorfahren, als stattliche tapfere Männer, ohne diesen Beysatz der eiteln Ehre, ihr von GOTT und hoher Obrigkeit aufgetragenes officium rühml. verrichtet haben; (2) Läufft es wider GOttes Wort und alle Kirchen-Ordnung, und ist dannenhero (3) einem Priester GOttes und Seel-Sorger allerdings unanständig, nicht minder endlich (4) der Christlichen Gemeinde und männigl. schäd- und ärgerlich. His igitur et similibus de causis, iudicis officio incumbit, amputare lites. Neque enim de iniuria conqueri potest, cui nullum ius est agendi, præsertim quando accedit publica quædam ratio, non admittendi litem, *l. 6. §. f. de negot. gest.* MEVIVS *p. 1. dec. 42. per tot.* Daß aber dieses litigium wider GOttes Wort und Kirchen-Ordnungen lauffe, ist daher unwidersprechlich, weil es zu nichts, als zu blossem Hochmuth und eiteler Ehre abzwecket und dienet. Nun aber wird Christen, bevorab aber einem wahren Diener Christi, der Ehrgeitz, oder nach eitler Ehre zu streben, von unserm Heylande ernstlich verboten, und er hergegen zur Christl. Demuth und Ehrerbietung angewiesen. **Lasset uns nicht eitler Ehre geitzig seyn, untereinander zu entrüsten und zu hassen**, vermahnet der H. Apostel an die Gal. 5. v. 26. und gar schön und nachdrücklich zu gegenwärtigem Handel, *ad Phil. 2. v. 3.* **Nichts thut durch Zanck oder eitele Ehre, sondern durch Demuth achtet euch unter einander höher, denn sich selbst**, et sexcentis aliis locis.

Anlangend die Kirchen-Ordnung, so weiset sie einem Diener des Worts nachdrücklich an, allem ungöttl. Wesen, Welt und Ehrsucht, Zorn und Rachgier, von Hertzen feind zu seyn. Er solle mit allem Ernst

Ernſt und Fleiß nach der Chriſtlichen Demuth, Geduld und Sanftmuth ſtreben, nicht andern predigen und ſelbſt verwerfflich werden.

vid. FRITSCH. *iur. eccleſ. part. 3. pag. 237.*
conf. EIVSDEM *tract.* qui eſt *de iure conſiſt.*
CHRIST. WEBERS *cap. 27. ſect. X.*

Aus dieſem folget ja nothwendig die Unanſtändigkeit, anerwogen ein Prieſter ein Licht, und Spiegel, und Exemplar, ja ein Fürbild der Heerde ſeyn ſoll; wohin allerdings gehöret, alle Streit-Proceſſe insgemein, geſchweige dann ſolche unnöthige, eitele, ärgerliche altercationes in öffentl. Gerichten zu fliehen. Es iſt ſchon ein Fehler unter euch, ſchreibet vorher belobter H. Apoſtel *1 Cor. 6. v. 7.* daß ihr unter einander rechtet, oder nach der Grund-Sprache, daß ihr Rechts-Handel habt unter euch ſelbſt, warum laſſet ihr euch nicht vielmehr Unrecht thun? O wie ferne iſt der Ober-Hof-Prediger von dieſem Sinne! Ein heydniſcher Juriſt beſchämt uns Chriſten, wenn er ſaget: Laudat prætor factum eius, qui tanti habuit re carere, ne propter eam litigaret; hæc enim verecunda cogitatio eius, qui lites execratur, non eſt vituperanda, in *l. 4. §. 1. D. de alienat. iud. mut. cauſ.* Cui adſtipulatur PROSPER FAGNAN. *in 2. decretal. tit. de feriis c. conqueſtus n. 54.* recte non minus quam pie monens, bonarum eſſe mentium, lites execrari. Dieſes iſt freylich eine ſolche Wurtzel, aus welcher keine andere Frucht, als das Unkraut des ſchädlichen Aergerniſſes erwachſen kan, bevorab da alles mit ſolcher Hefftigkeit, Affecten, Anzüglichkeiten, auch inſolenten Widerſetzlichkeit, ſo wol wider die Gnädigſte Hohe Landes-Obrigkeit, als deroſelben fürgeſtellete und committirte Diener, ſonder Noth und bündige Urſache vorgebracht und durchgetrieben wird. Allermaſſen denn durch die gantze Acten des Herrn Ober-Hof-Predigers weitläuftige virulente Schriften von dergleichen voll ſeyn. Solte man wol unrecht thun, dieſe Art unter diejenigen, ſo der Apoſtel durch den Geiſt der Prophezeyung *2 ad Tim. 3. v. 1. et ſeqq.* den letzten Zeiten verkündiget, zu zählen? Würde demnach das erſte und heilſamſte für den Hrn. Ober-Hof-Prediger ſeyn, wenn er es zu ſolcher Verordnung nicht kommen lieſſe, als welche gewißl. zu ſeiner ſchlechten avantage ausſchlagen dürfte, immaſſen ſchon veſtigia in actis vorhanden, ſondern ſich aus Chriſtl. tapferer generoſität ſelbſt überwünde, dieſen eiteln Ehr-Streit ſpontaneo affectu abrumpirte, ſeiner Hohen Herrſchaft unterthänigſt de-

pre-

precirte und um Gnade bäte, und folgends auch mit allen Herren Intereſſenten eine Chriſtliche Verſöhnung ſuchte und einginge. Dieſes würde ihm vor GOtt und aller Welt ein groſſes Lob, und auf ewig wohl nachklingende glorie ſeyn. Ita enim decet perſonas eccleſiaſticas, lites habentes, ad pacem illos reuocare; quod ni fecerint, iuſta pœna eſt excommunicatio, in *can. 9. diſt. 90.* cum per lites foueantur inimicitiæ, accuſationes, odia. Optime PLINIVS SECVNDVS *lib. II. ep. 3. qui in foro et litibus verſantur, multum malitiæ, quantumuis nolentes, addiſcunt.* Audiendus D. AMBROSIVS *lib. 3. de virgin. Chriſtus eſt pax, in foro lites; Chriſtus fides eſt, in foro fraus et perfidia.* Sintemalen von dem obiecto litis huius, als dem cardinal-puncte, etwas zu gedencken, womit der Herr Ober-Hof-Prediger alle ſeine unverantwortliche facta zu verantworten und zu coloriren trachtet, ſo ſoll ſolches die promeſſe der Hochſel. Fürſtin und Abbatiſſin ſeyn; Alleine auſſer, daß dieſes in actis res meri facti eſt, allenfalls auch in lauter imperfection noch beſtünde, anerwogen es eine Sache iſt, ſo von dem gantzen Reuerend. Capitulo als ein obiectum iuris epiſcopalis dependiret; nachdem aber nun die Hochſel. Hertzogin darüber das Zeitliche im HErrn geſegnet, und einfolglich das Werck in einen gantz andern Stand gerathen: So hätte der Herr Ober-Hof-Prediger ſich gleich in Chriſtlicher Geduld begreiffen, göttliche Schickung erkennen, ſolcher unvollkommenen prætenſion cediren, und darüber alles der diſpoſition der hohen Landes-Herrſchaft lediglich überlaſſen, nicht aber durch ſchnödes vitilitigium ſeiner von GOTT vorgeſetzten Obrigkeit, ſein propoſitum oder deſiderium abhadern, oder mit ſchimpflichen proceſſen abzunöthigen trachten ſollen. Bevorab da in vorigen langen Zeiten das pure contrarium eingeführet, und unverrückt gehalten worden, wie *Acta vol. 1. fol. 19. 38. et ſeqq.* et paſſim anzeigen. Dieſes wäre die rechte, einem Prieſter zumal anſtändige methode geweſen, maſſen Wir auch, Unſern theuren Pflichten nach, nomine officii iudicis, ſolches zu erkennen, denen göttlichen und weltlichen Rechten gemäß zu ſeyn befunden, in Erwegung dieſer gantzer Streit kein wahres rechtes beſtändiges ius agendi, wie allbereit erwähnet, in ſich begreift.

§. LXXVIII. Sed plerosque inuaſit opinio, *ſanctimoniam vitæ*, quæ in clericis deſideratur, ſolummodo ad eos pertinere, qui *curam animarum* habent, poſtquam, laxata priſtina diſciplina, *ſeculares* et

Canonicis non eſt aliena vitæ ſanctimonia.

et *re* et *nomine* facti sunt, cum tamen proprium eorum officium consistat in precibus laudibusque ad Deum fundendis, et meditationibus piis instituendis. Non adeo, meo iudicio, a vero aberrauit CONRADVS CLINGIVS, doctor pontificius, in *loc. commun. c. 90.* de moribus plurimorum canonicorum ita edisserens: *Quando beneficium datur propter officium, quid de illis fiet, qui officium non curant, sed otiosam et luxuriosam vitam ducunt in omni pompa et voluptate? Negliguntur horæ canonicæ, visitatio chori etc. Tantum curæ est, maioribus in festiuitatibus cum albo induso atque pretiosa tunica incedere, et facere se semel videri, aliud tempus in ludum et venationem reseruantes; certe nihil aliud illis deest, omnia sunt sufficienter ordinata, panis, cibus, potus, census, concubina, nihil illis deest, nisi vnus, qui pro illis infernum intret: sed quoniam nullum repererint, necessarium illis est, vt ipsimet intrent. Sic post dulce cœlum hic, habebunt accensum infernum illic* etc.

Inde quoque doctrina desideratur in canonicis,

§. LXXIX. Atque huc tendit tum *doctrina*, quæ in canonicis desideratur, tum *officium* eorum proprium. *DOCTRINA* necessario debent esse instructi, tum vt munera sacra obire, tum etiam vt *prudentiam practicam* ad ecclesiæ regimen adferre possint. Notum est, adhuc hodie, secundum statuta capitulorum, neminem admitti in numerum canonicorum, nisi qui per *triennium* et *vltra* in academiis commoratus

et triennium academicum,

fuerit. Equidem hodie sufficit, si testimonium *triennii* producere queat, parumque attenditur, vtrum tempus otio an studiis tribuerit inter canonicos recipiendus; interim hoc ad vestigia institutorum primævorum referendum est, quia olim non alii, quam *doctrina* et artibus liberalibus tincti, in numerum canonicorum recipiebantur; illis reiectis, *quibus nec morum honestas nec literarum scientia suffragatur*, vt vtar verbis *c. 29. de præbend.* Nam, vt dicitur in *c. 1. D. 36. literis carens sacris*

quod continuum esse debet.

non potest esse aptus officiis, atque inde nata sunt statuta capitulorum, quæ *triennium continuum* requirunt in eo, qui ad canonicatum admitti desiderat. In priuilegiis huius academiæ §. 11. triennium *continuum* est remissum, statutumque, daß diejenigen, so anderswo ihre studia angefangen, solche auf unserer Universität zu Halle vollenden mögen, und ihnen solches bey denen in unserm Lande gelegenen Stifftern für voll gerechnet werden soll. Recte tamen obseruat B. STRYK. *de iure pap. princip. euang. c. V. §. 10. in f. melius fore, si capitula non solum triennium exigerent, sed simul publica eruditionis specimina sibi exhiberi curarent. Experientia enim plerumque testatur, illos potissimum, qui ad canonicatum adspirant, otio*

Digitized by Google

annos academicos consumere, quod etiam pontificii agnoscunt, adeoque, vt examen cum promouendo instituatur, requirunt. PETRVS LEVRENIVS *in for. benefic. qu.* 251. conf. WENDELER *de colleg. canonicorum et canonicis th.* 32. Sane statuta capitulorum non tantum *simplicem* desiderant *commorationem* in academiis, sed *finem* eius intendunt, vt studiis, debita diligentia, operam dederit, quale statutum adducit RICHTER. *vol. I. consil. 42. Non recipietur, nisi per triennium in aliqua celebri Germaniæ academia, bonarum artium studia cum LAVDE et FRVCTV continuauerit.* Hoc indagandum ante omnia erat, si menti statuti satisfieri deberet, quæ tamen vtplurimum circumuenitur. Proinde, vt eo rectius hic scopus obtineretur, patres Tridentini *sess. XXIV. de reform. c.* 12. statuerunt, vt dignitates omnes et saltim dimidia pars canonicatuum in cathedralibus ecclesiis et collegiatis insignibus conferantur tantum *Magistris* vel *Doctoribus*, aut etiam *Licentiatis in theologia et iure canonico*, vtpote qui præsumtionem doctrinæ pro se habent.

§. LXXX. Hoc *triennium academicum* successisse videtur in locum *scholarum*, quæ in singulis ecclesiis cathedralibus erant, quibus etiam *iuniores canonici* instruebantur, et scholarum præfecti præerant. Testis est FLODOARDVS *in histor. Remensi lib. IV. c. 9.* inquiens: *Duas scholas Remis, canonicorum scilicet loci, et ruralium clericorum, iam pene dilapsas restituit, et, euocato Remigio Antisiodorensi magistro liberalium artium, studiis adolescentes clericos exerceri fecit.* Conf. IO. MABILLONIVS *in præf. ad secul. III. actor. Benedict. P. I. p.* 31. et *ad sec. IV. P. I. n.* 173. *seqq. p.* 128. *seqq.* Simile institutum erat WOLFGANGI, episcopi Ratisbonensis, qui *iuniores canonicos, vt scholaribus intenderent studiis, præcepit; seniores vero, vt psalmodiis vel lectionibus, aut orationibus vacarent, decreuit. Vt autem adolescentes in capiendis scientiæ liberalis notitiis forent agiliores, frequenter voluit tabulas eorum cernere dictales. Plerosque etiam eorum proficiendi causa beneficiis incitauit: qui autem desides erant, et negligentes, increpauit*, vt AVTOR *vitæ* S. WOLFGANGI apud MABILLON. *sect. V. act. Benedict. p.* 822. docet. Idem obseruat ex antiquitatibus GERARDVS DV BOIS *in histor. eccles. Paris. lib. XI. c.* 7. vbi *p.* 776. ita ait: *Scholæ illæ imprimis cœptæ sunt ad clericorum institutionem: vnde scholares clerici vulgo dicebantur, et eam ob causam scholas erigi iubent et constitutiones regiæ et decreta conciliorum, locus et episcopium et monasterium designatur, hoc monachis, illud clericis: vterque locus iuxta basilicam erat, et ita positum*

Hoc triennium successit in locum scholarum capitularium, in quibus olim instruebantur canonici.

Digitized by Google

eſſe oportebat, vt monachi et pariter clerici ſimul rei ſacræ faciendæ et literis operam collocarent. Ita Alcuinum intra ſepta baſilicæ ſancti Martini Turonenſis ſcholas feciſſe diximus; ita Aurelianus ſcholam iuxta baſilicam ſanctæ crucis, i. e. iuxta maiorem eccleſiam, et in monaſterio S. Aniani extructam eſſe, ex capitulari Theodulfi epiſcopi Aurelianenſis addiſcimus. Plura de his ſcholis epiſcopalibus et monaſteriorum ex antiquitatibus collegerunt THOMASSINVS *de V. et N. eccl. diſcipl. P. II. lib. I. c. 96. ſqq.* et IO. MABILLONIVS *in præf. ad ſecul. III. actor. Benedict. P. I. p. 24. ſeqq.* Quamuis vero primitus hæ *ſcholæ epiſcopales* ideo erectæ fuerint, vt *iuniores canonici* in iis præpararentur ad futura officia eccleſiaſtica; nonnunquam tamen etiam *alii ex ordine illuſtrium adoleſcentulorum* in iis inſtituti ſunt, vti de ſchola Leodicenſi docet CHYTRAEVS *de ſcholar. neceſſ. p. 239.* et de Hildeſienſi CRANZIVS *in metropol. lib. 3. c. 43.* quamuis forſan rarius hoc factum fuerit, quia omnis eruditio tunc penes clerum erat, adeo vt etiam eruditi dicti fuerint *clerici.* Teſtis eſt ORDERICVS VITALIS *lib. 3. hiſtor. Radulfus*, ait, *autem quintus frater, clericus cognominatus eſt, quia peritia literarum aliarumque artium optime imbutus.*

Scholis his præerat ſcholaſticus, præbenda proviſus.

§. LXXXI. Scholis hiſce præerat SCHOLASTICVS, der Dom-Scholaſter, qui ſub ſe rectorem ſcholæ habebat, et de exceſſibus malioribus iudicabat, teſte ANTONIO MATTHAEI *de nobil. lib. 2. c. 39. p. 625.* Quoniam vero pedetentim hoc officium in pluribus eccleſiis exſpirauerat, conſtitutum fuit in *concil. Lateranenſi* anno 1102. relato in *c. 1. X. de magiſtr. vt per vnamquamque cathedralem eccleſiam magiſtro, qui CLERICOS EIVSDEM et ſcholares pauperes gratis doceat, competens aliquod beneficium præbeatur.* Idem repetit INNOCENTIVS III. in *c. 4. X. eod.* additque: *Quoniam in multis eccleſiis id minime obſeruatur, nos prædictum roborantes ſtatutum adiicimus, vt non ſolum in qualibet cathedrali eccleſia, ſed etiam in aliis, quarum ſufficere poterunt facultates, conſtituatur magiſter idoneus a prælato capitulo; ſeu maiori et ſaniore parte capituli eligendus, qui CLERICOS ECCLESIARVM IPSARVM gratis in grammatica facultate et aliis inſtruat iuxta poſſe.* Ex quibus textibus rurſus manifeſtum redditur, has ſcholas potiſſimum in gratiam *cleri cathedralis eccleſiæ* primario inſtitutas fuiſſe, quibus deinceps ceſſantibus, poſtquam academiæ erectæ ſunt, *triennium academicum* canonicis præſcriptum eſt.

§. LXXXII.

§. LXXXII. Equidem ſcholaribus canonicis etiam præbenda indulta fuit, non *plena* ſed *minus plena*, donec annum ætatis vigeſimum primum exceſſerint, et emancipati fuerint. Vtrumque probat ANTONIVS MATTHAEI *cit. l. p. 623.* ex ſtatutis eccleſiæ cathedralis Vltraiectinæ: *Si ſcholaris ad præbendam aſſumtus fuerit, vocem tamen in capitulo non habebit, donec viceſimum ætatis ſuæ annum attigerit, et per ſcholaſticum noſtrum decano et capitulo noſtro emancipandus præſentatus vt idoneus fuerit.* Similiter *de officio ſcholaſtici* ita cauetur: *Ad ipſum, canonicos noſtros ſcholares examinare tam in ſcientia, quam in moribus et ætate, et cum habiles reperti fuerint, decano et capitulo noſtro emancipandos præſentare.*

Scholares canonici etiam minus plenam præbendam habuere.

§. LXXXIII. EMANCIPATIO hæc videtur fuiſſe modus dimittendi, liberandi canonicum ſcholarem, a neceſſitate ſcholas canonicas vlterius frequentandi. Antea enim examinandus erat a ſcholaſtico, qui, ſi habilis repertus fuerat, cum *teſtimonio habilitatis* ipſum præſentabat capitulo, vt ab eo *emanciparetur*, ſeu a *nexu ſchole* liberaretur, et ad plenam perceptionem prouentuum eccleſiaſticorum, ſimulque ad capitulum admitteretur. Reliquiæ huius antiquitatis in plerisque fere capitulis ſuperſunt, et *dicis gratia* retinentur, vt ſaltim ſtatutis ſatisfiat. Nam (1) quia ſcholæ canonicæ ad academias translatæ ſunt, in iis per *triennium et vltra* canonici ſtudiis incumbere debent, nec ante, quam illud abſoluerint, ad plenam admittuntur perceptionem. Conf. LVNIGH. *contin. III. ſpicil. eccleſ. p. 961.* (2) Præterea etiam *ætas* ſtricte obſeruatur: et cum (3) *ſcholaſtici* hodie *nomen*, non *officium* amplius gerunt, illi quidem ex academia redeuntes non examinant, ſed locum examinis intrat *teſtimonium academicum triennii et vltra*, quod (4) præſentant capitulo, ſeque *emancipari etiam* hodie petunt, h. e. abſolui a *vinculo ſcholaſtico*, et pro habilibus declarari. Hoc facto (5) etiam hodie *teſtimonium emancipationis* accipiunt. En formulam recentem, quam ex actis, ante aliquot annos ad nos transmiſſis, obſeruaui.

Emancipabantur olim, vbi ad plenam perceptionem præbendæ adſpirare volebant. Qui ritus nec hodie deeſt.

Nos C. de B. decanus, L. de B. ſenior totumque capitulum eccleſie cathedralis Halberſtadienſis dilecto nobis in Chriſto Dn. D. E. de R. ſalutem in Domino ſempiternam. Vt licite poſſis obtinere et poſſidere quamcunque dignitatem, officium et beneficium eccleſiaſticum in cathedrali vel alia eccleſia huius diœceſeos Halberſtadienſis, nec non perſonaliter in iisdem reſidere, harum literarum ſerie, te omnibus melioribus modo et forma ex antiqua conſuetudine emancipamus, liberamus, et capacem pronunciamus (te libere dimittentes) ad omnia et ſingula, quæ de iure et conſuetudine ad eman-

Formula emancipationis hodiernæ.

Digitized by Google

eipatum pertinent, adeo vt per præsentes habilis sis ad omnia, iisque gaudere possis, sine contradictione cuiuscunque. Mandamus idcirco omnibus et singulis præsentium tenore requisitis, aut visis præsentibus, vt te aut procuratorem tuum ad quascunque dignitates, beneficia et officia ecclesiastica admittant et admitti faciant. In quorum omnium fidem præsentes literas fieri, per Dn. decanum nostrum subscribi, sigilloque nostri capitularis appressione iussimus communiri. Dat. Halberstadii d. 8. Oct. 1693.

C. de B.

Confirmationis gratia adiiciam verba BROWERI *lib. IV. antiq. Fuldens. n. 49. p. 315.* qui ritum *emancipationis* eodem in sensu accipere videtur. Ita vero ille: *Marquardus II. circa annum 1286. in abbatem Fuldensem electus a Berthoo antecessore prima ætate Fuldam arcessitus, et ab eo paterne educatus, cum primum liberalis doctrinæ rudimenta deposuit, ab ipso Berthoo, VT ASSOLET, emancipatus, et decani munere, quanquam iuvenis, accinctus est.* Similiter apud SCHATEN. *lib. XI. annal. Paderborn. ad ann. 1231.* occurrit diploma, vbi circa finem hæc habentur: *imo quod nullus canonicorum de cetero emancipabitur, quin idem iuret, ne numerus canonicorum excedat numerum prebendarum.*

Emancipatio hæc tantum in iunioribus canonicis necessaria videtur.

§. LXXXIV. Quamuis vero hæc *emancipatio* adhuc hodie fieri soleat, et in quibusdam capitulis exacte desideretur, in illis tamen, meo quidem iudicio, tantum necessaria esse videtur, qui *iuniores* sunt, et, transacto triennio, mox ad canonicatus adspirant. Qui sunt doctores iuris, qui eruditione publica sese iam dudum commendarunt, quique quotidie in studiis viuunt, hac emancipatione indigere non videntur, sed sufficit, si modo alias se legitimare possint. Edidit anno 1654. Halberstadii ZACHARIAS BEVCHLINGIVS, doctor iuris, *resolutionem obseruantiæ canonicæ*, et quidem in causa propria, cum ab alio ei de præferentia in præbendam lis esset mota. Opponebatur ipsi ab aduersario, quod emancipationem ante ipsum accepisset. Plura ad hæc regessit, sed quæ rem tangere videntur, hæc fuere. Ait: Und den Fall gesetzet, daß sie der Edelleute halben, so ratione personæ, originis, fidelitatis stipulatæ, et status politici, anderer weltlichen Obrigkeit, oder Academien, wovon die jungen Edelleute, als Studenten, tempore facti statuti erst ankommen, adhibiret werden müste: so ist sie doch ratione doctorum, comitum ac principum sui iuris vergeblich, und so wenig als examen reuerendiss. capituli an ihnen nöthig, weil selbige vorhin schon ipso iure a curiali conditione et patria potestate eximi-

Exemplo res declaratur.

miret, auch nur maieſtati imperatoriæ, a qua dignitas et exemtio fluxit, gleich denen hohen Stifftern unterworffen bleiben. Non ſatis ritum hunc emancipationis AVTOR intellexit, quem adhibuere maiores, non ad liberos a patria poteſtate liberandos, ſed a *vinculo ſcholaſtico* dimittendos. Fortiori ergo ratione adferre potuiſſet, Doctores iuris iam dudum eo ipſo fuiſſe emancipatos in academiis, quo illis *honores doctorales* collati ſunt. Addit vero vlterius: Was aber von dieſer emancipation in des beſagten Dom-Capitels ſtatutis befunden wird, davon habe ich eher nicht gewußt, noch erfahren können, bis ich capitularis geworden, und mir vergönnet worden, die ſtatuta zu leſen. Vnde hic obtinet, ignorans ſtatuta, non contemnit et excuſatur etc. Und hat doch ſolches nur allein in denen nobilibus aliis poteſtatibus vel iuribus ſcholaſticis ſubiectis ſtatt, wie ex libello ſtatutorum *rubrica de emancipatione et compellatione Dn. ſcholaſtici*, ſonderlich aber *X. principio ibid.* in verbo, iſta indefinite diſponente: CANONICVS, zu erſehen, ſtatutum enim generale ad perſonas priuilegiatas haud extenditur. Es wird aber darinn nicht befunden, daß, wer nicht um die emancipation bittet, derſelbe nicht capitularis werden ſolle oder könne. Nun hat aber die priuatio iuris nicht ſtatt, als in caſibus a iure expreſſis, und muß alſo dis ſtatutum auf ſubiecta compatibilia iuxta mentem ſtatuentium interpretiret werden: Wenn derowegen die doctores canonici reſignatarii, nur ihre legitimam ætatem, natales integros et iuſtos, quinquennium ſtudii, doctoratum, rigoroſum examen, et orthodoxam religionem vorhero erwieſen, und die ſtatuten-Gelder alle erlegt, auch ſtallum in choro erlanget, bekommen ſie alſobald locum in capitulo, wie davon das Domſtifftiſche Statuten-Buch ſub *rubrica de probanda nobilitate §. ab hoc examine*, ſpecialiter diſponiret etc. Reliqua, quæ addit AVTOR, oſtendunt, eum maxime titubaſſe in conceptu de *emancipatione canonica*, quæ proinde omitto.

§. LXXXV. Obiter et hoc addo, in ſcholis hiſce canonicos nonnullos *in cantu* fuiſſe inſtructos, vt eo rectius officium in horis canonicis pſallendis peragere poſſent. CAROLVS M. morem eccleſiæ Romanæ imitatus, imprimis in id incubuit, *vt ſchola legentium puerorum fierent, pſalmos, notas, computum grammaticam per ſingula monaſteria vel epiſcopia diſcerent*, vt habetur *in concil. Gallic. tom. II. p. 58.* Dicti ſunt *chorales* a *choro*, *quod initio in modum coronæ circa aras ſtarent, et ita pſallerent antiphonas, choris alternatim pſallentibus*, vt ait ISIDO-

In ſcholis quoque in cantu inſtruebantur.

Chorales dicti.

RVS

RVS *lib. VI. orig. c. 9.* Eligebantur ad id apti, et cantum edocti in choro cantabant, ſub *diſciplina ſcholaſtici* vel rectoris ſcholæ. Liquet id ipſum ex iuramento rectoris ſcholæ apud ANTONIVM MATTHAEI *lib. II. de nobil. c. 39. in f. p. 625.* vbi iurare iubetur, ſe *chorales et ſcholares fideliter recturum, eosque ſub bono et forti iugo retenturum, et ad ſcholas continue frequentandas eos quotidie conſtricturum* etc. De his MOLANVS *de canonicis lib. II. c. 41.* ita ait: *Alii vero ſunt ſcholares pueri, ſcholam et eccleſiam parochialem aut capitularem frequentantes, inter quos primi ſunt ſymphoniaci pueri, in dignioribus eccleſiis, dicti vulgo choraules, ab aliis choriles, qui præ reliquis in muſica a Phonaſco ſiue magiſtro cantus eruduntur, et in eccleſia exercentur, ac laboris ſui quotidie in honorarium aliquod ſubſidium recipiunt.* Omnia enim in eccleſiis maioribus ad *pompam, oſtentationem* et *externam* quandam *magnificentiam*, quæ ſenſus quidem ferit, ſed ſæpe ſonus ſine virtute eſt, compoſita ſunt, vt eo ſplendidior eſſet cultus ille horarum canonicarum, et eo magis degeneraret in opus illud operatum, quod hodie adhuc nobis ob oculos verſatur. Deus in *ſpiritu* et *veritate*, non in *pompa externa* adorandus, et *cantu ſimplici* laudandus. Nihilominus tamen adhuc hodie in eccleſiis cathedralibus ſuperſunt *chorales*, qui etiam in proteſtantium capitulis ſolenni veſte induti horis canonicis pſallendis interſunt, vt numerum augeant, et antiphonas, more antiquo, acceptа mercede, decantent.

Quandoque etiam a canonicis requiritur peregrinatio annalis.

§. LXXXVI. Præter *triennium academicum* in quibusdam capitulis canonicis quoque *peregrinationes* iiunctæ ſunt, vt eo magis dotes animi excolerent, et ad officium, canonicis obeundum, rite ſe præpararent. In *ſtatutis capituli Cizenſis cap. II.* hac de re ita cautum eſt: *Qui recipi velit in capitulum, et cum canonicis capitularibus pari iure cenſeri, præbendaque et ceteris commodis frui, præter illa, quæ priori capite de genere, natalibus, religione et moribus ſtatuta ſunt, ætatem habeat, viginti quatuor annorum completorum, deinde probet, ſe per triennium in priuilegiata quadam academia vel academicis ſtudiis operam dediſſe,* et ANNI SPATIO *ad minimum in Gallia vel Italia bonarum artium linguarumque externarum cauſa eſſe verſatum.* Hac de cauſa cum de *habilitate canonica* lis eſſet mota, et vtrum actor per integrum annum Italiam peragraſſet, dubitatum fuiſſet, anno 1718. M. Aug. ICti Lipſienſes ita pronunciarunt: Daraus ſo viel zu befinden, daß D. S. Suchen nicht ſtatt hat, er könte und wolte denn anderer geſtalt, und beſſer als geſchehen, daß er nach Erforderung der Statuten des Dom-Capituls zu Zeitz c. II.

§. I.

Digitized

§. 1. fol. 106. ein Jahr lang zum wenigſten in Italien ſich aufgehalten, in Sächſiſcher Friſt beybringen, damit wird er billig zugelaſſen, ferner darauf zu beſchehen, was recht iſt. Cum vero publica teſtimonia in actis eſſent producta, quibus conſtabat, actorem in Italia fuiſſe, ſed de ſpatio temporis præfixo tantum quædam ſupereſſet dubitatio, actis ad facultatem Vitebergenſem transmiſſis, reformata eſt ſententia menſ. Iul. 1714. Nunmehro aus denen Acten und derer Partheyen rechtlichen Einbringen ſo viel zu befinden: Würde D. I. C. S. vermittelſt Aydes erhalten, und, daß er nach Erforderung derer ſtatuten des Dom-Capituls zu Zeitz c. 2. §. 1. ein Jahr lang zum wenigſten in Italien ſich aufgehalten, ſchweren, ſo iſt demſelben, die durch Herrn T. G. Abſterben verledigte Canonicat-Stelle, des von L. I. G. Z. beſchehenen Einwendens ohngeachtet, billig zu conferiren, und ſelbiger hierzu in capitulo zu recipiren. Adhuc tamen admodum dubitabatur, vtrum quis ſe iuramento legitimare poſſet, maxime cum ex documentis quidem appareret, actorem in Italia fuiſſe, nullo autem indicio de *ſpatio temporis*, de quo potiſſimum litigabatur, ex actis conſtaret: hinc actis ad facultatem noſtram transmiſſis M. Decembr. 1715. ita pronunciauimus: Daß ꝛc. So viel aber Lic. I. G. Z. Leuterung betrifft, iſt nunmehro aus denen acten ſo viel zu befinden, daß beſagtes Urthel hinwieder aufzuheben, und es lediglich bey dem am 24. Aug. 1713. publicirten Urtheil zu laſſen.

§. LXXXVII. Inde liquet, ſicut hodie adhuc ſtricta *triennii academici* probatio deſideratur, ita quoque probationem *peregrinationis*, præſcripto tempore peractæ, ſtricte peragendam eſſe, vbi hanc habilitatem deſiderant ſtatuta capitulorum. Hæc *legitimationis* probatio adhuc hodie *ſollicite* exigitur, licet officia, propter quæ olim præſcripta fuit peregrinatio, deficiant, et, nucleo amiſſo, vix cortex ſuperſit. Si hodie *officia ſacra*, olim canonicis demandata, ſupereſſent, magnopere approbanda eſſent huiusmodi ſtatuta, quæ legem *peregrinationis* præter ſtudia canonicis imponunt. Quam inſignem enim vtilitatem candidati theologiæ, quales olim canonici *recipiendi* erant, ex *peregrinationibus* haurire poſſint, nemo eſt, qui neſciat. Arduum eſt munus eorum, qui ſacris præficiendi ſunt, et quia olim in horum numero etiam erant canonici, ii maioribus quoque ſubſidiis, ad ſuſcipiendam hanc prouinciam, inſtructi eſſe debebant, quæ quoque *prudenti peregrinatione* comparantur. Plures ad officia ſacra properant, vix primis religionis fundamentis tincti: regere volunt gregem, cum ſemet

Cuius rationes et praxis oſtenduntur.

Digitized by Google

ipſos regere ignorent: præeſſe aliis geſtiunt, quod *prudentiam* requirit, cum *prudentiam acquirendi* occaſionem intermittant, nec vſu exercitati ſint. Fructus inſignes, quos candidati theologiæ ex *peregrinationibus* capere poſſint, pluribus argumentis oſtendit IENCKINVS THOMASIVS *in diſſertat. varii argumenti*, quibus *n. 2. p. 40.* inſeruit orationem *de vtilitate peregrinationis pro theologis.* Hanc maiores quoque perſpexerunt in canonicis, exiſtimaruntque, officia hæc, canonicis demandanda, maturum et vſu quodam exercitatum iudicium requirere, nec ieiunos quoscunque ad ea admittendos eſſe. Teſtantur ad minimum hæ qualitates, quas adhuc hodie ſtatuta deſiderant, doctrinam non proletariam aut vulgarem in canonicis requiſitam fuiſſe.

De officio canonicorum.

§. LXXXVIII. Atque hæc quidem ad *doctrinam* canonicorum pertinent. Pergo ad *OFFICIA* iis iuncta, tam *communia*, quam *ſpecialia*, circa quæ tamen diſtinctione opus eſt. Nam non omnium canonicorum eadem eſt ratio idemque ſtatus: alii *proprie* ſunt canonici, alii *minus proprie.* Illis *officia eccleſiaſtica* iuncta, propter quæ beneficium ſeu præbendam accipiunt, ſuntque *presbyteri*, *diaconi*, *ſubdiaconi*, etc. et ita olim officia his iuncta peragebant. Hi vero *honoris tantum gratia* canonicis adſcripti ſunt, (cum collegium canonicorum admodum illuſtre ſucceſſu temporis factum, et ſic haud mirandum ſit, nonnullos etiam *honoris* tantum *gratia* canonicatus ambiiſſe) ſine officio clericis proprio, vtut præbenda quoque *honoris* et ſingularis cultus gratia iis aſſignata fuerit. His accenſeo imperatores et reges canonicos. Olim, ſimulac imperator Romæ a papa eſſet coronatus, factus eſt *canonicus S. Petri.* Origo huius inſtituti forſan adſcribenda HENRICO SANCTO, de quo MVTIVS *lib. XIV. chron. Germ. p. 109.* ita ait: *Cum forte Argentinæ eſſet aliquando, ceremoniæque et preces ſacerdotum illi arriderent, conſors eorum regulæ, vt ſic loquamur, factus eſt: ſed inſtituta pro ſacerdote viro probæ vitæ præbenda, qui regis in ſacris eſſet vicarius.* Plenius hanc rem enarrat IACOB DE KONIGSHOVEN *in chron. Alſat. et Argentor. c. II. f. 163.* aitque: Do noch kam dieſer Käyſer gen Straßburg, do gebiel ime die Ordenunge, und die Regul der Dum-Herren zu der hohen Stift zu unſer Frowen Münſter, alſo wohl, daß er ſelber mit den Herren ir Brüderſchaft und ir Regul wolte halten, wenn es hohe Grafen und Friegen worent, und ein heilig, ſeelig Leben fürtent, mit ſingende und leſende, und Gottesdienſt zu beginde. Do widerrietent ime des Riches Fürſten, daß er das nicht möchte getun, von Bekümmerniſſe ſines Riches, das er mit groſſen

Honorarii canonici ab officio immunes ſunt.

quales ſunt imperatores,

facti canonici in capitulo Argentinenſi,

groſſen Kummer in Frieden hielt. Do machte er riche Pfründe uff derſelben Stifft und ordente: ſit er nit ſelber möchte bi den Dom-Herren bliven, daß aber einer, der dieſelbe Pfründe hätte, ſolte an des Künigs ſtat, uff dem Kor für in ſingen und leſen; darum heiſſet noch dieſelbe Pfründe des Königs Pfründe. Paulatim alia collegia eccleſiarum cathedralium hoc ad imitationem traxerunt, et imperatores in conſortium ſuum cooptarunt, non ſine ſpe lucri aliorumque commodorum inde obtinendorum. Sic HENRICVM V. a collegio Leodicenſi in *fratrem* cooptatum eſſe, refert ANTON. MATTHAEI *lib. II. de nobil. c. 48, p. 744.* Idem adducit chartam ineditam, vnde apparet, capitulum S. Martini, maioris eccleſiæ Traiectenſis, communi electione et canonica, imperatorem pro tempore exiſtentem, et eorum ſucceſſores in canonicos illius et fratres elegiſſe, *faciendo*, vt additur, *præbendam ipſius debitam officiari per duos ſacerdotes a rege ſeu imperatore inſtituendos, qui pro regibus, imperatoribus, et tranquillitate pacis regni Dominum inceſſanter exorarent.* Bambergenſis et Colonienſis eccleſiæ quoque hac prærogatiua fruuntur, vt cæſarem canonicum habeant, teſtibus FREHERO *ad lib. II. de Andlo c. VI. p. 179.* et THVANO *lib. XXXII. hiſt. fol. 907.* Quod vero Aquisgrani, quo ex inſtituto veteri coronatio fieri debet, canonicus quoque fiat, forſan exemplo Romanæ coronationis inualuit, ſub qua a canonicis S. Petri in canonicum recipitur. Liquet hoc ex conſtitutione CLEMENTIS V. apud ODERICVM RAYNALDVM *ad annum 1311.* quæ ſolennia coronationis Romanæ e veteribus Romanæ eccleſiæ monumentis excerpta exhibet.

Leodicenſi,

Traiectino,

Bambergenſi, Colonienſi,

Aquisgranenſi et Romano intuitu eccleſiæ S. Petri,

§. LXXXIX. Antequam imperator eccleſiam S. Petri ad vnctionem a papa recipiendam ingreditur, deducitur in eccleſiam S. Mariæ in turribus, ibique in canonicum recipitur. Verba conſtitutionis hæc ſunt, ſub *n. 12.* apud RAYNALDVM: *Deinde ſummus pontifex cum ordinibus ſuis ad altare procedit, et facta ibi oratione ad ſedem aſcendit, rege cum ſuis tribus epiſcopis, videlicet Oſtienſi, et Portuenſi, et Albanenſi in eccleſia S. Mariæ in turribus remanente, vbi a canonicis S. Petri receptus in fratrem imperialibus induatur inſignibus.* Hoc modo in ordinem *clericorum* recipitur vt collega, vt ſocius, imo vt *quidam diaconus* vel *ſubdiaconus*, quod oſtendunt verba ſequentia: *His ita peractis, aſcendit rex ad altare B. Petri, vbi ſummus pontifex, facta confeſſione, recipiat cum ad oſculum, ſicut VNVM EX DIACONIS etc.* Et *n. 13.* hæc adiiciuntur: *Poſt hæc, euangelio decantato, imperator, corona et manto depoſitis, accedat ad ſummum pontificem, et offerat ad pedes eius au-*

Ritus recipiendi cæſarem in canonicum eccleſiæ Romanæ S. Petri refertur.

aurum, quantum ſibi placuerit, ipſoque pontifice deſcendente, pro perfi-ciendis miſſarum myſteriis ad altare, imperator MORE SVBDIACONI offerat ei calicem et ampullam. Rurſus *n. 17.* eadem repetuntur: *Oblatio vero calicis et ampullæ per imperatorem iam coronatum, decantato euangelio, corona et manto depoſitis, MORE SVBDIACONI Romano ſienda pontifici, et aſſiſtentia eidem ſienda per imperatorem, donec Romanus pontifex ad ſedem propriam reuertatur, quia ſoli Romano pontifici competunt, omittantur.* Aberat eo tempore pontifex, et per legatos eius coronatio imperatoris HENRICI VII. peragebatur, cuius mentio inſicitur in *clem. vn. de iurei.* Hanc itaque prærogatiuam pontifex ſibi reſeruauit, vt imperator ei, tanquam *ſubdiacomus*, in miſſæ celebratione aſſiſteret, quem characterem ex receptione in numerum canonicorum B. Petri recepit. Neque enim ab imperialis dignitatis ſplendore alienum eſſe videbatur, ſeruo ſeruorum miniſtrare in ſacris, et vicarii Chriſti ſubdiaconum fieri.

Ritus recipiendi cæſarem in canonicum Aquisgranenſem.

§. XC. Ad huius moris imitationem recipitur quoque cæſar in numerum *canonicorum Aquisgranenſium*, et præſtanda præſtat. De inauguratione MAXIMILIANI I. hæc habentur apud GOLDASTVM *polit. imper. P. I. fol. 97. Venerunt capitulares eccleſiæ Aquenſis, recipientes regem Romanorum in canonicum, qui ipſis præſtitit iuramentum, quoad præbendam hanc in eadem eccleſia. Et dederunt ſibi locum in choro. Ipſe etiam dedit ſtatuta,* (Statuten: Gelder vocant) *et vinum admiſſionis, iuxta conſuetudinem eccleſiæ. Et habet duos vicarios in loca, qui capiunt integram præbendam, et ſupplent locum ſuum in eccleſia.* Similiter in inauguratione MAXIMILIANI II. *duo canonici Aquenſes in medium coram rege prodierunt, qui conceptis verbis et iuramento præmiſſo, maieſtatem ipſius veteris ſtatuti ac conſuetudinis admonuerunt, aſſerentes, vnumquemque regem Romanorum nouiter electum ac coronatum in numerum collegarum et canonicorum Aquenſium recipi ſolere.* GOLDAST. *cit. loc. fol. 145.* In nouiſſima coronatione imperatoris inuictiſſimi CAROLI VI. hæc receptio ibidem non omiſſa, cuius ritus in ANTONII FABRI Staats-Cantzley *tom. XVIII. p. 632.* ita deſcribitur: Nach welchen allen waren zwey Canonici und der Capituls-Syndicus, nebſt den Abgeordneten der Stadt Aachen, vor Ihro Käyſerl. Maj. Beth-Stuhl getreten, mit der Anzeigung, Herkommens gemäß zu ſeyn, daß ein ieder Römiſcher Käyſer zu derſelben Mit-Canonico aufgenommen werde; des unterthänigſten Erſuchen: die alte Gewohnheit zu üben, den Ayd deswegen abzulegen, und die Kirche in allergnädigſten Schutz

Digitized by Google

Schutz zu nehmen, auch alles bey wohl hergebrachter Gerechtigkeit bewenden zu lassen. Welche Annehmung des canonicats Ihr. Käyserl. Majest. alsdenn mit Leistung des Aydes in Lateinischer Sprache nachfolgender massen verrichtet: *Nos Carolus, diuina fauente clementia Romanorum rex, nostræ ecclesiæ B. Mariæ Aquensis canonicus, ad hæc sancta DEI euangelia iuramus eidem ecclesiæ fidelitatem, et quod ipsa iura et bona eiusdem ab iniuriis et violentiis defensabimus et faciemus defensari, eiusque priuilegia omnia et singula, et consuetudines ratificamus, approbamus et de nouo confirmamus.*

§. XCI. Neque tantum cæsar canonicus est, sed etiam rex Galliæ aliique. De rege Galliæ ait MORNACIVS *in obseru. ad l. 14. de relig. et sumt. fun.* *Fere nemo nescit, primatem adeo canonicorum esse regem nostrum in pluribus regni ecclesiis, vt, seu adeat Martinianam apud Cæsarodunum Turonum; seu Hilarianam apud Pictones, Amianam apud Aurelianos, Andensem, Cænomonam, Quintianam et alias complures, pelliceus amictus, suppelliciumque offerantur ingredienti ab vniuersis canonicis, quæ re ipsa accipit.* Olim etiam reges Galliæ inter canonicos sedem in choro habuisse, seruitium diuinum peregisse, et distributiones quotidianas cum reditibus præbendarum recepisse, docet LIMNAEVS *ad capitul. Cæsar. fol. 330.* Equidem IDEM *in iure publ. lib. II. c. 7. n. 40.* ex PIERRE MATTHIEV *l'histoire de Henry IV. lib. II. p. 424.* censet, hos *canonicos honoris* parum commodi inde habere, quod in numerum canonicorum referantur, quod eius verbis, e Gallico idiomate translatis, referam: *Magnæ et celebres ecclesiæ in Europa habent canonicos honoris, qui sunt principes summi eius loci, vbi fundatæ sunt, aut exteri principes, quibus propter pietatem ecclesiæ istæ obligatæ sunt ad exhibendum hunc honorem. Atque sedes canonici honoris non est ratione officii et muneris, sed solummodo reuerentiæ et priuilegii. Quemadmodum enim princeps, qui canonicus honoris est, ad aliud non obligatur, quam vt iuret protectionem et conseruationem iurium ecclesiæ, ita etiam aliud inde ad eum non redit commodum, quam vt particeps fit precationum, qui ibi peraguntur.* Sed cæsaris canonicatus sane non est inutilis: habet suas præbendas, vt canonicus, easque vicariis suis confert, prout antea obseruatum est, qui dicuntur *præbendarii imperii;* ipsa præbenda, cæsari canonico assignata, vocatur *imperialis*, vt obseruat ANTONIVS MATTHAEI *lib. II. de nobil. c. 48. p. 746.* Interim hi canonici, *honoris gratia* admissi, a reliquis canonicis in hoc differunt, quod non teneantur ad *residentiam*, quod primam tonsuram non accipiant, et ita se- Sunt etiam reges canonici.

Digitized by Google

cundum pontificiorum hypotheſih maneant *laici*, vxoresque ducant, quales alias canonici inſtitui, & in canonicorum numero computari nequeunt *c. 2. X. de inſtitut.* BARBOSA *de canon. et dignit. c. XIII. n. 1.* De aliis huius conditionis canonicis agunt BARBOSA *de offic. et poteſt. epiſc. alleg. 72. n. 75.* et ALTESERRA *de ducibus c. XII.*

An canonici proteſtantes etiam ſint honorarii quoad ſtatum.

§. XCII. Cum vero hi canonici *honoris gratia* conſtituti maneant *laici*, dubium inde emergere poſſet, qui fiat, quod canonici proteſtantes in ſtatu *clericorum* collocari ſoleant, qui itidem nec ordines recipiunt, nec officia clericorum peragunt? Verum ſupra iam dictum eſt, 1) hos ſtatum priſtinum retinuiſſe, quem anteceſſores eorum habuerunt, et in eo per *inſtrumentum pacis* confirmatos eſſe; adeo vt etiam hodie titulum, Ihro Hochwürden, accipiant, quia intentioni reformatorum conducibile haud viſum fuit, a priſtina forma recedere. 2) Proinde non ſunt canonici *honoris gratia* electi, ſed tenentur ad *reſidentiam* et *officia eccleſiaſtica.* 3) Ad capitulares deliberationes quoque admittuntur, et epiſcopo in iis, quæ ad ſalutem eccleſiæ ſpectant, aſſiſtunt. 4) Illi, qui *honoris cauſa* conſtituuntur, per eos, qui reuera *clerici* apud pontificios ſunt, officium canonici peragunt, et ſic tantum *nomen canonici* gerunt, non *rem*, quod ſecus eſt in canonicis proteſtantibus. Licet enim plures ex canonicis hodie nudum nomen gerere videantur, ſine officio canonicis proprio, id tamen ad abuſus ſpectat, et obligationi eorum adverſatur. Proinde 5) canonici proteſtantes eisdem gaudent priuilegiis, quæ canonicis catholicis indulta ſunt, ratione proëdrias etc.

Officia canonicorum proprie dictorum communia,

§. XCIII. Quod ergo ad *officia* canonicorum proprie dictorum attinet, obſeruaui iam ſupra, illa eſſe vel *communia*, vel *propria*. Illa voco, quæ non tantum ad *clericos*, qua tales, ſed ad quoscunque chriſtianos ſpectant; quorſum pertinet, preces funderead Deum, cantare, ſcripturam ſacram legere, ei intendere, et alia pietatis officia agere. Atque hunc ſcopum potiſſimum habuere *horæ canonicæ*, vti vocantur, et inde originem acceperunt. Hæ a clericis ſolis olim non obſeruabantur, ſed ad laicorum quoque officium ſpectabant, cum ad rationem intimam chriſtianiſmi pertineat, *orare* et *canere*. Sed quare *certæ horæ* huic ſacro officio deſtinatæ fuerint? qua lege? quo iure? An eccleſiaſtico, an diuino hoc factum ſit? paucis inquirendum.

per horas canonicas expediuntur,

quarum origo indagatur.

Catholici plerique apoſtolicum inſtitutum eis tribuunt, ceu docet AVTOR *vitæ S. Alexandri* apud IO. BOLLANDVM *in act. ſanctor. tom. I. d. XV. Ian. p. 1024.* inquiens: *Et primum in regula ſanctæ inſtitutionis normam apoſtolicam ſuſcepit, ſtatuitque tertiam, ſextam, nonam et ſimul noctur-*

Digitized by Google

Eturnam. Verum hoc vel inde dubium eſt, quia apoſtoli admodum *libertati* fauerunt, nec chriſtianos amplius legi ceremoniali Iudæorum ſubiectos eſſe debere contenderunt, quæ tamen horis hiſce originem dedit. Iudæi in precibus fundendis rationem habebant *loci* et *temporis.* CHRISTVS vero non adeo ſuperſtitioſe his inſiſtendum eſſe, aperte docet *Luc. XVIII, 1. Iob. IV, 23.* quod etiam apoſtolus confirmat, docetque, *ſemper*, h. e. non præciſe *ſtatis horis*, orandum eſſe *Rom. XII. 12. Eph. VI, 18. Col. IV, 2. 1 Theſſ. V, 17.* etc. Imo crederem, tum CHRISTVM, tum etiam apoſtolos ideo *ſemper* et *vbique* orandum eſſe docuiſſe, vt occurrerent opinioni inueteratæ, et ex iudaicis inſtitutis a quibusdam adhuc retentæ, præciſe *horis ſtatis*, quibus Iudæi orabant, orandum eſſe.

§. XCIV. Videlicet Iudæi *ſtata* habuere *tempora precandi*, quibus in ſynagogis et templo ſolennes et publicas *preces*, *gratiarum actiones* et *benedictiones* ad Deum fundebant, ſimulque canebant, quorſum collineaſſe videtur PAVLVS *Phil. IV, 6. 1 Tim. II, 1.* Veſtigia huius moris occurrunt *Daniel. VI, 6.* et *Act. III, 1.* ad quem etiam reſpexit CLEMENS *in epiſt. ad Corinth.* aiens; *Cum igitur hæc nobis ſint manifeſta, etiam in profunda diuinæ cognitionis introſpicientes, debemus omnia rite et ordine facere, quæ Dominus peragere nos iuſſit, præſtitutis etiam temporibus oblationes et officia ſacra perficere: neque temere et inordinate voluit iſta fieri, ſed ſtatis etiam temporibus et horis, vbi etiam et a quibus peragi vult, ipſe excelſiſſima ſua voluntate definiuit, vt religioſe omnia ſecundum eius beneplacitum adimpleta, grata et accepta eius voluntati eſſent.* Non credendum eſt, CLEMENTEM voluiſſe Corinthios his verbis ad *ſtatas* Iudæorum adſtringere *horas;* ſed quia in eccleſia Corinthiaca plura inordinate et per factiones erant perpetrata, id vnice agit, vt oſtendat, omnia *ordine* et *decenter* eſſe peragenda, idque ipſius Dei exemplo demonſtrat, qui egregium ordinem in cultu Leuitico Iſraëlitis præſcripſerat. Tria vero tempora precum quotidianarum ſtata erant, *matutinum*, *pomeridianum* et *veſpertinum*, oſtendente VITRINGA *de ſynag. vetere lib. III. P. 2. c. 15. p. 1092.* adeo vt, qui ſynagogæ vel templo intereſſe non poſſent, domi tamen deuotioni ſedulo vacare deberent.

Habuere iam Iudæi ſtatas orandi horas.

§. XCV. Quamuis vero nec CHRISTVS nec apoſtoli fideles ad has horas adſtringerent, praxis tamen ſubſequens oſtendit, plurimis in locis inter chriſtianos hæc ſtata tempora ſeruata fuiſſe. Moris priſtini admodum tenaces erant Iudæi, qui in CHRISTVM cre-

Quas chriſtiani retinuere.

Digitized by Google

credebant, vt ægre a patriis ritibus abduci poſſent, prout *acta Apoſtol.* docent: inde tot ritus ex ſynagoga in eccleſiam deriuati ſunt, adeo vt etiam *ritus circa preces* ſollicite retenti fuerint, obſeruante VITRINGA *cit. l. c. 19. p. 105.* Neque tamen *vbique* hæc tria tempora obſeruabantur, nec ſub *lege neceſſitatis* obſeruanda iniungebantur, ſed, quæ olim fuit ratio rituum eccleſiaſticorum, ad ἀδιάφορα referebantur. Diſerte enim ait CLEMENS Alexandrinus *lib. VII. ſtromat. Quodſi NONNVLLI certas et deſinitas horas conſtituunt precationi, vt verbi gratia tertiam, ſextam, nonam; at is, qui eſt cognitione præditus, per totam orat vitam.* *Nonnullos* tantum hunc morem ſeruare, ait, ſimulque euincit, praxin hanc fuiſſe *particularem*, non *vniuerſalem.* Fuerunt tamen iam ſeculo III, qui ſtatis Iudæorum temporibus admodum fauerent, eaque magnopere non clericis tantum, ſed in genere omnibus fidelibus commendarent; quod rurſus indicium præbet, ea non ab omnibus æque obſeruata fuiſſe. Ait TERTVLLIANVS *in pſych. c. 10. Porro cum in eodem commentario Lucæ et tertia hora orationis demonſtretur, ſub qua Spiritu S. initiati pro ebriis habebantur;* (Act. II, 15.) *et ſexta, qua Petrus aſcendit in ſuperiora;* (Act. IX, 9.) *et nona, qua templum ſunt introgreſſi:* (Act. III, 1.) *cur non intelligamus, ſalua plane indifferentia, ſemper et vbique, et omni tempore orandum, tamen tres iſtas horas, vtpote inſigniores in rebus humanis, quæ diem diſtribuunt, quæ negotia diſtinguunt, quæ publice reſonant, ita et ſolenniores fuiſſe in rebus diuinis, quod etiam ſuadet Danielis argumentum, ter die orantis.* Non opus habuiſſet TERTVLLIANVS, tam ſollicite ſtata hæc tempora fidelibus commendare, ſi *vniuerſaliter* iam recepta fuiſſent; quod vero eadem commendauerit, genio eius adſcribendum, vtpote qui primus inter omnes, libertati chriſtianæ iugum imponere, quauis occaſione tentauit, id quod cum epiſcopi ægre ferrent, vt vel controverſia de *ieiuniorum* ſtatis temporibus docet, communione eorum abſtinuit. CYPRIANVS *de orat.* eadem tempora inculcat, quod non adeo mirandum eſt, cum a TERTVLLIANO, præceptore ſuo, recedere non ſoleat, cuius ſententiam etiam adeo defendit, vt eadem argumenta quoque repetierit. Inde paſſim inualuerunt hæc tria tempora ſtata, quibus chriſtiani vel communes fundebant preces, vel domi etiam priuatæ vacabant deuotioni, ſi feruor perſecutionis iis obſtabat. Seculo IV. maxime a monachis iis ſuperadditæ ſunt horæ duæ *nocturnæ*, vt ſolidioris pietatis ſtudio reliquos ſuperarent, obſeruante SAMVEL BASNAGE *tom. I. annal. ad ann. 51. §. 23. ſeqq.*

ex libertate,

et a Tertulliano commendatæ ſunt.

Item a Cypriano.

§. XCVI.

Digitized by Google

§. XCVI. Horis hisce, vbique fere corroboratis, preces ſtatæ recitabantur, et pſalmi Dauidici cantabantur, tam in monaſteriis quam in eccleſiis, ab *vniuerſo populo*, cum in genere ad officium chriſtianorum pertineat, orare. AVGVSTINVS *ſerm.* 55. *de tempor.* vniverſos compellat, aitque: *Ad vigilias maturius ſurgite, ad tertiam, ad ſextam, ad nonam ante omnia conuenite. Nullus ſe a ſancto opere ſubtrahat, niſi quem infirmitas aut publica vtilitas, aut forte certa et grandis neceſſitas tenuerit occupatum.* AVTOR *vitæ S.* CAESARII, epiſcopi Arelat. *lib. I. n. n.* apud MABILLONIVM *in act. Benedictin. ſecul. I. p. 622.* circa *ann. 542.* idem confirmat, et, *Adiecit etiam*, ait, *atque compulit, vt laicorum popularitas pſalmos et hymnos pararet, altaque et modulata voce, inſtar clericorum, alii græce, alii latine proſas antiphonasque cantarent, vt non haberent ſpatium, in eccleſia fabulis occupari.* Erant ergo *in effectu* et *re ipſa* horæ precatoriæ ſolennes, Bet-Stunden, omnibus præſcriptæ et commendatæ, adeoque in magno olim pretio habitæ. Quocirca quod officium ab *omnibus* deſiderabatur *fidelibus*, ante omnia ſedulo a *clericis* peragendum fuit, ne hi ſegniores viderentur laicis, quos tamen exemplo ſuo ad quæuis pietatis exercitia allicere debebant. Non ſoli clerici in choro cantabant, ſed vniuerſus populus: nec ſoli clerici preces fundebant, ſed tota eccleſia; prout pleniſſime oſtendit THOMASSINVS *P. I. de V. et N. eccleſ. diſcipl. lib. II. cap. 73. ſeqq.* Interim clerici ſtrictius ad hoc officium adſtricti erant, vt pœnas eccleſiaſticas incurrerent, ſi deſides eſſent, cum laicis multa impedimenta obuenire poſſent, quibus diſtricti precibus communibus haud poſſent intereſſe, a quibus clerici liberati erant. Liquet hoc ex conſtitutione IVSTINIANI in *l. 42. §. 10. C. de epiſc. et cleric.* cuius verba, cum rem egregie illuſtrent, recitabo. *Sancimus*, ait, *vt omnes clerici per ſingulas eccleſias conſtituti, per ſe ipſos pſallant nocturna, matutina et veſpertina, ne ex ſola eccleſiaſticarum rerum conſumtione clerici appareant, nomen quidem habentes clericorum, rem autem non implentes clerici circa liturgiam Domini DEI: turpe enim eſt, pro ipſis ſcriptos, neceſſitate ipſis inducta pſallere. Si enim multi laicorum, vt ſuæ animæ conſulant, ad ſanctiſſimas eccleſias confluentes ſtudioſi circa pſalmodiam oſtenduntur, quomodo indecens non fuerit, clericos ad id ordinatos non implere ſuum munus? quapropter omnimodo clericos pſallere iubemus, et ipſos inquiri a DEO amantiſſimis pro tempore epiſcopis, et duobus presbyteris in ſingulis eccleſiis, et ab eo, qui vocatur archos vel exarchos, et ab ecdico, ſiue defenſore cuiusque ſanctiſſimæ eccleſiæ: et eos, qui inuenti non fuerint in-*

Hortrum canonicarum antiqua ratio.

vulgate in liturgiis perſeuerantes, extra clerum conſtitui. Nam qui conſtituerunt vel fundarunt ſanctiſſimas eccleſias, pro ſua ſalute et communis reipublicæ reliquerunt illis ſubſtantias, vt per eas debeant ſacræ liturgiæ fieri, et vt in illis a miniſtrantibus piis clericis Deus colatur. Docet hæc ſanctio, laicos quoque ſtudioſos in cantandis pſalmis, clericos autem principaliter ad hoc obligatos, alioquin ab officio remotos fuiſſe.

Inde curſus canonicus.

§. XCVII. Quia ſtata erant tempora, hoc officium *curſum canonicum* vocabant. Sic enim AVTOR *vitæ S. Eugendi abbatis*, qui circa initium ſeculi VI. vixit, apud MABILLONIVM *ſecul. I. act. Benedict. p.* 567, ait: *Cum enim vltra ſexagenariam ætatem ſex fere menſibus prædictus pater inæqualitate corporea laboraret, ſic tamen, quod nunquam canonico vsque ad horam defuiſſet curſui.* MABILLON. *in act. Benedict. ſec. III. P. I. circa ann.* 702. *in vita S. Berbilæ, abb. Kalenſis, p.* 24. refert, *moniales ad curſum vel orationem ſemper ſtuiſſe paratas.* Similiter apud EVNDEM ad *ſec. III. P. II. in vita S. Alberti, abbatis Gambronenſis, p.* 532. hæc leguntur: *Tanta certe plenus erat deuotione, vt omnem Romanorum curſum vna die ſtrenua ac peruigili meditatione expleret.* VENANTIVS FORTVNATVS *de clero eccleſ. Pariſ. lib. II. carm.* 10. apud EVNDEM *cit. l.* ita canit:

Celſa Pariſiaci cleri reuerentia pollens
Eccleſiæ genium, gloria, munus, honor.
Carmine Dauidico diuina poëmata pangens,
Curſibus aſſiduis dulce reuoluit opus.

GERHARDVS *in vita S. Vdalrici epiſc. Auguſt. n.* 14. apud EVNDEM *ad ſec. V. p.* 426. plenius his rem declarat verbis: *Curſus quotidianus cum matricularijs in choro eiusdem matricula, ab eo caute obſeruabatur. - - Inſuper autem vnum curſum in honore S. Mariæ genetricis DEI, et alterum de S. cruce, tertium de omnibus ſanctis, et alios pſalmos plurimos, totumque pſalterium omni die explere ſolitus erat.* Apud IO. BOLLANDVM *in actis ſanctor. tom. I. d.* 3. *Ian.* vita S. Genouefæ virg. p. 138. refertur, vbi §. 4. huius *curſus* fit mentio: *Peruenientes ergo ad eccleſiam, curſum ſpiritualem nona ad duodecimam celebrantes.*

Inſtituta Chrodogangi in præſcriptione horarum canonicarum.

§. XCVIII. Poſtquam epiſcopus Metenſis CHRODOGANGVS clerum eccleſiæ ſuæ collegit, variisque præceptis regulisque viuendi inſtruxit, plura quoque de *pſalmis decantandis* conſtituit, et quia morem cantandi ex diſciplina Romana hauſerat, redux factus ritum Romanæ

Digitized by Google

manæ eccleſiæ in cantando introduxit, vti non diffitetur THOMASSINVS *cit. l. c. 80. §. 1. in f.* Sicuti vero ad inſtitutum eius, præſertim ſub CAROLO M. eccleſiæ maxime cathedrales compoſitæ ſunt, ita quoque morem hunc cantandi *more Romano* adeo receperunt, vt horæ canonicæ ad illum plene ſint compoſitæ. In capitularibus CAROLI M. *lib. I. c. 80.* hac de re ita cautum eſt: *Monachi, vt cantum Romanum pleniter et ordinabiliter per nocturnale et gradale officium peragant, ſecundum quod B. memoriæ genitor noſter Pipinus rex decertauit, vt fieret, quando gallicanum cantum tulit, ob vnanimitatem apoſtolicæ ſedis, et ſanctæ DEI eccleſiæ pacificam concordiam.* Conf. IO. DIACON. *in vita S. Gregor. lib. II. n. 9. et 10.* apud IO. MABILLON. *in actis Benedict. ſec. I. p. 415.* Laudi id tribuit CAROLO M. BROWERVS *in annal. Treuir. ad ann. 774. §. 213.* *Prouide vero*, ait, *grauiterque factum a ſapientiſſimo rege, vt minutis etiam rebus inſidere diſcordiæ labem non pateretur, haud ignaro, quam ſenſim degeneres ritus illapſi clericorum animos prauis ſtudiis malisque doctrinis repente totas eccleſias confunderent.* Sed rectius ſine dubio feciſſet, ſi, negectis hiſce minutiis, modum cantandi pſalmos aliosque cantus, *idiomate patrio* ſingulis eccleſiis præſcripſiſſet, vt ab omnibus intelligi ſimulque antiquo more hi, qui ſunt ex plebe, huic officio intereſſe potuiſſent. Infrunitum ſane fuit, eum cantandi modum in eccleſiis ſtabilire, cuius ſenſum pauciores habuerunt, adeoque *per indirectum* ab hoc officio quotidiano excludi debuere. Neque enim cultus diuinus tantum pro clericis eruditisque eſt inſtitutus, ſed pro *omnibus*, et ita rationi et ſcripturæ S. conueniens, vt non in alia, quam ea fiat lingua, quæ omnibus in eccleſiis familiaris eſt. Hæc, vt omnino exiſtimo, prima principalisque ratio fuit, quod horæ canonicæ ad *monachos clericosque* reſtrictæ fuerint, et laici in occidente ſenſim eas dereliquerint, quod eorum, quæ canerentur, pauciores ſenſum intelligerent. Olim in orientali eccleſia omnes etiam laicos ceciniſſe ſtatis temporibus, ſupra iam obſeruaui, quia cantus ea lingua erant compoſiti, quæ omnibus nota erat. Similiter in Italia cantus latini accomodati erant ad captum populi, ſed ſumma cum imprudentia ad eccleſias Gallicanas et Germanicas tracti. Et tamen CAROLVS M. tam ſollicitus in hiſce ad morem Romanum componendis fuit, vt ab ADRIANO papa cantores, qui Franciam corrigerent, peteret. Hic ei miſit THEODORVM et BENEDICTVM, Romanæ eccleſiæ doctiſſimos cantores, quibus Antiphonarii Francorum ad corrigendum traditi ſunt, quique more cantandi cantu Romano

quæ ad morem Romanum compoſitæ,

non adeo tamen commode in lingua latina,

quo ipſo laici eas deſeruerunt

mano clericos imbuerunt, teſte DV CHESNE *in hiſtor. Franc. t. II. p. 75.* Egregie de induſtria CAROLI M. in componendo cantu Gallicano ad morem Romanum præter THOMASSINVM agit Dn. SCHMID, doctiſſimus abbas Mariæuallenſis, *diſſert. de cantoribus eccleſ. V. et N. T. §. XIX. ſeqq.*

Reformatio Caroli M. circa cantum monachis Fuldenſibus displicuit.

§. XCIX. Non tamen ab omnibus hæc innouatio et reformatio eadem auiditate, quæ CAROLVM M. mouit, accepta eſt. Cum enim RATGERIVS, abbas Fuldenſis, plura innouare, et ſic quoque circa *cantum* quædam emendare vellet, monachi huius cœnobii graviſſimas querelas contra eum mouerunt, in *ſupplici libello* CAROLO *imperatori porrecto*, apud BROWERVM *in antiq. Fuldenſ. lib. III. c. 12.* vbi ſimul veterem modum cantandi deſcribunt, aientes: *Imprimis petimus pietatem tuam, clementiſſime imperator, quod liceat nobis orationum, pſalmodiæ et vigiliarum modum tenere, quem patres noſtri habuerunt pro amicis noſtris viuentibus atque defunctis; id eſt, quotidianam precem pro te, Domine Auguſte, et pro liberis tuis, et pro omni populo chriſtiano. Quam mane, quando in vnum conuenimus, et capitulum de regula coram fratribus legebatur, exſurgentes poſt lectionem, ter verſum: DEVS in adiutorium meum intende, adiuncta Gloria patri, cantantes, flexis genibus pſalmum L. cecinimus, ſimul cum verſibus et collecta. In ſecunda quoque feria vniuscuiusque ſeptimanæ, orationem pro omnibus, eleemoſynas nobis tribuentibus, id eſt, eundem pſalmum L, quem tota congregatio iuxta corpus B. martyris ſimul proſtrata, cantauit, cum oratione dominica et verſibus. Pro defunctis ergo fratribus noſtris commemorationem illam, quam quotidie bis habuimus, id eſt, poſt matutinam celebrationem et veſpertinam, quæ eſt antiphona videlicet: requiem æternam, et prima pars pſalmi: te decet hymnus DEVS, verſus et collecta. In kalendis vero omnium menſium, vnam vigiliam et L. pſalmos. Pro Sturmi quoque abbate et fundatoribus monaſterii iſtius, in anniuerſaria obitus die, vnam vigiliam et vnum pſalterium per ſingulos annos.*

Cura Ludouici pii in reformando cantu.

§. C. Proinde noua cura LVDOVICVM pium ſollicitauit, vt opera AMALHERII FORTVNATI, archiepiſcopi Treuirenſis, hac de cauſa rurſus Romam miſſi, officia diuina reuocaret ad Romanæ conſuetudinis normam, ſicubi deflexiſſent, ſimulque errores, qui ritualibus ſeu antiphonarum libris irrepſerant, collatis et inter ſe comparatis exemplaribus, caſtigaret, teſtibus BROWERO *in annal. Treuir. lib. 8. ad ann. 831. §. 62.* et BARONIO *ad ann. 831. n. V. ſqq.* Edidit hunc in finem librum de *ordine Antiphonarii*, qui *bibliothecæ patrum tom.*

tom. XIV. p. 1082. inſertus eſt. Antiphonæ, quod obiter addo, denotant *canticum eccleſiaſticum altermum, qui ab vtraque parte chori alternatim cantatur*, de quo ritu vid. B. BVDDEVS *in parergis hiſtorico-theol. p. 136.* Primus, qui eiusmodi *antiphonarium* conſtrueret, et peculiari ordine præſcriberet, fuit GREGORIVS M. cuius ANTIPHONARIVM adhuc inter eius opera extat. Tantæ molis fuit, Romanum condere cantum!

§. CI. Equidem CAROLVS M. vt eo rectius animos aſſuefaceret ad cantus latine recitandos, et ſimul officia ſacra cum clero peragenda, in ſingulis monaſteriis et epiſcopiis *ſcholas* inſtituit, in quibus pueri *pſalmos, notas, cantus, computumque diſcerent*, vid. *capit. Aquisgr. de anno 789. c. 72.* et ita ſtatim ab ineunte ætate tum legendi prima rudimenta, tum modum canendi caperent. Quis vero crederet, ita defectui huic proſpectum fuiſſe? Superſtitio, quæ Iudæos infecit, vt in ſynagogis ſuis cantum antiquum retineant hebraica vel rabbinica lingua, a paucioribus intellecta, a ſanioribus merito reprobatur. Simili imprudentia et ſuperſtitione ducti ſunt maiores noſtri, cantui latino, in horis canonicis, tam ſollicite et ſcrupuloſe inhærentes, actumque eſſe de ſalute Græciæ exiſtimantes, ſi Romanum morem deſererent. Interfuit forſan pontificis, ne patrio idiomate horæ canonicæ canerentur. Latina in eccleſiis Romanis vſitata erat, vt patria, vt vernacula. Romana *caput* et *mater* ceterarum per *occidentem* conſtitutarum eccleſiarum dici deſiderabat, contendebatque, ea de cauſa omnes ceteras eccleſias ſeſe componere debere ad obſeruantiam eccleſiæ Romanæ. Non nata eſt hæc opinio demum tempore CAROLI M. Imo iam tunc quidem adeo inueterata erat, vt CAROLVS, in minutiſſimis etiam ad *fontem* ſeu *matrem* ſibi recurrendum eſſe, crederet. Iam ſeculo IV. id egerunt pontifices, vt hanc opinionem credulo orbi inſinuarent, quod vel INNOCENTII I. *epiſtola ad Decentium, Eugubinum epiſcopum*, docet. Salutem eccleſiarum, vnitate fidei connexarum, id deſiderare docebant, qui ſalutem eccleſiæ in *hierarchiæ* propagatione et conſeruatione collocabant, non in *ædificatione populi.* Quærebant vicarii Chriſti, non quæ Chriſti, ſed quæ ſua erant. Interim miſera plebecula, hiſce ludibriis cleri decepta, ab omni fere exercitio cultus diuini excludebatur, et horas canonicas deſerebat. Quis enim ab iis requiſiuiſſet, vt tanquam *κωφὰ πρόσωπα* iis intereſſent? Vix impetrari poterat, vt canonici, ceterique, qui choro interſunt, latini ſermonis aliquem intellectum haberent. Plerique

Parum proſpectum eſt eccleſiæ per receptionem cantus, Romano more peragendi.

Digitized by Google

rique pſallebant ſine intellectu, imo adhuc ita pſallunt. Quis itaque negaret, in *opus operatum* horas canonicas degeneraſſe, quæ ex primo inſtituto debebant eſſe *horæ precatoriæ quotidianæ?*

Maxime cum lucri gratia fiant,

§. CII. Accedit, quod illæ fiant a plerisque *lucri gratia*, non ex *feruore pietatis.* Effectus teſtantur de cauſa. Non ita profanandum erat nomen diuinum. Audi AVGVSTINVM in *Pſ. 146. Vis recte pſallere? non ſolum vox tua ſonet laudes DEI, ſed opera tua concordent cum voce tua. Vis, vt DEO tua iucunda ſit laus? noli bonæ cantilenæ tuæ obſtrepere malis moribus. Plus ille attendit, quid vivas, quam quid ſones.* Aſt hoc vſu non eſt receptum. Canonici raro amplius vacant horis canonicis: vicarios habent, qui non eliguntur ob *mores* et *vitæ integritatem*, ſed ob *nummos*, *affectionem*, alioſque affectus prauos. Ita totum hoc pietatis negotium in commercium abiit! Et tamen, quod dolendum, nec hoc in eccleſis cathedralibus eccleſiarum proteſtantium emendatum eſt, nec tamdiu ſpes emendationis ſupereſt, quamdiu horæ canonicæ non ad gloriam DEI, ad culturam pietatis, et cultum diuinum, ſed propter *quæſtum* et *lucrum* obſeruantur, quod horrendum dictu eſt, vt, qua ratione excuſari queat, nullus videam. Obſeruauit hunc defectum ſatis B. LVTHERVS, ſed emendare non potuit. Non inepte *tom. II. Ien. Germ. fol. 292.* iudicat, potius tales ineptos cantores ad ſuile ablegandos eſſe. Unſere Geiſtliche, die weder beten, lehren, noch lernen GOttes Wort, ſondern mit Menſchen-Geſetzen ſich martern, und im Chor murren und heulen, thäten beſſer, daß ſie dieweil der Säue hüteten im ehrlichen Stande. Et in *tr. de captiu. Babyl. In templis ſunt et geruntur quæſtus et proſperrima negotia. Hic boantur ac murmurantur horæ canonicæ, ſic tamen vt nunquam orentur.* Vtinam itaque ſapientiſſima intentio MAXIMILIANI II. quam in *conſtit. de anno 1575.* apud GOLDASTVM *tom. III. conſtit. imper. fol. 576.* prodidit, in effectum deducta fuiſſet, qui ita cenſuit: *Imprimis nihil magis in votis habuimus et habemus, quam vt veteris eccleſiæ officium et cantus reſtaurentur; pſalmi et hymni integri, quemadmodum a ſanctis patribus præſcripti ſunt, non mutilati, non confuſi, nec male conſarcinati a clericis in choro decantentur. Sed et hoc nobis ſemper a pietate non abhorrere viſum eſt, vt pſalmi et hymni a viris piis et Spiritu S. inſtinctis VERNACVLO CARMINE compoſiti, decenter, moderate, et attente choro præcinente, ad plebis et laicorum ædificationem et deuotionem in templo perſonent.*

§. CIII.

Digitized by Google

§. CIII. Quid ergo, ais, impedit, quo minus a principe hæc emendentur, et, vt cantus horarum canonicarum *vernaculo ſermone* fiant, imperetur? Sed non deſunt *impedimenta*. In plerisque eccleſiis *cathedralibus* et *collegiatis* adhuc adſunt catholici canonici, quibus imperari nequit, vt contra morem Romanum agant. Relinquenda hodie omnia ſunt, ſecundum inſtrumentum pacis, in eo ſtatu, in quo fuerunt anno 1624. et quia his nefas eſt, in alio, quam *latino ſermone* horas canonicas peragere, princeps *ius reformandi*, quod ipſi ratione territorii competit, ad hæc ſacra extendere nequit. Amplio-rem habet poteſtatem circa capitula, quæ tantum e canonicis proteſtantibus conſtant. In hæc ius reformandi libere exercet, niſi *pacto publico* prohibeatur. Equidem ſtatuta capitulorum a principe confirmantur; ſed *ſaluo iure confirmantis*, nec princeps confirmans ſe *confirmatione hac* iuri reformandi abdicat, cum aliud ſit, ſtatus collegiorum confirmare, vt valeant vi *legis publicæ* inter collegas; et aliud, ſe adſtringere, quod nullo modo ea corrigere, emendare aut reformare velit, id quod ſane confirmatione hac non continetur, prout dixi *P. I. lib. 1. tit. 20. §. 8. ſeqq.*

Impedimenta, quæ hodie reformationi in cantu obſiſtunt.

Facilius reformatio ſperari poteſt quoad capitula, in quibus nulli alii quam proteſtantes ſunt canonici.

§. CIV. Pergo ad officia canonicorum *ſpecialia*, quæ iis, qua talibus, incumbunt, et ad quæ laici concurrere non poſſunt. Atque hæc illa ipſa ſunt, quæ alias *clericis*, qua talibus, ſunt demandata. Variant vero pro diuerſitate munerum, quibus decorati ſunt. Sunt enim alii *presbyteri*, alii *diaconi*, alii *ſubdiaconi*. Rurſus alii ſpecialia adhuc munia obtinuere ex priſtino inſtituto, quod quidam *ſcholaſtici*, quidam *theſaurarii*, quidam *cuſtodes*, quidam *primicerii* etc. Porro quidam dicuntur ſpeciatim *capitulares*, qui votum et ſeſſionem in *capitulo* habent, quidam ſimpliciter *canonici* audiunt, quod eo voto adhuc careant. De officio clericali presbyterorum, diaconorum etc. iam ad *librum I.* dixi. Illud ſaltim adhuc addo, officium canonicorum olim vnice non conſtitiſſe in horis canonicis pſallendis, nec ob has eorum collegium eſſe collectum. Dictum iam ſupra, eos fuiſſe *ordinarium clerum eccleſiæ cathedralis*. Ratio viuendi tantum per CHRODOGANGVM mutata, non ſtatus. Inde cenſuere patres Tridentini *ſeſſ. VIII. c. 12. in eccleſiis præſertim cathedralibus omnes canonicatus debere habere annexum, aut ordinem presbyteri, aut diaconatus, aut ſubdiaconatus, ita tamen, vt dimidia ſaltim pars presbyteri ſint, ceteri vero diaconi et ſubdiaconi.* Nihil hic noui ſtatutum, ſed ius antiquum revocatum. Vtinam vero etiam praxis antiqua reuocata fuiſſet! Olim *presbyteri*

Officia canonicorum ſpecialia variant pro diuerſis eorum ordinibus et muneribus.

Digitized by Google

byteri canonici in miſſis legendis occupati erant, quod proprium *ſacerdotis* munus, vt contra SCHOOCKIVM liquidiſſimis oſtendit argumentis ANTONIVS MATTHAEI *lib. II. de nobil. c. 39.* Diaconi et ſubdiaconi ſimiliter munia ſua implebant. Nec cura animarum deferebatur, aut alia clericorum ſparta, erroneo licet cultu inquinata. Hinc omnes canonici *clerici*, et certo ordine adſcripti, ſine quo nulla vox illis in capitulo, ne quidem hodie, quamuis curam animarum depoſuerint.

Canonicorum ſtatus proprie non eſt ſcholaſticus.

§. CV. Quæ cum ita ſint, errat magnopere IO. HIMMELIVS *tr. de canonicatu c. 2.* definiens *canonicatum*, quod ſit *ſtatus ſcholaſticus, a principibus N. T. chriſtianis deuotione et intentione pia inſtitutus et fundatus, vt eſſet primario eccleſiæ, ſecundario reipublicæ ſeminarium, plantarium atque promtuarium, ex quo eruditi viri ac iuuenes depromi ac deſumi poſſent, qui vel eccleſiæ vel reipublicæ operam nauarent vtilem ac neceſſariam.* Tota eius meditatio huc redit, collegia canonicorum initio nihil aliud fuiſſe, quam *ſtudioſorum ſcholas, in quibus iuuentus eruditebatur*, vt *§. 4. cit. cap.* ait, illuſtratque. Hunc vero in finem hæc collegia *primario* non fuiſſe coadunata, ſupra dixi. CHRODOGANGI intentio fuit, clerum ita coadunatum ſtrictioribus adſtringendi regulis, vt integerrimis viueret moribus. Poſteri idem inſtitutum imitabantur, nec inter alios, quam qui ex clero erant, hæc viuendi ratio recipiebatur. Interim etiam in his collegiis *ſcholæ* aperiebantur, ſed non omnes canonici erant ſcholaſtici. Vnus tantum *ſcholaſtici munus* gerebat, et quidem is vtplurimum, qui diaconi ordinem receperat, obſeruante MATTHAEI *cit. l.* Sub hoc erat rector ſcholæ, aliique præceptores. Nec negauerim, prout ſupra obſeruaui, in his ſcholis *iuniores canonicos* inſtructos fuiſſe, cum etiam tractu temporis iuvenes clericatui deſtinarentur. Sed non proprium canonicorum officium fuit, ſcholis præeſſe et intereſſe: id vnice ad curam *ſcholaſtici* pertinebat, qui præterea etiam munera clerici obibat. Neque enim implicabat, erudire iuuentutem, et eccleſiaſtica peragere munia. Breviter, fuere ſcholæ in collegiis hisce canonicorum, ob has tamen primario collegium hoc non fuit inſtitutum, adeoque minus recte ſtatus eorum dici poteſt *ſcholaſticus*.

Recte tamen potuere converti tempore reformationis in collegia ſcholaſtica.

§. CVI. Interim, poſtquam *tempore reformationis* plerique officia clericis propria deſeruerant, recte potuere pii reformatores canonicis *curam ſcholarum* iniungere, præſertim miſſis abolitis, et cura animarum aliis iam commiſſa. Id factum eſt in *ordin. eccleſ. Brunſuic.*

de

Digitized by Google

de anno 1543. in qua leges hæ canonicis præſcriptæ ſunt: Jn den Dómen tho Brunſchwig ſchólen alle Canonici verordnet werden tho Chriſtlicken Ampten, unde Beholden alſo alle Jnkament, nemand (na affgande diſſer Canonicken de nu bliven) ſchal angenamen werden tho den Prebenden, de nicht gelehrt und dúchtig is tho ſúlcken Amte. Dar ſchall mit erſte eine ſunderlicke Schole upgerichtet werden, darhen de Joget werde gedan, de in den andern Scholen nich mehr lehren kan. Jn der Scholen ſchalen drey Canonici Magiſtri artium ſeyn, Rector, Subrector und Cantor, den ſchal man veer oder mehr Schoolgeſellen tho ſchicken, und ſe na Werde von Kercken-gúdern darſúlveſt beſolden. Se ſchalen ſick in de claſſes in de Stunden und lection der Dialecticæ, Rhetoricæ, principiorum aliquot Mathematices, Arithmeticæ, (doch dat de Grammatica ſtedes neven met repetiret werde, und geóvet, mit epiſtel ſchrieven, und carmina macken, und latin reden ꝛc.) alſo ſchicken, dat idem ſúlveſt nich beſchwerlick und der ſynen geſchickeden Joget verſúmelick ſy, dat me de Joget darin ſyn thogerichtet, in ene bewerde Vniuerſität ſenden kan, dar kónn ſe danne mehr lehren und uhtrichten in tween Jahren, denn andere Knaben, de nich vorher gelehret hebben, in teyn Jahren. Rationem catechismi und etwas uht der Hilgen Schrifft, ſchal man mit den Knaben repeteren, up einen ſundern Dag in der Wecken. Jn der Schole ſchal ock ſyn ein canonicus græcus lector, und ein canonicus hebraicus lector. Ein canonicus ſchal ſyn prædicator, twe canonici ſchalen ſyn Theologiæ lectores, dar ein iewelick ſchal twe mal in der Wecken latiniſch in der Hiligen Schrifft leſen, des Morgens, wenn man dar nich predicket. Jn der Predicke, und beſondern in de lection, ſchalen ſchuldig ſyn alle canonici tho kamende. Dat is dat rechte capitulum, von Oldes alſo genómet, dar man tracteret, nich ein gantz caput ſanctæ ſcripturæ, ſundern allene (ſo vele id de Stunde lyden will) ein capitulum, i. e. partem capitis vnius, alßo de Papen in óhren horis ein capitulum leſen, doch leider aus Uhteginge, ſo kónn mit einem Deo gratias davan kamen. Davan heiten ſe canonici a canonica ſcriptura, alßo de olden Doctores de Hilge Schrifft nómen. Dat ſint ock horæ canonicæ, de Stunden, in welcken werd geleſen und tracteret canonica ſcriptura. Overſt in diſſen letzten tyden hefft de Antichriſt met ſynen gottloſen Biſchófen und Dómpapen ſúlcke gottlicke Rahmen in enen ſchendigen und ſpóttiſchen Misbruck gebracht, und loſe Papen und volle Búcke daruht gemacket. De prædicator mit den

beeden Theologen, ſchölen die overſten Superintendenten ſyn, de richten ſcholen de Leere, ſo etlicke prædicanten verklaget werden, der valſchen Leere edder Unwetenheit halven. Tho dem ſchal man ſenden alle erwehlende prædicanten, dat ſe de examineren, und Chriſtlick ordineren. Ken prædicante edder Scholmeſter ſchal angenamen werden, de nich ſchrifftlick Tugnis hefft von em. Diſſe ſcholen Macht hebben tho citern und tho vordern dejenen, de umme der Leere willen verklaget werden, und de Schuldigen und Ungehorſamen, ſo ſe ſick nich bekehren willen, vam Amte auffthoſettenden, fürder ſchal ſick ere iurisdiction nich erſtrecken. Additur porro, *conſiſtorium* ex his canonicis eſſe erigendum, quod per totum ducatum ſeſe extendat. Quatenus vero hæc ordinatio in effectum et obſeruantiam ſit deducta, in annotatione ſubiecta ſubiungitur, ex qua apparet, rem in nudis terminis *conſilii* fere permanſiſſe. Ita in terris proteſtantium tot conſilia de reformando ſtatu *canonicorum* fere in fumum abierunt.

Cum canonicis quodammodo conueniunt ordines militares.

§. CVII. Denique ab inſtituto meo haud alienum erit, canonicis adiungere *ordines militares*, qui illos in plurimis referunt, pariaque cum illis in multis iura habent. Equidem ſtatus eorum magis *monaſticus*, quam *clericalis*, qualis eſt *canonicorum*, eſſe videtur. Initia eorum id aperte produnt, imo etiam adhuc hodie *tribus votis monaſticis* obſtringuntur. vt fuſius docet ANDREAS MENDO *de ordinibus militar. diſquiſit. IV. V. et VI.* Magis tamen *canonicis regularibus*, quorum inſtitutis viuunt, æquiparari malunt, quamui *ſeculares canonicos* in eo ſequantur, quod *in commune* haud viuant. Ceterum ad inſtar canonicorum *præbendas* ſeu *commendas* poſſident. proprium conſtituunt capitulum, magiſtro ſuo, vel præceptori aliisque commendatoribus ſubſunt, ceu canonici epiſcopo, vt reuera magis *canonicos* referre, quam *monaſticam vitam* profiteri videantur. Et cum plura de *præbendis* infra *tit. V.* dicenda ſunt, quæ etiam ad *commendaturas* applicari poſſunt, conuenientius viſum fuit, de his *præſenti titulo* agere, et ſtatum eorum perluſtrare, quamuis infra demum de *monachis* agendi campus mihi aperietur, vbi etiam de *canonicis regularibus*, quibus plerique ordines accedere geſtiunt, quædam addenda ſunt.

Ordines orti ſunt in Palæſtina, ex ſuperſtitioſis peregrinationibus,

§. CVIII. *Ordines* hi *militiæ ſacræ*, vt vocantur, primum in Palæſtina ſeu *terra ſancta* nati ſunt, tres ſcilicet celebriores, *Templariorum*, *Hoſpitaliorum*, et *Teutonicorum*, ad quorum imitationem plures poſtea, quaſi riuuli quidam, conditi ſunt. Prima occaſio ſuperſtitioni eorum, qui ſeculo XII. vixerunt, adſcribenda. Palæſtina ſeu terra ſancta

Digitized by Google

ſancta non tantum *inris chriſtianorum* eſſe credebatur, ſed adeo in pretio habebatur, vt ex omnibus vndique terris peregrinationes ad eam fierent, vel ex *voto*, vel alia deuotione. Palæſtra hic erat, in qua Saluator mundi ante tot ſecula ſalutem hominibus annunciauerat, ſanguine ſuo acquiſiuerat, et reſurrectione glorioſa corroborauerat. Ea tunc ſuperſtitio inuaſerat orbem, vt, qui ad *ſepulcrum Chriſti* peregrinationem ſuſciperet, aliaque loca ſacra inuiſeret, non tantum *remiſſionem peccatorum*, ſed etiam *inſigne* aliquod *meritum* acquiſiuiſſe videretur. Inter hos quoque ſeculo XI. inclaruit PETRVS eremita, qui peregrinationis voto tractus circa finem ſeculi XI. Hieroſolymam peruenit, familiaritatemque cum SYMEONE patriarcha contraxit, atque miſeriam terræ ſanctæ animaduertens, promiſit patriarchæ, ſe occidentis incolas in auxilium inuitaturum eſſe, in quo viſione quadam diuina, ſi credere fas eſt, confirmatus dicitur. Redux factus literas patriarchæ Hieroſolymitani fideliumque eius loci papæ VRBANO tradit, viſionemque, ſi vera eſt fabula, pontifici refert. Hac vſus occaſione pontifex anno 1095. apud Clarum montem, ciuitatem Aruerniæ, habuit concilium, et ad *expeditionem* hanc *ſacram vel quaſi* omnes invitauit, præmiaque cœleſtia, vt diſpenſator diuini theſauri, liberaliter promiſit. PETRVS, fax et tuba huius expeditionis, ſuis prædicationibus et figmentis promouit inſtitutum, vt demirandum ſit, tanta ſuperſtitione occœcatum fuiſſe orbem chriſtianum, vt monacho fidem haberet. Sed *myſtis atque poëtis quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.* Mox plurimi ſuperſtitione ducti peregrinationem in terram ſanctam vouerunt, et, confluxu hominum cruce ſignatorum ingenti facto, in Palæſtinam irruperunt, varia fortuna cum Turcis dimicantes. MATTHAEVS PARISIENSIS *in hiſtor. Angl. ad ann. 1095. p. 18. ſqq.* Fata eorum, qui hanc expedionem ſuſceperunt, recenſent plenius ſcriptores collecti a IACOBO BONGARSIO, *ſub tit. geſta Dei per Francos*, quibus iungendi ſunt BLONDELLVS *dans l'hiſtoire de la Croiſade*, et MAIMBOVRGIVS *dans l'hiſtoire de la Croiſade.* Sine dubio pia fraude vſus eſt PETRVS ille eremita, vt VRBANI II. conſilia arcana promoueret. Cum enim huic Romæ conſiſtere denegatum eſſet, CLEMENTE III. ſedem tenente, callido hoc commento vſus eſt, et audacia quadam illuſtri inclareſcere ſtuduit, tum vt, fatente GVILIELMO MALMESBVRIENSI *lib. IV. citramontanas ad ſui reuerentiam ſollicitaret eccleſias; tum vt in tanto tumultu facilius ſedem Romanam occuparet.* Non diſſimulauit conſilium VRBANI II. SIGONIVS *lib. IX. de regno Ital.* et, *Vrbanus*, ait, *non tam ad pietatem inſignem, quam ad gloriam futuri temporis illuſtre ſplendidumque futurum, ad Hieroſolyma, qua*

& promotione Petri eremitæ.

Fata expeditionum in terram ſanctam.

a Saracenis longo iam tempore tenebantur, recuperanda traduxit animum. Neque denique omnes, qui hanc expeditionem faciebant, *deuotione* tacti erant: plures aliæ causæ particulares erant, quamuis *larua pietatis* semper indueretur. Conf. CHEVREAV *hiſtoire du monde P. II. c. 2. p. 39.*

Prima initia ordinis hoſpitalariorum recenſentur.

§. CIX. Inter has peregrinationes et expeditiones *cruce ſignatorum, tria* illa *ſodalitia illuſtria militaria* nata ſunt. Originem et occaſionem horum trium ordinum diſtincte refert IACOBVS DE VITRIACO, ſcriptor ſeculi XII, qui ipſemet expeditionem in terram ſanctam prædicationibus hinc inde commendauit, pluresque cruce ſignauit. Hic ipſe *in hiſtor. Hieroſolym.* quam BONGARSIVS *collectioni* ſuæ *p. 1051. ſeqq.* inſeruit, *c. 64.* initii circumſtantias his recenſet verbis: *Hoſpitale ſancti Ioannis a tempore Surianorum et Græcorum, cum adhuc ſub Saracenorum dominio ciuitas ſancta captiua teneretur, initium habuit in hunc modum. Licet temporibus illis totam terram promiſſionis Saraceni peccatis exigentibus occupaſſent, multi tamen chriſtiani, de genere Surianorum, patriam ſuam deſerere noluerunt, ſed extremis conditionibus afflicti, et iugo duræ ſeruitutis oppreſſi inter Saracenos habitabant. Princeps autem Ægyptius, qui vniuerſas regiones a Laodicæa Syriæ vsque ad extremam Ægypti ciuitatem Alexandriam poſſidebat, quartam ciuitatis Hieroſolymitanæ portionem ex parte dominici ſepulcri Surianis et patriarchæ eorum, ſub annuo tributo, ad habitandum conceſſerat: alias autem tres portiones inhabitabant Saraceni. Vnde ex occidentalibus regionibus plerumque ad terram promiſſionis veniebant chriſtiani quidam, cauſa negotiationis tracti: alii cauſa deuotionis et peregrinationis cum magno periculo, dato Saracenis tributo, loca ſancta viſitabant: inter quos quidam de Longobardis et maxime Amalphitani, de ciuitate ſcilicet Amalphia, quæ non niſi ſeptem milliaribus diſtat ab egregia ciuitate Salerno, quia merces peregrinas afferebant, et principem Ægyptium tributis et muneribus ſibi beneuolum et placatum reddiderunt, apud ipſum optimas inuenerunt conditiones. Vnde ab ipſo principe facile obtinuerunt, vt in honorem beatæ Mariæ prope eccleſiam ſepulcri dominici, quantum vix iactus eſt vnius lapidis, eccleſiam Latinorum conſtruerent: eo quod Suriani Græcorum conſuetudines et inſtituta in diuinis officiis penitus obſeruabant: Vnde etiam vsque in hodiernum diem prædicta eccleſia dicitur eccleſia SANCTAE MARIAE DE LATINA. Latinum enim abbatem et monachos, more Latinorum diuina celebrantes, in ea inſtituerant. Tempore autem procedente extra ſepta monaſterii, in quo mulieres peregrinas recipere eiusdem loci monachi inhoneſtum reputabant, aliud ordinauerunt monaſterium in honorem beatæ Mariæ Magdalena,*

lenæ, et ſorores mulieres religioſas, quæ peregrinis mulieribus latinis in prædicto loco miniſtrarent, et eas in hoſpitio reciperent. Poſt hæc vero, confluente peregrinorum multitudine, cum prædicta monaſteria ad recipiendos omnes pauperes afflictos et infirmos non ſufficerent, iuxta eccleſiam ſuam prædictus abbas et monachi, ad opus infirmorum et egenorum, hoſpitale et capellam in honorem S. IOANNIS ELEEMONIS *in eodem loco conſtruxerunt. Hic vir ſanctus, Deo placens, et per omnia commendabilis, Cyprius fuit natione, et meritis ſanctitatis exigentibus, ad patriarchatum Alexandrinum fuit vocatus. Et quoniam in eleemoſynis et in aliis operibus pietatis ſingulariter præcellebat,* ELEEMON, *i. e. miſericors eſt appellatus. Et quoniam a principio prædictum xenodochium ſeu hoſpitale S. Ioannis reditus vel alias poſſeſſiones non habebat, de fragmentis ſeu reliquiis menſarum utriusque monaſterii, et de quibusdam eleemoſynis fidelium, abbas de Latina, ad quem illud hoſpitale ſpectabat, pauperibus et infirmis faciebat prouideri. Poſtquam autem diuinæ placuit pietati, vt ciuitatem redemtionis noſtræ per ducem* GODEFRIDVM, *et alios Chriſti fideles, ab impiorum dominio liberaret, et eam cultui reſtitueret chriſtiano, vir quidam ſanctæ vitæ et probatæ religionis* GERARDVS, *qui longo tempore de mandato abbatis in prædicto hoſpitali pauperibus deuote miniſtrauerat, adiunctis ſibi quibusdam honeſtis et religioſis viris, habitum regularem ſuſcepit, et veſtibus ſuis albam crucem exterius affigens in pectore, regulæ ſalutari et honeſtis inſtitutionibus, facta ſolemniter profeſſione, ſe ipſum obligauit. Cui etiam mulier quædam* AGNES *nomine, Romana natione, nobilis carne, ſed nobilior ſanctitate, quæ in monaſterio mulierum vicem geſſerat abbatiſſæ, in miniſterium pauperum adiuncta eandem regulam et humilitatis habitum votiue ſuſcepit. Prædicti igitur fratres humiliter et deuote Domino ſeruientes, et infirmis pauperibus de paupertate ſua diligenter miniſtrantes in agro, qui dicitur Acheldemah, mortuos ſuos ſepeliebant etc. Abbati autem S. Mariæ de Latina, qui prædicti hoſpitalis principium extiterat, et tam ipſos quam infirmos eorum de propria menſa diu ſuſtentauerat, obedientiam et reuerentiam, quamdiu pauperes fuerant, non negauerunt: primum paupertatis ſuæ patronum et coadiutorem eorum, et loci apud dominum protectorem beatum Ioannem Eleemona deuotiſſime veneranter, et ipſum dominum et aduocatum ſuum confitentes; Domino etiam atque patriarchæ Hieroſolymitano deuote obedientes, de bonis ſuis decimas, ſecundum ſacros canones et vtriusque teſtamenti præcepta, abſque contradictione reddebant. Orationi autem vacantes, vigiliis et ieiuniis ſe ipſos affligentes, operibus miſericordiæ affluentes, parui ſibi*

ſibi et auſteri, pauperibus autem et infirmis, quos dominos ſuos appellabant, largi et miſericordes exiſtebant etc. Et quoniam Deus erat cum eis, ab omnibus amabantur. Vnde factum eſt, quod in omnem terram chriſtianorum exiuit ſonus eorum, et in fines orbis terræ forma ſanctitatis eorum. Et quoniam ex omni natione, tribu et lingua, poſt terræ ſanctæ liberationem, Chriſti fideles ſepulcrum Domini viſitaturi Hieroſolymis confluebant, largitione principum et eleemoſynis fidelium, modico tempore adeo ditati ſunt, quod ab vniuerſis occidentalibus prouinciis reditus copioſos colligentes caſalia ſibi et oppida, tanquam terræ principes comparantes, ditioni ſuæ ſubiecerunt.

Qua ratione ordo hic creverit, et militaris factus fuerit?

§. CX. Hoc modo coaluere *fratres hoſpitalarii* et *ordinis Ioannitici*, vt vocantur, quorum inſtitutum ab initio magis *monaſticum*, quam *militare* fuit. Poſtquam vero anno 1099. duce GODOFREDO Hieroſolyma eſſet capta, cuius obſeſſionem prædictus GERARDVS re et verbis promouerat, GODOFREDI liberalitate et priuilegiis, et reditibus magnopere ditati ſunt. Acceſſit papæ PASCHALIS II. ordinis confirmatio, et exemtio ab omni epiſcopali iurisdictione, qui etiam fratribus hoſpitalariis poteſtatem dedit, eligendi ex ſuo ordine *magiſtrum*, ne ab abbate *S. Mariæ de Latina* amplius dependere cogerentur. Denique poſtquam anno 1118. templarii coaluere, quibus *militia ſacra* imprimis pro ſcopo erat, etiam *prædicti hoſpitalis fratres, ad imitationem fratrum militiæ templi armis materialibus vtentes, milites cum ſeruientibus in ſuo collegio receperunt*, vt ait IACOBVS DE VITRIACO *cit. loc.* Conf. AVBERTVS MIRAEVS *in orig. ord. equeſtr. lib. 1. c. 2.*

Initia templariorum referuntur.

§. CXI. Eadem fere occaſione *ordo equeſtris templariorum* coaluit, cuius ortus admodum tenuis fuit, ſed progreſſus inſignes fecit, vt omnium inuidiam in ſe concitauerit, quæ eidem etiam tandem interitum dedit. Circumſtantias originis idem cardinalis IACOBVS DE VITRIACO *lib. 1. c. 65. hiſtor. Hieroſol.* ex TYRII *hiſtor. lib. XII.* refert, et, *his ita geſtis*, ajt, *procedente tempore cum omnibus mundi partibus diuites et pauperes, iuuenes et virgines, ſenes cum iunioribus loca ſancta viſitaturi, Hieroſolymam pergerent, latrunculi quidam, et raptores, et viarum publicarum prædatores incautis peregrinis inſidiantes, multos ex ipſis ſpoliabant, quosdam autem trucidabant. Quidam autem DEO amabiles et deuoti milites charitate feruentes, mundo renunciantes, et Chriſti ſe ſeruitio mancipantes, in manu patriarchæ Hieroſolymitani, profeſſione et voto ſolenni ſeſe adſtrinxerunt, vt a prædictis latronibus et viris ſanguinum defenderent peregrinos, et*

ſtratas publicas cuſtodirent, more canonicorum regularium in obedientia et caſtitate, et ſine proprio, militaturi ſummo regi. Quorum præcipui extiterunt viri venerabiles et amici DEI, HVGO DE PAGANIS et GAVFRIDVS DE S. ALDEMARO. *In hoc autem tam ſancto propoſito non niſi novem fuerunt ab initio.*

§. CXII. Duo hic obſeruo, (I) eos, qui hoc ſodalitium inierunt, ab initio admodum *paucos*, imo adeo *pauperes* fuiſſe, vt prædicti duo viri tantum *vnum ſolum dextrarium*, h. e. equum, *habuerint; vnde propter primitiuæ paupertatis memoriam, et ad humilitatis obſeruantiam, in ſigillo eorum inſculpti ſunt duo, vnum equum equitantes*, vt verbis vtar MATTHAEI PARISIENSIS in *hiſtor. minor. ſeu chronico*, in fine *hiſtoriæ maioris* adiecto, vbi ſimul etiam ipſum *ſigillum ordinis* exhibetur. Hæc ſine dubio ratio eſt, quod in *præfatione* concilii Trecenſis, anno 1128. habiti, dicantur *pauperes commilitones templi*: (II) *Canonicorum more* eos ab initio vixiſſe; vnde etiam in prædicto concilio horis primum canonicis ſubiecti fuerunt. Cum vero abeſſent ſæpius, vel bellicis negotiis implicarentur, mox loco *horarum canonicarum* iis certus et definitus orationum dominicarum numerus præſcriptus iniunctusque eſt.

Templarii ab initio pauci et pauperes fuerunt:

more canonicorum viuere.

§. CXIII. De *progreſſu* huius ordinis prædictus IACOBVS DE VITRIACO *cit. l.* ita pergit: *Talibus autem vtentes veſtibus, quales eis in eleemoſyna largiebantur fideles, nouem annis in habitu ſeculari ſeruierunt. Rex autem et eius milites viris nobilibus, qui omnia pro Chriſto reliquerant, compatienter vna cum domino patriarcha, de rebus propriis eos ſuſtentabant, quadam beneficia et poſſeſſiones eisdem poſtea pro remedio animarum ſuarum conferentes. Et quoniam propriam nondum habebant eccleſiam, neque certum domicilium, dominus rex in parte quadam palatii ſui, iuxta templum Domini eisdem ad tempus habitaculum conceſſit. Abbas autem et canonici templi Domini plateam, quam habebant iuxta regis palatium, ad opus officinarum eis tradiderunt. Et quoniam iuxta templum Domini manſionem habuerunt, fratres militiæ templi poſtea, vt dicitur, ſunt appellati. Cum autem annis nouem in hac profeſſione et ſancta paupertate communem vitam ducentes concorditer et quaſi vnius moris in domo permanſiſſent, anno gratiæ 1128. de mandato domini papæ* HONORII, *et domini* STEPHANI *Hieroſolymitani patriarchæ, inſtituta eſt eis regula* (ſcilicet B. AVGVSTINI) *et albus habitus abſque aliqua cruce aſſignatus. Hoc autem factum eſt in concilio generali, apud Trecas ciuitatem Campaniæ celebrato, ſub domino Albanenſe epiſcopo, apoſtolicæ*

Progreſſus ordinis templariorum.

Digitized by Google

ſtolicæ ſedis legato, præſentibus Remenſi et Senonenſi archiepiſcopis, et Ciſtertienſis ordinis abbatibus cum multis aliis eccleſiarum prælatis. Poſt hæc vero tempore domini EVGENII papæ cruces rubeas veſtimentis ſuis exterius affixerunt, veſtes albas in ſignum innocentiæ deferentes; per cruces autem rubeas martyrium deſignantes, eo quod ſanguinem proprium, ſecundum inſtituta regulæ, pro defenſione terræ S. effundere ſunt profeſſi, et CHRISTI crucis inimicos viriliter expugnando a Chriſtianorum finibus propellere, et ad nutum et mandatum eius, qui præeſt militiæ, non impetuoſe neque inordinate, ſed prudenter, et cum omni cautela ad prælia procedendo, primi in progrediendo, in regrediendo poſtremi. Nec eſt eis licitum, terga fugiendo dare, vel ſine mandato reuerti. Et quoniam ſtrenui et fortes CHRISTI milites, tanquam alteri Machabæi, de viribus ſuis non præſumentes, ſed in virtute diuina ſpem omnem ponentes, et in cruce IESV CHRISTI ſummam habentes fiduciam, pretioſæ in conſpectu Domini morti corpora ſua pro CHRISTO exponebant, Dominus cum ipſis et pro ipſis pugnabat.

De diſciplina ordinis antiqua.

§. CXIV. De *diſciplina* ordinis antiqua hæc narrat: *Et quoniam religionis vigor absque diſtrictione diſciplinæ non poteſt obſeruari, viri religioſi et prudentes a principio ſibi præcauentes, et in poſterum prouidentes, transgreſſiones ſeu negligentias delinquentium fratrum nullo modo diſſimulare, vel impunitas præterire voluerunt; ſed quantitatem criminum et peccatorum circumſtantias circumſpecto examine diligenter ponderantes, a conſortio ſuo quosdam irreuocabiliter eiicientes, crucem rubeam auferebant* etc. Addit, moris fuiſſe, vt quandoque delinquentes ad condignam ſatisfactionem ad terram absque mappa cibum tenuem ſumerent, vel *carceribus temporalibus* aut *perpetuis* manciparentur.

Noui progreſſus huius ordinis.

§. CXV. Sub hac diſciplina *nouos* admodum *progreſſus* hic ordo fecit, quos prædictus AVTOR ita delineat: *Milites autem ex vniuerſo mundi non ſolum mediocres, ſed et duces et principes, eorum exemplo mundi vincula disrumpentes, et omnibus pro Chriſto renunciantes, ad eos confluebant: profeſſionis et religionis eorum cupientes eſſe participes, pompoſam mundi vanitatem et carnales delicias a ſe penitus relegantes, et tanquam ſtercora reputantes, Chriſti militiam et religionis humilitatem diuinitus inſpirati amplexabantur. Vnde modico tempore adeo multiplicati ſunt, quod in conuentu eorum plusquam trecentos equites, exceptis ſeruientibus, quorum non erat numerus, omnes albis chlamydibus indutos haberent. Amplis autem poſſeſſionibus tam citra mare, quam vltra ditati ſunt IN IMMENSVM; villas, ciuitates et oppida, exemplo fratrum hoſpitalis S. Ioannis*

Digitized by Google

nis possidentes, ex quibus certam pecuniæ summam pro defensione terræ S. summo eorum magistro, cuius sedes principalis erat in Hierusalem, mittunt annuatim.

§. CXVI. Denique adductæ expeditionum et peregrinationum circumstantiæ etiam produxere *ordinem fratrum Teutonicorum.* IACOBVS DE VITRIACO *cit. l. c. 66.* initia eius describit, et quasi ex prædictis compositum arbitratur. *Professionem*, ait, *et regulam et institutionem fratrum militiæ templi, tam in bello, quam in pace prorsus obseruant*, (adeoque se ad regulam S. AVGVSTINI tanquam canonici regulares componunt) *infirmos, peregrinos et alios nihilominus sicut fratres hospitalis S. Ioannis in hospitali suo, quod dicitur S. Mariæ Teutonicorum in Hierusalem, recipiunt, eisdem cum omni deuotione et pietate necessaria sufficienter ministrantes: domino patriarchæ et aliis ecclesiarum prælatis humiliter obedientes. Decimas autem integras ex omnibus bonis, quæ possident, secundum quod exigit ordo iuris et diuina institutio, reddentes, ecclesiarum prælatos non molestant. Hi autem quasi a modico et tenui fonte principium habentes in magnum fluuium excreuerunt, beata virgine Maria eorum aduocata, cui cum omni deuotione et humilitate seruiunt, eos tam in bonis spiritualibus, quam temporalibus subsidiis promouente et incrementum largiente. Cum enim ciuitas sancta post prædictam eius liberationem habitaretur a christianis, et multi ex Teutonicis et Alemannis, causa peregrinationis pergentes Hierusalem, linguam ciuitatis ignorarent, inspirauit diuina clementia cuidam religioso et honesto viro Teutonico, qui in ciuitate cum vxore sua morabatur, quatenus quoddam xenodochium de bonis suis construeret, in quo pauperibus et infirmis Teutonicis hospitalitatem exhiberet. Confluentibus autem ad ipsum, ratione commercii, linguæ et noti sibi idiomatis, de gente illa multis pauperibus et peregrinis, de consensu et voluntate domini patriarchæ quoddam oratorium composuit iuxta prædictum hospitale, in honorem beatæ Dei genetricis Mariæ. Longo autem tempore in magna paupertate, tam de bonis suis, quam de his, quæ colligebat ex fidelium eleemosynis, pauperes infirmos procurabat. Quidam autem, et maxime de gente Teutonicorum prædicti viri, charitatem et meritum attendentes, omnibus renunciantes, se et sua DEO et prædicto hospitali tradiderunt, ministerio pauperum, depposito seculari habitu, voto se adstringentes.*

Fratrum Teutonicorum initia referuntur.

§. CXVII. Procedente tempore, cum plures de equestri ordine se iis adiunxissent, sodales idem propositum *militiæ sacræ*, quod Templariis incumbebat, susceperunt, et strenue rem christianorum con-

Qua occasione augmenta statumque militarem assumserint.

Digitized by Google

contra Saracenos egerunt. Imprimis vero in *certum* et *peculiare fodalitium* coaluere anno 1190. occasione obsidionis Ptolemaidis, in qua militibus Teutonicis, contagione infectis, quidam Bremenses et Lubecenses, aliique opem ferebant, simul tamen militiæ gnauiter operam dantes. Adeo vero his operibus charitatis inclarescebant, vt de peculiari societate erigenda, qualis iam ante plures annos Hierosolymis inita erat, cogitarent. Hoc vbi innotuisset principibus Germaniæ, obsidionem Ptolemaidos strenue prosequentibus, placuit peculiarem ordinem potius ex nobilibus Germaniæ erigere, cuius institutum tum *prouisionem pauperum*, tum *defensionem rei christianæ* contra Saracenos, pro scopo haberet. Dictum, factum. Re enim ad pontificem COELESTINVM III. delata, confirmatione solenni anno 1191. illum roborauit, et sodalibus nomen *equitum Mariæ virginis*, *vel fratrum Teutonicæ domus* indidit, pallioque albo, nigra cruce insignito, eos decorauit, quo ipso inuidiam Templariorum sibi attraxerunt, quos tamen pontifex compescuit, referente RAYNALDO *in continuat. Baron. ad ann. 1222. n. 7.* Subiecti sunt regulæ AVGVSTINI ad instar *canonicorum regularium*, ita tamen, vt presbyteri eorum, quos *fratres clericos* vocant, tantum ad horas canonicas essent adstricti, equites vero ipsi loco earum *orationem dominicam* cum *aue Maria*, et *credo* quotidie orare iussi sint. Conf. IO. CASPAR. VENATOR vom teutschen *Marianischen* Ritter-Orden *c. 1.*

Varia horum trium ordinum fortuna in Palæstina.

§. CXVIII. *Fata* horum trium ordinum in terra sancta fuere *varia*. Insignem sæpe a Turcis cladem acceperunt: sed rursus non raro in cladibus, obsidionibus aliisque occasionibus hosti christiani nominis adeo graues fuere, vt, de his expellendis et abolendis, imprimis consilia agitauerint. Postquam vero anno 1291. vrbs Acri a SVLTANO esset capta, et hac clade simul omnis christianorum virtus, quæ per duo secula in oriente multo sanguine et sudore regnum quoddam construxerat, esset fracta, fratres horum trium ordinum locum natiuitatis suæ derelinquere, et alibi sedes quærere coacti sunt. Inde *Templarii* per omnem fere Europam sese dispersserunt et vsque ad inuidiam regum et aulæ Romanæ tot bonis aucti sunt, vt de iis prorsus delendis CLEMENS V. et PHILIPPVS pulcher, rex Galliæ, conspirarent, et inaudito plane exemplo propositum executioni darent. *Fratres ordinis Ioannitici* ad insulam *Cyprum* se contulerunt, et anno 1309. insulam *Rhodum* infestarunt, occuparuntque, et vltra duo secula contra Turcarum impetum defenderunt, vnde etiam postea nomen fortiti sunt.

Tandem Palæstinam relinquere coacti.

Tan-

Digitized by Google

Tandem cum iis Saraceni ſuperiores eſſent, CAROLI V. auſpiciis anno 1530. inſula MALTA iis obuenit, vbi adhuc hodie ſedem Magiſter ordinis magnus habet, et fratres, nomine der Maltheſer-Ritter, inde decorati ſunt, quamuis etiam in aliis regnis plura bona obtinuerint, adeo, vt in *octo linguas* olim diuiſi fuerint. Denique etiam *Teutonici* in patriam reuerſi ſunt, ibique plures Baliuias, commendaturas aliaque bona obtinuerunt, de quibus ad *tit. de præbend. et dignit.* ſpecialia eorum iura adducam, ſimulque eorum inſtituta, iura, præfectosque enarrabo.

§. CXIX. Idem ardor rei chriſtianæ inſeruiendi, et religionem armis propagandi, aut idololatras perſequendi, id quod eo tempore iuſtum piumque credebatur, in *occidente* quoque *plures ordines*, ad formam trium prædictorum, produxit, quos recenſet ALBERTVS MIRAEVS *in orig. equeſt. ordin. lib. I. c. 6. ſeqq.* Nam ſub INNOCENTIO III. circa initia ſeculi XIII. *fratres militiæ ſacræ* in Liuonia, qui *enſiferi*, die Schwerdt-Träger, dicti ſunt, extiterunt, forſan ad hoc propoſitum ſuſcipiendum inuitati exemplo ALBERTI, Liuonorum epiſcopi, qui non *docendo* eccleſiæ præfuit, ſed magis ad arma conuolauit, gladium contra infideles ſtrinxit, ſignaque intulit. Non parum inflammauit nobiles in Liuonia *fama Templariorum*, quos imitandos enſiferi cenſuere. Ita enim ARNOLDVS, abbas Lubecenſis, *lib. VII. c. 9. Multi etiam continentias vouentes, et ſoli DEO militare cupientes, forma quadam Templariorum omnibus renunciantes, Chriſti militiæ ſe dediderunt, et profeſſionis ſuæ ſignum in forma gladii, quo pro DEO certabant, in ſuis veſtibus præferebant.* Sed poſtquam horum vires quibusdam cladibus attritæ eſſent, auctoritate GREGORII IX. vniti ſunt ordini Teutonicorum. Vid. SCHVRTZFLEISCHIVS *de ord. enſiferorum.* In Hiſpania quoque ſeculo XII. plures ordines nati ſunt, *D. Iacobi*, *Calatrauæ*, *Alcantaræ*, *Monteſæ* etc. de quibus ex profeſſo agit ANDREAS MENDO *de ordin. militaribus.* Occaſionem hiſce ſodalitiis præbuere Mauri, Hiſpanos admodum infeſtantes, chriſtianosque perſequentes. Vt hos repellerent, circa hoſtium ditionem monaſteria erigebant, ibique ſub regula AVGVSTINI viuebant, canonicis regularibus ſeſe coniungentes, quorum inſtituta, mores et leges alibi referam. Alios adhuc ordines extra Hiſpaniam recenſent MENDO *cit. l. diſquiſ. 1. qu. 2.* CHRISTIANVS GRYPHIVS von geiſt- und weltl. Ritter-Orden, AVBERTVS MIRAEVS *in orig. equeſtr. ſ. militar. ordinum.* FRANCISCVS MENNENIVS *in orig. ordin. militar.*

Plures poſtea ad horum imitationem nati ſunt ordines,

vt enſiferi ad ordinem Templariorum,

et alii in Hiſpania.

Scriptores de variis ordinibus.

Digitized by Google

et AVTOR *dans l' hiſtoire des ordres militaires ou des chevaliers.* Scripſit quoque ASCANIVS *Tamburinus* duo volumina *de ordinibus militar.* quæ tamen hactenus haud edita ſunt teſte PAPEBROCHIO *in annal. ad acta S. Georgii c. X. §. 120.*

Ordines hi militares clericalem ſtatum gerunt.

§. CXX. Ex his, quæ de origine horum ordinum dicta ſunt, facile liquet, an et qua ratione ſodales eorum *clericis* ſeu *perſonis eccleſiaſticis* adſcribi poſſint, quod quidem pontificii vnanimi conſenſu adſtruunt, obſeruante BARBOSA *lib. III. iur. eccleſ. c. 7.* Nam (I) plerique ſe *canonicis regularibus* aſſociarunt, eorumque regulam aſſumſerunt, licet propter militiam, cui operam dare debuere, non ita arctiſſimis clauſtris includi potuerint. (II) Hoc intuitu quoque plerique vota tria *more canonicorum regularium* edunt, quamuis ea non æque ſtricte obſeruent, vt alii canonici, de quibus vid. MENDO *de ordin. militar. diſquiſ. 4. ſqq.* (III) Præterea etiam nomen *fratrum*, clericis proprium, aſſumſerunt, religioſis adiuncti ſunt in *c. 3. X. de priuil.* et hodie adhuc titulis eccleſiaſticis, **der Hochwürdigſten und Hochwürdigen**, decorantur. De appellatione *fratrum* vid. ANTON. MATTHAEI *de nobil. lib. II. c. 33. p. 544.* (IV) *Foro eccleſiaſtico* gaudent, ita, vt plerique ordines exemti ſint ordinariorum iudiciis, et immediate papæ ſubſint. (V) Ad inſtar canonicorum *capitula* habent, magiſtros et commendatores more *canonicorum* eligunt, et in capitulis ſuis de bono ordinis deliberant. (VI) Bona, quæ poſſident, ad inſtar *præbendarum* iudicantur, bonis eccleſiaſticis adſcribuntur, iisdemque cum illis iuribus fruuntur. Vid. *inſtrum. pacis art. V. §. 14. et 25.* (VII) Sic etiam cum *votum paupertatis* emittant, non poſſunt de bonis ſuis teſtari. (VIII) Loco *horarum canonicarum* iis præſcriptæ ſunt certæ preces quotidianæ, ad quarum recitationem tenentur ex *ſtatuto ordinis*, vt eo propius clericorum ſocietati inſeri poſſint. MENDO *cit. tr. diſquiſ. 13.* Quamuis enim preces opus chriſtianorum quotidianum eſſe debeant, putarunt tamen, clericos ad has fundendas *ſtrictius* obligari, quippe quæ conſtituunt partem *cultus diuini*, clericis primario incumbentis.

Armis eccleſiam ſeu hierarchiam defendunt.

§. CXXI. Denique (IX) creditum fuit, ipſam militiam contra infideles et hæreticos optimum eſſe *cultum diuinum*, adeoque æque hos militare pro eccleſia armis carnalibus, vti clerici *ſtricte dicti* armis ſpiritualibus eam defendunt. Ita philoſophantur, qui fidem armis propagandam eſſe credunt. Et quî aliter crederent, poſtquam pro certo habuerunt, eccleſiam eſſe peculiarem rempublicam, a ſeculari inde-

Digitized by Google

independentem, ſuis propriis iuribus, regimine, aliisque inſtitutis gaudentem? Id quod ſi verum eſt, gaudere etiam debet *iure belli*, vt eam contra hoſtes chriſtiani nominis defendat, eosque ad fidem nolentes deducat. Ius belli autem expoſcit *milites*, *præfectos*que, qui ducis belli iuſſa exequuntur, et pro republica pugnant. Inde *militia ſacra* dicta, milites vero *ſacrati*, *eccleſiaſtici*, *religioſi*, *regulares* etc. Equidem non negant, quoscunque imperantes eſſe *vi officii* obſtrictos, ad defendendam eccleſiam; ſed conſultius aulæ Romanæ viſum fuit, propriam domeſticamque habere militiam, quam alienis niti auxiliis. Vnde tam promti fuere pontifices in confirmandis ſibique immediate ſubiiciendis his ordinibus, idque non alia de cauſa, quam vt eo promtius eorum ope in ſtabilienda hierarchia vti poſſent.

§. CXXII. Sunt ergo *canonici regulares*, ſunt ad defendendam eccleſiam Romanam nati, a ſolo papa dependentes, votis monaſticis obſtricti: quomodo ergo proteſtantes ad hos ordines adſpirare, quomodo hi in terris proteſtantium tolerari potuere? Plures hic conglomerat pro more *quæſtiones* et *rationes dubitandi* VOETIVS *P. II. polit. eccleſ. lib. 4. tr. 4. c. 6.* contenditque, erectionem horum ordinum zelo cuidam ſuperſtitioſo tribuendam eſſe, formam et modum ad *vota monaſtica* inclinare, nec idololatria vacare: initia eorum praua videri, quod vel votiuas peregrinationes promouiſſent, vel expeditionibus in terram ſanctam, ſine rationabili cauſa ſuſceptis, manum dediſſent, inepte contendentes, ius chriſtianis in Palæſtinam eſſe quæſitum, adeoque eorum militiam *graue peccatum* inuoluiſſe. Inde concludit, ordines hos in forma primæua inter proteſtantes et reformatos non eſſe retinendos, quod ſint fulcra papatus, independentes a ciuili magiſtratu, a ſolo papa dependentes. Addit, euangelicos bona conſcientia ad hos ordines adſpirare non poſſe, quod nefas ſit, monachatui, qui his ordinibus intextus eſt, nomen dare, aut papæ ſe ſubiicere, militiamque papæ profiteri, multo magis ceremoniis ſuperſtitioſis et idololatricis, quæ in ſuſceptione huius *militiæ* adhibentur, ſe immiſcere. Vlterius *p. 1098.* progreditur, et nefas eſſe iudicat, hos affectare ordines aut ſuscipere, ſub ductu et poteſtate principum, et in communione equitum, qui papiſmo addicti ſunt, absque expurgatione et abolitione defectuum viuere, ſi vel maxime cum iis diſpenſetur, ſiue explicite, ſiue implicite circa omnia illa aut præſtanda aut obſeruanda, quæ conſcientiæ eorum repugnant: periculoſum et ſcandaloſum futurum, ſe illi confœderationi adiungere, quæ ſit contra CHRISTVM et eccleſiam; ſtante illo colle-

De ſtatu horum ordinum inter proteſtantes.

Dubia contra hunc ſtatum a Voetio mota,

Digitized by Google

collegio, ſtare quoque dependentiam ab antichriſto, et ſic iugum trahi cum malis et hoſtibus eccleſiæ, contra monitum PAVLI 2 *Cor. VI.* colluſionem cum pontificiis non euitari, ſed manere, et re, et titulo iſtius ordinis: particularem intentionem vnius atque alterius reformati non poſſe ſcandalum auferre, quod committitur in *tituli* iſtius ſolenni aſſumtione, in quo idololatria quædam indirecta latitare videtur. Hiſce in genere præmiſſis, VOETIVS *cit. l. c. 7. p. 102.* ſpeciatim de *ordine Ioannitico* agit, docetque, magiſtratum reformatum, hunc ordinem ſimilesque nec in priſtino ſtatu relinquere, nec, vbi iam poſſeſſione moti ſunt, reſtituere ſalua conſcientia poſſe, hac adiecta limitatione; *ſi modo potentia adſit, nec obſtet ſpecialis comentio;* quin et *cap. VIII. p. 111. et p. 112.* ad contraria reſpondet. Interim tamen *p. 1099.* concedit, reditus horum ordinum auctoritate magiſtratus applicari poſſe ad iuuandam fidem et eccleſiam, per ſuſtentationem miniſterii et ſcholarum, item pauperum, afflictorum, exulumque propter religionem, vel etiam in ærarium publicum inferri, dum modo non recedatur ab intentione donatorum, ſi ad *defenſionem reipublicæ* applicatur.

De quibus iudicium ſubiicitur.

§. CXXIII. Ita VOETIVS cenſet, qui, quod diſſimulare nequeo, ſæplus plus odio erga pontificiorum inſtituta indulget, quam par erat, et ita a recto tramite recedit. Non nego, prima ordinum initia magis ex quadam *ſuperſtitione*, quam *vera* eſſe erecta *pietate;* ſed tamen, aliquid *boni* iis adhæſiſſe, itidem negari nequit. Interim ſi omnia inſtituta pontificiorum, quæ originem ſuam a quadam ſuperſtitione trahunt, eſſent abolenda, fugienda, et reprobanda; altaria, templa ſplendida, veſtimenta miſſatica, candelæ, cœmeteria, confeſſiones, tot feſti dies, aliaque plura eſſent abolenda et reiicienda. Reformati quidem pleraque etiam reprobant, ſed tamen nec *ſplendida templa* auerſantur, quæ itidem ſuperſtitioni originem debent. Reformatione erumpente, admodum colluctandum fuit cum aduerſariis, iisque potentiſſimis: tanta abuſuum aderat copia, vt leuiores diſſimulandi eſſent, ſufficeretque, ſi grauiores reſecarentur. Præterea quæ incommoda, et mala, ex totali horum inſtitutorum deſtructione toti Germaniæ, et rei chriſtianæ imminuerint, quanta ſtrages ob reductionem monaſteriorum, aliorumque bonorum eccleſiaſticorum facta fuerit, loquuntur annales, et ſupra quoque id ipſum iam oſtenſum eſt. Neque aliter *pax religioſa* reduci, et ſtabiliri potuit, quam vt omnia relinquerentur in eo ſtatu, quo anno 1624. fuerunt, quorum in numero quoque *Baliuiæ*, aliæque

que fundationes *immediatæ* et *mediatæ* fuerunt, per *I. P. art. V. §. 14. et 25.* Sicut itaque forte ſua debuit contenta eſſe Germania, ita quod in Belgio aliisque locis inſtituta horum ordinum deleta, et eorum bona aliis vſibus applicata ſunt, non reprobamus, cum vtique optandum eſſet, vt vbique deprauata in melius mutari poſſent. Nec ipſe VOETIVS nobis adeo contradicere videtur, dum *cit. loc. p. 1102.* diſerte addit duas limitationes, tunc demum magiſtratum horum ordinum inſtituta in ſuo ſtatu relinquere non debere, *ſi adſit potentia, nec obſtet ſpecialis conuentio.*

§. CXXIV. Quia itaque in Germania vires nobis deficiunt, et præterea publica ſponſio obeſt, quid dicendum, annon iuxta ſtatum anni 1624. proteſtantes ordinibus hiſce militaribus ſeſe adiungere, an vero bona, quæ non alii quam hiſce ordinibus addicti poſſidere, et iis frui poſſunt, catholicis potius cedere debent? Alterutrum ſane eligendum, cum, *ſponſione* publica obſtante, tertium non detur. Quod catholicis ea rurſus cedi debeant, nemo forſan aſſeret, quia alioquin bona eccleſiarum cathedralium et collegiatarum, ſimili abuſu infecta, iis relinquenda eſſent, vnde non poſſent non maiora mala, noſtram religionem affligentia, emergere. Prius ergo vt aſſeramus, neceſſe eſt; quamuis enim conditiones, quibus conceduntur, ſua habeant incommoda, hæc tamen, cum aboleri nequeant, toleranda ſunt, cum *bono pacis publicæ* compenſentur.

Ob pacem publicam fundationes horum ordinum inter proteſtantes retineri debuerunt.

§. CXXV. Eo magis autem a proteſtantibus hoc fieri poteſt, quod *argumenta* Voëtiana proteſtantes non adeo tangant. Quod (1) *nomina ordinis titulos*que retineant, nihil inſoliti ſecum trahit. Dierum nomina, a dlis gentilium tracta, retinemus; nemo tamen tam alienatæ mentis erit, qui chriſtianis propterea gentiliſmum vel colluſionem cum gentilibus imputaturus ſit. Plura nomina ex gentilium inſtitutis aſſumta et retenta, quæ rei chriſtianæ haud nocent. Pluribus hoc argumentum illuſtrat MARTINVS SCHOOCKIVS *de bon. eccleſ. ſect. II. c. 18.* Quod (2) ordines hi *ex inſtituto quodam papali*, hierarchiam ſapiente, deſcendant, rurſus proteſtantes haud ferit, vtpote qui non *eadem intentione* ordinibus hiſce ſeſe adiungunt, vt papatum ſtabiliant, defendant, aut ſe eidem conforment, cum ab eo receſſerint. Imo nec (3) eis obiici poteſt, quod non poſſint cum pontificiis *in eadem viuere ſocietate:* immaturum zelum VOETII hoc argumentum oſtendit, docetque, virum tolerantiæ hoſtem infenſiſſimum fuiſſe. Prohibemur vti-

Dubia a Voëtio mota non tangunt proteſtantes.

Digitized by Google

vtique ſocietatem inire cum malis, ſcilicet malitiæ cum iis perpetrandæ gratia initam: quæ vero collegia non vbique ſcopum turpem habent, ea cum diuerſæ religionis hominibus inire haud prohibemur. Nec ferit (4) nos, quod ſodalitia hæc *ſcopum, a nobis reprobatum*, habeant; ſufficit, quod eum non habeant intuitu proteſtantium, qui ad hæc accedunt, quippe qui non dependent a papa, nec independentiam quandam a magiſtratu inuoluunt. Quæ ceremoniis, in iis vſitatis, adhærent ſuperſtitiones, tolerandæ ſunt, cum mutari non poſſint, et in plerisque aliis ceremoniis non deſint abuſus, qui tamen, *boni publici gratia*, diſſimulari debent. .Superſtitio, donec homines. Vota, quæ hiſce ordinibus adhærent, ad *incommoda* merito refero; ſed ſi opinionem *meriti* adimis, quam proteſtantes vtique fugiunt, ferenda, non abſolute reprobanda ſunt. Præterea hæc vota proprie monachatum haud inuoluunt, nec in eo rigore ſunt intelligenda, quo monachis illa imponuntur, vti ex ipſa pontificiorum doctrina arguit Dn. BECMANNVS von dem ritterl. Johanniter-Orden, *c. 1. §. 6. ſeqq.* et infra ſuo tempore demonſtrabo. Quid? quod ne quidem *votum caſtitatis* Sonneburgici faciunt, ſed matrimonia plerumque ineunt, et quamuis in regulis ordinis *caſtitatis* admoneantur, non tamen hæc ad cœlibatum eos adſtringit, ſed ad *caſtitatem* ſeruandam in genere, quæ etiam in *matrimonio* ſeruari poteſt et debet. Conf. prælaudatus BECMANNVS *cit. loc. c. 6. §. 2.*

TITVLVS II.

DE

COHABITATIONE CLERICORVM ET MVLIERVM.

§. I.

Capita, quæ clericis hoc titulo prohibentur, enarrantur.

Honeſtati clericorum, de qua *tit. præcedente* actum, primario conuenit *caſtitas*, cui repugnat *ſuſpecta conuerſatio cum mulieribus*, et *cohabitatio illegitima*; minime gentium vero matrimonium. Proinde tria *hoc titulo* prohibentur: (1) *conſortium clericorum*

rum cum feminis, quas olim vocabant *sorores*, *agapetas* aut *extraneas mulieres*: (2) *conuersatio suspecta* cum mulieribus: et quod caput rei est, (3) *concubinatus*. Tria hæc, quantum ratio instituti permittit, ex antiquitatibus illustrabo, vsu suo haud caritura.

§. II. (1) De *consortio agapetarum* prohibito disponit *c. 1. X. h.* de quo in *decreto* GRATIANI plura occurrunt. Produxit hoc consortium propositum *cœlibatus voluntarii*, quem plures clerici affectabant, non æque tamen seruabant, saltim suspicione *incontinentiæ* haud carebant. Clerici enim, non iuris præscripto, sed libero arbitrio cœlibes facti, in consortio suo *mulieres* assumebant, veluti *sorores* et *eiusdem propositi*, quas ἐπεισάκτας, *agapetas*, *extraneas* et *commanentes* veteres vocarunt. Breuiter, vt IVSTELLVS *ad c. 3. concil. Nicæni* eas describit, *erant neque vxores, neque concubinæ, sed tertii cuiusdam generis mulieres, quas secum clerici non sobolis, nec libidinis gratia, sed pietatis studio, aut certe prætextu fouebant.* Prætextum *pietatis* vtplurimum fuisse, docet GREGORIVS NYSSENVS *lib. de virgin. c. 23.* et, *qui nominetenus*, ait, *duntaxat cœlibatum profitentur, a communi viuendi consuetudine non longe absunt, vt qui non solum ventris voluptatibus indulgent, sed etiam cum feminis aperte habitant.*

Origo consortii clericorum cœlibum cum mulieribus eiusdem propositi.

§. III. Equidem haud affirmare audeo, omnes, qui hoc consortium amplexi erant, sub specie *pietatis*, vel *fororii consortii* libidinem velasse; sed cum patrum scripta admodum improbent hoc consortium, nunquam caruisse suspicione tale consortium, nemo negabit. Et tamen, quod mirandum est, episcopi magni nominis eiusmodi *sorores* in consortio suo habuerunt. Iam seculo III. eiusmodi suspecta consortia inter christianos viguisse, docent scripta CYPRIANI. Imprimis PAVLO Samosateno hoc vitio datum, quod huic consortio deditus fuerit. Patres Antiocheni in epistola apud EVSEBIVM *lib. VII. H. E. c. 30.* hoc crimen ei dederunt, aientes: *Quid hic referre attinet, subintroductas* (συνεισάκτους) *vt Antiocheni vocant, mulieres, tam ipsius, quam presbyterorum eius ac diaconorum? In quibus non hoc solum, sed etiam alia insanabilia crimina, quorum conscius est, et quorum ipsos reos esse conuicit, nihilominus tegit ac dissimulat, vt illos sibi obnoxios habeat.*

Quod suspicione non carebat.

§. IV. Simile consortium ATHANASIVM coluisse, sunt qui colligunt ex SOZOMENO *lib. V. histor. c. 6.* Sed veritati dandus locus, nec tam inordinatum consortium ei affingendum. Scilicet cum, iubente CONSTANTIO ex suggestionibus inimicorum, esset comprehendendus, fuga elapsus, per septem annos delituit apud quandam

An Athanasius in tali consortio suspecto vixerit?

virginem, *quæ formæ venuſtate reliquas mulieres adeo ſuperabat, vt ſpectantibus quidem inſtar eſſet miraculi, viris autem modeſtiam et caſtitatem profitentibus fugienda eſſe videatur, ne ex ſiniſtra ſuſpicione aliquod ipſis probrum aſpergeret. Erat in ipſo ætatis flore grauis admodum et honeſta: quæ res, etiamſi naturæ adiumentum deſit, admirabili venuſtate corpus exornare ſolet.* Poſt pauca SOZOMENVS pergit: *Vsque adeo fida cuſtos et ſedula eius miniſtra, vt et pedes ei lauaret, et res ad victum neceſſarias, ac reliqua omnia, quæcunque naturæ neceſſitas exigit, vbi opus eſſet, ſola per ſe miniſtraret: libros præterea, quibus ille indigebat, ab aliis commodatos afferret* etc. Longe diuerſum hoc conſortium ab illo fuit, quod cum *agapetis* ſeu *ſororibus* inſtituebant veteres, ex *neceſſitate* quippe ſuſceptum, *fugæ* cauſa et *occultationis.* Cur vero apud virginem admodum formoſam interim latere maluerit, curioſius non inquiram, nec inueſtigabo, an viſioni diuinæ, prout SOZOMENVS exiſtimat, hoc adſcribi debeat. Non tamen deerat fucus illis, qui conſortio *dilectarum* vel *ſororum* vtebantur. Ioannis apoſtoli exemplum ſe imitari allegabant, qui matrem Domini, ſibi commendatam, domum receperat, vt obſeruat SAMVEL BASNAGE, vir clariſſimus, *in annal. ad ann. 264. §. 4.*

Canonibus hoc conſortium reprobatum eſt,

§. V. Tam altas autem radices egerat hoc ſuſpectum conſortium, vt vix canonibus et legibus eradicari potuerit. Primo cautum eſt in *concilio Nicæno c. 3. Interdixit per omnia magna Nicæna ſynodus, non epiſcopo, non presbytero, non diacono, nec omnino alicui, qui ex clero eſt, licere ſubintroductam habere mulierem, niſi forte aut matrem, aut ſororem, aut amitam, vel eas tantum, quæ omnem ſuſpicionem effugiant.* Idem repetitum in aliis conciliis, et patrum decretis, quæ collegit GRATIANVS in *c. 27. 30. 31. 33. D. 81.* iisque plura addidit CLAVDIVS ESPENCAEVS *lib. VI. de continent c. 12. p. 905.* Similiter legibus imperatorum eadem prohibitio ſtabilita, ceu liquet ex *conſtitutione* HONORII et THEODOSII, relata in *C. Theod. l. 44. de epiſc. et cler.* et in *l. 19. C. Iuſtin. eod.* Verba eius hæc ſunt: *Eum, qui probabilem ſeculo diſciplinam agit, decolorari conſortio ſororiæ appellationis non decet. Quicunque igitur, cuiuscunque gradus ſacerdotio fulciuntur, vel clericatus honore cenſentur, extranearum ſibi mulierum interdicta conſortia cognoſcant: hæc eis tantum facultate conceſſa, vt matres, filias atque germanas intra domorum ſuarum ſepta contineant: in his enim nihil ſæui criminis æſtimari, fœdus naturale permittit.* Conf. *Nouell. 6. c. 6. et 123. c. 29.* Variis ſermonibus hoc conſortium perſtrinxit CHRYSOSTOMVS, ex quibus loca excerpſit

et legibus.

IACO-

IACOBVS GOTHOFREDVS *ad cit. l. 44. C. Theod.* memoratque PALLADIVS *in vita Chryſoſtomi*, grauiter inde contra eum clerum commotum fuiſſe. *Adhibens*, ait, *etiam pedum increpationis intendit ſermonem aduerſus fictam ſororiam, vt vocant, vitæ ſocietatem, reuera autem aduerſus imerecundam et improbam vitam cum mulieribus illis, quæ dicuntur ſubintroductitiæ. Inde pars cleri, minime religioſa, quæque illo morbo tenebatur, commota eſt.*

§. VI. Specioſe admodum hoc contubernium deſcribit HIERONYMVS *in epiſt. ad Euſtochium, de cuſtod. virg. Vnde in eccleſiaſticis*, ſcribit, *agapetarum peſtis introiit? Vnde ſine nuptiis aliud nomen vxorum? Imo vnde nouum concubinarum genus? Plus inferam. Vnde meretrices vniuiræ? Eadem domo, vno cubiculo, ſæpe vno tenentur et lectulo. Et ſuſpicioſos nos vocant, ſi aliquid extimemus. Frater ſororem virginem deſerit: cælibem ſpernit virgo germanum, fratrem quærit extraneum, et cum in eodem propoſito ſe eſſe ſimulent, quærunt aliorum ſpirituale ſolatium, vt domi habeant carnale commercium.* De hoc argumento plura occurrunt in *obſeruat. Hallenſ. ad rem literar. ſpectant. tom. VI. obſ. 26.* et apud ARNOLD. *in hiſtor. cognat. ſpiritual. inter chriſtian. receptæ. c. 27.* Nèque poſt hæc tempora hoc vitium ceſſaſſe, vel *c. 1. X. h. t.* docet, quod deſumtum eſt ex *concilio Moguntin.* anno 812. celebrato, imo, quod admodum credibile eſt, concubinatus clericorum inde initia ſua habuit, de quo poſtea agendum. Deſcriptio Hieronymi huius contubernii.

§. VII. Præterea quoque (11) clericis interdicta eſt omnis *ſuſpecta conuerſatio cum mulieribus extra domum*, quod variis conciliorum canonibus exornat CLAVDIVS ESPENCAEVS *cit. l. Nemo enim recte perſonam monitoris ſuſcipit, niſi qui actibus ſuis errata condemnat, et amorem innocentiæ conſeruatione demonſtrat*, ait SYMMACHVS papa in *c. 2. D. 81.* Prohibitum itaque clericis eſt, (α) ne ſoli ad feminæ tabernaculum accedant, nec ſoli cum ſola fabulas miſceant *c. 20. D. 81.* Cum ſocio ſtipati ad mulierem accedere, non prohibentur. *c. 26. D. 81.* Verum ſi clericis, zelo quodam admodum intempeſtiuo, non fuiſſent interdicta legitima matrimonia, non opus fuiſſet, huiusmodi ſuſpicionem de conuerſatione cum mulieribus concipere. Deinde hoc ſine dubio intelligendum eſt de conuerſatione frequentiori, et ex aliis cauſis ſuſpecta, quod ex moribus tam miniſtri eccleſiæ, quam vita ante acta mulieris æſtimandum. Si clericus alias de *libidine* ſuſpectus eſt; ſi luxurioſam vitam alit, et eiusmodi ſermones cum ſexu ſequiori miſcet, qui indices laſciuiæ internæ ſunt; ſi oculi, Interdicta quoque clericis ſuſpecta conuerſatio cum mulieribus extra domum.

Digitized by Google

manus, geſtus veſtesque petulantiam indicant, his merito interdicitur, ne familiaritatem cum feminis contrahant; neque enim tales præſumuntur *pietatis* gratia ad mulieres accedere. Sed quod aſtutis prætextibus hodie hæ prohibitiones eludantur, experientia docet, imo vix quicquam de his ſuſpectis conuerſationibus in *ordinationibus eccleſiaſticis proteſtantium* cautum reperitur, quod ea de cauſa factum videtur, quia compilatores crediderunt, nullam in noſtris eccleſiæ miniſtris ſupereſſe ſuſpicionem, quia vxorati ſunt. Aſt acta iudicialia ſæpe contrarium docent. Similiter iis iniunctum eſt, (β) ne cum mulieribus lauacra habeant communia, *c. 28. D. 81.* et ſi (γ) de fornicatione conuicti ſunt, deponuntur *c. 12. 13. 14. 17. 18. D. 81.* de quo infra ad *lib. V.* agendum erit.

Concubinatus vitium inter clericos olim frequentiſſimum,

§. VIII. Primario vero (III) clerici *concubinarii* hoc titulo notantur, *vitio* hoc tantopere olim infecti, vt per leges publicas et concilia in ordinem redigi non potuerint. Surdis fere narrabatur fabula, præſertim cum etiam primarii in clero ſæpe in hoc *luto* hærerent, abiectaque ſolida vitæ probitate, otio ſeſe dederent, et tamen ex rationibus haud probandis, et *tit. ſq.* euoluendis, cœlibatum amplecti

imo et laicos,

cogerentur. Neque vero clericis tantum hoc vitium proprium, ſed *laicis* quoque commune erat, qui *concubinatum vagum ſolubilemque* ex more Romano eiurare recuſabant, præſertim cum gentiles ex legibus ſuis quendam prætextum haberent, quo ille colorari quodammodo poſſe videbatur. Fata varia habuit, quæ paucis euoluenda ſunt.

Concubinatus Romani ratio.

§. IX. Scilicet apud Romanos concubinæ non erant *iuſtæ vxores*, ſed ſine *ſolennibus nuptiis* et *affectione maritali* in domo patris familias degebant, *l. 144. de V. S. l. 56. de R. N. l. 1. de donat. l. 29. pr. de leg. 3.* ſola *dignitate* a legitima vxore differentes. *l. 49. §. 4. de leg. 3.* Vtplurimum ſeſe libertæ ſuis patronis ita iungebant, aliquando etiam ingenuæ, viliori loco natæ, non aliter tamen, quam *teſtatione publica interueniente. l. 3. D. de concubin.* Erat tamen quædam ſpecies æquiuoca matrimonii *concubinatus* apud Romanos, quod vel inde apparet,

Pro ſpecie matrimonii habebatur.

(1) quia, ſi ſe alteri concubina proſtituebat, *adulterii* accuſari poterat: *l. 13. pr. D. de adulter.* (2) quia tantum *cœlebs* concubinam alere poterat, non qui vxorem legitimam iam habebat, polygamia inter Romanos ceſſante. *l. 121. §. 1. de V. O.* PAVLVS *lib. II. recept. ſent. tit. 20.* (3) Liberi ex concubinatu nati non erant *ſpurii*, ſed *naturales* extra patriam poteſtatem conſtituti, inter quos inſignis olim erat differentia. (4) Hoc quoque cum matrimonio ſolenni, inter *gentiles* vſitato, commune

Digitized by Google

mune habebat, quod esset *societas solubilis*. Nemo ignorat, magnam diuortiorum apud Romanos olim fuisse *licentiam*, vt matrimonium ipsum gentilibus fuerit societas facile solubilis; non ergo mirandum, concubinatum quoque societatem admodum solubilem fuisse, imo credibile est, facilius *concubinam* quam *legitimam vxorem* domo eiectam fuisse. Plures sæpe rationes domesticæ et politicæ maritum deterrebant, ne a legitima vxore, ex gente splendida nata, diuerteret, quamuis id per *leges receptas* ei integrum fuisset: hæ rationes cessabant in concubinæ eiectione, vnde nullum marito imminebat incommodum aut periculum, vtpote quæ serua, vel liberta, vel obscuriore loco nata erat. Quid? quod etiam concubina ab inuito patrono discedere poterat, ceu liquet ex *l. 1. pr. D. de concubin.* Conf. ill. BOCCELLI *de leg. morganat. sect. IV. §. 6.*

§. X. Longe ergo diuersa erat ratio *concubinatus Romani*, et eius, qui *inter Iudæos* obtinuit. Inter hos irrepserat polygamia, ex cuius *permissione* plures concubinas alere integrum erat. Romanis hæc erat interdicta, vnde non coniugati, sed *cælibes* tantum in concubinatu viuere, nec plures simul, sed tantum *vnam* habere poterant. *Pellex* erat, quæ sese iunxerat marito, legitimam vxorem habenti, nec *pellicatus* æque legibus probatus erat, vti *concubinatus*. Magis deprauatis moribus debetur, quod *pellices* et *concubinæ* confundi soleant. Quid enim hodie vsitatius, quam eas concubinas dicere, quas mariti præter legitimas vxores in ædibus suis, *magno cum dedecore*, alunt? Nec tamen hæ *concubinæ* in sensu *iuris Romani* dicendæ, imo ne quidem in sensu medii ævi, quo adhuc *concubinatus* vsitatus fuit, vt infra dicam. Imo si dicendum quod res est, sunt potius *adulteræ*, cum inter christianos, quibus ex doctrina Saluatoris monogamia commendata esse debet, se alteri nullo modo iungere possit sine crimine adulterii, qui iam in matrimonio viuit. Vnde quæ in sequentibus enarranda sunt de *concubinatu*, minime de illa consuetudine intelligenda esse volo, quam hodie sub larua *concubinatus* quidam palliare solent, quam tamen vtplurimum veteres ignorarunt.

Concubinatus et pellicatus differentia.

§. XI. Neque vero *concubinatus* talis solos inter paganos substitit, sed tandem etiam ad *christianos* olim transiit. Postquam enim CONSTANTINI temporibus ex paganismo laxior vita ecclesiam infecit corrupitque, multa ex *moribus gentilium* legibusque pedetentim ipsos inter christianos recipiebantur, e contrario antiqua christianorum disciplina laxabatur. Maior subinde diuortiorum indulta liber-

Seculo VI. etiam concubinatus inter christianos retentus est.

Digitized by Google

tas, obſeruante SELDENO *lib. III. de vxor. Ebr. c. 28.* et vinculum matrimonii magis magisque laxatum, quod etiam IVSTINIANVS in *l. 10. C. de repud.* et *Nou. 22. c. 3. et 18.* et ſic lege publica promouit.

et ſic in ſocietatem ſolubilem euaſit.

Hoc facto, concubinatus, *more Romano*, h. e. *gentili* vſitatus, eadem ſubiiſſe videtur fata, imo quod credibile eſt, retenta conſuetudine maiorum, in priſtinam erupit *licentiam*, vt facillime diſſolueretur. Interim imperatores chriſtiani, qui gentilibus chriſtianisque iura dabant, concubinatum talem gentilem, *admodum ſolubilem*, prorſus eliminare non poterant, quantum tamen in ipſis fuit, eum reſtrinxere.

Imperatorum cura pro reſtringendo concubinatu.

§. XII. CONSTANTINVS M. ſane nihil magis curæ cordique habuit, quam vt concubinatum in ſolenne verteret matrimonium. Hoc vt *per indirectum* impetraret, duriorem *liberorum naturalium* conditionem fecit in *l. 1. C. de natural.* quod etiam fatentur imperatores in *l. 1. C. Theod. eod.* ſimul tamen *præmium legitimationis* coniugio ſubſequenti impoſuit, vt *metu pœnæ* et *præmiorum propoſitione* hominum animos a concubinatu *gentili* et *admodum ſolubili*, more Romano inito, auocaret. Leges poſteriores paulo laxiores erga *naturales liberos* fuere, vt ex *t. t. C. Theod. de natur. lib.* conſtat, quin IVSTINIANVS, qui in *l. 5. C. ad SCt. Orfitian.* concubinatum vocat *licitam conſuetudinem*, etiam quodammodo fuit naturalibus liberis, vt vel ex *Nou. 18. c. 5.* liquet, nec contrarium imperatores vsque ad LEONIS philoſophi tempora conſtituere, maxime cum *benedictio ſacerdotalis* ante eius tempora *legibus imperii publicis* haud eſſet ſubditis imperata.

Concubinatus a patribus recte damnatus.

§. XIII. Interim rectiſſime patres concubinatum hunc, maxime ſecundum *licentiam Romanam* effigiatum, prorſus damnarunt, tum quod eſſet *ſocietas* admodum *ſolubilis*, tum quod apud eccleſiam, more in matrimonio recepto, non publicaretur, et benedictione eccleſiæ initiaretur, tum quod procreationi ſobolis eum haud eſſe deſtinatum crederent. AVGVSTINVS imprimis contra hanc conſuetudinem inſtruxit aciem, ſed, vt vbique docet, ſub *concubinatu* intellexit licentioſam illam ſocietatem, vinculo indiſſolubili deſtitutam, et *more gentilium* contractam. Sententias eius collegit CLAVDIVS ESPENCAEVS *lib. II. de digam. c. 8.* quibus addi poteſt locus a GRATIANO adductus in *c. 5. C. 32. q. 2.* vbi notanter dicitur: *Concubinæ AD TEMPVS adhibitæ, nec, etiamſi cauſa filiorum concumbant, iuſtum faciunt concubinatum ſuum.* Inde naſcebatur opinio, concubinatum talem

Nec matrimonii ſpecies habitus.

non

non esse *verum* matrimonium, ideo quod *vinculo indissolubili* haud constaret. Censuit ita LEO I. in *c. 12. C. 32. q. 2.* et, *non omnis mulier*, ait, *iuncta viro, vxor est viri; quia nec omnis filius heres est patris.* Et post pauca: *Igitur cuiuslibet loci clericus, si filiam suam viro habenti concubinam in matrimonium dederit, non ita accipiendum est, quasi coniugato eam dederit, nisi forte illa mulier et ingenua facta, et DOTATA LEGITIME, et publice nuptiis honestata videatur.* Ob hanc itaque causam potissimum *matrimonii* proprie dicti nomen concubinatui, quem cœlebs contraxerat, denegabatur, tum quod *nexu indissolubili* haud constaret, tum quod publica solennitate careret.

§. XIV. Sed, quod mirandum est, nec sanior doctrina hoc malum eradicare, nec prouidentia legum ei medelam adferre potuit. Varii excogitabantur colores: non deerant, qui concubinatum, hac intentione initum, vt perpetua esset consuetudo, licitum esse crederent. Iam tempore AVGVSTINI hoc subterfugium excogitatum fuisse, ipse fatetur in *c. 6. C. 32. q. 2.* aitque: *Solet quæri, cum masculus et fœmina, nec ille maritus nec illa vxor alterius, sibimet non filiorum procreandorum, sed pro incontinentia, solius concubitus gratia copulentur, ea fide media, vt nec ille cum altero, nec illa cum altero id faciat, vtrum nuptiæ sint vocanda?* Ipse quidem putat, posse *quodammodo* talem societatem *matrimonium* dici, ita tamen, vt magis consuetudinem eam improbet, quam approbet. Et quis ignorat, quid patres Toletani statuerint in *concilio I. c. 17.* de concubinatu, quem tamen non absolute approbarunt, sed potissimum *pellicatum pessimum* retundere studuerunt, in Hispania frequentissimum? Ad hoc grauius malum eradicandum eliminandumque, cœlibum concubinatum, alias satis probrosum, ad tempus tolerandum esse censuerunt, donec DEVS huic malo quoque finem daret. Nec alium in sensum accipiendus est ISIDORVS in *c. 5. D. 34.* aiens: *Christiano non dicam plurimas, sed nec duas simul habere licitum est, nisi vnam tantum vxorem, aut LOCO VXORIS, si coniux deest, concubinam.* CLAVDIVS ESPENCAEVS *de digam. lib. II. c. 7.* hoc modo ISIDORVM temperare voluisse mores corruptos Hispanorum, quibus a VITISA rege, nil nisi libidinem spirante, permissum erat, vt, quot quisque vellet aut posset, concubinas aleret, easque rursus pro lubitu dimitteret. In Galliis per eadem tempora similis fere corruptio inuaserat ecclesiam, vt ipsa matrimonia mutuo consensu dissolui possent, ob animorum imprimis dissonantiam, vti ex MARCVLFI *formul. lib. II. c. 30.* Nihilominus tamen propagatus est.

Digitized by Google

c. 30. colligit, et vlterius ex MABILLONII *tom. IV. analect.* illustrat NATALIS ALEXANDER *in dissert. eccles. ad sec. VII. c. 5. art. 9. circa fin.* Si itaque ex deperditis moribus ipsum solenne matrimonium mutuo dissensu dissolui potuit, non mirandum est, concubinas quoque facillime abiici et repudiari potuisse. Iam antea patres conquesti sunt, leges cæsarum a doctrina CHRISTI non raro abhorrere; *nam aliæ sunt leges cæsarum*, ait HIERONYMVS *ep. 30. ad Ocean.*, *aliæ Christi: aliud Papinianus, aliud Paulus noster præcepit. Præcepit Dominus, vxorem non debere dimitti, excepta causa fornicationis, et, si dimissa fuerit, manere innuptam etc.*

In oriente concubinatus per legem Leonis prohibitus.

§. XV. In *oriente* tandem *lege publica* concubinatus suppressus est, auctore LEONE philosopho in *Nou. 91.* IDEM praeterea in *Nou. 89.* primum lege publica sanciuit, *vt sacræ benedictionis testimonio matrimonia confirmarentur, adeo, vt si citra hanc matrimonium ineant, id ne ab initio quidem ita dici, neque illos in vitæ illa consuetudine matrimonii iure potiri debeant.* Destruxit, vt opinor, lex hæc, de *benedictione sacerdotali* loquens, concubinatum, vtpote sine publica solennitate initum, et *benedictione ecclesiastica* iam olim destitutum. Cum enim LEO matrimonium sine tali benedictione inualidum esse declarasset, non potuit non concubinatum, tali lege publica effigiato matrimonio aduersum, tollere, improbare, et funditus eliminare.

Non in occidente.

In *occidente* adeo altas radices egerat, vt pari felicitate inter laicos aboleri haud potuerit, sed sub specie cuiusdam *matrimonii* vigorem habuerit, vtut *matrimonii* effectum et rem non haberet: neque enim liberi inde nati ad successionem admittebantur, vel, si admittebantur, id vel ex singulari gratia fiebat, vel bona particularia iis tantum assignabantur, vnde alimenta capere possent. Neque *affectione maritali* concubina alebatur, sed *voluptatis* causa fere vnice habebatur, ex quo fine non leuem maculam hoc consortium sibi conciliabat.

Quandoque tamen succedebant liberi concubinarii.

§. XVI. Imo si vel maxime ex *speciali gratia patris vel heredum* liberi ad æquam admitterentur successionem, concubina tamen nec *dotalitium* petere, nec alia iura, quæ *legitimæ coniuges* habebant, sibi vindicare poterat. BERNHARDVS Italiæ rex, qui seculo IX. floruit, ex concubina natus erat, ceu docent verba THEGANI §. 22. *de gest. Ludouici imper. p. 75. ipse eodemque tempore Bernhardus filius* PIPINI, *etsi ex concubina natus, per exhortationes malorum hominum, extollit se aduersus patruum suum.* Hic quidem patri, anno 810. defun-

Digitized by Google

functo, in plerisque terris, regno præsertim Italiæ, succeſſit, magis tamen, vt verosimile est, ex aui tum adhuc viuentis, CAROLI scilicet magni, munificentia et liberalitate, quam natalium iure ac legum dispositione. Ita enim EGINHARDVS *in vita Caroli M. c. 19.* ait: PIPINVS *vnum filium suum Bernhardum, filias autem quinque reliquit, in quibus* CAROLVS *pietatis suæ præcipuum documentum ostendit, cum filio defuncto nepotem succedere, et neptes inter filias suas educari fecisset.* Nec LVDOVICVS pius, alter CAROLI filius, contradixit, sed potius BERNHARDVM *regem Italiæ nepotem suum ad se euocatum muneribus donauit, et in regnum remisit,* vt ait ADELMVS *in annal. ad ann. 814.*

§. XVII. Sed hæc exempla rariora sunt; plerumque enim liberi ex concubinatu nati excluſi, vel saltim ad *iustam diuisionem* non admissi sunt, quod passim exempla illustria docent. In *annalium Pithœanorum supplemento* apud PETRVM LAMBECIVM *tom. II. comm. in bibl. Vindebon. c. 5. ad ann. 885. p. 355.* hæc notabilia verba occurrunt: CAROLVS *crassus* ADRIANVM *pontificem inuitauit in Franciam. Voluit enim, vt fama vulgabatur, quosdam episcopos irrationabiliter deponere, et* BERNHARDVM *filium suum ex concubina, regni heredem post se constituere, et hoc QVIA PER SE POSSE FIERI DVBITAVIT, per pontificem Romanum quasi apostolica auctoritate perficere disposuit. Sed fraudulenta consilia a DEO dissipata sunt.* Conf. MEIBOMIVS *tom. I. rerum German. p. 244.* Dubitauit CAROLVS crassus, per se fieri posse, vt successorem regni BERNHARDVM constitueret: neque enim ad *iustam succeſſionem* peruenire solebant, sed *particularia bona* vtplurimum iis tantum assignabantur. Illustrabo hæc vlterius ex REGINONE Prumiensi *in chron. ad ann. 886.* exemplo CAROLOMANNI, filii LVDOVICI Germanici primogeniti, qui in diuisione cum fratribus facta, *Boioariam, Pannoniam et Carnutum, regna item Slauorum, Bohemiensium et Marahensium fuerat sortitus.* Ceterum *ex LEGITIMO MATRIMONIO ei non fuerat nata soboles, propter infœcunditatem coniugis, sed ex quadam nobili fœmina filium elegantissimæ speciei susceperat, quem* ARNVLPHVM *nominari iussit, ob recordationem reuerendissimi* ARNVLPH, *Metensis ecclesiæ episcopi. Mortuo autem Carolomanno anno 880.* LVDOVICVS *frater eius Boioariam ingressus Ratisbonam venit, vbi omnes fraterni regni optimates ad eum confluentes eius ditioni se subdiderunt. Concessit autem idem rex* ARNVLPHO *Corontanum, QVOD*

Vtplurimum ad iustam diuisionem non admittebantur.

Sed particularia bona accipiebant.

Digitized by Google

EI PATER IAM PRIDEM CONCESSERAT, in quo ſitum eſt caſtrum munitiſſimum, quod Mosburgk nuncupatur etc. Similia fere habet OTTO *Friſingenſis epiſcopus lib. VI. chron. c. 7.*

Quod vlterius illuſtratur.

§. XVIII. Paria HERMANNVS CONTRACTVS *ad ann. 889. p. 556. edit. Camiſ. t. I. antiq. lect.* de ARNVLPHO adfert, et ARNVLPHVS *rex*, ait, *Qwentibaldo et Ratado, filiis ſuis ex concubina natis, ſubiectionem a Francis permitti, VIX EFFECIT, ſi ei legitimus non naſceretur filius.* Hæc tamen conſilia euanuerunt, poſtquam ex legitima coniuge VTA anno 893. LVDOVICVS infans eſſet ſuſceptus. Ad hunc morem alludere videtur ALBERTVS Stadenſis, *ad ann. 1143.* aiens: VDO *Marchio* (Brandenburgicus et Stadenſis) *ex* ERMENGERDA (Helprici Plocenſis comitis filia) *genuit filiam, quam duxit Marchio* HENRICVS, *putatiuus frater Rickeeen imperatricis, quem de Slaua natum ideo fratrem ſuum dicebat, VT HEREDITATEM NON PERDERET, quae in quæſtione multorum poſita litigioſa fuit. Tandem domina Rickence fratre impotionato ſola poſſedit hereditatem, quam duxit* LOTHARIVS II. *imperator.*

Concubinatus contrahebator cum femina inæqualis conditionis.

§. XIX. Eo magis autem concubinæ a iure *legitimarum vxorum* excludebantur, quod eſſent *vilioris conditionis* perſonæ, cum quibus *legitimum matrimonium* conſtare non poterat. Ita enim iure veteri Germanico cautum erat, vt *legitimum matrimonium* tantum *inter æquales* obtineret. Hoc etiam Saxones obſeruaſſe legimus, *vt nobilis nobilem, ingenuus ingenuam, ſeruus ſeruam duceret*, teſte ADAMO Bremenſi *lib. I. hiſt. eccleſ.* In *lege Alemann.* a DAGOBERTO II. confirmata *c. 57.* ita ſancitum: *Si duæ ſorores abſque fratre ſuo relictæ poſt mortem patris fuerint, et ad ipſas hereditas paterna pertingat, et vna nupſerit ſibi COAEQVALI libero, alia autem nupſerit aut colono regis aut eccleſiæ, illa, quæ libero nupſit SIBI COAEQVALI, teneat terram patris earum. Res autem alias æqualiter diuidant. Illa autem, quæ colono nupſit, non intret vllam portionem terræ, QVIA SIBI COAEQVALI NON NVPSIT.* Inde eueniebat, vt, qui *ſolemni coniugio* inferioris ſortis feminam propriam ſibi dicare non poterat, eandem in *concubinatu* haberet. De LVDOVICO III. imperatore REGINO *ad ann. 878.* hæc refert: *Habuit autem, cum adhuc iuuenilis ætatis flore polleret, quandam puellam nobilem, nomine Ansgard, ſibi CONIVGII FOEDERE copulatam*, quam tamen poſtea iuſſu patris relinquere coactus fuit. Eam *concubinam* nominat SIGEBERTVS Gemblacenſis *ad ann. 880.* et ex eo

ALBE-

Digitized by Google

ALBERICVS *in chron. ad ann. 879.* ab illuſtri LEIBNITIO edito *p. 209.* Idem ſupra de CAROLOMANNO obſeruaui ex REGINONE *ad ann. 880.* qui ex *quadam nobili femina* ARNVLPHVM ſuſcepit. CAROLVS M. plures habuit *ſucceſſiue* concubinas, et inter eas quoque HILMETRVDEM, de qua PAVLVS WARNEFRIDVS *in chron. epiſc. Metenſ.* apud FREHER. *tom. I. rer. Franc. p. 176.* hæc habet: *habuit tamen ante LEGALE CONNVBIVM ex Hilmetrude, nobili puella, filium, nomine Pippinum.*

§. XX. Liquet ex hactenus dictis, (I) concubinatum *matrimonio legitimo* fuiſſe oppoſitum: (II) concubinatum cum *inæqualis conditionis* femina contractum fuiſſe: (III) in eo potiſſimum a *legali connubio* diſtinctum fuiſſe, quod *ſolennis dotatio* aliaque nuptiarum ſolennia deeſſent: (IV) concubinatum *vagum*, *temporalem* et *ſolubilem*, multo magis vero *pellicatum*, merito reprobatum fuiſſe. Et quia tempore CAROLI M. ſolubilis vtplurimum obtinebat, leges fere vnice de eo loquuntur, eumque a *matrimonio* recte ſeparant. In *capitul.* CAROLI M. *lib. II. c. 42.* hæc de *concubinatu* ex LEONIS I. ſcriptis repetuntur: *Quicunque filiam ſuam viro habenti concubinam in matrimonium dederit, non ita accipiendum eſt, quaſi eam coniugato dederit, niſi forte illa mulier ingenua facta, et dotata legitime et honeſtata publicis nuptiis videtur. - - - Non eſt coniugii duplicatio, quando concubina relicta vxor aſſumitur, ſed profectus honeſtatis.* Similiter *lib. VII. c. 41. non omnis mulier viro iuncta, vxor eſt viri, neque omnis filius heres eſt patris. Itaque aliud eſt vxor, aliud concubina, aliud ancilla, aliud libera. Non eſt dubium, illam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur, nuptiale non fuiſſe myſterium.* Nuptiale myſterium in *ſacramento matrimonii* quærebatur, hoc vero in *nexu indiſſolubili* collocabatur, vti patres paſſim docent, ex quo apparet, *ſolubilem et vagum concubinatum* a cenſu matrimonii fuiſſe excluſum, et reprobatum, vt ad tempus ſub prætextu alicuius matrimonii toleraretur.

Ratio concubinatus ex hactenus dictis eruitur.

§. XXI. Dixi, *concubinam* ab *vxore* in eo potiſſimum diſtinctam fuiſſe, quod *ſine ſolennibus nuptiis*, *ſine dote*, priuato pacto aſſumeretur, cum alias mariti legitimis vxoribus *dotem* conſtituerent, quod vel origo *dotalitii* oſtendit. *Dote* hac interueniente, *legitima* conſtituebatur vxor, de quo more antiquo agunt CANGIVS *in gloſſar. voce dos*, et HACHENBERG *de Germania media diſſ. V. §. 6. ſeq.* et ita etiam concubina, poſtquam *dotata* erat, h. e. tali *dotalitio* inſtru-

Dotatio quoque diſtinguebat concubinam ab vxore.

ſtructa, vnde poſt mortem mariti *honeſte* viuere poſſet, *legitima vxor* fiebat. Collineant huc *annales Bertiniani ad ann. 870.*, et, *in die feſtiuitatis ſeptuageſimæ*, aiunt, *prædictam concubinam ſuam Richeldem, deſponſatam atque DOTATAM in coniugem ſumſit.* Non nego, concubinas in antiquis chartis quandoque *vxores* vocari; ſed in ſenſu *æquiuoco* et minus ſano. Et huc forſan reſpexit P. DANIEL *dans l'hiſtoire de France tom. I. p. 772. ad ann. 870.* aiens: *C'etoit un vrai mariage, mais qui ſe faiſoit ſans ſolennitez*, (hoc eſt, ſine *dote* et nuptiis publicis) *par laquelle la femme ne portoit, que le nom de concubine, et non pas celuy d'epouſe, faute de dot ou de naiſſance.* Praxis frequentiſſima inter illuſtres et priuatos pariter rei reprobandæ nomen *iuris* dabat, vt eo magis ſpeciem *licentiæ* habere videretur. Habuit CAROLVS M. legitimas vxores, habuit etiam concubinas. Poſt mortem LVIDGARDIS legitimæ vxoris quatuor concubinas eum habuiſſe, refert EGINHARD *in vita Carol. M.* quarum nomina liberosque ex illis natos ibidem recenſet. Satis autem probabilis eſt coniectura COINTII *in annal. eccl. Franc. ad ann. 773. n. 2. ſq.* eas haud fuiſſe *pellices*, nec ſimul, ſed aliam poſt aliam ductam, et ad tempus habitam. Non deerant quoque, qui, vt conſuetudinem concubinariam ad leges matrimonii quodammodo effigiarent, concubinam non dimittebant, ſed perpetuum cum ea colebant conſortium, et poſt mortem ſuam loco *dotalitii*, quod *legitimis vxoribus* debebatur, alimenta quædam iis conſtituerunt. Talem fuiſſe concubinam exiſtimo, cuius meminit AVTOR *vitæ* MEINWERCI, epiſcopi Paderbornenſis, qui ſub initium ſeculi XI. floruit, apud LEIBNITIVM *tom. I. rer. Brunſuicenſ. p. 534. in f.* cuius verba referre placet: *Alias vir quidam deuotionis eiusdem, Radulf nomine, pro remedio animæ ſuæ, parentumque ſuorum, cum conſenſu et affirmatione Richbrechter, heredis iuſtiſſimi, quendam litum, Burghardum nomine, cum omni ſua familia et manſo vno in loco, qui Weni dicitur, in pago Almunga, in comitatu Ekkikonis in proprium dedit eccleſiæ: Epiſcopus autem pro æterna remuneratione concubinæ prædicti Radulfi, quæ Atholoch dicebatur, omni anno in die circumciſionis V. ſol. den. dari eo tenore conſtituit, vt ſi ipſe vel aliquis ſucceſſorum ſuorum præfatam pecuniam non perſolueret, ipſi Atholoch prædictum manſum reſtitueret, et ſic nec cenſum ei ſolueret, nec familiam reſtitueret, in extremo examine æternis gehennæ ignibus cruciandus perpetuæ damnationi ſubiaceret.*

Exemplis res declaratur.

§. XXII.

Digitized by Google

§. XXII. Quamuis autem pontifices quouis modo concubinatum damnauerint, tum quia rariſſime *perpetuum vitæ conſortium* habebat, tum quia iis animus erat, in clero eum eradicandi, qui ei maxime dediti erant, id ipſum tamen per plura ſecula perficere non potuere. Equidem GREGORIVS VII. *ad Ottonem Conſtant. epiſcopum* apud MABILLONIVM *ſec. VI. act. Benedict. P. II. p. 418.* ita de eo cenſet: *Vniuerſus eccleſiæ catholicæ cœtus, aut virgines ſunt, aut continentes, aut coniuges. Quicunque ergo extra hos tres ordines reperitur, inter filios eccleſiæ, ſiue inter chriſtianæ religionis limites non numeratur: vnde et nos, ſi vel extremum laicum pellicatui adhærentem liquido cognouerimus, hunc velut præciſum membrum a corpore Dominico, a ſacramentis altaris, donec pœniteat, arcemus.* In *concilio Budenſi*, anno 1279. ſub NICOLAO III. celebrato, idem repetitum, quod exhibet ODORICVS RAYNALDVS *in contin. Baron. tom. XIV. in calce*, vbi *n. 44.* hæc de *concubinatu* habentur: *Prohibeant autem ſacerdotes, ne laici publice teneant concubinas, et qui poſt admonitionem tenuerit, tam ipſe quam ipſa ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, et ſi per hoc ſe non emendauerint, per ſuos diœceſanos fortius compellantur.*

Pontifices concubinatum ex variis damnarunt cauſis.

§. XXIII. Sed ne ſic quidem eliminari potuit, adeo, vt in *concilio Baſileenſi* prohibitio eiusdem de nouo repetenda eſſet. Quid? quod LEO X. ſeculo XVI. efficacius id opus, quod alii inſtituerant, exædificandum ſuſcepit, conſtitutione in *concubinarios* lata, et in *libro VII. Decretalium lib. V. tit. 16. c. 1.* relata, qua omnem concubinatum, diſtinctione nulla adhibita, vtrum *temporalis* an *perpetuus* eſſet, rurſus prohibuit, tum ne clericis vlla occaſio ſupereſſet, concubinatum continuandi, in laicis etiam damnatum; tum etiam ne, ſub prætextu *concubinatus perpetui*, vagus ille et temporalis introduceretur. Et hæc, meo iudicio, ratio eſt, quod interpretes *matrimonia ad morganaticam* ſolis illuſtribus, legislatoria poteſtate inſtructis, concedant, ceteris denegent, quod ex antiquo more, alendi concubinam loco iuſtæ vxoris, originem traxiſſe videretur. Vid. LINKIVS *de matrimon. ex leg. Salica contracto c. III. n. 4.* B. STRYK *in tr. de diſſenſ. ſponſal. ſect. V. §. 27.* Conſuetudini vtplurimum hanc *praxin reſtrictam* tribuunt, cum tamen etiam hæc ſuum fundamentum habeat, quod illuſtres ſcil. non æque legibus conſtringi potuerint.

Sed eradicare illum haud potuerunt.

Cur matrimonia ad morganaticam ſolis illuſtribus permiſſa fuerint?

§. XXIV. Quia vero clericis lex cœlibatus in *occidente* erat impoſita, tam *legitimum matrimonium*, quam *concubinatus* iis vitio dabatur, adeoque canones imprimis contra *concubinarios clericos* diſpone-

Potiſſimum clericis concubinatus omnis interdictus.

Digitized by Google

nebant. Seculo XI. potiſſimum cum clericis *coniugatis* et *concubinariis* pugnatum eſt, cum eo tempore clerici cœlibatum prorſus abieciſſent, indignante grauiter PETRO DAMIANI. De his temporibus DESIDERIVS, qui poſtea VICTOR III. dictus eſt, in *mirac. S. Benedict.* P. apud MABILLON. *ſec. IV. P. II. act. Benedict. p. 451.* ita ait: *Itaque cum vulgus clericorum per viam effrenatæ licentiæ nemine prohibente graderetur, cœperant ipſi presbyteri ac diaconi, qui tradita ſibi ſacramenta dominica mundo corde caſtoque corpore tractare debebant, laicorum more vxores ducere, ſuſceptosque filios heredes teſtamento relinquere: nonnulli etiam epiſcoporum, verecundia omni contemta, cum vxoribus domo ſimul in vna habitare. Et hæc peſſima et exſecranda conſuetudo intra vrbem maxime pullulabat, vnde olim religionis norma ab ipſo apoſtolo Petro eiusque ſucceſſoribus vbique diffuſa proceſſerat.* GREGORIVS VII. imprimis totus in eo fuit, vt clericos ad dimittendas vxores et concubinas, quas pro more illius temporis duxerant, cogeret inducerettque. Scribit eo nomine *anno 1075.* ad patriarcham Aquileienſem apud BARONIVM *ad cit. ann. n. 15.* ipſique decreta concilii, paulo antea eo nomine habiti, manifeſtat. *Decreuimus enim*, ſcribit, *quod ſi quis eorum ordinum, qui ſacris altaribus miniſtrant, presbyter ſcilicet, diaconus et ſubdiaconus, vxorem vel concubinam haberet, niſi illis omnino dimiſſis dignam pœnitentiam agant, ſacris altaribus penitus miniſtrare deſiſtant, nec aliquo eccleſiæ beneficio vlterius potiantur, ſine potitis fruantur.* Ad Germaniæ quoque primarios prælatos literas dedit, ipſisque iniunxit, vt decreta eius concilii in praxin deducerent, quod tamen, fremente admodum clero, incaſſum fuiſſe videtur. Teſtis eſt LAMBERTVS Schaffnaburgenſis, referente BARONIO *cit. l. n. 17.* qui de archiepiſcopo Moguntino hæc refert: *Synodum autem, hoc eodem anno menſe Octobri, Moguntiæ congregauit, vbi inter alios epiſcopos, qui conuenerant, aderat Curienſis epiſcopus, apoſtolicæ ſedis literas et mandata deferens, quibus ei ſub interminatione gradus et ordinis ſui præcipiebat, ſicut antea quoque multis legationibus præceperat, vt presbyteros omnes, qui intra ſuam diœceſin eſſent, cogeret, aut in præſentiarum coniugibus,* (quo nomine etiam *concubinas perpetuas* intelligit) *renunciare, aut ſe in perpetuum ſacri altaris miniſterio abdicare. Quod dum facere vellet, exſurgentes, qui vndique aſſidebant clerici, ita eum verbis conſutabant, ita manibus et totius corporis geſtu in eum debacchantur, vt ſe vita comite e ſynodo diſceſſurum deſperaret. Sic tandem rei difficultate ſuperatus, ſtatuit ſibi deinceps tali quæſtione omnino ſuperſedendum, et Romano pontifici relin-*

Gregorii VII. cura.

relinquendum, vt cauſam, quam ipſe toties inutiliter propoſuiſſet, ille per ſemet ipſum, quando et quomodo vellet, peroraret. Inter alia vero vrgebant, *hominem plane hæreticum et veſani dogmatis eſſe, qui oblitus ſermonis Domini, quo ait: non omnes capiunt hoc verbum, qui poteſt capere, capiat; et apoſtolus: qui ſe non continet, nubat, melius eſt enim nubere, quam vri; violenta exactione homines viuere cogeret ritu angelorum, et dum conſuetum curſum naturæ negaret, fornicationi et immunditiei frena laxaret, quod ſi pergeret ſententiam confirmare, malle ſe ſacerdotium quam coniugium deſerere, et tunc viſurum eſſe, cui homines ſorderent, vnde gubernandis per eccleſiam Dei plebibus angelos comparaturus eſſet.* Conf. MONACHVS HERVELDENSIS *ad ann. 1074. p. 412.* Prætereo turbas, alibi motas, quæ tamen euitari potuiſſent, ſi clericis *legitimum matrimonium* ineundi poteſtas facta fuiſſet.

§. XXV. Repetitæ ſunt paſſim ſeculo XII. prohibitiones de concubinis non habendis, ſed fere ſine effectu. Anno 1129. HENRICVS I. rex Angliæ concilium habuit, quo imprimis de *focariis ſacerdotum* actum eſſe, docet MATTHAEVS PARISIENSIS *in hiſt. Angl. ad cit. ann. p. m. 60.* et addit: *conceſſerunt regi iuſtitiam de focariis ſacerdotum, quæ res poſtea cum ſummo dedecore terminabatur. Accipit enim rex pecuniam infinitam de presbyteris pro ſuis focariis redimendis.* Hac redemtione licentia focarias habendi magis laxata quam ſuppreſſa eſt. Idem factum eſſe, refert ſeculo XIII. circa annum 1028 *p. 190.* et, *presbyterorum*, ait, *et clericorum focariæ per totam Angliam a miniſtris regis captæ ſunt, et grauiter ad ſe redimendum compulſæ.* Anno 1225. maiori zelo concubinatui clericali ſeſe epiſcopi Anglicani opponentes, decreto publico ſtatuerunt hunc in modum: *Concubinæ ſacerdotum et clericorum, qui infra ſacros ordines conſtituti et beneficiati ſunt, eccleſiaſtica careant ſepultura: niſi ſane ſe correxerint, et incolumes, vel tanta eorum in extremis appareat pœnitentia, propter quam non immerito cum eis debeat diſpenſari. Item non recipiantur ad oſculum pacis, nec panem benedictum percipiant in eccleſia, quamdiu concubinarii eas detinent in domibus ſuis, vel publice extra domos. Item ſi pepererint, non purificentur, niſi prius ſufficientem præſtiterint cautionem archidiacono vel eius officiali de ſatisfactione in proximo capitulo poſt purificationem earum facienda. Item ſacerdotes, in quorum parochiis concubinæ talium commorantur, ſi non hoc oſtenderint archidiacono vel eius officiali, ſuſpendantur. Et priusquam relaxentur, grani pœnitentiæ ſubiaceant. Item quæ conuinci poterit, quod ſacer-*

Varia ſeculo XII. de concubinis clericorum ſtatuta ſunt.

ſacerdos eam carnaliter cognouerit, publicam agat pœnitentiam et ſolennem etc. Recitat decretum hoc MATTHAEVS PARISIENSIS *ad cit. ann. p. 273.*

Neque tamen hæ prohibitiones effectum ſperatum habuerunt.

§. XXVI. Neque tamen hoc decretum *conſuetudinem concubinariam clericorum* abolere potuit, tum quod ordini eorum ſine delectu quiuis admitterentur, dono continentiæ haud præditi, quibus tamen volupe erat ex penu eccleſiæ alimenta percipere; tum etiam quia hæc conſuetudo omnibus fere clericis communis erat, adeoque pœnæ eccleſiaſticæ ad inania terriculamenta referebantur. Si quid peccaſſe arguebantur clerici, et eorum concubinæ, alii in pari luto hærentes, eos facile abſoluebant, peccataque iis remittebant, cum quod ipſi appetebant, facile aliis indulgerent. Proinde nouum decretum anno 1237. in *concilio Londinenſi* factum eſt, quod recitat IDEM *ad cit. ann. p. 382.* his verbis: *Licet ad profligandum, a laribus eccleſiæ, putridum illud turpitudinis libidinoſæ contagium, quo decor eccleſiæ grauiter maculatur, ſtuduerunt ſemper eccleſiaſtici correctores, ipſum tamen tantæ improbitatis extitit, vt ſemper ſe ingerat impudendum.* Inde cautum, vt niſi clerici intra menſem dimitterent concubinas, ab *officio* et *beneficio* ſtatim ſuſpendi deberent; ſed vix probabile eſt, illud ipſum in effectum deductum fuiſſe, quod tot conſtitutiones indicant, quæ ſeculis ſubſequentibus contra *concubinarios clericos* paſſim latæ ſunt, quarum quædam etiam *ſub hoc titulo* exhibentur.

Exemplum ſeculi XIII.

§. XXVII. Luculentum documentum *concubinatus clericalis*, ſeculo XIII. adhuc vſitati, habet GIRALDVS CAMBRENSIS *in dialog. de iure et ſtatu Menenſis eccleſ.* quem conſcripſit circiter *ann. 1218.* exhibetque HENRICVS WHARTONVS *in Anglia ſacra P. II. p. 514.* vbi GIRALDVS *p. 525.* ita de hoc more loquitur, ſimulque oſtendit, concubinas eo tempore inſtar *coniugum* habitas fuiſſe: *Noſſe te noui, quod notum in Wallia nimis eſt atque notorium, canonicos Menenſes fere cunctos, maxime vero Walenſicos, publicos fornicarios et concubinarios eſſe, ſub alis eccleſiæ cathedralis, et tanquam in ipſo eiusdem gremio focarias ſuas cum obſtetricibus et nutricibus atque cunabulis in laribus et penetralibus exhibentes. Paternarum nempe ſuarum traditionum prater modum æmulatores et transgreſſionum enormium imitatores non minus impudenter, quam imprudenter exiſtentes: adeo quidem, vt ſicut patres eorum ipſos genuerunt et promouerunt, ſic et ipſi more conſimili prolem ibidem ſuſcitant, tam in vitiis ſibi quam beneficiis ſuccedaneam. Filius namque ſuis ſtatim cum adulti fuerint, et ple-*

ne

Digitized by Google

ne pubertatis annos exceſſerint, canonicorum ſuorum filias, vt ſic firmiori fœdere ſanguinis ſcilicet et affinitatis iure, iungantur, QVASI MARITALI COPVLA (et tamen concubinatus erat) *dari procurant. Poſtmodum autem occaſione captata vel ab obſequiis, impenſis, vel aliis quibuslibet modis, quod per fas omne nefasque, vt id peragatur, invigilant, multiplicatis etiam ad hoc de capitulo, cum locus affuerit, quoniam dicto modo cognati ſunt omnes, aut affines, interceſſoribus, canonicas ſuas filiis ſuis conferri per ceſſationem non inefficaciter elaborant; ipſis tamen nihilominus, vt ante, tam in choro, quam in capitulo locum, dum vixerint, et auctoritatem retinentibus. Vnde et quoniam, tum propter fornicationis et incontinentiæ crimen, quod inde contrahitur atque fouetur, tum etiam propter ſucceſſionis in clero maculam, quam canones condemnant, morem iſtum apud bonos viros bene morigeratos et eruditos abominabilem et deteſtabilem norunt: ideo de gente ſua tales, qui neutrum, vel ſucceſſionis ſcilicet in clero vel fornicationis in populo fere toto, ſicut et in clero crimen abhorrent; apud quem nempe ſpurii et nothi, et contra legem nati et geniti, ſicut et legitimi, hereditatem conſequuntur, prælatos habere deſiderant.*

§. XXVIII. Animaduertit etiam doctiſſimus WHARTONIVS *in notis ad locum adductum lit. a.*, concubinas has communi quodam errore *vxorum* loco habitas fuiſſe, quod præterea aliunde probat: *In Anglia*, ait, *non minus, quam in Wallia conſuetudinem iſtam adhuc inualuiſſe*, GIRALDVS *in ſpeculo eccleſiæ MS. diſt. 3. c. 8. fidem facit his verbis: Exemplum de presbytero, qui noſtris diebus in Anglia, nec procul a Walliæ Marchia, eccleſiam filio ſuo ceſſerat, et per annos XX. vel plures, liber ab animarum cura et ſecularibus negotiis cunctis, aſſiduus in eccleſia diuinis obſequiis et orationibus intentus extiterat. Hic in eadem camera cum filio ſuo presbytero lectum ſuum habebat. Filius autem, more ſacerdotum parochialium Angliæ fere cunctorum, damnabili quidem et deteſtabili, publicam ſecum habebat comitem indiuiduam, et in foco focariam, et in cubiculo concubinam. Contigit autem, quod ille vocatus ad ſynodum procul inde remotam per dies aliquot abſens exiſteret, concubina ſua nihilominus more ſolito de nocte cubile tenente. Veteranus autem ille in angulo quodam domus eiusdem cubiculum habens, ſolum ſe cum ſola conſpiciens, tantaque opportunitatis occaſionem captans, poſt luctam pectoris grauem, tandem inſtigante diabolo ſtuprum meditatus, noctu ſurgit, et ad mulieris lectum pergit. Illa venientem aſpiciens ſtatim exclamauit, dicens: erraſtis, pater, erraſtis, non hic eſt locus veſter, etc. et ille reſpondens: errani vere,*

Pro vero matrimonio peramen reputabatur.

Digitized by Google

filia, erraui, et ex totâ mente captus exorbitaui etc. Hinc, pergit WHARTONIVS, *clarissime constat, istam lege coniugali presbytero coniunctam esse, quali et concubinas presbyteris Wallensibus coniunctas esse Giraldus dicit. Mihi quidem concubinarum nomen Giraldus opponit. Verum id partium studio deputandum est.*

Nihilominus tamen clericis interdictus erat, quod lex cœlibatus iis esset impositus.

§. XXIX. Talis erat status *concubinarum clericalium* in Anglia, et sine dubio etiam alibi, vt clerici in *concilia Moguntinensi* secundum ea, quæ §. *XVIII.* retuli, fassi sunt: nec credendum est, *ad tempus* eos tantum concubinas has aluisse, sed vtplurimum *perpetuam vitæ consuetudinem* cum iis habuisse, ne alias in suspicionem *fornicationis* proprie dictæ inciderent, quod etiam GIRALDI narratio antea adducta confirmat. Quia vero omne *matrimonium* clericis interdictum erat, ideo quoque *concubinatum* hunc, ad leges matrimonii *quodammodo* compositum, sed ab iis tamen aberrantem, tolerare seueriores noluerunt, quin omni conatu improbarunt. Vt vero penitus eradicaretur in clero luxurioso, impetrare haud potuere, quod sine dubio impetrare potuissent, si *legitimas nuptias* iis indulsissent.

TITVLVS III.

DE

CLERICIS CONIVGATIS.

§. I.

Olim clerici matrimonia recte contrahebant.

Ad *virtutes* clericorum quoque pertinet *cœlibatus*, h. e. vt non tantum extra concubinatum, de quo *tit. antec.* actum est, viuant, sed etiam extra *matrimonium* solenne. Nouiter hoc iugum clericis, maxime in *maioribus ordinibus* constitutis, impositum esse, antiquitates ecclesiasticæ demonstrant, et quidem ex erronea, de *sacerdotio* et *sacrificio*, opinione, vt infra ostendam. Olim non erat sic, postquam nec *sacrificium* eiusque quotidiana praxis in ecclesia vigebat, nec *lex de sacerdotio* audita erat. Apo-

Apoſtolos in coniugio vixiſſe, adeo apertum eſt, vt citra calumniam negari nequeat.

§. II. Habuit PETRVS vxorem, *Matth. VIII, 14. Marc. I, 30. 1 Cor. IX, 5.* quod adeo indubitatum eſt, vt vel TERTVLLIANVS, acerrimus nuptiarum, maxime *ſecundarum*, hoſtis, *de monogam. c. 8.* illud negare auſus haud fuerit. *Petrum*, ait, *ſolum inuenio maritum, per ſocrum; monogamum præſumo per eccleſiam, quæ ſuper illum ædificata omnem gradum ordinis ſui de monogamis erat collocatura.* Quæ contra coniugium PETRI pontificii adferunt, fuſius refutauit, remouitque dubia IO. FRIDERIC. MAYERVS *diſſ. de Petri coniugio*, et poſt eum Dn. SCHMID, theologus Helmſtadienſis celeberrimus, *diſſ. de apoſtol. vxoratis p. 9. ſeqq.* De reliquis apoſtolis ſubdubitat, more ſuo, TERTVLLIANVS *cit. l.* aiens: *Ceteros cum maritos non inuenio, aut ſpadones intelligam neceſſe eſt, aut continentes.* Cum vero videret, locum PAVLI *1 Cor. IX.* ſibi obſtare, illum ita explicandum eſſe cenſuit: *Nec enim, ſi penes Græcos communi vocabulo cenſentur mulieres et vxores, pro conſuetudinis facilitate (ceterum eſt proprium vocabulum vxorum) ideo PAVLVM ſic interpretabimur, quaſi demonſtret, vxores apoſtolos habuiſſe: ſi enim de matrimoniis diſputaret, (quod in ſequentibus facit, vbi magis apoſtolus aliquod exemplum nominare potuiſſet) recte videretur dicere: non enim habemus poteſtatem, vxores circumducendi, ſicuti ceteri apoſtoli et Cephas? at vbi ea ſubiungit, quæ de victuaria exhibitione abſtinentiam eius oſtendunt, dicentis: non enim poteſtatem habemus manducandi et bibendi? non vxores demonſtrat ab apoſtolis circumductas, quas et qui non habent, poteſtatem tamen manducandi et bibendi habent; ſed ſimpliciter mulieres, quæ illis eodem inſtituto, quo et Dominum comitantes, miniſtrabant.* Sibi tamen non ſatis conſtat SEPTIMIVS, cum ſui oblitus *de exhortat. caſtit. c. 8.* in diuerſam iuerit ſententiam, aiens: *Licebat et apoſtolis nubere, et vxores circumducere. Licebat et de euangelio ali.* Nec apoſtolum de ſolis *mulieribus miniſtrantibus* intelligendum eſſe, contextus docet. Disiungit poteſtatem bibendi et manducandi a poteſtate circumducendi vxores, nec conſultum fuiſſet, mulieres *miniſtrantes* circumducere, quod apoſtolis facile in opprobrium vergere, et ſcandalum aliis præbere potuiſſet. Et quem, quæſo, in finem miniſterium harum mulierum adhibuiſſent, quod vbique iis in promtu erat? nec apoſtoli adeo molliter viuebant, vt *bibendi* et *manducandi*

Quod euidentia rei probatur.

gratia consortio mulierum *ministrantium* in itinere indiguissent. Ita factum, vt in absurdam sæpe dilapsi sint patres sententiam, quo æque absurdam sententiam, præiudiciis suis inseruientem, defenderent.

Reiicitur interpretatio loci Paulini 1 Cor. IX.

§. III. Et tamen pontifices magni habuerunt hanc SEPTIMII interpretationem, quod vel ex sophistica interpretatione LEONIS IX. in *c. u. D. 31.* constat. *Vide, insipiens, quia non dixit: numquid non habemus potestatem sororem mulierem amplectendi? sed circumducendi, scilicet, vt de merce prædicationis sustentaretur ab eis, nec tamen foret deinceps inter eos carnale coniugium.* Verba captat, et fingit pontifex, vxores apostolorum posthac focarias eorum factas fuisse, *culinæ* in posterum, non vero *consuetudini coniugali* inseruiisse: cur vero hoc fingit? vt præconceptæ suæ opinioni inseruiat. Nam etiam HIERONYMVS *lib. I. ad Iouian.* maluit hoc figmento vti, quam veritati locum dare, adeo vt crediderit, apostolos ab vxoribus plane secessionem fecisse, vt vni Christo adhæresceren̄t, atque huc refert illud apostolorum: *Ecce, nos reliquimus omnia, et secuti sumus te:* Inde vero coniicit, *assumtos in apostolatum reliquisse officium coniugale.* Hoc figmento putarunt patres, quæuis exempla coniugatorum episcoporum, quæ magno numero occurrunt, facile posse declinari, ne sententiam de *cælibatu clericis necessario* euerterent. Et tamen in scriptis apostolorum nullibi præceptum est, coniugatos episcopos ab *vsu coniugali* abstinere debere; tantum id agit PAVLVS *1 Tim. III, 2.* ne polygamus ad episcopatum euehatur: monogamum commendat, ei tamen legem *cælibatus* non præscribit. Sincerius egit IGNATIVS, vel qui sub eo latitat nomine AVTOR *in epist ad Philadelph.* et, *Non detrabo*, ait, *ceteris beatis, qui nuptiis copulati fuerunt, quorum nunc memini. Opto enim DEO dignus ad vestigia eorum in regno ipsius inueniri; sicut Abraham et Isaac et Iacob, sicut Ioseph et Esaias et ceteri prophetæ, sicut Petrus et Paulus et reliqui apostoli, qui nuptiis fuerunt sociati: qui non libidinis causa, sed posteritatis subrogandæ gratia coniuges habuerunt.*

Alia exempla apostolorum coniugatorum adferuntur.

§. IV. Speciatim vero, ceteros apostolos itidem *vxoratos* fuisse, euidentissimis argumentis ostendit Dn. SCHMID. *cit. diss. p. 14. seqq.* quod plures etiam patres, vi veritatis adacti, fatli sunt. AVTOR *commentar. in epist. Pauli*, quem AMBROSIVM vel HILARIVM fuisse contendunt, diserte scribit: *Omnes apostoli, excepto Ioanne et Paulo, vxores habuerunt.* De PAVLI cœlibatu non adeo dubitandum, de quo ipse:

Digitized by Google

ipſemet teſtatur, ſalua tamen libertate, reliquis relicta. De IOANNIS quoque coniugio non conſtat, quin ſatis probabile eſt, eum cœlibem per totum vitæ ſpatium manſiſſe, quod Dn. SCHMID *cit. l. p. 23. ſeqq.* etiam concedit demonſtratque, vt tamen nullo idoneo argumento oſtendi queat, intuitu *officii ſacri*, quod geſſit, coniugium ab eo omiſſum defertumque fuiſſe. PHILIPPVM tum apoſtolum, tum eum, qui vnus ex presbyteris ſeptem Hieroſolymitana in eccleſia electis fuit, in coniugio vixiſſe, rurſus euidens eſt ex *Act. XXI, 9. 1 Cor. IX, 5.* quod etiam plurimis patrum teſtimoniis exornauit SCHMIDIVS *cit. l. p. 33.* eorumque argumentis ſatisfecit, qui pro PHILIPPI apoſtoli cœlibatu tanquam pro aris et focis pugnarunt, ſicuti etiam in ſequentibus de apoſtolis reliquis diſquiſitionem inſtituit, *vtrum vxorati fuerint?* eamque pererudite reſoluit. Conf. B. CALIXTVS *de cœlibatu clericorum.*

§. V. Equidem tempore apoſtolorum cœlibatus coniugio præ- Cœlibatus
latus eſt, vt ex multis liquet argumentis; *1 Cor. VII, 1. ſeqq.* ſed cum quidem in
quidam ex diſciplina Eſſæorum neceſſitatem eius chriſtianis imponere, primitiua ec-
et legitima coniugia reprobare conarentur, anſam hoc dedit PAVLO, cleſia com-
veram hac de re ſententiam inculcandi. vid. CHEMNITIVS *in exam.* mendatus, ſed
concil. Trid. P. III. lib. 2. c. 6. §. 4. ſeqq. Poſt exceſſum apoſtolorum nemini per
creuit inter plurimos ſententia de *cœlibatu*, et quamuis *clericis* haud eſſet modum legis
impoſitus, in magno tamen pretio a plerisque habitus fuit, quod etiam impoſitus.
tempora perſecutionum admodum ſuadebant. Qui *neceſſitatem* eius allegabant, a prudentioribus redarguebantur. EVSEBIVS *lib. IV. hiſt. eccleſ. c. 23.* Quia vero paulatim opinio de *ſacrificio*, quod *euchariſtiæ* Opinio de ſa-
ineſſe credebatur, inualeſcebat, et imprimis ſeculo III. altas agebat ra- crificio quoti-
dices presbyteris et epiſcopis *ſacerdotium* tribuendum erat; quo facto, diano clericis
ex lege antiqua Moſaica abſtinentia a coniugali conſuetudine iis non cœlibatum
tantum commendata, ſed quaſi imperata fuit, quod ſæpius ſacrificio primitus im-
huic vacare neceſſe haberent, et ita ex lege ſacerdotibus præſcripta poſuit.
ſemper a copula carnali abſtinere deberent; ex quo fundamento etiam hodierni doctores Romanæ eccleſiæ omni animi impetu *cœlibatum clericorum* defendunt, quod argumentum præ ceteris admodum vrget ANDREAS DV SAVSSAY *de panoplia ſacerdot. P. II. lib. 1. art. 2.* Ceterum iam olim ORIGENES *homil. XXIII. in Numer.* hoc dogma procudit, et *cœlibatus neceſſitatem* inde probauit. *Impeditur*, ait, *ſacrificium indefinens in iis, qui coniugalibus neceſſitatibus ſeruiunt, vnde videtur*

Digitized by Google

tur mihi, quod illius eſt ſolius offerre ſacrificium indeſinens, qui perpetuæ ſe deuouerit caſtitati. Priuata hæc ORIGENIS ſententia facile apud alios applauſum recepit, non tamen mox in legem abiit, vt ne quidem in *concilio Nicæno*, vbi mentio eius iniecta erat, patres eam reciperent. Teſtis eſt SOCRATES *lib. I. c. 2.* qui rei ſeriem ita enarrat: *Viſum erat epiſcopis, nouam legem in eccleſiam inducere, vt, quicunque in ſacrum ordinem allecti eſſent, id eſt, epiſcopi, presbyteri et diaconi, ab vxorum, quas, cum laici eſſent, matrimonii iure ſibi ſociauerant, concubitu abſtinerent. Cumque, hac re in medium propoſita, ſingulorum ſententiæ rogarentur, ſurgens in medio epiſcoporum conſeſſu Paphnutius, vehementer vociferatus eſt, non eſſe imponendum clericis et ſacerdotibus graue hoc iugum: honorabiles nuptias et thorum immaculatum eſſe dicens; ne ex nimia ſeueritate dammum potius inferrent eccleſiæ. Neque enim omnes ferre poſſe tam diſtrictæ continentiæ diſciplinam: ac forſitan inde euenturum eſſe, vt cuiusque vxoris caſtitas minime cuſtodiretur. Caſtitatem autem vocabat congreſſum viri cum vxore legitima. Satis eſſe, vt qui in clerum fuiſſent adſcripti, iuxta veterem eccleſiæ traditionem iam non amplius vxores ducerent: non tamen quemquam ſeiungendum eſſe ab ea, quam antehac, tunc cum eſſet laicus, legitime duxiſſet. Atque hæc dixit, ipſe non modo coniugii, ſed mulierbris congreſſus penitus expers, quippe qui a puero in monaſterio educatus fuiſſet, et ob ſingularem caſtimoniam ab omnibus celebratus. Ceterum vniuerſus ſacerdotum cœtus Paphnutii ſermonibus aſſenſus eſt. Proinde, omiſſa eius rei diſceptatione, ſingulorum arbitrio permiſerunt, vt ab vxorum conſuetudine abſtinerent, ſi vellent.*

Non tamen vniuerſaliter, nequidem in concilio Nicæno.

§. VI. Idem teſtimonium refert GRATIANVS *c. 12. D. 31.* ex quo perſpicuum redditur, iam *traditionem* eo tempore receptam fuiſſe, ne ſacerdotio allecti vxores ducerent, quam tamen extendendam non eſſe cenſuerunt patres ad eum caſum, ſi hi, qui in matrimonio degebant, ad clericatum poſtea adſumerentur. Quæ HENRICVS VALESIVS *in not. ad cit. l.* contra fidem huius teſtimonii adfert dubia, parui ſunt ponderis, ſatis refutata a B. ZIEGLERO *de epiſcop. lib. IV. c. 4. §. 14.* Ipſam rei ſeriem negare non potuit THOMASSINVS *P. I. de vet. et nou. eccleſ. diſcipl. lib. 2. c. 11. §. 15.* putat tamen, quædam SOCRATEM de ſuo admiſcuiſſe. *Potuit*, ait, *in eccleſia orientali ea fuiſſe tempore concilii Nicæni incontinentium presbyterorum diaconorumque multitudo, vt ſapientiſſimis præſulibus ſatis viſum fuerit, diſſimulare immedicabile malum, quam reſecando aſperare.* Leuis imo infrunita hæc di-

Confirmatur relatio Socratis de ſententia concilii Nicæni.

Digitized by Google

diuinatio eſt, in ſolius THOMASSINI præoccupati cerebro nata. Eccur enim *concilio Gangrenſi c. 4.* quod GRATIANVS in *c. 15. D. 28.* refert, anathema iis impoſitum eſt, qui presbyterum coniugatum ab oblationibus ſeu ſacrificio excludere voluerunt? Quare *patres Ancyrani c. 10.* diaconis permiſerunt vxores ducere ex epiſcopi licentia? Sed reſpondet, *toleratam* hanc conſuetudinem, *non approbatam* eſſe, eique vniuerſalem eccleſiæ traditionem, huic contrariam, obiicit.

§. VII. Probat eam ex EPIPHANIO *hæreſ. 59.* vel iuxta edit. PETAVII *hæreſ. 39. n. 4.* qui teſtatur, canones eccleſiaſticos cœlibatum imperare clericis, et quamuis contraria conſuetudo alicubi vigeret, eam tamen *corruptelam* fuiſſe vociferatur. *Reſpondeo*, ait, *non illud ex canonis autoritate fieri, ſed propter hominum ignauiam, quæ certis temporibus negligenter agere ſolet.* Præſtitiſſet ſine dubio, ſi EPIPHANIVS canones hos adduxiſſet, qui tamen ad ſomnia eius referenda ſunt, quibus ſcripta ſua vbique infecit. Aut enim hi canones, ad quos prouocat, ſunt *vniuerſales*, aut *particulares*: illi adhuc deerant, cum *concilium œcumenicum* adhuc nihil de hac re ſtatuiſſet; hi vero legem vniuerſalem omnibus eccleſiis præſcribere non poterant, ſed eos tantum obligabant, apud quos conditi erant. Tale erat *concilium Elibertinum*, quod patres, ad diſciplinam ſeueriſſimam, ex temperamento ſuæ nationis, admodum procliues, *c. 33.* ita ſanxerunt: *Placuit in totum prohibere epiſcopis, presbyteris, diaconis, et ſubdiaconis, poſitis in miniſterio, abſtinere ſe a coniugibus ſuis, et non generare filios. Quod quicunque fecerit, ab honore clericatus exterminetur.* Si vniuerſalis canon eccleſiaſticus iam adfuiſſet, quod temere EPIPHANIVS ſuppoſuit, non neceſſe fuiſſet, vt patres Elibertini hanc legem ſeueriſſimam condidiſſent. Epiphanii ſententia contraria examinatur.

§. VIII. Forſan EPIPHANIVS ad *traditionem eccleſiaſticam* reſpexit, ad quam SOCRATES etiam prouocat. Equidem negari nequit, etiam *traditiones* et *obſeruantias antiquas* appellatione *canonum eccleſiaſticorum* olim veniſſe; negari tamen ſimul nequit, hac ratione falſa pro veris credulo orbi ſæpe obtruſa fuiſſe. Traditiones admodum fallaces fuerunt, ad ſingulorum captum et appetitum excogitatæ, propagatæ et defenſæ. Erat EPIPHANIVS cœlibatus clericalis defenſor acerrimus, et ita ei nihil prius et nihil antiquius potuit eſſe, quam, omiſſa *traditionis* denominatione, *canones eccleſiaſticos* in teſtes vocare, quibus fucum aliis imponeret. Vnde autem hæc *traditio* nata fuerit, in propatulo eſt. Ab apoſtolis certe deriuari nequit, qui libertati An traditio vniuerſalis de cœlibatu clericorum firmet Epiphanii doctrinam.

Digitized by Google

tati matrimoniorum insidias non struebant, et hypothesin de *sacrificio missæ* ignorabant. Primi fuerunt huius opinionis auctores hi ipsi, qui *sacerdotium proprie dictum* clericis adscribebant, et ad *sacrificium* proprie dictum eucharistiam referebant. IVSTINVS martyr, saniori tamen adhuc sensu, producit hanc opinationem: TERTVLLIANVS imprudentius eam suscepit, peruerse propagauit, et discipulus eius, CYPRIANVS, maiori cum feruore adeo defendit, vt grauius vulnus ecclesiæ, quam ceteri omnes, inflixerit, ob maximam, qua pollebat, auctoritatem. ORIGENES, aliique idem acerrime inculcarunt, et ita Dd. seculi III. qui *sacerdotium nouum* et plane peculiare, procuderant, non potuere non cœlibatum clericis commendare, et, vt eo maius pondus sententiæ adderent, ad *traditionem* quandam prouocare, cui tamen hinc inde praxis resistebat. Ita pia fraude nonnunquam imponebatur credulis, quod vel ipsi, qui talia referebant, ex *pia simplicitate* nimis creduli essent, vel existimarent, talem piam fraudem prætextu *bonæ intentionis* excusari posse.

Patres doctrinam de cœlibatu clericorum magno feruore promouerunt,

§. IX. Atque hoc palmarium, quod patres, cœlibatus clericalis patroni, adduxerunt, fuit argumentum, quamuis forsan aliis artibus quoque vsi fuerint, quas erudite CHEMNITIVS *cit. loc.* detexit. HIERONYMVS imprimis *in apol. adu. Iouian* id maximopere egit, vt ad suum captum et mores austeros ceteros componeret, et vehementissime contra matrimonium clericorum pugnaret. *Imo episcopi et presbyteri, et diaconi et vniuersus chorus sacerdotalis et Leuiticus se nouerunt hostias offerre non posse, si operi seruiant coniugali.* Idem *epist. 53* acerrime conuitiis debacchatur in VIGILANTIVM, nec argumentorum ponderibus vtitur, vt clarissimus DVPIN *in biblioth. eccles. patr. tom. III. p. 220.* plusculum in eo modestiæ cum ERASMO Roterodamo desiderauerit, vbi idem argumentum tractat. Sed hic mos nonnullis patribus fuit, qui in autoritate maxima fuerunt. *Hic mos*, vt recte censet DALLAEVS *de vero vsu patrum p. 177. apud patres frequens est, maxime apud Tertullianum, Ambrosium et Hieronymum, qui cum sint ingenio feruido et concitato, quam in partem propendent, eo tanto impetu feruntur, vt quos quidem laudant, eos inter angelos, quos vero vituperant, inter diabolos collocare videantur: ita quæ credenda putant, non aliter commendant, quam si totidem essent christianismi fundamenta, quæ reiiciunt ac refutant, non aliter explodunt, quam si merum atheismum spirarent.*

omissis etiam limitibus modestiæ.

§. X. *Nec*

Digitized by Google

§. X. Nec tamen horum tradita contra matrimonia clericorum quicquam efficere potuiſſent, niſi etiam Romani epiſcopi horum aſſeclæ fuiſſent, vtpote quorum maxima apud omnes erat auctoritas. Primus fuit SIRICIVS, qui *cælibatum* occidentalibus impoſuit, vti non diffitetur MARCVS ANTON. DE DOMINIS *de republ. eccleſ lib. II. c. 10. §. 19.* Hunc ſecutus eſt INNOCENTIVS I. quod epiſtolæ eorum ſatis produnt, quæ inter *occidentales* grauiſſimum habuere momentum, vt tandem duram hanc neceſſitatem clerici ſubire coacti fuerint, quamvis non ſine murmuratione et contradictione, imo quandoque praxi contraria, vti *tit. antec.* oſtendi. E contrario *orientales libertatem matrimonii* ſtrenue conſeruarunt, quod indicium præbet, traditionem illam eccleſiaſticam *vniuerſalem*, quam EPIPHANIVS credulis obtrudere voluit, de *cælibatu clericorum* eſſe plane friuolam, et nullo modo fundatam. Ipſe STEPHANVS papa in *c. 14. D. 31.* diuerſum hunc morem refert, ſed reprobare orientalium conſuetudinem non audet. *Aliter*, ait, *ſe orientalium traditio habet eccleſiarum, aliter huius ſanctæ Romanæ eccleſiæ. Nam earum ſacerdotes, diaconi atque ſubdiaconi matrimonio copulantur: iſtius autem eccleſiæ vel occidentalium nullus ſacerdotum a ſubdiacono vsque ad epiſcopum licentiam habet coniugium ſortiendi.* Mirum ſane eſt, libertatem matrimoniorum orientales adhuc clericis permiſiſſe, cum tamen eandem de *ſacrificio miſſæ* et *ſacerdotio* fouerent ſententiam, niſi, quod probabile eſt, dicere velis, naturæ geſtis, ad venerem admodum procliuis, hoc datum fuiſſe, ne grauiora mala in clero ſuo experirentur, quæ præcaueri haud potuiſſent. Eo ipſo tamen non reprobo morem Græcorum, ſed tantum coniecturam adfero, qua factum ſit, vt, ſalua hypotheſi vulgata de *ſacrificio* et *ſacerdotio*, matrimonium clericorum potuerit tolerari, quæ cum falſa ſit, occidentales nullum præſidium ſuo cœlibatui inde adſcribere poſſunt.

Romanorum epiſcoporum auctoritas ſingulare pondus huic doctrinæ addidit.

Inter orientales matrimonii libertas clericis conſeruata eſt.

§. XI. Ceterum nec inter occidentales ante HILDEBRANDI ſeu GREGORII VII. tempora coniugia clericis prorſus erepta fuiſſe, plura teſtimonia euincunt, quamuis hinc inde iis contradictum ſit a papis, qui arcanas adhuc rationes habuere, clericis reluctantibus cœlibatum imponendi. Quam peſſime bono eccleſiæ hæ ipſæ ceſſerint, res ipſa loquitur, quod BAPTISTA MANTVANVS, monachus Carmelita, ſcriptor ſeculi XV. *lib. I. faſtor.* diffiteri haud potuit, vbi de HILARII, Pictauienſis epiſcopi, matrimonio ita cecinit:

Ante Gregorii VII. tempora ne quidem matrimonia clericis erant in totum adempta.

Digitized by Google

Non nocuit tibi progenies, non obſtitit vxor
Legitimo coniuncta thoro, non horruit illa
Tempeſtate Deus thalamos, cunabula, tædas.
Sola erat in pretio, quæ nunc incognita virtus
Sordet, et attrito viuit cum plebe cucullo.
Propterea leges, quæ ſunt connubia contra,
Eſſe malas quidam perhibent: prudentia patrum
Non ſatis aduertit, (dicunt) quid ferre recuſet,
Quid valeat natura pati, ceruicibus, ait,
Hoc inſuaue iugum noſtris imponere Chriſtus
Noluit: iſtud onus, quod adhuc cumplurima monſtra
Fecit, ab audaci dicunt pietate repertum.
Tutius eſſe volunt, qua lex diuina ſinebat,
Iſſe via, veterumque ſequi veſtigia patrum,
Quorum vita fuit melior cum coniuge, quam nunc,
Noſtra ſit excluſis thalamis, et coniugis vſu.

Alia plura teſtimonia, quibus cum *cœlibatus clericorum* impugnari, tum mala ex illo in eccleſiam redundantia illuſtrari queunt, adfert, et ex penu aduerſariorum, optimorum in hac materia teſtium, petit CHEMNITIVS *in exam. concil. Trident. P. III. lib. 2. c. 5. et 6. p. 720. ſeqq.* cui iungi poteſt GEORGIVS CALIXTVS *de coniugio clericor.*

Rationes arcanas Gregorius VII. habuit, ob quas adeo matrimonia clericorum reprobauerit.

§. XII. Quamuis vero, prout hactenus innui, patres antiqui ex pia quadam ſimplicitate, aut potius odio quodam implacabili erga ſexum ſequiorem, et cœlibatus nimia commendatione, clericis neceſſitatem cœlibatus imponere conati fuerint, ſperatum tamen hæc opinatio effectum non vbique habuit, ſed, prout antea monui, vsque ad GREGORIVM VII, qui anno 1074. ſedere cœpit, ſacerdotes coniugatos antiquitates eccleſiaſticæ recenſent. Hic plurima, quæ hierarchiæ ſtabiliendæ proficua erant, magno animi impetu, et ſpiritu audaciori aggreſſus eſt, et inter illa quoque *coniugia clericorum* prorſus eradicare omni conatu ſtuduit. Qui mores hominis nouit, facile concedet, eum non *ſtudio caſtitatis*, aut *cœlibatus amore*, aut denique opinione *ſacerdotii* et *ſacrificii*, coniugium reſpuentis, hoc opus, quod alii bona forſan fide, magno tamen errore, inſtituerant, exædificandum ſuſcepiſſe, ſed ex *cauſis maxime politicis*, ſtatum hierarchiæ apprime ſtabilientibus.

§. XIII.

Digitized by Google

§. XIII. Rem acu tetigit MELANCHTHON in responsione ad editum aduersus BVCERVM libellum a Colonienſibus, cuius seriem refert SECKENDORFF *de Lutheranismo lib. III. §. 107. addit.* vbi *lit. t.*, quæ contra *cœlibatum clericorum* adducit, exhibet. *Vna est*, ait, *vera et sola causa tuendi cœlibatus, vt opes commodius administrentur, et splendor ordinis retineatur.* Animaduerterat GREGORIVS VII. coniugia clericorum admodum obesse conseruationi bonorum ecclesiasticorum: neque enim tantum ex penu ecclesiæ alendi erant clerici, sed etiam eorum coniuges et liberi, et quod magis est, in bona, quæ ex reditibus ecclesiasticis clerici corraserant, successio liberis adimi commode non poterat; quin si vel maxime hi deessent, coniugi tamen certa portio ex lege debebatur, præsertim cum non tantum per Germaniam, sed etiam per alia regna *communio bonorum* inter coniuges obtineret. Multum inde detrahi reditibus ecclesiasticis, concludebat, qui alias ex *cœlibatu clericorum* magnopere augebantur. Quæ cœlibes relinquebant, ea, quatenus ex *bonis ecclesiasticis* quæsita erant, reuertebantur in ecclesiam, nec de iis ius testandi clericis erat. Hæc antiquissima lex erat, in augmentum et conseruationem bonorum ecclesiasticorum excogitata, de qua plura specialia adducit LVDOVICVS THOMASSINVS *P. III. de nou. et vet. eccles. discipl. lib. 2. c. 38. seqq.* Quamuis vero per plura secula in conciliis conseruationi bonorum ecclesiasticorum hoc modo prospectum fuerit, non tamen finis hic obtineri potuit, quamdiu clericis matrimonia permissa fuere; hæc penitus eradicanda, hæc amputanda, ne in liberos et vxorem illa conferrentur, quæ ad ærarium ecclesiasticum reuerti desiderabant pontifices. Solis bonis, quæ ex *reditibus ecclesiasticis* ceperant, haud contenti erant: vniuersam captabant clericorum hereditatem, quam facilius per testamenta ecclesiis deferri animaducrtebant, si coniuges, si liberi, deessent. Magna omnino bonorum copia ecclesiis delata est ex testamentis clericorum, quæ nunquam iis obuenisset, si *aureus cœlibatus* defuisset. Proinde non solis clericis, *maiori* in *ordine* constitutis, interdicenda erant coniugia, a quibus olim patres tantum ob *sacerdotii* et *sacrificii* respectum cœlibatum exigebant; sed etiam clericis in *minori ordine* constitutis, ad quos patrum argumenta applicari non poterant, facilius tamen ratio iam adducta: nam æque hi sua habent ab ecclesia stipendia, et ita æque quoad hos prospiciendum fuit, ne per eorum coniuges et liberos aliquid detrimenti rei ecclesiasticæ inferretur. Collineauit huc iudicium MAXIMILIANI II. in scripto, quod anno 1564. patribus Tridenti-

(1) ad opes ecclesiæ stabiliendas.

Digitized by Google

nis transmisit, vbi rationem adductam his redarguit verbis: *Nec satis firma eorum videtur esse ratio, qui propter conseruanda bona ecclesiastica cœlibatum mordicus retinendum putant. Pensitandum enim est, an deceat ecclesiam, tanta animorum periclitatione conseruandis bonis intendere, cum eorum indemnitati et conseruationi per solennes eorum bonorum descriptiones et inuentaria, aliisque id genus legitimis canonicisque cautionibus rectissime prouideri queat.* GOLDASTVS *tom. II. constit. imper. p. 383.*

(2) ad stabiliendum papatum.

§. XIV. Præterea (II) cœlibatum clericalem *multum prodesse conseruationi et amplitudini sedis Romanæ*, secum reputabant sagacissimi pontifices, quippe qui addictiores sedi Romanæ futuri credebantur, si essent improles et cœlibes; liberis abundantes magis se accommodaturi credebantur fauori aulæ et principis, vt manus manum lauaret, et principum beneficio ad munera publica aliaue beneficia reipubl. admitterentur. Inde futurum esse suspicabantur, vt clerici tandem prorsus auocarentur ab obsequio sedi papali debito, seseque plane principibus addicerent. Non dissimulauit hanc suspicionem cardinalis RVDOLPHVS PIVS, in concilio Tridentino, cuius mentem PAVLVS SARPIVS *in histor. huius concil. lib. V. p. 793. edit. Lipsi.* retulit, asserens: *Si connubia permittantur sacerdotibus, id inde secuturum esse, vt familiam, vxorem et liberos alentes et principis quisque sui obedientiam respiciens, pontificis obsequium detrectet: vt liberorum caritas ab officio ad omnem ecclesiæ fraudem ac præiudicium abducat: vt de sacerdotiis in familias hereditario iure adsciscendis cogitent: vt denique intra breue tempus sedes apostolica vrbis Romanæ cancellos non excendat. Ante institutum cœlibatum sedem Romanam nullum ex aliis ciuitatibus ac regionibus fructum percepisse; per hunc adeptum dominatum omnium sacerdotiorum, quæ matrimonium exiguo tempore illi eriperet etc.*

(3) ob alias rationes arcanas;

§. XV. Denique (III) rationes illæ fere hodie cessant, quæ olim cœlibatum clericorum commendarunt, vt in concilio Tridentino sane non necesse fuisset, tantis animorum contentionibus matrimonia clericorum impugnare, nisi e re aulæ Romanæ fuisset, aliæque rationes arcanæ hanc reformationem impediuissent. Quatuor *olim* omnino rationes fuisse, opinatur IACOBVS GOTHOFREDVS, vt lex cœlibatus paulatim inualescceret: quod (1) sub tribus persecutionum seculis, ipsa temporis ratione id suadente, *præferri* soliti fuerint in clericatu cœlibes, teste EVSEBIO *lib. VII. c. 24.* nulla tamen lege posita: (2) quod plurimi ex persuasione quadam præconcepta, ad sacerdotium admoti, coniugio *sponte* nuntium mittere soliti fuerint: (3) quod multi pa-

Digitized by Google

patres, nulla tamen lege eccleſiaſtica poſita, in eam inclinauerint ſententiam, vt cœlibatum clericis neceſſarium eſſe crederent, quæ potiſſimum ex nouiter inuecta doctrina de *ſacerdotio* et *ſacrificio* orta eſt: (4) quod clerici eligi ſolerent ex *monachis* ſeu *continentium* numero, qui ex peculiari ſtatu ſuo cœlibes eſſe cogebantur. Rationes has omnino ceſſare, in confeſſo eſt. *Prima* adeo ceſſat, vt *aureum ſeculum* clericorum eſſe crederes, ſi externum ſtatum pacis, tranquillitatis, et dominatus eorum intueris. *Altera* itidem incognita eſt. Perſuaſiſſimum habeo, vix centeſimum matrimonio nuncium miſſurum fuiſſe, ſi in eorum, qui ad clericatum promouentur, arbitrio libertas matrimonii conſtitueretur. *Tertia* ſi vel maxime a plurimis allegatur, applicari ad plerosque nequit, quos tamen cœlibes eſſe iubent. Clerici *minorum ordinum* ingentem numerum faciunt, qui tamen nec *ſacerdotes* ſunt, nec ad *ſacrificium*, quod vocant, concurrunt. Canonicorum itidem ingens numerus eſt, qui hodie rarius vtplurimum miſſas legunt, quin potius *vicaria opera* in plerisque vtuntur, vt æquo iure vxores alere poſſent, quo in V. T. ſacerdotes, qui ad *quotidiana ſacra* non erant adſtricti. Ipſi epiſcopi, et pontifex rem diuinam *quotidie* non amplius faciunt, adeoque ex hac cauſa haud impedirentur vxores ducere, niſi aliæ adeſſent. Denique *vltima* ratio a praxi prorſus aliena eſt, cum vix e monachatu quidam ad officia eccleſiaſtica, maxime maiora, admittantur, ne dicam, hanc rationem eſſe *particularem*, et clericos, qua tales, non concernere. Quam peſſime itaque rei eccleſiaſticæ conſuluerint GREGORIVS VII. et qui eum ſecuti ſunt pontifices, imprimis INNOCENTIVS III. ex adductis ſatis liquet, imo hoc ipſum oſtendit, illis *ſupremam legem eccleſiaſticam* non fuiſſe ſalutem rei chriſtianæ, quam deſtruxerunt, ſed hierarchiæ papalis conſeruationem.

cum rationes, ob quas primitiua eccleſia cœlibatum vrſit, hodie prorſus ceſſent.

§. XVI. Seruitus hæc clericorum duriſſima prorogata eſt ad *tempora reformationis*, quamuis clerici, in tam deperdito eccleſiæ ſtatu, non potuerint non veneri et ventri indulgere, vti tot teſtimonia ſcriptorum oſtendunt. Neque mala hæc euitari aut auerruncari potuere, imo vix de iis exſtirpandis cogitabatur, quia curia Romana, ſe ſufficiens præſidium in *cœlibatu clericali* habere, opinabatur, quicquid de cetero alii de malis eius conquererentur, et impurum clericorum concubinatum atro carbone notarent. Dedit Deus tandem his quoque finem. Mox enim, quum libertas verbi diuini, iugo clericali oppreſſa, priſtinum in ſtatum reſtitui cœpiſſet, tam a LVTHERO, quam PHI-

Tempore reformationis clericis proteſtantibus libertas matrimonii aſſerta eſt,

Digitized by Google

LIPPO, CAROLOSTADIO, aliisque doctoribus Wittebergenſibus, pro libertate clericorum circa matrimonium voce et ſcriptis actum fuit.

a Luthero imprimis,

Aperte LVTHERVS aſſerebat, inter diaboli doctrinas prohibitionem matrimonii referendam eſſe, quamuis ab initio, monachis ob *votum* a matrimonio abſtinendum eſſe, crediderit, et, ad SPALATINVM *anno 1521. d. 6. Aug.* ſcribens, notanter ſcripſerit: *Noſtri Wittebergenſes etiam monachis dabunt vxores: at mihi non obtrudent vxorem.* In hac

et ſubſequente praxi confirmata,

ſententia non ſubſtitit, vt euentus docuit. Ad doctrinam hanc acceſſit publica praxis. Nam in Saxonia circa annum 1521. primus vxorem duxit BARTHOLOMAEVS BERNHARDI, Kembergæ præpoſitus, ALBERTO cardinali, aliisque frementibus, contra quos factum hoc validiſſimis defendit argumentis, teſte SECKENDORFFIO *in hiſtor. Lutheran. lib. I §. 104. n. 2. ſeqq.* Plurimi alii huius exemplum ſequebantur, impuro cœlibatui matrimonium legitimum præferendum eſſe, recte iudicantes; nec aliter iudicaturi fuiſſent aulæ Romanæ addicti, ſi ratio huius ſtatus hanc innouationem admittere potuiſſet.

renitentibus acriter pontificiis.

§. XVII. Surdis videlicet narrabatur fabula. CAMPEGIVS, legatus CLEMENTIS VII. in conuentu procerum Noribergenſi, anno 1524. inito, tanquam pro aris et ſocis, pro *cœlibatu clericorum*, curiæ heri ſui tam vtili, pugnabat, adeo, vt quamuis morem epiſcoporum Germanorum improbaret, quod accepta pecunia ſacerdotibus ſcortationem vel impurum concubinatum permitterent, multo tamen gravius ab iis peccari, impie diceret, ſi ſacerdotes fierent mariti, quam ſi plurimas domi meretrices alerent, teſte SLEIDANO *lib. IV.* Si rationem differentiæ quæris, vix aliam, quam hanc, inuenies, quod prius hierarchiæ obeſſet, non poſterius; omne autem peccatum graviſſimum eſſe cenſeri deberet, quod eius luminibus officeret. Hunc in finem legatus, præſertim cum Noribergæ non omnia tuta videret, eodem anno conuentum Ratisbonæ inſtituit, et, mandato publicato, inter alia conſtituit, *vt ſacerdotes, qui vxores duxerant, ſecundum rigorem canonum punirentur*, id quod tamen, ipſo MAIMBVRGIO *in hiſtor. Lutheran. lib. I. ſect. 60.* teſte, euangelicorum animos magis magisque aduerſus gentem Romanam obfirmauit, vt, quia de *libertate* quæſtio eſſet, nullo modo ei cedendum eſſe arbitrarentur.

Lutherus tandem ipſe matrimonium iniit.

§. XVIII. Quamuis vero LVTHERVS libertatem circa clericorum matrimonium admodum defenderet, ipſe tamen adhuc auerſo ab eo erat animo, vt anno 1524. de ſe ita literis teſtatus eſt apud SECKENDORFFIVM *in hiſtor. Luberan. lib. I. §. 182. n. 2.* ſcribens: *Hoc*

Hoc corde, quo hactenus fui et modo sum, non fiet, vxorem vt ducam; non quod carnem meam aut sexum non sentiam, cum neque lignum, neque lapis sim, sed animus alienus est a coniugio, cum exspectem quotidie mortem, et meritum haeretici supplicium: itaque nec DEO figam terminum operis in me, nec in corde meo nitar. Mutauit tandem consilium, et *anno 1525. mense Iun.* matrimonium cum CATHARINA BORIA iniit, de cuius circumstantiis plura singularia adfert SECKENDORFFIVS *cit. l. lib. II. §. 5. n. 1. seqq.* Facile coniici potest, ipsum magis magisque ita crabrones irritasse. Ipse vero contra audentior ibat, libertatemque matrimonii, nullibi clericis in sacris ademtam, adeo asserebat, vt furor aduersariorum nihil contra eum proficeret. Non solum de sui matrimonii iure securus erat, sed etiam alios, qui eodem nomine calumnias inimicorum patiebantur, confirmabat, vt vel ex literis ad SPALATINVM, ob matrimonium contractum multorum opprobriis expositum, missis constat, relatis ab EODEM *lib. II. §. 43. n. 10.*

§. XIX. Non destiterunt pii reformatores, matrimonia clericorum omnibus modis defendere, adeo, vt etiam PHILIPPVS MELANCHTHON in *breui synopsi*, quam anno 1530. conscripsit, et COELESTINVS *tom. I.* exhibuit, *art. X.* hanc de *sacerdotio clericorum* prodiderit sententiam: *Papa contra ordinem a DEO ipso institutum sacerdotibus matrimonium ademit, (patrum traditiones solae* id perficere haud potuissent, nisi *pontificum* accessisset *prohibitio*, toties repetita) *atque hac ratione horribilibus libidinibus magnam fenestram patefecit, et innumerabilia flagitia in mundum inuexit. Ac licet veteres canones sacerdotibus, vxores ducentibus, beneficia et stipendia tantum subtraberent; tamen hac poena, antiquitus constituta, pontifex non contentus, cum tyrannis suis maiorem in ipsos exercet sauitatem, trucidando et e medio tollendo omnes, quotquot illud vitae genus sunt ingressi: quae omnia peccata sunt horrenda et antichristi propria signa, de quo propheta Daniel vaticinatus est, inquiens: mulieres contemnet; quo dicto coniugii contemtus, et horribiles libidines denotantur.* Et protestantes hanc libertatem quouis modo defenderunt.

§. XX. Quae cum ita essent, principes tandem vi *iuris circa sacra* id, quod hactenus a theologis assertum, et contra aduersarios validissimis argumentis propugnatum munitumque erat, publicis legibus confirmarunt, et *libertatem matrimonii* pristino vigori restituerunt. Sic IOACHIMVS, elector Brandenburgicus, in der Kirchen-Ordnung im Churfürstenthum der Marck zu Brandenburg, wie man sich beyde mit der Lehr und Ceremonien halten soll, Berolini Principes quoque legibus latis confirmarunt, vt in Marchia,

Digitized by Google

lini anno 1542. edita, tit. vom heiligen Eheſtand, hac de re ita cenſuit: Aber das impediment der Prieſter-Ehe, nachdem anhero die tägliche Erfahrung geoffenbaret hat, was Aergerniß daraus erwachſen, ſehen wir vor fährlich an, und wiewol wir dieſer unnöthigen conſtitution relation verhoffet, und Chriſtliche Aenderung derſelben gerne geſehen hätten, und ſolches dennoch anhero verblieben iſt, will uns, als dem Landes-Fürſten, weiter Aergerniß zu vermeiden, ſolches länger zu verdulden nicht leidlich ſeyn, derhalben unſere Meynung, daß füran hierin nach dem Rath Pauli 1 Cor. VII. gelebet werde, und die Freyheit zu verehlichen nun iedermann offen ſtehe, und zugelaſſen werde, iedoch welche ſich des cœlibats halten können, ſollen dazu nicht gedrungen werden, aber alle Geiſtlichen in unſerm Lande ſollen ſich verdächtige Perſonen in ihren Häuſern und Wohnungen zu haben, oder Oerter, da dieſelben vorhanden, zu beſuchen enthalten, bey Verluſt und Entſetzung ihrer geiſtlichen Aemter und Beneficien, und ſollen die ietzt habende Perſonen auſſer der Ehe zum fürderlichſten von ſich thun, und derſelben gäntzlich äuſſern und entſchlagen, wie denn ſolches die geiſtlichen und weltlichen Rechte ordnen. Indicium præbet hæc conſtitutio, adhuc eo tempore clericos ſuas habuiſſe concubinas, vel in cœlibatu ſuſpecto vixiſſe more, quod ni fuiſſet, conſtitutio hæc ea de re nihil cauiſſet. Similiter in *Palatinatu* anno 1556. edita eſt *ordinatio eccleſiaſtica*, vbi *tit.* vom Ehe-Stand *fol. n6.* hæc leguntur: Aus dieſem allen iſt nun offentlich, dieweil der Pabſt, ſeine Biſchöffe, Thum-Herren, Münche und andere, die den Ehe-Stand verbieten, öffentlich wider GOTT thun, und Unzucht ſtärcken und häuffen, daß ſie GOttes und rechter Kirchen Feinde ſind, und haben viel mehr Irrthum und Abgötterey. Denn Unzucht wird gemeiniglich auch mit Blindheit und Unſinnigkeit geſtrafet, wie Röm. I. geſchrieben iſt. Und kan dieſen groſſen Schaden keine Creatur begreiffen, den das Ehe-Verbot gebracht hat. Daraus ſo viel Unzucht gefolget, rechte Anrufung GOttes verhindert, GOttes Erkäntniß verloſchen, und die Hertzen blind und unſinnig worden, und viel hundert tauſend Seelen in ewige Strafe gefallen ſind, und hat GOttes Zorn gantze Lande zerſtöhret. Hoc modo proteſtantes eo tempore philoſophabantur, quorum argumenta collegit anno 1552. HERMANNVS *de ſacerdotum conſugio, diſputatio inter ſuffraganeum epiſcopum et diaconum paſtorem.*

et in Palatinatu.

§. XXI.

§. XXI. Qui a contrariis ſtabant partibus, facile, vt credo, victas dediſſent manus, exemplo Gallorum, qui imprimis vrgebant, vt matrimonium clericis reſtitueretur, niſi aulæ Romanæ proceres interceſſiſſent, quorum ratio ſtatus cœlibatum poſtulabat. Argumentis validiſſimis non deſtituebantur proteſtantes, ſed ſurdis narrabatur fabula, adeo vt in *concilio Trident. ſeſſ. XXIV. c. 9.* antiquus error corroboratus fuerit. *Si quis dixerit*, edicunt patres, *clericos in ſacris ordinibus conſtitutos vel regulares, caſtitatem ſolenniter profeſſos, poſſe matrimonium contrahere, contractumque validum eſſe, non obſtante lege eccleſiaſtica vel voto; et oppoſitum nihil aliud eſſe, quam damnare matrimonium, poſſeque omnes contrahere matrimonium, qui non ſentiunt, ſe caſtitatis, etiam ſi eam vouerint, habere donum, anathema ſit; DEVS id recte petentibus non deneget, nec patiatur nos ſupra id, quod poſſumus, tentari.* Percellebantur hoc edicto multi eo tempore admiratione maxima, perſuaſiſſimum habentes, in hoc ad minimum articulo reformationem haud defuturam eſſe. Verum paucioribus cognitæ erant rationes arcanæ aulæ Romanæ, quæ demum in concilio hoc manifeſtabantur, et reformationem impediebant. Hoc animaduertentes proteſtantes ſtrenue perſiſtebant in *libertate*, in qua ſe per DEI gratiam vindicauerant, et in illa vsque ad hæc tempora, ringentibus etiam aduerſariis, ſubſtiterunt.

Nihilominus tamen lex de cœlibatu clericorum in concilio Tridentino repetita eſt.

§. XXII. Quæ cum ita ſint, expeditum eſt, alia eſſe iura circa matrimonia clericorum in foris proteſtantium, alia in foris pontificiorum, intuitu cleri his ſacris addicti. Quod nobis legitimum licitumque eſt, illis illegitimum et abominabile habetur: quod nos damnamus, illi approbant. Dicendum itaque erit de *matrimonio* tum *clericorum noſtrorum*, tum *pontificiorum*, vt praxis iuris canonici, an et quatenus adhuc in terris proteſtantium ſuperſit, inde liqueat. Incipiam ante omnia a clericis in *dignitate* conſtitutis, epiſcopis videlicet, prælatis, abbatiſſis et canonicis, et poſtea ad clericos ceteros, qui eccleſiis parochialibus præſunt, peragam. Quin *epiſcopi et prælati* proteſtantes matrimonium legitime contrahere poſſint, ſalua dignitate eccleſiaſtica, non dubitatur. Hoc interim mirandum eſt, ſolere epiſcopis ex *coniugio* defectum canonicum affingi, propter quem non tam *eligi*, quam *poſtulari* debeant, cum tamen matrimonium clericis proteſtantibus haud ſit interdictum, ne ſtatutis capitularibus epiſcopi adſtringantur, vt in *cœlibatu* permaneant. Reſpuendus merito hic defectus putatiuus canonicus, quem ſibi quidam, iuris pontificii principiis faſcinati,

Hodie clerici proteſtantes in dignitate poſiti, recte ineunt matrimonium.

fingunt, nec exiſtimandum, ſi cœlebs cum coniugato concurrit, hunc vota duplo maiora habere debere, quod alias iuris eſt, vbi *electio* cum *poſtulatione* concurrit. Quod enim, ſalua dignitate eccleſiaſtica iam obtenta, licite fieri poteſt, id quoque defectum nullum operatur in perſona adhuc eligenda.

Nec hæc libertas abbatiſſis eſt adempta.

§. XXIII. Nec libertas hæc matrimonium ineundi deneganda eſt *abbatiſſis immediatis* A. C. addictis, quamuis hoc a quibusdam in dubium vocatum fuerit. Plenius id euicit HENRICVS GVNTHERVS THVLEMARIVS in ſcripto germanico, cui titulus: **Wenige, iedoch wichtige** *rationes*, **daß eine der evangeliſchen Religion zugethane Abbatißin in Teutſchland, wenn ſie ſich verheyrathet, nicht nöthig habe zu reſigniren, ſondern, wenn ſie will, die Abteyliche Würde, Regierung und Einkommen, Zeit währendes Eheſtandes behalten könne.** Argumenta adducta primaria hæc ſunt: (I) adeſſe *exempla* ſeculo XVII, quibus praxis huius libertatis ſtabiliri poſſet: (II) deeſſe tum *ſtatuta*, tum *vota*, quibus obſtringantur abbatiſſæ *immediatæ*, matrimonium contrahentes, ad reſignandam dignitatem eccleſiaſticam; neque enim ob *votum* eas prohiberi matrimonium inire, quod non præſtant; neque *dignitatem eccleſiaſticam* eis obeſſe, quippe quæ nec epiſcopis obſtat, quo minus poſſint, ſaluo ſtatu, vxores ducere: (III) prælatis A. C. addictis in *I. P. art. V. §. 16.* omnia eſſe permiſſa, quæ conſcientiam eorum non lædunt, et hoc ad *libertatem matrimonii* recte applicari poſſe: (IV) non poſſe ad abbatiſſas A. C. addictas applicari, quod de canonicatibus ſecularibus iura pontificia decernunt, quibus nubendi facultas eſt conceſſa, præuia tamen reſignatione, cum in *I. P. cit. l.* cautum ſit, ſtatuta antiqua illibata manere debere, quatenus ea nihil in ſe contineant *confeſſioni Auguſtanæ* aduerſum, et conſequenter idem de *cælibatu clericali*, confeſſioni huic aduerſo, dici debere: (V) ipſum imperatorem tempore inaugurationis in canonicum aſſumi, imo olim Romæ in *ſubdiaconum* aſſumtum eſſe, nec tamen a matrimonio arceri: (VI) adeſſe quidem exempla abbatiſſarum, quæ, coniugio inito, renunciarunt dignitati eccleſiaſticæ; ſed hæc vel ad tempora, inſtrumentum pacis præcedentia, referenda eſſe, vel reſignationes tales *ſponte*, non *iuris neceſſitate* factas fuiſſe: (VII) exemplum abbatiſſæ Gernrodenſis ELISABETHAE Anhaltinæ, *anno 1570. d. XIX. Iul.* comiti WOLFGANGO Barbienſi nubentis, idem demonſtrare, quæ durante matrimonio dignitatem eccle-

Digitized by Google

ecclesiasticam sibi conseruauit, conniuente etiam MAXIMILIANO II. quæ illam solennibus literis ad comitia euocauit: (VIII) nec posse denegari abbatissis, quod *principibus ecclesiasticis* A. C. addictis denegatum haud est; præsertim cum (IX) *capitulares* aut *canonicæ* in eiusmodi prælaturis dignitatem suam reditusque præbendarum haud amittant. His rationibus nihil obiici potest, quam quod ex matrimonio tali prælaturæ iactura inferri, aliaque incommoda oriri possint, quæ tamen nullam prohibitionem inferunt.

§. XXIV. Atque hæc hactenus vera sunt, si statutum peculiare, quod matrimonium prohibet, deficit. Quid vero dicendum, si post reformationem statutum in capitulo quodam confirmatum retentumque sit, si abbatissæ vel canonici *sub hac conditione* assumti sint, ne matrimonium inirent, aut si inire velint, vt *resignare* tenerentur? Non deesse talia statuta, exploratum habeo. Sunt *præbendæ hereditariæ* inter protestantes, a primo acquirente hac conditione erectæ, vt prouisus ex familia in *cælibatu* persistat. Imo dantur etiam *prælaturæ mediatæ*, quæ adhuc hodie non aliis quam *cælibibus* conferuntur. Quid ergo, an valet tale statutum? an vero, saluo iure et reditibus præbendarum, sperni potest? Mota hæc est quæstio in *mantissa IX.* prælaudato scripto THVLEMARII *p. 38.* subiecta, quo autor eiusdem NEVMANNVS censuit, eiusmodi statutum nullius esse valoris et ponderis. Prouocat enim ad *I. P. art. V. §. 16.* vbi cautum, vt illibata quidem maneant statuta, sed non alia, quam quæ nihil in se continent A. C. aduersum; tale statutum autem nostræ confessioni aduersari, certum esse ait. Adducit præterea in medium decantatas iuris regulas, statuta contra bonos mores nullius esse momenti, *c. 4. D. 10.* et quæ conscientiam nostram lædunt, ea nec facere nos posse credendum esse, *l. 15. de condit. instit.* Nec iuramentum prælatos stringere posse ad cœlibatum, censet, quod impossibilium non sit obligatio, nec iuramentum debeat esse vinculum iniquitatis, nec expediat in malis promissis fidem seruare; *c. 69. de R. I.* in potestate hominis non esse illa vouendi, quæ in nostris viribus non sunt, sed ex mera gratia diuina dependent. Nec consuetudinem inueteratam cœlibatui patrocinari, quod mala consuetudo tanquam perniciosa corruptela vitanda sit.

Sed quid, si abbatissa vel prælatus sub lege cœlibatus assumti fuerint?

§. XXV. Equidem (1) iam euictum, legem talem, per quam omnes indistincte clerici ad cœlibatum adstringantur, esse iniquam, et merito corrigendam emendandamque: (2) simul quoque illud improbatum est, quod matrimonia a clericis contracta nulla dicenda sint, quod

Valet tale statutum in capitulis protestantium auctoritate prin-

Digitized by Google

cipis confirmatum.

quod pontificii docent: adeoque (3) illud etiam extra controuerſiam eſt, tale ſtatutum non poſſe *libertatem matrimonii* adeo tollere, vt canonicis et prælatis, ſub conditione *cœlibatus* aſſumtis, haud ſit integrum, facta reſignatione, matrimonium contrahere. Quocirca eo tantum res redit: *an non tale ſtatutum in quibusdam capitulis et prælaturis Auguſtanæ confeſſionis poſſit introduci, vt prouiſi et præbendati in cœlibatu manere, matrimonium autem contrahentes reſignare teneantur?* Duplici modo contingere poteſt, vt prælatis vel canonicis lex cœlibatus imponatur, vel ob *priuatam diſpoſitionem hominis*, vel ob *ſtatutum publica auctoritate principis confirmatum.* Hoc ſine dubio vigorem ſuum habebit, quia *conditio*, ſub qua a principe abbatiſſa aut prælatus aſſumitur, non *abſolute* tollit libertatem matrimonii, nec abſolute impoſſibilis eſt, cum prouiſo integrum maneat, vtrum reſignare, et facta reſignatione matrimonium inire, an vero in cœlibatu perſiſtere malit; nec ita omnibus clericis iugum cœlibatus imponitur, ſed certis de cauſis quibusdam perſonis tantum imperatur, vt vel cœlibes maneant, vel reſignent. Sic in *ordin. polit. Magdeb. c. VI. §. 12.* expreſſe cautum eſt: Denen Aebten und Pröbſten ſoll, in denen Clöſtern ſich zu verehlichen, nicht frey ſtehen, ihnen aber unverwehret ſeyn, ihre Prælaturen, doch mit unſerm Vorbewuſt, zu reſigniren, ſich in heiligen Eheſtand zu begeben, und ſodann das Cloſter mit unſerm Vorwiſſen zu räumen. Dantur præterea in foris proteſtantium virginum conuentus et cœnobia, ſeu capitula, quæ inſtar *canoniſſarum ſecularium* viuunt, interim matrimonium ineuntes præbendam amittunt; quin non raro abbatiſſis lex cœlibatus, ſine voto tamen, expreſſe imponi ſolet. Nec ignotum eſt, dari alibi quoque prælaturas mediatas, quæ non aliis, quam qui in cœlibatu viuunt, conferuntur, etiam ſub hac lege, vt etiam in poſterum in cœlibatu permaneant, niſi princeps diſpenſauerit: quæ *particularis diſpoſitio* non adeo iniqua eſt, et ſi quid incommodi habet, illud tamen, quamdiu homines erunt, non ſemper euitari poteſt. Sunt a nobis varia inſtituta pontificum aſſumta, quæ deleri prorſus haud potuere, interim ad meliorem vſum applicata. Conuentus virginum purgati ſunt a monaſticis votis, et in ſolatium earum, quæ ſpem matrimonii depoſuerunt, in ſtatu ſuo quodammodo relicta, adeoque iis minime iniuria fit, quæ beneficio hoc priuantur, vbi commodam nubendi occaſionem nactæ ſunt, quia tamdiu tantum hoc beneficio prouiſæ ſunt, donec maritum inuenerint.

§. XXVI.

Digitized by Google

§. XXVI. Maior forſan ratio dubitandi eſt de *priuatis diſpoſitionibus* eorum, qui quasdam præbendas ſub conditione *cœlibatus* fundarunt, vel de *ſtatutis capitulorum* a principe territorii haud confirmatis. Sunt in capitulis proteſtantium quædam *beneficia hereditaria*, non aliis, quam qui ſunt de certa familia, conferenda. Fac itaque, primum acquirentem, qui Auguſtanæ confeſſioni addictus fuit, talem legem dediſſe præbendæ, vt non alii hac prouiderentur quam *cœlibes*, nec poſſeſſores vlterius eis frui poſſent, quam quatenus in *cœlibatu* viuunt; num talis *priuata diſpoſitio* hunc effectum habebit, vt prouiſus, poſtquam matrimonium more ceterorum canonicorum iniit, vigore huius diſpoſitionis reſignare teneatur? Fac, a capitulo vel conuentu hoc fuiſſe ſtatutum *priuato auſu* conditum, vt prælatus matrimonium contrahens reſignare teneatur. Fac, electum prælatum huic ſtatuto ſubſcripſiſſe, vel illud etiam iuramento confirmaſſe, an vxorem ducens reſignare tenetur? Quod primo intuitu negandum videtur. Neque enim *teſtatori* aut *capitulo* integrum fuiſſe videtur, talem conditionem diſpoſitioni ſuæ adiicere, quæ publicis legibus reclamat, et eiusmodi facultatem ſibi tribuere, quæ ſoli principi reſeruata eſſe debet. Publica principis diſpoſitio, qui legibus non ligatur, illud in genere ſubditis non concedit, quod certa de cauſa ipſe cauere poteſt contra legum tenorem. Conſtat vero, quid leges diſponant de conditione *cœlibatus* teſtamento adiecta, quæ olim adeo improbabatur, vt nequidem *viduitas* teſtamento alicui indici potuerit, IVSTINIANVS demum in *l. 3. §. 1. C. de indict. viduit. toll. Nou. 22. c. 44. et auth. cui relictum C. cit. tit.* conditionem *viduitatis* admiſit in odium *ſecundarum nuptiarum*, quæ antiquis patribus adeo odio habebantur, vt ſuaſu epiſcoporum imperator facile adduci potuerit ad hanc legem ferendam. Neque hæc tantum ad *coniugum teſtamenta* reſtringenda, quod vult FRANZKIVS *lib. 1. reſ. XV. n. 29. ſeqq.* quaſi imperator tantum legem Iuliam miſcellam reducere intenderit, quæ non de *quolibet teſtatore*, ſed ſaltem de *coniuge* diſpoſuit; nam licet IVSTINIANVS in *Nou. 22. c. 43.* eius mentionem faciat, in ea reducenda tamen non ſubſtitit, ſed, quod *c. 44. §. 1. ſeqq.* inter coniuges diſpoſuerat, perſpicuis verbis *eod. c. §. 8.* ad *extraneos* extendit, vt IRNERIVS *in auth. cit.* erraſſe nullo modo dici debeat. Quicquid vero demum horum ſit, hoc expeditum eſt, vnice iure nouo admiſſam eſſe conditionem *viduitatis*, non *cœlibatus* in genere; adeoque hanc remittendam, ſi teſtamento eſt adiecta: quod multo magis inter proteſtantes admittendum videtur, quoties *beneficiis eccleſia-*

An valeat ſtatutum non confirmatum, vel priuata hominis diſpoſitio de cœlibatu?

Rationes dubitandi.

ſticis hæc nouiter adiecta eſt; quia ſpeciem reducendæ corruptionis eccleſiaſticæ, per reformationem correctæ et repurgatæ, redolet, et ad varia mala, quæ pontificiis obiicimus, aditum parat.

Deciſio. §. XXVII. Hæc ſunt argumenta, potiſſimum ex penu *iuris ciuilis* depromta, quæ facile flectere mentem poſſunt, vt eis aſſenſum præbeat. Ego *in theſi* illa non prorſus reprobo, admodum tamen dubito, vtrum ad caſum propoſitum applicari poſſint. Quæſtio eſt non de *validitate* talis diſpoſitionis in ſe; ſed de *obligatione* eius, qui ei aſſenſum præbuit, prælaturam vel præbendam ſub *conditione cœlibatus* accepit, diſpoſitioni tali ſubſcripſit, promiſitque, ſe reſignaturum eſſe, ſi ad matrimonium contrahendum animum induxerit, imo, quod magis eſt, *iuramento*, quod vtplurimum exigitur, eam confirmauit: annon

Qui in ſuſceptione beneficii ſe obligauit ad cœlibatum, reſignare tenetur, vbi matrimonium contrahere intendit.

pactum hoc, et, quod magis eſt, iuramentum ſeruare teneatur? Omnino id affirmandum eſſe cenſeo, nec vllam turpitudinem tali promiſſioni aut iuramento ineſſe iudico. Neque enim neceſſitas, cœlibatum ſeruandi, prælato vel canonico imponitur, multo minus matrimonium contractum nullum declaratur; manet ei *matrimonii libertas* ſalua, ſi reſignare velit: hanc *reſignationem* licite promiſit, ergo quoque licite ſeruat et ſeruare debet. In ipſius poteſtate fuit, ſub tali conditione prælaturam non accipiendi, ſed eam potius repudiandi; vbi ergo in eam conſenſit, promiſſo ſtare tenetur. Si *reſignatio* ei incommoda et damnoſa videtur, cogitare debet, illud vinculum promiſſi non ſoluere. Regula vulgata eſt, omne, quod lege, quod ſtatuto publico induci poteſt, pacto quoque promitti poſſe. Prius indubitatum, iamque demonſtratum eſt, ſtatutis legibus eam conditionem prælatis imponi poſſe. Quid ergo impedit, quo minus ſe ad eam *pacto* vel *iuramento* adſtringere poſſint? Ne auctoritas deciſioni deſit, adiiciam reſponſum, *menſ. Oct. 1715.* a Facultate tam theologica quam iuridica huius almæ Fridericianæ approbatum, huius tenoris:

Facti ſpecies. Iſt vor einiger Zeit in einem gewiſſen Evangeliſchen Stifte der Prælate Curtius verſtorben, und darauf vnanimiter Caius hinwieder zum Prælaten daſelbſt erwählet, dabey aber bey ſolchem Stifte conſuetudinis, daß iedesmal der Neo-electus über gewiſſe puncta, und unter andern auch über dieſen:

Daß, wenn er ſchlüſſig werden ſolte in den Eheſtand zu treten, er die Prælatur ad liberas capituli manus reſigniren wolte, auch dieſelbe

Digitized by Google

selbe dadurch so gleich vacant, und das Stift befugt seyn solle, sofort zu einer andern Wahl zu schreiten,

einen Revers ausstellen, und die capitulation beschweren müssen; dem zu Folge auch solches von Caio geschehen, daher denn gefraget wird:

(1) Ob nicht solche conditio unter denen Evangelischen billig pro nulla et non adiecta zu halten? Quæstiones.

(2) Ob, wenn diese conditio gültig, der supremus in istis terris episcopus nicht darin dispensiren, und wenn Caius sich verheyrathen solte, ihn bey der prælatur manteniren könne?

(3) Ob Caius auf solchen Fall sich darüber ein Gewissen zu machen habe, wenn er gegen die verpacisirte condition die Prælatur behalten würde?

Ob nun wol bey der ersten Frage (1) unter denen Evangelischen ausgemachet ist, daß die Ehe keinesweges mit dem geistlichen Stande streite, sondern die Geistlichen salua dignitate wohl heyrathen mögen; daher denn auch (2) denen Prælaten und Aebtissen solches keinesweges und eben so wenig verboten werden mag, als denen Evangelischen Bischöffen hierüber einiger Streit bishero moviret; vielmehr (3) solches von bewährten Rechts-Lehrern unserer Zeiten bey denen Aebtissen, wobey maior ratio dubitandi seyn möchte, behauptet worden, Quæstio prima.

ANTON. FABER in der Staats-Canzley *tom. II. p. 88. seqq.*

vornemlich aber (4) Caio das Instrum. Pac. art. V. §. 16. zu statten kommen möchte, als woselbst nur diejenigen statuta capitulorum approbiret sind, quæ nihil Augustanæ confessioni aduersum continent, diese conditio cœlibatus aber derselben zuwider, und aus dem Pabstthum übrig behalten zu seyn scheinet; daher (5) weder der ausgestellete Revers, noch der darüber geleistete Eyd eine Verbindlichkeit haben mag, wie die ICti Marpurgenses statuiren

apud ANTON. FABRVM *cit. l. p. 100.*

cum iuramentum non debeat esse vinculum iniquitatis, et in malis promissis non expediat fidem seruare,

c. 69. X. de R. I.

nec

nec iuramentum contra bonos mores præſtitum obligatorium ſit;
c. 58. de R. I. in 6.
quorſum merito quoque referri debet prohibitio matrimonii in prælaturis, wie denn auch dieſe conditio bey denen Römiſchen ICtis als unzuläßig verworffen wird.

Weil aber dennoch, durch den angeführten Revers, dem Prælaten Caio die Freyheit zu heyrathen nicht benommen, vielmehr ſolche ihm expreſſe vorbehalten, und nur die conditio faciendæ reſignationis dabey geſetzet iſt, welche conditio weder impoſſibilis noch turpis zu achten; im übrigen in der Augſpurgiſchen Confeßion das unrechtmäßige Verbot der Prieſter-Ehe, und Zwang zum ledigen Stand nur taxiret, mit nichten aber ein ſolches Pactum reprobiret iſt, daß, ſobald ein Prælat zu heyrathen ſich reſoluiren ſolte, er alsdenn die Prælatur niederlegen, und reſigniren wolte, wie es bey denen Pontificiis in ſolcher Freyheit, denen Prælaten, und welche in ordinibus maioribus ſtehen, nicht zugelaſſen, vielmehr ſolche Ehe als null und nichtig erkant wird,
c. 1. X. de cleric. coniug.
und was ſonſt von der Freyheit der Evangeliſchen Geiſtlichen zu heyrathen vorgebracht worden, alsdenn ſtatt findet, wenn kein dergleichen Revers, wie allhier, in contrarium, verhanden, wodurch einer ſich freywillig ad reſignationem verbunden: dahero, wie es anfänglich in dem freyen Willen des Prælaten Caii geſtanden, dieſes Beding einzugehen, oder die Wahl nicht anzunehmen, alſo auch anietzo die Verbindlichkeit des pacti iurati in keinen Zweifel mehr gezogen werden mag, da er die auf ihm gefallene Wahl unter der vorgeſetzten Bedingung angenommen, mithin dergleichen ſtatuta und capitulationes in Inſtrumento pacis vor ungültig nicht erkläret ſeyn können, und was die Römiſchen Geſetze überhaupt in legatis von der condition, ſi non nupſeris, verordnet, auf unſern heutigen Staat um deſto weniger applicíret werden mag, da der cœlibat bey uns ſo verhaßt nicht iſt noch ſeyn kan, als er bey den Römern geweſen, auch ſonſt die rationes peculiares ceſſiren, neque enim cœlibatus, qui alias ſub promiſſione æternorum præmiorum commendatur, in et per ſe ſuperſtitioſus eſt, et quamuis reprobari nequeat matrimonium eiusque libertas, neque tamen cœlibatum reprobari oportet, cum ipſa ſacra ſcriptura dicat: bonum eſſe homini in cœlibatu viuere, 1 Cor. VII. et ſi religioni aduerſaretur, quomodo ſaluares Anglorum academica collegia, imo et capitula

Digitized by Google

tula, vbi adhuc nemo niſi cœlebs admittitur beneficiarius. Et ſi tandem libertati religionis euangelicæ quoad connubia canonicorum aliquid tribuendum, hoc tantum erit, quod ſalua exiſtimatione hæc facere poſſint, quod vero beneficio eccleſiaſtico adhuc gaudeant, hoc ex mera principis diſpenſatione eſt;

Sunt verba B. STRYKII *diſſ. de iure papal. princ. euangel. c. 5. §. 11.*

woraus denn von ſelbſten folget, daß denen Evangeliſchen nirgends verboten ſey, dergleichen pacta einzugehen:

So halten wir davor, daß die vorangeführte conditio weder pro nulla noch turpi zu achten.

Bey der andern Frage iſt wol in theſi auſſer allen Zweifel, daß ein princeps territorii circa ſtatuta capituli diſpenſiren, und alſo auch ein ſolches vinculum obligationis iuſta de cauſa heben könne. Quæſtio ſecunda.

B. STRYK. *cit. l.*

Weil aber dennoch, wenn dieſe Frage in hypotheſi ad præſentem caſum appliciret wird, dieſer Zweifel billig übrig bleibet, daß albier kein ſimplex, ſondern iuratum pactum vorhanden; und der Prælat Caius wider ſein iurament, quod bona fide præſtitum, et a capitulo acceptum eſt, eine diſpenſation ſuchet, da doch ſolches iurament implicite ihn verbindet, keine diſpenſation zu ſuchen, ſondern vielmehr in caſu, da er heyrathen will, ſich der Prælatur zu begeben; auſſer dem auch, wenn ein iuramentum keinen Mangel hat, ſondern, wie hier, verbindlich iſt, keine relaxation noch diſpenſation leidet, maxime ſi de mero intereſſe priuato agitur:

B. STRYK. *de iuram. meletem. III. c. 2. §. 28.*

So erhellet hieraus ſo viel, daß in præſenti caſu keine diſpenſation ſtatt finde.

Und hieraus flieſſet auch die Deciſio der letzten Frage. Denn ob wol davor gehalten werden möchte, quod, non obſtante voto caſtitatis, abbatiſſa Lutherana beneficium eccleſiaſticum ſalua conſcientia retinere poſſit, ſi vel maxime nubat, Quæſtio tertia.

IO. CONRAD. DANHAVER *theol. conſcient. tom. I. part. 2. ſect. 2. dial. 3. art. 5. qu. 2. in f. p. 772.*

und was in votis iuris iſt, auch billig bey den iuramentis gelten müſſe.

Digitized by Google

Weil aber dennoch ſolches vornemlich von ſolchen Prælaten, welche annoch im Pabſtthum mit ſolchen unverbündlichen Gelübden beleget, und zur Evangeliſchen Religion übertreten, zu verſtehen iſt, wiewol heut zu Tage nach dem Inſtrumento pacis ohne dem wegen des reſeruati eccleſiaſtici dergleichen caſus nicht mehr exiſtiren kan; alhier aber ein ſolcher Umſtand vorhanden, da ein Evangeliſcher Prælat freywillig ſolchen Eyd ableget, und ſich dadurch zur reſignation verbunden, dahero, wenn er eine diſpenſation erhalten ſolte, ſolche ſelbſt ſuchen, und dadurch gegen ſein Gewiſſen handeln muß, als welches nicht zuläſſet, contra datam fidem iuratam, ne quidem per indirectum, zu handeln:

So hat ſich allerdings der Prælat Caius ein Gewiſſen darüber zu machen, wenn er gegen die paciſcirte condition die Prælatur behalten wolte. B. R. W.

An epiſcopi proteſtantes ex bonis epiſcopatus vxoribus ſuis dotalitium conſtituere queant?

§. XXVIII. Epiſcopi proteſtantes itidem libere matrimonium contrahunt, et quia ſimul principes imperii ſunt, hinc non leue dubium enaſcitur: *an vxoribus ſuis ex bonis epiſcopatus dotalitium conſtituere poſſint*, vti alias, moribus Germaniæ vniuerſalibus, ex feudis regalibus viduæ dotalitium conſequuntur? Affirmat id ipſum B. STRYK. *in exam. iur. feud. c. XXI. q. 8. b.* ex ea ratione, quod, poſtquam poſtulato epiſcopo vxorem habere permiſſum eſt, nulla ratio ſubſit, quare, ſi dotem in epiſcopatus commodum conuertit, viduæ denegandum ſit dotalitium. Ab hac ſententia diuortium nouiſſime fecit Dn. HORNIVS *in iur. feud. prud. c. XXI. §. 10.* ex vulgato Dd. aſſerto: Das Stift leidet kein Leib-Geding. Addit, facultatem habendi vxorem non immutare naturam feudi, quod intuitu *eccleſiæ* accipit epiſcopus, et cum dotalitii præſtatio tantum *moribus* nitatur, illa vero in huiusmodi feudis inſolens ſit, vix apparere, qua ratione ſucceſſor in hoc feudo vlla obligatione ſtringi poſſit ad hanc præſtationem. Admittit tamen dotalitium, (1) ſi dos conuerſa in commodum epiſcopatus, (2) ſi conſenſu capituli conſtitutio eius facta fuerit, quo ipſo reuera non adeo a ſententia B. STRYKII recedit, qui priorem conditionem ſupponit.

Deciſio.

§. XXIX. Vt paucis me expediam, prænotandum eſſe exiſtimo, *dotalitia* viduarum illuſtrium, ſeu principum imperii non eſſe æſtimanda ex conditione et ſorte dotalitiorum priuatarum perſonarum, prout recte obſeruant ITTER. *de feud. imper. c. XVIII. §. 11.* et B. TITIVS *in iure feud. c. XVIII. §. 38.* Hoc ſane euidens eſt, dotalitium viduæ

ex

Digitized by Google

ex moribus Germaniæ deberi, non tam in *compensationem dotis*, quam in futuram eius *sustentationem*, MYLER AB EHRENBACH *in gamol. c. XIII. §. 8.* cui antiqui Germani admodum inuigilarunt. SCHILTER *in pr. iur. Rom. ex. 36. §. 68. seq.* Imo quamuis *ex feudo* non aliter debeatur, ex peculiari huius natura, quam si dos in vtilitatem feudi est conuersa, quo ipso *debitum feudale* fit; non tamen inde amittit naturam suam, quin adhuc *primario* tendit ad *sustentationem viduæ*, et quia dos in feudo manet, inde quoque debetur. Licet vero in feudis *priuatorum* res ita se habeat, vt ex illis non aliter debeatur, quam probata illatione, Dn. COCCEIVS *in iure publ. c. 28. §. 12.* maior tamen concessa est illustribus personis potestas, vt etiam citra respectum *dotis* viduæ illustri dotalitium constituere valeant, vt post mortem mariti digne, et pro mariti dignitate se possit exhibere, vt obseruat B. STRYKIVS *in vs. mod. ad tit. de iure dot. §. 20.* quæ constitutio non aliunde, quam ex bonis ipsius principatus fieri potest. Cum itaque hæc praxis in quibusuis principatibus obtineat, et splendor familiæ exigat, vt viduæ illustri sufficiens sustentatio constituatur, idem quoque *viduæ episcopi* indulgendum est in bonis episcopatus, quippe quæ etiam iure *feudi regalis* tenentur, nec *pure* bona ecclesiastica sunt, sed ipse episcopatus simul iustus *principatus* est, et *feudis imperii* annumeratur. Nec est, quod obiicias, hoc insolens esse in episcopatibus; id enim vnice ex antiqua episcopatuum ratione dependet, quæ episcopos coniugatos illustres haud admittebat; postquam vero hodie inter protestantes dantur episcopi coniugati, qui simul ratione *territorii* sunt principes imperii, nulla apparet ratio, quare non idem episcopis hisce sit indulgendum, quod ceteris principibus imperii ratione *feudorum* suorum *regalium*. Nec hoc tantum obtinere credo in episcopatibus, in quibus ob *perpetuam capitulationem* successio est recepta; sed etiam in iis, in quibus adhuc *electio* salua est. Mutata enim conditione episcoporum, iura quoque eorundem mutari, nec vxoribus eorum ea denegari debuerunt, quæ iis secundum mores antiquos ex *feudis regalibus* debentur, ob dignitatem illustrem, qua forte priuatorum eximuntur. Manent hæc feuda ecclesiastica etiam *regalia*, nec diuersam hac in re naturam habent, postquam episcopis concessum, vxores habere. Proinde non tantum eo in casu, quo dos in episcopatum versa est, sed etiam quo *indotata* ducta est, more ceterorum principum imperii, viduæ dotalitium debetur; quia nec in aliis *feudis regalibus* verfio in principatum necessario probanda est, sed simpliciter viduæ dotalitium constituitur. Atque hunc morem, in sustentationem viduæ

Remouentur dubia.

Digitized by Google

dotalitium conſtituendi, vſitatum et communem fuiſſe, vel inde appareret, quod hoc ipſo potiſſimum *ſolenne matrimonium* a *concubinatu* diſtinctum fuerit, vt hic quidem ſine *dote*, illud vero non aliter, quam *inſtrumentis dotalibus*, quo *dotalitium* conſtituebatur, contraheretur, prout ſupra probatum dedi. Hoc *dotalitium*, defuncta vidua, reuertebatur ad mariti heredes, quia ſic cauſa, ob quam datum erat, ceſſabat. Docet id ipſum charta apud CANGIVM *in gloſſar. voc. dos*, in qua hoc ipſum diſertis exprimitur verbis: *Hanc autem hereditatem, ſicut ſupra memoratum eſt, tibi dono, tali videlicet ratione, vt ſi ex nobis heres non remanſerit, poſt tuum diſceſſum ad propinquos reuertatur.* Docent vero ſimul hæc charta aliæquæ formulæ apud CANGIVM, dotalitia hæc in *allodio* ſeu *hereditate* fuiſſe eo tempore conſtituta, cum de bonis *beneficiariis*, eam diſponendi proceres poteſtatem haud haberent, quam poſtea adepti ſunt. Tractu temporis beneficia imperii ad maiorem peruenere libertatem, et nexus ille feudalis laxatus eſt; inde factum, vt proceres imperii ſucceſſu temporis plura in feudis regalibus ſibi arrogauerint, quæ aliis non ſunt conceſſa, quorſum etiam pertinet *dotalitii conſtitutio.* Quatenus ergo hæc libere in *feudis regalibus ſecularibus* fieri poteſt, eatenus quoque in *feudis regalibus eccleſiaſticis* admitti debet, quamuis in Saxonia fere non aliter dotalitium, quam intuitu *dotis*, eiusque quantitatis conſtitui ſoleat.

Viduæ epiſcoporum etiam tutelam liberorum ſuſtinent.

§. XXX. Adeo vero viduæ epiſcoporum illuſtres iura viduarum illuſtrium ceterarum habent, vt ne quidem iis *tutelæ circa adminiſtrationem epiſcopatus* in dubium vocentur. Loquor de epiſcopatibus *hereditariis*, in quibus vigore *capitulationis perpetuæ* ſucceſſio filii primogeniti recepta eſt, et poſtulatio tantum ex ſuperabundante fit. Quando ergo contingit, defunctum epiſcopum poſt ſe relinquere filium impuberem, epiſcopatus ſucceſſorem, cui de alio tutore haud prouidit pater, mater illuſtris tutelam eiusdem adminiſtrabit, non aliter tamen, quam, vt ego quidem exiſtimo, *cum capitulo*, quod ipſam *epiſcopatus* adminiſtrationem concernit, ſi capitulatione aliud haud prouiſum fuerit: ſede enim vacante, vel impedita, adminiſtratio epiſcopatus ad ipſum redit capitulum, et quamuis in *hereditariis epiſcopatibus* talis *plena vacantia* contingere haud poſſit, ſed hi in primogenitum deuoluantur; non tamen mater tutrix capitulum, nec hoc illam excludere poteſt ab adminiſtratione epiſcopatus. Non illa capitulum, quia epiſcopatus non penitus mutauit ſtatum ſuum, et capitulum adhuc ſupereſt, cui iura, ſede *vacante*, vel, hoc caſu magis *impedita*, adminiſtrandi epiſcopatum

patum ex iure antiquo debentur: non hoc matrem, quia, poſtquam epiſcopis vxores ducere conceſſum eſt, viduæ tutrici circa *adminiſtrationem territorii* idem indulgeri debet, quod reliquis matribus illuſtribus in imperio conceſſum eſt. Conf. B. STRYK. *in vſ. mod. ad tit. de legit. tutor.* §. 29. Plura quippe per neceſſariam conſequentiam in *epiſcopatibus proteſtantium* immutari debuere, poſtquam epiſcopi vxores duxere, et epiſcopatus vigore perpetuæ capitulationis in liberos defuncti deuoluuntur. *Poſtquam*, ait B. STRYK. *de tutela matern. princ. imperii c. II. §. 41. nefas eſſe deſiit, epiſcopum habere vxorem, nec ſcelus erit, vxori epiſcopi ſeu viduæ ipſius indulgere beneficia, aliis matribus communi iure competentia.*

§. XXXI. Ordinibus militaribus ne quidem apud pontificios *abſoluta neceſſitas cœlibatus* imponi ſolet, præſertim iis, qui in Hiſpania *militiæ S. Iacobi, de Alcantara*, aut *Calatraua* nomen dederunt. De his aliisque id confirmat ANDREAS MENDO *de ordin. militar. diſq. V. qu. 1. n. 2. Ceteri equites militares*, ait, *ſolum emittunt in profeſſione votum caſtitatis coniugalis, ita vt poſſint coniugium contrahere, vel, ſi iam ſint in matrimonio coniuncti, valeant in eo permanere, vxoremque cognoſcere, ac ſi votum non emiſiſſent, eaque mortua ad alias nuptias tranſire. Attamen ratione huius voti tenentur abſtinere ab omnibus actibus interioribus et exterioribus contra caſtitatem, reſpectu cuiuscunque alterius, præter vxorem, non aliter ac ceteri, qui votum abſolutum caſtitatis emittunt.* Addunt, matrimonium ſtare poſſe cum ſtatu horum religioſorum, quorum inſtitutum primario in militia ſacra, h. e. *pro fide et eccleſia*, conſiſtit, quamuis forſan primaria ratio in *diſpenſatione papali* quæri debeat, quæ in confirmatione diſertis verbis expreſſa legitur. Sic PAVLVS III. *anno 1540. in conſtit.*, quam allegat BECMANNVS von Ritterl. Johanniter-Orden *c. 1. §. 7.* hæc edixit: *Ipſique magiſtri, præceptores, milites, et fratres futuri, etiam poſtquam matrimonium contraxerint iuxta ſtatuta et ſtabilimenta militiæ S. Iacobi prædictæ, vt præfertur, omnibus et ſingulis priuilegiis, immunitatibus, exemtionibus, gratiis, libertatibus, prærogatiuis, fauoribus, et indultis, eis antequam matrimonium huiusmodi contraherent, ratione illorum de Calatraua et Alcantara militiarum huiusmodi, quam profeſſi fuerint, quomodolibet conceſſis, et quibus ante contractum matrimonium prædictum, de iure vel conſuetudine vtebantur et gaudebant, vti, potiri, et gaudere poterunt, in omnibus et per omnia, perinde ac ſi matrimonium non contraxiſſent, vti, potiri, et gaudere etc.* Forſan Hiſpanis hoc ſingulariter datum, quibus cœlibatus, in tanto familiarum illuſtrium decremento, imponi

Ordinibus militaribus in Hiſpania. lex cœlibatus non eſt impoſita.

Digitized by Google

haud potuit, ſine euidenti regni pernicie, cuius intereſt, libertatem matrimoniorum potius promouere quam reſtringere. Ceterum *ordines Teutonicus et S. Ioannis* eodem priuilegio haud gaudent. Edunt milites eorum votum *caſtitatis*, non in ſenſu Hiſpanis familiari, ſed tali, qui excludit omne matrimonium, adeo, vt ſi poſt ſolennem profeſſionem *de facto*, vt aiunt, matrimonium contraxerint, illud nullum eſſe dicatur. Inde diſtinguunt inter *caſtitatem ſimplicem*, et *abſolutam*: hanc dicentes, quæ omne matrimonium excludit; illam vero, quæ in ipſo matrimonio ad ſingularem caſtitatem profitentem obligat, vt vxor eo non poſſit vti pro lubitu, qua de cauſa eius conſenſus quoque deſiderari ſolet, et ſuſcepturus ordinem interrogari: *an ab vxore licentiam petierit?* Conf. BECMANNVS *cit. l.*

Bene tamen Teutonico et Ioannitico ordinibus.

§. XXXII. Ceterum, qui in *ordine S. Ioannis* Auguſtanæ confeſſioni nomen dederunt, libertate matrimonia contrahendi non priuantur, nec vlla diſpenſatione indigent, quam catholici a papa impetrare ſolent. Et quamuis Prior Bohemiæ in controuerſia Friedlandienſi, *anno 1609.* mota, cuius ſeriem BECMANNVS *cit. tr. c. IV.* §. 4. refert, Auguſtanæ confeſſioni addictis commendatoribus inhabilitatem ex *matrimonio* obiecerit, illi tamen recte regeſſerunt: Die Augſpurgiſche Confeſſion wäre in dem gantzen Röm. Reich priuilegiret, und das matrimonium ein pars und acceſſorium derſelben, auch in GOttes Wort genugſam und mehr gegründet, als caſtitatem ſimulare und clandeſtina fornicatione vti: die Superiores auch von der Catholiſchen Religion hätten die Sonneburgiſchen Meiſter, ſo der A. C. zugethan, und verheyrathet geweſen, wiſſentlich in derſelben Würde confirmiret: Käyſer Maximilianus II. ſelbſt hätte Graf Martin von Honſtein, ſo damals ſchon notorie vermählet geweſen, zum Herrn-Meiſterthum recommendiret, auch nachmals dieſen evangeliſchen und verheyratheten Meiſter in die Aemter Friedland und Schenckendorff zu introduciren, auch dabey zu ſchützen und hand zu haben, dero Land-Voigten in der Nieder-Laußnitz anbefohlen. Hätten nun die Superiores religionem et coniugium ſo lange ſchon admittiret, ſo könte man auch nach dieſem in ſimili caſu keinen vor bruchfällig halten. Ita eo tempore cenſuere commendatores, quo *pax religioſa* quidem, ſed minime *inſtrumentum pacis* erat conditum, quo demum omne dubium ſublatum eſt, conſtitutumque, vt nihil A. C. addictis, quod confeſſioni eorum aduerſatur, obtrudatur. Non eadem libertate gaudent equites *ordinis Teutonici*, qui, vtut A. C. addicti ſunt, vxores tamen

Ioannitici proteſtantes licite matrimonium contrahunt, non Teutonici.

Digitized by Google

men ducere nequeunt, alias commendaturis ſuis excidunt; cum hæ adhuc *ſimpliciter* regantur legibus ordinis Teutonici, et magiſtro ordinis huius ſubſint. Ab hoc ergo impetranda eſſet diſpenſatio; quam tamen ægre indulgebit, cum a ſtatutis ſui ordinis in gratiam euangelicorum haud diſcedet. MAVRITIVS tamen, Saxoniæ dux, eam impetrauit, ſoluta inſigni pecuniæ quantitate. Vid. B. STRYK. *de iure papali princ. euangel. c. V. §. 11.*

§. XXXIII. Ad *capitula* progredior, in quibus iuxta ſtatum anni 1624. non raro *mixti* A. C. addictis ſunt pontificii: illi quidem libertate contrahendi matrimonium, ſaluo ſtatu, gaudent, non hi; non ex domini territorii prohibitione, ſed ex religionis, quam profitentur, principiis. Quodſi itaque hi matrimonium inire deſiderant, *diſpenſatione* ſe opus habere credunt; ſed a quo illa impetranda ſit? iuſta dubitatio oriri poſſet. Si dicis: *a papa;* regeri poſſet, eius iurisdictionem eſſe ſuſpenſam in territoriis proteſtantium, a qua tamen *diſpenſatio* talis dependet. Si vero aſſeris: *a principe territorii;* obiici poſſet, hoc ſuperuacuum eſſe, cum prohibitio, quæ clero pontificio obſtat, quo minus matrimonium inire queant, non oritur ex lege prohibitiua principis territorii, quæ potius libertatem contrahendi matrimonium ſingulis clericis indulget, ſed ex iuris pontificii tenore. Poſſent ergo canonici, pontificiis ſacris addicti, *ſine diſpenſatione* in terris proteſtantium, ſaluo ſtatu, inire matrimonium, niſi rurſus iis obſtaret, quod ita ex propriis principiis fierent irregulares. Quid ergo in huiusmodi dubiis dicendum? Scilicet viuunt hi hactenus ſecundum leges pontificias, eisque ſe obligatos eſſe iudicant, cum etiam religio catholicorum in I. P. ſit approbata, cuius præcipuum caput eſt, ne clerici ducant vxores. Quamdiu itaque canonici ſacris pontificiorum renunciare nolunt, *diſpenſatione* indigent, ſi matrimonium contrahere volunt. Et quidem ſi oſtendi poteſt, epiſcopos catholicos iure diœceſano in A. C. ſtatuum ſubditos, qui publicum religionis exercitium anno 1623. habuere, quiete vſos eo anno fuiſſe, euidens eſt iuxta *art. V. §. 48. in f. Inſtr. Pac.* diſpenſationem *a papa* petendam eſſe. Vbi vero tale exercitium *iurisdictionis epiſcopalis* prorſus ceſſauit, nulla nec papæ nec epiſcopis amplius ſupereſt iurisdictio in clerum pontificium cathedralem, in territorio ſtatuum A. C. conſtitutum, ſed his vnice iurisdictio eccleſiaſtica cum omnibus inde dependentibus ſpeciebus debetur, adeoque *ab iis* quoque petenda eſt diſpenſatio, vt, ſaluo ſtatu eccleſiaſtico, canonici catholici matrimonium inire queant. Et quidem negari nequit, pontifi-

In capitulis mixtis quatenus ſalua ſit matrimonii libertas.

An et quatenus canonici catholici in terris proteſtantium dispenſatione indigeant?

A domino territorii hæc petenda.

Digitized by Googl

tificios id non facile principi, A. C. addicto, indulturos esse, sed potius el, qui dispensationem a principe impetraturus sit, quouis modo insidias structuros, idque acturos esse, vt tanquam irregularis beneficio suo excidat. Sed vana sine viribus ira. Exseruit se maxime hic æstus iracundiæ tempore FRIDERICI WILHELMI, electoris Brandenburgici glorioſæ memoriæ, contra decanum quendam ecclesiæ Mindensis, cuius mentio §. *seq.* iniicitur, cui, dispensatione præuia, elector glorioſiſſimus gratioſiſſime indulserat, vt, saluo statu suo, matrimonium inire posset. Reliqui sacris pontificiis addicti id statim egerunt, vt censuras ecclesiasticas a curia Romana in eum, qui matrimonium contraxerat, latas executioni darent, quorum conatus tamen mox ab electore potentiſſimo adeo infracti sunt, vt hic quidem quieta gratia principis frui posset, illi vero temeritatis suæ pœnas luere deberent.

An licite a papa?

§. XXXIV. Præbuit hoc exemplum cuidam subdiacono Mindensi ansam, vt simili ratione dispensationem ad matrimonium ineundum peteret, et quidem, quod mirandum, *ab ipso pontifice*, qui eo promtius in indulgenda hac dispensatione fuit, quod facile præuideret, eam ipsi haud defuturam esse, si ab electore potentiſſimo, prout debebat, eam petiisset. Forsan maioris *securitatis* gratia id factum a subdiacono, ne molestiam a reliquo clero pontificio sibi conciliaret, satis ab eo tutus, si pontificia gauderet dispensatione, quamuis interim etiam ex cleri sui principiis solam pontificis dispensationem, quæ tamen in territoriis protestantium parum attenditur, sibi sufficere credidit, quamuis interim, prout ex actis animaduerti, non bona fide egerit, nec factum decani, cuius §. *antec.* mentio facta est, ex rei veritate pontifici retulerit. Literæ supplices ad pontificem huius erant tenoris.

Sanctiſſime Pater,

Ad pedes sanctiſſimæ Paternitatis vestræ humillime prostratus ingemisco, breuibusque notum facio, quod non ita pridem ad sacrum subdiaconatus ordinem assumendum quouis modo ac via, tam ab auunculo, quam a patre meo, inuitus plane et contra voluntatem meam inductus sim, ita vt DEVM ter optimum maximum in testem salua conscientia vocare possim, quod nunquam ordinem istum, nisi in gratiam patris et auunculi mei assumpsissem, quos cum sæpius rogassem instanter et seruentiſſime oculis lacri-

Digitized by Google

crimas emittens, rogarique per alias, in ſpecie per decanum ad St. Martinum Hagemann, et canonicum eiusdem eccleſiæ Hermannum Krechter, mihi vt importunis iſtis vexationibus inſtigationibusque parcerent, dilationemque elargirentur, vt eo melius, petita prius gratia diuina auxilioque, de eligendo recto vitæ et ſaluti meæ congruo ſtatu mihi proſpicere valerem, maxime cum adhuc annis iuuenis, nondumque me ad aliquem certum quendam ſtatum determinare, nec habita matura deliberatione determinare prævie valerem, imo maxime vererer, ne ſtatus clericalis viam mihi ad felicem æternitatem (quod Deus benignitate ſua clementiſſime auertere dignetur) præcluderet, præſertim cum ſtatum hunc vitæ vocationi meæ haud congruum fore, nec ſaluti animæ meæ conducere, in me ipſomet perſæpe animadvertiſſem animaduerteremque adhuc indies, mihique vero impoſſibile fore vitam in cælibatu degere. Verum preces hæ fuerunt fruſtraneæ, ſuoque plane ſunt deſtitutæ effectu, hisque et ſimilibus: ſi non es vocatus ad ſtatum eccleſiaſticum, fac vt voceris! reſponſis, me venauere; ita vt tandem talibus continuis venationibus pertæſus, ex metu odii grauis et irreuocabilis, me inter parentem auunculumque ſacro ſubdiaconatus ordini initiari fecerim, teſtisque mihi ſit Deus, quod breui, niſi me adſtantium multitudo a propoſito meo deterruiſſet, in ipſa ordinatione ante altare re infecta receſſiſſem, nec patriam niſi poſt obitum patris repetiiſſem. Cui accedit, quod aliquot ante menſes virginem quandam honeſtiſſimam, nobilibus parentibus proſapiaque ſplendida oriundam, nec non hæreſi Caluiniſticæ addictam, cui ſtatus meus haud cognitus fuit, miris blanditiis lenociniisque ſeduxerim, eamque, ſub fide matrimonii ſæpiſſime tam ſcriptis quam oretenus iurato data, deflorauerim, corruperim et imprægnauerim. Quoniam nunc autem, primo, perfecta voluntas in aſſumpto ſubdiaconatu defecit, 2) petita prius abſolutione votum metu extortum a nemine ſeruandum, 3) nec inuita Deus officia a quopiam expoſcit, 4) et quod a me Deo promiſſum, ex metu graui promiſi, virgini autem iſti, quæ bona fide corporis ſui traditionem fecit, cum tanto onere damnoque inde euenturo irreparabili, ita vt non immerito metuendum ſit, ne iſta laqueis diaboli irretita, per deſperationem in laqueum diaboli incidat, et per conſequens mancipium fiat diaboli: hinc humillime ſupplico, dignetur Sanctitas ſua, ſi non mei, ad minimum ſaltem deflorate et corruptæ iſtius perſonæ miſereri, eiusdem ſaluti conſulere, mihique dispenſationem ſuper obtento ſubdiaconatu ex cauſis quamplurimis ſupra allegatis clementiſſime impertiri, præſertim cum ipſam ſeruor ad promiſſa mea noſtræ religionis orthodoxæ acceptandam induxerit, mihique ſæpius promiſerit, ſe ad hæreſin ſuam, proximo opportuno ſeſe ad id offerente tempore,

Digitized by Google

abiurandam promptiſſimam paratiſſimamque eſſe. Spero itaque fore, vt ſanctiſſima Paternitas ſua æquiſſimæ huic petitioni benigniſſime deferat, ne imprægnata eiusque familia ſplendidiſſima anſam haberent, ſe deſuper apud ſereniſſimum electorem Brandenburgicum conquerendi, meque, contra omnes canones et decreta ſanctorum patrum ſummorumque pontificum, ad matrimonium cum ipſa inuita licet ineundum adigant, cuius rei notiſſimum ſane exemplum habemus in decano vix ante biennium mortuo proh dolor! ad S. Martinum Schilling, qui non attento etiam diaconatu ad nubendum ſe virgini cuidam, et quidem humili abiectaque ſtirpe natæ, ab electore eſt compulſus. (NB. a vero abeſſe, ex actis cognoui). *Ego interim me quoad pœnam in omnibus ſanctiſſimæ Paternitatis veſtræ humillime ſubmitto, ſub fide iurata promittens, me, accepta diſpenſatione, ſtatim ad iter Romanum præparaturum, meque ad minimum circa initium ſequentis anni iubilæi conſpectui ſanctiſſimæ Paternitatis veſtræ cum ſumma reuerentia, deuotione et humilitate præſentaturum, pœnitentiamque mihi iniunctam vel tunc iniungendam, ad amuſſim peracturum, qui me interim protectioni ſanctiſſimæ Paternitatis veſtræ deuotiſſime recommendans ſum et permaneo.*

Ad has literas ſequebatur diſpenſatio papalis huius tenoris:

INNOCENTIVS P. P. XII.

Dilecto in Chriſto filio B. H. V., ſubdiacono Mindenſi, ſalutem et apoſtolicam benedictionem.

Oblata nobis ex parte tua petitio continebat, quod a patre nec non proximo ſanguinis vinculo tibi coniunctis, ad ſacrum ſubdiaconatus ordinem ſuſcipiendum, per vim metumque in conſtantem virum cadentem coactus ſis, non attentis aſſiduis tuis precibus, vt tibi, cum non crederes, te ad ſtatum eccleſiaſticum a Deo vocatum, pro matura tam ardui vitæ ſtatus deliberatione bimeſtre ſaltem ſpatium elargirentur, vt, præuia inuocatione diuina, ad certum quendam ſtatum te determinare valeres. Verum hisce omnibus non attentis reſponſum te toties, quoties accepiſſe querebaris: Si non es vocatus, fac vt voceris; quibus et adhuc multa alia accedere referebas, quæ in porrectis nobis ſupplicis ſuſius continere vidimus, nobis humillime deuotiſſimeque ſupplicando, vt nos tecum ſupra præfato ſubdiaconatu diſpenſare dignaremur. Nos igitur apoſtolatus officium meritis licet imparibus ex alto nobis commiſſum vtile exequi, coadiuuante Domino, cupientes, iuſtisque hiſce ſupplicationibus inclinati, ex releuantibus cauſis, tum in iisdem deductis,

tum

Digitized by Google

tum ex informatione oretenus nobis a ſacri palatii noſtri magiſtro habita, animum mouentes, iuxta ſententiam ac decretum venerabilium fratrum noſtrorum ſacræ Romanæ eccleſiæ cardinalium, a quibus negotium hoc mature discuti et examinari fecimus, de eorundem fratrum noſtrorum conſilio tecum, Balthaſare Hermanne, authoritate apoſtolica ſupra obligatione caſtitatis ſacro ſubdiaconatus ordini ex diſpoſitione eccleſiæ annexa diſpenſamus, votumque absque libertate voluntatis a te tacite emiſſum vigore præſentium irritamus, dantes tibi liberam et omnimodam nubendi facultatem, dummodo nullum aliud canonicum obſtiterit impedimentum, ſuper quo conſcientiam tuam grauamus. Volumus autem, vt pro aliquali ſatisfactione limina beatorum apoſtolorum Petri et Pauli reuiſites, centum que imperiales, pro commoditate tamen tua, inter pauperes diſtribuas, deſuper conſcientiam tuam denuo onerantes.

Datum Romæ apud S. Mariam maiorem, ſub annulo piſcatoris et ſigillo conſueto, die X. Martii M. D. CC. pontificatus noſtri nono.

INNOCENTIVS.

(L. S.) Ulyſſes Ioſeph Goreadinus.

§. XXXV. Reliquis quoque clericis A. C. addictis, vt ſuperintendentibus, inſpectoribus, paſtoribus, diaconis, ſubdiaconis, ædituisque, matrimonii libertas adeo communicata eſt, vt qui alii eius effectus ſunt, hic quoque obtineant. Habent vero liberi et viduæ clericorum iura quædam præcipua, tum circa *annum gratiæ et deſeruitutum*, tum circa *ſucceſſionem* in bona defuncti mariti, quæ infra tum *tit. V.* tum *tit. XXVI.* excutienda ſunt. Matrimonia clericorum proteſtantium pleno gaudent effectu.

§. XXXVI. Denique pontificii, ſi clerici ſui *de facto*, vt aiunt, matrimonium contrahunt, diſtinguunt, vtrum ſint in ordinibus *maioribus* an *minoribus* conſtituti? *Illo caſu* matrimonium cenſetur nullum, adeo, vt vxores dimittere, et de commiſſo pœnitentiam agere cogantur, *c. 1. X. h. t.* quorum matrimonia non *nuptiæ*, ſed potius *contubernia* eſſe dicuntur, *c. 4. X. h. t.* quaſi *contubernia* olim non fuerint verum matrimonium, quamuis ſolennitate deſtituta. Excipiunt tamen Græcos et orientalis eccleſiæ clericos, qui ſi inter latinos conſtituti ſunt, vxores, quas antea duxere, dimittere non tenentur. *c. 6. X. h. t.* Huic conſequens eſt, vt qui iam coniugati ſunt, ad ſacros ordines haud admittantur, niſi forte *caſtitatem* ſouerint *perpetuam. c. 2. X. h. t.* Quodſi in *minoribus ordinibus* Quid ſi inter pontificios clerici matrimonium ineant?

Digitized by Google

dinibus conſtituti vxores duxerint, matrimonium quidem valet, et ad retinendas vxores adſtringuntur, beneficium tamen eccleſiaſticum dimittere debent, *c. 1. X. h. t.* quod temperamentum forſan ideo adiectum eſt, quia nullibi patres horum matrimonia in dubium vocarunt, ad quos rationes a *ſacerdotio* petitæ applicari haud potuere; ſed a temporibus Hildebrandinis demum coniugia iis interdicta ſunt ex rationibus mere politicis, ſupra iam excuſſis et reprobatis.

TITVLVS IV.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBVS IN ECCLESIA VEL PRAEBENDA.

§. I.

Negligentia clericorum in reſidendo.

Clericorum ſemper proprium officium habitum fuit, adeſſe ſuæ eccleſiæ conſtanter, rem diuinam facere, et gregi inuigilare. Verum cum lapſu temporis, quo omnia in peius ruebant, diſciplina eccleſiaſtica admodum laxaretur, variis ſub prætextibus clerici *reſidentiam* neglexerunt, vel etiam ab eius neceſſitate exemti ſunt. Vnde infinita mala et incommoda originem traxere, vt pro iis abolendis clerici ad *reſidentiam* ſtrictius compelli debuerint, quorſum imprimis collineat *huius tituli* ſeries. Non tantum autem *reſidendi* neceſſitas incumbit clero *parochiali*, ſed etiam eccleſiarum *cathedralium* et *collegiatarum*, h. e. capitularibus et canonicis, circa quos plura quoad *reſidentiam* monenda ſunt. Et quidem horum intuitu *reſidentia* vel eſt *primi anni*, quam ſpeciatim das Cloſter-Jahr hodie vocant, vel *reliquorum annorum*, et quia illa ab hac peculiaria quædam iura conſuetudine vel ſtatutis capitulorum accepit, de eo primo agendum loco.

Reſidentia primi anni ſeu das Cloſter-Jahr originem trahit

§. II. Reſidentia *primi anni*, prout ſpecialibus iuribus inſtructa eſt, originem traxiſſe videtur ex ſtatu antiquo canonicorum, a CHRODOGANGO maxime efformato. Obſeruaui iam *tit. I. §. 17. ſqq.* poſt tempora CHRODOGANGI canonicorum collegia ad imaginem *monaſteriorum* ſeu *clauſtrorum* quodammodo efformata fuiſſe; agebant enim vitam

Digitized by Google

vitam communem ſub certa regula, quam vtplurimum AVGVSTINI dicebant, adeo vt etiam *monaſteria* eorum collegia dicta fuerint, ipſo obſeruante ESPENIO *P. I. iur. eccleſ. tit. 7. c. 5. §. 1.* cum etiam ipſe CHRODOGANGVS, huius inſtituti artifex, *c. 3. regularum*, quas clero ſuo præſcripſit, *clauſtra* illa eſſe voluerit. *Ita inſtituimus*, ait, *vt in illa clauſtra ille clerus canonicus, qui ſub ipſo ordine, DEO adiuuante, viuere debent, vt omnes in vno dormiant dormitorio.* Horum *clauſtrorum canonicorum* ſeu *clericorum* ſæpe fit mentio apud ſcriptores medii ævi, quos allegat CANGIVS *in gloſſar. voc. clauſtrum*, quæ nihil aliud, quam *monaſteria* denotant, vnde etiam appellatio germanica Kloſter nata eſt. Horum ea ratio erat, vt omnes clerici, canonica vita ſociati, tenerentur in vno communi monaſterio communem agere vitam, communi refectorio et dormitorio vti, et inſtar monachorum vitam agere. In *capit.* CAROLI CALVI *tit. 41. c. 9.* diſerte prouiſum hoc modo: *vt epiſcopi in ciuitatibus ſuis proximum eccleſiæ clauſtrum inſtituant, in quo ipſi cum clero ſecundum canonicam regulam DEO militent, et ſacerdotes ſuos ad hoc conſtringant, vt eccleſias non relinquant et alibi habitare præſumant.* Conf. LEHMANNVS *in chron. Spir. lib. II. c. 33.* Rudera antiqui huius inſtituti adhuc ſuperſunt in plurimis cathedralibus eccleſiis, in quibus quidem iam dudum vita communis exſpirauit, nihilo minus tamen *dormitoria*, *refectoria*, et alia id genus loca publica, quibus olim canonici vſi fuerunt, ſuperſunt, obſeruante AVBERTO MIRAEO *in not. ad reg. canonic.* et ex eo ESPENIO *cit. l. c. 1. §. 2.*

ex inſtitutis monaſticis,

quia etiam olim omnes canonici vni includebantur clauſtro.

Cuius inſtituti adhuc hodie ſuperſunt rudera.

§. III. Poſtquam itaque in plerisque canonici mores monachorum induerant, et ſeueram quandam vitam auſteramque conditionem ſibi imponi paſſi fuerant, receptum quoque videtur, vt, more monachorum, hi, qui clero cathedrali inſerendi erant, *annum nouitiatus* ſeu *probatorium*, vtvocant, ſubire cogerentur, et, an mores ſuos ad regulam huius nouæ diſciplinæ componere poſſent? tentarent, ſimulque toti capitulo eiusque præſidi innocente viuendi genere et obſequio innoteſcerent. Hoc in *anno nouitiatus* multa ipſis ſubeunda erant incommoda, moleſtiæ haud leues ferendæ, et aſpera duraque ſuſcipienda, vt gratis talia deuorare aſſuefierent. FRVCTVOSVS epiſcopus *c. 18. regulæ ſuæ* hoc quoque inſerendum duxit: *In monaſterium ſub regula introducatur, et annum integrum a cunctis fratribus ex induſtria conuiciis comprobetur, et poſtquam probatus in cunctis obediens fuerit, exuatur ſecularibus veſtibus, et induatur monaſterii rebus ſimplicibus.* PETRVS BLESENSIS *in epiſt. 13.* duriſſimam nouitiorum conditionem his comprobat verbis: *Nouitiorum clauſtralium mentes, adhuc deſideriorum carnalium humoribus grauidæ et*

Inde quoque canonici annum probatorium ſeu nouitiatus ſubire cogebantur,

multaque incommoda ſuſtinebant.

tumentes, non acceptantur in ſacrificio Domini, niſi prius igne tribulationis torreantur, nec paleas priorum deponant affectuum, niſi per laborem et abſtinentiam confringantur. Conf. MENDO *de ordinibus equeſtr. diſquiſ. III. q. 7.*

Quod penaliſmo in academiis ortum dedit.

Et cum *ſtudioſi* quoque inter clericos vulgo referendi eſſe viderentur, etiam iis *annus probatorius* impoſitus eſt, ex quo *penaliſmus* originem traxit, quo iuniores primo ſtudiorum ſuorum academicorum anno variis modis ſæpe miſere affligebantur, ne recenti libertate ferocientes veteranis ſtatim æquari vellent, vt cum BERNEGGERO cenſet Dn. BECKMANN. *diſſert. de felicib. iniur. c. II. §. 15.* vel potius vt eorum vita eo magis ad mores clericorum et monachorum accedere videretur, qui per aſpera et dura *annum nouitiatus* tranſigere debebant.

Ratio anni nouitiatus.

§. IV. Hoc intuitu monachi Fuldenſes in libello ſupplici ad CAROLVM M. apud BROWERVM *lib. III. c. 12. p. 213.* de *anno probationis* hæc referunt: *quod nullus ante probationem ſuſcipiatur, neque corpori monaſterii ſocietur, ne forte aliquis magis propter commoda terrena, quam propter æternæ vitæ amorem ſe monaſterio ſociare voluerit, et receptus inhoneſto ſuo more conturbet fratres.* Idem apud *canonicos* obſeruatum fuiſſe, vix dubium habet, quippe qui ad mores monachorum componebantur, cum etiam iam olim GREGORIVS *neminem ſacris ordinibus initiari voluerit, niſi poſt probationem*, teſte DIACONO *in eius vita lib. II. n. 16.* apud MABILLON. *in actis Benedict. ſec. I. p. 417.* Neceſſe proinde erat, vt, quando annus probationis legitime transactus, et iam canonicus recipiendus erat, hoc teſtimonio publico indicaretur, cuius formulam habet AVBERTVS MIRAEVS *lib. I. donat. Belgic. c. 118.* quæ huius tenoris eſt: *Nos S. Benigni Diuionenſis, et nos S. Petri Beſuenenſis abbates, nos frater Iacobus, prior S. Benigni Diuionenſis, nos Petrus dictus de Berro, decanus capellæ ducis, et magiſter Albarius, Decanus Chriſtianitatis Diuionenſis, nos Robertus, cantor prædictæ capellæ, et magiſter Theobaldus de Diuione canonicus Lingonenſis, notum facimus vniuerſis, præſentes literas inſpecturis, quod frater Henricus, filius inclytæ recordationis quondam ducis Brabantiæ, anno ſuæ probationis in monaſterio S. Stephani Diuionenſis, ordinis S. Auguſtini, Lingonenſis diœceſis (ſicut ab ipſo Henrico et a pluribus fide dignis cognouimus) elapſo, et amplius, nobis in feſto beatorum Remigii et Germani in iam dicto monaſterio S. Stephani, præſentibus viuentibus et audientibus fecit profeſſionem ſolemnem ſecundum regulam S. Auguſtini, et eandem ſcriptam, et ore ſuo proprio lectam obtulit ſuper altare S. Stephani memorati. Promiſit etiam ibidem in præſentia noſtra viro religioſo fratri Amadeo, abbati eiusdem monaſterii, obedientiam vsque ad mortem. In cuius rei teſtimonium nos omnes prædicti, ad hoc ibi-*

Teſtimonio ſolenni nouitii ſe legitimare debebant anno transacto.

ibidem ſpecialiter euocati, præſentibus literis ſigilla noſtra duximus apponenda. Et nos frater Amadeus, abbas memorati monaſterii S. Stephani, vna cum ſigillis omnium prædictorum præſentibus literis ſigillum noſtrum appoſuimus in teſtimonium prædictorum. Datum et actum in feſto beat. Remigii et Germani in capite Octob. anno MCCLXIX.

§. V. Inde iam *anni clauſtralis* ſeu *primæ reſidentiæ* capienda eſſe primordia arbitror, quod vel ipſius nominis ſignificatus docet. Vocatur enim das Cloſter-Jahr, quod hoc anno *clauſtro* incluſus, more antiquo eſſe, et in eo ſemet ipſum probare debuerit, an ad vitam canonicalem aptus ſit? qui nouitiatus potiſſimum illis neceſſarius fuit, qui *regulari vitæ* ſeſe addicere voluerunt, vtpote quæ adſtrictioris et durioris conditionis erat. Quamuis vero in plerisque capitulis communis vita iam dudum ceſſauerit, rudera tamen eius remanſerunt in *reſidentia primi anni*, etiam in *capitulis proteſtantium*, in qua ſingularia plura obſeruantur, tam ſtricte obſeruanda, vt ſi quis vel in minimo inde receſſit, de nouo annum auſpicari teneatur. Collineat huc SCHATEN. *lib. XI. annal. Paderborn. ad ann. 1260.* vbi oſtendit, per id tempus communem vitam adhuc duraſſe, additque: *ſenſim hæc prolapſio facta, dum primum ſocialis in clauſtro habitatio, deinde communis menſa, poſtremum nocturna illa congregatio ſolueretur. Ex quo canonicorum, priusquam ecoptantur, mos etiammum apud nos obtinet, quo per certos dies intra vetus clauſtrum pernoctare, matutinum pſalmorum chorum frequentare iubentur.* In eccleſiis collegiatis Magdeburgenſibus *annus clauſtralis* hoc modo tranſigendus: Die Statuta der Collegiat-Stifter SS. Sebaſtiani et Nicolai vermögen, daß ein ieder Nouitius nach beſchehener Introduction ſein Cloſter-Jahr auf 26. Wochen und drey Tage dergeſtalt halten ſolle, daß er ohne ausdrücklichen Conſens der Capitulorum, auch wegen Leibes-Unpäßlichkeit keine Nacht aus der Stadt und von der Freyheit ſeyn dürffe, oder wo er darinn verfehlet, daß er von neuen anfangen, und den, der nach ihm kommt, und ſolches Jahr eher abſoluiret, für ſich treten, und das ſenium laſſen müſſe, apud BRVNNEMANNVM *conſ. 166. n. 75.* In ipſa eccleſia cathedrali *annus clauſtralis* in vigilia Thomæ, in aliis in vigilia Egidii vel Margarethæ intimandus eſt, quo facto et impetrata a capitulo licentia, et introitu anni huius annum clauſtralem auſpicatur, vt plurimum inter *lautiores epulas* et *pocula*, et quidem prima et vltima anni nocte præciſe hora octaua in conclaui capitulari, in der Capitul-Stube, hora vndecima vero in *dormitorio* præſens eſſe, et hora quarta matutina, ad ſonitum eius, in choro alto, ibique in ſtallo canonicorum horas canonicas ſolenniter habere debet,

Inde ritus anni clauſtralis orti ad vnguem obſeruandi.

Ritus eccleſiæ Magdeburgenſis.

debet, in cuius rei fidem a camerario et ædituo teſtimonium accipit. In dormitorio, remotis omnibus aliis, ſolus, ſine lumine, dormire debet, camerario, ædituo et famulitio ipſius nouitii interim, expenſis eius, in conclaui capitulari laute viuentibus. Habes hic adhuc veſtigium antiquæ vitæ canonicalis communis, in cuius rei memoriam in dormitorio adhuc dormire debet, magis tamen *dicis*, quam alicuius *probationis* gratia, et tamen hæc ſolennia ad vnguem obſeruanda ſunt, adeo, vt ſi quid omiſſum ſit, *annum clauſtralem* in termino præſcripto de nouo incipere debeant. Huic fere ſimilis eſt obſeruantia, quam recenſet Dn. HORN *claſſ. I. conſult. 33.* his verbis: Es iſt in denen Statutis der Stifts-Kirchen zu Epheſo enthalten, daß ein neuer Canonicus in confratrem receptus, antequam particeps redituum et fructuum capituli fieri mereatur, per quartam anni partem zu reſidiren, und alle Täge ſingulas horas canonicas zu beſuchen ſchuldig: imgleichen iſt in alten Statutis dieſes angehangen, daß auf dem Fall, ſi canonicus nouus id negligat, atque ſine expreſſa capituli conceſſione emaneat, das totum tempus reſidentiæ iam antea confectum vor verlohren zu achten, und alſo die reſidentz von neuen angefangen werden müſte. In eo ergo rurſus veſtigium priſtinæ diſciplinæ deprehenditur, quod nouitii in *anno clauſtrali* quotidie horis canonicis intereſſe, et ad vnguem opus operatum hoc præſtare teneantur, quod officium olim non quidem ad *annum clauſtralem* tantum adſtrictum erat, ſed ex *prima hac officii diuini ſedula præſtatione per annum nouitiatus* augurium capiebatur, an et quatenus in *officio canonicali* in poſterum ſeſe exhibiturus eſſet nouitius? quod rurſus hodie parem effectum auguriumque non habet. Annus clauſtralis *ex more* tantum obſeruatur, ſine ea intentione, qua olim canonicis præſcriptus: poſtea enim etiam ad *reſidentiam* quidem tenentur, quæ tamen vtplurimum otioſa eſt.

Vinum admiſſionis præterea novitii dare debent,

§. VI. Dixi, quod vtplurimum nouitius, quando *annum clauſtralem* auſpicatur, in conclaui capitulari ſe liberalem erga confratres aliosque exhibere debeat. Vetus hoc inſtitutum eſt, non heri aut nudius tertius natum. *Vinum admiſſionis*, ni fallor, id ipſum eſt, quod pro ingreſſu confratribus perſoluere debent. Nec Cæſar, in coronatione ſua, dum in canonicum recipitur, ab eo immunis eſt

etiam ipſe Cæſar canonicus.

quod geſta coronationis MAXIMILIANI apud FREHERVM docent, vbi ita: *Ipſe etiam dedit ſtatuta* (die Statuten-Gelder vocantur) *et VINVM ADMISSIONIS, iuxta conſuetudinem eccleſiæ, et dederunt ſibi locum in choro.* Olim quidem id diſerte prohibitum, vt conſtat

ex

Digitized by Google

ex c. 7. C. 1. q. 3. vbi PASCHALIS ait: *nullus emat eccleſiam vel præbendam, vel aliquid eccleſiaſticum: nec paſtellum nec paſtum antea vel poſtea pro huiusmodi ſoluat. Paſtus* vel *paſtellus* ſolenne conuiuium denotabat, quod prouiſi in *ingreſſu officii ſacri* præſtabant, atque iam olim in *concilio Romano II.* ſub GREGORIO I. prohibitum fuit, vbi in genere cauetur, ne pro ordinatione aliquid accipiatur, *neque ex ea, quam noua per ambitionem ſimulatio inuenit, appellatione paſtelli, c. 1. X. de ſimon.* CANGIVS *in gloſſar. voc. paſtus*, ANTON. MATTHAEI *de nobilitate lib. II. c. 48. p. 749.* GONZALEZ *ad c. 1. cit. n. 4.* Alibi ſoluitur *honorarium* pro *admiſſione.* Vid. RETHMEYER *in hiſtor. eccl. Brunſuic. P. I. in app. p. 71.* Sed talia, quæ ad gulam ſpectant, aboleri non potuere, quin potius per ſtatuta capitularia determinata ſunt, quod charta notabili illuſtrat MATTHAEI *cit. l. p. 747.* huius tenoris: *Vniuerſis præſentes literas inſpecturis decanus et capitulum eccleſiæ Traiectenſis ſalutem in Domino ſempiternam. Cum de antiqua et hactenus in eccleſia noſtra obſeruata conſuetudine is, qui in dicta eccleſia noſtra nouiter in canonicum quauis auctoritate recipitur, vel electione, aut alio quouis modo quacunque auctoritate aſſumitur, vel admittitur in prælatum, vinum decano et canonicis capitularibus, qui receptioni, aſſumtioni, vel admiſſioni ſuæ interfuerunt, liberaliter dare conſueuerit, fueritque poſtmodum per decanum et capitulum, iuxta dictam conſuetudinem inter alia ſtatuta declaratum, quod, qui vinum in ſua receptione non dediſſet, de vino ſoluendo per receptos vel aſſumtos prædictos nullam recipit portionem. Diuerſi ſtatutum ipſum diverſimode pro ſuæ interpretantes libito voluntatis. Nos igitur omnem dubitationem circa conſuetudinem et ſtatutum huiusmodi exortam amouere volentes, declarando dicimus, quod is, qui recipitur quauis auctoritate in canonicum, ſex, is vero, qui in prælatum dictæ eccleſiæ noſtræ qualitercunque quauis auctoritate aſſumitur vel admittitur, duodecim amas boni vini Rhenenſis, menſuræ ciuitatis Traiectenſis, decano et canonicis actu capitularibus, qui receptioni interfuerunt, vel ex cauſa liberaliter, et absque difficultate qualibet ſoluere debebit, in ciuitate Traiectenſi ſuis propriis laboribus, periculis, ſumtibus et expenſis. Statuentes, quod vinum prædictum infra ſex menſes a tempore, quo ipſius prælaturæ, vel canonicatus ſeu præbendæ fructus aliquis conſuetudine, priuilegio, indulgentia, gratia, vel alio quouis modo percipere incepit, pacifice per ſe, vel per alium, vel per eum ſtetit, quo minus percipiat, et de præſenti ſtatuto certificatus fuit, iuxta conſuetudinem teneatur ſoluere ſupra dictam etc.* Subiunguntur adhuc pœnæ et media cogendi contumaces, qui *vinum admiſ-*

ſionis præſtare recuſant, quo ipſo, quod ab initio a quibusdam ex *mera liberalitate* profectum eſt, tandem in morem et neceſſitatem tranſiit. Equidem in *concilio Trident. ſeſſ. XXIV. de reform. c. 14.* hæc conſuetudo damnata eſt; an vero vnquam in praxin hæc prohibitio deducta ſit, dubito, quamuis BARBOSA *de canonic. c. XV. n. 26. et in collect. ad concil. Trid. in f.* ſub prohibitione illa etiam comprehendi cenſeat *dulciaria, quæ pro admiſſione ad poſſeſſionem canonicatus ſoluuntur.* Sed canonici vtplurimum magis ſtatutis et conſuetudini inueteratæ inhærent, quam bonis legibus.

Singularia anni clauſtralis inter arcana referuntur

§. VII. Quamuis vero plura ſingularia circa *annum clauſtralem* ex ſtatutis capitulorum adduci poſſent, illa tamen vtplurimum inter *arcana*, neſcio qua de cauſa, referri ſolent, vt curioſitati B. L. vix ſatisfacere queam. Referam tamen, quæ hinc inde obiter obſeruaui.

Auſpicia legitima anni clauſtralis.

Ante omnia nouitius ſeſe ad annum clauſtralem *legitimo ſtatutoque tempore* præſentare, ſeque ad illum tranſigendum legitimare debet. Dixi iam antea, in quibusdam capitulis *dies criticos*, vel *Margarethæ*, vel *Aegidii*, vel *Mauritii* et alterius ſancti eſſe conſtitutos, in quibus annus clauſtralis inchoandus eſt. Hoc tempus qui non obſeruat, forſan quod nondum ſecundum ſtatuta ad hoc qualificatus ſit, ſequenti locum dare debet, qui vigilauit, ita vt *ſenium* hoc ipſo *vigilanti* acquiratur, a quo inſignis prærogatiua ratione *perceptionis* dependet. Ita cenſuit ill. *Facultas iurid. menſ. Iul. 1699.* ſequente reſponſo:

Facti ſpecies.

Iſt durch des Churfürſtl. Brandenb. Geheimen Raths, Herrn von G. Tod, eine Præbende zu Brandenburg, in menſe electorali vacant worden, da zwar Sempronius die erſte und nächſte Anwartung gehabt, ſich aber intra tempus canonicum ſecundum ſtatuta capituli weder legitimiret, noch auch zur Ergreiffung der Reſidentz in Perſon geſtellet, hingegen der folgende in der Ordnung, Caius, gebührend vigiliret, ſich zur Reſidentz præſentiret, zugleich auch wegen des triennii academici ſich legitimiret, worauf, nachdem von der hohen Stifts-Kirchen zu Magdeburg information eingeholet, wie es bey ihnen in ſolchen Fällen Herkommens, der Caius zu dem erledigten Canonicat ſolenni modo aufgeführet worden, und jetzo gezweifelt wird:

Quæſtiones.

1) Ob ſie, Caium ad reſidentiam verſtattende, ihren Statutis gemäß, und alſo recht verfahren?

2) Ob

2) Ob Sempronius, welcher tempore mortis des ſel. Herrn von G. noch nicht 20. Jahr alt geweſen, ſich auch weder legitimiret, noch auch debito modo ad reſidentiam offeriret, entweder per diſpenſationem Sereniſſimi, oder ſonſt in integrum reſtituiret, Caius aber, welcher debito modo vigiliret, ſecundum ſtatuta Capituli alle præſtanda præſtiret, ſolenni modo ad reſidentiam aufgeführet, ſein Kloſter-Jahr denen ſtatutis gemäß gehalten, und in poſſeſſione canonicatus iſt, de iure depoſſediret werden könne?

Rationes dubitandi quæſtionis primæ.

Wenn nun gleich, ſo viel die Entſcheidung der erſten Frage betrifft, eingewandt werden möchte, daß Sempronius zur Zeit der erledigten Præbende abweſend, und zwar in Franckreich geweſen, und dahero derſelbe propter abſentiam pro negligente nicht zu achten, zumaln dergleichen peregrinationes zur habilitation eines von Adel gehöreten, und dahero dieſe abſentia pro laudabili et honeſta zu achten, welche pro negligentia iuris ad præbendam competentis nicht gehalten werden kan, zumaln auch deſſen vormaliger curator ſich in ſeinem Namen intra tempus canonicum angemeldet, und dadurch abſentiam purgiret, und denn bekannt iſt, quod abſente reo non contumaci omnia acta, quæ fiunt, ſint nulla,

Can. omnia cauſ. 3. qu. 9.

Rationes decidendi.

Weil aber dennoch die ſtatuta capituli Brandenburgenſis denen ad præbendam adſcendentibus gewiſſe requiſita vorgeſchrieben, ohne deren Erfüllung ſie zur Reſidentz nicht gelangen können, darunter inſonderheit iſt die Beweiſung der 16. Ahnen, die Erfüllung des 21. Jahres, und Abſolvirung des triennii academici, in deſſen Entſtehung der folgende, ſo ſich gedachter maſſen habilitiren kan, dem erſteren vorgezogen wird, und dem Sempronio es an ſolcher legitimation, ſowol ratione ætatis, als triennii academici ermangelt; hiernächſt auch, wenn gleich die legitimation ihre Richtigkeit hätte, dennoch der Sempronius ſich intra tempus canonicum binnen 21. Tagen a tempore vacantiæ, zur Reſidentz anmelden ſollen, daran es hieſelbſt abermal fehlet, und ihm die angeführte abſentia nicht zu ſtatten kommen kan; weil auch die denen abſentibus geſetzte doppelte Friſt längſt verfloſſen, überdem er dieſes impedimentum abſentiæ dadurch ſelbſt aus dem Wege räumen können, wenn er vor ſeiner Abreiſe iemand mit einer ſpecial-Voll-

macht, in caſu vacantiæ in ſeinem Namen zu vigiliren, beſtellet; quando vero abſens procuratorem conſtituere, et per hunc defendi potuiſſet, non reſtituitur, etiamſi reipubl. cauſa abſuerit,

L. 39. ex quibus cauſ. mai.

und daher, was von deſſen vormaligem curatore vorgenommen, ob defectum mandati vor nichtig zu achten, wiewol ohne dem ſecundum rigorem ſtatutorum dem abſenti, zum præiudiz der nachfolgenden, keine dilation verſtattet wird.

So erſcheinet hieraus zur Gnüge, daß der Caius, nach Anleitung ihrer Statuten, rechtmäßiger Weiſe zur Reſidentz verſtattet ſey.

Rationes dubitandi quæſtionis ſecundæ.

Auf die andere Frage erachten wir: Ob wol kein Zweifel, daß Se. Churfürſtl. Durchl. zu Brandenburg, unſer gnädigſter Herr, als epiſcopus ſummus, circa ætatem diſpenſiren, und das eine an der capacität annoch mangelnde Jahr per conceſſam ætatis veniam ſuppliren könne; hiernächſt auch, da die abſentia eine im Rechten gebilligte Urſache iſt, ad impetrandam reſtitutionem in integrum dem Sempronio ſolches beneficium nicht zu verſagen, zumalen, da er weder citiret, noch gehöret, welches iedennoch ad amiſſionem iuris denen Rechten nach erfordert wird.

Rationes decidendi.

Weil aber dennoch dergleichen impetrationes veniæ ætatis keinen weitern effect zu haben pflegen, als daß dadurch der impetrant von ſeinem curatore entlediget, und in freye adminiſtration ſeiner Güter geſetzet wird; hingegen auf diejenigen Fälle nicht zu extendiren, welche eine ſpecialem rationem ex iure communi vel ſtatutis priuilegiatis haben, immaſſen auch deshalb keiner, ſo veniam ætatis erhalten, ſeine unbewegliche Güter ſine decreto veräuſſern kan,

per *l. 2. §. 1. C. de his, qui ven. ætat. et ib. Dd.*

MYLER *in etologia princip. imp. c. 8. §. 4.*

vnde etiam, qui maior factus eſt ex indulgentia principis, non eapropter mox ad honores et officia publica admittendus,

MYLER *d. l. c. 7. §. 5.*

ferner die reſtitutio ex capite abſentiæ alhie deßhalb nicht ſtatt finden kan, weil, wie bey voriger Frage erwähnet, er einen ordentl. procuratorem beſtellen, durch denſelben ſich legitimiren, und zur Reſidentz offeriren können: da nun ſolche legitimatio, inſonderheit quoad triennium academicum, bis dieſe Stunde nicht geſchehen, noch dem Anſehen nach geſchehen kan, hingegen der Caius ad normam ſtatutorum zur

Re-

Digitized by Google

Residentz auf Capitularischen Schluß gelassen, hierzu auch keine citatio oder fernere causæ cognitio vonnöthen gewesen, indem der Sempronius selbst vigiliren, und præstanda præstiren sollen; und da die decisio ipsa ex statutis offenbar, auch der ecclesiæ metropolitanæ zu Magdeburg Beyfall hierüber eingeholet worden, es keiner fernern causæ cognition bedurft, zumal auch Se. Churfürstl. Durchl. die statuta capituli Brandenburgensis deutlich confirmiret, und also nicht zu præsumiren, daß sie den Caium, welcher secundum statuta illa ein ius legitime quæsitum erhalten, dessen hinwieder entsetzen werde.

So erscheinet hieraus so viel, daß Sempronius mit der gesuchten restitution nicht zu hören, sondern Caius bey seinem iure quæsito zu lassen sey. V. R. W.

§. VIII. Ab hac obseruantia tamen superstitiosa liberati sunt, (1) qui *annum claustralem pretio* redemerunt, et a capitulo obtinuerunt, vt non teneantur in *dormitorio* pernoctare, otiosamque consumere noctem. Has redemtiones *a capitulis* obtineri solere in terris protestantium, praxis docet, pretio *redemtionis* admodum variante: an vero *iure* talis redemtio fieri possit? merito in dubium vocatur. Hoc expeditum est, (1) capitula, sede vacante, facultatem dispensandi omnino exercere posse; adeoque hunc casum hic remoueo. Præterea quoque (2) nec illud in dubium voco, redemtionem talem admitti posse, si illa in *statutis* capitulo concessa, et nouitiis præscripta est necessitas, annum claustralem aut legitime transigendi, aut pretio consueto redimendi. Sed vbi hoc statutum deest, vbi sedis vacantia cessat, vix est, vt hoc ius capitulo indulgeri queat, quippe quod *dispensandi facultatem* contra statuta inuoluit, quæ non ipsi, sed *supremo principi* debetur. Neque enim capitula plus iuris acceperunt, quam ante I. P habuerunt; at vero ante *transactionem Osnabrugensem* tali potestate haud instructa fuere, cum iis in genere denegetur facultas dispensandi circa residentiam, quæ soli episcopo reseruata fuit, et quicquid *per consuetudinem* contrariam, quæ inter illas turbas facile enasci potuit, inualuit, magis ad *abusus* referendum, censente LEVRENIO *in for. benef. P. I. qu. 398. n. 3.* Ceterum si obseruantia hæc a principe confirmata est, vires suas habet, quod videtur factum fuisse in *ordin. Magdeb. polit. c. VI. §. 23.* vbi generatim dicitur: Wie es mit der Wahl der Decanorum etc. Closter-Jahren und Absolution von demselben ꝛc. zu halten, deßwegen ist in denen canonischen Rechten, und iedes Stifts Statuten gewisse Verordnung und Versehung geschehen, bestehet auch zum Theil

(1) Potest annus claustralis pretio redimi.

(1) Num a capitulo?

auf der obſervanz und alten Herkommen, wornach die Stiffter ſich zuvörderſt zu richten.

Liberantur quoque novitii ab eo per viam gratiæ a principe.

§. IX. Exemti (II) ſunt, qui a principe territorii *per viam gratiæ* et *diſpenſationis* id ipſum obtinuerunt. Hoc olim in dubium vocatum fuiſſe, obſeruaui ex diſſert. B. STRYKII *de iure papal. princip. euangel. c. 5. §. 11.* in caſu, quo electus, poſtquam ſibi maxime incommodum viſum fuerat, otioſas in dormitorio conſumere noctes, ab auguſtiſſimo rege Boruſſiæ glorioſæ memoriæ impetrauerat diſpenſationis reſcriptum, cui omnes omnino vires oppoſuit capitulum. Non repetam argumenta, quæ per inſtantiam *matrimonii* adducta ſunt, ſed in genere tantum diſpiciam, *an non principi territorii ius diſpenſandi circa ſtatuta permiſſum ſit?* quod qua ratione principi negari poſſit, nullus video, prout iam *lib. I. tit. XX. §. 8.* aſſerui. Certe *confirmatio* et *correctio* horum ſtatutorum principi competit, ex *inſpectione generali*, quam in omnia collegia, et ſic etiam in capitula habet; quidni ergo etiam ius diſpenſandi? Expreſſe auguſtiſſimus legislator *confirmationem* ſibi reſeruauit in *ordin. polit. Magdeb. c. 6. §. 23. in f.* ibi: und ihre Statuta, da es noch nicht geſchehen, zu unſerer confirmation einzuſchicken haben, die wir, nach Befinden, beſtätigen wollen. Si ergo ſtatuta hæc demum confirmat, nach Befinden, ea etiam emendare, et contra ea diſpenſare poteſt, cum etiam circa reſidentiam ſequentium annorum diſpenſet.

Poteſt etiam princeps annum clauſtralem plane abolere.

§. X. Imo quod magis eſt, ex ſententia B. STRYKII *cit. l.* principem *annum clauſtralem plane abolere* poſſe cenſeo, qui nullius vſus eſt, niſi vt tantummodo ritus hic antiquiſſimus ſuperſtitioſe obſeruetur. Ceſſante enim fine, ceſſant quoque media. Iam dudum *vita communis* deſiit, ad quam nouitii, mediante *anno clauſtrali*, ſe præparabant, qua præparatione hodie non eſt opus, cum nequidem hoc medio aſſuefiant ad *reſidentiam*, quippe quæ etiam in ceteris annis fere otioſa eſt. Et quid hodie iuuat, in dormitorio, olim in vſum canonicorum, communem vitam agentium, conſtituto et erecto, per integrum annum otioſas conſumere noctes, niſi vt vel inani ritui ſatisfiat, vel vt omiſſio eius lucro capituli cedat, vel ſucceſſoribus, qui vigilantiores ſunt, commodum et prærogatiuam adferat? Multa in *theſi* diſputantur contra ineptas conſuetudines, quas tamen abolere homines ægre patiuntur. Loci conſuetudines et ſtatuta antiqua illibata eſſe debere, cauetur in *I. P. art. V. §. 16.* ſub hac tamen limitatione, quatenus nihil in ſe continent Auguſtanæ confeſſioni aduerſum, quæ ſane nullibi *ſuper-*

Digitized by Google

perſtitioni huic fauet, ſed potius reſiſtit, quemadmodum etiam in multis capitulis otioſa hæc obſeruatio anni clauſtralis *recte* et *pie* abolita eſt.

§. XI. Vlterius (III) ab hac *reſidentia primi anni* excuſantur, qui *a latere principis et in eius ſeruitio* eſſe iubentur. Hi enim etiam de iure canonico, quatenus in ſeruitio epiſcopi fuerunt, pro præſentibus et reſidentibus habentur per *c. 7. et 15. X. h. t.* Nec audiendi ſunt, qui hos textus ad reliquos annos reſtringunt, primam autem reſidentiam ab horum textuum diſpoſitione exceptam eſſe contendunt, prout ex declaratione congregationis cardinalium illuſtrat AVGVSTINVS BARBOSA *de canonic. et dignit. c. 25. n. 5.* vbi *in f.* hæc habentur: *Sacra congregatio eminentiſſimorum cardinalium concilii Tridentini interpretum cenſuit, ſtatutum requirens primam reſidentiam ad hoc, vt prouiſi fructus percipere valeant, non obſtare, quo minus oratori, in ſeruitio ſui epiſcopi commoranti, de integris fructibus ſuæ præbendæ reſponderi valeat.* Quodſi enim princeps, præuia diſpenſatione, annum clauſtralem plane remittere poteſt, ex *lege* quoque remiſſus illis cenſetur, qui in ſeruitio principis eſſe iubentur, vnde *tacita diſpenſatio* colligi poteſt. Illuſtrari hoc poteſt ex *conſil. 166. n. 67. ſqq.* apud BRVNNEMANNVM, in quo ex adductis rationibus ita hæc deciſio formatur: Dieweil ihr aber (1) ſofort, als ihr die poſſeſſion beym Stifft S. ergriffen, das Cloſter-Jahr angefangen, und etliche Wochen continüiret, hernach aber durch der Herren Land-Stände und Capitularen Verurſachen von S. Churfürſtl Durchl. unſerm gnädigſten Herrn, nach Berlin gefordert, euch das gröſſeſte præiudiz in dieſer Sachen hätte zuſtoſſen würden, und darneben bekanten Rechtens, quod is, qui apud ſupremum principem ſeu pontificem neceſſario commoratur, pro *præſenti* habeatur, nec fructu priuetur *c. 11. verb. de non abſentante in fraudem, c. 15. verb. cum abſentes dici non debeant. X. de cler. non reſid.* WAMESIVS *conſ. can. 568. n. 5.* (2) ſolches auch non obſtante conſtitutione aut ſtatuto contrario die canones zulaſſen, *c. 14. verb. quatenus non obſtante conſtitutione X. de cler. non reſid.* (3) wie erwehnet, die abſenz die capitula und Herren Land-Stände verurſachet, und durch ihr Verurſachen weder wider euch Nutzen dadurch erwerben, noch auf ſolche Weiſe euch in Schaden ſetzen können; *arg. l. 67. verb. ſi culpa tua D. de fideiuſſ.* (4) ihr zum Uberfluß auch, daß dieſe euch verurſachte abſenz euch nicht nachtheilig ſeyn möchte, bedungen, et canones contra abſentiam iuſtam excuſationem admittunt, POSTIVS *tr. de manut. deciſ. 467. n. n.* (5) wie es ſcheinet, ihr

nach

Digitized by Google

Excuſantur ab anno clauſtrali, qui ſunt a latere principis.

nach eurer Wiederkunft, daß ihr gerne continuiren wollen, so weit sie euch nicht gehindert, (6) niemand wider euch pendente lite possessionem manutenibilem acquiriren können, POSTIVS *d l. obs. 17. n. 65. sqq.* So kan euch, daß ihr bey so gestalten Sachen das Closter-Jahr nicht continuiret, nicht schaden, sondern ist propter absentiam dictam iustam pro absoluto zu achten, und seyd demnach keinem andern, der post motam controuersiam nach euch gekommen, das senium zu überlassen, oder ihm zu weichen schuldig.

Scrupulosa anni claustralis obseruatio fluxit ex institutis monasticis, quæ suis regulis stricte obseruandis constant.

§. XII. Qui autem a *prima residentia* huius anni haud sunt soluti, magna incumbere debent vigilantia, ne præscriptum modum, transigendi annum claustralem, omittant, alioquin de nouo annum hunc auspicari coguntur, et, quod hactenus actum est, pro non facto habetur. Fluxit hæc scrupulosa et plus quam superstitiosa ἀκρίβεια ex *disciplina monastica*, quæ etiam *annum claustralem* produxit. Monachi secundum *regulas* viuunt, edunt, bibunt, dormiunt, fabulantur, psallunt, legunt, laborant, et omnia alia ex *regula* agunt. Hanc adeo *tenaciter* et *superstitiose* ex *voto suo* obseruare debent, vt, si in minimo ab ea declinauerint, castigentur, aliasque pœnas monasticas incurrant, quasi grauissimum commisissent crimen. Eadem disciplina præscripta olim fuit canonicis, intra claustra collectis, vti vel ex *concilio Aquisgranensi* anno 816. celebrato liquet *c. 115. sqq.* In hac si quid peccatum erat, mox a prælato arguebatur, et condigna pro delicto imposita pœnitentia diluebatur, secundum *c. 144. dicti concil.* Vnde ne ab ea recedere, sed semper eius recordari possent, sæpius iis regula prælegenda erat, iuxta *concil. prædictum c. 123: quotidie ad collationem veniant, vnde et hanc institutionem et aliarum scripturarum sanctarum perlegant.* Ipse AVGVSTINVS in sua regula *c. vlt.* iusserat, *ne quid per obliuionem negligatur, semel in septimana legatur.* Testantur hoc de more quoque monachi Fuldenses apud BROWERVM *lib. III. antiq. Fuldens. c. 12. p. 212.* asserentes, *quod mane, quando in vnum conuenerint, capitulum de regula coram fratribus lectum fuerit;* vnde tandem ipse *conuentus* CAPITVLI appellationem accepit, quod quotidie *capitulum de regula* in eo lectum fuerit. Ipse BENEDICTVS, pater monachorum, *c. 64. regulæ suæ* ait: *hanc autem regulam sæpius volumus in congregatione legi, ne quis fratrum se de ignorantia excuset.* Similiter *in clem. 1. de statu monach. vers. sane*, idem inculcatur, vbi additur, quod *monitiis fidelis deputari debeat instructor tam in diuinis officiis quam in obseruantia regulari.* Ita magis regulis suis ad vnguem inhærendum esse censuerunt, quam sacræ scripturæ, cuius imperitia plerique monachi notabiles sunt. Beati

præ-

prædicantur, qui ne quidem quoad literam ab ea recedunt, quia credunt, quod per *regulam* ſalui fieri queant, a qua ſuperſtitione nos DEI gratia et miſericordia liberauit.

Iudicium de regulari obſeruantia anni clauſtralis,

§. XIII. Et tamen, quod mireris, in capitulis proteſtantium hæc praxis de *regulari obſeruantia anni clauſtralis* tam *ſuperſtitioſe*, tam *amare* exigitur, vt, qui ad ſyllabam et literam eam non ſeruauerit, redintegrare debito tempore eam cogatur. Irridemus gentiles, qui publicarum precationum et obſecrationum verba ſolennia ſeu *carmina* habuerunt, tam accurate recitanda, vt de ſcripto aliquis precantibus præire deberet, ſimulque cuſtos daretur, qui attenderet, ne quid verborum præteriretur, aut præpoſterum diceretur, teſte PLINIO *lib. XXVIII. c.* 2. et vlterius illuſtrante BRISSONIO *de ſolemnib. pop. Rom. verbis lib. I. p.* 61. cur ergo, qui chriſtiani ſumus, ad euangelicam euocati libertatem per CHRISTVM, et a monaſtico et plusquam ſeruili iugo liberati, gentilium et monachorum exempla, ſtatuta et inſtituta tam tædioſe et ἀκριβῶς imitari, et in praxin deducere intendimus? Sit ita, maiores ſub papatu nouitios ſuos in tam ſeruilem coniecisse conditionem, vt ad accuratiſſimam *regularum* obſeruantiam adſueſcerent, an hodie, fine hoc in totum ceſſante et abolito, tanta animorum contentione pro ſuperſtitioſa obſeruantia anni clauſtralis laborandum eſt? Aiunt quidem, adeſſe ſtatuta, quibus omnino inhærendum ſit; verum hæc quoque *cum grano ſalis* ſecundum regulas *æquitatis* intelligenda, non vero μονοπροσώπως capienda ſunt.

quæ inter proteſtantes non tam ſcrupuloſe obſervanda.

§. XIV. Vt rem declarem exemplo, adferam caſum, quem adducit Dn. HORN *cl. 1. conſult. 33.* vbi, præmiſſis ſtatuti verbis, quæ iam §. *V.* adducta ſunt, hæc ſubiungit: Es iſt an dem, daß in dem quadrante anni reſidentiæ Herrn Sempronii am 20. Aug. ſich gefüget, daß er die Nachmittags horam, ſo um 2 Uhr ſonſt gewöhnlich, und zu welcher in ſeinem Abweſen, auf Herrn Titii Verordnung, geläutet worden, wegen ſeiner unvermutheten Abſenz nicht inthalten können, da hingegen er doch, als er kurtz darauf nach Hauſe gelanget, noch einmal zur hora läuten laſſen, und alſo nebenſt denen zuſammen geruffenen Vicariis, welche alle auſſer dem Cantore erſchienen, die horam abgewartet, und kommet dahero das Werck auf dieſe Frage an: Ob diß *factum* dergeſtalt beſchaffen, daß *Sempronius* ſeines Cloſter-Jahrs verluſtig worden, und ſolches von neuen anfangen müſſe?

Digitized by Google

Rationes dubitandi.

Nun wird zwar 1) obangeregtes Statutum Sempronio entgegen geſetzet, qualia ſtatuta omnes canonici obſeruare debent exacte, ſi beneficiis, quæ propter officia dantur, gaudere velint,

BARBOSA *de canon. c. vlt.*

RICHT. *vol. II. conſ. 110.*

zugleich 2) die Obſervantz, daß die Nachmittags hora um 2 Uhr gehalten, angeführet, auch dieſen 3) beygefüget, daß einem Canonico recepto nicht gebühre, die ordinirte Zeit nach ſeinem Belieben zu ändern, quandoquidem in horis canonicis peragendis conſuetudo, in qua eſt beneficiatus, obſeruanda,

ABB. DE FERRARIIS *de hor. can. v. 63.*

weniger 4) ihm frey gelaſſen, eine andere horam nach der gewöhnlichen Zeit zu halten, und darzu ſo wol durch Läuten, als ſeine Laqueyen, die Vicarien conuociren zu laſſen.

Rationes decidendi.

Allein, was 1) das Statutum betrifft, welches in ſeinem hohen Werth billig beruhet, und das Sempronius keinesweges zu infringiren gedencket, iſt nicht wohl zu glauben, daß ſolches ſo abſciſſe und abſolute zu verſtehen ſey, daß bey ſelbigem keine Exception oder Limitation ſtatt finde; vielmehr davor zu halten, daß wie alle menſchliche Geſetze und Statuta, ja auch die göttliche Geſetze ſelbſt, ſo in verbo reuelato enthalten, nicht nur nach den bloſſen Worten anzuſehen, ſondern vielmehr auf die ſententiam zu reflectiren, alſo aus deren ration oder andern Umſtänden die interpretatio Statt findet;

FRANTZK. *ad tit. de LL. n. 70.*

B. THOMAS. *iurispr. diu. L. II. c. 12*

Alſo auch ſolches bey dieſem Statuto ſich ereignet, und dahero diejenigen caſus, welche nicht malitioſe, ſondern ex neceſſitate vel impedimento aliquo ex improuiſo ſuborto ſich zutragen, zu excipiren. Nam vti in genere Dd. docent, quod licet defectus formæ vitiet actum regulariter, ſecus tamen ſit, ſi neceſſitas aliqua vel iuſta cauſa impediat formam adimpleri;

MASCARD. *de general. ſtatut. interpr. concluſ. 9. n. 78. et n. 82.*

ita etiam in ſpecie tradunt, omiſſionem horæ canonicæ non nocere, ſi aliquis neceſſitate vel caſu aliquo impeditus fuit, e. g. ſi amiſit librum in

Digitized by Google

in via eundo, item ſi quis ideo neglexit horam canonicam, quia in occupatione liciti operis fuit, vel pulſum tam cito non audiuit etc.

NICOL. DE PLOVE *de hor. canon qu. 4. 7. 10. part. n.*

Dieweil nun Sempronius keinesweges malitioſe und data opera die horam verſäumet, ſondern da er als Cellarius auf denen Capituls-Vorwergen communis boni cauſa etwas zu verrichten gehabt, und unvermuthet durch Ankunft des Herrn N. N. welchem er als einem hohen Kriegs-Officianten ſein Suchen wegen Producirung einiger Pferde nicht abſchlagen können, davon abgehalten worden, welches bedürfenden Falls genugſam beyzubringen: ſo iſt nicht wohl abzuſehen, wie bey ſo geſtalten Sachen ſecundum rigorem mit ihm zu verfahren, und er ſo fort ſeines Cloſter-Jahres vor verluſtig zu halten; da zumahlen quoad 2) dahin geſtellet wird, ob die Obſervantz alſo eingeführet, daß die horæ canonicæ, bey welchen doch niemand ſonſten, als die Vicarii ſich einzufinden pflegen, und man nur Lateiniſche Pſalmen ſinget, um 2 Uhr præciſe gehalten werden müſſen, geſtalt denn wohl Exempel ſich finden, daß auf Veranlaſſung ein oder des andern Capitul-Herrn auch wohl am Sonntage der ordentl. Gottesdienſt, den doch viel andere Leute mehr, als Stifts-Perſonen beſuchen, ſpäter als mehrentheils gewöhnlich, angefangen worden; zu geſchweigen, daß mit denen horis canonicis bey denen Evangeliſchen, welche ſelbe nicht wie die Römiſch-Catholiſchen pro opere operato halten, auf ein geringes momentum temporis es nicht anzukommen pfleget; aus welcher Urſach denn 3) ob Sempronius gleich der Meynung nicht iſt, daß einem iedweden nach Gefallen und indiſtincte die horas zu ändern, auch eine Regul daraus zu machen, frey ſtehe, dennoch nicht ungegründete Gedancken führet, daß in dergleichen Fällen, da ein canonicus ob cauſam incidentem ſolche etwas ſpäter, als ſonſt üblich, halte, dennoch aus obangeführten Urſachen keine violatio ſtatutorum oder priuatio temporis iam transacti zu erhärten, und alſo 4) keinesweges zu improbiren, daß er die horam noch ſelbigen Tages noch einmal einläuten laſſen, und nebenſt denen Vicariis ſolche gehalten, alſo die vorgeſchriebene formam per æquipollens oder den actum neceſſarium per actum mox et paulo poſt ſequentem adimpliret. Poteſt etiam forma per æquipollens adimpleri ex oborta neceſſitate;

BVRDVS *d. 286.*

atque præſertim id locum habet, quando æquipollens idem plane eſt quod debebat fieri.

GOMEZ. *T. 1. c. 2. n. 7.*

Digitized by Google

Gestalt denn niemand sagen wird, daß denen precibus, so etwan um 4. Uhr geschehen, ein wenigers beyzulegen, als denenjenigen, so um 2. Uhr gehalten werden, auch aus denen Rechten bekant, daß dasjenige, quod paulo post et post modicum interuallum factum, eben denselben Effect hat, als wenn es in continenti oder in ipso actu vel tempore definito verrichtet worden.

L. 7. §. 5. de pact. L. 40. C. de reb. cred. L. 27. C. de pact. L. 3. de Aedil. edict.

Daß auch obgedachte Statuta nicht so præcise auf momentum temporis sehen, ist daraus abzunehmen, daß solche keine Zeit des Tages determiniren, sondern zufrieden seyn, wenn nur singulis diebus die horæ canonicæ gehalten werden, und wie die ratio der gantzen Closter-Zeit iuxta statuta darinnen bestehet, vt recepto canonico honestum aliquod onus imponatur, so wird dieser Ration schon ein Genüge geschehen, wenn gleich eine von oftberührten horis canonicis, einen Tag des quadrantis anni, quo residet canonicus, nicht præcise um 2 Uhr gehalten wird ꝛc.

Aliæ subiunguntur rationes.

§. XV. Ex hoc responso liquet, canonicos inter ipsos protestantes regulas *anni claustralis*, ex monachatu, apud nos abolito, conseruatas, tam amare et accurate obseruandas esse existimare, vt, si quis vel in minimo defecerit, residentiam de nouo auspicari teneatur. Si in proposito casu omnia alia argumenta deficerent, vel hoc vnicum, meo iudicio, novitio prodesse potuisset, quod hæc exacta *regularum* anni claustralis obseruantia vnice crassissimum *sapiat monachatum*, quem tamen ipsa Augustana confessio sustulit; quod virtute *instrumenti pacis art. V. §. 16.* illa statuta demum obligatoria sint, quæ Augustanæ confessioni nihil aduersum inculcant; et quod ad minimum, si statutis vigor suus illibatus saluusque manere debeat, illa non ad *gustum et captum monachorum*, qui nullam exceptionem admittunt, sed omnem fere humanitatem eiurarunt, verum secundum doctrinam Augustanæ confessioni addictorum capienda sint, hoc sensu; ne ex tam amara interpretatione in eundem labyrinthum, vnde per DEI gratiam digressi sumus, incidamus, et quod denique *regulæ hæ anni claustralis* inter nos finem primarium, ob quem a maioribus crassissimis sub tenebris excogitatæ, amiserint, cum nec capitula amplius *vitam communem* seruent, nec residentiam debito modo, prout olim fieri debebat, exigant, nec ad hoc obligati sint, adeoque, fine cessante, tam stricte iis non inhærendum, nec acerba eius obseruantia præcise exigenda sit. Nec *iuramentum*, quod de *statutis seruandis* præstari solet, hanc *monasticam obseruantiam* exigit, cum non debeat esse *vinculum* super-

Digitized by Google

ſuperſtitionis. Non impugno eo ipſo ſtatuta capitulorum, quæ multis de cauſis ſæpe immutari et emendari nequeunt, ſed tantum *monaſticam eorum obſeruantiam*, et *rigoroſam interpretationem* reprobo, quæ reuera monachatum ſapit.

§. XVI. Abſoluto anno clauſtrali, *reſidentiam* ſuam, tanquam *canonici*, conſueto more, auſpicantur, cum reſidentiam primi anni, quem *clauſtralem* vocant, tanquam *nouitii* peregerint, ſeque ad *vitam canonicalem* eo ipſo tantum habilitauerint. Vnde hoc primo anno clauſtrali fructus non percipiunt, cum hæc reſidentia ſit tantum inſtar alicuius tentaminis, quo abſoluto, demum *vera reſidentia* incipit. Sed ne ſic quidem ſtatim ad perceptionem *præbendæ* alicuius vbique admittuntur, niſi quod reditus quosdam ex *corpore*, quod vocant, percipiant, ordinarii autem reditus præbendæ demum iis obueniunt, *transactis annis carentiæ*, de quibus poſtea dicendi locus erit, et vbi iuxta *ſenium* in turno ad numerum *plene percipientium* tandem peruenerunt, adeoque interim ſunt quidem canonici, ſed non ſtatim plene præbendati.

Tempore primæ reſidentiæ nouitii fructus nullos percipiunt.

Præterea quibusdam annis reditibus carere coguntur.

§. XVII. Ipſa *reſidentia*, ad quam clerici obligantur, ex natura *officii ſacri* fluit, imo ex indole *officiorum publicorum* in genere, quæ *præſentiam* perſonarum, quibus munera publica demandata ſunt, exigunt, cum alias perſonaliter illa, quæ muneris ſui ſunt, expedire nequeant. Cum enim in miniſtris et officialibus regulariter induſtria, fides, dexteritas et habilitas electa ſit, iis integrum non eſt, ſpartam ſibi concreditam vicaria opera expedire, aliique prouinciam tradere, nam et *inter artifices longa differentia eſt, et ingenii, et naturæ, et doctrinæ, et inſtitutionis*, vt ait ICtus in *l. 31. pr. D. de ſolut.* Quid? qui cum *artifice* contrahit de opere perficiendo, annon eius operam aliis prætuliſſe, eamque *præciſe* exegiſſe cenſendus eſt? Id quod ſi verum, vti omnino eſt, multo magis idem de *officiis publicis* dicendum, quæ itidem fidem ſingularem, induſtriam exactam, vigilantiamque magnam deſiderant, quæ qualitates ſane in quibusuis ſubiectis non æque deprehenduntur. Vnde (α) iam olim *reſidentia* et *præſentia* officialium adeo deſiderabatur, vt ne quidem rus inhabitare, aut in agros ſecedere habitationis cauſa liceret. *l. 1. C. ſi curial. relicta ciuitate lib. X.* Imo ſi (β) decuriones reipublicæ vel propriæ rei cauſa iter facere et abeſſe cogebantur, id non aliter quam impetrata a præſide proficiſcendi licentia, facere poterant, *l. 16. C. de decur.* et denique (γ) vicarios ſubſtituere, regulariter interdictum fuit. *nou. 134. c. 1. l. 60. C. de decur. l. 1. C. de præpoſ. agent. in reb. lib. XII.* Hæc ſi in expediendis et adminiſtrandis officiis *ciuilibus* obſeruanda ſunt, quanto magis præſentia miniſtrorum

Reſidentiæ neceſſitas ex indole muneris ſacri fluit,

omnibusque muneribus publicis cohæret.

Digitized by Google

ecclesiæ necessaria erit, quibus non cura rerum terrestrium, sed *spiritualium, cælestium*, imo ipsarum animarum, sanguine CHRISTI redemtarum, commissa est, quæ minime *perfunctorie*, sed assidua fidelitate, integra mente, et sincero ardore est expedienda. Hinc fluit necessitas *residentiæ*, et hæc rursus postulatur, vt per se officium sacrum peragere et rem diuinam facere queat clericus. Neque enim residentia *propter se*, sed *propter aliud* desideratur.

Fata neglectæ residentiæ enuntur,

§. XVIII. Veritas huius rei tam plana, luculenta et indubitata est, vt non satis occurrat, quod ei opponi queat. Nec de *necessitate residentiæ* leges ecclesiasticas pronunciare necesse erat, quamdiu clerus statum integritatis suæ pristinum tenebat. Vbi vero paulatim amor primæuus deferbuit, ardor sincerus in promouendo regno Christi elanguit, et quilibet quæ sua, non quæ Christi sunt, quærere incepit, perfunctorie et indiligentius quoque officia sacra peracta sunt, imo fere clerici indormiuerunt, *leuique momento* adeo salutem hominum æstimarunt, vt talem residendi necessitatem officium sacrum poscere haud videretur. Sed, quod dolendum est, horum mercenariorum inertia regnum Christi magnopere consenuit atque decoxit, vt deploranda strages tot seculorum loquitur. Iam seculo III. relangueſcebant animi, et virtus episcoporum remittebatur, vel ipso CYPRIANO teste, qui *tr. de lapsis* cursum vitæ multorum episcoporum hoc modo perstringit: *episcopi plurimi, quos et ornamento esse oportet ceteris et exemplo, diuina procuratione contemta, procuratores rerum secularium fieri, derelicta cathedra, plebe deserta, per alienas prouincias oberrantes, negotiationis quæstuosæ mundinas aucupari.* Quæstuosa eo tempore non erat clericorum et episcoporum prouincia, et hoc forsan in causa fuit, quod auaritia eos ab instituto cursu, ad quæstum aliunde faciendum, reuocauerit, eosque inuitauerit, vt, officio sacro neglecto, de corradendis aliunde diuitiis cogitarent. Episcoporum exemplo etiam reliqui clerici intepescebant, de quibus ad officium reducendis variis concilliis agi, legibusque ciuilibus caueri debuit.

iam tempore Cypriani notata.

Seculo IV. exortis dissidiis magis magisque residentia neglecta.

§. XIX. Accessit seculo IV, contentionum variarum feraci, noua causa, quæ episcopos coegit, vt vel inuiti sæpius gregem ad tempus aliquod derelinquerent. *Concilia* plurima de controuersiis emergentibus cogebantur eo tempore, quibus episcopi aliique clerici, vndique collecti, interesse iubebantur. Nec finis litium, litibus nouis ex lite progerminantibus, ad quas in herba suffocandas plurimi omnes animi neruos intendebant, grege interim neglecto, quod vel OSII Cordubensis episcopi exemplum docet. Et quamuis his clades ecclesiæ vniuersæ immi-

Digitized by Google

minens aliquam excusationem daret, non defuere tamen alii, qui remissius muneri commisso vacarent, et vel commodioris vitæ gratia, vel quod studium pietatis in iis congelasse iam videretur, emigrauerunt.

§. XX. In hæc mala et luxuriam fluens seculum grauibus seueris que legibus coercuere imperatores, imprimis IVSTINIANVS in *nou. 6. c. 2.* edicendo: *Et illud etiam definimus, vt nemo DEO amabilium episcoporum foris a sua ecclesia plus quam per totum annum deesse audeat, nisi hoc per imperialem fiat iussionem, tunc enim solum erit inculpabile. Sacratissimis patriarchis vniuscuiuscunque diœceseos compellentibus episcopos, neque in peregrinis demorari, neque annum excedere, quem et ipsum propter misericordiam constituimus.* Etiam hæc licentia, qua per integrum annum ecclesiæ suæ deesse iis integrum erat, vix excusari poterat; sed in tantum iam corruptio ambitiosorum episcoporum proruperat, vt laxitati morum aliquid dandum esse imperator, nimis clero indulgens, crederet. Ceterum grauiter de iis quoque constituit, qui decreto huic stare detrectabant. *Si vero*, ait, *maneat per omnia inobediens, expellatur a sacro episcoporum choro, et alium introducat. Si non metropolita, sed aliorum episcoporum aliquis sit, qui errauit, hæc omnia a metropolita fiant.*

Inde tot leges contra non residentes latæ.

§. XXI. Latius serpebat quotidie hoc malum, quod ecclesiæ iam *omnibus copiis* circumfluerent, et inde episcopi quoque in omnium rerum abundantia viuerent. Huic vnice inhiabant non pauci, reditusque securi percipiebant, licet interim prouinciam sibi demandatam levi brachio agerent. Hos ad officium reducere rectius non posse, arbitrabatur IVSTINIANVS *in nou. 67. c. 3.* quam subtractione redituum. *Si defuerit episcopus*, ait, *ecclesiæ suæ amplius tempus, nullam ei mitti expensam de prouincia, sed illam quidem circa actus pios, et sanctissimam ecclesiam expendi.* Seueriores fuere canones conciliorum, pontificumque constitutiones, quibus tam laxum spatium episcopis, quod per *leges* illis indultum erat, haud relictum, sed adstrictior residendi necessitas singulis imposita est, quas coaceruauit THOMASSINVS *P. II. de vet. et nou. eccles. discipl. lib. III. c. 31. seqq.* quasque hic regustare non est necesse.

Diuitiæ in ecclesiam collatæ, præterea plures a residentia auocarunt.

§. XXII. Sed frenum mordebant effrenati, legum laqueis se constringi impatientes. In tantum enim legum omnium dissolutio et infractio vbique iam inualuerat, vt clerus dissolutus grauioribus frenis constringendus esse videretur. AVGVSTINVS nouæ disciplinæ artifex, et monasticæ vitæ addictissimus, clerum suum in vnum collegit, seuerioribusque legibus coadunauit, ne circumuagandi eiamplius esset potestas.

Vt clerus ad residentiam adstringeretur, iugum monasticum iis impositum est,

Hunc

Digitized by Google

Hunc auctorem mox plurimi sequebantur, verum nec vbique hæc disciplina recipiebatur, nec diu substitit, quod nec fieri potuit, postquam prisca christianorum virtus fere emortua erat. Nouo quodam instituto tempore PIPINI hanc vitæ rationem, quam AVGVSTINVS quodammodo ingressus erat, resuscitauit, nouisque regulis auxit CHRODOGANGVS, Metensium episcopus, cuius fata ad *tit. I. huius libri* plenius proposui, nec de iis plura enumerando fatigabo lectores. Duo tantum ex his, quæ plenius ibidem dicta sunt, hic repeto: (1) *in vnum corpus* arctissimum congregatum fuisse clerum ab hoc tempore in plerisque ecclesiis, vt alienis intentus et dispersus eo magis constringeretur: (2) *regulas viuendi* plures ipsis præscriptas fuisse, quas conuenientissimum continendi in officio clerum dissolutum medium esse arbitrabantur. Nihil sine formula præscripta agendum erat, secundum formulam edendum, bibendum, dormiendum. Ita quidem residentia procurata est, ex quadam imposita necessitate, magis tamen *otiosa* quam *efficax*. Multum negotii sacri suscepisse videbantur, vt vix sopori tempus necessarium supereesset, quia tamen a vero deflectebant fine, reuera fluctus numerabant, quod *operis operati* nomine significare solent.

Sed hoc iugum quoque tandem plerique abiecerunt,

quamuis nec cardinales olim a residendi necessitate immunes essent.

§. XXIII. Varia huius nouæ disciplinæ fuit fortuna, et huius iugi impatientes episcopi et canonici passim a ceruicibus suis illud depellere anhelabant, et reuera sese plerique in libertatem vindicabant. Canones interim rigorem suum non raro exercuerunt contra desides prælatos, et ecclesias suas relinquentes. Nec enim clerus Romanus ab hac necessitate, vti quidem par erat, immunis erat. Ipsi cardinales, qui *clerum* ecclesiæ Romanæ *ordinarium* olim constituebant, adhuc seculo IX. ad *residentiam* obstricti erant, quod ex actis Romanæ synodi de anno 853, et ANASTASII cardinalis, ob nullam aliam causam exauctorati, quam quod parochiam suam per quinque annos contra canonum scita deseruisset, exemplo probat ANTONIVS PAGI *tom. III. critic. in Baron. ad ann. 853. §. 13. p. 624.* Imo cum subsequentibus seculis immunitatem residentiæ quouis modo sibi quæsiuissent, illa tamen anno 1514. rursus reuocata, et in *concilio Tridentino sess. XXIII. c. 1.* eadem reuocatio repetita, decretumque fuit, *etiamsi sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales sint, eos tamen obligari ad personalem in sua ecclesia vel diœcesi residentiam, ibique iniuncto sibi officio defungi teneri, neque abesse posse,* nisi ex causis determinatis.

§. XXIV.

Digitized by Google

§. XXIV. Instituto huic non respondit euentus, nec respondere potuit, postquam eorum dignitas ad eam ἀκμὴν peruenerat, vt intra parochiæ alicuius limites se includi haud paterentur, sed plerique, qui iam summis dignitatis ecclesiasticæ ornamentis condecorati erant, et episcopatus prælaturasque habebant, hunc summum atque altissimum gradum obtinerent. Quem ergo morem proceres Romani habebant, ceteri prælati omni conatu quoque sustinebant, idque eo magis, quod tot causæ, immunitatem a *residentia* indulgentes, iam essent excogitatæ, vt sub his illam facile declinare possent. Animaduerterunt *patres concilii Toletani* de anno 1566. hanc laxatam ecclesiæ disciplinam, et *act. 2.* censuerunt, *non quamuis causam, quæ vel ad christianam charitatem, vrgentem necessitatem, debitam obedientiam, euidentem ecclesiæ vel reipublicæ vtilitatem cuiquam pertinere* **videbitur**, *a residentia* **excusare** *debere, sed eam tantum, quæ superioribus,* **diligentissimo examine**, *maturo iudicio, exactaque censura sic probata fuerit,* **vt vere**, *secluſa* **omni indulgentia**, *iusta sit omnino censenda, atque ei vtilitati, quæ ipsius pastoris præsentiam exigit, et quæ non potest non esse* **publica**, *sit nihilominus* **præferenda**. Verba hæc pondere suo non destituuntur, bene tamen praxi, tam illius temporis, quam præsentis, quod sinceriores haud diffitentur.

Quæ tamen ex variis causis iis est remissa.

§. XXV. Causarum iustarum, quæ a *residendi necessitate* liberant, numerus variat, quarum capitaliores ex antiquitatibus plenius illustrat LVDOVICVS THOMASSINVS *P. II. de vet. et nou. eccl. discipl. lib. 2. c. 36. seqq.* Huc referunt (1) *legationes* prælatis iniunctas, si vel ad concilium euocantur, vel aulæ principis adesse iubentur, vel a pontifice cum *legationis* munere ad varias orbis partes mittuntur. Exempla harum legationum peregrinationumque, quas episcopi pro salute ecclesiæ obiere, in promtu sunt, et per omnia secula approbata, sed antiquæ forsan ab hodiernis sunt in plurimis diuersæ. Erant illæ admodum restrictæ, ad breue temporis spatium coarctatæ, citra commodum priuatum vtplurimum susceptæ, nec per ambitum expetitæ, vt ipse fatetur THOMASSINVS *cit. l. c. 13.* Magnopere vero hodiernæ legationes pontificum ab illis distant. Nemo mittitur, nisi in gradu ecclesiastico constitutus sit. Sunt legationes hodiernæ honorificæ, lucrosæ; ideo ambiuntur, ideo captantur; et officium ecclesiasticum *proprium* negligitur. Magis adhuc sunt excusandi, qui *episcopatum imaginarium* gerunt, quales sunt, qui vocantur die Weih Bischöffe, vtpote qui

A necessitate residendi excusant (1) legationes prælatis iniunctæ

olim ab hodiernis diuersæ.

Digitized by Google

ſunt epiſcopi ſine *epiſcopatu*, *eccleſia* et *diœceſi*, adeoque ad *reſidentiam* haud adſtringuntur.

(2) Euocatio ad curiam principalem vel comitia.

§. XXVI. Potiſſimum vero (11) olim a reſidentia excuſabat *euocatio principum* ad *aulam* vel *concilia imperii*, quibus prælati etiam intereſſe iubebantur. Intererant iurgiis litigantium decidendis, ad cognitionem Cæſaris delatis: cauſarum arduarum fata iis concredebantur: nihil fere ſine eorum conſilio ſuſcipiebatur; ſoli ſapientes, ſancti, probi, docti, et iudicio præditi credebantur, vt hac opinione fere epiſcopi liberati fuerint a reſidentia. Comitabantur Cæſarem, et bellis et paci intentum, vt tot omnium ſeculorum monumenta demonſtrant. Vergit huc generale monitum B. REMIGII ad CLODOVAEVM ſcribentis in hæc verba: *Conſiliarios tibi adhibere debes, qui famam tuam poſſint ornare: et beneficium tuum caſtum et honeſtum eſſe debet, et ſacerdotibus tuis honorem debebis deferre, et ad eorum conſilia ſemper recurrere. Quod ſi tibi bene cum illis conuenerit, prouincia tua melius poteſt conſtare.* Vid. *concil. Gallic. tom. I. p. 175.* Generalia comitia ordinumque conuentus optime depingit IOACHIMVS VADIANVS *de colleg. et monaſter. vet. Germ. lib. I.* apud GOLDASTVM *tom. III. rer. Allemann.* *Franci*, ait, *magnis de rebus conſulturi peregre vocatos duces et comites conſilio adhibebant. - - Haud raro et comitia celebrabant omnium ordinum conuentu, in quibus de cauſis ſacris, profanis, publicis priuatisque decernebatur. - - In religionis negotio primas gerebant epiſcopi, et pone quidem ipſos abbates, qui vel eruditione vel prudentia commendabantur.* Quod etiam confirmat HINCMARVS *de ordine palatii epiſt III. c. 29. 30. et 35.* Et cum hi imprimis eruditione, prudentia et ſapientia eo tempore commendabiles eſſent, quibuscunque cauſis arduis finiendis et dirimendis intererant. Teſtis eſt charta de anno 750 apud IO. MABILLONIVM *de re diplomatica lib. VI. p. 489.* ibi: *Igitur cum nos in DEI nomine vna cum optimatibus vel pontificibus, apoſtolicis patribus, ſeu et inluſtribus viris, ducibus atque comitibus, Attiniaco villa, in palatio noſtro ad vniuerſorum cauſas audiendas, vel recto iudicio terminandas, reſideremus.* Res ex antiquitatibus adeo notiſſima eſt, vt diffuſa probatione non indigeat, quamuis plura antiquitatis monumenta, hanc rem exornantia, plena manu adferat THOMASSINVS *cit. l. c. 38. ſeqq.* Quantum tamen fieri poterat, curabant epiſcopi, ne diutius a ſuis abeſſent parochiis, vnde officiis aliis, longiorem tractum temporis deſiderantibus, alii clerici præficiebantur. Id teſtatur HINCMARVS *tom. II. p. 206.* aiens: *A temporibus Pipini et Caroli per presbyteros, in-*

Digitized by Google

interdum per episcopos regia voluntate atque episcopali consensu, per diaconos vel presbyteros magis, quam per episcopos, hoc officium executum extitit, quia episcopi continuas vigilias supra gregem suum debent assidue exemplo et verbo vigilare, et non diutius secundum sacros canones a suis abesse parochiis.

§. XXVII. Huc quoque (III) *peregrinationes Romanas* referunt, quæ variis ex causis prælati aliique clerici sæpe suscipiebant, aulæ Romanæ eo gratiores, quod his ipsis quotidie nouæ accessiones ad vniuersale papæ imperium sacrum firmandum fierent, quod pluribus exemplis exornat illustratque THOMASSINVS *cit. l. c. XL. seqq.* Plures quoque se *voto* obstringebant, limina Petri inuisendi et salutandi, cui plus quam inspectioni gregis deferebant, quamuis *abusus* harum peregrinationum ipsi patres agnouerint in *concilio Vernensi de anno 755.* et *Cabilonensi II. c. 44. sqq.* Tandem res eo deuenit, vt episcopi in iuramento, quod pontifici præstare debent, promittere debuerint, se *apostolorum limina, Romana existente curia citra, singulis annis, vltra vero montes, singulis bienniis visitaturos, aut per se aut per suos nuncios, nisi apostolica absoluantur licentia*, prout ex formula *ad tit. de auctor. et vs. pallii §. XIII.* adducta liquet. (1) Peregrinationes Romanæ.

§. XXVIII. Maior (IV) æquitatis ratio erat, quando *concilia vniuersalia, nationalia* vel *prouincialia* cogebantur, vel alias extra ordinem clerus congregandus erat, ad causas ecclesiarum discutiendas, quæ praxis olim frequentissima erat. Hoc tamen impedimentum, quod olim præcipuum erat, hodie fere cessat, quia eiusmodi concilia vel prorsus exspirarunt, vel adeo rara sunt, vt inde parum solliciti esse debeamus de relaxanda residendi necessitate. Congregationes cleri extraordinariæ frequentiores sunt, præsertim in Gallia, Hispania alibique, quando pro subleuandis necessitatibus publicis aliquid decernendum constituendumque est communi consilio. (4) Euocationes ad concilia.

§. XXIX. Refert huc etiam (V) THOMASSINVS *cit. l. c. 66. persecutionum calamitatem*, præsertim si hæc non primario *ecclesiæ*, sed ipsis *prælatis* imminet: quando enim hæc in omnes sæuit, gregem derelinquere nequeunt, nec solatio auxilioque ei deesse, ni perfidiam committere velint, cui sententiæ etiam theologi nostri calculum subiiciunt. vid. GERHARD. *in loc. theol. de minister. eccles. §. 292.* Quodsi *pestis calamitosa* ciuitatem ecclesiamque infecit, non eadem fidelis pastor gaudet libertate: imo si in tam misero funestoque ciuitatis fato aufugeret, gregemque destitueret, merito exclamandum esset cum TVLLIO: *O* (5) Persecutionum calamitas, non etiam pestis.

præclarum custodem ouium, vt aiunt, lupum! Residendi tunc tanto maior necessitas, quanto et vberior vtilitas, quod non tantum patres antiqui vno ore asseruere, quorum doctrinam summo studio collegit THOMASSINVS *cit. l. c. 67.* sed etiam constans nostratium est opinatio, obseruante B. STRYKIO *ad ius eccles. Brunnem. lib. I. c. 6. m. 10. §. 12.* Quodsi ergo, lacerante vrbem pestilentia, pastor aufugerit, ipsum, vt inutilem gregis custodem, et quæ muneris sui sunt, indiligentius obseruantem, abiiciendum, et munere pastorali priuandum esse iudico. Citandus tamen, et vt ad officium redeat, admonendus, et tandem de *fugitiuo*, in contumacia perseuerante, sententia ferenda. Mercenarius sane est, non verus pastor, cuius non sunt oues propriæ, videns lupum venientem, deserens oues et fugiens. Exornabo, quæ antea dixi, testimonio GRATIANI, quod post *c. 48. C. 7. q. 1.* in eius *decreto* apparet: *Cum specialiter*, ait, *quæritur pastor, fugiat exemplo Christi, qui a facie Herodis fugit in Aegyptum: fugiat exemplo Pauli, qui a fratribus per murum submissus est in sporta. - - Cum vero non prælatorum tantum, sed totius ecclesiæ salus quæritur, fides impugnatur, necesse est, vt ex aduerso ascendant, et in die belli se ipsos murum opponant pro domo Domini, et animas suas ponant pro ouibus suis, vt exemplo suæ passionis accendant, quos sermone doctrinæ diutius confirmare non valent.*

(6) Dispensatio specialis et beneficiorum plurium cumulus.

§. XXX. Sed præterea (VI) plures alii modi reperti sunt, qui immunitatem a residendi necessitate largiuntur, vel ob *dispensationem specialem*, vel ob *multiplicationem beneficiorum*, quæ tum sub colore *unionis*, tum etiam *commendæ* titulo possidentur. Postquam enim in diuersis locis rem diuinam vnus idemque facere non potest, superior, qui in multiplicationem beneficiorum contra canones consensit, a constanti et perpetua residentia, eum immunem in alterutro præstitisse, et permisisse credendus est, vt in eis beneficiis, quibus præesse nequit, mercenaria aliorum ope vteretur. Imprimis vero episcopis *perpetua* incumbit *residentia*, ex vi muneris et inspectionis, quæ nullo tempore intermitti potest, probe obseruantibus RSPENIO *P. I. iur. eccl. tit. 16. c. 5.* ZIEGLERO *de episcopis lib. IV. c. 3.* aliisque. Sed hæc residentia ad *temporalem* quandam episcopi *præsentiam* restringi debuit, postquam duo vel tres episcopatus vni eidemque quandoque conferuntur. Pervulgatum hoc est vitium, et tam latissime vagatur, vt exstingui non possit, vt ipsi Romanæ ecclesiæ doctores, qui sincera gerunt in pectore corda, aperte et ingenue confitentur.

§. XXXI.

Digitized by Google

§. XXXI. Vinculis canonum hoc modo, sub aliqua iuris specie, disruptis, via remissioribus pandebatur, vel leui brachio solennia sacra conficiendi, vel plane officio suo ex causa commodioris vitæ supersedendi, curamque ouium deponendi. *Chorepiscopos* plerique alebant, et per hos munia sacra expediebant: imo præterea tot alios *vicarios* habebant, vt ipsi episcopi interim quieti, voluptatibus gulæque indulgere possent. Iurisdictionalia per archidiaconos expediebant; archipresbyteris, qui inde adhuc hodie *vicarii nati* episcoporum *in sacris* dicuntur, rem eam diuinam, quam etiam presbyter facere potuit, demandabant; ea vero, quæ proprie *muneris episcopalis* erant, chorepiscopis expedienda delegabant, ipsi interim inertes indormiebant. Testis est HINCMARVS *in epist. XLV. c. 16.* qua graues querelas gerit contra episcopos, priuatum secessum quærentes propter suam quietem, et eadem de causa chorepiscopos sub se habentes, vt interim, dum ipsi venationi, aucupationi et ceteris seculi oblectamentis operam dabant, chorepiscopi vicem eorum in omni ministerio episcopali supplerent, et omnino ipsos fasce leuarent episcopali, vt obseruat STEPHANVS BALVZIVS *in not. ad Regin. p. 542.* Inde nata occasio chorepiscopos alendi.

§. XXXII. Horum ignauiam quidem coercuit *concilium Meldense c. 28.* constituitque: *Prouidendum est, ne episcopi, propter suam quietem ad remotiora loca secedentes, et suum ministerium negligentes, proprias deserant ciuitates, sed aut parochias suas cum officii efficacia circumeant, aut cum religione in suis ciuitatibus canonice cum filiis suis degant.* Sed, vt res ipsa loquitur, nec hic canon, nec tot alii speratum obtinuere effectum. Tam deperdita maleque affecta iam erat rei ecclesiasticæ ratio, vt vulneratis exulceratisque recus medela adferri non posset. Ipse CAROLVS M. iam *lib. VI. capitul. c. 119.* monuerat, chorepiscopos factos esse ab episcopis indoctis, et qui quietibus ac delectationibus suis inhærebant. *Placuit*, sunt verba *c. 119. ne chorepiscopi a quibusdam deinceps fiant, quoniam hactenus a nescientibus sanctorum patrum et maxime apostolorum decreta, suisque quietibus et delectationibus inhærentibus facti sunt.* Fracta iam dudum erat chorepiscoporum potestas, ipsisque denegata *functio episcopalis*, vt ordines conferre *plene* non possent, docente THOMASSINO *P. I. de vet. et nou. eccl. discipl. lib. 2. c. 2. §. 1.* adeoque patribus non adeo conueniens visum fuit, per hos explicari functiones quasuis episcopales. Et tamen in plurimis capitulis chorepiscopi supersunt, quod indicium præbet, eos sede sua vbique pelli haud potuisse. Ad hæc tempora alluſit PSEVDO-ISIDORVS, qui DAMASVM Qui aboleri non potuere.

Digitized by Google

epiſt. V. apud BLONDELLVM *p. 531.* hæc ſcripſiſſe fingit: *Nam vt nobis perlatum eſt*, (forſan per ſomnium, quo ſibi in præſentia videri viſus eſt ea, quæ poſt ſecula aliquot demum emerſerunt) *quidam epiſcoporum propter ſuam quietem eis* (chorepiſcopis) *plebes ſuas committere non formidant, et vt illicita atque prohibita agant, iidem ea, quæ ſolis pontificibus debentur, ſibi vſurpant, et ipſi in ſua quiete torpent, et curam ſibi a Deo commiſſam negligunt.* Exſcripſit hæc impoſtor ex adductis locis hisque ſimilibus, et ex ſtupiditate mentis ad tempora DAMASI traxit, quod non diffitetur MORINVS *de ordinat. P. III. exerc. 4. c. 2. §. 13.* Quia tamen chorepiſcopi *in omnibus* epiſcoporum vices implere minime poterant, *ſuffraganei epiſcopi*, quos vulgo die Weih-Biſchöffe vocant, introducti ſunt, quibus *plena epiſcopalis poteſtas* confertur, et ne diœceſi carere, et *abſolute* ſeu *ſine titulo* ordinati eſſe videantur, quod canones antiqui vetant, aſſignarii iis ſolet antiqua et iam deſolata diœceſis, a barbaris occupata, vel talis, quæ hierarchiæ Romanæ eſt ſubtracta, quam tamen pontifex ſui iuris adhuc eſſe in vanum credit. Hi epiſcoporum ordinariorum ſuis operis ſacris leuant deſidiam, et quæ proprie *muneris epiſcopalis* ſunt, vtplurimum expediunt. Huc alludere videtur STEPHANVS BALVZIVS, vir clariſſimus, *cit. l. p. 543.* vbi, poſtquam CAROLI M. capitulare adduxerat, ita finit: *Viderint epiſcopi noſtrates, an hæc querela in illos competat? i. e. vtrum voluptatibus ſuis magis dediti ſint, quam curæ gregis Dominici.* Non poſſum diffiteri, ſatis notabile eſſe argumentum, quo vſus fuiſſe fingitur DAMASVS *epiſt. V.* apud BLONDELLVM *in Pſeudo-Iſid. p. 531. Illi epiſcopi*, verba ſunt ISIDORI, *qui talia ſibi præſumunt, videntur mihi meretricibus ſimiles, quæ ſtatim, vt pariunt, infantes ſuos aliis nutricibus tradunt educandos, vt ſuam citius libidinem explere valeant. Sic et iſti infantes ſuos, i. e. populos ſibi commiſſos, aliis educandos tradunt, vt ſuas libidines impleant, i. e. pro ſuo libitu ſecularibus curis inhient, et quod vnicuique viſum fuerit, liberius agant. Pro talibus enim animæ negliguntur, oues pereunt, morbi creſcunt, hæreſes et ſchiſmata prodeunt, eccleſiæ deſtruuntur, ſacerdotes vitiantur, et reliqua mala prouenium.* Nihil verius PSEVDO-DAMASVS dicere potuiſſet, quamuis ad tempora noſtra magis, quam DAMASI, quadrent.

Vicarii mox etiam a canonicis aſſumti exemplo epiſcoporum.

§. XXXIII. Epiſcoporum ad exemplum mox *canonicorum*, reliquorumque clericorum ordo compoſitus fuit. Quamuis enim canonici quoque ad *reſidentiam* obligentur, hoc fine, vt ipſimet *per ſe* diuina obeant officia, remiſſiores tamen facti, *vicariam operam*, epiſcoporum

rum exemplo, auide exſpectabant. Inde pauliſper inualuit, vt prætextu quotundam impedimentorum *vicarios* ſibi conſtituerent, qui ab initio non *perpetui*, ſed *temporarii* fuiſſe videntur. Quia vero *vicarii* omnimodo vices canonicorum ſupplere non potuiſſent, niſi etiam ipſimet ordines recepiſſent, conuenientius viſum fuit, *perpetuos* conſtituere *vicarios*, illisque ex reditibus eccleſiæ cathedralis aſſignare certam portionem, loco *beneficii* ſeu *ſalarii*; quo factum, vt in capitulis *vicariæ* inſtar *beneficiorum* reputentur, ipſique vicarii ſeparatum *corpus* conſtituant, conuentus ſuos habeant, et ſe *fratrum* nomine quoque compellent. Quæ ſint eorum functiones, in *concil. Colonienſi anno 1536. c. 11.* his explicatur verbis: *Cuiusenim vices gerent, niſi canonicis adiutores accedant? Horum nimirum vice, qui vel aduerſa valetudine detenti, vel negotiis neceſſariis auocati, intereſſe non poſſunt.* Videntur itaque vicarii tantum aſſumti eſſe ab initio, vt, *impeditis canonicis*, rem diuinam facerent; ſed experientia docuit, horum conſtitutionem in cauſa fuiſſe, vt nexus reſidentiæ canonicis admodum laxaretur, prout infra dicam.

§. XXXIV. Quia tamen canonici ipſi ſolennia ſacra conficere non poterant, niſi ordinibus debito modo eſſent inſtructi, quibusdam ad *presbyterorum*, aliis ad *diaconorum*, et rurſus aliis ad *ſubdiaconorum* functiones vocatis, analogia iuris canonici poſtulauit, vt *ſine ordinibus* nemo ad *vicariatum* admitti poſſet. Neque enim *vicarii* tantum horis canonicis intereſſe iubentur nomine *canonicorum*, quod officium peculiares ordines haud deſiderat, ſed *chorales* quoque ei ſufficiunt. Alia præterea ſacra iis nomine canonicorum expedienda ſunt, quæ *ſine ordinibus* fieri non poſſunt. Patres *concilii Cameracenſis anno 1565. tit. 6. c. 15.* hac de re ita cenſuerunt: *Vt in eccleſiis, ſiue cathedralibus, ſiue collegiatis, non conſtituantur vicarii, qui canonicas, quas vocant, horas in choro canant, niſi aut ſacerdotes, aut in ſacris ordinibus conſtituti, aut ſaltim lectores ordinati, atque hi, quantum fieri poteſt, ſint cœlibes, quorum mores, vitaque probata fuerit. Nec permittantur in choro pſallere, niſi veſtitu et habitu corporis miniſtros ſe eſſe DEI et eccleſiæ demonſtrent.* Clarius id euincit charta, ab ANTONIO MATTHAEI *tr. de nobil. lib. II. c. 49. p. 754.* primum edita, huius tenoris: *In DEI nomine, Amen! Vniuerſis præſentia viſuris, vel etiam audituris, decanus et capitulum eccleſiæ ſancti Ioannis Traiectenſis. Cum ex conſtitutione ſeu ordinatione vicariorum ciuitatis et diœceſis Traiectenſis, hactenus canonicatus et præbendas eccleſiæ noſtræ ſancti Ioannis aſſecutorum, ſeu quos canonici noſtri ad prælaturas earundem eccleſiarum collegiatarum promoti, in eadem eccleſia noſtra conſtituere et ordinare conſueuerunt,*

Vicarii illos ordines habere debent, in quibus is, cuius vicem ſuſtinent, eſſe debet.

rum, cultus diuinus fuit et erat diminutus, et ſæpius prætermiſſus, eo quod plerumque huiusmodi vicarii fuerint in ſacris ordinibus minime conſtituti, propterea que penitus inutiles ad faciendum debitum ſeruitium circa cultum diuinum prædictum, in eccleſia noſtra memorata conſuetum fieri, ex conſuetudine legitima, rationabili, approbata, præſcripta et inconcuſſe obſeruata pacifice et quiete ſolum per canonicos eiusdem eccleſiæ noſtræ, vtpote in tenendo chorum, prouidendo eidem, miſſas celebrando, euangelia, epiſtolas et lectiones legendo, alleluia et verſus cantando, et alia debita ſeruitia in choro faciendo, quæ ſuppleri non poterant, neque poſſunt per tales, quales vicarios prædictos ex cauſis prælibatis, ita quod multoties eapropter in diebus et ſeptimanis dictis prælatis contingentibus ad dicta debita peragenda diuinus cultus extitit et fuit prætermiſſus, et eccleſia noſtra diuinis officiis defraudata. Ideo propter præmiſſa et etiam ex aliis cauſis legitimis nos mouentibus, volentes huiusmodi incommoditatibus et diminutionibus diuinorum obviare, conſtitutionem et ordinationem huiusmodi penitus inutiles et reprobas reputantes, vocatis et conſentientibus omnibus et ſingulis canonicis noſtris capitularibus præſentibus ſtatuimus, et perpetuo valiturum ordinamus, vt in antea tales vicarii in eccleſia noſtra nullatenus ordinentur, aut conſtituantur, nec quomodolibet admittantur, quos etiam in his ſcriptis tollimus, amouemus, et præſentibus abolemus. Datum et actum ſub ſigillo eccleſiæ noſtræ præſentibus appenſo. Anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſexto in craſtino Epiphaniæ Domini. Et ſic loco *presbyteri* canonici non reſidentis vel abſentis miniſtrare in diuinis debebat *vicarius presbyter*, quod etiam illuſtrat diploma *de anno 1303*, quod collegium canonicorum S. Petri in oppido Bredano diœceſeos Antuerpienſis fundatum eſt, apud AVBERTVM MIRAEVM *lib. I. donat. Belgic. c. 127. Et aliquo vel aliquibus ipſorum canonicorum abſentium eorum vicarii faciant ſua officia in officiis ante dictis.*

Primitus vicarii in eccleſiis cathedralibus admittebantur ad tempus durantis impedimenti.

§. XXXV. *Vicariorum* conſtitutio ab initio determinata, certa, aut perpetua, ſed pro re nata *ad tempus* facta fuiſſe videtur, canonicis vtplurimis rem diuinam adhuc per ſe, prout par erat, facientibus. In caſu tantum *abſentiæ excuſabilis*, vel alterius *impedimenti iuſti*, interim vices alteri deferebantur, eique pars redituum ad illud tempus ex præbenda abſentis vel aliter impediti aſſignabatur. Illuſtrabo hoc *diploma* de anno 1303. quod AVBERTVS MIRAEVS *cit. l.* adfert, vbi de *reſidentia canonicorum* hæc præmittitur regula: *Idem volo et ordino, quod dicti canonici ſemper reſideant perſonaliter in ipſa eccleſia, et qui ex ipſis non reſederit, non habebit de præbenda ſua niſi XX. ſolidos Turonenſium ni-*

nigrorum. Additur exceptio de abſentibus canonicis: *et quod conſtituetur ſemper vicarius LOCO ABSENTIS, et non reſidentis, qualis debuit eſſe abſens, cui vicario dabuntur XX libræ Turonenſes de præbenda abſentis. Si continget, vicarium eſſe presbyterum loco presbyteri canonici abſentis, iſte presbyter vicarius habebit XV libras Turonenſes de præbenda presbyteri canonici abſentis, PRO ANNO, QVOD DESERVIIT PRO ABSENTE.* Non *perpetui* hi erant *vicarii*, nec conſtanter reditus his aſſignati, ſed eos tantum capiebant *pro anno, quo deſeruierant pro abſente:* nec enim neceſſe erat, præſentium *vicarios* admittere, vtpote qui *per ſe* ſacra conficere et peragere debebant.

§. XXXVI. Quo magis vero laxata erat canonicis *neceſſitas reſidendi*, omnibus in peius ruentibus, eo frequentius augebatur vicariorum numerus, et neceſſitas poſtulabat, *perpetuos* quandoque ali *vicarios*, cum canonici vel *ad breue tempus*, vel *otioſe* etiam reſiderent, facillime permittentes, vt partem de tunica caperent vicarii, dummodo ipſimet venationi, aucupio, deliciis, vitæque commodiori inſeruire poſſent. Totus *hic titulus* huc vergit, hoc confirmat docetque, in quo contra non-reſidentes iura antiqua compilata ſunt. Hic peruerſus mos tandem per omnia capitula diffuſus eſt, et hoc ipſo quoque neceſſum fuit, *perpetuis vicariis* certos perpetuosque aſſignare reditus ad inſtar *beneficii* vel *feudi.* Huius naturam tandem aſſumſere, adeo vt in iure canonico nomine *beneficiorum* proprie dictorum veniant, *c. 27. X. de reſcript. c. 3. et 6. X. de vicar.* vocenturque in praxi *vicariæ*, die Vicäryen. His velut gradibus ad *perpetuorum vicariorum* conſtitutionem in eccleſiis *cathedralibus* et *collegiatis* itum eſt, quorum numerus in plerisque admodum inſignis deprehenditur. Iam anno 1434. in eccleſiis Paderbornenſibus *vicariorum perpetuorum* magnus erat numerus, vt ex relatione eccleſiæ Paderbornenſis, ad concilium Baſileenſe facta, apud SCHATENIVM *in annal. Paderborn. ad cit. ann.* liquet. Profitentur Paderbornenſes, *p. 590.* ſe habere *copioſum numerum perpetuorum vicariorum et beneficiatorum vltra XL.* in eccleſia cathedrali, in collegiatis vero *vicarios perpetuos in magno numero*, qui *p. 591.* recenſentur. Plenius idem recenſent in ſecundis literis ad concilium miſſis, apud EVNDEM *p. 595.* aientes: *in eadem eccleſia vltra præmiſſas dignitates et præbendas canonicales ſunt in numero XL. et vltra perpetui vicarii et beneficiati, et clerici ſeculares et totidem perpetua beneficia eccleſiaſtica a ſe inuicem diſtincta eorum quodlibet ab alio, et quorum quodlibet nutrit ſuum poſſeſſorem ſatis congruenter, vt ſeruia-*

Tandem perpetui vicarii plures in eccleſiis cathedralibus et collegiatis admiſſi.

tur eidem eccleſiæ, more conſueto in diuinis officiis et in horis conſuetis, in cantando et legendo, ſicut moris eſt.

Vicariorum propria ratio et conditio.

§. XXXVII. Quia itaque vicarii *vices canonicorum* implent, conſequens eſt, (I) eos ad *reſidentiam perpetuam* adſtrictius, quam ipſos capitulares aut canonicos, obligari, adeo vt abſenti vicaria conferri regulariter nequeat. Ideo enim aſſumti ſunt, vt vices abſentium canonicorum ſupplerent, adeoque ſi hi quoque a ſua vicaria abeſſe vellent, curſus canonicus plane intermittendus eſſet. Proinde abſentes per ſubtractionem prouentuum ad reſidentiam actualem compelluntur. *c. 6. X. de offic. vicar.* (II) Nemo poteſt eodem tempore *plures vicarias* habere, vel vnam cum alio beneficio incompatibili. Ait pontifex *in c. 2. X. eod. Prouideas attentius, ne in epiſcopatu tuo patiaris, quemlibet plures vicarias habere; quia cum vicarii teneantur eccleſiis et propriis perſonis deſeruire, alienum eſt ab ordine iuris, vt vicariam habeat quis præter vnam.* Vix ergo præceptor ſcholarum publicarum vicariam obtinere poteſt, niſi labores ſcholaſtici ita diſtributi fuerint, vt horis conſuetis in choro adeſſe et diuina facere queat. Hoc intuitu æquiparantur *vicariæ* beneficiis *curatis*, h. e. curam animæ coniunctam habentibus. GONZALEZ *ad c. 2. cit. n. 8. in f.* (III) *Canonici* et *capitulares* ſunt patroni vicariorum, qui hæc beneficia conferunt, et vicarios ratione *primæuæ originis* ſibi ſubſtituerunt, vt, in quo ipſimet officio ſuo deſunt, vicaria opera id ſuppleant. BARBOSA *lib. III. iur. eccleſ. c. 6. n. 9.* Hodie vtplurimum conferuntur, vt cetera beneficia, vel ſoluto certo *honorario collatori (pretium* id enim appellare, nefas iudicatur) vel gratuita collatione a patrono facta, quod rarius accidit, omnibus ad quæſtum compoſitis; vel reſignatione facta in fauorem tertii, cui vicaria conferenda eſt. Sane idem commercium, quod in aliis præbendis vſus longæuus (vel potius abuſus) obſeruauit, facile quoque ad *vicarias*, quæ *verum beneficium* ſunt, trahi potuit. (IV) Vicarii tales *alium ſubſtituere* non poſſunt, *c. 4. X eod.* ſicut nec procurator *regulariter* ſubſtituere poteſt; ad *tempus* tamen ex *iuſta* et *probabili cauſa* ſubſtitutio permiſſa eſt, *c. 1. de offic. vicar. in 6.* (V) Denique nec vicarii pro lubitu, ad inſtar *ſimplicium procuratorum*, reuocari poſſunt, nec eorum ius morte principalium exſpirat, *c. 3. X. de offic. vicar.* quia hodie vicariæ iure ceterorum beneficiorum, *in perpetuum*, h. e. ad vitam beneficiati, collatæ cenſentur. *c. 2. X. de ſupplend. neglig. prælat.*

§. XXXVIII.

§. XXXVIII. Progredior ad *parochos*, qui eo magis ad *reſidentiam* adſtricti ſunt, quod cura animarum, quæ nullo tempore intermitti poteſt, iis concredita eſt. Sed etiam quibusdam *per accidens* reſidentia remitti debuit, poſtquam parochiæ in fraudem legis iure *vnionis* monaſteriis, abbatiis, præpoſituris, eccleſiis cathedralibus aut collegiatis addictæ et conglutinatæ ſunt. Cum enim hæc corpora vel perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munus *parochi* peragere nequeunt, et vnio non in fauorem *cœtus fidelium* ſeu *eccleſiæ*, ſed potius *prælatorum* et *monaſteriorum* facta eſt, vt reditus parochiarum iis obuenirent, tacite ſimul illis indultum eſt, vt officium parochi *per vicarium* peragere poſſent, cui pars prouentuum parochialium quædam aſſignanda eſt. Vid. BARBOSA *cit. l. n. 3.* Ita *ſalus* (h. e. commoda et emolumenta) *eccleſiæ* (h. e. prælatorum, qui eccleſiis imperant) *ſuprema lex eſſe debuit*; ſed, vt oſtendi, in ſenſu admodum peruerſo et deprauato, quod etiam cordatiores ex Romanæ eccleſiæ doctoribus agnoſcunt. Eo grauior ab initio abuſus circa has vicarias fuit, quod *ad tempus* conſtituerentur vicarii, et ad lubitum *rectoris*, h. e. *principalis*, ſeu eius, cuius prælaturæ iuncta erat vi *vnionis* parochia, amoueri poſſent, inſtar *famulorum conductorum*, id quod tandem variis conciliis reprobatum prohibitumque eſt. Quæ fuerit horum vicariorum ratio in Germania, docet *ſynodus Moguntinenſis* anno 1225. celebrata, in qua *c. 12. enormis quædam conſuetudo notatur, in quibusdam Alemanniæ partibus, vt ponantur in eccleſiis conductitii ſacerdotes vicarii temporales*, quod ſeuere eo canone prohibitum eſt. Similiter in *c. 30. X. de præbend.* expreſſe cautum, vt prælati, quorum præbendæ parœcialis eccleſia eſt annexa, *in parœciali eccleſia idoneum et perpetuum habeat vicarium, canonice inſtitutum, qui congruentem habeat de ipſius eccleſiæ prouentibus portionem.* Conf. ESPEN. *P. II. iur. eccleſ. tit. 34. ſqq.* vbi hoc thema egregie, pro more, exornat, illuſtratque. Reuera itaque hi *vicarii*, vti adhuc vocantur, ſunt *ordinarii parochi*, eumque in finem debito modo ordinantur, et certos ſuos reditus, olim huic vicariæ aſſignatos, poſſident, inſtar *beneficii eccleſiaſtici*; cetera, quæ ſuperſunt, luero cedunt ei, cuius præbendæ parochia annexa eſt, qui etiam inde *ius patronatus* habet. De ipſa portione congrua eiusque taxatione, vicariis his aſſignanda, conferri merentur ESPENIVS *cit. l. c. 2. ſqq.* et TVRRICELLIVS *de benefic. eccleſ. vnione*, quæ vtplurimum hodie ex antiquo vſu et obſeruantia determinatur.

Parochi etiam ex accidente, quamvis in fraudem legum, accepere vicarios.

Qui erant conductitii paſtores.

Incommoda ex hac vicariorum introductione in ecclesiis cathedralibus et collegiatis.

§. XXXIX. Ex hac noua *vicariorum* structura plura propullularunt *incommoda*, inter quæ hæc duo capitalia sunt: (1) quod residentia capitularium, canonicorumque, qui tamen *presbyterorum*, *diaconorum* et *subdiaconorum* prouinciam explicare debebant, fere facta fuerit otiosa, imo inter protestantes, qui ordines hos non recipiunt, adhuc eo magis a primo instituto desciuerit: (2) quod illa ad certa anni spatia tandem adstricta, cautumque fuerit, vt pro *perpetuo residente* haberetur, qui per hæc temporum spatia præsens in loco beneficii, ad minimum corpore, fuerit, stationesque, vt aiunt, habuerit. *Primum* quod concernit, euidentissimum est, residentiam postulari propter *executionem officii sacri*, quod singulis pro *diuersitate ordinum* demandatum est, et respectu cuius præbendas quoque accipiunt. Nec hoc tantum ad pastores *ecclesiarum parochialium* restringendum, sed quibuscunque clericis applicandum. Speciatim huc collineat *synodus Cameracensis P. I. tit. 6. c. 7.* adducta ab ESPENIO *P. I. iur. eccles. tit. 7. c. 6. §. 4.* ita decernens: *In choro cum psallitur, canonici omnes, qui in choro fuerint, et sacellani psallant, nec sint in sedibus suis otiosi, nec putent, se functos suo officio, si vicaria tantum opera cultum diuinum celebrari curent.* Præsentia nuda in loco, quo beneficium habent possidentue, residentiam non constituit, quia verba *cum effectu* sunt intelligenda. Conf. BARBOSA *de canon. et dignit. c. XX. n. 10.* Hoc episcopis merito attendendum foret, qui, quamuis *præsentes* sint, adeo tamen rarius officia sacra, quæ munus eorum proprium constituere debebant, peragunt, vt vix *residere* videantur, nisi residentiam ex sola corporis præsentia æstimare velis. Olim quidem non raro variis distracti fuere impedimentis, vt solennia sacra non semper conficere potuerint. Et tamen hoc corrupti status indicium fuisse, nemo negabit, cum non debuerint a tam sanctissima statione, in qua positi sunt, per occupationes prorsus alienas, quæque illis imponi non debuerunt, auocari. Hodie vero vtplurimum cessant hæ occupationes; comitiis *imperii* in persona propria non interfunt; officia secularia, quæ gerunt intuitu *imperii*, per ministros suos expediunt; comitatui Cæsaris interesse haud coguntur; concilia ita rara sunt, vt eorum gratia abesse non debeant; studiorum gratia gregem amplius haud deserunt, nec expeditionem faciunt; imo vix vllum hodie supereſt tale obstaculum, quod olim eos auocare legitime poterat a debita residentia: et tamen hodie minus quam olim residere videntur, qui debebant exemplar gregis ceterorum clericorum esse. Imo si resident, ita residere non videantur; nam et pontifex vix aliter residet.

Sola præsentia in loco beneficii residentiam non constituit, sed muneris sacri executio.

§. XL.

ed by Google

§. XL. Probationem desideras, in promtu est. *Conciones* episcoporum ad populum tam raræ fuut, vt quasi auem albam videatur hodie videre papam aut episcopum concionantem. *Visitationes* episcoporum fere prorsus consenuerunt, imo tam raræ sunt, vt, quando auditæ fuerint, portenti aut prodigii simile iudicatum fuerit. *Sacramentorum* administratio hodie abhorret a consuetudine episcoporum *quotidiana*, et vix solennioribus festis ab iis peragitur. Omnia in vicarios, archidiaconos, archipresbyteros suffraganeosque translata, ipsisque interim ἀλλότρια magis curæ cordique sunt. Et tamen si primæuum episcoporum statum intuemur, hæc quotidiana eorum erat occupatio, hanc prouinciam strenue obibant. In *synodo Trullana c. 19.* ita decernitur: *Oportet ecclesiæ præsides cum omni die, tum præsertim dominico, clerum omnem et populum docere, quæ ad pietatem spectant, ex diuina scriptura colligentes veritatis sententias.* Similiter in *concilio Cabillonensi III.* anno 813. celebrato, *c. 1.* cautum est: *vt episcopi assidui sint in lectione, et scrutentur mysteria verborum DEI, quibus in ecclesia doctrinæ fulgore splendeant, et verborum DEI alimentis animas sibi subditas satiare non cessent.* Notabile est, quod AVTOR *vitæ Cæsar. lib. I. n. 2.* apud MABILLONIVM *in actis Benedict. seeul. I. p. 667. in f.* narrat, aiens: *Docuit præterea memoriter, quamdiu potuit, altaque voce semper in ecclesia prædicauit. In quo opere tam pia atque salubris eius prouisio fuit, vt, cum ipse pro infirmitate tam non posset ad ipsum officium peragendum accedere, presbyteros et diaconos haberet, atque statuerit in ecclesia prædicare, quo facilius nullus episcoporum ab hac necessaria cunctis exhortatione cuiuscunque impossibilitatis excusatione suspenderet, hæc docens, si verba Domini et prophetarum siue apostolorum a presbyteris et diaconibus recitantur; Ambrosii, Augustini seu parvitatis meæ, aut quorumcunque sanctorum, a presbyteris et diaconibus quare non recitentur? Non est seruus maior domino suo. Quibus data est auctoritas verbum legere, credo, et licitum est, homilias seruorum DEI seu expositiones canonicarum scripturarum in ecclesia recitare. Ego me exuo hoc instituendo; sancti sacerdotes, qui hoc implere contemserint, causas se in die iudicii nouerint esse dicturos. Non quidem credo, quod quisquam tam obduratum sensum habeat, vt, cui Deus dicit: clama, ne cesses; non ipse clamet, nec alios clamare permittat. Timeat illud: væ tacentibus de te, quoniam loquaces muti sunt. Et illud apostoli: canes muti, non valentes latrare. Etenim quantæ oues, tacente sacerdote, aberrauerunt, de tantarum animabus redditurus est rationem.* Habet etiam huius veritatis vestigia ipse GRATIANVS in *c. 6. D. 88.* hæc ex *concilio Carthaginensi*

Episcopi hodie plerique residere non videntur, quia otiose residenr, nec amplius docent.

Olim prædicandi munus strenue obibant.

IV. referens: *Episcopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet, sed lectioni et orationi et verbi DEI praedicationi tantummodo vacet.* Pluribus praeterea haec exornant ESPENIVS *P. I. iur. eccl. tit. 16. c. 7.* ANDREAS DUSSAYSSAY *in panoplia sacerdot. P. II. lib. IV. c. 1. sqq.* CLAVDIVS ESPENCAEVS *in epist. Pauli ad Timoth. lib. II. c. 3.* aliique. Conf. infra *tit. XLI. §. 95. sqq.* Verum his moribus hodie non viuitur, et quamuis nullam rei familiaris curam ad se reuocent, quae infra dignitatem episcopalem omnino censenda est, curam tamen publicarum rerum haud negligunt. Iudicet iam aequus lector, vtrum residentia episcoporum praelatorumque hodierna ad verbi diuini canonumque ecclesiasticorum scita quadret, et annon minus legitime agere et plane non agere ad paria reduci debeant?

Inutiles sunt, qui non residunt debito modo.

§. XLI. Haec tamen ad solos praelatos minime restringenda, sed potius generatim de quibuscunque *ministris ecclesiae* intelligenda sunt, vt non videantur residere, qui non debito modo residunt. Recte, meo iudicio, censuit pontifex in *c. 2. X. de translat.* et, *Iuxta communem,* ait, *modum loquendi illa dicitur ecclesia viduata, quae licet episcopum habeat, inutilem tamen perhibetur habere.* Is autem reuera est *inutilis*, qui officio suo non recte fungitur, desidiosus est, et exemplar gregis minime fieri cupit. *Non omnes episcopi sunt episcopi. Attendis Petrum, sed et Iudam considera. Stephanum suspicis, sed et Nicolaum respice . . . Infatuatum sal ad nihilum prodest, nisi vt proiiciatur foras, et a porcis conculcetur,* sunt verba HIERONYMI *in c. 29. C. 2. q. 7.* Similiter BEDA relatus *in c. 13. in f. eod. Qui agnitam veritatis viam sponte ipsi deserunt, quid nisi vanus sunt populus? Quid? nisi in praecipitium suos mergunt auditores, quibus non salutaria, quae corrigant, sed, quae illos delectant, erronea praedicant, de quibus bene subditur: Hi sunt fontes sine aqua, et nebulae turbinibus exagitatae, quibus caligo tenebrarum reseruatur.* Expressius propheta EZECHIEL eiusmodi pastores describit *cap. XXXIV, 2. sqq.* et, *Vae pastoribus Israel,* ait, *qui pascebant semetipsos, nonne greges a pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, et lanis operiebamini, et, quod crassum erat, occidebatis, gregem autem meum non pascebatis;* et pergit: *Et dispersae sunt oues meae, eo quod non esset pastor.* Equidem pastores non deficiebant, sed quia *inutiles* erant, nulli adesse videbantur.

Quod illustratur variis testimoniis,

et testimonio Duarreni,

§. XLII. Agnouit hunc defectum optime suo tempore DVARRENVS, qui in *tr. de SS. eccl. minist. lib. VIII. c. 5.* statum ecclesiae sui temporis, cui ipsemet addictus erat, ita depingit: *Quid indignius est, quam sacris eos stipendiis frui, qui venialibus diplomatibus, ne dicam venalibus, subnixi, de regendis ecclesiis ne cogitant quidem vnquam, vt aperte canones*

omnes

omnes illudere et contemtui habere videantur? Nemo interim est, qui nesciat, eos beneficia reditusque ecclesiasticos locare, et maius pretium offerentibus addicere consuesse, non aliter ac quosuis patresfamilias prædia sua, nihil pensi habentes, quam idoneus ad sanctionem sacram spiritualemque hic redemtor sit, in quem omne onus, quod subire eos oportebat, reiiciunt. Atque ita hæc geruntur, vt quamuis publice nota sint hoc seculo, ficta tamen magis, quam facta olim posteritas fortassis existimatura sit. Nihil de fructuum dilapidatione hoc dicam, quos pauperibus distribui veteres canones iubent. Non enim in tantis vitiis hæc scrupulosius excutere animus est, ac per me licet, vt omnem prouentum iactent, profundant, dissipent. De doctrina sane diuina, cuius misera plebs mirum in modum famelica est, ab ipsis omnino deserta conquerimur: illud enim accidit hoc tempore, quod vates futurum prædixerat, AMOS VII: Emittam famem in terram; non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini: et commouebuntur a mari vsque ad mare, et ab aquilone ad orientem circumibunt, quærentes verbum Domini, et non inuenient. Et sane dubium non est, quin hæc pastorum ignauia, errorum omnium et hæreseon, quibus hodie concutitur orbis, magna ex parte fons et origo sit. Nec mirum est, gregem perire, qui pastore destitutus, luporum insidiis quotidie expositus est: vagos enim quosdam circumforaneos ac mercenarios concionatores in numero pastorum non pono, quos longe lateque a pastoribus differre, sacris literis edocemur.

§. XLIII. *Alterum* incommodum, ne quid grauius dicam, circa *residentiam* episcoporum et canonicorum est, quod tantum restringi debuerit *ad certum anni spatium*, vt, qui per illud præsens fuerit, toto anno resedisse videatur. Hoc rursus antiquis moribus et canonibus repugnat. Adeo stricte omnium clericorum præsentiam actualem requirebat GREGORIVS M. *vt neminem pontificum a parochia sua saltem parumper absque ineuitabili prorsus necessitate discedere permiserit*, vt testatur IO. DIACONVS *lib. III. c. 36.* Nemo episcoporum peregre abire poterat, nisi venia prius a metropolitano impetrata. GREGOR. *lib. IV. ep. 50.* In *concilio Francofordiensi* sub CAROLO M. *c. 41. et 45.* peregrinatio episcoporum restricta et coercita est ad tres hebdomadas. Sed mox latius spatium negligentibus episcopis indulgendum fuit. In *concil. Parisiensi de anno 1212. c. 7.* edixere patres, vt in ecclesiis cathedralibus frequenter residentes esse procurent, *præsertim in maioribus solemnitatibus, et in tempore quadragesimali.* Idem in plurimis aliis conciliis repetitum, iniunctumque episcopis, vt ad minimum *in diebus solennio-*

Olim ad certa anni spatia residentia non restringebatur, vti hodie.

nioribus ecclesiæ suæ adessent, ibique missas celebrarent. Equidem *patres Tridentini sess. VI. de reform. c. 1.* medelam huic exulceratæ causæ adferre voluere; sed, vt euidens est, magis laxarunt residendi necessitatem, quam inculcarunt. Præmittunt patres monitum satis pium, voluntque, *vt attendenter sibi et vniuerso gregi, in quo Spiritus S. posuit eos, regere ecclesiam DEI, quam acquisiuit sanguine suo, vigilent, sicut apostolus præcipit, in omnibus laborent, et ministerium suum impleant: implere autem illud se nequaquam posse sciant, si greges sibi commissos mercenariorum more deserunt, atque ouium suarum, quarum sanguis de eorum est manibus a supremo iudice requirendus, custodiæ minime incumbant, cum certissimum sit, non admitti pastoris excusationem, si lupus oues comedit, et pastor nescit.*

Concilium Tridentinum promouit morem residendi ad certa anni spatia.

§. XLIV. Verba sat blanda sunt, sed euentus speratus adhuc desideratur. Nouerant *patres Tridentini*, (et quidni nouissent, cum eius rei mentionem iniiciant?) canones aduersus non-residentes latos plane in desuetudinem abiisse: hi seuerioribus remediis in vsum reuocandi, et executioni mandandi fuissent. Sed audi rigorem huius concilii: *Si quis a patriarchali, primatiali, metropolitana seu cathedrali ecclesia, sibi quocunque titulo, causa, nomine seu iure commissa, quacunque ille dignitate, gradu et præeminentia præfulgeat, legitimo impedimento, seu iustis et rationalibus causis cessantibus, sex mensibus continuis extra suam diœcesin morando abfuerit, quartæ partis fructuum vnius anni pœnam ipso iure incurrat.* Possunt ergo extra suam diœcesin morando abesse, dummodo non abfuerint *sex mensibus continuis*, et ita qui per semestre anni spatium præsentes fuere, resedisse *per totum annum* dicuntur, iuxta patrum Tridentinorum sententiam, quod tamen non est priscorum canonum reuocare rigorem. Deinde constat, infinitas causas a *residendi* necessitate hodie esse inuentas, quæ hoc decreto non excluduntur, et ita facillime diuturnior absentia excusari poterit. Est enim hodiernus status ecclesiarum cathedralium ita comparatus, vt non possint non infinita emergere impedimenta, olim omnino incognita, vbi episcoporum dignitas in tam excelso haud posita loco, sed humilioribus demandata erat. Proinde, posito hoc statu, fere moraliter impossibile fuit, antiquorum canonum vsum in generalem reuocare praxin.

Canonicorum residentia restricta est ad nouem menses.

§. XLV. Similiter canonicorum residentia adhuc paulatim laxata est *in eodem concilio sess. XXIV. de reform. c. 12.* Respectu anteriorum temporum quidem restrictior præcepta videtur, quo omnis plane residentia intermittebatur; sed tamen adhuc subterfugia quædam illis sunt

Digitized by Google

sunt relicta. Ita enim patres edixerunt: *Præterea obtinentibus in eisdem cathedralibus aut collegiatis dignitates, canonicatus, præbendas, aut portiones, non liceat, vigore cuiuslibet statuti, aut consuetudinis vltra tres menses ab iisdem ecclesiis quolibet anno abesse.* Qui ergo residet *nouem menses*, per integrum annum resedisse dicuntur, quamuis antiquiora statuta ante hoc concilium minus spatium *residentiæ* postulasse videantur. Plura de hac materia congessit PETRVS LEVRENIVS *P. I. for. benefic. qu. 397.*

§. XLVI. Talia statuta et consuetudines olim ante concilium Tri- In capitulis
dentinum in plerisque capitulis Germaniæ fuere, et quia huius concilii scita in ecclesiis cathedralibus et collegiatis protestantium recepta non sunt, pristina statuta, quæ *necessitatem residendi* admodum laxarunt, vigorem suum retinuere, vt paucis ostendendum est. Obseruaui antea, in plerisque capitulis distingui inter *residentiam strictam* et *laxiorem*. Illam capitulares et canonici auspicantur, postquam absoluerunt annum claustralem, et a capitulo, præuia causæ cognitione, absolutionem eius impetrarunt. Postquam enim *annus claustralis*, das Kloster-Jahr, finitus est ad instantiam nouitii capitulum solenne celebratur, in quo eius procurator nomine sui principalis absolutionem *ab anno claustrali* petit. Inde camerarii ædituique, qui nouitium, annum claustralem agentem, accurate obseruare debent, sollicite interrogantur, vtrum nouitius secundum capituli statuta *annum claustralem* absoluerit? veluti, vtrum, iuxta statuta moresque ecclesiarum Halberstadiensium, prima et vltima nocte præcise hora VIII. vespertina in conclaui capituli, et ante vndecimam in dormitorio, et denique hora quarta matutina in choro, solenni decoratus habitu, fuerit, et an præterea nihil contra leges *anni claustralis* commiserit? Id quod si affirmant, decanus reliquos quoque capitulares interrogat et exquirit, an quid sit, quod absolutionem impedire vel remorari queat? Cum vero nihil, quod ei obiici possit, deprehenditur, nouitius in conclaue capituli vocatur, et de nouo certam pecuniæ quantitatem *pro redimendis ordinibus* soluit, quæ inter *præsentes* diuiditur, vnde etiam, ni fallor, *Præsentien-Gelder* vocantur.

protestantium laxius spatium non residendi indultum canonicis.

Interim residentiæ prima accurate seruande.

§. XLVII. Postea iuramento solenni obstringuntur, cuius hæc formula esse solet: *Ego N. N. iuro et promitto, quod secreta capituli non pandam, et statuta ac consuetudines ecclesiæ hactenus obseruatas, et a pietate et honestate non alienas obseruabo, quod ecclesiam et personas eiusdem pro posse et nosse defendam, decretis et mandatis capituli seu maioris partis, sine vlla contradictione, obtemperabo, et ordinationem super præpositura nostra*

Iuramento deinceps obstringuntur.

Digitized by Google

noſtra factam et conſcriptam fideliter tenebo, item conſtitutionem ſuper reductione numeri canonicorum factam obſeruabo, quod ornatum eccleſiæ non alienabo, niſi fiat de conſenſu maioris partis capituli, et alienationi, quæ fit de conſenſu maioris partis capituli, non contradicam, et quod ſanctam vniauem inter nos eccleſiamque noſtram, et ceteras collegiatas eccleſias introductam, absque omni fuco diligenter obſeruabo, etc. hæc omnia iuro et promitto, ita me DEVS adiuuet et hæc ſancta DEI euangelia. Aliam formulam, olim in eccleſia Vltraiectina præſtari ſolitam, refert ANTONIVS MATTHAEI *de nobilit. lib. II. c. 48. p. 751.* huius tenoris: *Iuro ad hæc ſancta DEI euangelia, quod a præſente die in antea quamdiu canonicatum et præbendam in eccleſia Traiectenſi tenuero, quoties ex mandato decani ad capitulum vocatus fuero, veniam, vtiliora eccleſiæ conſulam, et inutilia prætermittam. Iura eccleſiæ Traiectenſis et res ipſius conſeruabo, et defendam, ipſas res et iura non alienabo. Alienata recuperabo pro poſſe et noſſe. Secretos tractatus capitulares, et ſecreta eccleſiæ noſtræ prædictæ non capitularibus, vel his, quibus celanda commiſſa fuerint, non pandam. Sic me DEVS adiuuet et ſancti eius.* Hoc iuramento præſtito, ab *anno clauſtrali* abſoluitur, et pro canonico ab omnibus capitularibus agnoſcitur, eique locus in capitulo cum iure votandi aſſignatur.

Abſoluto anno clauſtrali ſtricta reſidentia incipit.

§. XLVIII. Obtenta *abſolutione*, canonicus auſpicatur *ſtrictam reſidentiam*, eamque capitulo conſueto tempore ſolennibus literis intimat. Hæc potiſſimum abſoluitur annis duobus vel tribus *carentiæ*, qui vulgo die *Carenz-Jahre* vocantur, quibus interim reditibus carere debet, et pauxillum ex *corpore*, quod vocant, percipit. Vocatur hæc reſidentia, quæ pendentibus annis *carentiæ* peragitur, *ſtricta*, quia ſtricte per certum temporis determinatum ſpatium, veluti ſeptendecim hebdomadas, in loco præſentes eſſe, diuinis adeſſe, et generalibus capitulis intereſſe iubentur, quod quia ſtricte obſeruandum eſt, reſidentia hæc *ſtricta* vocatur. *Laxior reſidentia* in ſequentibus obtinet annis, in quibus fere ſufficit, ſi modo canonicus determinato temporis ſpatio in loco præſens eſt, et *capitulis generalibus* intereſt, ſi vel maxime de cetero vix vltra *quatuor hebdomadas* in choro comparuerit. Qui capitulis generalibus non adeſt, pœna pecuniaria, 200. thalerorum, vel maioris ſummæ plectitur, pro more capitulorum. Atque in his *reſidentia* hodie conſiſtit.

Hac finita incipit laxior.

Certis diebus criticis auſpicanda reſidentia.

§. XLIX. Solent præterea reſidentiam *certis diebus criticis* auſpicari, qui admodum variant. In eccleſiis Magdeburgicis *ipſo Mauritii die* ſingulis annis illam inchoant: alibi canonicis ſolennes

ſunt

Digitized by Google

ſunt *vigiliæ Thomæ*, vel *Aegidii*, vel *Margarethæ* etc. Alibi alius terminus receptus eſt, vt obſeruat ZIPAEVS *conſult. IV. de ſucceſſ. ab inteſt.* et, *In pluribus*, ait, *eccleſiis annum computari conſuetum eſt a feſto S. Ioannis, ſeu alterius ſancti, pro cuiusque eccleſiæ obſeruantia, eo quod ad eum diem præciſe beneficiarii reſidentiam inchoare poſſint et debeant, et reuoluto anno ad eum diem finiant; vnde eundem computum ratio fructuum ſequitur.* Breuiter: hi dies critici, ſtatutis capitulorum determinati, ſunt terminus, a quo *annus reſidentiæ* deſtinatus inchoatur, et ſimul, reuoluto anno, finitur. Cum enim beneficium percipiatur propter officium, quod reſidentia paucorum menſium hodie abſoluitur, facile liquet, canonicos non aliter fructus ſuos facere, quam ſi debite reſederint. Apud AVBERTVM MIRAEVM *lib. I. donat. Belgic. c. 127.* in fundatione collegii canonicorum S. Petri in oppido Bredano *anno 1303.* cautum eſt: *Præterea volo et ordino, quod dicti canonici ſemper reſideant perſonaliter, in ipſa eccleſia, et qui ex ipſis non reſederit, non habebit de præbenda ſua niſi XX ſolidos Turonenſium nigrorum.* In diplomate HENRICI I. Lotharingiæ inferioris et Brabantiæ ducis, *de anno 1226.* apud EVNDEM *lib. I. diplom. Belgic. 75.* hæc occurrunt: *Hæc autem concedimus ad vſum decem canonicorum, de nouo inſtituendorum in eccleſia memorata, qui a decano et capitulo debent eligi, et nobis et ſucceſſoribus præſentari, nec aliquid de prædictis bonis percipient, ſi non faciant reſidentiam perſonalem.*

§. L. Admittunt tamen etiam iuſtas *cauſas a reſidendi neceſſitate excuſantes*, ſaluis nihilominus reditibus præbendariis. Huc pertinet (1) *abſentia ſtudiorum gratia.* Inde cum cuidam canonico, ſtudiorum cauſa abſenti, interim fructus eſſent denegati, vigore ſtatuti, quod abſentibus tantum 20. thaleri quotannis ſolui debeant, diſtinguendum eſſe cenſuit B. BRVNNEMANNVS *conſil. 66. n. 2. ſeqq.* vtrum ſtatutum diſponat ſpeciatim de *abſentia ſtudiorum cauſa*, quod taliter abſens reditus integros canonici percipere nequeat, an vero tantum *in genere* de abſentibus? Priori caſu ſtatutum abſenti ſtudiorum cauſa nocet, licet iuri communi contrarium, quatenus a principe eſt confirmatum. CARPZ. *P. III. deciſ. 298.* Auf dem andern Fall, pergit BRVNNEMANNVS *n. 3.* wenn das ſtatutum nur in genere de abſentibus redet, ſo kan daſſelbe des Sempronii Sohn nicht zuwider ſeyn, ſondern er muß zu denen reditibus annuis integris verſtattet, und ihm dieſelben gereichet werden. Denn das iſt gewiß, daß die ſtatuta ſtricte zu interpretiren, und ad alios terminos, quam de quibus loquuntur, nicht kan ex-

Excuſat a reſidendi neceſſitate (1) abſentia ſtudiorum gratia.

tendiret werden, *l. conſtitutionibus D. ad municip. l. 3. §. hæc verba de neg. geſt.* NATTA *vol. 3. conſ. 508. n. 10.* und daß die ſtatuta allewege ex iure communi zu interpretiren *c. 3. de V. S. c. 3. X. de dolo.* BARBOSA *locupl. lib. XVII. c. 49. ax. 1.* Nun iſt ohne Zweiffel iuri communi gemäß, quod ob ſtudia abſens pro præſente ſit habendus, et ſic abſentia ſtudiorum cauſa ſit probabilis et priuilegiata: *l. 78. de leg. 3. l. 20. §. 6. D. de inſtr. et inſtrum. leg. c. ex parte X. de cleric. non reſid. c. cum ex eo de elect. in 6.* MENOCH. *conſ. 182.* IO. WAMES. *in conſil. iur. canon. conſ. 205. in f.* CHRISTINAEVS *vol. II. deciſ. 18. n. 1.* CAMILLVS BORELLVS *tom. I. deciſ. tit. 7. n. 72. et tit. 29. n. 44. et cent. I. conſ. 16.* BARBOSA *lib. I. c. 3. ax. 2.* et alias lex poſterior generalis non tollit legem ſpecialem priorem, ſed hæc potius excepta videtur: *l. 26. D. de legib. l. 3. §. vlt. C. de appell.* CARPZ. *P. 3. C. 29. def. 6.* MEV. *P. 3. dec. 265.* CACHERANVS *deciſ. 17. n. 17.* So wäre ja ungereimt, daß durch das generale ſtatutum ſolten alle ſpecialia priuilegia, ſo denen abſentibus reipublicæ aut ſtudiorum cauſa ertheilet, caſſiret ſeyn. Zwar möchte iemand einwenden: Es müſſe gleichwol das ſtatutum vltra ius commune etwas operiren, derhalben wenn es nur de abſentia non probabili zu verſtehen wäre, ſo würde es vltra ius commune nichts operiren. Darauf aber gar leicht kan geantwortet werden, daß ſolches ſtatutum in dem vltra ius commune was operire, daß dadurch abſentes ad certam penſionem admittiret werden, und iſt nicht nöthig, daß dadurch alle priuilegia abſentium, qui ob rempubl. ob negotia eccleſiæ, ob ſtudia, ob infirmitatem abſunt, über einen Hauffen geworffen werden. Ich ſetze auch, es wäre mit einem oder andern, der ſtudiorum cauſa abſens geweſen, alſo gehalten worden, daß man ihn mit 20. Thlr. abgewieſen, ſo würden doch ſolche actus noch nicht conſuetudinem diuturnam inferiren, und kan niemand ſua conniuentia andern præiudiciren. Ceterum cauſam hanc abſentiæ *ſtudiorum gratia* vbique pro tali habitam fuiſſe, quæ a reſidentia excuſaret, plurimis documentis illuſtrat THOMASSINVS *P. II. de diſcipl. eccl. lib. III. c. 71.* Quid? quod in literis fundationis hæc non raro expreſſa reperitur, quales occurrunt apud SCHATENIVM *lib. XII. annal. Paderbornenſ. ad ann. 1293. p. 175.* in quibus expreſſe cauetur, ne fructus præbendarum *alii quam perſonaliter reſidenti, miniſtrentur, niſi in negotiis eccleſiæ, vel cauſa ſtudii de licentia capituli quandoquam abeſſe contingat.*

§. LI.

Digitized by Google

§. LI. Nonnulli (II) huc referunt *militiam*. Milites enim hodie non repelli a conſortio canonicorum proteſtantium, res ipſa loquitur; et rationes iuris canonici, quæ hos arcere videntur a canonicis, ita comparatæ ſunt, vt noſtris canonicis applicari nequeant. Hi ordines non recipiunt; pro iis redimendis in plerisque capitulis pecuniam ſoluunt: et ſi aliis, in ſeculari dignitate conſtitutis, et cauſis civilibus immerſis, præbendæ conferuntur, cur non etiam militibus? Neque *ſtatus eccleſiaſticus* abſolute cum *militari* pugnat: officia potius eccleſiaſtica determinant decernuntque, an et quatenus militi committi poſſint? Ipſi ordines Teutonicus et S. Ioannis ad *ſtatum eccleſiaſticum* referuntur, et tamen militares ſunt. Nec preces horæque canonicæ adeo abhorrere debent a moribus militum, vt ad has non æque vt alii canonici ſeſe obſtringere queant. B. STRYK. *de iure papal. princ. euangel. c. V. §. 12.* Vnicum videtur obſtare, quod reſidere non poſſint iuxta ſtatuta capituli. Verum α) non ſemper et omni tempore in expeditione ſunt: β) ſi publica neceſſitas a reſidentia eos auocat, relaxanda iis eſt reſidentia, prout communiter fieri ſolet: γ) hæc ipſa relaxatio iis tacite indulta videtur, dum a capitulo ſcienter admiſſi ſunt, quod tales caſus præuidere potuit. Vtplurimum tamen hodie ſpeciatim *veniam non reſidendi* impetrare ſolent, quo eo magis ſecuri ſint. (2) Militia.

§. LII. Excuſantur porro (III) a reſidendi neceſſitate hi, qui ſunt *a latere principis*. De iure canonico, qui ſunt in ſeruitio epiſcopi, pro *præſentibus* habentur, percipiuntque omnes fructus præbendarum ſuarum, exceptis quotidianis diſtributionibus. *c. 7. 14. et 15. X. h. t.* Additur in *cit. c. 15.* hæc peculiaris ratio: *eum abſentes dici non debeant, ſed præſentes, qui tecum* (h. e. cum epiſcopo) *pro tuo et ipſius eccleſiæ ſeruitio commorantur.* Imo et hæc addi poſſet, quod epiſcopi non alios officiales, quam *clericos* ad plerasque cauſas adhibere queant, adeoque neceſſitas tales adhibendi eos excuſet. Vetus hoc inſtitutum eſt, adeo vt tempore GREGORII M. etiam notarii et defenſores *clerici* eſſe deberent. Teſtis eſt IO. DIACONVS *lib. II. de vita S. Gregor. C. 15.* aiens: *Nemo laicorum quodlibet palatii miniſterium vel eccleſiaſticum patrimonium procurabat, ſed omnia eccleſiaſtici iuris munia eccleſiaſtici viri ſubibant; nimirum laicis ad armorum ſolam militiam, vel agrorum curam continuam deputatis. Ob hoc ſe nonnulli procerum ſub obtentu religionis primo coniurare cœperunt.* Aſt in noſtris curiis ad officia publica non præciſe requiruntur *clerici*: pleraque per *laicos* expediuntur, nec hi, qui a latere principis, pro eccleſiæ ipſius ſeruitio laborare videntur; (3) Exiſtentia a latere epiſcopi.

tur; adeoque vix eſt, vt hoc iuris canonici inſtitutum ad eos, qui ſunt *a latere principis*, applicari poſſit.

Vel etiam principis.

§. LIII. Sed res ſalua eſt. *Eccleſiæ ſeruitium*, quod in curiis epiſcoporum peragitur, magis eſt *ſeruitium publicum*, reipublicæ proprium, et ad ſtatum publicum conſeruandum dirigendumque deſtinatum. Notum eſt, quod tota diœceſis, et iura eiusdem publica *eccleſiæ* abuſiue adſcribi ſoleant; quod ſi itaque hoc eccleſiæ inuolucrum reipublicæ ſubtrahimus, eamque ex ſua facie genuina æſtimamus, reuera ipſe ſtatus publicus eiusque iura ad hoc ſeruitium referri debent. Idem ſeruitium præſtant noſtri canonici, qui ſunt in aulis, et a latere principum: præſto eis ſunt in capeſſendis conſiliis, et omnes neruos in reipublicæ procurationem intendunt. Cur ergo eadem non eſſent mactandi immunitate? Non recurro hic ad illud argumentum, ſæpe iam repudiatum, principes in ſuis territoriis *epiſcopatum* gerere, et vi huius ſcita iuris canonici ad obuenientes caſus applicari poſſe. Hæc ſunt ἀπεροδιόνυσα, et in tam aperta veritatis luce tandem dediſcenda. Nec hanc exemtionem reſtringendam eſſe cenſeo ad *duos* canonicos, quod pontificii ex *c. 15. cit.* inferunt; neque enim hoc vniuerſale eſſe, reſcriptum ALEXANDRI III. *in c. 7. h. t.* docet, quod *indefinite* loquitur. Quicquid ſit, non ita adſtringimur canonicis ſtatutis, vt principi interdictum eſſe debeat, plures canonicos a latere ſuo habere. Præſcribit pontifex legem epiſcopis, qui eius imperio ſubiecti ſunt: quoad hos numerum determinare potuit, dum ipſe pontifex interim pro lubitu tot canonicos aliosque clericos, ſaluis eorum reditibus, in ſuo ſeruitio habere poteſt, quod vult. An ergo minus libertatis principi proteſtanti quam pontifici tribuendus? Num principes noſtri in ſortem epiſcoporum *ſubordinatorum* ſunt redigendi, vt numerus hic determinatus canonicis, a latere principis viuentibus, applicari debeat? Neminem vnquam facile tam peruerſe philoſophaturum eſſe arbitror.

Maxime ſi reſcripto principis canonici ſunt muniti.

§. LIV. Maioris tamen ſecuritatis gratia reſcriptum ſuper hoc *beneficio a latere* impetrari ſolet. Tale anno 1698. impetrauit F. W. de K. huius tenoris: Nachdem Se. Churfürſtl. Durchl. zu Brandenburg, unſer gnädigſter Herr, F. W. v. K. zu Dero Dienſten gnädigſt zu emploiren geſonnen, als haben Sie denſelben Kraft Dero Landes-herrlichen Macht, und ihren zuſtehenden iuris epiſcopalis von der Reſidentz, ſo er wegen ſeiner, bey dem Dom-Capitul zu Halberſtadt habenden præbende iuxta ſtatuta et conſuetudines capituli alle Jahr zu halten ſchuldig iſt, hiemit in Gnaden befreyet, dergeſtalt, daß ihm

ihm seine absenz an künftiger perception seiner præbende keinesweges nachtheilig oder hinderlich seyn, sondern ihm der Genuß derselben, als wenn er die Residentz allemal würcklich gehalten, verstattet, und ohnweigerlich gereichet werden soll, allermassen das Halberstädtische Dom-Capitul sich darnach gehorsamst zu achten, die dortige Regierung auch ihn bey solcher erhaltenen exemtion und beneficio a latere gebührend zu schützen. Uhrkundlich unter Sr. Churfürstl. Durchl. eigenhändiger Unterschrift und aufgedrückten Gnaden-Siegel. Gegeben zu Cöln an der Spree, den 2. Mart. 1689.

Friedrich.

§. LV. Neque vero dispensandi licentia ad *beneficium a latere* est restringendum, sed (IV) etiam *ex aliis iustis* a *principe* canonicis vel *ad certum tempus* vel *in totum* residentia relaxari potest. Fluit hoc ipsum ex iure principis sublimi circa capitula eiusque statuta, supra *lib. I. tit. XX. §. 8.* plenius asserto. Suppossui tamen *iustam causam*: obstringuntur enim canonici iuramento ad statuta seruanda, quæ etiam *residentiam* iniungunt. Contra hoc non facile, nec sine *iusta causa* dispensatio suscipienda, nec a canonico temere petenda. Qui eam contra suum iuramentum petit, sine causa vrgente, omnino contra suum agit iuramentum, et *per indirectum* se a vinculo liberat, quod sancte per fidem iuratam promiserat. Tutius omnino agit, qui simul *consensum capituli* impetrat: huic iurauit, et huius quoque est, consensu principis præcedente, tale iuramentum fratri remittere. Aliquando tamen ipsum quoque capitulum restringitur, vt residentiam remittere nequeat, si statutis capituli hæc facultas ipsa prorsus est ademta. Apud AVBERTVM MIRAEVM *lib. I. donat. Belgic. c. 127.* occurrit diploma *de anno 1303.* quo hæc prohibitio conceptis continetur verbis: *Nec poterit, nec debebit capitulum ipsum alicui non residenti canonico gratiam facere vltra dictos XX. solidos.*

(4) Specialiter impetrata venia a principe.

§. LVI. Residentia ergo *regulariter* officio canonici inest, nec omitti potest. Quid ergo iuris, si statutum determinat, vt *quidam tantum* resideant, reliqui autem a residentia excludantur, an tale statutum valet? De valore eius dubitat BRVNNEMANNVS *cons. 66. n. 8.* ex his rationibus: (1) quod residentia omnibus canonicis præscripta sit: (2) quod tale statutum cum fine ecclesiarum cathedralium et collegia-

An valeat statutum, canonicos quosdam a residentia excludens?

Digitized by Google

giatarum pugnet, qui eſt, vt canonici diuina officia peragant, et communi eccleſiæ ſaluti inuigilent: (3) quod ſtatuta, quæ prorſus reſidentiam remittunt, ſint nulla, teſtibus WAMESIO *conſ iur. can. 207. n. 6. ſqq.* et PHILIPPO FRANC. *in c. 1. verſ. ſtatuimus de cleric. non reſid. in 6. n. 4.* (4) quod intentioni primorum fundatorum contrarientur, et (5) quod nec principum confirmatio tali ſtatuto, quod nullum eſt, robur addere poſſit. Equidem non nego, talia ſtatuta eſſe maxime incommoda, imo penitus reprobanda, ſi ſtatus canonicorum primæuus ſupereſſet, ſi rem diuinam per ſe facerent, ſi reſidentia eorum in plerisque capitulis efficax, non vero otioſa et ſuperficiaria eſſet. Aſt rebus vbique ita mutatis, vt reſidentia hodie tantum *nomine*, non *re ipſa*, et fere vnice propter reditus reſeruata ſit, vix eſt, vt tali ſtatuto omnis effectus iuris ſubtrahi adimique poſſit. Sunt adducta argumenta omnia ita comparata, vt ad reſidentiam paucarum hebdomadum, et modum eius ſatis notorium applicari non poſſint. Imo tali ſtatuto non excluduntur prorſus canonici a reſidentia: poſſunt, ſi volunt, intereſſe ſacris; ab *effectu* eius *tantum* excluduntur, vt reſidentia eis non profit ad reditus percipiendos. Dantur capitula, vbi octo tantum capitulares ad plenam redituum perceptionem admittuntur, ceteri modico contenti eſſe iubentur, et tamen ad reſidentiam adhuc obligantur, ne *ſpem aſcendendi* amittant. Subleuantur ergo hoc onere vmbratili reſidendi, quibus præterea denegatur reſidentia, donec tandem ordo eos ad illam cum iure percipiendi fructus vocauerit.

Effectus reſidentiæ hodie eſt perceptio redituum eccleſiaſticorum.

§. LVII. *Effectus* reſidentiæ primarius eſt *perceptio redituum eccleſiaſticorum.* Propter hos vnice proh dolor! *reſidentia* inſtituitur, non primario propter rem diuinam, quæ canonicis primario, et ex primo inſtituto incumbebat. Iam in *concilio Agathenſi c. 36.* ſtatutum erat: *Clerici etiam omnes, qui eccleſiæ fideliter vigilanterque deſeruiunt, ſtipendia, ſanctis laboribus debita, ſecundum ſeruitii ſui meritum vel ordinationem canonum a ſacerdotibus*, h. e. epiſcopis, *conſequantur.* Equidem olim monuit AVGVSTINVS, dari ſtipendia clericis, *non vt pro iſtis DEO ſeruiatur, c. 17. C. 12. q. 1.* verum hodie reuera ſcena mutata eſt. Scilicet hæc ſtipendia ab initio *parce* dabantur, nec eo tempore vſitatum erat, primario *lucri gratia* rem diuinam facere. Poſtquam ſuperfluis reditibus eccleſiæ abundare cœperunt, plerique clericatum ambierunt propter reditus, et hic ambitus prorſus faciem eccleſiæ adeo deturpauit, vt tot deinceps iura nata ſint circa *beneficia eccleſiaſtica*, imo plerique interpretes hodie ſolliciti potiſſimum ſint circa *rem beneficiariam.* Sicuti vero re-

Digitized by Google

reſidentia tam pinguem habet effectum; ita *neglectus* eius punitur *ſubtractione reddituum*, *c. 16. X. h. t.* de qua *concil. Trident. ſeſſ. XXIV. de reform. c. 12.* hæc edixit: *Præterea obtinentibus in eisdem cathedralibus aut collegiatis dignitates, canonicatus, præbendas aut portiones, non liceat vigore cuiuslibet ſtatuti aut conſuetudinis vltra tres menſes ab eisdem eccleſiis quolibet anno abeſſe - - alioquin primo anno priuetur vnusquisque dimidia parte fructuum, quos ratione etiam præbendæ ac reſidentiæ fecit ſuos: quodſi iterum eadem vſus fuerit negligentia, priuetur omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit: creſcente vero contumacia, contra eos iuxta ſacrorum canonum conſtitutiones procedatur*, quæ tandem pœnam remotionis decernunt. *c. 2. 4. 6. 8. 9. 10. X. h. t.* Hodie in capitulis proteſtantium fere eodem proceditur modo, vt, qui reſidentiam negligunt, ordinarios reditus non percipiant, ſed modico contenti eſſe iubeantur. Sic in eccleſia Magdeburgenſi collegiata S. Sebaſtiani reſidentiam omittentes reditus beneficii ordinarios non percipiunt, ſed *corpore*, vt vocant, quod modicum eſt, contenti eſſe iubentur, quæ omnia ſpeciatim ſtatutis capitulorum determinantur.

TITVLVS V.

DE

PRAEBENDIS ET DIGNITATIBVS.

§. I.

Connexionis et methodi huius tituli ratio.

Reſidentiæ primarium effectum eſſe *perceptionem reddituum eccleſiaſticorum*, inſtar *ſalarii* clericis aſſignatorum, iam *titulo præced. in f.* obſeruaui. *Præbendarum* et *beneficiorum* nomen his ipſis ſequioribus ſeculis inditum eſt, quorum iura infinita ſunt, ex tot concertationibus nata, quæ circa reditus eccleſiaſticos per plura ſecula emerſerunt. Et quia propter hos reditus ex peruerſa praxi primario reſidentia ſancte et anxie ſeruatur, congruum compilatori viſum fuit, effectum eius primarium ſtatim ſubnectere. Sunt vero hæc beneficia varia,

Digitized by Google

ria, pro diuerſo eccleſiarum ſtatu; primaria tamen ſunt, quæ in eccleſiis *cathedralibus* et *collegiatis* ſunt erecta, de quibus etiam *h. t.* principaliter agitur. In his quædam *dignitatem* annexam habent, quædam non, et quemadmodum illa pinguiora ſunt, ita ſpecialior tractatio, indice rubrica, de illis ſuſcipi debuit. Magna hinc materiarum farrago ſeſe mihi offert, *hoc titulo* excutienda, quæ hoc ordine commode digeri poſſe videtur. Ante omnia (I) inueſtiganda *bonorum eccleſiaſticorum origo*, primæua ratio, et adminiſtratio, adiectis abuſu et peruerſis eorum appellationibus: cui (II) ſubiungenda eſt eorum *diſpenſatio*, oſtendendumque, qua ratione primitus clerici inde ſuſtentati. Poſt hæc (III) venæ *beneficiorum prabendarum*que aperiendæ, eorumque indoles genuina ex antiquo *feudorum* ſtatu illuſtranda; et ſpeciatim (IV) ratio eorum in eccleſiis *cathedralibus* et *collegiatis* enucleanda: quin etiam (V) eccleſiarum parochialium aliarumque *reditus*, clericis aſſignati, non prætereundi. Adiicienda præterea ſunt (VI) ad ductum *huius tituli* beneficiorum *accidentia* varia, quæ *vnionem*, *dismembrationem*, *prohibitam multiplicationem*, *annum gratiæ* et *deſeruitum* reſpiciunt.

Series capitum hoc titulo tractandorum.

(I.)

De origine bonorum eccleſiaſticorum, eorumque primæua ratione et adminiſtratione.

Status bonorum eccleſiaſticorum ſub apoſtolis.

§. II. In primo *huius tituli* membro conſideranda eſt *bonorum eccleſiaſticorum origo, primæua ratio et adminiſtratio*, de qua in *iure parochiali ſect. VI.* pauca quidem attigi; quia tamen magis de *adminiſtratione bonorum parochialium hodierna* ibi ſollicitus fui, illam non adeo hic repetam, eo tantum traditurus, quæ ad exornandam doctrinam de *beneficiis eccleſiaſticis* ex intima antiquitate facere poſſunt. Nulla eſt ſocietas et vniuerſitas, cui non ſint onera ferenda, quæ absque bonis et reditibus præſtari nequeunt. Prima fidelium vniuerſitas eo magis bonis indigebat, quod ſanctiſſimo puroque amore conglutinata, et ad miſericordiam et dilectionem ſinceram, oppreſſis et indigentibus impendendam, per doctrinam Saluatoris imbuta eſſet, quæ bonorum copiam deſiderabat.

Neceſſaria erant ad alendos pauperes.

§. III. Illa animorum intima et puriſſima vnio *communionem quandam bonorum* Hieroſolymis operabatur, *Act. II, 44. c. IV 32.* hoc effectu, vt ditiores bona ſua in ſuſtentationem eorum, qui indigebant, promtiſſime conferrent, et pretium, ex bonis diuenditis redactum, ad apoſtolos deferrent. *Act. IV, 34. 35.* Diſtribuebant hi ſingulis, prout cui-

Digitized by Google

euique opus erat. *Act. II, 45. c. IV, 35.* *Salaria* certa vel ſibi vel aliis, in verbo diuino laborantibus, non conſtituebant, adeo vt apoſtoli potius indigerent, quam pauperibus has oblationes prærripere mallent, vel etiam laboribus ſuis manualibus victum ſibi quærerent, quamuis *iure ſuo* ſuſtentationem ſuam ab eccleſiis poſtulare potuiſſent, vt pluribus argumentis euincit PAVLVS *1 Cor. IX, 7. ſqq.* Idem apoſtolus eccleſiæ Epheſinæ ob oculos ponit, ſe nunquam ab ea aurum, argentum ſimilemue ſupellectilem deſideraſſe. *Act. XX, 33.* Corinthiis in memoriam reuocat, ſe nequidem in caſu indigentiæ vlli grauem fuiſſe. *2 Cor. IX, 8. 9.* Aliis ſimiliter hæc eadem proponit, docetque, ſe manu victum quæſiuiſſe, grauiſſime cum omnium rerum indigentia colluctaſſe, ne noctu quidem a laboribus et operis vacaſſe, quo nemini moleſtiam exhiberet, aut quid oneris eccleſiæ, quæ et ipſa ſæpe duro inopiæ telo conflictabatur, imponeret. *Act. XX, 34. 1 Cor. IV, 11. 12. 1 Theſſ. II, 9. 2 Theſſ. III, 7. 8.* Non hæc gloriolæ alicuius captandæ gratia adfert; id vnice intendit, ne ceteri quoque amoris cauſa iure ſuo vtantur, ſed potius curam vel ſollicitudinem ſuam aut æquent, aut vincant, nihilque turpis quæſtus gratia in grege Chriſti paſcendo audeant ſuſcipiantue. *2 Theſſ. III, 7. 8. 1 Petr. V, 2. Tit. I, 11. 1 Tim. VI, 5.*

non ad ſalaria apoſtolis aut presbyteris conſtituenda.

§. IV. Hæc omnia eorum inopiæ leuandæ, qui vere indigebant, gratia fiebant, quorum curam primum apoſtoli, deinceps ſeptemuiri, ad hoc electi, gerebant. *Act. IV, 35. c. VI, 1. ſqq.* Hæc ſollicitudo erat illa *διακονία τῶν τραπεζῶν*, *miniſterium menſarum*, cuius mentio *Act. VI, 2.* iniicitur. Falluntur, meo iudicio, qui arbitrantur, in primitiua ſub apoſtolis eccleſia, duplicem menſam inſtructam fuiſſe, alteram *ſacram* in vſum agaparum et poſtcœnii, alteram *profanam*, in pauperum ſuſtentationem. Illam antiquitates memorant, hanc ignorant, quin potius oſtendunt, pecuniam oblatam in pauperes diſtributam fuiſſe, vt menſas ſuas inde inſtruere poſſent. *Act. II, 45. c. IV, 35.* Aliud omnino eſt, pecuniam in pauperes diſtribuere, aliud menſas ſeorſim ad alendos indigentes inſtruere: illud facili negotio fieri poterat, hoc non in tanta indigentium copia. Nec *agaparum* exemplum in medium proferas: has quilibet paterfamilias, ritu iudaico, intra priuatos parietes inſtruebat, iuſto accito ſodalitio, *Act. II, 46.* in quo nihil erat negotii.

Cura apoſtolica pro alimentis pauperum; cuius ratio ſpecialis traditur.

§. V. Tanta vero animi alacritate fideles bene peculati bona ſua vendebant, pecuniamque offerebant, vt imago quædam *communionis bonorum* inde naſceretur; *Act. II, 44. ſq. c. IV, 32.* nemo tamen ad has oblationes cogebatur: infucato et ſpontaneo ſpiritu fiebant, *Act. V, 4.* nec

Oblationes a fidelibus ſponte fiebant,

Digitized by Google

talis imago communionis aliis ecclesiis per modum *legis* obtrudebatur, quod varia rerum argumenta docent. *1 Cor. VI, 34. XI, 21. Eph. IV, 28. Phil. IV, 15. 2 Cor. XI, 8. 1 Tim. VI, 17. sqq. Hebr. XIII, 2. 1 Petr. IV, 9.* Sufficiebant oblationes fidelium, salua patrimonii proprietate: has vnice apostoli vrgebant, imo nonnunquam exigebant in aliarum ecclesiarum, quæ indigebant, leuamen. Fideles in Achaia et Macedonia collectas sponte faciebant in sustentationem pauperum, qui Hierosolymis erant, ministerio PAVLI; *Rom. XV, 25. sqq. Act. XII, 35. XXIV, 17. Gal. II, 10.* Hic sedulo adhortabatur fideles, ne curam pauperum deponerent, *Rom. XII, 13.* sed vt prima die sabbatorum, h. e. *die solis*, quo solennes christianorum conuentus fiebant, pro lubitu in vsus pauperum oblationes facerent, *1 Cor. XVI, 2.* quod vberrime Corinthiis commendat, et præterea promtitudinem eorum laudat. *2 Cor. IX.* Simul tamen præcauebat, ne præter necessitatem ecclesiæ grauarentur, si personæ miserabiles aliunde sustentari possent; *1 Tim. V, 16.* quod indicium præbet, ne quidem clericos ex penu ecclesiæ aliquid accepisse, nisi quatenus ipsimet egerent.

Nec vera vbique erat communio bonorum.

§. VI. Interim omnium fidelium, in varias ecclesias particulares dispersorum, vnum corpus esse existimabant; non corradebant diuitias, quibus superbirent opulentiores, quin potius indigentibus succurrebant. Hæc praxis apostolica, eaque vere pia, erat: hanc etiam seruauit adhuc seculo II. ecclesia Romana, teste DIONYSIO, Corinthiorum episcopo, *in epistola ad Romanos* apud EVSEBIVM *lib. IV. c. 23.* ita scribente: *Hæc vobis consuetudo est iam inde ab ipso religionis initio, vt fratres omnes vario beneficiorum genere afficiatis, et ecclesiis quamplurimis, quæ in singulis vrbibus constitutæ sunt, necessaria vitæ subsidia transmittatis. Et hac ratione tam egentium inopiam subleuatis, tum fratribus, qui in metallis operas faciunt, necessaria suppeditatis: per hæc, quæ ab initio transmittere consueuistis munera, morem institutumque Romanorum a maioribus vestris acceptum Romani retinentes. Atque hunc morem beatus episcopus vester Soter non seruauit solum, verum etiam adauxit: tum munera sanctis destinata copiose subministrans, tum fratres peregre aduenientes, tanquam liberos suos pater amantissimus beatis sermonibus consolando.* Hæc praxis adeo hodie est incognita et inusitata, vt ecclesiæ ditiores potius munera accipiant, quam erogent, potius cogitent de bonis corradendis, quam vndique in pauperes dispensandis. Nec Romana amplius pristino et integro viuit more: non transmittit amplius necessaria vitæ subsidia, sed illi abunde vndequaque ea transmittuntur.

Ecclesiæ opulentiores indigentioribus succurrebant.

§. VII.

Digitized by Google

§. VII. Ab *oblationis* itaque et eleemosynarum spontanee oblatarum collectionibus repetendi sunt *natales* bonorum ecclesiasticorum; simulque inde de *qualitatibus* eorum constat. Erat ecclesia *vniuersitas* quædam, et sic, quæ colligebantur, non poterant non esse *in patrimonio vniuersitatis*. Finis harum collectarum primarius erat *pauperum et indigentium sustentatio*, non idem, qui in republ. iudaica sacrificiorum oblatorum et sacerdotum gratia intendebatur, a quo CORVINVS *tr. de person. et benef. eccl. P. II. lib. I. tit. 1. n. 2. sqq.* male beneficiorum petit originem. Fiebant, vt ratio *vniuersitatum* postulat, *oblationes* a fidelibus ad necessitates communes, imprimis vero (1) *ad agapas et eucharistiam*, teste IVSTINO *apol. II in f.* aiente: *Deinde ei, qui fratribus præest, offertur panis et poculum aquæ et vini.* Ad agapas similiter tales collationes factas fuisse, ex *1 Cor. XI, 19.* liquet, et HIERONYMVS *homil. XXVII. ad cit. tx.* quoque confirmat, referens, christianos statis diebus mensas communes feciſſe, *diuitibus quidem cibum afferentibus, pauperibus autem, qui nihil habebant, etiam vocatis.* Non erant hæ oblationes *sacrificia*, vt iuris canonici doctores putant, sed simplex et nuda eorum collatio, quæ ex *natura societatis* ad alium plane fiebat finem. Sed de his oblationibus infra *tit. XXX.* opportunior agendi locus erit. (2) Fiebant quoque *oblationes* seu *collationes pauperum* et *indigentium gratia*, maxime sacris die dominico peractis. Ita rursus IVSTINVS *cit l. Qui copiosiores sunt, et volunt, pro arbitrio quisque suo, quod visum est, contribuunt, et quod ita colligitur, apud præpositum deponitur. Atque ille inde opitulatur pupillis et viduis, et his, qui propter morbum aut aliquam aliam causam egent, quique in vinculis sunt, et peregre aduenientibus hospitibus.* Nisi me omnia fallunt, de vtraque oblatione intelligendus est CYPRIANVS *de oper. et eleemos. p. m. 203. edit. Oxon. Locuples et diues es, et dominicum* (diem) *celebrare te credis, qua corbonam omnino non respicis*, (cum tamen more antiquo die dominico collectæ fierent) *quæ in dominicum* (h. e. in ecclesiam) *sine sacrificio venis*, (sine oblationibus ad agapas et eucharistiam) *quæ partem de sacrificio, quod pauper obtulit, sumis.* Omnibus enim, qui aderant, teste IVSTINO, diuidebatur panis et vinum, et absentibus mittebatur. Hic simplicissimus sensus est, antiquitati congruus, quem alii ex præconceptis suis opinionibus mirifice torquent. vid. ALBASPINAEVS *lib. I. de veter. eccles. ritibus obs.* Paulo post addit idem CYPRIANVS: *Vniuersa, quæ dantur, pupillis et viduis conferuntur*, quod potissimum de altera *oblationum* specie accipiendum est.

Quæ offerebantur, erant in patrimonio ecclesiæ, h. e. vniuersitatis.

Fiebant (1) ad agapas instruendas.

(2) Pauperum gratia.

Digitized by Google

Immobilia deficiebant.

§. VIII. His *oblationibus* patrimonium ecclesiarum constabat, non immobilibus, censibus, decimis, aliisque reditibus, multo minus iuribus stolæ. Exempla apostolorum adhuc sequebantur, qui vendebant bona in commune collata, vel etiam ipsi possessores bonorum suorum distractorum pretia offerebant. Admodum lepide de hoc pristino more philosophatur PSEVDO-ISIDORVS sub nomine MELCHIADIS papæ, apud BLONDELLVM *in Pseudo-Isidor. p. 422. sq.* et, *Futuram*, ait, *ecclesiam in gentibus apostoli præuidebant, maximeque, quia Dominus illis prædixerat: euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium; vel quia expellendos se nouerant a Iudæa, et in gentibus dispergendos, ecclesiamque congregandam ex rudi populo: idcirco prædia in Iudæa minime sunt adepti, sed pretia tantummodo ad fouendos egentes.* Retulit hunc locum GRATIANVS in *c. 15. C. 12. q. 1.* sed quia forsan ieiunam philosophiam PSEVDO-MELCHIADIS animaduertebat, eum truncauit, rationemque adductam omisit. Status ecclesiarum integer non desiderabat præcise *bonorum immobilium* possessiones: eleemosynæ collectæ huic sufficiebant, imo et persecutionum æstus intercedebat, ne de acquirendis bonis immobilibus cogitare possent, quæ alii seculo III, quo iam auaritiæ pruritus prorupit in quibusdam ecclesiis, teste CYPRIANO *de lapsis*, sine dubio non respuissent. Imo, quod peius est, iam hinc inde episcopatus in principatum degenerare videbantur, vt collectæ christianis per *modum tributi* imponerentur, quæ sponte offerri debebant. Testis est TERTVLLIANVS *de persec. in fuga c. XIII. et XIV.* aiens: *Massaliter totæ ecclesiæ tributum sibi irrogauerunt*, h. e. interprete RIGALTIO: serie capitum iuncta massam fecere vectigalium christianorum. Post pauca pergit SEPTIMIVS: *Hanc episcopatui formam apostoli prouidentius condiderunt, vt regno suo securi frui possent, sub obtentu procurandi. - - - Sed quomodo colligemus, inquis, quomodo dominica solennia celebrabimus? Vtique quomodo apostoli, fide, non præmio tuti.* Sermo est SEPTIMIO de quibusdam episcopis, qui, vt libertatem coeundi a gentilibus redimerent, *tributum* exigebant a fidelibus, quod merito reprobat.

Interim seculo tertio hinc inde per modum tributi oblationes imponebantur.

Sufficiebat arca communis adhuc in plerisque ecclesiis,

§. IX. *Voluntariæ* vtique debebant esse *oblationes*, quæ in hoc seculo in plerisque ecclesiis adhuc obtinebant: hæ sufficiebant pro alendis pauperibus, hæc ecclesiarum vnica et primaria sollicitudo et cura erat. Iura horum redituum et collectarum *voluntariarum* vnice in *arca communi* subsistebant, quam administrabant episcopi pro conscientia sua. Quod colligebatur, deponebatur apud præpositum, cui distri-

distributio erat concredita, teste IVSTINO martyre *apol. II. in f.* Expressius TERTVLLIANVS in *apol. c. 39. Etiam si quod arcæ genus est, non de honoraria summa quasi redemtæ religionis congregatur*, h. e. interprete RIGALTIO, in nostris conuentibus congregatur summa, quæ non sit tamen dehonestamento religioni, nec ideo venalis aut redemta dici debet religio nostra, quod gentiles forsan christianis obiiciebant. Pergit TERTVLLIANVS: *modicam vnusquisque stipem menstrua die, vel cum velit; et si modo VELIT, et si modo POSSIT, apponit: nam nemo compellitur, sed sponte confert. Hæc quasi depositæ pietatis sunt. Nam inde non epulis, non potaculis nec ingratis voratrinis dispensatur, sed egenis alendis humandisque, et pueris ac puellis, re ac parentibus destitutis, iamque domesticis senibus, item naufragis, et si qui in metallis, et si qui in insulis vel in custodiis, duntaxat ex causa Dei sectæ, alumni confessionis suæ fluunt.* De clericorum *salariis et præbendis* nihil addit SEPTIMIVS, nec enim horum gratia colligebantur pecuniæ, nisi quatenus omnium rerum inopia premebantur, quia eo casu vt egenis, non vt ecclesiæ ministris, stipendia illis, pro arbitrio episcoporum, dabantur. Sub huius cura erat dispensatio oblationum et arcæ communis administratio, quod a prima presbyterorum institutione petendum esse, dixi in *dissert. iur. eccles. antiq. ad Plinium Secund. diss. VI. §. 20. seqq.*

De salariis clericorum certis non cogitabatur.

(II.)

De corrupto bonorum ecclesiasticorum statu et indole.

§. X. Integrior erat ecclesia sub hoc statu, quam eo, quo multis abundare cœpit bonis. Hoc sub CONSTANTINO M. factum esse, antiquitates memorant, quo ecclesia non tantum *tuta* a gentilium persecutionibus, sed et *honorata* facta est. Ambitio, principatus, et auaritia, mala passim emergentia, bonorum copiam desiderabant, nec hæc deesse poterat, superstitione longe lateque iam emanante et serpente. Obseruat hoc ipsum PSEVDO-MELCHIADES apud BLONDELLVM in *Pseudo-Isidoro p. 422.* quod etiam repetit GRATIANVS *c. 15. C. 12. q. 1.* *At vero*, ait, *cum inter turbines et aduersa mundi succresceret ecclesia, eo vsque peruenit, vt non solum gentes, sed etiam Romani principes, qui pene totius orbis monarchiam tenebant, ad fidem Christi et baptismi sacramenta concurrerent. E quibus religiosissimus Constantinus primus fidem veritatis potenter adeptus, licentiam dedit per vniuersum orbem,*

Aucta bona ecclesiastica sub Constantino, non sine ecclesiæ ruina.

sub

ſub ſuo degentes imperio fieri chriſtianos, ſed etiam fabricare eccleſias, et prædia tribuere poſſe conſtituit. Denique idem præfatus princeps donaria immenſa contulit etc. Poſt pauca pergit: *Ab illo etenim tempore et deinceps, viri religioſiſſimi non ſolum poſſeſſiones et prædia, quæ poſſederant, ſed etiam ſemet ipſos Domino conſecrarunt.* Tandem poſt pauca addit: *Denique reges et præſides, ac magiſtratus non ſolum hanc licentiam tribuere, ſed etiam propria largiti ſunt per vniuerſa regna terrarum, vnde alerentur egentes, qui nihilum in mundo poſſidebant, eccleſiæque DEI fabricarentur atque reſtaurarentur, Deoque et eccleſiæ eius rite famulantibus, ſeruisque illius ſupplementa (vt absque neceſſitate eſſent) tribuerentur.* Magis vera narrat impoſtor ſub nomine MELCHIADIS, quam vbi perſonam VRBANI, qui *anno 226.* ſedit, induit. Hunc enim impoſtor apud BLONDELLVM *in Pſeudo-Iſidoro p. 266.* ita ſcribentem inducit: *Videntes ergo ſacerdotes ſummi et alii, atque leuitæ et reliqui fideles, plus vtilitatis poſſe afferre, ſi hereditates et agros, quos vendebant, eccleſiis, quibus præſidebant epiſcopi, traderent, eo quod ex ſumtibus eorum, tam præſentibus quam futuris temporibus, plurima et elegantiora poſſent miniſtrare fidelibus, communem fidem ducentibus, quam ex pretio eorum; cœperunt prædia et agros, quos vendere ſolebant, matricibus eccleſiis tradere, et ſumtibus eorum viuere. Ipſæ vero res in ditione ſingularum parochiarum, epiſcoporum, qui locum tenent apoſtolorum, erant, et ſunt vsque adhuc, et futuris ſemper debent eſſe temporibus. E quibus epiſcopi et fideles diſpenſatores eorum, omnibus communem vitam degere volentibus, miniſtrare cuncta neceſſaria debent, prout melius potuerint, vt nemo in eis egens reperiatur. Ipſæ enim res fidelium oblationes appellantur, quia Domino offeruntur.* Decreto etiam ſuo hunc locum inſeruit GRATIANVS *c. 16. C. 12. q. 1.* non conſiderans, hanc narrationem, vel potius impoſturam, traditioni, quam *c. 15. ibid.* adduxit, prorſus aduerſari.

Hinc plura iura circa bona eccleſiaſtica pedetentim nata. Oblationes imperatæ,

§. XI. Tot poſſeſſionibus et prædiis auctо eccleſiarum patrimonio, varia circa illud enata ſunt iura, antiqua facies rerum mutata, et conciliis plura noua ſuperaddita. Plures præterea modi acquirendi excogitati ſunt, ratione *decimarum* et *primitiarum*, ſacerdotio veteris teſtamenti cum omni apparatu in chriſtianismum translato. Non amplius oblationes *ſpontaneæ* erant: imperabantur *lege eccleſiaſtica*, et quidem tam ſtricte, vt nec monachi pauperes excuſarentur. Teſtis eſt HIERONYMVS *in epiſt. ad Heliodor. de vita eremit.* ſcribens: *Alia monachorum eſt cauſa, alia clericorum. Clerici paſcunt oues, ego paſcor. Illi de altari viuunt, mihi quaſi infructuoſæ arbori ſecuris ponitur ad radicem,*

Digitized by Google

cem, ſi munus ad altare non defero. Nec poſſum obtendere paupertatem, cum in euangelio anum viduam, duo, quæ ſola ſupererant, æra mittentem, laudauerit Domimus. De *conſeruatione bonorum immobilium* potiſſimum leges eccleſiaſticæ ſollicitæ fuere, præcauentes, ne, more antiquo, venderentur, et pretia eorum diſtribuerentur. Ita quod olim iuſtum, licitum et pium erat, iam iniuſtum, illicitum, impium et abominabile reputatur, vt fere dicere poſſes, nouos clericorum mores, a priſtina ſinceritate recedentes, noua et inſolita iura produxiſſe. Solæ *oblationes*, quæ vberrimæ et creberrimæ, in plerisque locis factæ erant, more antiquo diſtribuebantur, non amplius tamen inter ſolos *pauperes*, ſed potiſſimum inter *clericos*. Alienatio immobilium prohibita.

§. XII. His omnibus attemperanda erat *doctrina*. Docendum, peccatorum remiſſionem hisce *oblationibus* aliisque bonis, eccleſiis, monaſteriisque donatis, obtineri, imo *meritum* aliquod impetrari poſſe. Hinc tot donationes, teſtamenta, pacta, aliæue conuentiones *pro ſalute animæ, pro redemtione animæ, in remedium ſalutis æternæ*, prout formulæ antiquæ in diplomatibus paſſim loquuntur, notatæ a MARTINO SCHOOCKIO *de bonis eccleſ. ſect. I. c.* 7. Iam SALVIANVS *lib. I. aduarit.* ad *oblationes* bonorum faciendas grauiſſimos inducebat peccatores, auaros, ſceleratos: *Offerat ergo vel moriens*, inquit, *ad liberandam de perennibus pœnis animam ſuam, quia aliud iam non poteſt, ſaltim ſubſtantiam ſuam; ſed offerat tamen cum compunctione, cum lacrymis; offerat cum dolore, cum luctu. Aliter quippe oblata non proſunt: quia non pretio ſed affectu placent.* Poſt pauca tamen adhuc prudenter quandam moderationem, ab incautis poſthac non ſemper obſeruatam, addit, et, *itaque cum offert*, pergit, *DEO quispiam facultates ſuas, non offerat quaſi præſumtione donantis, ſed quaſi humilitate ſoluentis; nec abſoluere ſe peccata ſua credat, ſed allenare; nec offerat cum redemtionis fiducia, ſed cum placationis officio, ne quaſi totum debitum reddens, ſed quaſi vel paruum de magno reddere cupiens: quia, etiamſi tradat, quod habet pro modo rerum, non reddit, quod debet pro magnitudine peccatorum.* In ſequentibus in eo eſt, vt inducat ditiores, ad totum offerendum, quod habent. *Sed dicit aliquis: totum ergo DEO oblaturus eſt, quod habet? Non offerat totum, quod habet, ſi non putat, ſe debere totum, quod habet.* Quis vero eo tempore ſe pro reatu ſuo totum non debere credidit? maxime cum publica inculcaretur credulis doctrina: *talia DEO offerri.* Ait SALVIANVS, ita offerenda eſſe bona, vt offerens *plus ſibi in his, QVAE DEO RELINQVIT, præſtari æſtimet, quam in illis, quæ prius habuit.* Doctrina attemperata ad bona eccleſiis acquirenda, pro redemtione animæ, quod ex Salviano declaratur plenius.

Digitized by Google

Quia hoc, quod habetur ab homine, temporarium eſt: quod autem DEO RELINQVITVR, ſempiternum. Quin etiam hæc doctrina iam ſerpere cœperat, *peccatorum menſuram oblatis compenſari.* Pergit IDEM: *Totum, inquit aliquis, oblaturus eſt? At ego dico, eſſe hoc totum parum. Quid enim iam ſcit aliquis, an peccatorum menſuram oblata compenſent? Iam ſcit aliquis, an tantum ſit in officio placationis, quantum eſt in offenſione diſcriminis? Si nouit quisquam hominum peccatorum, quanta redimere delicta poſſit, vtatur ſcientia ad redemtionem. Si vero neſcit, cur non tantum offerat, quantum poteſt? Vt, ſi compenſare peccata non valet pretii magnitudine, ſaltim mentis deuotione compenſet.* Huius farinæ dogmata iam ſeculo V. paſſim tradebantur, his incauti præceptis eruDiebantur, vt *pro redimenda anima* creberrimæ eſſent oblationes. Dicere poſſes, ex SALVIANI ludo, tanquam ex equo Troiano, innumeros exiiſſe diſcipulos, qui idem dogma non tantum propagarent, ſed etiam augerent, amplificarent, extenderent. Nimis fatigarem lectores legendo, ſi, quæ SALVIANVS *lib. II. adu. auarit.* tradit, excerpere et reguſtare vellem. Totus in eo eſt, vt etiam monachos, clericos, virgines velatas, et quoscunque pios variis argumentis inducat, *mortis deuotione eſſe redimendum, quicquid vitæ offenſione contraxerint. Quæ inſania eſt*, ait, *o miſerrimi, vt heredes alios quoscunque faciatis, vos ipſos vero exheredatis! vt alios relinquatis vel breui diuites, vos ipſos æterna mendicitate damnatis!* In eodem themate SALVIANVS *lib. III.* quoque pergit, et nouos floſculos inſolitos adfert, vt homines ad paupertatem flectat, et bona eccleſiis *in redemtionem animæ* dimittenda eſſe, doceat. *Sed eſto*, ait, *indulgeri parentibus poſſit, naturæ inſalubriter indulgentibus: quid? quod nonnulli filios non habentes, a reſpectu tamen ſalutis ſuæ et remedio peccatorum penitus auertunt? Ac licet ſemine ſanguinis ſui careant, quærunt tamen quoscunque alios, quibus ſubſtantiam propriæ facultatis addicant, id eſt, quibus vmbratile aliquod propinquitatis nomen inſcribant: quos ſibi quaſi adoptiuos imaginarii parentes filios faciant, et in locum eorum, quæ non ſunt pignorum, perfidia generante ſuccedant.*

Oſtenditur, in quo peccatum fuerit ab his, qui hanc doctrinam fouerunt.

§. XIII. Non tam impius ſum, vt aſſerere velim, pauperibus non eſſe benefaciendum: hoc officium vtique Saluator a quouis exigit: id vnice ago, vt oſtendam, SALVIANI doctrinam hic non ſubſiſtere, ſed plura immiſcere, quæ patrimonium eccleſiarum magis auxerunt, quam pauperibus proſpexerunt. Quid enim? bona eccleſiæ dicebantur *patrimonium pauperum:* quicquid eccleſiæ offerebatur, pauperibus oblatum

Digitized by Google

latum dicebatur, et quidem *in redemtionem animæ.* Illud etiam perſuaſiſſimum habeo, pauperibus eo tempore adhuc de reditibus eccleſiaſticis proſpectum eſſe, ſed non vnice. Erant bona ſub diſpoſitione epiſcopi: ille clero quoque neceſſaria inde ſuppeditabat, imo tractu temporis fere vnice illa ei addicebat, vt recte obſeruent eruditi, magis immenſum patrimonium eccleſiis nocuiſſe, quam profuiſſe. Add. SCHOOCKIVS *de bon. eccleſ. ſect. I. c. 10.* Aliorum patrum ſententias, quæ parum a SALVIANI doctrina recedunt, non recoquam, quas plena manu collegit THOMASSINVS *P. III. de vet. et nou. eccleſ. diſcipl. lib. I. c. 17.* quibus etiam *cap. ſq.* imperatorum conſtitutiones de teſtamentis, in *fauorem eccleſiæ et clericorum* conditis, adiungit, et *c. XIX. ſqq.* largitiones, donationesque regum, principum, et cæſarum addit. Noua inde exſtructa ſunt iura *in fauorem eccleſiæ*, infra explicanda, et ex ſuis fontibus eruenda; nata inde doctrina *de pia cauſa*, ſæpe plus *impietatis*, quam *pietatis* habens, et plura alia, infra enarranda.

(III.)

De inſolitis appellationibus, quæ bonis eccleſiaſticis per abuſum tribui cæperunt.

§. XIV. Ex hac doctrina *bona eccleſiaſtica* varia acceperunt *prædicata*, quæ non vbique a ſuperſtitione libera erant. Dicebantur (1) *patrimonium pauperum;* quæ appellatio tolerari potuit, quia, prout antea dictum, temporibus primitiuæ eccleſiæ oblationes fiebant vnice in *vſus pauperum.* His ſolis addicebantur, non aliis, atque hoc pium iuſtumque erat, quamdiu in *vſus pauperum*, qui tales vere erant, erogabantur. Sed antiquitates docent, clericos *nomen* quidem hoc, ſed non *rem* retinuiſſe. Huiusmodi appellationes adhuc in iure canonico paſſim obviæ ſunt, vid. *c. 28. C. 12. q. 1. c. 24. C. 12. q. 2. c. 59. c. 66. C. 16. q. 1. c. 2. X. de reb. eccleſ. non alien.* AMBROSIVS *epiſt. 31.* aperte dixit, *poſſeſſiones eccleſiæ eſſe ſumtus egenorum.* IVLIANVS POMERIVS *lib. II. de vita contempl. c. 9. nihil aliud eſſe res eccleſiæ*, fatetur, *niſi vota fidelium, pretia peccatorum, patrimonia pauperum.* Hoc intuitu *necatores pauperum* dicebantur, qui illa eis adimunt, vti ex *concil. III. Pariſ.* liquet, quod plurimis teſtimoniis exornat GERARDVS DV BOIS *tom. II. hiſtor. eccleſ. Pariſ. lib. 16. c. 7. §. 6* CAROLVS M. *lib. I. capit. tit. 83.* repetiit verba POMERII, et, *Quid enim*, ait, *bona eccleſiæ? niſi vota fidelium, pretia peccatorum et*

Bona hæc dicta fuere bona pauperum.

Digitized by Google

patrimonium pauperum, quæ non ſolum habita conſeruare, verum etiam multa, Deo opitulante, conferre optamus. B. STEPHANVS, Bituricenſis epiſcopus, qui circa initium ſeculi IX. floruit, illud in ore frequenter habuiſſe dicitur, *bona eccleſiæ eſſe patrimonium pauperum.* vid. IO. BOLLANDVS *in act. ſanct. d. XIII. Ian. p. 822.* Sed res eſt decantatiſſima, vt pluribus eam exornare non ſit neceſſe. vid. interim THOMASSIN. *P. III. de vet. et nou. eccl. diſcipl. lib. III. c. 26. ſqq.* IO. LAVNOIVS *de cura eccleſiæ pro miſeris et pauperibus.*

Sed poſtea vix quarta pauperibus relicta, reliqua clericis aſſignata;

§. XV. Adeo autem poſtea mutata eſt ſcena, vt vix *quarta reditum* pauperibus ſit aſſignata, quæ tandem tamen etiam exoleuit. Ab eo tempore facta ſunt bona eccleſiæ *patrimonium cleri.* Et qui aliter fieri potuit, cum *eccleſia* ſenſu deprauato *ipſum clerum* denotat; hic *eccleſiam* repræſentare, imo in hoc ea ſubſiſtere dicatur? Quicquid ergo in eccleſiam transfertur, in *patrimonium cleri* transfertur, eius vſibus inſeruit, et tamen adhuc bona hæc pauperibus dicata ſunt, quia ipſi κατ' ἐξοχήν pauperes dici cupiunt. Ita FLODOARDVS *lib. II. hiſtor. Remenſ. c. 5*: *Iuſtum eſt, vt, ſicut ſacerdos habet, quod eccleſiæ dimiſſum eſt, et eccleſia habeat, quod relinquitur ſacerdoti.* Ita *ſacerdos* et *eccleſia* vnum idemque ſunt. Sed hæc quidem ἀσύγκριτα eſſe, palam eſt. Eccleſia non *clerum*, ſed *vniuerſitatem fidelium* denotat; et ita bona eccleſiæ ſano conſenſu conſiſtunt in *patrimonio eccleſiæ* ſeu *illius vniuerſitatis*, quæ *cœtum eccleſiaſticum* conſtituit, vt plenius oſtendi in *iure parochiali ſect. V. c. 3. V. 4.* Sicuti autem in omni vniuerſitate maxime finis, ad quem bona ſunt deſtinata, ponderari debet; ita quoque quælibet eccleſia talia bona habet, ad onera huius *vniuerſitatis* inde ferenda, quæ varia eſſe poſſunt.

cum eccleſia in clero eſſe dicatur.

Dicuntur etiam Deo data vel ſacrata, quaſi in patrimonio Dei eſſent.

§. XVI. Præterea (11) dicuntur *DEO relicta vel data, vel dicata, vel ſacrata.* Loca SALVIANI adducta id ſatis oſtendunt. Forſan eo ſenſu patres hoc prædicato vſi ſunt, quod, quæ *pauperibus* aſſignantur, teſte ipſo CHRISTO, ita accipi debeant, ac ſi *ipſimet Chriſto* data et aſſignata fuerint. CAROLVS M. *lib. V. capit. 157.* bona hæc vocat *DEO tradita*, ſicut, quæ monaſteriis tradebantur, *DEO dari* dicebantur. vid. AVBERT. MIRAEVS *lib. I. dipl. Belgic. c. 37.* Collineat huc ſolemnis formula olim vſitata, qua offerebant bona ſua eccleſiæ. Continetur illa in ſupplicatione Wormatienſi CAROLO M. oblata, *lib. 6. capit. c. 285. ſq.* *Scimus, res eccleſiæ* DEO ESSE SACRATAS, *ſcimus, eas eſſe oblationes fidelium et pretia peccatorum; quapropter ſi quis eas ab eccleſiis, quibus a fidelibus collatæ* DEOQVE SACRATAE *ſunt, aufert, procul dubio ſacrilegium committit; cæcus enim eſt, qui iſta non videt. Quisquis ergo noſtrum*

rum ſuas res eccleſiæ tradit, DOMINO DEO ILLAS OFFERT *et* DEDICAT, *et non alteri, dicendo talia et agendo ita facit: Scripturam coram altari aut ſupra tenet in manu, dicens eiusdem loci ſacerdotibus atque cuſtodibus:* OFFERO DEO *atque* DEDICO *omnes res, quæ in hac chartula tenentur inſertæ, pro remiſſione peccatorum meorum, ac parentum ac filiorum, aut pro quibuscunque illas libare voluerit, ad ſeruiendum his DEO in ſacrificiis, miſſarumque ſolemniis, orationibus, luminariis, pauperum ac clericorum alimoniis, et ceteris diuinis cultibus atque huius eccleſiæ facultatibus. Si quis autem eas inde (quod fieri nullatenus credo) abſtulerit, ſub pœna ſacrilegii ex hoc Domino DEO, cui eas offero atque dedico, diſtrictiſſimas reddat rationes.* Integras literas ſupplices recitat VOREVRG. *tom. X. hiſtor. p. 19. ſq.*

§. XVII. Inde promanauit noua appellatio, quòd (III) *poſſeſſio et patrimonium Dei vel Chriſti* appellata fuerint, quales locutiones nunquam fuere ſine fructu et inſigni commodo. Sic decimæ vocantur *poſſeſſiones Dei* in *c. 65. C. 16. q. 1.* Generatim autem bona eccleſiæ *patrimonium Chriſti* vocari, facile probari poteſt. In *c. 34. de elect. in 6.* ita: *Ne ſicut a multis de* CHRISTI PATRIMONIO *ſublimatis olim factum eſſe dignoſcitur, a ſtatu retrocedere valeat clericali.* In *c. 16. X. h. t.* dicitur, *quod clerici viuere debeant de* PATRIMONIO IESV CHRISTI, *cuius obſequio deputentur.* In *c. 1. et 6. C. 12. q. 2.* vocantur CHRISTI PECVNIAE. Et qui IESVM CHRISTVM inſtituit heredem, *eccleſiam* eius loci, quo vixit teſtator, inſtituiſſe videtur, quia cum ita fit *patrimonium eccleſiæ*, ſimul *Chriſti patrimonium* fieri videtur, iuxta conſtitutionem Iuſtiniani in *l. 26. C. de SS. eccleſ.* Grauiſſimis hanc locutionem verbis perſtringit carpitque SCHOOCKIVS *de bon. eccleſ. ſect. I. c. 16.* ipſamque vt *impiam* et *blaſphemam* reiiciendam eſſe cenſet. Equidem in eo erat, primum BONIFACIVM VIII. hac locutione vſum fuiſſe, cum INNOCENTIVS III. in *c. 16. h. t.* ea vſus fuerit, imo et IVSTINIANVS eam in mente habuiſſe videatur.

Imo etiam patrimonium Dei vel Chriſti dicta fuere.

§. XVIII. Deinde tolerari poſſet, quatenus bona eccleſiæ olim reuera fuere *bona pauperum*, quæ CHRISTVS ſibi *quaſi* erogari fatetur. Si in hoc ſenſu *figurato* et *myſtico* ſubſiſteretur, res ſalua foret. Aſt (α) adhuc eo tempore hæc bona *Chriſti patrimonium* vocata ſunt, quo patrimonium pauperum eſſe deſierunt. (β) Superſtitioſo ſenſu hæc ita dici voluerunt, vt ab omni commercio hominum eſſent exemta. (γ) Crediderunt, homines eo citius allici poſſe, ad bona ſua in patrimonium CHRISTI conferenda, ſi hoc titulo incruſtarentur. (δ) Ita eo magis po-

Abuſus huius appellationis notatur.

Digitized by Google

tentioribus contradici posse credebant, qui variis occasionibus hisce bonis inhiabant, eisque insidias struebant. Ita vero negari nequit, locutionem hanc esse peruersam et reprobandam. Tribuere CHRISTO *patrimonium speciale;* et persuasum habere, tali oblatione CHRISTVM delectari, reuera est CHRISTO contradicere. Porro superstitiosa intentione, *pro redemtione animæ, pro remissione peccatorum*, bona CHRISTO offerre ad eum placandum, (id quod maiores nostri fecisse leguntur) reuera est eiurare omnem in Saluatorem fidem, et sensum veræ pietatis amittere. Et tamen pleraque bona ecclesiastica, maxime ante reformationem ecclesiis oblata vel donata, ita acquisita sunt. Quis vero hæc *patrimonium Christi* dixerit, quæ non CHRISTO, sed superstitioni dicata sunt? Denique quis ignorat, clericos se dixisse *vicarios Christi?* Neque enim solus pontifex hoc titulo superbit; sed omnes episcopi hoc encomio se notasse, ostendit IO. LAVNOIVS *P. III. epist. 2.* Imo sæpissime quoque se DEOS vocari contenderunt. *c. 15. C. 12. q. 1.* Non ergo ἄτοπον esse crediderunt, bona ecclesiastica, quæ reuera secundum ius canonicum sunt bona *clericorum*, vocari *patrimonium Christi et Dei*, quia et hi quoque sunt *vicarii Christi et vice-Dei*. Imo in *c. 3. C. 12. q. 2.* disertis dicitur verbis: *Quicquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum Domino erit, et ad ius pertinebit sacerdotum.* Ex veteri testamento argumentum duxerunt, quoniam crediderunt, se in *ius sacerdotale* veteris testamenti successisse. Quamuis vero SARMIENTO *de redit. eccles. P. I. c. 1. in f.* nolit admittere, proprie hæc bona esse *patrimonium Christi aut clericorum*, ita tamen philosophatur, vt ab hoc conceptu alienus non fuisse videatur. Ita enim *cit. l. n. 22. licet hæc præcipue sint Dei, cum ei sint oblata, tamen nec hoc impedit dominium habere rerum, quia Christus, qui caput est ecclesiæ, concedit hæc membris suis.* At vero hæc membra præcipue sunt *clerici*, et hi ex *concessione Christi* hæc bona habere dicuntur. Quæ si considero, vix me temperare possum, quin iusto dolore nostrates obiurgem, quod ad has locutiones confugiant, quoties de *qualitate horum bonorum* eis edisserendi occasio suppeditatur, quam tamen angue peius cuitare deberent. Vid. CARPZOV. *lib. II. iurispr. consist. def. 299. n. 1.* Sed iam manum de tabula.

Vocantur etiam abusive spiritualia.

§. XIX. Ex hac infausta appellatione noua denominatio (IV) propullulauit, quod bona ecclesiastica vocata fuerint *spiritualia* seu *iuris spiritualis* vel *iuris spiritalis*, quæ appellationes occurrunt in *c. 22. X. h. t.* Beneficia ipsa, quæ nihil aliud sunt, quam *ius percipiendi reditus ecclesiasticos ob officium ecclesiasticum*, dicuntur a canonistis *ius spirituale*, notante

Digitized by Google

tante CORVINO *de perſon. et benefic. eccleſ. P. II. lib. 1. tit. 4. n. 5.* non alia de cauſa, quam ob *qualitatem* horum bonorum *eccleſiaſticam*, quam *ſpiritualem* per abuſum nominant. Simoniam cum incurrere cenſent, qui bona eccleſiaſtica pretio interueniente vendit. Quis crederet? Sed audiamus VRBANVM II. *in epiſt. 17. ad Lucium* ita ſcribentem: *Ita, quia innotuiſti nobis, quod tibi obiicitur, vtrum vendere eccleſiaſticam rem ſimoniacum eſſet, potenter colligitur ex hoc, quod beatus Petrus apoſtolus ait Simoni: pecunia tua tecum ſit in perditionem.* Et poſt pauca: *Quisquis itaque res eccleſiaſticas, quæ Dei dona ſunt, quoniam a DEO fidelibus, et a fidelibus DEO donantur, quoque ab eodem gratis dari debent, propter ſua lucra vendit vel emit, cum eodem Simone domum DEI poſſideri exiſtimat.* O ieiunum philoſophum! bona eccleſiaſtica ſpeciali ſenſu *dona DEI* exiſtimat, qualia pretio comparare voluit Simon, quæ erant *Spiritus S. dona extraordinaria.* Inde porro inferunt, de bonis his laicum iudicem cognoſcere non poſſe, quod ſint *iuris ſpiritualis;* qualia quæ ſunt, ſupra captum laicorum ſunt, iuxta illud: *carnalis homo non cognoſcit ea, quæ ſunt ſpiritus.* BARBOSA *de iur. eccleſ. lib. III. c. 4. n. 27.* Alii magis ſobrie philoſophari videntur, dicentes, eſſe hæc bona *ſpirituali annexa*, quia dantur ob officium ſacrum, *c. vlt. de reſcript. in 6.* Sed emolliunt tantum verba, qualitatem ipſam non negant, dum, ea quoque *iuris ſpiritualis* eſſe, cum pontifice fateri coguntur. Magis *ſpiritualis iuris* eſſe videntur, quod clericis, qui *ſpirituales κατ' ἐξοχὴν* vocantur, inſeruiant, eisque deputata dicantur, *c. 16. X. h. t.*; vel etiam quod credantur eſſe *iuris diuini*, more gentilium, et in *Dei patrimonio*, qui *ſpiritus* eſt; vel quod ſint acceſſorium templi, cui *qualitas ſacra* ſeu *ſpiritualis* inhærere creditur, cum *acceſſorium* dicatur aſſumere qualitatem rei *principalis.*

§. XX. Quocunque demum ſenſu hæc appellatio incruſtetur, erronea, deprauata, et ſcripturæ S. aduerſa eſt. PAVLVS, dum oſtendere vult, ſtipendium recte peti poſſe ab his, quibus *ſpiritualia* proponuntur, ita ediſſerit *Rom. XV, 27. Si ſpiritualia ipſorum bonorum gentibus communicata ſunt, debent etiam ipſæ in carnalibus eis miniſterio adeſſe.* Similiter *1 Cor. IX, 11. Si nos vobis ſpiritualia ſeminauerimus, magnum eſt, ſi nos veſtra carnalia meſſuerimus?* Quis vero negauerit, *carnalium* appellatione PAVLVM intellexiſſe ſtipendium iis ſoluendum, qui euangelium Chriſti prædicabant. Hoc ergo etiam annexum officio ſacro, et tamen propterea noluit, bona illa, quæ docentibus pro ſpirituali labore offerebantur, nouam aſſumſiſſe qualitatem. Sunt ergo hæc bona *iuris mere humani, bona vniuerſitatis*, et poteſtati ſeculari quoque ſubiecta, vt recte

Reprobatur hæc appellatio.

recte censuerunt CARPZOV. *de leg. reg. c. III. sect. 10. n. 69.* et SCHOCKIVS *de bon. eccl. sect. I. c. 25.* In vsus eorum, qui aliorum auctoritatibus delectantur, addam de his prædicatis iudicium MAVRITII *diss. de secularis. c. VI. §. 2.* ita ediſſerentis: *Incommenientius elogium et a loquela S. codicis remotissimum, a scriptoribus præsertim pontificiis his bonis tribuitur, dum spiritualia et patrimonium crucifixi appellantur, hoc forte scopo, vt ea a secularibus magistratibus intacta prorsus et inaccessa redderent, cum tamen spirituale nihil habeant; et præterquam, quod quo iure, quaque iniuria malis artibus et commentis corrosa, Saluatori nostro abominationi sint, etiam non satis pium est, Christo, cuius patrimonium, teste Ioanne, non est de hoc mundo, patrimonii vice ea assignare, quibus in ingens meriti eius præiudicium superstitiosi vitam æternam mereri instituerunt.*

Accenſentur piis cauſis, quæ ad hæc bona deſtinata ſunt.

§. XXI. Denique (V) nihil vulgarius eſt, quam hæc bona quoque iis accenſeri, quæ *piæ cauſæ* vocantur. Quid enim aliud eſt PIA CAVSA, quam *omne illud, quod ex cauſa pietatis veræ vel putatiuæ relictum, donatum vel deſtinatum eſt?* Quia vero *ſuperſtitio* laruam *pietatis* induxit, et hæc per plurima ſecula ſub huius inuolucro latuit, forſan *ſuperſtitioſa cauſa* recte nonnunquam dici poſſet. In genere ab antiquo creditum fuit, hæc bona eſſe *pretia peccatorum;* quod erroneum, ne dicam ſuperſtitioſum eſt. Superſtitioſe animis laicorum inſinuatum eſt, oblatione tali bonorum DEO cultum ſingularem exhiberi; et quia ſuperſtitioni nihil inuium, tandem eo vsque progreſſa eſt, vt potiorem bonorum partem in quibuscunque regnis ſui iuris fecerit. Id iam obſeruauit circa initia ſeculi XV. PETRVS DE FERRARIIS *in praxi Papienſ. tit. 51. n. 3.* ita ſcribens: *Clerici et religioſi pro ſe fecerunt legem, quod non poſſint vendere, nec alienare, nec diuidere eorum bona, ſicque in breui neceſſe eſt, quod omnia bona laicorum ſubiiciantur dominio clericorum; niſi bonus imperator prouideat, qui donationem Conſtantini reuocet, et legem faciat, vt omnium clericorum ſtatus ad ſtatum mendicantium fratrum penitus reducatur, et papa cum cardinalibus ſimiliter ad vitam Chriſti et apoſtolorum eius deueniat.* Pluribus, ſed præterea ſat ſuperſtitioſe, hanc doctrinam explicat ANDREAS TIRAQVELLVS in tr. *de priuil. piæ cauſæ*, cuius dogmata hinc inde in hoc libro ad examen reuocabo. Quæ vero ſub hoc inuolucro *piæ cauſæ* impietas lateat, ſuccincte oſtendit Dn. RECHENBERG. in diſſ. *de eo, quod in pia cauſa impium eſt*, ſub præſ. Dn. WERNHERI.

(IV.) *Spe-*

Digitized by Google

(IV.)

Speciatim de piis cauſis earumque priuilegiis.

§. XXII. Numerus *piarum cauſarum* ampliſſimus eſt, quæ omnes *bonis eccleſiaſticis* annumerantur, vt pari cum iis iure gaudeant. Catalogum earum TIRAQVELLVS *in præfat. tract. cit.* ſiſtit, ex quo potiora capita enarrabo. Refert huc (1) quæ *eccleſiæ* relinquuntur. Eo tempore hæc cauſa dici poterat *pia*, quo bona hæc *pauperum ſuſtentationi* deſtinata erant ex apoſtolico inſtituto, ſine opinione *meriti*, ſine eo reſpectu, quod *pro anima* relinquerentur. Hunc reſpectum iam dudum amiſerunt, et in pluribus eccleſiis vix amplius vſibus eccleſiaſticis inſeruiunt. Cathedrales et collegiatæ eccleſiæ inter proteſtantes potiorem partem bonorum poſſident, ſi cum reliquis conferuntur. In his canonicatus venduntur vtplurimum canonicis: hi reditus inde percipiunt, in quem finem? vt horas canonicas cantent. Aſt ne quidem hoc officium rite peragunt: vicarii in promtu ſunt: hi vices eorum ſubleuant. Et quia vnice propter reditus hic *cultus*, vt *opus operatum*, peragitur, quis crederet, hunc cultum *pietatis* cauſa fieri, qui *lucri* cauſa fit? Quot alii reditus adhuc ſuperſunt, qui in manifeſtam adhuc ſuperſtitionem impenduntur? Et tamen inter ipſos proteſtantes horum bonorum cauſa dicitur *pia*, his iura *piarum cauſarum* applicamus, et ſic in eodem cum pontificiis hæremus luto. Quæ in aliis *parochialibus eccleſiis* bona ſunt, maiorem ſpeciem pietatis habent, maxime quæ ſuſtentationi miniſtrorum eccleſiæ deſtinata ſunt, cum vtique pium ſit, iuxta apoſtolum, vt, qui altari inſeruit, de altari viuat, ſi abſtraham a prima intentione fundatorum, quæ ſæpe vel *ſuperſtitioſa* vel *impia* eſſe potuit. Sed præter hæc plures eccleſiæ ampliori ſubſtantia abundant, quam fœnori exponunt, et quotidie inde lucrantur, quaſi eccleſia ſit conſtituta, vt quæſtuoſa commercia exerceat. Hoc *pium* nominare non audeo, quia a primo inſtituto bona hæc deflexerunt. Pium vtique eſſet, vt reditus horum bonorum, quia vltra dotem ſupereſſent, quotannis vſibus pauperum applicarentur, id quod per tot ſecula epiſcopis ex inſtituto primæuo in more poſitum fuit. Obiiciebatur etiam olim epiſcopis, quod magnam rerum ſubſtantiam eccleſiæ poſſiderent; ſed his in promtu erat reſponſio: *Ne hos proferamus prætextus, quod eccleſia multa poſſideat. Quando eius facultatum videris magnitudinem, cogita etiam inſcriptorum pauperum greges, ægrotantium multitudinem, immera-*

Quæ eccleſiis relicta, piis annumerantur cauſis.

An recte?

merabilium expenſarum occaſionem: ſumus enim parati vobis reddere rationem. Quando reddiderimus rationem, et oſtenderimus, ſumtus non eſſe minores prouentibus, ſed aliquando etiam maiores, vt ait CHRYSOSTOMVS *in 1 ad Cor. homil. XXI.* Si hoc etiam noſtræ eccleſiæ, quæ abundant bonis, de quibus vnice loquor, allegare poſſent, vere etiam nomen *piæ cauſæ* illis adſcribere poſſent. Id vero hodie tam inſolitum eſt, vt vix audeant adminiſtratores reditus *in vſum pauperum* erogare. Principis itaque erit, hæc, lege lata, emendare, et bona eccleſiaſtica priſtino nitori reſtituere, quo facto, vbique pauperes haberent, vnde ſuſtentari poſſent.

Huc etiam referunt bona monaſteriorum.

§. XXIII. Parem *pietatis* cauſam habere (II) dicuntur *bona monaſteriorum*, ſiue monaſterio, ſiue ſingulis monachis fuerint relicta, quia etiam hæc monaſterio cedunt. In praxi res plana eſt, adeo vt etiam *monaſteria proteſtantium* hac de cauſa *iura bonorum eccleſiaſticorum* ſibi vindicent, quæ ſuccincte tradit ENGEL *in tr. de priuil. monaſter.* Mirandum ſane, hanc hypotheſin noſtrorum animos adeo occupaſſe, vt inde erui et eradicari haud potuerit. Omnes ad vnum in eo conueniunt, monaſteria genuinum ſuperſtitionis partum eſſe, e medio tollenda, non toleranda. Quamuis vero plures fundationes monaſticæ deſtructæ ſint: quædam tamen inter proteſtantes ſuperſunt, in vſum pauperum conuerſæ, vel in ſcholas mutatæ, quæ merito *piis* annumerantur *cauſis*: quædam priorem quodammodo retinuere ſtatum, vt virgines vel conuentuales ex reditibus monaſticis alantur, ſine illis votis, alioque ſuperſtitioſo cultu, ſub directione abbatis, præpoſiti vel abbatiſſæ. An vero hæ ſimiliter piis cauſis annumerari *iure* debeant, ex *fine* æſtimandum. Debebant eſſe monaſteria ſeminaria *pietatis*, et ſcholæ *chriſtianarum virtutum*; hodie vero, ad exemplum *canonicatuum* pleraque nihil aliud ſunt, quam medium ſe conſeruandi, et victum amictumque inde habendi; pro hoc oratur more præſcripto, et ſecundum formulam determinatam: pro hoc legibus monaſticis ſubduntur colla, verus finis nec attenditur, nec deſideratur, et tamen etiam indiſtincte quælibet bona, quæ his *otioſis* inſeruiunt, dicuntur *piæ cauſæ*. Aiunt, hanc qualitatem bonis inhærere ex prima *fundatione* et *intentione* eorum, qui hæc bona deſtinarunt ad vſum pium. Imo magis ſuperſtitioſum; quis enim inter noſtrates negauerit, ſuperſtitionem tot monaſteriorum matrem fuiſſe?

Item hoſpitalia.

§. XXIV. Rectius forſan (III) huc referuntur *hoſpitalia* eorumque bona, quæ diſertis verbis in *l. 23. C. de SS. eccleſ.* bonis eccleſiaſticis annumerantur. Sunt horum variæ ſpecies; veluti xenodochia ſeu

ſeu *peregrinorum hoſpitia*, ptochotropheia, *pauperum receptacula*, orphanotropheia, *orphanorum et orborum ſolatia*, brephotropheia, *infantum educationi inſeruientia*, quibus annumerari debent die Findel-Häuſer, gerontocomia, *ſenum requies et aſylum*, ergaſteria, *diſciplinæ publicæ ſcholæ, et ſceleratorum, qui in republica quietem pacemque turbant, purgatoria*, viduarum clauſtra et ſuſtentacula, Witwen-Häuſer, valetudinariorum, ægrotantium, vel morbo animi laborantium hoſpitia publica, *Invaliden-* Krancken- und Toll-Häuſer. Hæc ſimiliaque hoſpitalia ſunt fundata ad opera vel *miſericordiæ* vel *diſciplinæ publicæ* exercenda, in quibus omnino *ratio pietatis* ex primis chriſtianismi regulis ſeſe exſerit, publica ſalus reipublicæ continetur, et inde infinita commoda in vniuerſam rempublicam redundant. Non hæc æquiparanda monaſteriis, quæ rempublicam et pietatem funditus corruperunt, nec ordo in his hoſpitalibus obſeruandus, vel præſcriptus, cum *regulis monaſticis* conferendus, quas ſuperſtitio genuit, cum illum ratio externæ diſciplinæ deſideret, nec vlla familia eiusmodi ſodalium eo carere poſſit.

§. XXV. Huc etiam (IV) recte referuntur *relicta et deſtinata in vſus pauperum*, eleemoſynæ, vel donationes, vel per ſacculum ſonantem collectæ, aliæue oblationes horum gratia factæ: vnde eſt, quod die Armen-Gelder iure *bonorum eccleſiaſticorum* gaudeant, et quidem eo magis, quod hæc *ſubſtantia egenorum* olim fuerit. (V) Refert huc etiam TIRAQVELLVS *cit. l.* in genere, quod *pro anima* relinquitur, quam tamen cauſam noſtrates merito reprobant, prout antea dixi. (VI) *Lytra*, ſeu pro redemtione captiuorum deſtinata pretia, æque *piam cauſam* habent, imo maioribus adhuc gaudent priuilegiis, quam bona eccleſiaſtica, de quibus agit B. HERTIVS *de lytro*. Ipſi chriſtiani primæui captiuorum potiſſimum rationem habebant, eorumque, qui in metallis, in inſulis vel in cuſtodiis erant, teſte TERTVLLIANO *in apol. c. 39.* Hæc *depoſita pietatis* eſſe, ibidem aſſerit. Ob hanc redemtionis cauſam etiam vaſorum ſacrorum vel quaſi alienatio permiſſa eſt, *l. 21. in f. C. de SS. eccleſ.* ibique GOTHOFRED. *in not. lit. d.* Et quia ordines monachorum ſingulare meritum in bonis operibus quærunt, hæc pia cauſa tandem anſam dedit, vt *ordo SS. Trinitatis* erigeretur, cuius præcipua ſollicitudo in *redimendis captiuis* conſiſtit. Hiſtoriam huius ordinis, fabulis tamen ridiculis refertam, edidit BONAVENTVRA BARO *in annal. ord. SS. Trinitatis redemtionis captiuorum.* (VII) *Alimentorum legatum.* Sed hoc recte reſtringit TIRAQVELLVS ad eum caſum, ſi pauperibus hæc relicta, et ita a quarta ſpecie non differt.

Relicta in vſus pauperum.

Lytra.

Digitized by Google

Eſt quidem tale legatum *priuilegiatum*, ſed non ſtatim piis accenſendum cauſis. (VIII) Legatum *pro imagine pingenda*, quæ videlicet inſeruire debeat imaginum cultui, quem recte reprobamus, adeoque hanc cauſam repudiamus.

Stipendia ſtudiis deſtinata.

§. XXVI. Vlterius huc referuntur (IX) ſtipendia *ſtudiorum cauſa* relicta, quod hæc *vtilitatem publicam* reſpiciunt. Alii hoc reſtringunt ad *ſtudium theologicum:* alii vero in genere quibuscunque applicant ſtudiis, quæ ſententia etiam præualet in praxi. Illuſtrationis gratia hoc ipſum declarabo ſequente reſponſo, ad quæſtionem hanc concepto:

Quod reſponſo illuſtratur.

Ob die fundatio nicht ad pias cauſas angeſehen ſey?

Ob wol dieſes daher in Zweifel gezogen werden möchte, weil das qu. pactum mehr zum Beſten der Familie und deren beſondern Aufnehmen geſtifftet worden, und daher die primaria intentio paciſcentium, ad pium vſum zu diſponiren, wol nicht geweſen ſeyn mag, in mehrer Erwegung nachgehends per receſſus eingeführet worden, daß ein ieder von den volljährigen agnaten ein gewiſſes deputat aus der gemeinſamen Rechnung genieſſen ſolle, welches keinen vſum pium in ſich hält.

Dennoch aber und dieweil in allen diſpoſitionibus vornehmlich darauf geſehen werden muß, quid primario actum fuerit inter partes, adeoque cuiusque negotii origo inſpicienda eſt,

l. 8. pr. l. 10. §. 4. de mand.

zu welchem Ende vornehmlich auf die cauſam finalem zu ſehen, quippe quæ primum intentionis principium conſtituit, et cuiusuis actus ſubſtantia eſt, totamque diſpoſitionem gubernat;

HARPRECHT. *in vol. nouo conſ. 1. n. 760. ſqq.*

und dann aus dem angeführten pacto zu befinden, daß (1) ſolches zur Verſorgung der Armen aus der Familie geſtiftet, qualis diſpoſitio ad pias cauſas referenda eſt,

B. STRYK. *de caut. teſtam. c. XII. §. II. ſq.*
TIRAQVELL. *de priuil. piæ cauſæ in præf.*

in deren Ermangelung ferner (2) denen Studirenden proſpiciret, dergleichen diſpoſition abermal denen cauſis piis annumeriret wird.

TIRA-

Digitized by Google

TIRAQVELL. *cit. l.*
CÖTHMAN. *resp. acad. 29. n. 82.*
FRITSCH. *de stipendiis c. 12. n. 2.*
CARPZOV. *lib. II. iurispr. consist. def. 328. m. 15. sqq.*
BESOLD. *cons. 263. n. 22.*

und wenn (3) die gantze Familie abgehen solte, alsdenn das Capital einem gewissen hospital destiniret worden, welches noch vornehmlich die klare intention der paciscentium anzeiget, da sie gewollt, daß solches, deficiente vsu familiæ, nicht ad profanos vsus, sondern æque similes et pios angewandt werden solte, mithin dadurch racite zu verstehen gegeben, daß die zu Anfang gesetzte vsus diesen gleich kommen müssen,

arg. l. 16. D. de vsufr. legat.

und was ausser diesem durch folgende recesse abgeredet seyn mag, in keine consideration zu ziehen, zumal solches principalem naturam der Stiftung nicht ändert:

So ist gedachte Stiftung allerdings pro dispositione ad pias causas zu halten.

Hæc ita in praxi communiter obseruantur, non habita distinctione, quibus hæc studiorum subsidia suppeditentur, egenis an bene peculatis? cuius tamen principaliter ratio habenda erat, cum *studia* per se *pietatis* quid in se non contineant, licet fauore singulari munita sint: non omne autem, quod fauorabile est, statim *pium* dici potest.

§. XXVII. Porro (X) legatum *libertatis* huc etiam refert TIRAQVELLVS, quod *libertas* et *ecclesia* eædem sint. Hæc ratio aut insipida aut superstitiosa est. Quæ enim connexio inter ecclesiam et libertatem? Maiores forsan, qui *libertatem* catalogo *piarum causarum* inserendam esse voluere, respexerunt ad monumenta antiqua, in quibus libertas *pro redemtione animæ* dabatur: inde *pia*, inde *cultus religiosus* habita fuit, vt expresse TIRAQVELLVS addit; quod recte reiicimus. Loquuntur idem antiqua monumenta. In *legibus Ripuar. sub tit. 58.* ita cauetur: *Hoc etiam iubemus, vt qualiscunque Francus, Ripuarius, seu tabularius seruum suum pro animæ suæ remedio seu pro pretio secundum legem Romanam liberare voluerit* etc. Aliud ergo erat, *pro animæ suæ remedio* seruum manumittere, et aliud, *pro pretio:* illud, non hoc, *pium* reputabatur. Aliam ex SIRMONDO formulam adducit POTTGIE-

An legatum libertatis pium?

Digitized by Google

SER *de condit. et ſtatu ſeruor. apud German. Igitur ego in DEI nomine ille, pro remedio animæ meæ vel æterna retributione, ſeruum iuris mei nomine illum ingenuum eſſe præcipio.* Formulam prolixiorem habet MARCVLFVS in *appendice, num. XIII.* huius tenoris: *Itaque ego ille in DEI nomine, pro animæ meæ remedio et pro meis peccatis minuendis, vt in futurum Dominus mihi veniam præſtare dignetur, ſeruum iuris mei nomine illum relaxaui ingenuum.*

An huc referri debeant, quæ vſibus publicis deſtinantur?

§. XXVII. Maiori forſan ratione (XI) huc referri debent, quæ deſtinata ſunt *ad conſtructionem et reparationem pontium, viarum, murorum, foſſarum aliarumque rerum publicarum*, quæ *vſibus publicis* inſerviunt, quippe quæ vniuerſæ reipublicæ ſalutem, ſecuritatem et tranquillitatem reſpiciunt, et tot hominum integritatem, vitam et incolumitatem firmant roborantque. TIRAQVELLVS *cit. l. in f.* Vnde, quamvis alias bonorum eccleſiaſticorum ſeculariſatio prohibita eſt, non tamen illorum potiſſimum, quæ cultui ſuperſtitioſo deſtinata ſunt, ſeculariſatio interdicta dici debet, quæ in vſus publicos applicantur, cum in vſum æque ſimilem et pium conuertantur. MAVRITIVS *de ſeculariſ. c. IV.* de quo plenius infra agendum erit. Merito vero ab harum cauſarum claſſe arcemus, (α) quæ ad *monumenti exſtructionem* relicta ſunt; quæ enim pietas poteſt eſſe in monumenti exſtructione? (β) Quæ legantur meretrici, vt ad frugem et meliorem vitam redeat; quæ enim morum emendatio ſperari poteſt ex perceptione lucri? Imo talis conditio, qua quis ſub ſpe legati conſequendi ad mutandam religionem vel omittendum peccatum inducitur, merito pro *turpi* reputatur. vid. KNIPSCHILD *de fideic. famil. c. VI. n. 40. ſqq.* (γ) Quod ad ſoluendum et ſatisfaciendum creditoribus relictum eſt. Equidem pium eſt iuſtumque, curare, vt creditoribus ſatisfiat, aſt in ſenſu ſpeciali inde *pia cauſa* proprie non naſcitur. Alioquin ſeries earum in infinitum excreſceret, nec finis nec modus piarum cauſarum daretur.

Pſeudo-piæ cauſæ.

(V.)

De dominio bonorum eccleſiaſticorum.

Varia Dd. de dominio bonorum eccleſiaſticorum ſententia.

§. XXIX. Quæ ſit ratio et qualitas *bonorum eccleſiaſticorum*, facile ex hactenus dictis liquet: addere etiam ſtatim rerum, quas *ſacras* vocare ſolent, ſcrutinium poſſem, ſed quia infra, vbi de *templis* et *conſecratione* agenduin eſt, ſpecialior indagatio de his inſtituenda erit, iudicium

Digitized by Google

cium meum de his hoc loco ſuſpendam. Supereſt ergo, vt de *dominio horum bonorum* agam, quia etiam de hoc litigant, diuerſosque animi motus produnt. FRANCISCVS SARMIENTO *de reditibus eccleſ. P. I. c. I. n. 14. ſqq.* doctorum aulæ Romanæ variantes proponit ſententias, quorum quidam dominium adſcribunt *pauperibus*, per *c. 2. X. de reb. eccleſ. non al.* quidam *DEO*, quidam rurſus *pontifici*, alii *clero*, alii aliter, quorum omnium ſententias examinat et reiicit. Si pontificiorum principiis ſacrisque addictus eſſem, vix a me impetrare poſſem, vt ab iis receſſum facerem, qui proprietatem *clericis* addicunt, et quidem qua talibus, vel quatenus *vniuerſitatem* conſtituunt. Noto notius eſt, eos dici et eſſe *eccleſiam* ſecundum doctrinam Romanæ eccleſiæ, prout antea dixi, et ita quia bona eccleſiaſtica ſunt patrimonium *eccleſiæ*, in *proprietate cleri* eſſe debent. Nihilominus tamen his contradicunt SARMIENTO *cit. l. in f.* et GONZALEZ *ad c. 2. cit. n. 2. in f.* eſſe dominium penes *eccleſiam* illam *particularem*, cui bona addicta ſunt. Mallem tamen, vt *eccleſiæ* conceptum ſpecialem addidiſſent, quia, hoc non facto, in abdito adhuc mens eorum latitat. Eandem fouet ſententiam PAVLVS SARPIVS *tr. de benef. eccleſ.* cuius verba integra adduxi *in iure paroch. ſect. V. c. 3. §. 4.* qui magis aperto pugnat marte, et indigitat, per *eccleſiam particularem* ſe intelligere, non *clerum*, ſed *totam vniuerſitatem*, et *cætum*, vt inter *res vniuerſitatis* referri debeant. Forſan *inter proteſtantes* maior hac de quæſtione eſt concordia. Foret fine dubio, ſi, abiectis ratiunculis floſculisque iuris canonici, rem ex vero æſtimarent. CARPZOVIVS *lib. II. iurispr. conſiſt. def. 398. in f.* ea eſſe *patrimonium Chriſti*, et ſecundum *ſeq. defin n. 1. et 2. iuris diuini* et *nullius in bonis* eſſe, aſſerit; quo poſito, fruſtra de eorum dominio quæritur. B. STRYKIVS *in vſ. mod. de rer. diuiſ. §. 2.* templa eſſe in dominio illius contendit, cui *ius ſacrorum* in republica competit, et conſequenter quoque idem iudicium ferendum eſſe videtur de bonis eccleſiaſticis, quæ templorum acceſſorium videntur. Huic accedere videtur MARTINVS SCHOOCKIVS *de bonis eccleſ. ſect. I. c. 19. et 20.* cenſetque, bona eccleſiaſtica, præſertim immobilia, eſſe *iuris publici*, et χρήσει tantum ad eccleſiam ſpectare, non κτήσει.

An clerici domini eorum ſint?

§. XXX. Non adeo difficile erit, tantas componere lites, ſi naturam horum bonorum, ſupra explicatam, tantum nobis proponimus, eamque animo contemplamur. Singulæ eccleſiæ particulares *vniuerſitatem* quandam conſtituunt, collectam ex iis, qui eiusdem ſunt confeſſionis et fidei. Quid ergo prohibet, quo minus *vniuerſitati* harum re-

Dominium eſt penes eccleſiam ſeu vniuerſitatem.

rerum *proprietatem* adſcribamus, et in eius patrimonio illas eſſe aſſeramus? Peruulgatum eſt, vniuerſitates et corpora æque bona poſſidere, iisque frui poſſe in republica, ac quidem ſingulos. Non aliud corpus eſt eccleſia, ac quidem reliquæ vniuerſitates. Sæpius iam errorem eorum notaui, qui eccleſiæ reipublicæ formam obtrudunt; id quod cum pontificii faciant, non poſſunt non opinari, bona eccleſiaſtica eſſe *bona clericorum*, vtpote qui vices imperantium in hac republica tenent, ſicut bona reipublicæ *iuris publici*, et ſub imperantis arbitrio et diſpoſitione eſſe dicuntur. Nec *de bonis monaſteriorum* aliud iudicium ferendum eſſe credo; eſt enim etiam inter monachos collegii quædam coniunctio, corpusque in republica conſtituunt, adeoque nihil obſtat, quo minus bona varia poſſidere et acquirere queant.

Non ſunt in proprietate principis,

§. XXXI. Sicuti vero grauiter peccaret in prima iurisprudentiæ principia, qui *res vniuerſitatis*, vel quæ *in eius patrimonio* eſſe dicuntur, illis, quæ *iuris publici* ſunt, adiungere, vel dominium earum principi aſſerere vellet; ita æque mihi impingere videntur, qui *rerum eccleſiaſticarum dominium* ad *principem* vel *rempublicam* delegare volunt. Ex *iure circa ſacra* nulla proprietas rerum eccleſiaſticarum fluit. Illud deriuandum ex *inſpectione*, quam intuitu reipublicæ exercet in eccleſiam, et eius patrimonium, ſicut in alia quoque collegia, quæque ad illa ſpectant. Si principi vel reipublicæ tribuis dominium in res eccleſiaſticas, eidem quoque omnium ceterorum collegiorum patrimonium aſſignas, quod ſine abſurditate fieri nequit. Neque enim res *vniuerſitatis* et *publicæ* in eundem cadunt cenſum, neque *ius circa ſacra* reipublicæ *dominium ſpeciale* in ſacra, et quæ ad eorum exercitium ſpectant, tribuit. Novi, ſupremam imperantium poteſtatem, cui etiam inſpectio in ſacra ineſt, induere ſibi *dominii* nomen, quod vbi ſit, non poteſt non ſpecialem amittere ſignificatum. Neque enim hic quærimus de *iure ſupremo* in bona eccleſiaſtica, quod reipublicæ, et, qui eam tenet, imperanti vindicandum, non tantum quoad bona eccleſiaſtica, verum etiam ceterorum collegiorum, imo etiam ſingulorum: ſed de *proprietate* et *iure privato dominii*, quod *vniuerſitati* denegari nequit.

licet ius ſupremum in hæc bona ei denegari neqneat.

Reiicitur Schoockii ſententia.

§. XXXII. Hæc quamuis plana et limpidiſſima ſint, ea tamen non diſtinguit SCHOOCKIVS *de bonis eccleſ. ſect. I. c. 19.*, imo, quod peius eſt, argumenta plane inſolita hic adfert. *Si*, ait, *præter principis auctoritatem atque conſenſum ſacrum fieri non poteſt, ne conſequens eſt, ſacra iuris publici eſſe, eorum curam ad magiſtratum pertinere. Quam vero ſit neceſſaria magiſtratus autoritas, liquet ex illa ſacrorum deſcriptione, quæ*

quæ occurrit in l. 9. D. de rerum diuiſ. Ἀτοπώτατον hoc eſſe, nemo negabit. Qualis enim eſt conuenientia inter ſacra *iuris Romani* et *res eccleſiaſticas*? num aliquid ſacri his ineſt? num publice conſecrantur? dedicantur? vti apud gentiles templa, aræ, ceteraque cultui gentilium inſeruientia? Ab illis ad has conſecutionem nectere, eſt argumentum ducere a diuerſis ad diuerſa. Addit ex *l. 1. §. 2. D. de I. et I.* publicum ius in ſacris conſiſtere. Ita recte ICti Romani philoſophabantur, quorum religio ſtatui publico attemperata, et pars haud exigua regiminis publici erat. Id vero ægre ad noſtras eccleſias, earumque bona applicaueris: gaudent principes *iure ſacrorum*, ſed non ex eo fundamento, quod, vti apud gentiles, domini ſacrorum, religionis, cultusque diuini ſint, quod minime ferendum eſt; ſed ex ſolidiori iure, quod libertatem ſacrorum rerumque eccleſiaſticarum in tuto collocent loco. Equidem ſine conſenſu principis alienari nequeunt, ſed quid inde? Etiam bona *ciuitatum particularium* ſine principis conſenſu alienari nequeunt, quæ tamen adhuc *bona vniuerſitatis* ſunt, et in proprietate ciuitatis. Idem inter noſtrates plures obſeruarunt, imprimis THVMMIVS *de bon. eccleſ. qu. 6. p. 29.* inquiens: *Pii magiſtratus munus eſt, diligenter curare res eccleſiæ*, (in quas ſupremam habet inſpectionem) *ac diſpenſare, non quod earum dominus ſit, ſed inſpector ac defenſor.* Simile iudicium de his bonis fert KNIPSCHILD *de ciuit. imper. lib. V. c. 8. n. 4.* et, *Quamuis*, ait, *bonorum eccleſiaſticorum cura ad magiſtratus politicos ſpectet; non tamen eorum ſunt domini, ſed ſaltim diſpenſatores.* Hæc *cura ſuprema* facit, vt in reuocandis bonis eccleſiaſticis, iisque ab aliis detentis, etiam *aduocatus fiſci* quandoque, ſi alius deſit, interuenire ſoleat, vt præiudicio in *iure paroch. ſect. VI. c. 2. §. 8.* illuſtraui; ſed inde minime bonis fiſcalibus annumerari queunt.

(VI.)

De adminiſtratoribus primæuis bonorum eccleſiaſticorum.

§. XXXIII. Quemadmodum vero *epiſcopi* ſub ſtatu eccleſiæ preſſæ, et a republica prorſus derelictæ, curam rerum eccleſiaſticarum gerebant, et tanquam *primi* inter presbyteros, quibus olim hæc adminiſtratio et diſpenſatio concredita ab eccleſia erat, ceu perſpicuis documentis in *diſſert. iur. eccleſ. antiq. ad Plin. Sec. diſſert. VI. §. 23. ſqq* comprobatum dedi, omnia dirigebant; ita eandem diſpenſationem poſtmodum ſub imperatoribus chriſtianis, ex horum conniuentia, retinuere, quod

Olim epiſcopi hæc bona adminiſtrabant.

quod conciliorum canones docent. Cautum inde fuit in *concilio Gangrensi c. 28.* vt presbyteri et diaconi quoque notitiam rerum ecclesiasticarum habeant, *Vt, si contingat episcopum e vita migrare, iis manifestis existentibus, quae ad ecclesiam pertinent, ne ea intercidant et pereant, nec quae sunt propria episcopi, praetextu rerum ecclesiasticarum vexentur*, quod facile fieri poterat, cum ea sub administratione episcoporum speciali essent. Ipse GRATIANVS in *c. 13. 16. 22. 24. et 26. C. 12. q. 1.* variis testimoniis hoc illustrat, nec vllum hac de re superest dubium. vid. THOMASSINVS *P. III. de vet. et nou. eccles. discipl. lib. 2. c. 1. sqq.* Concilium Chalcedonense demum administrationem harum rerum sub inspectione episcoporum *economis* delegandam esse censuit, primum in *oriente*, post hoc concilium constitutis, serius in *occidente*. Erant hi œconomi *mudi administratores*, nec idem arbitrium, quod olim episcopi administratores habebant, iis permittebatur, sed id iuris adhuc sibi reseruabant episcopi, teste THOMASSINO *cit. l. c. 4. sqq.* His rationes reddendæ erant, episcopi vero erant fere ἀνυπεύθυνοι, nisi quod concilium prouinciale in occidente quandoque rationes ab eis exegerit.

Post œconomi sunt constituti.

Oeconomi dicebantur vice-domini,

§. XXXIV. Hos œconomos quoque *vice-dominos* dictos fuisse, obseruat THOMASSINVS *cit. l. c. 6. §. 5.* quod in magnatum domibus, qui præfecturam gerebant, id nominis vsurpauerint. *Vice-dominus* enim idem est, quod *vicarius domini*, eiusque locum tenens, obseruante CANGIO *in glossar. voce vicedominus*, qui THOMASSINI sententiam pluribus exornat testimoniis. Primario tamen hi dicebantur, qui curam *domus episcopalis* gerebant, et hospitibus recipiendis præpositi erant, cum episcopi recte secum reputarent, sui muneris esse, hospitalitatem exercere. Subleuabant ergo episcopum in multis domesticis curis, prout GREGORIVS M. *lib. IX. epist. 66.* innuit, et, *Volumus*, scribit, *vt Paschasius frater noster et vicedominum sibi ordinet et maiorem domus, quatenus possit vel hospitibus supervenientibus, vel causis, quae eueniunt, idoneus et paratus existere.* Similiter *lib. I. c. 11.* scribit, se ANATOLIVM diaconum constituisse *vicedominum*, *cuius arbitrio*, pergit, *episcopium commisimus disponendum.* Reuera ergo œconomi duplicis generis erant: (1) *rerum ecclesiasticarum*, simpliciter ita dicti: (2) *domus episcopalis*, qui rerum episcopi cuiusque domus gubernationem gerebant. Conf. MORINVS *de sacris ordinat. P. III. ex. 16. c. 8. §. 8. et 9. 10.* MABILLON. *in act. Benedict. ad sec. III. P. I. p. 103. in not. lit. m.*

quamuis primario domui episcopali praessent.

§. XXXV.

Digitized by Google

§. XXXV. Quia autem hinc inde œconomorum conſtituendorum neceſſitas relaxabatur, negligentiam hanc coercendam eſſe ſanxerunt *patres concilii Nicæni II. c. 11.* hoc modo: *Si vnusquisque metropolitanus in ſua eccleſia œconomum conſtituit, bene habet; ſin minus, Conſtantinopolitano epiſcopo propria autoritate licebit, œconomum in ſua eccleſia præficere. Similiter et metropolitani, ſi, qui eis ſubſunt, epiſcopi, nolunt in ſua eccleſia œconomos conſtituere. Hoc ipſum autem ſeruari etiam in monaſterio oportet.* Circa *electionem* eorum non eadem vbique obſeruatio: quandoque a ſolo epiſcopo, alibi rurſus ab epiſcopo et clero eligendi erant. Præterea ab initio etiam *laici* huic adminiſtrationi præficiebantur: tandem hi in totum excluſi, et ſoli *clerici* ad hanc præfecturam admiſſi, poſtquam œconomorum dignitas eminentior eſſe cœpit. Conf. MORINVS *cit. l. c. 5. §. 5. ſqq.* Sæpe tamen etiam ſuo deerant officio, nec *ex fide* adminiſtrabant, adeo vt in morem abierit, eis *vitricorum eccleſiæ* nomen dare, obſeruante SCHVRZFLEISCHIO *peculiari diſſ. de vitric. eccleſ.*

Praxis conſtituendi œconomos propagata.

De eorum electione.

§. XXXVI. Verum nec ſollicita adminiſtratio bonorum eccleſiaſticorum, nec inſpectio epiſcopalis ſufficiebant ad integritatem horum bonorum conſeruandam. Variæ iis inſidiæ ſtruebantur a vicinis potentioribus, quibus *res nullius* eſſe videbantur, vt occupanti cedere deberent. Variæ præterea lites et contentiones multoties de his oriebantur, quibus ſopiendis nec œconomi nec epiſcopi erant idonei. Neceſſitas ergo *aduocatos* et *defenſores* introduxit, qui *lingua* et *manu* patrimonium eccleſiæ defenderent, eius cauſas perorarent, et inique eccleſiis ſubtracta repeterent. Non vna horum *aduocatorum* et *defenſorum* vbique et omni tempore fuit ratio, ſed creuit, decreuit, variisque mutationibus obnoxia fuit, prout plenius docent MABILLON. *in annal. Benedict. lib. XIII. n. 29.* ANTON. MATTHAEI *de nobil. lib. II. c. 29. ſqq.* B. HERTIVS *de iactitata vulgo ordin. Ciſtert. libert. et exemt. ſect. III.* PAVLIN. *de aduocat. et œconom.* THOMASSIN. *P. III. de vet. et nou. eccleſ. diſcipl. lib. 2. c. 55.* MORINVS *cit. l. c. 6. ſq.* Ab initio cauſas eccleſiarum agebant, patrimonium eccleſiæ defendebant, poſtea quidam etiam *iudiciariam poteſtatem* nacti ſunt. Plerumque qui eccleſias vel monaſteria fundabant, aduocatiam ſibi et ſucceſſoribus ſuis, *iure hereditario*, reſeruabant. Quandoque fundatores liberam canonicis vel monachis relinquebant poteſtatem, eligendi ſibi aduocatum. Liquet hoc ex diplomate *de anno 1070.* apud MIRAEVM *lib. I. diplom. Belg. c. 38.* ibi: *Liberam igitur poteſtatem concedimus canonicis aſſu-*

Aduocati quoque ad defenſionem bonorum eccleſiaſticorum conſtituti.

Quomodo conſtituti?

Digitized by Google

assumendi, quemcunque voluerint aduocatum, qui tamdiu et non vlterius eorum rebus vel eorum causis præsit, quamdiu eis placuerit. Similis tenoris diploma de eodem anno occurrit apud EVNDEM *cit. l. c. 39.* Nec enim semper olim *perpetui* et *hereditarii*, sed etiam *ad tempus* assumti. MATTHAEI *cit. l. p. 508.* Inde alii *dati*, alii *nati* erant. A Cæsare etiam iure feudi quibusdam *aduocatia* concessa, et hoc intuitu inter *regalia* relata, EODEM obseruante *cit. l. p. 511.* Quidam *nudi* erant *defensores;* quidam præterea *iurisdictionem* exercebant, quod vel ex antiqua obseruantia, vel ex conuentione diiudicabatur, cuius formulas exhibet HERTIVS *cit. l. sect. III. §. 15.* Potestatis iudiciariæ regulariter fiebat mentio in diplomate, si aduocati eam exercendi facultatem accipiebant. Apud SCHATENIVM *in annal. Paderborn. ad ann. 888.* ARNVLPHVS confirmat priuilegia Werthinensium, additque: *Coram aduocato eorum, si quid inquirendum est, aut corrigendum, inquiratur et corrigatur.* Similiter in diplomate de *anno 889: liceat eis coram aduocato, ex nostra iussione constituto, iustitiam facere.* Similes formulæ occurrunt in diplomatibus *de anno 931. 936. 941. 946.* etc. apud EVNDEM. Postquam enim ab ordinaria iudicum potestate eximebantur, proprius iis constituendus erat iudex, qui ius diceret.

Varia eorum conditio.

Officia aduocatorum.

§. XXXVII. Ceterum *rerum administratio* proprie ad eos non spectabat, inde nec reddendis rationibus obnoxii erant, summo tamen studio prouidebant, ne in patrimonio iuribusque ecclesia quid detrimenti caperet. Nihil proinde citra eorum consensum alienari poterat, et si quid ab ecclesia gerendum, si quis contractus ineundus, vnde lædi ecclesia poterat, eorum auctoritas necessaria erat. ANTON. MATTHAEI *cit. l. p. 503.* Imprimis quando ecclesiæ vacabant, id muneris erat aduocatorum, vt omnia integra iis conseruarentur, imo tandem res eo deducta est, vt administrationi bonorum ecclesiasticorum in quibusdam ecclesiis et monasteriis præessent. Docet hoc LEHMANNVS *lib. II chron. Spir c. 36.* atque, daß sie durch ihre Diener und Beamte der Kirchen und Bischöffe Güter und Feld bestellet, und die Leibeigene zu Frohndiensten und Arbeit angehalten, gebührende Sorge für die Haushaltung getragen, aller Frucht und Gefälle Einnahm und Ausgabe zu der Kirchen Nutz und Besten zu rechter Zeit und Ort verfüget. Denn solche Dinge zu verrichten, pergit, denen Geistlichen durchaus allenthalben auf den Conciliis und Synodis ernstlich und bey Vermeidung zeitlicher und ewiger Straffen verboten, darzu dieser Spruch angezogen: *nemo militans DEO implicat se negotiis secularibus.* Hanc vero

vero præfecturam et bonorum diſpenſationem mox ipſis in prædam ceſſiſſe, antiqua diplomata docent, relata ab ANTON. MATTHAEI *lib. II. de nobil. c. 30.* adeo vt, ad infringendam eorum deprædationem, cogitatum fuerit de abolendis aduocatis, et iugo eorum excutiendo. Quidam, graui ære ſoluto, hanc redemerunt aduocatiam: nonnulli gratis *pro anima ſua* ex ſuggeſtione clericorum eidem in perpetuum renunciarunt. Alii aliter eam amiſerunt, obſeruante et diplomatibus rem illuſtrante PAVLINI *tr. de œconom. et aduoc.*

§. XXXVIII. Speciatim in *capitulis* circa adminiſtrationem rerum, ad illud pertinentium, mutatio quædam inualuit. Dictum eſt, a CHRODOGANGO efformata *collegia canonicorum*, et plura ex *monaſticis inſtitutis* hauſta eſſe. Ex his quoque *præpoſitos* acceperunt, qui in monaſteriis vſitati erant, vti liquet ex *capitul.* CAROLI M. *lib. I. c. 88. De bis, quos præpoſiti canonicorum aut monachorum ordinandos expetiuerint, eadem forma ſeruanda eſt.* Qualis autem eo tempore functio *præpoſitorum* fuerit, in compendio docet NICOLAVS SCHATEN. *lib. II. annal. Paderborn. ad ann. 816.* vbi præmittit, canonicos ſub epiſcopo communem egiſſe vitam, et hæc addit: *Poſt epiſcopum, cui omnes obedire par erat, ſumma rerum adminiſtratio penes decanum et præpoſitum; illi ſacrorum cura, huic bonorum adminiſtratio et œconomiæ procuratio commiſſa.* Hanc præfecturam etiam in monaſteriis gerebant *præpoſiti*, qui etiam *maiores monaſterii* dicti fuere, *c. 2. D. 58.* ad inſtar *villicorum*, quorum vices *maiores*, die Meyer, geſſerunt. ISIDORVS Hiſpalenſis officium eorum ita delineat: *Ad præpoſitum pertinet ſollicitudo monachorum, actio cauſarum, cura poſſeſſionum, ſatio agrorum, plantatio et cultura vinearum, diligentia legum, conſtructio ædificiorum, opus carpentariorum ſeu fabrorum* Confirmat idem BROWERVS *lib. I. annal. Fuldenſ. c. 7.* traditque, *Poſtquam prædia, fundi, villæque complures monaſterii opibus acceſſiſſent, quo fructuoſior et fidelior horum eſſet adminiſtratio, maiorum auctoritate prouiſum fuiſſe, vt cultioribus fertilibusque locis presbyteros monachos præficerent, et ad continendum in officio ſeruos, et colonos rite gubernandos, inibi eccleſias exſtruerent. Hos vero presbyteros*, pergit, *PRAEPOSITOS vocabant, quorum id munus erat, parochorum inſtar veterum, congregationi Fuldenſi miniſtrare ſumtum, et præbere ad victum cultumque neceſſaria, reficere domeſticos vltro citroque commeantes, hoſpitio excipere peregrinos*, etc. Idem officium adhuc hodie præpoſitos in *monaſteriis monialium* gerere, quotidiana praxis euincit. Inde non mirandum eſt, etiam in collegiis canonicorum, ex inſtitutis mona-

Rebus capitulorum præpoſiti præponebantur,

quorum functio ex antiquitatibus illuſtratur.

Digitized by Google

ſticis quodammodo natis, *præpoſitos* fuiſſe inſtitutos, *adminiſtrationem temporalium* habentes, quod indigitat VREANVS II. in *c. 1. C. 8. q. 3.* vbi ita: *nomine procuratoris intelligit præfata ſynodus quemlibet eccleſiaſticarum rerum adminiſtratorem, vt verbi gratia præpoſitum, œconomum, vice-dominum.* Idem liquet ex *c. 46. X. de appell.* vbi ideo decanus contra electionem *præpoſiti* ſe opponebat, quod electus ad *adminiſtrationem rerum* eſſet inhabilis, vt obſeruat GONZALEZ *ad illum tx. lit. e.*

Res capituli cum iurisdictione iis cohærente primario adminiſtrarunt;

§. XXXIX. Non nego, *præpoſitorum* functiones in quibusuis capitulis non easdem fuiſſe, et hodie quoque diuerſam quandoque earum rationem apparere, vt infra oſtendam; interim primario in plerisque capitulis *adminiſtratio rerum capituli* iis commiſſa eſt, et quia ipſis bonis, in capitulum translatis, iurisdictio vel cohærebat, vel capitulo ſpeciatim antiquitus conceſſa erat, ſimul eandem adminiſtrarunt, quod vel hodie die Domprobſteylichen Gerichte adhuc loquuntur. Ne res vllo dubio amplius laboret, ex documentis quibusdam eam planam explicatamque reddam. Anno 1260. archiepiſcopus Colonienſis celebrem ſynodum prouincialem habuit, in qua varia ad reformationem conſtituta ſunt. Inter alia ſancitum, *vt in omnibus canonicorum collegiis reparentur dormitoria et domicilia, ad quæ canonici ad communem ſomnum capiendum et chorum frequentandum ex priſco more conuenirent, poſt decantatas vero matutinas laudes omnes a decano deducerentur ad prælectionem ſacram audiendam, ritusque eccleſiæ perdiſcendos, quemadmodum ordo ſacrorum et cura diuini numinis quotidie peragendi, ceteraque præſcribuntur; præpoſito vero ea, quæ extra eccleſiam aguntur, bonorum videlicet et redituum procuratio, ex quibus clerici viuant, et poſſeſſionum defenſio committitur.* NICOL. SCHATEN. *lib. XI. annal. Paderborn. ad ann. 1260.*

quod ex antiquitatibus illuſtratur.

Formulæ iuramentorum, quæ antiquitus præſtanda erant a præpoſitis, idem comprobatum dant, quales nonnullæ adlatæ ſunt ab ANTONIO MATTHAEI *lib. II. de nobil. c. 24. p. 457. ſqq.* In prima formula hæc occurrit clauſula: *capitulo meo præbendas canonicorum et aliorum officiatorum, et alia, ad quæ ipſi capitulo ac canonicis et officiatis prædictis teneor, temporibus debitis ſine diminutione ſiue protractione miniſtrabo.* Item: *Bona eccleſiæ meæ nunc habita, et in poſterum habenda, non alienabo. Alienata, pro poſſe meo, recuperabo - - temporales iurisdictiones nemini in pactum* (h. e. in Pacht) *concedam; nec alienabo ſine conſilio et conſenſu decani et capituli, nec ibidem iudicem damnoſum eccleſiæ meæ conſtituam - - Bona ad capitulum ſpectantia mihi non vſurpabo.* Expreſſius hoc declaratur in formulis aliis, ab EODEM *p. 438. ſqq.* adductis.

&is. Inde ſæpe ampliſſimam præpoſitus exercuit iurisdictionem, etiam *ius gladii*, vti olim in Vltraiectina eccleſia, EODEM teſte *p. 444. ſqq.* quod tanquam *procurator capituli* exercebat, cui hoc ius proprium erat cum vniuerſo patrimonio, atque hoc etiam ad ea tempora referendum, quo tandem communis conuictus deſiit, et bona inter epiſcopum et capitulum fuerunt diuiſa, parte bonorum ſeparatim capitulo aſſignata. Collineat huc fragmentum apud MABILLON. *P. I. annal p. 52. Statuerunt pro canonicis, qui tunc ſub præpoſitis viuebant, quia præpoſiti temporalia male tractabant, et nobiliores fortioresque canonici poſſeſſiones vſurpabant, vt quilibet canonicus, perſonis ad certum numerum redactis, ſuum temporale proprium poſſideret, et vt de communi camera cuilibet diſtribueretur, prout in choro diuinis officiis reſideret.* De ſinceritate huius fragmenti non leue quidem ſupereſt dubium, infra excutiendum, interim res ipſa, quam prodit, in dubium vocari nequit.

§. XL. Fere vnice præpoſiti huic rerum capitularium adminiſtrationi ſeſe adeo dederunt, vt *œconomorum* prouinciam ſuſtinere viderentur. Inde tandem inualuit, vt *ab omni reſidentia ſeſe liberarent*, imo nequidem hodie ad capitulum in quibusdam locis vocentur, ſed nudo beneficio, præpoſituræ annexo, contenti degant. Neque hoc negat MOLANVS *lib. II. de canonicis c. 4.* ſed, *Si noſtros*, aït, *præpoſitos ad priſcos illos conferamus, nihil fere aliud videmus reſeruaſſe, quam vmbram quandam præpoſituræ, quæ adhuc relucet in prima ſeſſione, in opimis fructibus, qui tamen in nonnullis locis iuſto DEI iudicio propter intermiſſam reſidentiam multum attenuati ſunt.* Olim ſane ad *reſidentiam* obligabantur, habebantque votum in capitulo. Teſtis eſt AVBERT. MIRAEVS *lib. I. diplom. Belgic. c. 137.* vbi adducit diploma de *anno 1457.* in quo inter alia de *præpoſito* hæc cauentur: *imprimis quod inueſtitus eccleſiæ, religioſus ſiquidem et de monaſterio Tongerloenſi antedicto, cenſeatur et ſit præpoſitus eccleſiæ, ita quod in choro et in capitulo ſit dexter, habeatque primam vocem nomine inueſtituræ*, (h. e. officii parochialis) *factis autem votis ſingulorum canonicorum, etiam decani, habeat adhuc vltimam vocem veluti præpoſitus.* Præpoſiti a reſidentia immunes.

(VII.)

De diſpenſatione bonorum eccleſiaſticorum in clericos.

§. XLI. Propero ad nouum huius materiæ membrum, quod viam ad *præbendarum* ſtructuram mihi pandit. Equidem res eccleſiaſticæ Clerici indigentes ex his bonis quoque alebantur.

Digitized by Google

ſticæ potiſſimum tempore naſcentis eccleſiæ *in vſus pauperum* colligebantur, quia tamen etiam inter illos, qui eccleſiæ inſeruiebant, multi facultatibus deſtituti erant, optimo iure de reditibus participabant. Imo etiam alii ex clero *iure ſuo* pro officio ſacro ſtipendium quoddam exigere poterant, quod pluribus argumentis PAVLVS *1 Cor. IX.* demonſtrat. Sed ea illo tempore adhuc erat plerorumque modeſtia, vt non *ſua*, ſed quæ CHRISTI erant, quærerent, nec *turpis lucri gratia*, quod PETRVS *1epiſt. V, 2.* admodum diſſuadet, præfecturam eccleſiaſticam gererent. Nulla ſingulis erant conſtituta ſtipendia: bona ipſa erant communia, ex priſca diſciplina apoſtolica, ſub adminiſtratione epiſcopi, cui diſpenſatio quoque conceſſa. Fratres, qui ſacris intererant, frequentes oblationes faciebant, ex quibus et pauperes et clerici indigentes alebantur. Tempore CYPRIANI ſingulis fiebat quædam diſtributio collectarum pecuniarum, ex quibus etiam participabant clerici. Sic enim in *epiſt. XXXIV. edit. Oxon.* de quibusdam clericis, qui recoſſerant, et poſtmodum recipi deſiderabant, ſcribit: *Interim ſe a diuiſione menſurna tantum contineant, non quaſi a miniſterio eccleſiaſtico priuati eſſe videantur, ſed vt integris omnibus ad noſtram præſentiam differantur.* Admittebantur ergo clerici ad *diuiſionem menſurnam*, imo et *quotidianæ diſtributiones* earum *oblationum* erant, quæ in *comeſtibilibus* conſiſtebant, ex quibus etiam partem ferebant. Teſtis rurſus eſt CYPRIANVS *epiſt. 1.* vbi ſui temporis clericos deſcribit, quod moleſtiis et negotiis ſecularibus non amplius alligentur, ſed *donaria* (alii legunt *in honore*) *ſportulantium fratrum* (oblationes facientium) *tanquam decimas ex fructibus accipientes ab altari et ſacrificiis non recedant, ſed die ac nocte cœleſtibus rebus et ſpiritualibus ſeruiant.* Aequiparat ſtatum clericorum ſui temporis cum ſacerdotibus et Leuitis V. T.: his olim aſſignatæ erant decimæ aliique reditus, ex quibus viuebant, vt eo expeditius ſacris vacare, non vero de victu ſibi aliunde comparando cogitare poſſent. Similem ſtatum attribuit clero ſui temporis. A negotiis ſecularibus abſtinere iubebantur, et ne prætextum allegare poſſent, ſe ad victum inde quærendum illa derelinquere non poſſe, abunde eis proſpiciebatur tum de *menſurnis diuiſionibus*, tum de *oblationibus* aliis, quæ *quotidie* diſtribuebantur. Clarius id ipſum teſtatur in *epiſt. XXXIX. in f.* et, *Ceterum*, ſcribit, *presbyterii honorem deſignaſſe nos illis iam ſciatis, vt et ſportulis iisdem cum presbyteris honorentur, et diuiſiones menſurnas, æqualibus quantitatibus, partiantur.* Epiſcopus ſimiliter ſuam ferebat partem, cuius mentionem inſicit IDEM *epiſt. VII.* vtrum vero diui-

diſpenſatione epiſcopi menſurna,

vel quotidiana,

qui et ipſe partem capiebat.

Digitized by Google

diuiſio *in tres partes* facta fuerit, id quod contendit IOANNES, Oxonienſis epiſcopus, *in not. ad epiſt. V. Cypriani*, ita vt vna epiſcopo, altera clero, tertia pauperibus ceſſerit, non liquet, quin potius huius diuiſionis demum ſeculo V. mentio iniicitur.

§. XLII. Id certius eſt, diſpenſationem hanc diſtributionemque *arbitrio epiſcopi* relictam fuiſſe, vnde probabile redditur, non vbique eandem fuiſſe diuidendi rationem. Epiſcopo abſente vel impedito, *presbyteris* hæc facultas demandabatur, quod ipſe innuit CYPRIANVS *epiſt. V.* Admonet hac epiſtola presbyteros, vt curam pauperum habeant, additque: *Peto, nihil deſit: cum ſumma omnis, quæ redacta eſt, illic ſit apud clericos diſtributa propter eiusmodi caſus.* Cum enim ad ſeceſſum properaret CYPRIANVS, pecunias has commiſit clericis, vt illas inter fratres egentes, more vſitato, diſtribuerent. Multo magis ergo hoc negotium incubuit presbyterio, *ſede vacante*, vtpote ad quod omnis cura eccleſiæ redibat. Nec de diuiſione redituum eo tempore contentiones incidebant, vt neceſſe fuiſſet, de ea in conciliis prouincialibus conſtituere. Saltim per tria priora ſecula veſtigia harum litium non occurrunt, nec in quoquam concilio de ea quid cautum eſt. Epiſcoporum in ſingulis eccleſiis ordinationi ſtabatur, nec mores vnius eccleſiæ aliis normam præſcribebant. Ait CYPRIANVS *epiſt. LV. p. 110: Manente concordiæ vinculo, et perſeuerante catholicæ eccleſiæ indiuiduo ſacramento, actum ſuum diſponit et dirigit vnusquisque epiſcopus, rationem propoſiti ſui Domino redditurus.*

Abſente epiſcopo hæc diſtributio incumbebat presbyteris.

vt et ſede vacante.

§. XLIII. Creuerunt reditus ſeculo IV. ex bonis immobilibus in eccleſias paſſim translatis. Sed etiam creuit auaritia epiſcoporum; ambitio vires ſumſit, et pro modeſtia erupere varia vitia. Hæc non leues turbas mouerunt circa *diuiſionem*, epiſcopis pleraque ad ſe trahentibus, et parum vel nihil reliquo clero largientibus. Teſtem adduco HIERONYMVM *de ſeptem ordin. eccl. c. V.* a GRATIANO in *c. 23. c. 93.* relatum, qui de ſtatu epiſcoporum ſui temporis notanter ſcribit: *Nunc autem ex quo in eccleſiis, ſicut in Romano imperio, creuit auaritia, periit lex de ſacerdote, et viſio de propheta. Singuli quique per potentiam epiſcopalis nominis, quam ſibi ipſi illicite abſque eccleſia vindicarunt, totum, quod leuitarum eſt, in ſuos vſus redigunt, nec hoc ſibi, quod ſcriptum eſt,* (vel potius, quod *adſcriptum* eſt) *vindicant, ſed cunctis auferunt vniuerſa. Mendicat infelix clericus in plateis; et ciuili operi mancipatus publicam a quolibet depoſcit alimoniam. Et quidem ex eo deſpicitur cunctis ſacerdotale officium, dum miſericordia deſolatus iuſte putatur ad hanc*

Seculo IV. epiſcopi quidam iam iniqui erant in diſtributione bonorum eccleſiaſticorum.

ignominiam deueniſſe. De *oblationibus* potiſſimum hoc loqui videtur, quas epiſcopi per iniuriam ſibi ſoli vindicabant; cum tamen partem ſaltim *adſcriptam* ſibi reſeruare debuiſſent. Sed etiam de bonorum immobilium ſordida adminiſtratione conqueritur, et, *Solus*, addit, *incubat bonis, ſolus miniſterio vtitur, ſolus vniuerſa ſibi vindicat, ſolus partes inuadit alienas, ſolus occidit vniuerſos.* Poſt pauca pergit: *Hinc propter ſacerdotum auaritiam odia conſurgunt, hinc epiſcopi accuſantur a clericis, hinc principium litis, hinc detractionis cauſa, hinc origo criminis. Etenim ſi vnusquisque ita in hoc mundo viſibili aliquid poſſidere iubetur, et ſua tantum poſſeſſione contentus ſit, ac res non inuadat alienas; non agrum pauperi tollat, non vineam, non ſubiectorium aliquod, non famulas, non fructus: quanto magis, qui eccleſiæ DEI præeſt, debet ita in omnibus ſeruare iuſtitiam, vt ſibi hoc tantum vindicet, quod ſui iuris eſſe cognoſcit, et aliena non rapiat, aliena non contingat, æqualem ſe ceteris faciat, et ſicuti ſine his in miniſterio non viuit, ita in diſpenſatione non viuat. Certe, vt ipſe noſti, qui viſibiliter in hoc mundo ius inuadit alienum, accuſatur a paupere, damnatur a iudice: ita et in eccleſia DEI, cum vnusquisque ſtipendia ſua perdit, clamat ad Deum, exauditur a Chriſto, nec differtur in hac parte vltionis ſententia, ſi non redduntur vniuerſa.* Quis crederet, eam ſorditiem iam inceſſiſſe epiſcopos, vt omnem pietatis et æquitatis ſenſum depoſuiſſe viſi fuerint? Noui, eruditos hunc tractatum HIERONYMO abiudicare, et auctori ſeptimi ſeculi adſcribere, non ergo ad rem teſtimonium adductum facere videtur. Verum mores epiſcoporum non adeo diſſimiles iis, qui antea depicti ſunt, fuiſſe, liquet ex HIERONYMI *epiſt. II. ad Nepotian.*, quæ eſt indubiæ auctoritatis. Deſcribit in hac epiſtola mores diſſolutos nonnullorum clericorum, et quorundam turpe ſeruitium, quo diuitum hereditates ambire ſolebant. *Audio*, ait, *præterea in ſenes, et anus abſque liberis quorundam turpe ſeruitium. Ipſi apponunt matulam, obſident lectum, purulentiam ſtomachi et phlegmata pulmonis manu propria ſuſcipiunt. Pauent ad introitum medici, trementibusque labiis, an commodius habeant? ſciſcitantur, et ſi paululum ſenex vegetior fuerit, periclitantur, ſimulataque lætitia, mens intrinſecus anara torquetur. Timent enim, ne perdant miniſterium, et viuacem ſenem Methuſalem annis comparant. O quanta apud Deum merces, ſi in præſenti pretium non ſperarent! Quantis ſudoribus hereditas caſſa expetitur? Minore labore margaritum Chriſti emi poterat.* Nolo congerere alia teſtimonia, quæ auaritiam et ambitionem epiſcoporum circa hæc et ſequentia tempora demonſtrare poſſunt, vbiuis quippe obuia. Hi deperditi mores materiam litium præbuerunt, lites denique

nique et querelæ pepererunt canonum legumque determinationes, quæ potiſſimum in Occidente *diſtributionem reditnum in quatuor partes* approbarunt.

§. XLIV. Videtur hic mos in Romana eccleſia potiſſimum obſeruatus fuiſſe, quemadmodum GELASIVS *epiſt. 3. ſect. V.* eius mentionem iam facit, illumque obſeruandum eſſe iubet. Hanc obſeruantiam vbique in *occidente* introducere ſtudebant, ceu aperte innuit GREGORIVS M. apud GRATIANVM in *c. 30. C. 12. q. 2.* interroganti AVGVSTINO ita reſpondens: *mos apoſtolicæ ſedis eſt, ordinatis epiſcopis præceptum tradere, vt ex omni ſtipendio, quod accedit, quatuor debeant fieri portiones: vna videlicet epiſcopo et familiæ propter hoſpitalitatem, et ſuſceptionem; alia clero; tertia pauperibus; quarta eccleſiis reparandis.* Durauit hæc diſtributio in *occidente* per plura ſecula, docente THOMASSINO *P. III. de vet. et nou. eccleſ. diſcipl. lib. II. c. 15. ſqq.* quamuis epiſcopi hinc inde parochis nonnunquam pro arbitrio certa bona fruenda aſſignarent, vt infra dicendum. Imo poſtquam CHRODOGANGI ex inſtituto canonicorum congregationes inualuerunt, non adeo ſemper intuitu horum diſtributionis in quatuor partes ratio eſt habita.

Hæc ſordida diſtributio peperit legem de bonis diuidendis in quatuor partes.

§. XLV. Videlicet hæc collegia, prout *tit. I.* obſeruaui, mox adeo inclaruerunt, vt plura bona eorum ſuſtentationi addicerentur, quæ primario eorum vſibus applicabantur. Docent id ipſum tot fundationes, poſtmodum factæ, et quia ad ſimilitudinem *monaſteriorum* erigebantur, hæc, quæ his capitulis donata erant, *in commune* poſſidebantur, et victu ſufficiente omnes inde ſuſtentabantur. Inde (I.) factum, vt bona inter prælatos et capitulum diuiſa fuerint, quibusdam menſæ prælatorum, quibusdam menſæ capituli aſſignatis, *c. 8. et 10. X. de reb. eccl. alien. vel non*, prout fundationibus cautum erat. His vtplurimum cavebatur, quot canonici in congregatione adeſſe, et quibus ex bonis ſuſtentari deberent? (II.) Ex bonis, menſæ capituli aſſignatis, alebantur canonici *in communi*, quippe qui in vno dormitorio dormiebant, et in vno refectorio reficiebantur, vt ex *concil. Turon. III. c. 23* obſeruaui *tit. I. §. 17.* huius libri. Singulorum prouentus eo tempore conſiſtebant in *diſtributionibus* quotidianis et manualibus, prout in monaſteriis fieri ſolebat, et præter has præbendas haud habebant. *c. 34. de conſecr. D. 5. c. 9. X. de vita et honeſt. cleric.* MATTHAEI *lib. II. de nobilit. c. 49. p. 751.* THOMASSIN. *c. l. P. III. lib. 2. c. 35. §. 1.* Vnde etiam GERARDVS *in vita S.* VDALRICI, epiſcopi Auguſtani, qui ſeculo X. ſcripſit, apud MABILLON. *in act. Benedict. ſec. V. p. 459. n. 83.* has diſtributiones vocat

Quæ tamen in collegiis canonicorum non vbique obſeruata eſt, ſed quædam bona menſæ epiſcopi, quædam menſæ capituli aſſignata. Bona menſæ capituli aſſignata in communi poſſidebantur.

quotidianum canonicorum ſtipendium. Non aliis tamen (III) porrigebantur, quam præſentibus et actu ſeruientibus, vel morbo impeditis, quod tot ſeculorum praxi retentum et corroboratum eſt. vid. *c.* 7. X. *de cleric. non reſid.* ibi: *niſi forſan ſint victualia, quæ non conſueuerunt abſentibus exhiberi.* Nec inter canonicos hoc demum inualuit: iam antea negligentes clerici ſubtractione ſtipendii, quod iis in diſtributione obueniebat, mulctabantur. Teſtis eſt AVCTOR *vitæ S. Tetrici, epiſcopi Antiſiodor.* circa ann. 709. apud MABILLON. *ſect. III. part. 1. p. 103.* aiens: *Hac itaque conſtitutione roborata conſtituit, vt abbates, presbyteri cum clero ad ſupra ſcriptum officium peragendum conuenientes, ex dominico cellario ab œconomo eccleſiæ ſtipendium ſufficiens accipiant: ſi vero tarde occurrerint, aut negligentes apparuerint, 40. dies a vino abſtineant.* Ex quo vulgatum illud ortum: *abſens, carens.*

Inde poſtea remanſerunt diſtributiones quotidianæ,

§. XLVI. Quamuis vero (IV) præbendæ poſtea ſingulis *canonicis ſecularibus* aſſignatæ ſint, adhuc tamen hæ *quotidianæ diſtributiones* manſerunt, hac cum diſtinctione, vt illæ quidem ſaluæ eſſent etiam his, qui ex iuſta quadam cauſa non reſidebant, non vero hæ; item quod recepti inter canonicos, licet *prœbenda* adhuc carerent, ad *diſtributiones* tamen eſſent admittendi. Poſterius conſtituit INNOCENTIVS III. in *c. 19. X. h. t. in f.* Prius vero HONORIVS III. in *c. 32. X. h. t.* diſponens de iis, qui *ſtudiorum gratia* abſentes erant, quibus quidem proventus eccleſiaſtici integre miniſtrabantur, non *diſtributiones manuales.* Ait pontifex: *Nolumus tamen, vt quotidianas diſtributiones, quæ tantum reſidentibus in eccleſiis, et his, qui interſunt horis canonicis, exhibeantur, ei tribui faciatis.* Erant enim hæ olim *victus* canonicorum *quotidianus*, quem alii percipere non poterant, quam præſentes, quod natura rei poſtulabat. Hunc in finem (V) piſtores conſtituebantur, qui panes ad *quotidianas diſtributiones* coquebant. In *ſynodo Colonienſi anno 1260.* cautum fuiſſe refert SCHATEN. *lib. XI. annal. Paderborn. ad cit. ann. vt piſtrinum publicum conſtitueretur, ex quo panes quotidie diſtribuerentur clericis.* Piſtores ipſi, die Stifts-Becker, ſolenni iuramento obſtringebantur, cuius formulam adducit ANTON. MATTHAEI *de nobilit. lib. II. c. 48. in f. p. 51.*

præſentibus tantum obvenientes.

Inde piſtorum in capitulis conſtitutio.

Cur in capitulis ſenſim euiluerit diſtributio in quatuor partes?

§. XLVII. Hoc modo ſenſim euiluit *diſtributio in quatuor partes*, in collegiis canonicorum. Quæ antea in eccleſias conferebantur bona, ad certum vſum deſtinari non ſolebant, ſed ſub diſpenſatione erant epiſcopi: capitulis conſtitutis, alia hinc inde facies rerum apparuit. Habebant hæc collegia inſignem ſpeciem pietatis, multa iis con-

conferebantur, et *ſpeciatim* horum ſuſtentationi deſtinabantur ex imperatorum, regum, epiſcoporum, aliorumque liberalitate: hinc quæ *ſpeciatim* eorum vſibus deſtinata erant, ſubdiuiſioni huic in quatuor partes ſubiecta eſſe non videbantur. Conſtituebat quidem LVDOVICVS pius in *capitul. de anno 816. art. 4.* vt, quicquid a fidelibus eccleſiæ ſponte collatum eſſet, antiquo more diſtribueretur, hac tamen adiecta clauſula: *niſi forte a datoribus, vbi ſpecialiter dandæ ſint, conſtitutum fuerit.* Vnde probabile eſt, diſtinctionem hanc in poſterum ſeruatam fuiſſe, vt, quicquid *generaliter* in eccleſiam conferretur, diuiſioni antiquæ ſubiaceret: quicquid autem *ſpecialiter* ad *certum vſum* deputaretur, veluti ad canonicorum ſuſtentationem, ab hac diuiſione exemtum eſſet. Vbi vero certa bona, capitulo deputata, deficiebant, quarta canonicis more antiquo aſſignabatur. Huc refero, quæ AVTOR *vitæ S. Adelberti* epiſcopi Pragenſis, ſeculo X. apud MABILLONIVM *in act. Benedict. ſec. V. n. 11. p. 851.* refert, docetque, ADALBERTVM *res eccleſiaſticas ſub æqua diuiſione diſtribuiſſe in quatuor partes: primam partem*, pergit, *pro neceſſariis vel ornatibus eccleſiæ, ſecundam canonicorum commoditatibus adſcripſit, tertiam vero in agmina pauperum proſlua miſeratione expendens, vltimæ partis ſummulam pro ſuis vſibus ſeruat.* Sed rariora forſan exempla huius antiquæ diſtributionis *in collegiis canonicorum* apparebunt, poſtquam hi proprio patrimonio, ſpecialiter ſuæ ſuſtentationi deſtinato, inſtructi erant, quod ſub *præpoſiti* directione et adminiſtratione erat.

In nonnullis capitulis quarta canonicis adhuc aſſignata eſt.

§. XLVIII. Hæc bonorum copia, qua capitula ſeculo X. abundabant, ad deſerendam *vitam communem* canonicos inducebat, vt ſeorſim habitarent, et ſinguli ſeparato victu vterentur. Domus eorum circa *eccleſiam* conſtruebantur, et antiquo nomine retento paſſim *clauſtrales* vocabantur, obſeruante ANTONIO MATTHAEI *lib. II. de nobil c. 22. p. 398.* nec aliis quam canonicis aſſignabantur. *c. 25. X. h. t.* Factum hoc fuiſſe ex conniuentia epiſcoporum, docent ſtatuta eccleſiæ maioris Vltraiectinæ apud MATTHAEI *cit. l. p. 399.* vbi: *ex inſtituto ordinis eodem refectorio comedere, et dormire eodem dormitorio tenemur, et viuere de communi; ſed ex diſpenſatione epiſcoporum hoc hactenus ſcientium et tolerantium in priuatis domibus habitamus. Non tamen licet alicui canonico habitare, niſi in domibus clauſtralibus.* Vocatæ etiam hæ domus ſunt *curiæ*, Domherren-Höffe, qua appellatione hodie gaudent. Hac ſeparatione facta, noluerunt ex antiquis diſtributionibus amplius viuere: lautior et hilarior vita placebat, quæ vberiores deſiderabat reditus. Inde origo

Abiecta vita communi, ſinguli canonici habitarunt ſeorſim in curiis.

Inde nec in communi amplius vivere voluerunt,

origo *præbendarum*. Qui vero ad *regularem vitam* ſeculo XI. ſeſe conferebant, abdicata bonorum proprietate, communem rurſus vitam agere inſtituebant.

(VIII.)

De beneficiorum eccleſiaſticorum et præbendarum initiis, progreſſu et varia ratione.

Seculo VI. iam quibusdam clericis data ſunt prædia ab epiſcopis, iure beneficiario,

§. XLIX. Fontem *præbendarum* canonicorum binis verbis aperui, de quibus ſpecialius agendum. Per aliquot ſecula, vt dictum, reditus omnium eccleſiarum in diœceſi erant ſub diſpenſatione epiſcopi, nec parochis certa data erant prædia, ex quibus fructus ſuos facerent. Seculo VI. quædam apparent veſtigia, quæ demonſtrant, quandoque clericis quibusdam loco *alimentorum* data fuiſſe prædia eccleſiaſtica, iure quodam *beneficiario* ſeu vſufructuario. In *concilio Agathenſi*, anno 506. celebrato, *c.* 22. relato in *c.* 32. *C.* 12. *q.* 2. ita cautum de his eſt: *vt ciuitatenſes ſiue diœceſani presbyteri vel clerici, ſaluo iure eccleſiæ, rem eccleſiæ, ſicut permiſerint epiſcopi, teneant; vendere autem aut donare penitus non præſumant.* Eiusmodi conceſſionem eo tempore *extraordinariam* fuiſſe, res ipſa loquitur; non ergo in conſequentiam trahi poterat, nec ſucceſſor ius aliquod inde ſibi tribuere poterat: vnice illud ex arbitrio epiſcopi dependebat. *Diſtributiones* redituum adhuc vſitatæ et ordinariæ erant, quibus tamen epiſcoporum diſpenſandi libertas haud reſtringebatur, extra ordinem quandoque quibusdam clericis agros vel prædia loco *ſtipendii eccleſiaſtici* aſſignandi, quod eccleſiæ nullum adferebat præiudicium, ſed ius mere *perſonale* et temporarium erat, quod pluribus teſtimoniis exornat THOMASSINVS *P. III. de V. et N. eccleſ. diſcipl. lib. 2. c. 16.*

extra ordinem tamen.

Beneficia prædiorum ſecularium loco ſtipendii data;

§. L. Ea iam illo tempore inualuerat conſuetudo inter laicos, vt principes iure *beneficii* prædia aſſignarent iis, ad vitam fruenda, quos ſibi *fidelitate*, maxime *militari*, obſtringere ſtudebant, et ſic quodammodo erant *ſtipendia militaria*. Huc collineat AVGVSTINVS *ſerm. I. in vigil. pentecoſt.* *Notum eſt*, aiens, *quod milites ſeculi beneficia temporalia a temporalibus dominis accepturi prius militaribus ſacramentis obligantur, et dominis ſuis fidem ſe ſeruaturos profitentur.* Vnde *iure beneficii* poſſidere *proprietati* opponitur, et ius quoddam *vſuifructui* ſimile denotat, adeo vt ſcriptores medii æui hæc duo, *iure beneficii et vſufructuario*

ſtuario tenere, ſæpe connectant. In diplomate LVDOVICI de anno 845. apud SCHATEN. *in annal. Paderborn. ad eit. ann.* diſerte dicitur: *quemadmodum Banzleibs Comes in beneficium hactenus habuit, et noſtri iuris atque poſſeſſionis in re proprietatis eſt totum.* Nec tantum prædia fiſcalia in *beneficium* laicis data, ſed etiam monaſteria ipſique fundi eccleſiaſtici, prout tot monumenta eccleſiaſtica docent. Ad hunc morem paulatim epiſcopi ſe accommodaſſe videntur, vt his, qui in ſacris Deo militarent, iure *beneficii* prædia eccleſiaſtica *ad vitam* fruenda loco *ſtipendii* darent, quod iis alias ex prouentibus *patrimonii eccleſiaſtici* diſtribuendum erat. Libera diſpenſatio bonorum eccleſiaſticorum, quam ſibi epiſcopi aſſerebant, hanc eis tractu temporis indulſit facultatem, maxime in Gallia, quo beneficiorum militarium vſus multus erat.

quod epiſcopi in imitationem traxerunt.

§. LI. Rariores tamen horum fundorum conceſſiones ſub *iure beneficiario* erant; plerique *diſtributionibus quotidianis* alebantur, maximaque pars bonorum adhuc ab œconomis adminiſtrabatur. Acceſſit ſub CAROLO M. vita canonicorum communis: quæ etiam aſſignationes talium beneficiorum eccleſiaſticorum non vbique permittebat. Parochis potiſſimum certa prædia ſunt addicta, tum quod ſæpe remotiores eſſent a ſede epiſcopali, iisque *diſtributiones quotidianæ* porrigi non poſſent, tum etiam quod hinc inde parochialibus eccleſiis, ſeparatas ſocietates conſtituentibus, bona donarentur, in vſus harum ſpeciatim impendenda. Erant etiam hæc quidem ſub epiſcopi diſpoſitione, æquum tamen videbatur, vt fundatorum intentioni ſatisfieret, quantum fieri poſſet. In *concilio Aurelianenſi I. c. 15.* anno 517. poteſtas epiſcoporum circa hæc bona late extenditur: *de his, quæ parochiis in terris, vineis, mancipiis atque peculiis, quicunque fideles obtulerint, antiquorum canonum ſtatuta ſeruentur, vt omnia in poteſtate epiſcopi conſiſtant.* Videntur parochi hæc bona, ideo quod parochiis *ſpeciatim* donata fuerint, ſibi appropriaſſe, et epiſcoporum poteſtatem circa illa reſtrinxiſſe, quod patres hoc concilio præcauere voluiſſe videntur. Interim liberum erat epiſcopis, hæc bona, vel certam eorum partem iis loco *ſtipendiorum* aſſignare, ſimul tamen præcauebant, ne illa alienarent. In *concilio Agathenſi* anno 506. celebrato *c. 49.* relato *in c. 35. C. 12. q. 2.* hac de re ita cenſuere patres: *Diaconi vel presbyteri in parochia conſtituti de rebus eccleſiæ* SIBI CREDITIS *nihil audeant commutare, vendere vel donare . . Similiter ſacerdotes nihil de rebus eccleſiæ,* SIBI COMMISSIS, *alienare præſumant.* Quæ illis hic *credita* et *commiſſa* dicuntur, reuera iure *beneficii*

Beneficia eccleſiaſtica ab initio rariora.

In parochiis maxime vſitata.

ficii pro more illius temporis, inter laicos vsitato, tantum possidebant, quod ius alienandi excludebat.

Varie appellata sunt.

§. LII. Abstinebant tamen patres, nescio quo consilio, appellatione *beneficiorum*, nisi quod in *concilio Agathensi c. 59.* huic affinis denominatio occurrere videatur. Aiunt patres: *Clerici quilibet, quantacunque diuturnitate temporis de ecclesiæ* REMVNERATIONE *aliqua possederint, in ius proprium præscriptione temporis non reuocentur.* conf. *c. 66. C. 12. q. 2.* Similiter *in c. 23.* eiusdem concilii: *Si episcopus* HVMANITATIS *intuitu vinculas vel terrulas clericis vel monachis præstiterit excolendas vel pro tempore tenendas.* In *concilio Epaonensi de anno 517. c. 14.* titulus ita exprimitur: *Quisquis clericus de* MVNIFICENTIA *ecclesiæ, cui servierat, adeptus ad summum sacerdotium alterius est aut fuerit ordinatus, quod* DONO *acceperit, vel acceperit, reddat.* In *concil. Aurelianensi III. anno 538. c. 17.* similis appellatio occurrit: *De* MVNIFICENTIIS *sacerdotum id obseruandum, vt, si quid præsenti tempore a clericis de decedentium* MVNIFICENTIIS *habetur vel possidetur, deinceps a successoribus nullatenus auferatur -- de* MVNIFICENTIIS *vero præsentibus, quas vnusquisque clericis pro* SVA GRATIA *eorum obsequiis æstimat conferendas, sicut in arbitrio dantis est, vt tribuere, quibus voluerit, debeat; ita si inobedientia vel contumacia in aliquo accipientis extiterit, culpa agnita, in arbitrio sit præsidentis, vtrum vel qualiter debeat reuocari.* Non raro etiam titulus *precariarum* adhibitus deprehenditur, quod ad preces petentibus clericis darentur, vt in *concilio Epaonensi c. 18.* et in *concilio Toletano VI. c. 5.* relato in *c. 72. C. 12. q. 2: Quapropter prouidenter decernimus, vt, si quis clericorum stipendium de rebus ecclesiæ cuiusquam episcopi percepit* LARGITATE, *sub* PRECARIAE *nomine, debeat professionem scribere, vt nec per retentionem diuturnam præiudicium afferat ecclesiæ, et quæcunque* IN VSV *perceperit, debeat vtiliter laborare.* In *concilio Aurelianensi IV. c. 34.* titulus *misericordiæ* adhibetur: *Quisquis agellum ecclesiæ ad diem vitæ suæ pro quacunque* MISERICORDIA *a sacerdote, cui potestas est, acceperit possidendum, quæcunque ibi profecerit, alienandi nullam habeat potestatem.* Porro *in vsu accipere* prædia ecclesiastica clerici, episcopi vero *in vsum dare* passim dicuntur, vt ex *canon. 5. concil. Toletani VI.* adducto liquet, et *c. 5. concilii Aurelianensis* confirmatur: *vt clericis non liceat facultates, quas ab episcopo in vsu accipiunt, deteriorare.* In *concilio Lugdunensi II. c. 2.* prohibentur episcopi successores, auferre clericis bona, quæ antecessores *de rebus ecclesiæ* IN VSVM DEDERINT: Circa finem seculi V. in *synodo Romana II.* sub SYMMACHO *c. 4. in vsufructu*

ized by Google

fructu dare hæc bona dicuntur. Sic itaque quæ in *beneficium* dari inter laicos dicebantur, pro seruitio, maxime militari, illa ab episcopis passim clericis dari dicebantur ex *remuneratione*, *munificentia*, *dono*, *gratia*, *precaria*, *largitate*, *misericordia*, *in vsu*, *in vsufructu*, quæ appellationes reuera titulum *beneficii*, inter seculares vsitati, exprimunt, quem etiam postea assumserunt. Recte proinde obseruat PETRVS DE MARCA *l. 3. marcæ Hispan. c. 8.* vocem *beneficii* non ab ecclesia in curias feudales tractam fuisse, quin potius ex curiis feudalibus ecclesias eam mutuasse. *Ea præmia*, ait, *reipublicæ aut principis beneficia dicta sunt in libris feudorum, non ex eo, quod ad exemplum beneficiorum ecclesiasticorum instituta sint, vt vulgus putat, sed quia liberalitate principis conferebantur.*

§. LIII. Tandem in constantem morem abiit, clericis bona certa loco *stipendii* assignandi, et quod antea mere *arbitrarium* erat, in necessitatem tractum est. Iam seculo IX. parochi bona certa iure *beneficii* possidebant: in ecclesiis vero *cathedralibus* et *collegiatis* sub CAROLO M. *beneficia* hæc cessabant, quia communis vita canonicis præscripta erat, et quamuis canonici postmodum maxime seculo X. quandoque auderent agros communes inter se partiri, et in titulum *beneficii* sibi vindicare: id tamen a quibusdam, antiquo more ductis, suppressum extinctumque est, obseruante THOMASSINO *P. III. de vet. et nou. eccl. disc. lib. 2. c. 19. §. 9.* Causa mutati moris quærenda (1) in affluentia bonorum insigni, qua capitula luxuriabant; possidebant sua propria bona, liberalitate magnatum iis assignata, et sic pinguiores prouentus de iis se percepturos credebant, si inter se bona hæc partirentur. Accedebat (2) *præpositorum* quorundam perfida administratio, quorsum collineat fragmentum apud MABILLONIVM *tom. I. analect. Statuerunt pro canonicis, qui tunc sub præpositis viuebant, quia præpositi temporalia male tractabant, et nobiliores fortioresque canonici possessiones vsurpabant, vt quilibet canonicus, personis ad certum numerum redactis, suum temporale proprium possideret, et vt de communi camera cuilibet distribueretur, prout in choro diuinis officiis resideret.* (3) Seculo X. canonici admodum perdite viuebant, luxuriabanturque, vt claustris se includi non amplius paterentur. Inde passim circa finem huius seculi *vita communis* deserta est, singulique canonici res suas sibi seorsim habere inceperunt, prout supra dixi. Accessit (4) *conniuentia episcoporum*, qui itidem commodiorem anhelabant vitam, et facile permittebant, vt canonici, disruptis frenis, libertatem, quam anhelabant, reciperent.

Qua ratione tandem beneficia perpetua vbique inualuerint?

Maxime in capitulis.

Hoc modo et *res* et *nomen beneficii* eis bonis, quæ canonicis ſecularibus aſſignata fuere, pro ſtipendio eccleſiaſtico inditum.

Beneficia eccleſiaſtica naturam feudorum habent.

§. LIV. De *nomine* eo minus dubium, poſtquam adhuc hodie illud gerunt. Quod vero de re ipſa *feudorum* antiquorum ſeu *beneficiorum*, in curia feudali vſitatorum, naturam gerant, nec pontificii, ſolidiora vulgaribus præferentes, diffitentur. Erant antiquitus *feuda* ſeu *beneficia ſecularia* nihil aliud, quam *ſtipendia*, *quæ pro ſeruitio et fidelitate militari ſoluebantur*, ex quo etiam nomen *feudi* poſtea aſſumſerunt. Feudum enim iuxta SPEELMANNVM *p. 216. ſalarium eſt, per translationem prædii, quo ex beneficio gaudet vaſallus. Feo enim*, pergit, *feh et fee merces, ſtipendium, atque inde feudum.* Quæ ita iure *beneficii* transferebantur in milites ſeu vaſallos, in eorum patrimonio non erant, quia reuocari poterant, ad minimum morte *beneficiarii* ad dominum reuertebantur. Erant olim apud Romanos etiam *beneficia* quædam, quando veteranis poſſeſſiones deuictarum gentium in præmium aſſignabantur, quorum meminit PAVLVS in *l. n. D. de euict.* Sed hæc beneficia *quodammodo* in patrimonium veteranorum tranſibant, morte eorum non exſpirabant, nec propter *ſeruitia certa* dabantur.

Quæ ſtipendii rationem habent.

Similia identitatem rei non inferunt. *Beneficium* olim verum erat *ſtipendium* vel *ſalarium*, quod ob cauſam ſoluebatur, h. e. ob *miniſterium*, *officium* vel ſeruitium. Romani officialibus ſalaria aſſignabant ex publico ærario. Germani olim ærario tali deſtituti erant, pecunia apud eos rara, prædiis abundabant. Dederunt ergo miniſtris ſuis et vaſallis ſeu obnoxiis, quos habuere, agros, ſyluas, prædia, et quidem tamdiu, quamdiu officium gerebant. Eo reuocato, redibat prædium ad dominum. Similiter exſtincto vaſallo, ſtipendii cauſa quoque deficiebat, et beneficium reuerti debebat ad dominum, qui iure *proprietatis* de eo diſponere poterat. Beneficiarii *fideles* dicebantur, quia miniſtri potiſſimum ſe ad *fidem* domino obſtringunt. Mores eccleſiaſtici ad hæc inſtituta ſeſe paulatim accommodarunt, vt ante fuſius oſtenſum. Data ſunt clericis certa prædia eccleſiaſtica *iure beneficii* pro *ſeruitio eccleſiaſtico*, ad inſtar ſalarii et ſtipendii, quæ ad eccleſiam reuertuntur, officio per mortem vel alio modo finito. Inde ſicuti poſtea in feudis, ita quoad hæc beneficia *inueſtitura* acceſſit, vt infra ſuo loco dicam. Quæ in feudum dabantur, *iure* quodam *vſusfructus* poſſideri videbantur, vt docet diploma de anno 985. apud AVBERTVM MIRAEVM *in cod. donat. piar. c. 42. fideli noſtro Theodorico comiti, quicquid noſtro conceſſu hactenus*

Digitized by Google

hactenus in beneficium tenuit inter duo flumina, quæ vocantur Liora et Hisla, in proprium dedimus cum omnibus vtensilibus, quæ in eodem beneficio, regio concessu, per fructuarium vsum ante hac possedit. Simili iure etiam beneficia ecclesiastica poſſideri dicebantur, prout §. LII. obſeruaui.

§. LV. Ab hac ſententia non adeo alienus eſt THOMASSINVS *P. II. de vet. et nou. eccleſ. diſcipl. lib. 3. c. 13. §. 5.* Expreſſius hoc declarat ESPENIVS *P. II. iur. eccleſ. tit. 18. c. 1. §. 2. ſqq.* aitque, quod, poſtquam ſucceſſu temporis prædia eccleſiæ clericis bene meritis, tanquam *eccleſiæ militibus*, ad vſum dari cœperint, etiam eadem ratione *beneficia* appellata fuerint. *Nam*, pergit §. 10. *quemadmodum principes ſua bona iure beneficiario dabant iis, qui ſeruitium militare aliaue obſequia præſtarent: ſimiliter epiſcopi bona eccleſiæ poſſidenda vel vtenda, ſeu potius ius percipiendi eorum fructus dabant clericis, vt eccleſiæ militarent, ſeu officium exhiberent, quisque ſecundum vocationem ſuam.* Imprimis vero GERARDVS DV BOIS *in tom. II. hiſtor. eccleſ. Pariſ. lib. 17. c. 7. §. 10.* EX VICTORINI *annalibus* multa nomina eorum refert, qui anno 1268. *et ſqq.* ab archiepiſcopo Pariſienſi, præſtito homagio ligio, acceperunt in *feudum* ſeu *beneficium* varia eccleſiaſtica bona. *Eodem anno*, pergit, *Gaufridus poſt octauas B. Martini apud S. Victorem fecit homagium Domino Stephano Pariſienſi de decanatu ſuo, ſaluo iure capituli. Eodem anno et die idem præſtiterunt homagium Reginaldus præpoſitus de campellis in Briode de ſua præpoſitura, et Petrus cantor eiusdem eccleſiæ de cantoria. Et anno 1269. in feſto ſancti Vincentii Reginaldus nepos Stephani epiſcopi et decanus S. Marcelli fecit homagium de decanatu S. Marcelli apud Pariſios. Anno Domini 1271. die veneris poſt octauam pentecoſtes Petrus de Candeto decanus S. Marcelli fecit homagium ligium de decanatu ſuo.* Plura adhuc alia exempla adfert prælaudatus AVCTOR, indicantia, *eccleſiaſtica beneficia* eodem modo eo tempore collata fuiſſe, vti *ſecularia*, quæ conuenientiam egregie oſtendunt. Quid multa? Sicuti ipſa feuda temporibus ſubſequentibus hanc nouam induerunt naturam, vt fierent quodammodo *perpetua*, et in heredes, ad ſeruitia militaria præſtanda habiles, tranſitoria; ita quoque beneficia eccleſiaſtica, quæ olim ex nutu epiſcoporum dependebant, facta ſunt *perpetua*, officio certo eccleſiaſtico *in perpetuum* addicta, vt non amplius poſſent ab epiſcopo ſucceſſori denegari, ſed cuicunque, in officio tali ſuccedenti, conferri deberent. Hinc eſt, quod vulgo definiunt BENEFICIVM *ius perpetuum, percipiendi fructus ex bonis eccleſiaſticis propter officium ſeu miniſterium eccleſiaſticum, auctoritate eccleſiaſtica conſtitutum.* conf. ZIEGLER. *de epiſc. lib. III. c. 16. §. 1. ſqq.*

Quod teſtimoniis aliorum illuſtratur.

Digitized by Google

Præbendæ appellatio vnde deriuata et assumta.

§. LVI. Similiter et *præbendæ* appellatio ex disciplina militari assumta est. In *l. 19. D. de testib* fit mentio eorum, *qui quid exercitui præbendum conduxerint*, h. e. qui exercitui annonam militarem præstandam vel exhibendam conduxerint, cum *præbere* idem sit ac *præstare* et *exhibere*, notante BRISSONIO *de verbor. signif. voce præbere.* Olim etiam clericis et pauperibus reditus ecclesiasticos diuisos fuisse, supra fuse dictum est, quo intuitu quicquid iis ab episcopo dabatur, ad victum quotidianum, *præberi* iis dicebatur. Expresse GREGORIVS M. *lib. 9. ep. 29. Portio cleri vel pauperum, quam minime decessor vester præbuerat.* Ipse IVSTINIANVS *in Nou. 3. c. 2.* in eundem sensum hanc vocem applicat ad reditus ecclesiasticos: *Si vltra mensuram definitam ordinet episcopus, et eiusdem ecclesiæ œconomi erogationem ex ecclesiasticis* PRAEBVERINT *reditibus; ipsi quoque de sua et propria facultate* PRAEBEANT *expensam - - Non enim illud patimur omnino fieri, vt dicatur, quia licentia erit ordinare quidem, non tamen emolumenta* PRAEBERE. Antiquior hæc *præbendæ* appellatio est, quam *beneficii*: ea quippe clericis *præberi* dicebantur, quæ ex reditibus ecclesiasticis, etiam antequam agros iure *beneficii* possiderent, percipiebant ad victum quotidianum, et sic distributiones *menstruæ* et *quotidianæ* hac voce veniebant. In capit. CAROLI M. apud BALVZ. *tom. I. capitul. p. 1177. addit. 3. c. 112.* discrimen hoc occurrit: *Canonici clerici, qui in ciuitatibus vel in monasteriis degunt, qui beneficia habent, vnde victum et vestitum habere possunt, vt hoc iuxta apostolum contenti sint, et stipendia fratrum, vnde pauperiores hi, qui assidue in prædictis locis Domino famulantes excubant, atque ibi assiduum diuinum explent officium, vitam sustinent, nequaquam absumant etc. Si quis hæc statuta contemserit, vtrisque careat, i. e. BENEFICIO et PRÆBENDA, atque si gradibus fruitur ecclesiasticis, his priuetur.* Deinde quia ex penu ecclesiæ etiam pauperes, exules, valetudinarii aliique miserabiles alebantur, *præbendæ* quoque laicis sunt assignatæ ab episcopis, *c. 61. C. 16. q. 1.* HELMOLDVS *lib. 1. hist. Slau. c. 16.* ait: *Theodoricus marchio Slauorum, depulsus ab honore et omni hereditate,* PRAEBENDARIVS *apud Magdeburg. mala morte, vt dignus fuit, vitam finiuit.* Idem *lib. I. c. 33.* refert, HENRICVM IV. præbendam ab episcopo Spirensi petiuisse: *Ecce*, ait, *destitutus regno decidi a spe, nihilque mihi vtilius est, quam renunciare militiæ: da ergo mihi præbendam apud Spiram.* Consistebat ergo præbenda in annona, in victu, et aliis vitæ subsidiis, *c. 16. X. de V. S.* et ita illis quoque assignabatur, qui in *vita communi* viuebant, quibus *beneficia* non erant. Prouentus canonicorum quid aliud olim erant, quam *distributiones quotidianæ*, singulis quotidie præbendæ? vnde

recte

Digitized by Google

fecte *præbendarum* nomen sibi vsurparunt, vt subintelligantur vel *portiones* vel *distributiones*, et *præbendæ* appellatio non tam *substantiuum* quam *adiectiuum* sit. Postmodum vero vsu inualuit, vt omnes reditus, canonicis a vita communi resilientibus, iure *beneficii* assignati, *præbendarum* nomine venirent, german. eine Pfründe, vel etiam eine Provende.

§. LVII. Ex abusu præterea præbendæ vel beneficia nomen *canonicatuum* arripuerunt, qua appellatione in sensu abusiuo nihil hodie frequentius est. Alias *canonia* et *canonicatus* denotat vel *collegium* canonicorum, notante CANGIO *in glossar. voce canonia*, vel communius: *ius habendi stallum in choro et vocem in capitulo, ex electione et receptione in numerum canonicorum vel fratrum resultans*, GONZALEZ TELLEZ *in comm. ad c. 1. X. h. t. n. 12.* seu *ius, quod canonico propter statum suum in ecclesia cathedrali vel collegiata competit.* Præbenda vel beneficium est ipsum *stipendium*, quod *canonicæ* vtplurimum cohæret, quorsum collineat pontifex in *c. 9. X. h. t. non est congruum*, aiens, *vt præbenda careat, qui in canonicum noscitur esse receptus.* Alterum ergo absque altera *quandoque* esse potest, nec statim perceptionem beneficii consequitur, qui in canonicum est receptus. *c. 82. de rescript.* *Canonicus* ille dicitur, *qui canonice est institutus in choro, capitulo et aliis: c. 9. X. h. t.* ad *præbendam* tamen non aliter admittitur, quam vbi eadem vacauerit, et ordo ipsum tangit. In plerisque capitulis duo vel tres anni *carentiæ* sunt, intra quos *canoniam* quidem habet, neutiquam vero *præbendam* seu *beneficium*. Quid? quod instituta plurium capitulorum ita sunt adornata, vt certus numerus canonicorum tantum *præbenda* gaudeant, reliqui in canonicos recepti tamdiu carere debeant, donec de hoc numero per legitimam ascensionem esse cœperint. Sed quia propter *præbendas* canonicatus ambiuntur, pro honorario redimuntur, et *principaliter* illarum, non horum, ratio habetur, abusus significationem corrupit, vt, quod *accessorium* est, induerit *principalis* denominationem.

Per abusum etiam canonicatus dicta.

Strictè tamen canonicatus a beneficio distinguitur.

(IX.)

De ratione beneficiorum varia in ecclesiis cathedralibus et parochialibus.

§. LVIII. Non vna tamen horum *beneficiorum* et *præbendarum* est ratio. In eo conueniunt, quod dentur propter officium sacrum, iuxta *c. f. de rescript. in 6. beneficium datur propter officium.* Aequitas huius regulæ manifesta est. Noui disceptationes veterum, an, qui aliunde habent,

Beneficia dantur propter officium etiam illis, qui aliunde bona habent.

Digitized by Google

habent, vnde viuere possint, sint alendi ex penu ecclesiæ? HIERONYMVS in *c. 6. C. 1. q. 2.* præbendas his adiudicat, et, *Clericos*, ait, *illos conuenit ecclesiæ stipendiis sustentari, quibus parentum et propinquorum nulla suffragantur bona. Qui autem bonis parentum et opibus suis sustentari possunt, si, quod pauperum est, accipiunt, sacrilegium profecto committunt, et per abusum talium iudicium sibi manducant et bibunt.* Loquitur HIERONYMVS de illis temporibus, quibus bona ecclesiastica *vnice* in *vsus pauperum* erant destinata, et clerici quoque non titulo *salarii*, sed *eleemosynæ* reditus percipiebant. Postea scena mutata est, et bona, quæ collegiis canonicorum destinata sunt, ex ipsa intentione fundatorum non amplius in *vsus pauperum*, sed *horum vsibus* dicata et deputata sunt. Deinde distinguendum inter regulas *virtutis* et *iuris*: secundum illas conuenientius vtique est, si clericus abstineat reditibus ecclesiasticis in fauorem *pauperum*; dummodo in *vsus pauperum* conuertantur. Ast cum hodie id ipsum non fiat, nulla apparet ratio, quare reditibus renunciare debeat; secundum has maior adhuc ratio est petendorum stipendiorum, quam ipse PAVLVS *1 Tim. V, 18.* et *1 Cor. IX.* approbat illustratque, et aliis plurimis argumentorum ponderibus corroborat Dn. THOMASIVS *de cura princip. circa aug. salar. ministr. eccles.* Prudenter admodum constitutum est in *ordin. eccl. Saxon. art. gen. 24.* Und sollen keine gemeine Entschuldigung angenommen werden, da sie fürgeben, es sey der Pfarrer sonst reich genug, dergestalt sie allezeit sich ausreden, und dem Pfarrer seinen Sold vorenthalten möchten. Conf. SCHILTER. *instit. iur. canon. lib. 2. tit. 8. §. 6.* STYPMANN. *de salar. cleric. c. 1.* GOTHOFRED. *de salar. c. 1. §. 2.* GERHARDVS apud DEDEKENNVM *P. I. vol. 1. in 4. sect. 2. n. 1. p. 971* Nec ius canonicum ab hac sententia abludit, sed variis locis eam confirmat. Ait pontifex in *c. 16. X. h. t. Cum secundum apostolum, qui altari seruit, viuere debeat de altari, et qui ad onus eligitur, repelli non debeat a mercede: patet a simili, vt clerici viuere debeant de patrimonio Iesu Christi, cuius obsequio deputantur, vt ipsa nominis ratio persuadet.* Præterea satis conuenienter idem cauet, vt *congrua sustentatio* clericis decernatur, quo omnes animi neruos vnicè cultui sacro curæque animarum, quæ sat ponderosa est, impendere queant. *c. 2. 4. 12. X h. t.* Hoc intuitu præbendæ dicuntur *conuenientia stipendia militiæ clericalis, c. 4. c. 16. X. h. t. necessaria vitæ, vel titulus, ex quo necessaria vitæ percipiuntur, c. 4. X. h t. prabendale beneficium, c. 17. X. h. t. præbendale stipendium, c. 25. X. h. t. ius spirituale, c. 25. X. h. t.* Sic enim conueniunt in immunitatibus aliisque priuilegiis, quæ generatim *bonis ecclesiasticis*

Digitized by Google

ficis tributa sunt, de quibus ad *tit. IX.* agendum est. Quia tamen ipsa officia, quibus cohærent, sunt diuersæ naturæ, nec status personarum, quibus assignantur, vniformis idemque est, insignis *beneficiorum* varietas inde nascitur.

§. LIX. Primaria beneficiorum diuisio est, quod sint *maiora* vel *minora. c. 8. X. h. t.* MAIORA dicuntur, quæ *dignitatem aliamque praeeminentiam honorisue ecclesiastici gradum habent*: MINORA VERO, *quae in simplici officio sine tali praeeminentia subsistunt. Maiora* rursus diuersimode dicuntur (1) ratione *dignitatis* stricte dictæ, quæ in sensu iuris canonici ex *iurisdictione* seu *imperio sacro* æstimari solet. Est hoc iure ecclesia respublica quædam proprie dicta, in qua qui ad clauum sedent, qui imperant, et, vt loquuntur, *iurisdictionem ecclesiasticam* exercent, *dignitatem* habere dicuntur. Nam et in vita ciuili singulari præfulgent dignitate, imperio qui præsunt, quod venerationem, auctoritatem et obedientiam desiderat. Quo eminentius *imperium sacrum* est, eo eminentior quoque *dignitas.* Olim hæc distinctio incognita erat, cum nec *beneficia* nota essent, nec *imperium sacrum* inualuerat. Ab initio tantum presbyteri et diaconi ecclesiis præerant: hisce seculo II. episcopi iuncti sunt qui *primi presbyteri* erant, nec a *presbyteris* ceteris, nisi *prima sede*, distinguebantur. Hæc quandam *auctoritatem* habebat, *iurisdictione* autem vel *imperio* sacro destituta erat, quod ex professo in *tit. de maior. et obed.* ostendi. Paulatim hæc *auctoritas episcopalis* in imperium sacrum sub inuolucro *iurisdictionis* degenerauit, et, crescente republica ecclesiastica, in plures, præter episcopos, dispersa est. Tandem vbi *beneficia* erecta sunt, his ipsis hæc *dignitas* accessit, vt statim, facta electione, qua *beneficii* electus particeps fit, etiam *dignitatem* et iura inde dependentia habeat, et in his potissimum subsistatur. Electus episcopus atque prælatus statim hac *dignitate* præfulget, et *imperium sacrum* cum aliis annexis iuribus exercet, licet nec confirmatus nec consecratus sit. Obtinuit enim *beneficium*, cui hæc *dignitas* inest: ad ministeria sacra, episcopis propria, lento gradu deuenitur, cum *consecratio* non raro diu differatur, a qua eorum administratio dependet. Ratio in promtu, sed odiosa est, quia etiam veritas odium parit. Vnde etiam supra dixi, quod electi episcopi et prælati, A. C. addicti, dignitate ecclesiastica, vi *instrumenti pacis*, gaudeant, quia *beneficio maiori*, dignitatem annexam habente, decorati sunt per electionem vel postulationem licet nunquam consecrentur. Nec hanc Romanæ ecclesiæ doctores nostratibus denegare potuerunt, postquam hæc

Beneficia sunt vel maiora vel minora.

Hodie beneficio dignitas cohæret.

Digitized by Google

hæc metamorphoſis inter ipſos enata, et ipſis beneficiis hæc *dignitas* annexa eſt.

Apex dignitatum eccleſiaſticarum eſt pontificatus.

§. LX. Dignitates eccleſiaſticæ primariæ hæ ſunt: (1) PONTIFICATVS. Longum foret, apicis huius ſummi omnium dignitatum fata recenſere, quæ MORNAEVS *in myſterio iniquitatis*, HEIDEGGERVS *in hiſtoria papatus*, PVFENDORFFIVS von der geiſtlichen *Monarchie* des Stuhls zu Rom, aliique plena manu recenſuere. Olim TERTVLLIANVS *de pudic. c. 1.* per ironiam *epiſcopum Romanæ eccleſiæ* (quæ appellatio olim tantum ei dabatur, teſtibus EVSEBIO *lib. V. c. 24. VII, 7.* et SOCRATE *lib. V. c. 22.*) vocabat *pontificem maximum et epiſcopum epiſcoporum*, quod *pro imperio* quædam de recipiendis lapſis decreuiſſe videretur, quamuis tamen ea adhuc modeſtia vterentur, vt *pontificatum maximum* nunquam ambirent. Adhuc *per gradus* eundum erat, quos in compendio recenſui *in orig. præcip. mater. iur. eccl. c. 7.* Ipſi eccleſiæ Romanæ iam ſeculo II. ab IRENAEO *lib. III. adu. hæreſ. c. 3. potentior principalitas* tributa eſt: paulo poſt ius quoddam metropoliticum in *ſuburbicarias eccleſias* ſibi aſſeruit, eiusque confirmationem in *c. 6. concil. Nic.* obtinuit, qui canon pomum Eridos inter eruditos fuit, quos recenſui *tit. de conſuetud. §. 2.*

Cuius fata varia,

et ambitioſæ appellationes.

Mox *parochialem dignitatem* et tandem per varias artes *ſummum pontificatum* obtinuit. Hinc vocatur *ſedes maior*, *c. 5. D. 17. magiſtra omnium eccleſiarum*, *c. 6. D. 21. c. 1. D. 22. ſedes prima*, *c. 2. 3. 6. D. 22. ſedes apoſtolica*, *c. 4. D. 17. B. Petri memoria*, *c. 2. D. 19. c. 9. C. 3. q. 6. omnium dignitatum fundamentum*, *c. 1. D. 22. primatus*, *c. 2. D. 22. c. 1. D. 69. cathedra Petri*, *pontificatus apex*, *c. 4. D. 64. inf. c. 2. D. 77. vicariatus Petri*, *c. 9. C. 1. q. 7. etc.* Ipſe papa *archiclauus totius monarchiæ eccleſiarum* appellatur apud MABILLONIVM *in act. Benedict. ſeculo V. p. 80.* vbi teſtamentum WILHELMI-comitis de *anno 910.* adduxit, in quo hæc ſingularis denominatio occurrit: imo et ipſe ſibi tribuit *apoſtolicam maieſtatem* in diplomate, quod VGHELLVS *in Ital. ſacra tom. I. p. 115. nou. edit.* exhibet. Non referam alia encomia, quæ ei tribuuntur, præterire tamen nequeo ſuperba illa prædicata, quibus adulatores PAVLVM V, in libris ipſi dedicatis, compellarunt. Imaginem eius quidam ſuis libris præfixerunt, hac cum inſcriptione: PAVLO V. VICE DEO, CHRISTIANAE REIPVBL. MONARCHAE INVICTISSIMO, ET PONTIFICIAE OMNIPOTENTIAE CONSERVATORI ACERRIMO. Ipſam imaginem cum variis aliis emblematibus ad viuum excuſſam MORNAEVS tractatui de *myſterio iniquit.* præmiſit. Non tam audax ſum, vt *in genere* hæc ſimiliaque prædicata, ab adulatoribus excogitata, ab ipſis pontificibus ſibi adſcripta fuiſſe aſſeram; interim dictam inſcriptionem a PAVLO V. eius-

eiusque cardinalibus approbatam fuisse, MORNAEVS *in præfat.* contendit. Ad minimum culpa non vacant, quorum iussu et approbatione, sine qua secure edi non possunt, portentosis inscriptionibus præditi, in publicum prodierunt. Modestiores inter pontificios non approbant talia enormissima encomia, scientes, rei ecclesiasticæ illa magis nocuisse quam profuisse.

§. LXI. *Secundum* locum occupat (II) CARDINALATVS, teste CORVINO *de person. et benef. eccl. P. II. lib. I. tit. 6. n. 2.* qui etiam ad *maiora beneficia* refertur. Qui hodie in tam eminenti dignitate constituti sunt, olim erant simplices *presbyteri et diaconi* ecclesiarum vrbis Romæ. Hi cum episcopo rei ecclesiasticæ præerant, vel, *sede vacante*, soli curam ecclesiæ gerebant, vt vel ex epistolis CYPRIANI constat, et historia MONTANI apud EPIPHANIVM *hæres.* docet. Nullam ergo eminentiam singularem præ clero aliarum ecclesiarum habebant, quamuis COHELLIVS *in not. cardinalat. P. I. c. 1. et 2.* ineptis ex ratiunculis contrarium euincere conetur, nec *cardinalatus* appellatio eam inuoluebat, nec clero Romano propria erat. *Cardinales* vocabantur in quibusuis ecclesiis, qui illis ex *lege ordinationis* ita erant præpositi, vt *constanter* et *perpetuo* eis adhærere deberent, ordinarii illarum ministri, oppositi *vacantibus*, qui sedibus suis electi, quandoque *ad tempus* per modum *commendationis* ecclesias vacantes, donec restituerentur, regebant. Sicuti enim cardo fixus et immobilis, et circa ipsum valuæ voluuntur; ita circa ipsos tanquam *fixos cardines* voluebantur fideles, eorum curæ commissi in regimine ecclesiastico, vt vtar ratiocinatione M. A. DE DOMINIS *lib. IV. de republ. eccles. c. 5. §. 5.* Inde hoc prædicatum commune erat quarumcunque ecclesiarum clero ordinario, vt pluribus testimoniis docent THOMASSINVS *P. I. de vet. et nou. eccles. discipl. lib. II. c. 115. §. 3. sqq.* et ESPENIVS *P. I. de iur. eccl. tit. 12. c. 1.* quæ regustare nolo. Crescente pontificis auctoritate, cleri ecclesiarum vrbis Romæ, qui more antiquo senatum ecclesiasticum constituebat, eminentia quoque crescebat, adeo vt iam seculo IX. quidam episcopi presbyterorum et diaconorum gradum ecclesiæ Romanæ ambirent, quod in synodo Romana sub STEPHANO IV. prohibitum est. Idem pontifex tamen constituit, vt *septem propinquiores episcopi*, qui eius *suffraganei* erant, dominicis diebus ad altare B. Petri missas celebrarent, docente THOMASSINO *cit. l. c. n6. §. 2.* quo ipso Romanæ ecclesiæ quodammodo *incardinati* sunt, simulque ad *senatum ecclesiasticum* cum reliquo clero admissi, vt minus recte ESPENIVS *c. l. §. 14.* eos demum circa seculum XI. vel XII. innotuisse opinetur. Hoc interim expe-

Cardinalatus secundum locum occupat inter dignitates ecclesiasticas.

Olim clerus ecclesiæ Romanæ singularem præeminentiam non habebat, nec nomen cardinalis sibi soli vindicabat.

Qua ratione cleri Romani auctoritas creuerit.

Natales cardinalium episcoporum.

Digitized by Google

ditum eſt, ſeptem illis epiſcopis nullam adeo ſingularem eminentiam acceſſiſſe, quod ſenatui Romanæ eccleſiæ eſſent immixti, quam demum cum *presbyteris* et *diaconis*, ex quibus ſenatus eccleſiæ Romanæ componebatur, ſeculo XI. ſibi vindicarunt. In *chronico Virdunenſi* HVGONIS abb. Flauiniaci, edito a PHILIPPO LABBEO *tom. I. nou. biblioth. MSCr. lib. 9. p. 192.* refertur NICOLAI II. decretum in *concilio Lateranenſi* anno 1069. habito, ex quo præeminentia *epiſcoporum cardinalium* ſatis elucet. Decernit primo, vt, obeunte pontifice, *imprimis cardinales epiſcopi diligentiſſima ſimul conſideratione tractantes, mox ſibi clericos cardinales*, h. e. presbyteros et diaconos, ſenatus eccleſiaſtici membra, *adhibeant, ſicque reliquus clerus*, qui ſenatui eccleſiaſtico non intererat, *et populus ad conſenſum nouæ electionis accedant.* Paucis interiectis additur: *Quia ſedes apoſtolica cunctis in orbe terrarum præfertur eccleſiis, atque ideo, ſi per ſe metropolitanum habere non poteſt, cardinales epiſcopi procul dubio metropolitani vice funguntur, qui electum antiſtitem ad apoſtolici culminis apicem prouehunt.* Ex hoc decreto liquet, (1) iam eo tempore clerum *cardinalem* a reliquo clero Romanæ eccleſiæ diſtinctum fuiſſe: (2) inter hos *epiſcopos cardinales* prærogatiuam habuiſſe: et (3) tres ordines cardinalium inde remaniſſe, quod ſeptem ex his eſſent *epiſcopi;* reliqui vero vel *presbyteri* vel *diaconi*, quorum auctoritas indies, per varias legationes eis concreditas, incrementa cepit maxima, adeo, vt cardinales *presbyteri* et *diaconi* epiſcopis anteferrentur. In *concilio Lugdunenſi anno 1245.* rubri pilei inſigne illis collatum eſt, quorſum collineat poeta apud MABILLONIVM *tom. IV. annal. p. 552. verſ. 617.* qui paulo poſt eodem ſeculo recinit:

eorumque præeminentia.

Cardinales presbyteri et diaconi.

Rubri pilei inſigne.

Veſtibus incedunt communibus: attamen illud,
Quod caput inſignit, vt roſa verna rubet.
In vultu macies, in corpore languor, in ipſo
Geſtu, neſcio quid, ſpirituale ſedet.

Noua cardinalium ſignificatio.

In tanta præeminentia conſtituti priuatiue ſibi vindicarunt *cardinalium* nomen, non *veteri*, ſed *noua* prorſus ſignificatione, qua ſummus dignitatis apex denotabatur, vt rurſus poeta *cit. l. verſ. 599. ſqq.* indicat:

Nec ratione vacat, quod habent a cardine nomen.
Deſeruire ſolent nomina rebus in his:
Porta ſuos poſtes ſine cardine claudere neſcit:
Nec bene præter eos paſtor ouile regit.
Cardo tenet portam, nec quid valet illa remoto
Cardine: ſic papa nil valet abſque viris.

Enco-

Digitized by Google

Encomia, quibus eminentia eorum denotatur, ſunt infinita, dum vocantur *columnæ eccleſiæ*, *pars corporis pontificis*, *a latere pontificis*, eiusque *ſenatores* etc. Officia eorum priſtina, vi quorum in ſuis *titulis* ſeu *eccleſiis parochialibus* curæ ſuæ commiſſis curam animarum gerebant, fere deſierunt, et loco eorum hodie pontifici Romano ſunt a conſiliis. Conf. PETRVS IOSEPHVS CANTELIVS *hiſtor. vrb. metropolit. diſſ. V. c. 5. et 6.* Plura ſpecialia de his tradit AVCTOR tract. Gallici, quem inſcribit *tableau de la cour de Rome*, et COHELLIVS *de notit. cardinal.* Hoc modo cardinalitia dignitas ad *maiora beneficia* referri cœpit.

§. LXII. *Tertium* locum occupat (III) PATRIARCHATVS, vel hodie PRIMATVS, quæ dignitas inter archiepiſcopos in ſingulis regnis *primo* debetur, qui ea indutus *princeps archiepiſcoporum*, et fere *papa* in illo regno conſtituitur. Fata primatuum priſtina recenſuere PETRVS DE MARCA *de primatu*, BLONDELLVS *de la primauté*, aliique. In Anglia hac dignitate præfulget *Cantuarienſis*; in Germania olim *Magdeburgenſis*; in Portugallia *Bracarenſis*; in Hiſpania *Toletanus*; in Gallia *Rhemenſis*; in Hungaria *Strigonienſis*; in Polonia *Gnesnenſis*; in Venetorum republica *patriarcha Venetus*; in Dalmatia *Spalatenſis*; in Suecia *Vpſalienſis*, cui olim litem mouit *Bremenſis*; in Dania *Lundinenſis* etc. Verum non omnes ſine contradictione hac fruuntur dignitate, cuius fata hic referre non vacat. De primatu Germaniæ ſpeciatim edifferuit Dn. A LVDEWIG. *diſſ. de iur. primat. German.* ſimulque docuit, quam inſignem dignitatis prærogatiuam Magdeburgicus olim obtinuerit. Similiter *quarto* loco dignitate ſingulari præfulgent (IV) ARCHIEPISCOPI ſeu *metropolitani*, et, qui his fere exæquantur, *epiſcopi exemti*, vt *Bambergenſis* aliique, qui æque vt archiepiſcopi pallio condecorantur, vt dixi *ad tit. de vſ. et auctor. pallii*. Habent hi ipſi ſub ſe ſuffraganeos epiſcopos, a quibus ad eos appellatur, quos ordine recenſet ZIEGLERVS *de epiſcop. in f.* et præterea inſigni eminent dignitate, de qua vid. CANTELIVS *cit. l. diſſ. III.* ESPENIVS *P. I. iur. eccleſ. tit. 19. c. 4. ſq.* (V) EPISCOPATVS quoque, quem *quinto* loco pono, dignitatis gradum ſuſtinet ampliſſimum, quem diſtincte *P. I. p. 712.* recenſui, quæ ipſa quoque ad archiepiſcopos primatesque applicari poſſunt, quia itidem ſunt epiſcopi. His omnibus ſingulariter tribuitur *iuriſdictio eccleſiaſtica*, et *ius diœceſanum*, quæ duo primario *dignitatem eccleſiaſticam* conſtituunt.

Patriarchatus et primatus maioribus accenſetur beneficiis.

Item archiepiſcopatus,

et epiſcopatus.

§. LXIII. *Sextum* locum occuparunt (VI) ABBATIAE et PRAEPOSITVRAE. Olim abbates adeo omni *dignitate eccleſiaſtica* carebant, vt tanquam *laici* poſt *oſtiarium* collocarentur in proëdria eccleſiaſtica. *c. 16.*

Huc quoque pertinent abbatiæ,

Digitized by Google

C. 16. q. 6. Pedetentim ad maius decus adſpirarunt, poſtquam affluentia bonorum elati, et gratia regum principumque tuti, quæuis augere poterant. Non tantum enim pontificalibus, ſeu epiſcoporum inſignibus decorati, ſed plures ab ordinariorum iurisdictione exemti ſunt, vt *iure quodam epiſcopali* in prælatura ſeu diœceſi vterentur. Quo tempore vſus *pontificalium* iis communicatus fuerit, non adeo expeditum eſt. Quidam demum id ſeculo XI. factum fuiſſe docent, teſte ESPENIO *P. I. iur. eccl. tit. 31. c. 6. §. 1.* id quod ſi de frequentiore vſu accipitur, admitti poteſt; ſi vero de primordiali vſu, merito negandum eſt. Nam apud AVBERTVM MIRAEVM *hiſt. diplom. Belgic. c. 1.* occurrit diploma, quo GREGORIVS papa abbati monaſterii S. Maximini Treuirenſis hæc epiſcopalis dignitatis decora tribuit his verbis: *Conſtituimus, et ex paterna dilectione tibi, et tuis ſucceſſoribus concedimus, vt ad myſteria ſacra in præcipuis feſtiuitatibus, mitra, dalmatica, ſandaliis vtaris, fraternitatem tuam monentes, vt cum augmento honoris augeatur et in te diuini virtus amoris.* Acceſſit *exemtio*, qua *immediate* et pontifici et imperio ſubeſſe cœperunt, et ſic propriam quandam ad inſtar epiſcoporum obtinuere diœceſin, intra quam *iurisdictionem eccleſiaſticam* exercent, et regulariter omnia poſſunt, quæ epiſcopi in ſua diœceſi. *c. abbates. de priuileg. in 6.* BARBOSA *de iur. eccleſ. lib. I. c. 17. n. 94.*

imprimis exemtæ et epiſcopalibus inſignibus decoratæ.

Exemplum eſt in abbatia Fuldenſi.

Exemplo ſit *abbas Fuldenſis*, de cuius dignitate plenus eſt BROWERVS *lib. I. annal. Fuldenſ. c. 15. ſq.* Gerit titulum primatis Germaniæ, vſum pontificalium habet, et inter cuncta Germaniæ cœnobia in publico conuentu primum ordinem tenet, habet quandam iurisdictionem eccleſiaſticam, et munera quaſi epiſcopalia gerit, præterea quoque Auguſtæ archicancellarius eſt. *Abbatiſſarum* quoque maxime *immediatarum* et *exemtarum* non minor dignitas eſt, maxime quæ canonicabus præſunt, vt ſuo loco dicetur. *Præpoſitura* abbatiali dignitati ex inſtituto *ordinis* reſpondet, quæ inter Præmonſtratenſes vſitata eſt, quorum rector non *abbas*, ſed *præpoſitus* vocatur, et æque dignitas eſt vt *abbatia.* TAMBVRINVS *de iur. abbat. tom. I. diſp. 1. qu. 2. n. 18.*

Et præpoſituræ.

In capitulis quoque præpoſitura dignitas eſt.

§. LXIV. Dantur etiam in capitulis *dignitates*, quibus annexa beneficia ad *maiora* referuntur. Huc pertinet (1) PRAEPOSITVRA, quæ tum in *cathedrali eccleſia*, tum in *collegiata* ſatis nota et vſitata eſt. Iam ſupra notaui, nonnunquam monachis *canonicos* ſuffectos fuiſſe in monaſteriis, qui vel ſub *abbate* vixerunt, vel etiam ſub *præpoſito, dignitate abbatiali* gaudente. Præpoſitura Eluangenſis olim monachos Benedictinos ſub abbatibus habuit, qui anno 1640. in *canonicos regulares* transmutati ſunt, et ſub *præpoſito* hodie viuunt, cuius dignitas ſatis eſt conſpicua.

cua. BRVSCHIVS *in chron. monaſter. Germ. p. 174. n. 48.* Canonici ſcilicet *regulares* habent vtplurimum ſuos *præpoſitos*, qui eis inſtar *abbatum* præſunt, et nonnunquam, exemplo abbatum, *immediati* ſunt, vt exemplo *præpoſiti Berchtelgadenſis* conſtat, qui canonicis regularibus S. Auguſtini præeſt.

§ LXV. Vtplurimum *caput canonicorum* eſt, eosque regit, ſimulque, vt dixi, *adminiſtrationem bonorum*, ad capitulum pertinentium, ab antiquo habuit, imprimis eo tempore, quo bona canonicorum adhuc communia erant. Ampliſſime officium eius depingitur in diplomate Bonifacii IX. apud VGHELL. *tom. I. Ital. ſacr. p. 317. ſqq. edit. nou.* In diplomate ARNOLFI comitis Flandriæ, de anno 691. quo dotat eccleſiam Brugenſem S. Donatiani, hæc leguntur apud AVBERTVM MIRAEVM *in cod. piar donat. c. 34. Volo etiam, quod prædicti canonici caput ſibi habeant et maiorem, qui nominetur præpoſitus, quem ſibi libere ipſi poſſint eligere.* Apud EVNDEM *cit. l. c. 78.* BVRCHARDVS Cameracenſis epiſcopus *anno 1124.* de canonicis baſilicæ S. Mariæ hæc ordinat, ſtatuitque: *Eo quidem tenore, vt præpoſitus cum duodecim canonicis ibidem in præſenti ſtatuatur. Nos vero eccleſiæ noſtræ dignitatem canonice conſeruantem decernimus, vt a canonicis præpoſitus canonice electus, nobisque ſeu ſucceſſoribus noſtris præſentatus, curam canonicorum de manu noſtra ſuſcipiat, et nobis more præpoſitorum præfatæ Cameracenſi eccleſiæ debitam obedientiam impendat.* Anno 1124. eccleſia B. Petri in Monte Sereno eſt exſtructa, in qua *canonici regulares* ſub *præpoſito* ſunt conſtituti, vt refert AVCTOR *chron. mont. ſeren. p. 2. ad cit. ann.* additque, ſimilem congregationem canonicorum ſub *præpoſito* Halæ exſtructam fuiſſe. De *præpoſitis* Vltraiectinis multa ſingularia adfert MATTHAEI *de nobil. lib. 2. c. 25.* additque, eos decanis prælatos fuiſſe. Similiter in eccleſia Friſingenſi præpoſitura ab antiquo dignitas inſignis poſt epiſcopalem fuit, teſte mandato ſynodali Baſileenſi de anno 1443. exhibito a LVNICHIO *in ſpicil. eccleſ. tom. I. part. 2. p. 233.* ibi: *quæ* (præpoſitura) *inibi dignitas poſt pontificalem maior exiſtit, et ad quam conſueuit quis per electionem aſſumi.* Et cum *canonicæ* ad formam canonicorum efformatæ fuerint, hæ non minus, quam canonici, *præpoſitam* habuere, tam *regulares*, quam *ſeculares*, quæ *ius conuocandi capitulum* exercet.

Quia hinc inde præpoſiti ſunt capita canonicorum,

§. LXVI. Ratio huius *præpoſituræ* ex *monachatu* rurſus petenda eſt. Imago diſciplinæ monaſticæ in congregationibus canonicorum recepta erat, et ſic quoque *forma regiminis*, a ſingulari ſanctitate et pietate vulgo celebris, ipſis arriſit. In monaſteriis proximam poſt abbatem gerebat po-

Ratio præpoſituræ ex inſtitutis monaſticis petenda.

Digitized by Google

poteſtatem *præpoſitus*, qui præter curam rerum temporalium ipſum quoque monaſterium regebat, impedito abbate. Poſtquam itaque, ex inſtituto CHRODOGANGI, clerus ad quandam vitæ monaſticæ imaginem efformatus eſt, eorum regendorum gratia *præpoſiti* ſunt conſtituti, qui in congregationibus extra eccleſiam cathedralem eo magis neceſſarii erant, quod in his aliud deficeret caput. In eccleſiis *cathedralibus* epiſcopus quidem aderat, cui cura cleri primario incumbebat, ſed quia totaliis negotiis publicis diſtrictus erat, facile patiebatur, vt *cura ſpecialior* præpoſitis demandaretur. Hanc ipſemet *præpoſitis* conferebat, imo quandam iurisdictionem in canonicos delegabat, vt canonici canonice quoque viuerent. THOMASSINVS *P. I. de vet. et nou. eccleſ. diſcipl. lib. 3. c. 66. §. 15.* Verum hodie in capitulis proteſtantium cura hæc fere exſtincta eſt, præpoſitique non tam *officium* aliquod amplius gerunt, quam *beneficium* percipiunt, et *dignitate eccleſiaſtica* præfulgent, quæ, poſtquam *vita communis* eſſe deſiit, inſignia cepit incrementa, ſed ſimul quoad *officium* decrementa. Recte obſeruat HIERON. COSTA *in hiſtor. de orig. et progreſſ. redit. eccleſ.* gallice conſcripta *p. 223.* exſtincta vita communi, titulum hunc ſine *officio* in capitulis plerisque ſuperſtitem manſiſſe.

Decani officium quoque ex monaſteriis ortum traxit.

§. LXVII. Ex eodem inſtituto monaſtico (11) in capitulis DECANATVS ortum trahunt. Quo exactior eſſet monachorum cura, quorum numerus ſæpe inſignis erat, conſtitutum, vt poſt *abbatem* et *præpoſitum* decani conſtituerentur, qui ſinguli ſub ſua cura et inſpectione decem monachos haberent. ESPEN. *P. I. iur. eccl. tit. n. c. 2. §. 1.* THOMASSINVS *cit. l. §. 8.* Vnde plures ſæpe in vno monaſterio erant decani, inter quos *ſenior* eminebat, qui, abſentibus abbatibus præpoſitisque, vniuerſam monachorum curam gerebat. Vbi, ex CHRODOGANGI inſtituto, collegia canonicorum ſecundum imaginem *monaſticæ diſciplinæ* colligebantur, conueniens fuit viſum, præter *præpoſitos* etiam *decanos* canonicis, monaſtico more viuentibus, præficere. Tractu temporis, cum paulatim præpoſiti curæ rerum temporalium pene ſe totos darent, tota fere inſpectio in canonicorum vitam et mores multis in capitulis tranſiit ad decanos, imo, obſeruante THOMASSINO *cit. l. §. 15.* in quibusdam capitulis plane *præpoſitus* exſpirauit, præpoſitis ſua poteſtate inſolentius abuti incipientibus.

Occaſio, qua decani capitulorum capita facta ſunt.

§. LXVIII. Inde fere in plerisque capitulis decani *capita congregationis* facta ſunt, quoad directionem canonicorum, et ius conuocandi ad capitulum obtinuere, adeo vt præpoſiti Vltraiectini iuramento ſuo inter alia hæc promittere debuerint: *Vocatus ad capitulum a decano meo*

ſeu

Digitized by Google

eu capitulo, veniam, niſi præpeditus fuero legitima præpeditione. ANTON. MATTHAEI *de nobil. lib. II. c. 40. p. 624.* Imo, obſeruante EODEM *c. 39. p. 616. in f.* ipſum epiſcopum ad capitulum vocare potuere, querela contra epiſcopum mota, diſciplinamque eccleſiaſticam in canonicos delinquentes adeo exercuere, vt flagellis etiam vterentur. MATTHAEI *cit. l. p. 617.* Hoc intuitu decanis etiam *cura animæ* adſcribitur in *c. 7. X. de elect.* adeo vt in quibusdam locis etiam *iurisdictionem* in *canonicos* exerceant.

§. LXIX. Eliguntur *decani*, ſicut præpoſiti, ab ipſo capitulo, et quidem ex gremio ipſius capituli, adeoque nemo ad decanatum adſpirare poteſt, niſi qui canonicus eiusdem eccleſiæ eſt. Vtrumque cautum eſt in diplomate *de anno 1303.* apud AVBERTVM MIRAEVM *lib. I. donat. Belgic. c. 127.* vbi ita: *Item ordino, quod nullus poterit inibi eſſe decanus, quin ſit canonicus ipſius eccleſiæ: canoniam habebit a domino de Breda. Decaniam vero per electionem canonicam ſui capituli obtinebit* Electio ipſa fere eo modo peragitur, quo epiſcoporum. In capitulis proteſtantium hunc obſeruaui morem. Defuncto decano, *ſenior*, vel, hoc abſente, *ſubſenior* canonicorum, vices decani interim peragit, capitulumque conuocat. De morte decani mox certiorandus dominus territorii, ſimulque ei terminus, electioni præfixus, denunciandus, adiecta petitione, vt commiſſarios, qui electioni interſint, delegare velit. Ipſa electio facienda *intra ſex menſes*, publicoque programmate, capituli ſigillo munito, adhibitis duobus notariis, ad valuas eccleſiæ maioris affixo, publice intimatur, dieſque, ei dictus, indicitur, atque omnes, quorum intereſt, comparere iubentur. Die electioni dicto omnes canonici in capitulo conueniunt, et ex notariorum relatione ante omnia ſciſcitantur, vtrum intimatio rite in valuis eccleſiarum facta fuerit? Inde in nonnullis capitulis diſtribuuntur ſingulis nomina canonicorum, a ſyndico conſcripta, et notarii cum teſtibus *iuramento ſilentii* obſtringuntur, quo promittunt, ſe diligenter omnia electionis acta obſeruaturos, ſanctoque ſilentio, quæcunque in electione peracta fuerint, tranſituros eſſe. Sed et ipſi canonici more conſueto in hæc iurare verba iubentur: *Ego N. iuro et promitto omnipotenti Deo*, (en formulam, ex hypotheſi pontificiorum adhuc retentam, qui *votum* in iuramento erronee quærunt) *me votum daturum ei, quem idoneum et vtiliorem eccleſiæ huius futurum decanum iudicauero, nullis donationibus, precibus aut promiſſionibus ab ipſo vel ipſius iuſſu ab alio ad hoc inductus, ita me Deus adiuvet et ſancta eius euangelia!* Idem mos etiam olim in electione *abbatis* obtinuit. vid. MABILLON. *tom. II. analect. p. 276.* His ita geſtis, vota ferun-

Electio decani ad capitulum ſpectat,

cuius ratio in capitulis proteſtantium refertur.

Canonicorum iuramentum ante electionem.

feruntur, a ſcrutatoribus in præſentia notariorum examinantur, et, qui maiora pro ſe habet, in decanum electus cenſetur, capituloque indicatur.

Introductio decani ſolennis.

§. LXX. Conſenſu ab electo electioni præſtito, et confirmatione a domino territorii impetrata, a capitulo per notarium teſtesque *introductio* expetenda eſt, cui mox dies a *capitulo* dicitur. Hoc aduenientе, ad capitulum *electus* properat, et per *ſeniorem*, in comitatu omni canonicorum ad chorum eccleſiæ cathedralis in habitu clericali, per *portam maiorem* die hohe Chorthür (per quam decanus ſemper, et quidem vnice ad chorum ſeſe confert, quod ipſius *præeminentiæ* datum eſt) ducitur, et a *ſeniori* ſub pulſu duarum maiorum campanarum et celebratione diuinorum birettum ei imponitur, et ad *ſtallum decani* ducitur. Finitis ſacris, rurſus eodem ſub comitatu ad capitulum deducto *locus decani* et *curia eiusdem* aſſignatur, et totus actus ſolenni conuiuio clauditur. Sequenti die ad *dormitorium vicariorum* duci ſolet, quo ipſi nouo decano ſtipulata manu obſequium et obedientiam promittunt, ille vero beneuolentiam et priuilegiorum iuriumque conſervationem repromittit, et ſub horum comitatu rurſus ad curiam ſuam properat, eosque ſolenni conuiuio eodem modo excipit.

Dignitatem quoque obtinent archipresbyteri et archidiaconi.

§. LXXI. Præter *præpoſitos* et *decanos* dignitatem inter capitulares ſibi vindicant (III) ARCHIDIACONI et ARCHIPRESBYTERI, idque ex inſtituto veteri, quo *vicarii nati* epiſcoporum facti ſunt, et ex hac vicaria poteſtate in *dignitate* conſtituti, eorumque beneficia *maiora* eſſe dicuntur. Horum iura plenius expoſui *P. I. p. 546. ſqq. et 581.* His accenſentur *primicerii*, de quibus dictum eſt *P. I. p. 581. ſq. ſacriſtæ* ſeu *theſaurarii*, de quibus actum *P. I. p. 586. cuſtodes*, de quibus dixi *P. I. p. 587. §. 1.* ſimulque oſtendi, quod in cathedralibus eccleſiis inter prælatos referantur, et *dignitatem eccleſiaſticam* gerant, vt, officio fere ſublato, ad minimum externo ſplendore coruſcent. Similiter huc referunt *cantores* et *ſcholaſticos*, quorum officium, quod olim omni dignitate carebat, conſuetudine in *dignitatem* euectum eſt, teſte ESPENIO *P. I. Iur. eccl. tit. II. c. 3. et 4.* et ſic naturam priſtinam prorſus depoſuit, inani retento nomine. In quo autem olim *cantoris* officium conſtiterit, cognoſci poteſt ex diplomate apud LYNICH *P II. ſpicileg. eccleſ. p. 311.* De officio *ſcholaſtici tit. I.* dictum. Olim hæc omnia *ſimplicia officia* erant, nec inde quis maiorem habebat præ aliis præeminentiam, quod eſſet *cantor*, *cuſtos*, *ſcholaſticus* etc. maxime quamdiu vita communis durabat. Hac exſtincta, fere ipſa officia quoque

Primicerii, ſacriſtæ et cuſtodes,

cantores et ſcholaſtici.

ex-

Digitized by Google

exſtincta ſunt, nomine retento, quod *dignitatis eccleſiaſticæ* ſchema aſſumſit, mira ſane metamorphoſi. Nec Romanæ eccleſiæ doctores id diffitentur, ex quorum numero teſtem veritatis aduoco ESPENIVM, virum eruditiſſimum, qui *P. II. iur. eccleſ. tit. 18. c. 2. §. 3.* idem obſeruat, et, *quamdiu*, ait, *canonici cathedralium et collegiatarum eccleſiarum in communi, quaſi regulares, vixerunt, nomen dignitatis vix notum fuit: imo pleraque, quæ hodie in eccleſiis cathedralibus et collegiatis pro dignitatibus reputantur, olim, vita communi durante, non dignitates, quin nec beneficia fuerant, ſed ſimplicia officia, quæ a ſuperioribus pro arbitrio committebantur et adimebantur. At canonicis deſertavita communi ad ſingularitatem, ac vna ad ſeculariratem magis delapſis, cæperunt ea, quæ primitus duntaxat fuerunt ſimplicia officia, erigi in titulos beneficiales, et ſenſim etiam in dignitates degenerari.*

§. LXXII. Atque hæc quidem beneficia κατ' ἐξοχὴν *maiora* vocantur, iisque annexa officia *dignitates* in oppoſitione eorum, qui nudam *canoniam* habent. Verum enim vero ipſi *canonici* in cathedralibus eccleſis in tam ſublimem locum euecti ſunt, vt in oppoſitione ad *reliquos clericos* non-canonicos *dignitatem* quandam habere videantur. Nam 1) *ſenatum eccleſiaſticum* conſtituunt, ipſi epiſcopo ſunt a latere et conſiliis, imo iuxta *c. 4. X. de his quæ fiunt a præl. ſine conſ. capit. vnum corpus* cum epiſcopo conſtituere dicuntur, ita vt hic *caput*, canonici vero *membra* vulgo perhibeantur. 2) Sunt *clerus ordinarius eccleſiæ cathedralis*, quæ ſicuti prærogatiuam præ omnibus aliis eccleſiis habet, ita quoque *clero* ſuo eandem paulatim conciliauit. 3) Vita communi abiecta, humilitati monaſticæ renunciarunt, et *domini* dici maluerunt: et ſicut 4) abundantia opum facile mutat mores, et vitam elegantiorem ambitioſumque apparatum operatur, ita pinguiſſimi reditus, canonicis his aſſignati, non potuere non eos in altiorem euehere locum. Acceſſit 5) ipſorum epiſcoporum quotidie creſcens potentia, auctoritas, et eminentia, ſuperioritate territoriali aliisque infinitis prærogatiuis munita, qua ipſi canonici quoque, vt criſtas erigerent, inducti ſunt, ad exemplum cardinalium, qui ex heri ſui præpotenti dignitate ad excelſum elati ſunt locum, cum antea *ſimplices* eſſent *clerici*. Agnoſcit hoc ipſum BARBOSA *c. XIX. de canonic. n. 1.* et aſſerit, in *lato ſignificatu*, canonicatum cathedralem poſſe dici *dignitatem*; non vero in *ſtricto*, h. e. in *ſenſu ſpecialiori*, quo tantum illis dignitas aſſignatur, qui *imperium ſacrum* habent. Inde (1) eſt, quod pontifex ſoleat quoque canonicos *delegatos iudices* dare, cum alioquin has vices tantum his, qui in *dignitate* conſtituti ſunt, concredere ſoleat. *c. 1. de reſcript. in 6. in pr.* (2) Quatenus conſiderantur *collectiue* ſumti in capitulo, præ aliis

Canonici quoque in cathedralibus eccleſiis dignitatem eccleſiaſticam aſſumere.

Effectus huius obſeruationis.

prælatis locum tenent, singuli autem iis cedunt, qui dignitate ecclesiastica stricte dicta instructi sint. SCHILTER. *lib. I. instit. iur. canon. tit. 7. §. 19.* BARBOSA *de canon. c. 18. n. 44. sqq. et n. 56.* (3) Singulari prædicato, Ihro Hochwürden, apicem dignitatis denotante, gaudent. etc.

(X.)

De beneficiorum ordinaria collatione.

§. LXXIII. Equidem in eo differentia est insignis inter beneficia *maiora* et *minora*, quod *illa* sint *electiua*, et per *electionem* vel *capitularium*, vel *conuentus* concedantur; *hæc* vero dicantur *collatiua*, quod vel a prælato ecclesiastico simpliciter et libere sine *electione* præuia, vel ad *patroni præsentationem* conferantur. WIESTNER *instit. iur. canon. h. t. n. 34.* Hoc intuitu quoque canonicatus quodammodo *minoribus* accedere videntur, cum negari nequeat, beneficiorum horum collationem ad episcopum *regulariter* olim pertinuisse. Verum sicuti status canonicorum *secularium* pedetentim admodum mutatus est, ita quoque *collatio canonicatuum* a primæua sua ratione admodum desciuit. Episcopus olim bonorum ecclesiasticorum *administrator et dispensator* erat, et clero sibi subiecto, adeoque etiam his, qui *canonici* postea dicti sunt, ea assignabat, et tribuebat. Præterea quoque functiones ecclesiasticas presbyterorum, diaconorum aliorumque conferebat, quo intuitu postea *ordinarius collator* dictus fuit. Vita communi canonicorum introducta, ad episcopi arbitrium regulariter spectabat, quinam numero canonicorum essent accensendi, tum quia ab antiquis temporibus ius constituendi presbyteros, diaconos, subdiaconosque ipsi competiit; tum etiam quia *monastico more* vivebant, nec episcopo denegari poterat, quod abbati competebat. Facile tamen contingere potuit, vt canonici quoque paulatim concursum in conferendis canonicatibus prætenderent, maxime postquam *senatum ecclesiasticum*, exclusis reliquis, constituerant, et in corpus peculiare coiuerant, quod alias regulariter admitti solet, vbi de cooptando socio agitur. Abiecta deinceps vita communi, præbendisque singulis assignatis, mira varietas in iis concedendis orta est.

Nihilominus canonicatus sunt magis beneficia collatiua quam electiua.

Collatio canonicatuum admodum mutata est.

Olim episcopus illos conferebat.

§. LXXIV. Constat quippe ex iis, quæ supra *§. XXXVIII. sq.* dicta sunt, capitulo canonicorum, durante vita communi, varia assignata fuisse bona, tum ab ipsis episcopis, tum ab aliis magnatibus, sub cura et administratione *præpositorum*. Vbi *mensa communis* desiit, quilibet canonicorum præbendam sibi arripuit, vel, quod probabilius est, ipsimet canonici *bona capituli communia* inter se distribuerunt, et ita prouentus, sibi ex *fundatione* ad

Communione vitæ dissolutæ, in conferendis canonicatibus a more primæuo hinc inde discessum est,

d hæc tempora referri debet *fragmentum hiſtoricum* quod adducit MABILLON. *tom. I. analect. p 52. ſq.* quod quidem *concilio Aquisgranenſi* adcribitur, ſed, vt geſta ſeculi XI. teſtantur, recentioris inſtituti eſſe et ad a tempora quadrare videtur, quibus a vita communi deſciuerunt canonici. Verba huius fragmenti adducta ſunt ſupra §. XXXIX. Inde variam obtinuit fortunam *collatio præbendarum canonicalium.* In quibusdam ecleſiis antiquo more eas confert ſolus epiſcopus: in aliis capitulum conurrit cum epiſcopo vel *coniunctim* vel *alternatiue* ſeu per *turnum*; rurſus n aliis collatio ad ſolum *capitulum* ſpectat, ex antiqua conſuetudine, forſan inde deducta, quod, deſerta vita communi, ipſimet bona capituli inter e diuiſerint, et ſic vacantem præbendam rurſus alii contulerint. *c. 31. X. de elect.* Et ſic res in hanc nouam degenerauit formam, prout vel *conſuetudine*, vel *tranſactionibus*, vel *fundationibus antiquis* cautum eſt. Inde recte monet ESPENIVS *P. II. tit. 21. de iure eccl. t. §. 21* in his omnibus attendendum eſſe vſum ſingularem eccleſiarum, qui ſiue ex *iure communi*, iue *ſpeciali fundatione*, ſiue *legitima præſcriptione* aut *priuilegio* originem habeat, ſeruandus eſt. Conf. BARBOSA *de canonic c. 14.*

et capitulum alicubi concurrere cœpit.

§. LXXV. Vbi ergo vel epiſcopus cum capitulo, vel ſolum capitulum confert canonicatus, quod etiam in pleriſque collegiatis eccleſiis moris eſt, figura quædam *electionis* interuenire videtur, quamuis pontificii exiſtiment, in ea non præciſe ad formam *c. quia propter 42. X. de elect.* reſpiciendum eſſe, quippe quæ præſcripta eſt beneficiis, quæ ſtricte *maiora* dicuntur, et vbi olim electio *cleri et populi* obtinebat. Interim ipſa electio *in capitulo* ſuſcipienda eſt, nec attenditur votum *extra capitulum* latum. BARBOSA *cit. l. n. 17. 18. 19.* Rurſus quando ſolum capitulum confert, aliquando quidem ei intereſt epiſcopus, ſed non vt *prælatus*, verum vt *canonicus*; *c. 11. de appell. in 6. c. 15. X. de conceſſ. præbend.* regulariter vero excluditur, *c. 31. X. de elect.* et ſic quandam *electionis* ſpeciem inſtituit capitulum, de qua agit plenius ESPENIVS *P. II. iur. eccleſ. tit. 21. c. 3. q.* Imo ipſe pontifex diſertis verbis *electionem* in *cit. c. 31.* capitulo tribuit his verbis: *maxime cum ſit notorium, quod in Thuſcia generalis conſuetudo ſeruetur, vt in cathedralibus eccleſiis ſolum capitulum, irrequiſito epiſcopo, ELIGENDI canonicos habeat facultatem.* Ipſa electio fit vel per *maiora vota*, vel per *turnum*, vt ſinguli canonici, ſi ordo eos tangit, *electionem* in capitulo perficiant canonicumque futurum denominent; qui actus adhuc retinet nomen *electionis*, licet illa tunc demum proprie fiat, ſi *maioribus votis* expeditur. Facit huius conſuetudinis mentionem pontifex in *c. qu. h. t. in 6.* eamque *per indirectum* approbat.

Inde forma quædam electionis in collatione canonicatuum obtinere cœpit.

Digitized by Google

Ratio eligendi canonicos in ecclesiis Halberstadiensibus.

§. LXXVI. Illustrationis gratia adiiciam modum rationemque eligendi canonicos in *ecclesiis Halberstadiensibus*, quem ex actis, ad facultatem nostram transmissis, obseruare licuit. In *ecclesia collegiata S. Mariæ virginis* qualis ratio eligendi sit, patet ex sequente testimonio, anno 1696. a capitulo concepto: Wir Dechant, Senior und Capitul-Gemeine des Collegiat-Stiffts St. Mariæ virginis hieselbst Kraft dieses bescheinigen, nachdem des alhiesigen Domherrn v. K. Mandatarius schriftlich vorgestellet, daß sein Herr Principalis wegen der solennität und requisitorum, so bey der election eines canonici bey unserm Stiffte erfordert werden, ein beglaubtes attestatum benöthiget, mit gebührenden Ersuchen, wir ihm damit willfährig erscheinen wolten. So attestiren und bezeugen wir, daß, wenn ein Stifftherr, dem die potestas eligendi zustehet, den actum electionis bewerckstelligen, und iemand in canonicum ecclesiæ nostræ eligiren will, derselbe solches unserm Herrn Decano anzuzeigen hat, damit eine Capitular-Zusammenkunfft veranlasset werde, alsdenn er in pleno eligendum mit Tauf- und Zunahmen benennen muß, welches ad protocollum genommen, darauf des electi procurator, præstitis præstandis, per impositionem byrethi in canonicum nomine principalis sui nach abgelesenem gewöhnlichen iuramento recipiret, und ihm ein documentum electionis sub sigillo capituli darüber ausgefertiget, und zugestellet wird. Welches wir mit Aufdrückung unsers Capitular-Siegels hiemit bekräfftigen wollen. Signatum Halberstadt den 4. Aug. 1696. Similis fere ratio recepta est *in ecclesia collegiata SS. Bonifacii et Mauritii*, vti sequens attestatum docet: Demnach uns Dechant, Senior und capitulares der Collegiat-Stiffts-Kirchen SS. Bonifacii et Mauritii mandatarius des Domherrn von K. schriftlich ersuchet, ihm ein attestatum zu ertheilen, wie es mit der election der canonicorum bey unserer Stiffts-Kirchen gehalten, und was sonsten vor nöthige requisita darzu erfordert werden: so finden wir in statutis, und ist per consuetudinem hergebracht, daß, wenn ein oder mehr Herren eine neue election verrichten wollen, sie alle residentes canonicos in loco capituli dazu fordern lassen müssen, und geschiehet so denn die electio hisce verbis: Ego eligo N. N. in canonicum. Nachher wird dem eligendo die electio intimiret: worauf er per procuratorem um die reception in canonicum anhalten muß, da denn der electus vor dem hohen Altar niederkniet, und werden von den gesamten Herren gewisse Psalmen gesungen; wenn solches verrichtet, muß der electus auf geschehenes Wincken wieder aufstehen, und muß mit gefaltenen Händen zu iedwedem ex capitularibus gehen,

der

der ihm die Hände berühret, das oſculum pacis giebet, und hiſce verbis anredet: *Ego recipio te in confratrem et canonicum huius eccleſiæ SS. Bonifacii et Mauritii in nomine Patris, Filii et Spiritus S.* (Eſt hæc formula antiquiſſima, ceu liquet ex *c. 1. X. de conceſſ. prab. edit.* GONZALEZ.) Worauf die ſämtliche Herren wieder in die Capitul-Stube gehen, und muß ſo dann der electus oder deſſen procurator das iuramentum canonicorum abſtatten; welches alles nothwendige requiſita ſind, und gewiß obſeruiret werden müſſen. Zu Urkund deſſen haben wir dieſes unter des Capituls Inſiegel beſtärcken wollen. Halberſtadt den 20. Jul. 1696. Addam relationem ſimilem moris eligendi canonicos *in collegiata eccleſia SS. Petri et Pauli*: Wir Dechant, Senior und Capitul-Gemeine der Collegiat-Stifts-Kirchen SS. Petri et Pauli binnen Halberſtadt hiemit urkunden und bekennen: Demnach uns des Hochwürdigen und Wohlgebohrnen Herrn F. W. v. K. der hohen Stifts-Kirchen alhier Dom-Herrn Mandatarius erſuchet, von unſern electionen, und was für nothwendige requiſita bey unſerm Stifte darzu erfordert würden, Nachrichtung zu ertheilen, und wir ſolches ſein geziemendes Sachen nicht abſagen können: ſo atteſtiren wir hiermit, daß, wenn eine election bey uns fürgehen ſoll, darzu capitul muß angeſtellet werden, darin der eligens ſeinen eligendum öffentlich denominiret, ihm einen procuratorem conſtituiret, ſo ſeine legitimation von 4 Ahnen produciret, und bittet, ſelbigen in canonicum, gegen Erlegung der Statuten-Gelder, aufund anzunehmen. Worauf die documenta verleſen, und, wenn ſie richtig befunden, alsdenn der electus in canonicum recipiret wird. Wann ſolches nicht geſchiehet, iſt die electio null und nichtig. Daß nun dieſer actus eligendi bey uns alſo gebräuchlich, ſolches bezeugen wir mit Unterdrückung unſers Capitular-Siegels, und Decani Unterſchrifft. Halberſtadt den 17. Jul. 1696.

§. LXXVII. Inde cum inter duos electos admodum contenderetur, de *validitate electionis* alterutrius, *anno 1710. menſ. Febr.* a ICtis Rinthelenſibus, ſecundum hactenus adducta teſtimonia, ita pronunciatum eſt: Illuſtratur actus electionis reſponſo Rinthelenſi.

In Sachen Anwalds Herrn F. W. v. K. Senioris bey der hohen Stiffts-Kirchen zu Halberſtadt, Klägern, wider Herrn D. E. v. R. Bekl. wird von uns Dom-Dechant, und Capitul-Gemeine der hohen Stifts-Kirchen daſelbſt, auf Rath auswärtiger Rechts-Gelehrten, hiermit zu recht erkant: Daß Kläger dasjenige, ſo ihm zu erweiſen auferleget, und er ſich angemaſſet, nach Nothdurfft erſetzet, und demnach die anno

1691. von weyl. Hrn. D. von H. geschehene election und darauf erfolgte reception des Beklagten vor unkräfftig, hingegen aber die von Klägern geschehene denominatio eines von der A. gestalten Sachen nach, vor beständig erkläret, die Unkosten aber aus bewegenden Ursachen compensiret. V. R. W.

Rationes decidendi.

Zu Abfassung beygehender Urthel, in Sachen Herrn F. W. von K. Klägern, wider Herrn D. E. von R. Beklagten, hat uns bewogen, weiln Herr Kläger sein probandum, nemlich, daß, wenn ein Stiffts-Herr, dem die potestas eligendi zustehet, den actum electionis in canonicum bewerckstelligen will, solches dem Herrn Decano anzeigen, und durch denselben die Herren Capitulares ad capitulum conuociren lassen, und in deren præsenz den eligendum benennen, und der electus darauf binnen einen Monat, a tempore electionis, die reception auswürcken müsse, durch die ad acta gebrachte documenta *sub lit. A. B. C. D. E. et F. fol. act. 23. seqq.* nach Nothdurfft ersetzet: hingegen Herr Beklagter nicht erwiesen, daß er auf solche Weise von weyl. Hrn. Seniore D. von H. in anno 1691. in canonicum erwählet sey, und seine reception intra statutum tempus ausgewürcket habe, oder, daß dergleichen requisita electionis nicht in obseruanz seyn. Denn ob er wol durch die von dem Herrn Dom-Dechant C. von B. ihm ertheilete attestata *sub N. 1. 2. 3. fol. act. 130. seqq.* zu behaupten vermeynet, daß er von dem weyl. Herrn D. von H. in canonicum der hohen Stiffts-Kirchen zu Halberstadt gebührend eligiret, und in canonicum electum recipiret sey; so reichen doch solche ohn-äydliche attestata bey so gestalten Sachen, da weder locus noch tempus specificum factæ electionis darin benennet, noch ein protocollum electionis, daraus zu ersehen gewesen, ob die electio auch gebührend geschehen sey? beygeleget, oder angeführet, dazu nicht an, *c. II. X. de probat.*: da nachdem der vorgegebene eligens, weyl. Herr D. von H. den 18. Mai. 1691. verstorben, wie solches der vom Klägern producirte Zeuge, M. G. Vicarius und Notarius zu Halberstadt *ad art. prob. 9. fol. act. 139.* bezeuget, und von dem Herrn Beklagten non contradicendo agnosciret wird, und dahero, wenn eine electio von dem sel. Hrn. v. H. vorgegangen wäre, der Herr Beklagte Vermöge des *sub. lit. B. fol. act. 23.* beyliegenden extractus statuti de anno 1426. die reception binnen einen Monath a tempore electionis sub pœna, quod alioquin electio quoad eli-

Digitized by Google

eligentes huiusmodi ea vice inualida esse debeat, bewerckstelligen sollen; hingegen aber aus dem attestato receptionis erscheinet, daß solches allererst am 12. Oct. 1691. ertheilet: so ist ex hoc solo capite dessen electio inualida; und thut dagegen nichts zur Sache, daß Herr Kläger das statutum de anno 1426. nicht in originali, sondern nur in copia vidimata produciret, sintemal eines Hochlöbl. Dom-Capituls Secretarius, Herr H. tanquam persona publica et iurata, die Copiam eigenhändig unterschrieben und bezeuget, quod concordet cum statuto de anno 1426. welchem billig Glauben beyzumessen ist, MEV. *P. I. decis. ug. n. 2.* Hingegen sehen wir nicht, wie die von dem Herrn Kläger auf einem von der A. geschehene electio ungültig seyn möge; Denn ob zwar aus dem von dem Hrn. Beklagten beygelegten unter eines Hochlöbl. Dom-Capituls Siegel, und des Herrn Dom-Dechants von S. Unterschrifft ertheilten attestato, *sub signo ⊙ fol. act. 172.* erhellet, daß derjenige, so eligiren will, tempore intimatæ electionis canonicus residens et participans seyn, und sich solcher gestalt zur election legitimiren müsse, Herr Kläger aber dero Zeit, wie die in fine vorigen seculi vorgewesene electio resolviret und intimiret worden, noch nicht participans, und bey der letzten election des von A. nicht præsens gewesen, sondern denselben schriftlich eligiret habe, und es demnach scheinet, als ob diese electio gleichfalls unkräftig und inualida sey: Jedoch aber, weil aus dem *sub lit. H.* beygelegten calendario capituli de anno 1691. *fol. 193.* erscheinet, daß der Herr Kläger dem verstorbenen Herrn von H. immediate gefolget, und also in dessen iura getreten, im übrigen aber bey der letztern election des von der A. der Herr Kläger das Königl. rescriptum de anno 1689. *sub lit. I. fol. act. 191.* worin er von deßwegen, weiln er in functionibus publicis gebrauchet worden, von dem allergnädigsten Landes-Herrn und summo episcopo von der residentia, contra statuta et consuetudinem capituli, dispensiret worden, und seine absenz ihm an perception seiner præbende nicht nachtheilig seyn sollen, vor sich hat: so sehen wir nicht, wie die electio von deßwegen, daß er absens gewesen, und schrifftlich eligiret, für unkräfftig zu halten sey ꝛc.

Cum vero reus ab hac sententia appellationem interposuit; actis ad JCtos Vitebergenses transmissis, prior sententia confirmata est: *mens. Oct. 1711.*

In Appellations-Sachen der Anwälde D. E. von R. Appellanten an einem, F. W. von K. Appellaten am andern Theil, erkennen Königl. Preußl. Statt-Halter, und zur Regierung des Fürstenthums Halberstadt

ſtadt verordnete Präſident und Räthe, nach gehaltenem Rath der Rechts-Gelehrten, vor Recht:

Wenn gleich die eingewandte appellatio in ihren formalien beſtändig, und zu gebührender Rechtfertigung an uns erwachſen, ſo erſcheinet doch derer materialien halber, aus denen acten, und der Partheyen rechtlichem Einbringen ſo viel, daß in erſter Inſtantz wohl geſprochen, und übel appelliret, derowegen die Sache an deren vorigen Richter zu remittiren, immaſſen wir ſie hiemit remittiren und weiſen. V. R. W.

Rationes decidendi.

Es wird anfänglich *fol. 25. vol. 2.* die appellatio quoad formalia angefochten: es erſcheinet ex actis auch, daß die iuſtification nach Abfluß der fol. 8. b. indulgirten Friſt fol. 9. eingelauffen, welchen defect Appellant fol. 54. mit nichts abwenden kan, dahero die appellation billig vor defert zu achten. Es iſt aber auch ſolche quoad materialia von keiner Erheblichkeit. Die Haupt-Frage kommt darauf an: ob die von dem v. K. in faveur des v. R. gethane election beſtändig? Ob nun wol der von R. die atteſtata *fol. 130. ſeqq. ſub n. 1. et 2.* vor ſich anziehet, dergleichen atteſtata auch allerdings præſumtionem vor ſich haben: Demnach ſie aber die Umſtände ratione loci et temporis, ingleichen wie und auf was Weiſe, quibus præſentibus, die election geſchehen, nicht in ſich halten; es auch dißfalls an einem ordentlichen protocoll ermangelt, und aus den gantzen acten nicht zu erſehen, wenn denn eigentlich die election geſchehen, wie denn auch der Zeuge *fol. 138. ſeqq.* den Appellant dißfalls mit befragen laſſen, davon nichts gewiſſes ſagen kan; hiernächſt denen gemeinen Rechten gemäß, daß dergleichen actus nicht clam, ſondern convocatis et præſentibus canonicis, und zwar regulariter in loco ſolito geſchehen ſolle, *c. 41. 42. X. de elect.* vbi TELLEZ *ad c. 1. X. de poſtul.*; dieſes auch aus dem extractu protocolli *ſub A. fol. 23.* ſattſam zu erſehen: denn das ſtatutum *ſub B.*, welchem, tanquam ſcripturæ antiquæ in actis capituli aſſeruatæ, der fides nicht zu derogiren, deutlich im Munde führet, daß der electus binnen Monaths-Friſt die reception ſuchen und erlangen müſſe; dergleichen aber der von R. nicht gethan, indem der von H. iuxta depoſitionem teſtis *fol. 139. vol. 1.* am 18. Mai. 1691. geſtorben, welches Appellant in actis nirgends negiret, alſo die election zuvor geſchehen

ſeyn

Digitized by Google

seyn müsse: da hingegen von dessen reception kein ander Zeugniß als vom 8. und 12. Oct. 1691. vorhanden, im übrigen, daß bey dem Capitul ein anders eingeführet, ex actis nicht abzunehmen, hingegen daß der von K. bereits den 5. Nov. 1692. dieser Wahl widersprochen, *fol. 38. H.* ex his actis erhellet, bey welcher Bewandniß denn auf die attestata der Collegiat-Stiffte zu reflectiren nicht eben nöthig, wiewol der Wahrheit nicht unähnlich, daß selbige bey ihrer election nach dem hohen Stifft sich richten, und also von diesem zu jenem einiges argumentum zu nehmen: So hat man die grauamina nicht vor erheblich achten mögen. Was im übrigen wider des von A. election, so der von K. verrichtet, angeführet wird, gehet solches Appellanten nichts an, sondern gehöret ad ius tertii: gestalt denn dem von R. daran nichts gelegen, wer diejenige præbende, darzu er non debito modo eligiret worden, bekommen; daher denn auch, ob der von K. ein ius eligendi loco des von H. gehabt, hier zu untersuchen, nicht nöthig, immassen gedachter der von K. wenn er gleich kein ius eligendi præsentatum post mortem des von H. gehabt hätte, dennoch als ein unstreitiger Canonicus ad exemplum actionis popularis des von R. seine election impugniren können; ihme auch ratione futuri daran gelegen, daß eine ungebührliche Wahl remouiret werde, daß er desto eher künfftig das ius eligendi exerciren könne, welches bey dem von K. sich nicht findet, indem er, wenn seine Wahl vor unbeständig zu achten, keinesweges pro canonico zu halten ꝛc.

Et cum rursus contra hanc sententiam remedium suspensiuum interpositum fuisset, actis ad nostram facultatem transmissis, confirmatoriam dedimus *mens. April. 1712.*

§. LXXVIII. Electione hoc modo facta ab eo, quem in *turno* ordo tangit, a toto capitulo facta censetur, adeoque ipsa prouisio quoque nomine totius capituli concipitur in hunc tenorem: *Nos N. N. Decanus N. N. Senior, totumque capitulum ecclesiæ cathedralis H. dilecto nobis in Christo Dn. N. N. salutem in Domino sempiternam. Nobilitatis tuæ integritas nos inducit, vt tibi ad gratiam faciendam reddamur liberales. Cum itaque canonicatus in præfata nostra ecclesia per electionem reuerendiss. et strenui Dn. N. tibi obtigerit, nos præmissorum intuitu præbendam illam antedictam, cum omnibus iuribus et emolumentis, auctoritate nostra ordinaria tibi conferimus, ac de illa tenore præsentium rite prouidemus, memoratum* prouisio nomine totius capituli concipitur.

Dn. Decanum requirentes, vt te, vel procuratorem tuum tuo nomine in corporalem, realem et actualem possessionem eius inducat, et inductum defendat, tibique de juribus et pertinentiis illius responderi faciat. In quorum omnium fidem praesentes has prouisionis nostrae literas sigilli capituiaris appensione, et Dn. Decani subscriptione iussimus communiri. Datum etc.

Electi non statim sunt participantes de reditibus.

§. LXXIX. Atque hi canonici vocari solent *electi*, nec vbique statim ad præbendas quoque admittuntur, sed vtplurimum quoad *præbendam* nudi *expectiuarii* sunt. Equidem iuxta sententiam pontificis in *c. 9. X. h. t.* non congruum esse videtur, vt careat præbenda, qui in *canonicum* noscitur esse receptus; hoc tamen ad quæcunque capitula extendi nequit, sed instituta eorum potissimum inspicienda sunt, quæ a prisca disciplina admodum deuiarunt, præsertim cum canonicatus quærantur propter *præbendas*. Dantur capitula, vbi *certus numerus* est canonicorum; dantur, vbi talis definitus numerus deficit. Hoc casu admitti potest sententia pontificis, quia dum *definitus* præbendarum numerus deficit, quibuslibet electis et prouisis merito prouidendum, de quo plenius agam *tit. VIII.* Diuersa est ratio illorum capitulorum, in quibus *definitus numerus* præbendarum occurrit, adeoque præbendæ ad pauciores tantum sunt restrictæ, quo casu demum canonici ad præbendam admittuntur, si *ordo* vel *senium* eos tangit. Tales canonici, antequam præbenda potiantur, dicuntur *in herbis*; præbendati vero *in floribus*: illi magis *supernumerarii* videntur, et quoad præbendam *expectiuarii* sunt; hi vero *præbendati* dicuntur, quamvis etiam in quibusdam capitulis inter *præbendatos* quædam differentia adsit. Ostendunt enim ipsa capitulorum Kalendaria, *tres* vulgo *classes canonicorum* constitui: quidam *maiores*, quidam *minores*, quidam *electi* dicuntur.

Maxime vbi definitus est canonicorum numerus.

Alicubi sunt tres classes canonicorum: Maiores, capitulares dicti.

MAIORES canonici residentes ad certum numerum coarctati sunt, qui ita dicuntur, quod (1) hi membra capituli demum constituant, et ita κατ' ἐξοχὴν *capitulares* vocentur, prout in pluribus capitulis cautum est: (2) quod hi ipsi ad *ordines* recipiendos adstricti sint, quorum intuitu in capitulis protestantium pro *redimendis ordinibus* maiores soluunt die Ordens-Gelder: (3) quod eo nomine *annum claustralem* et *residentiam strictam* subire teneantur, quibus absolutis (4) ius optandi *curiam* consequuntur.

His curiam optare datum est.

§. LXXX. Sunt *curiae* pro *canonicis* constitutae et fundatae, adeoque illis debentur, qui inter *maiores* et *plene participantes* cooptati sunt. Si qua vacat *curia*, sequenti in *turno* integrum est, eam *optare*, ea, quam antea

Digitized by

antea poſſederat, dimiſſa, vel ſi iuri ſuo renunciauerit, ſequenti *iure optandi* debetur. Qui optauit curiam, heredibus defuncti impenſas neceſſarias vtilesque refundere tenetur, quo nomine *ius retentionis* eis competit, quæ omnia *ſtatutis capitulorum* exacte determinari ſolent. Statutis Halberſtadienſibus cautum eſſe memini, vt quarta harum impenſarum ſingulis decem annis *ipſo iure* minuatur, quo tandem curia rurſus priſtinæ *libertati* reſtituatur. Sic etiam ſi, collapſa veteri, noua curia exſtruenda eſt, ſtatuta admodum variant, vt vel tota ſumma, a capitulo approbata, a poſſeſſore nouo refundi debeat, vel duæ tantum tertiæ, vel alia ſumma, quæ *pretium curiarum* vocari ſolet.

§. LXXXI. Sed rurſus *maiores* canonici alicubi ſunt vel *plene participantes*, vel *non plene participantes*, prout numerus definitus eſt. Sic Halberſtadii in eccleſia cathedrali ſunt octodecim canonici *maiores*, inter quos tantum *decem plenarie participantes* ſunt, ceteri *octo minutos reditus* habent, donec ad numerum *plene participantium* aſcenderint. Maiores vel plene vel non plene participant.

§. LXXXII. MINORES in proxima ſpe ſunt aſcendendi ad *maiorum præbendatorum* claſſem, et quidem iuxta *ſenium*, vt proximior excludat remotiorem. Quia tamen in capitulis *mixtis* religionis quoque ratio eſt habenda, iuxta ſtatum anni 1624. hinc contingere poteſt, vt, decedente catholico ex claſſe *maiorum*, aliquis, qui inter *minores* remotior eſt, aſcendat, quod, qui ipſum præcedunt, ſint A. C. addicti, qui iuxta I. P. ſuccedere nequeunt. Interim etiam *minores* iam quosdam minutiores reditus percipiunt, quos *minorem præbendam* vocant. Vtplurimum enim, qui canonicis aliquid legarunt, reditus eius ita diſtribuerunt, vt etiam minorem præbendam habentibus aliquid de iis cedat. Huiusmodi diploma *de anno* 1242. occurrit apud LVNIGH. *in ſpec. eccleſ. P.* 2. *p.* 303. in quo epiſcopus Lubecenſis IOHANNES I. manſum canonicis aſſignat, *ita, vt de prædictis tribus manſis cuilibet canonico maiorem præbendam habenti decem, et in minori conſtituto quinque denarii Lub., qui mandato perſonaliter interfuit, in cœna Domini conferantur.* Nec tantum in reditibus, ſed etiam in *apprehenſione* et *datione poſſeſſionis* quoddam occurrit diſcrimen. Poſſeſſio *minoris prabendæ* plerumque in capitulo a decano in genua decumbenti per *impoſitionem hyrethi* traditur, præſtito iuramento canonicorum, et præſtitis præſtandis, quo facto per *decanum* in chorum ſub celebratione diuinorum ducitur, vbi ad pulpitum choralium *in latere præpoſiti*, præſentibus *camerario* et *ſyndico*, tanquam teſtibus, librum maiorem choralem, das groſſe Chor-Buch, tangere iubetur. Sed poſſeſſio Minores. Differentia inter maiorem et minorem.

Digitized by Google

maioris præbendæ ita tradi ſolet, vt, præſtitis præſtandis, decanus ſub celebratione diuinorum, *ei ſtallum in choro* et *locum in capitulo* aſſignet, et ſubinde *annum clauſtralem*, eoque abſoluto, *ſtrictam*, quam vocant, *reſidentiam* hinc inde ſimul obſeruare, canonicus debeat. Deinde ELECTI nullos plane reditus percipiunt, ſed *expectatiuam* ad illos habent, et *canonici in herbis* dicuntur. Hoc obſeruaui in quibusdam capitulis Germaniæ, quamuis negari nequeat, certam hic ſtatui regulam non poſſe. Variant mores capitulorum, variant etiam ſtatuta, eaque plerumque inter *capitulorum arcana* referuntur, vt vix diuinando vel coniectura ſimplici illa aſſequi poſſimus. Quæ tamen ex actis rerumque monumentis didici, huc referre placuit, vt *praxis beneficiaria* inter proteſtantes, in quorum gratiam potiſſimum ſcribo, quodammodo ſaltim inde plana expeditaque fiat. Obiter hoc addo, *camerarios*, prout dixi, tanquam teſtes huic actui *receptionis* intereſſe ſolere. Durat etiam hoc officium in eccleſiis cathedralibus, ſed fere inane eſt, vel ad minimum a priſtina forma ſua et ratione admodum deflexit. Olim, vbi vitam communem adhuc canonici degebant, et in communi dormitorio dormiebant, camerarii neceſſarii erant, quorum curæ *dormitorium* primario commiſſum erat. Illuſtrationis gratia adferam diploma *de anno 1225.* apud LVNICHIVM *in ſpicil. eccleſ. P II. p. 300.* vbi epiſcopus Lubecenſis alicui hoc munus confert his verbis: *Siquidem ſtatuimus, vt Gerardus prædictis fratribus ad ſeruiendum in dormitorio perpetuus exiſtat camerarius, aſſignantes ad idem officium ei decimam in Vretup, vt de nummis inde prouenientibus candelam horis competentibus in dormitorio ſubminiſtret.* Etiam hoc olim fuit *officium monaſticum*, et ex cœnobiis ad capitula traductum, poſtquam *monaſtica vita* canonicis impoſita eſt, vt docet CANGIVS *in gloſſ. voce camerarius.* Veſtigium antiqui officii adhuc ſupereſt reſpectu eorum, qui *annum clauſtralem* peragunt, quibus in dormitorio inſeruiunt, prout ſupra *tit. de cleric. non reſid.* dixi.

Electio canonici.

De camerariorum officio.

§ LXXXIII. Hæc prouiſio, quæ *ordinario collatori* debetur, debet fieri (1) *iuſto tempore*, (2) *ſubiecto habili.* In *c. 2. X. de conceſſ. præbend.* quoad *prius* ſancitum eſt, vt *intra ſex menſes* ſub pœna *deuolutionis* beneficia hæc conferantur; in quo differunt a beneficiis *maioribus*, mere *electiuis*, quæ *dignitatem proprie dictam* coniunctam habent, vtpote quibus *trium menſium* interuallum præfinitum eſt, prout ſupra *tit. de ſuppl. negl. præl. §. III. p. 410. ſeq.* dictum eſt. Conf. *c. 12. X. de conceſſ. præb.* Addit pontifex in *c. 5. X. cod.* tempus hoc non a die *vacationis*, ſed *notitiæ* ipſius computandum eſſe, cum, laxata hodie pluribus ex cauſis reſidentia, facile con-

Præbendæ conferendæ inter ſex menſes.

contingere queat, vt de *morte abſentis* paulo ſerius capitulo conſtet, quod in capitulis proteſtantium etiam obſeruari ſolet, niſi alius ſtatuto terminus præfixus ſit.

§. LXXXIV. Videtur hic terminus ſua natura *peremtorius* et *præcluſiuus*, adeoque non deſiderare vlterius *monitorium*, quod in Saxonia in eccleſiis patronatis præmitti ſolet, imo adeo ius prouidendi collatores ordinarii *pro ea vice ipſo iure* amittere videntur, vt poſt terminum præterlapſum amplius beneficia vacantia conferre nequeant. Sed contrarium obſeruaui in *cit. tit. de ſuppl. neglig. præl. §. VI.* adeoque diſtinguendum eſſe cenſeo, vtrum, re adhuc integra, elapſo termino prouiſio facta fuerit, an vero re non integra, h. e. vbi iam ſuperior, ad quem ius hoc deuolutum erat, ſe ſuper prouiſione declarauerit? Illo caſu prouiſio vires habebit; non hoc, cum, poſtquam ſuperior ex *iure deuolutionis* ad prouiſionem acceſſit, res integra eſſe deſierit, et capitulo manus ligatæ fuerint. Id puto intendiſſe pontificem in *c. ſ. X. de ſuppl. neglig. prælat.* in quo textu hic oblatus erat caſus pontifici. Poſt elapſum ſex menſium ſpatium decanus et capitulum ad electionem *cantoris* proceſſerant, cum tamen archiepiſcopus ex *iure deuoluto* ſeſe ad prouiſionem huius beneficii vacantis accinxerat. Hanc poſt feſtum ſuſceptam electionem cantoris merito irritam et inanem declarat pontifex, quia res non amplius erat integra. Colligo hoc ex verbis *cit. c. ſ.* vbi pontifex hanc circumſtantiam notanter addit: *Et appellationem a decano et ſuis fautoribus interpoſitam, factum archiepiſcopi (ad quem iam erat eligendi auctoritas deuoluta) nequiuiſſe aliquatenus impedire*, quod etiam præterea totus contextus *integræ decretalis* oſtendit.

An hic terminus peremtorius?

§. LXXXV. In capitulis proteſtantium, ſi *ſemeſtre ſpatium* a capitulo negligitur, deuolutio fit ad *dominum territorii*, non quod *iure epiſcopali* vtatur, ſed quod *ſupremus ſacrorum arbiter* ſit, et, *ſuſpenſo epiſcopali iure* per *inſtrumentum pacis art. V. §. 48.* ipſemet *iure reipublicæ* iura ſacrorum ſuprema, quibus etiam *directio* et *determinatio collationum* et *electionum* annumerari debet, exerceat. Fruſtranea foret reſtrictio collationis ad *ſex menſes*, quæ in noſtris retenta eſt capitulis; niſi effectum *amittendi iuris pro ea vice* haberet, et ſic vel ex hoc ſolo fundamento domino territorii ius conferendi præbendas aſſignare poſſumus, quod illuſtrauiſſe *de ſupplend. negl. præl. §. VIII* vbi etiam *§. IX.* addidi, ad quem *deuolutio* fiat in capitulis Romanæ eccleſiæ addictis. Hoc obiter adiicio, *ius* hoc *deuolutionis*, epiſcopo in capitulis proteſtantium competens, ceſſare, ſi, ſede vacante, capitulum beneficia, quæ ad eius collationem ſpectant,

De iure deuolutionis in eccleſiis maioribus proteſtantium.

Digitized by Google

ſtant, neglexerit: deficit enim ſuperior, ad quem deuoluatur, et epiſcopus, quamdiu nondum electus, ſe ad eius prouiſionem accingere nequit, adeoque reſpectu capituli, quamdiu ſedes adhuc vacat, res ſemper manet integra.

Conferuntur in quibusdam capitulis canonicatus ſolis nobilibus, ex ſtatutorum vel fundationum diſpoſitione.

§. LXXXVI. Præterea in collatione canonicatuum ad *habilitatem ſubiecti* reſpiciendum eſt. In quibusdam eccleſiis cathedralibus (1) hæc deſumitur ex *nobilitate generis*. Quamuis enim pontifex in *c.37. X. h. t.* aſſerat, quod *non generis, ſed virtutum nobilitas vitæque honeſtas gratum DEO faciant, et idoneum ſeruitorem, ad cuius regimen, non multos ſecundum carnem nobiles et potentes elegit, ſed ignobiles et pauperes, eo quod non eſt perſonarum acceptio apud ipſum etc.* non tamen *abſolute* reprobantur illa *ſtatuta*, vigore quorum non alii quam *nobiles* admittuntur. Senſus pontificis, meo iudicio, optime expreſſus eſt in *inſtrum. pac. art. V. §. 17.* vbi capitulis iniungitur, vt operam dent, *ne nobiles, patricii, gradibus academicis inſigniti, aliæque perſonæ idoneæ, vbi id fundationibus non aduerſatur, excludantur, ſed vt potius in iis conferuentur.* Excludi ergo *non-nobiles* tunc demum nequeunt, ſi fundationes nobiles præciſe haud deſiderant.

Origo moris huius refertur.

§. LXXXVII. Olim rarius *nobiles* functiones eccleſiaſticas ambierunt: *arma* magis quam *ſacra* illis curæ cordique erant, imo in pleriſque capitulis, quæ non alios quam *nobiles* hodie admittunt, olim proſapia illuſtris ignorabatur; multo minus eorum, qui olim collegia canonicorum fundarunt, intentio fuit, reditus tam pingues et abundantes in eccleſiam conferendi, vt inde nobiles et illuſtriori ſtemmate prognati commode et laute paſci poſſent. Aſt feruor *pietatis*, cuius gratia vnice hæc collegia fundata erant, tandem deferbuit ſeculo XI, et in pluribus eccleſiis *maioribus* canonicis, abiecta vita communi, mollior placuit, deliciis, ex ingentibus ortis opibus, affluens, otioſaque, vt omnis priſtina canonicorum deuotio congelaſſe videretur. Latius per ſequentia ſecula hoc malum propagatum eſt, quo factum, vt non tam ad veram *habilitatem*, quam maiores in clericis deſiderant, amplius reſpexerint, ſed plane nouas *accidentales qualitates* ob oculos habuerint. Flos nobilitatis, et qui ſummo loco nati erant, iam hinc inde ad prælaturas canonicatusque, mollitia vitæ iam commendabiles, euecti erant: et quia per hos bona capitulorum ingentia accipiebant incrementa, et in *magna dignitate* canonici iam vivebant, plerumque hi, qui illuſtriori loco nati erant, ad canonicatus adſpirarunt, pluresque nouas præbendas fundarunt, non aliis, quam antiqua generis gloria præfulgentibus, conferendas. Animaduerterunt enim, hoc

Digitized by Google

hoc modo conſeruari poſſe familias illuſtriores, et præcaueri, ne bona auita in tot partes ſcinderentur, ſed natu minores filii indè, bona ipſorum venia, excludi poſſent, pinguiſſimis redditibus eccleſiaſticis ſeſe ſuſtentaturi. Simul etiam, quando numeroſa prole familia aucta erat, aditus ad matrimonia, vnde noua multiplicatio liberorum metuenda erat, filiis intercludebatur, quod rurſus conſeruandis bonis et familiarum potentiæ conducibile videbatur.

§. LXXXVIII. Ita pedetentim hæc patrimonia ſacra, vt cum vulgo loquar, alium prorſus finem aliamue faciem acceperunt, et *modus conſeruandi familias illuſtres* eſſe cœperunt. Nec hoc diſſimularunt maiores noſtri, tempore reformationis, ſed paſſim hoc profeſſi ſunt, et eo magis pro conſeruandis his bonis laborarunt. Ita cenſuerunt comites aliique illuſtres anno 1576. d. 25. Aug. in literis ad Cæſarem datis apud LEHMANNVM *in actis de pac. relig. lib. II. c. 42.* ſcribentes: Dieweil männiglich weiß, daß Käyſer und Könige, Fürſten und Herren, auch viele unſerer gottſeligen Vorfahren, der Gräflichen Geſchlechter im H. Reich mit angeregten Stifftungen ingemein ſo wol und nicht weniger auf die Erhaltung der hohen Geſchlechter, als auf anders geſehen, auch die hohen und andere adelich Stifft der Fürnehmen Urſach ſo anſehnlich *dotiret*, daß ſie dadurch ihrer und gemeiniglich der *Poſterität*, Fürſtlicher und Gräflicher Häuſſer, auch dero von Adel gleichſam in ewiger Fürſehung und ewige Unterhaltung, damit er eine ſolche Maaß zu ſchöpffen gemeynt geweſen, daß ſie dabey einen eingezogenen, ehrbaren, chriſtlichen und löblichen Wandel führen ſolten. Canonicatus tandem verti cœperunt in ſuſtentationem nobilium.

§. LXXXIX. Inde tot hodie capitula ſuperſunt tam inter *catholicos*, quam *proteſtantes*, in quibus non alii quam *nobiles* admittuntur, ſiue *fundatione* id cautum fuerit, ſiue *antiquiſſima conſuetudine* introductum. Licet enim talem conſuetudinem improbandam eſſe et inefficacem, cenſeat HOEPING *de iur. inſignium c. VII. n. 81.* hodie tamen ea efficax erit, poſtquam *fundationes* tales lege publica approbatæ ſunt, quarum vim etiam *conſuetudines inueteratæ* habent, quæ poſtea vt plurimum ſtatutis capitulorum ſunt approbatæ, vt ipſi fatentur HOEPING. *cit. l. n. 71. c. XI. n. 107.* ESPEN. *P. I. iur. eccleſ. tit. 10. c. 3.* aliique. Imo ne quidem ſufficit *nobilitas recentior*, ſed *antiquior* deſideratur, vt ad minimum canonicus *ſedecim maiorum imagines illuſtres* non interrupta ſerie numerare poſſit, ita computandas, prout ſchema in *frontiſpicio huius libri* expreſſum docet, conf. HOEPINGIVM *de iure inſign. cap. XI. lib. IV. num. 93.* Talia ſtatuta valent, quæ tantum nobiles admittunt.

Et

Et hi demum vocantur Turnir- und Stifftmäßig, quam qualitatem ante receptionem in capitulum vel per *genealogiæ* productionem vel alio modo probare debent. In capitulo Wormatienſi probatio fit mediante *iuramento quatuor virorum itidem nobilium Germanorum*, vt ex literis interceſſionalibus Moguntini ad pontificem apud ANTONIVM FABRVM *tom. V. p. 126.* liquet. Alias vel *antiquas genealogias* quodammodo probare, quando *de familia* quæſtio eſt, conſtat, DRACO *de orig. patric. lib. III. c. 6. n. 5.* donec probatum fuerit contrarium. CAVALCAN. *P. III. deciſ. 28. n. 23.* KLOCK. *vol. II. conſ. 6. n. 100.* Ad minimum in re tam antiqua admitti inſuper poterit *iuramentum credulitatis ſuppletorium*, vti pronunciatum menſ. Ian. 1709. in caſu, quo productus erat antiquus liber, in quo genealogia deſcripta reperiebatur: Würde Kläger vermittelſt Eydes in ſupplementum erhalten, und daß er anders nicht wiſſe noch glaube, als daß er von N. N. herſtamme, ſchweren, immaſſen er zu thun ſchuldig, ſo hat er ſich ad cauſam nach Nothdurft legitimiret. Atque hiſce *ſtatutis* et *fundationibus* tam tenaciter capitula inhærent, vt nullam diſpenſationem in Germania hic locum habere cenſeant, propter *I. P. art. V. §. 17.*

Quomodo probetur nobilitas antiqua.

§. XC. Inde quando dubium de *nobilitatus ſtatu* incidit, quæſtio hæc tanquam *præiudicialis* ante omnia euoluenda eſt. Exemplo illuſtri, et quidem recentiori, quod adhuc in lite verſatur, vt docent acta apud FABRVM in der Staats-Cantzley *tom. XXVII. p. 288.* rem explicabo. Dantur in ciuitate Monaſterienſi, quos vocant die Erbmänner, de quorum *ſtatu nobilitatis* in camera Imperii magnis animi motibus per plures annos concertatum eſt, donec tandem Erbmanni an. 1685. ſententiam victricem pro ſe obtinuerint, virtute cuius vrſerunt, vt etiam ad canonicatus eccleſiæ cathedralis Monaſterienſis admitterentur. Grauiter tamen adhuc reſtitit epiſcopus Monaſterienſis cum capitulo ceteraque nobilitate auita, adeoque ad *reuiſionis remedium* prouolarunt, exiſtimantes, variis adductis rationibus, hoc remedium in præſenti caſu *effectum* debere habere *ſuſpenſiuum*, ex hac ratione, weil das hohe Dom-Capitul zu Münſter mit uhralten Päbſtl. und Käyſerlichen unverrückt beybehaltenen Priuilegien verſehen, niemanden, als welcher eines wahren ungezweiffelten rittermäßigen Adels iſt, auf- und anzunehmen, die Erbmänner aber, wie lange dero Adelſtand in reuiſorio annoch litigiös iſt, wenigſtens adhuc dubii ſtatus wären, vid. FABER in der Staats-Cantzley *tom. XI. p. 246.* Accedebat hæc ratio, quod diſpoſitio, qua *effectus ſuſpenſiuus* reuiſioni

Inde præiudicialis quæſtio de ſtatu naſcitur, exemplo Erbmanniorum in ciuitate Monaſterienſi.

Digitized by

ſioni ademtus eſt, non videretur applicari poſſe ad eum caſum, quo reuiſiones nondum in priſtinum vigorem erant deductæ. Res hæc tandem ad comitia reiecta eſt, et *extraordinaria reuiſio* decreta, prout ex concluſo trium collegiorum apud EVNDEM *p.* 335. liquet. In hac præter ſpem vota ita diuiſa ſunt, vt *paria* vtrinque eſſent. vid. FABER *tom. XII. p.* 705. Inde noua materies litis orta eſt, cuius continuationem refert IDEM *tom. XIII. p.* 185. oſtenditque *p.* 397. in comitiis anno 1708. *d.* 3. *Aug.* tandem concluſum fuiſſe, daß nunmehro die ehedem pro Erbmannis ausgefallene Cameral-Urthel, bey der in reuiſorio ſich eräugenden paritate votorum, nach Ausweiß der von denen bewährteſten Cameraliſten atteſtirten und ohne dem der analogiæ iuris gemäſſen obſervanz, um ſo mehr pro confirmata zu achten ſey, als das von Ihro Käyſerl. Maj und dem H. Römiſchen Reich indulgirte biennium würcklich verſtrichen. Ne ſic quidem reuiſionem impetrantes quieuere, ſed noua dubia obmouerunt, relata a FABRO *tom. XV. p.* 276. *ſqq.* quamuis concluſum imperii a Cæſare approbatum fuiſſet per decretum *d.* 15. *Dec.* 1709. Fata huius litis continuata refert FABER *tom. XVI. p.* 625. *ſqq.* quæ nec ita plane ſopita eſt, vt ex *tom. XXVII.* der Staats-Cantzley liquet, nec meum eſt, tantas componere lites.

§. XCI. Imo nec *nobilitas auita* ſufficit, ſed præterea (11) in pleriſque capitulis Germaniæ non alii admittuntur quam *Germani*, excluſis peregrinis. Ita cenſuere proceres Germaniæ ſeculo præterlapſo, poſtquam pontifex *nobilem exterarum* IACOBVM DE BOVILLE capitulo Wormatienſi, vigore ſententiæ anno 1691. latæ, obtrudere conabatur, addita etiam excommunicatione in repugnantes. Interpoſuere plures partes apud pontificem pro capitulo, et inter alios elector Moguntinus *anno* 1695. in literis ad pontificem, a FABRO in der Staats-Cantzley *tom. V. p.* 127. relatis, ita cenſuit: *In Germania non niſi Germani ad eccleſias cathedrales, iisque ex præcipua nobilitate, (vbi gradus in theologia vel iure pro nobilitate non computatur) admitti poſſunt, ex eo inter alia, quod ex gremiis harum eccleſiarum eligantur epiſcopi et ſacri Romani imperii principes, cuius dignitatis exteri non ſunt capaces, quale priuilegium cum apud varias alias nationes, approbante ſancta ſede apoſtolica, reperiatur, etiam hoc in Germania ſanctitas veſtra minime exſtingui deſiderabit.* Et quia pontifex ſine dubio *cognitionem de ſtatu* ſibi arrogauerat, addit: *Cognitio autem, an et quis vere nobilis Germanus dicendus ſit? vtpote de re politica imperatori aliisque Germanis competit, nulli alterius nationis, ne ianua aperiatur, per ſimilia iudicia, qua exteri in priuilegia, eccleſias, epiſcopatus et prin-*

Germani præterea, non alii, in Germania admittuntur.

Digitized by Google

cipatus ingrediantur, cum totius imperii conuulsione. Ipse Cæsar, elector Treuirensis, ceterique catholici principes imperii hæc pontificis attentata improbarunt, pontificemque, vt fulmina e Capitolio iacta reuocaret, dehortati sunt. Non noua aut recentiora hæc aulæ Romanæ attentata sunt, sed vetustissima, contradicente tamen semper Germania. In *centum grauaminibus*, anno 1522. oratori pontificis in ipsis comitiis Noribergensibus oblatis, *art. XXV.* Germani status de hoc abusu has fuderunt querelas: *Insuper licet sint quædam collegiatæ ecclesiæ per Germaniam, quæ a nobilibus, et in hoc, vt nobiles tantum summæ atque mediæ sortis ad eas reciperentur, primum sunt fundatæ, in quibus per diutinæ obseruatæ ac præscriptæ consuetudinis priuilegium est, vt tantum principes, comites, barones aut aliqui nobiles acceptari possint, et debeant: Attamen laudabiles hæ consuetudines, iura non scripta, priuilegia papalia, nequaquam curantur, manutenenturue, sed e regione agitur per curtisanos, ad liberæ electionis episcoporum, præpositorum, ac decanorum et canonicorum præpeditionem, vt coadiutores aliqui contra capitularium voluntatem ac consensum efficiantur. Nec raro curtisanis licet indoctis et ignobilibus parantur ad canonicatus huiusmodi accessus, non obstantibus statutis, et consuetudinibus et priuilegiis præscriptis, ita quod nobilibus Germanis beneficia subtrahantur.* vid. SCHILTER *de libert. eccles. Germ. lib. VII. c. 2. §. 10.*

Quod obseruant quoque ordines militares.

§. XCII. Simile ius sibi vindicat *ordo militaris S. Ioannis* ratione *magni prioratus Germaniæ*, contenditque, exteris nec *commendaturas* in hoc prioratu, nec *pensiones* conferri posse, quod nonnunquam *magnus ordinis magister* attentauit. Cæsar LEOPOLDVS glorioſæ memoriæ in literis, ad eum *anno 1706. d. 9. Febr.* datis, aperte hoc professus est his verbis: *Licet nunc nostra mens nullatenus sit, deuotioni vestræ hac in parte quicquam præscribere, quia vero commendæ præfati prioratus Allemanniei non solum ad promouendum modo dicti ordinis sui laudabile institutum et finem, sed etiam et maxime ad maiorem conseruationem et sustentationem nobilitatis totiusque nationis Germanicæ, ac instar omnium cathedralium et collegiatarum ecclesiarum a prædecessoribus nostris aliisque Germanis fundatæ dignoscuntur, adeo vt, obstantibus expresse concordatis apostolicis cum dicta nostra natione initis, ipsimet summo pontifici super Germaniæ canonicatibus et beneficiis ecclesiasticis (inter quæ commendæ censentur) pensiones conferre non sit integrum etc.* Ipse ordo quoque eo nomine eodem anno querelas suas apud comitia exposuit, relatas cum literis Cæsaris ab ANTONIO FABRO in der Staats-Cantzley *tom. XI. p. 230. sqq.* in quibus, causa cognita, conclusum fuit, daß zu Verhütung obiger nachtheiliger Dinge, und Abwen-

dung

Digitized by Google

dung der teutſchen nation daraus erwachſenen groſſen Præiudizes, auch des gedachten teutſchen Iohanniter-Groß-Prioraten, als denen in Teutſchland gelegenen Commenden und Penſionen keine fremde nation, ſo wenig zu Kriegs- als Friedens-Zeiten, zu admittiren, ſondern in perpetuum von denenſelben, nach dem Exempel, wie andere Fremde mit denen Teutſchen in ihren Landen verfahren, zu excludiren, abzuhalten, und den geringſten Genuß von ſelbigen, weder im Römiſchen Reich noch auſſer demſelben, in andere fremde Länder von denen Iohanniter-Ordens-Beamten bey hoher Straffe und ceſſation aus- oder abfolgen zu laſſen, vielmehr daß darzu einzig und allein die aus teutſchem Geblüt gebürtige *Cavalliers* zu admittiren ſeyn.

§. XCIII. Ceterum ſi capitulorum plerorumque *primæ fundationes* producerentur, appareret, non tantum *nobilibus* ad canonicatus aditum patefactum, ſed *gradibus* etiam *academicis inſignitis*, vtpote quibus paria cum *nobilibus* olim iura conceſſa erant. Ipſi Paderbornenſes canonici profeſſi ſunt in literis ad concilium Baſileenſe datis apud SCHATENIVM *in annal. Paderborn. ad ann. 1434.* tantum *nobiles* aut *gradibus academicis inſignitos* admitti ad canonicatus in eccleſia Paderbornenſi. *Inſuper*, aiunt, *ex antiquis ſtatutis eiuſdem eccleſiæ Paderbornenſis et priuilegiis a centum annis et vltra in ea nullus receptus fuit, aut etiam admittitur in canonicum capitularem eiusdem eccleſiæ, vel ad aliquam dignitatem in eadem, niſi fuerit aut ſit de baronum aut nobili, aut ſaltim de militari genere procreatus ex vtroque parente, aut alias vir maturus doctor vel licentiatus in iure canonico vel ciuili, ſeu magiſter in ſacra theologia*, quæ verba etiam repetunt in literis ad concilium Conſtantienſe datis. Similiter in confirmatione epiſcopatus Antwerpienſis PII IV. *de anno 1560.* apud AVBERTVM MIRAEVM *lib. I. donat. Belgic. c. 146.* de qualitate canonicorum hæc habentur: *reliqui vero novem canonicatus et præbendæ prædictæ tribus magiſtris aut licentiatis in theologia, et tribus aliis doctoribus decretorum ſeu in iis licentiatis, et tribus aliis nobilibus eius diœceſis etiam in iure vel theologia ſaltim gradu licentiaturæ in famoſa quadam vniuerſitate ſtudio generalis promotis, in perpetuum concedi et aſſignari debeant.* Affectarunt iam *anno 1589.* canonici Treuirenſes hanc legem imponere capitulo ſuo, ne alii quam antiqua nobilitate præfulgentes in cenſum canonicorum reciperentur, reiectis ima ſorte natis, vtut liberali doctrina politiſſimis. Grauis inde contentio inter capitulum et archiepiſcopum BOEMVNDVM exorta eſt, quam BROVVERVS *lib. XVI. annal. Treuir. p. 171. ad cit. ann.* ita depingit:

Ex fundationibus plerorumque capitulorum etiam gradibus academicis inſignium admittuntur.

Digitized by Google

Vacabant duo in cathedrali collegio luculenta ſacerdotia, Eberti cantoris, qui in Italia naturæ conceſſerat, et Boemundi præpoſiti, qui ſupremos iam honores adierat. Pontifex maximus, cum in cathedralibus paſſim eccleſiis huiusmodi ſacerdotia inueterata conſuetudine a nobilitate ſic obuallata teneri cerneret, vtpote qui vt in poſterum vix aditus ad ea pateret, viam hanc reſcindere primus inſtitit, atque in ipſum veræ nobilitatis fontem conſilia cogitationesque defigere. Quamobrem longa ſerie ab atauis abauisque repetitas imagines præteriens, Petro Treuiro, Rudolphi Cæſaris medico, præpoſiti, et Ioanni curiæ Treuirenſis officiali, cantoris dignitatem attribuit; in vtroque literas atque excellentem eruditionem, cuius ambo faſtigium attigerant, nec non vitæ et religionis integritatem, veræ nobilitatis tibicines, collaudans. Ea res admodum exacerbauit capitularium animos, maxime quod diplomate papali ſe munitos eſſe aſſererent. *Hi igitur ambo,* pergit BROVVERVS, *vbi ad ſuſcipienda ſacerdotia cum ſummi pontificis mandatis Treuiris affuere, a Boemundo quidem et ſupremo decano, atque etiam ab archidiaconis et parte collegii ſaniore, perinde ac decuit, ſuſcepti, atque in canonicorum cœtum cooptati. At pars cetera, pontificis maximi iudicio improbato, graviter iis ceu nouis hominibus aduerſari, ac ſedem Romanam appellans reddi ſibi ius ſuum poſtulare; iureiurando ſe deuinctam teneri, adeoque eam in rem a ſede apoſtolica diplomatis ſibi cautum, quos ne viros, quantumuis literatos, humili tamen ortos loco, recipere cogantur, ſed tantum nobili ſtirpe prognatos.* BOEMVNDVS, his cognitis, literis miſſis, *ſe nullis eiusmodi pactionibus literisue, quas iactarent, teneri declarat, atque niſi viros a ſe dignatos probarent, anathemate obnoxios ipſos, eccleſiamque diuinis officiis iure communionis ſpoliatum iri, pronunciat.* Hos in ſua pertinacia conſiſtentes archiepiſcopus cenſura notauit, et ſic horum contumacia et archiepiſcopi æquanimitas non leue vulnus eccleſiæ Treuirenſi inflixere; addit tamen BROVVERVS, PETRVM, ab ingrata patria non admiſſum ad meritos honores, ad Moguntinæ ſedis apicem et pontificale decus poſtea euectum eſſe, optimo ſane argumento, etiam in *ſede Moguntina* non adeo nobilitatis generis eo tempore habitam fuiſſe rationem, ſed magis *eruditionis*, *probitatis*, ceterarumque *virtutum*.

Olim ſaltim catholici ad canonicatus admiſſi.

§. XCIV. Ante omnia quoque (III) in cooptandis canonicis habenda eſt ratio *religionis*. Olim ſaltim hi, qui ſedi papali addicti erant, canonicatus tenebant, nec aliter quam ſub hoc vinculo hos tenere poterant. Reformatione facta, magnum periculum amittendarum præbendarum inſtabat canonicis A. C. addictis, niſi *pax religionis* interceſſiſſet. Sed nec hac ſecuritati eorum ſatis proſpectum erat, *reſeruato eccleſi-*

Digitized by Google

rleſiaſtico proteſtantibus obtruſo, ob quod magnis animi contentionibus concertatum eſt. Varia proteſtantibus eo tempore obiecta ſunt, qui ad capitula æque cum catholicis admitti deſiderabant, quæ recenſentur in diſſ. B. TITII *de iure nobilitatis Lutheranæ ad immediata Germaniæ capitula et canonicatus §. 49. ſqq.* Summa huc redit, (I) *poſtulatum nobilitatis Lutheranæ e diametro paci religioſæ aduerſari, cauenti, ne quis innouaret quidpiam in præiudicium aut turbationem alterius, tum etiam primæ fundationi magnopere refragari.* Reſponderunt proteſtantes apud LEHMANNVM *in act. pac. relig. lib. 2. c. 42.*: Daß bey ihnen kein Zweiffel wäre, es werde der Stifter Chriſtlicher Wille mit Haltung berührter Confeſſion zu der Ehre GOttes und des Nächſten Beſſerung vollkömmlich und aller Gebühr nach erfüllet, in Anſehung, daß ſie auch nicht geſtehen, daß Chriſtliche wohlgemeynte fundationes der Evangeliſchen Lehr und Religion Augſpurgiſcher Confeſſion zuwider ſeyn. (II) *Proteſtantes nobiles admiſſionem petere ad capitula non niſi anaritia inductos, vt reditus ſuos facerent; religioni proteſtantium conuenire, vt paupertatem profiterentur.* Retorſione vſi ſunt proteſtantes hoc modo: Wenn man die beneficia der hohen und andern adelichen Stiffter allein von Geitz wegen und ſonſt aus keiner andern Urſache ſuchen und genieſſen ſolt können, ſo müſte man vielmehr ſagen, daß diejenigen, ſo bey den Catholiſchen nach den Pfründen und Stiffern trachten, ſolches auch aus Trieb des leidigen Geitzes thun. Et poſt pauca: Darneben aber, wenn die willige Armuth ein Zeugniß des Chriſtlichen Eifers heiſſen und ſeyn ſolte, ſo würden die Geiſtlichen der Römiſchen Religion nichts weniger weder Chriſten ſeyn und bleiben, dieweil ſie alle nach dem Einkommen der geiſtlichen dignitäten und Pfründen trachten, und davon ihre reiche Unterhaltung haben. (III) *Inde euenturum eſſe, vt beneficia iis conferenda ſint, qui altari inſeruire non poſſint, otio et aulæ aſſueti, illiteratique.* Reſpondent proteſtantes, talem inhabilitatem A. C. addictis obiici non poſſe, adduntque: Wenn wir bey der Freyſtellung auf diejenigen beneficia und dignitates ſehen, welche zum mehrern Theil keine beneficia curata genennet werden und ſind, und keine Seelſorge zu verrichten haben, ſo wäre dieſem, mehr aus Neid denn Nothdurfft erregtem, obſtaculo ſchon gnugſam geantwortet. (IV) *Illud inde abſurdum euenturum eſſe putant, vt ad canonicatus admittendi ſint triplex hominum conditio, Catholicorum, Lutheranorum et Reformatorum, et confuſionem vocationum oriri.* Reſpondent proteſtantes, nullam confuſionem nullamque turbam inde metuendam eſſe. Præterea vero iis obiecerunt *reſeruatum eccleſiaſticum*, et plura

Inde proteſtantibus via ad canonicatus præcluſa.

alia obſtacula, quæ tanti tamen non ſunt, vt iis referendis tempus otioſe conſumere neceſſe ſit.

Per inſtrumentum pacis proteſtantes tandem admiſſi.

§. XCV. Finem tandem accepit hæc controuerſia per *inſtrumentum pacis*. Nam *art. V. §. 20.* non tantum proteſtantibus proſpectum, ſed expreſſius adhuc *§. 23.* de iis ita cautum eſt: *Quot capitulares, aut canonici die prima Ianuarii anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi quarti vſpiam vel Aug. confeſſ. vel catholici fuerint, totidem illic ex vtraque religione erunt ſemper, nec decedentibus, niſi eiusdem religionis conſortes, ſurrogentur.* Non eſt, quod miretur BVCKISCH *ad cit. locum*, in vno capitulo diuerſæ religionis capitulares cohabitare debere, *Ierobeam*, prout ait, *et Rehabeam, Ieruſalem et Samariam.* Si præiudicium ſectæ depoſuiſſet, nulla admiratione in eam, quam exprimit, ſententiam tractus fuiſſet. Senſum tamen animi non ſatis prodit, nec, cui religioni *Hieroſolymam*, et cui *Samariam* adiudicet, exprimit. Quid ſi recurramus ad ipſum textum inſtrumenti pacis, vbi *Auguſtanæ confeſſioni addicti* primo, et *catholici* ſecundo loco ponuntur, annon ex *hoc ordine* mens auctoris colligi poterit? Nam et ipſe primum aſſignat locum *Ierobeamo* et *Hieroſolymæ*, ſecundum *Rehabeamo* et *Samariæ*. Sed nolo hanc ſententiam auctori obtrudere, cum auis ex cantu ſatis nota ſit.

Et ſic ad annum decretorium reſpiciendum.

§. XCVI. Reſpiciendum ergo ad *ſtatum* capitulorum *anni decretorii*, et quidem præciſe *diei primæ Ianuarii*; nec ſufficit, anno 1624. catholicum vel proteſtantem canonicum in poſſeſſione vel quaſi canonicatus fuiſſe, niſi etiam probauerit, *die prima Ianuarii* eundem obtinuiſſe ſtatum. Hic terminus bonis *immediatis* eccleſiaſticis dictus eſt, laxior *mediatis*, in quibus ſufficit poſſeſſio cuiuscunque partis anni. *art. V. §. 31.*

Etiam quoad numerum canonicorum.

Nec ad hoc ſolum reſpiciendum, ſed præterea adeo ſtatus et obſeruantiæ dicti anni ratio habenda eſt, (vtpote quæ ad *inſtar regulæ* eſſe debet) vt etiam *numerus canonicorum* ſecundum illam concinnari debeat. Quid enim ſi alicubi plures catholici vel A.C. capitulares aut canonici beneficia ex poſt facto poſſederint, quam *anno 1624. d. 1. Ianuarii?* His ſupernumerariis beneficia et præbendas ad vitam relinquendas eſſe, cenſuere pacificatores, hoc effectu, vt *mortuis eis, tamdiu catholicis Auguſtanæ confeſſioni addicti, et his catholici ſuccedant, donec redintegratus fuerit vtriusque religionis capitularium et canonicorum numerus, qui die prima Ianuarii anno 1624. erat.* Tantum de *mortis* caſu diſpoſitio concepta: de *reſignatione* nihil adiectum, nec neceſſum eſt, hodie de illa lites mouere, poſtquam hæc *prouiſionalis diſpoſitio* iam dudum, tot ſucceſſionibus interuenientibus, exaruit. Quid ſi numerus canonicorum

rum anno 1624. mancus fuerit, ita vt loco ſedecim, qui *ordinarius* numerus erat, tantum *duodecim* reperti fuerint, et poſtea vel ex catholicis vel A. C. addictis numerus ſuppletus ſit? Hunc caſum *expreſſe* non decidit inſtrumentum pacis, deciſio tamen eius ex iam repetitis verbis plana eſt. Sola *obſeruantia anni 1624. d. 1. Ianuar.* pro *regula* obſeruanda eſt, per *art. V. §. 33.* et ad *hanc*, non ad *fundationem*, numerus reducendus, quin potius omnes exceptiones, quæ potiſſimum ratione *numeri* ex *fundatione antiquisque diplomatibus* deſumi poterant, irritæ et inanes declaratæ ſunt in *art. V. §. 25.* et *art. XVII. §. 3.* quæ ad infractionem huius obſeruantiæ adduci poterant. Ita cenſet AVTOR *meditat. ad I. P. p. 258.* contra DECKHERVM, et meo iudicio recte cenſet, imo hæc quoque eſt ſententia *receſſus executionis Noriberg.* quo cautum, daß fürnemlich nach dem bloſſen facto poſſeſſionis, vſus, obſeruantiæ et exercitii, ohne einige andere exception die caſus liquidi zur Richtigkeit zu befördern. Perſpicue IDEM *cit. l. §. 236.* exemplo capituli Argentoratenſis id declarat contra HVCKISCHI cauillationes, quæ docent, nihil eſſe tam ſanctum, tantisque munitum clauſulis, quod inſana nequiſſimorum hominum audacia perrumpere haud poſſit.

§. XCVII. Contra hunc ſtatum canonicatuum, qui *anno 1624.* fuit, nulla a domino territorii ſuſcipi poteſt mutatio, ſiue per *præbendarum ſuppreſſionem*, ſiue per *collationem* aliis, quam qui dicto anno in poſſeſſione fuere, faciendam. Quædam tamen *exceptiones* ex ipſo inſtrumento pacis hic notandæ ſunt. (1) Supprimendi canonicatus facultas in *art. X. §. 4.* data eſt regi Sueciæ in epiſcopatu Caminienſi, quatenus duces *Pomeraniæ citerioris* collationem præbendarum et prælaturarum habuerunt, *cum poteſtate eas extinguendi, reditusque menſæ ducali poſt modernorum canonicorum et capitularium deceſſum applicandi.* Electori Brandenburgico in *art. XI. §. 1.* ratione *principatus Halberſtadienſis* itidem permiſſum fuit, vt *liceret quartam partem canonicatuum (exceptæ præpoſitura in hanc computationem non numeranda) decedentibus ſucceſſu temporis modernis eorum poſſeſſoribus, Auguſtanæ confeſſioni addictis, extinguere, eorumque reditus menſæ epiſcopali incorporare. Quodſi tot canonici Auguſtanæ confeſſionis non ſint, qui quartam partem totius corporis canonicorum, demto præpoſito, conficiant, numerus ſuppleatur ex catholicorum decedentium beneficiis.* De *Mindenſi epiſcopatu* in *§. 4.* nihil *expreſſe* cautum eſt, *tacite* tamen eadem facultas auguſtiſſimi domui Brandenburgicæ indulta videtur, cum *pari ratione*, vt epiſcopatus Halberſtadienſis, ei ceſſus fuerit, quod etiam *§. 5.* declarat. Præterea in *§. 5.* laxior

Quidam tamen canonicatus ſupprimi potuere contra ſtatum anni 1624.

Digitized by Google

laxior ei poteſtas data eſt in *epiſcopatu Caminienſi*, exceptis iuribus, regi Sueciæ in *art. X. §. 4.* indultis, et hoc ab epiſcopatibus Halberſtadienſi et Mindano diſcrimen eſt inductum, *vt in epiſcopatu Caminienſi integrum ſit domino electori, canonicatus poſt deceſſum præſentium canonicorum extinguere, atque ſic ſucceſſu temporis totum epiſcopatum vlteriori Pomeraniæ adiungere ſeu incorporare.* Dum in hoc diſcrimen ab epiſcopatibus *Halberſtadienſi* et *Mindano* expreſſe collocatur, ſequitur, vt quoad *quartam* vterque epiſcopatus paria iura habere debeat. Quod de epiſcopatu Halberſtadienſi antea diſpoſitum erat, idem *§. 9.* applicatur ad *archiepiſcopatum Magdeburgenſem*, vt idem electori Brandenburgico permiſſum ſit, *quartam partem canonicatuum cathedralium, illis decedentibus, exſtinguere, eorumque reditus camerae archiepiſcopali applicare.* In *art. XII. §. 1.* duci Megapolitano par facultas data eſt in epiſcopatibus *Suerinenſi et Ratzeburgenſi, extinguendi canonicatus poſt praeſenti tempore reſidentium canonicorum deceſſum, omnesque reditus menſae ducali applicandi.*

Vel etiam per modum repreſſaliarum.

§. XCVIII. Præterea quoque (II) per modum *repreſſaliarum*, quo pacis Osnabrugenſis ſalua illibataque maneret auctoritas, *extra ordinem* vel *canonicatus* ſequeſtrari, vel *collatio* eorum iuxta I. P. facienda tamdiu *ſuſpendi* poterit, donec parti læſæ ſatisfactum fuerit, quod conforme eſt *art. XVII. I. P. §. 5. et 6.* et illuſtriſſimo exemplo rex Boruſſiæ glorioſæ memoriæ in praxin deduxit. Docent acta publica imperii, et querelæ ad comitia delatæ, proteſtantes ſubditos *in Palatinatu* diu iacuiſſe in miſeriis, variasque circa exercitium religionis ſubiiſſe calamitates, vt ex iis emergere non potuerint. Libertas exercitii religionis, ad *annum decretorium* iuxta *art. V. I. P. art. 31.* exigenda, fere ſepulta iacebat, variisque artibus *ſimultaneum* et alia attentata adeo inualuerunt, vt miſeris ſubditis vnicum refugium ad comitia imperii ſupereſſet, vnicum præſidium illi in potentiſſimi regis Boruſſorum glorioſæ memoriæ zelum admirandum, pro vigore inſtrumenti pacis conſeruando, collocarent. Multis rex auguſtiſſimus interceſſionibus, adhortationibus, et argumentis egit apud ſereniſſimum electorem Palatinum, miſerorum calamitate tactus, et communis ſalutis Germaniæ cura tractus, non tamen ab electore Palatino impetrare potuit, vt grauaminibus remedium quæreret. Tandem anno 1705. *extraordinario repreſſaliarum remedio* rex potentiſſimus rei communi eccleſiaſticæ conſulere neceſſarium duxit, et ad regimina Magdeburgenſe, Halberſtadienſe et Mindenſe eo nomine mandata, quæ recenſet ANTONIVS FABER in der Staats-Cantzley *tom. X. p. 25.* dedit huius tenoris:

Gleich-

Gleichwie wir es vor eine Gewissens-Sache halten, vor die in der Pfaltz bedrängte Evangelische zu sorgen, und dero gäntzliche Unterdrückung zu verhüten; hingegen aber aus dem bisherigen zu Regenspurg in dem religions-negotio gehaltenen modo procedendi zur Gnüge abzunehmen ist, wie die daselbst von denen Ständen beyderley Religion beliebte deputation gar sehr möchte aufgezogen, und dadurch den Römischen die Zeit gelassen werden, ihren Zweck, nemlich die exstirpation der Protestirenden in der Pfaltz, zu bewerckstelligen: als haben wir, nach reiflicher Erwegung der Sachen, als das eintzige zu Verhütung dieser Beysorge zulängliche Mittel befunden, mit denen in unserm Hertzogthum Magdeburg befindlichen Römischen Kirchen, Stifftern, Klöstern und andern ihnen zugehörigen geistlichen Gütern und beneficiis auf eben die Art zu verfahren, als mit denen Evangelischen geistlichen Gütern und beneficiis in der Pfaltz gehandelt wird; damit also die Römisch-Catholische Geistliche obgedachten unsers Hertzogthums selbst zu Regenspurg und anderer dienlicher Oerter auf die Fortsetzung der durch einen Reichs-Schluß in dem religions-negotio beliebten Reichs-Deputation dringen mögen ꝛc. Damit aber solches desto füglicher und nachdrücklicher bewerckstelliget werde: als befehlen wir euch hiemit allergnädigst, unverzüglich in unserm dortigen Hertzogthum eine vollständige und zuverlässige consignation zu verfertigen, wie viel Kirchen, Stiffter, Klöster, Pfarr-Schulen und andere Häuser, ingleichen sonst geistliche beneficia, so die Römisch-Catholische darinnen entweder vor sich allein, oder mit denen Evangelisch-Reformirten oder Lutherischen zugleich und gemeinsam haben und besitzen, wie starck die Anzahl derer Canonicorum, Priester, Mönche, Nonnen ꝛc. bey solchen Kirchen und iedem Kloster sey, was vor Einkünffte davon denen Päbstlichen zugehören, und was vor onera hafften, und worin diese letztern bestehen ꝛc. Alia huc pertinentia mandata prælaudatus FABER *cit. l.* adfert, simulque *tom. X. in f.* addit effectum, quem hoc remedium extraordinarium habuit.

(XI.)

De beneficiorum extraordinaria collatione, et speciatim de primariis precibus.

§. XCIX. Quæ hactenus de *collatione beneficiorum* adducta sunt, pertinent ad *regulam*: dantur quoque *modi extraordinarii*, quibus (per *modum exceptionis*) ab aliis quam *ordinariis* collatoribus beneficia conferuntur, h. e. vel a *pontifice* vel a *cæsare*. Commendare solebant *pontifices* olim per mo-

Datur etiam extraordinaria collatio.

A pontifice

dum commendationis peracta

ces bene meritos *ordinariis* collatoribus, eosque instanter rogare, vt his primum vacantia beneficia conferrent. Neque enim vsque ad seculum XII. eo processerat præsulum Romanorum conatus, vt collationes ordinarias *directo* turbarent, et beneficia vacantia conferrent: per *preces nudas* apud episcopos prælatosque agebant, vt illi conferrent beneficium, pro quo preces fundebant, quæ quidem vtplurimum efficaces erant, quandoque negligebantur. Formulæ harum *precum* ab initio admodum *modestæ* erant, quod vel HADRIAN. IV. *epist. 13.* ad episcopum Parisiensem directa docet: *Rogantes attentius, quatenus pro beati Petri et nostrarum reuerentia literarum primum personatum vel honorem, qui in tua vacabit ecclesia, ei concedas, vt et ipse nostras sibi PRECES sentiat fructuosas, et nos de nostrarum PRECVM admissione gratiarum tibi exsoluere debeamus actiones.* vid. NATALIS ALEXANDER *ad sec. XI. et XII. c. VII. art. 6. N. 4.* Non *mandat* papa, sed *orat*. Vocat (α) literas suas *preces;* earumque admissionem (β) vrget; promittitque, (γ) se eo nomine gratias acturum esse: quæ omnia indicant, *preces* has non obtinuisse eo tempore *obligationem perfectam*.

et precum.

Preces hæ tandem in mandata degenerarunt,

§. C. Eius successor ALEXANDER III, qui *anno 1159.* fedcre cœpit, iam *preces armatas* admiscuit, et *mandando* rogauit, idque forsan ideo, quod preces pontificum non semper admissæ fuerint. In *prima append. epist. 43.* ad abbatem S. Remigii ita scribit: *Deuotionem vestram per apostolica scripta rogantes, attentius monentes, atque MANDANTES, quatenus eidem clerico diuini amoris intuitu et pro reuerentia B. Petri et nostra in aliquo beneficio ecclesiastico sibi competenti, vnde vitæ necessaria in vestra semper deuotione possit honeste percipere, liberaliter prouideatis.* In *c. 6. X. h. t.* IDEM has preces vocat *mandatum pro alicuius promissione.* Sed nec tales *preces armatæ* vbique effectum speratum habuere. STEPHANVS Tornacensis ea de causa scripsit ad ALEXANDRI III. successorem LVCIVM III. qui *anno 1187.* sedere cœpit, *epist. 90: Scripsit pro eo* (Hernæo subdiacono) *felicis recordationis pater Alexander decano et canonicis S. Aniani Aurelianensis. Scripsit et vos primo et secundo. Sed neque preces neque præceptum vestrum, quamuis trei prebendæ vacarent, voluerunt audire. Absit pater, vt inanes sint preces vestræ, contemtibilis auctoritas, elusorium præceptum: et nunc demum tanta, si placet, virtute super eos intonet maiestas vestra, vt, qui blanditiis imuari non potuerunt, imperio discant vinci.* NATALIS ALEXANDER *cit. l.* THOMASSINVS *P. II. de nou. et vet. eccles. discipl. lib. I. c. 43. §. 5.* Hoc modo tandem precibus his plenum tributum est robur, maxime cùm pontifices pro maiori earum obseruantia *executores* statim solerent constituere, qui contra reluctantes *ordinarios collatores* pre-

ringentibus episcopis.

ces

ces executioni darent. *c. 30. X. de reſcript.* Docet ſimul hic textus, qui HONORII III. eſt, ſeculo XIII. moris fuiſſe, vt primum darentur *preces monitoriæ;* his non obſeruatis, ſequebantur *præceptoriæ*, et tandem *executoriæ*, ſi ordinarii collatores vlterius reluctarent. Ea tamen adhuc modeſtia vtebantur pontifices, vt has preces in eadem eccleſia non iterarent, ſed contenti eſſent, ſi vel *ſemel* earum precibus ſatisfactum eſſet, obſeruante ESPENIO *P. II. iur. eccleſ. tit. 23. c. 1. §. 17.* Liquet id inprimis ex HONORII III. decretali in *c. 38. X. de reſcript.* vbi declarat pontifex, mandata *de prouidendo* ſemper intelligenda eſſe cum clauſula: *ſi pro alio ibidem non ſcripſimus*, addita ratione: *cum ſuper receptione duorum grauandi eccleſiam antedictam non fuit intentio mandatoris.* Aliæ eiusdem pontificis literæ ad epiſcopos Galliæ occurrunt apud MARTENE et DVRANDVM *in anecd. P. I. p. 979.* quibus ab eis petiit *vnam præbendam* in ſingulis eccleſiis cathedralibus et collegiatis.

Semel tamen tantum ab initio has preces ad epiſcopos mittebant.

§. CI. Similes *interceſſiones* et *preces imperatores et reges* nonnunquam bene meritis dare ſolebant. Quamuis enim imperatores ante HENRICI V. tempora magna libertate fruerentur in beneficiis maioribus conferendis, hanc tamen amiſerunt per reſignationem HENRICI V. et poſtea *precibus* agere coacti ſunt. Nec enim, quod papæ *precibus* indulſerant ordinarii collatores, denegare poterant imperatoribus et regibus. Verum nec hæ preces ab initio adeo ſtringebant collatores, vt neceſſario iis parendum eſſet; erant *nudæ preces* et *commendationes*, quæ ab *admiſſione arbitraria* collatorum dependebant, niſi regulæ prudentiæ aliud ſuaderent, obſeruantibus NATALI ALEXANDRO *cit. l. §. 6.* et THOMASSINO *P. II. de vet. et noua eccleſ. diſc. lib. I. c. 54. §. 2. ſeqq.* Vocare easdem ſolebant *primas preces*, quod *ſemel* tantum per vitam ſuam ſingulis eccleſiis, more paparum, hiſce vti ſolerent. Iam ſeculo XIII. imperatores maiori agebant auctoritate, exemplo præſulis Romani, ſeſeque in *conſuetudine antiqua* fundabant, quod docent RVDOLPHI I. literæ *de anno 1273.* apud GOLDASTVM *tom. III. conſt. imper. fol. 406.* huius tenoris: *Cum ex antiqua et approbata ac a diuis imperatoribus et regibus ad nos producta conſuetudine quælibet eccleſia in noſtro Romano imperio conſtituta, ad quam beneficiorum eccleſiaſticorum pertinet collatio, ſuper vnius collatione beneficii, precum noſtrarum primarias admittere teneatur, deuotionem tuam rogamus, quatenus huic clerico, eccleſiaſtico beneficio, quod ad tuam collationem attinet, ob reuerentiam ſacri imperii ſtudeas liberaliter prouidere.* Simili formula vſus eſt CAROLVS IV. in diplomate apud ANTONIVM MATTHAEI *lib. II. de nobil. c. 48. p. 747. Cum itaque nobis*

Easdem preces imperatores quoque pro concedendo beneficio interponebant.

Quas primas preces vocarunt,

et in ius perfectum abierunt.

Digitized by Google

tam de IVRE, *quam* ANTIQVA et APPROBATA CONSVETVDINE *a diuis Romanorum imperatoribus noſtris hactenus obſeruata competat.* Soli *conſuetudini inueteratæ* hoc ius tribuitur, cuius origo ex antea dictis liquet, non *conceſſioni papali*, cui INNOCENTIVS X. temere illud adſcribere maluit, quamuis poſtea cæſares nonnunquam paſſi fuerint, vt papæ illud confirmarent, ne ab illis in exercitio huius iuris, quod ob temporum iniuriam et barbariem facile contingere poterat, turbarentur. Formulas plures harum precum, quibus praxis imperii illuſtratur, adfert CORTREIVS *in obſeruat. ad concordat. n. 36. ſeqq.*

Hoc ius primariarum precum cæſares etiam aliis conceſſere,

§. CII. Neque tantum cæſares per ſe illud exercuere, ſed præterea nonnunquam hoc ius *aliis conceſſerunt* quoad certas diœceſes. Illuſtri exemplo hoc comprobauit imperator WENCESLAVS, qui in diplomate *de anno 1376.* RVPERTO, electori Palatino, apud TOELNERVM *in hiſtor. Palat. in cod. dipl. n. 148.* hoc ius per diœceſin *Spirenſem* et *Wormatienſem* conceſſit. Quia ipſum diploma optime naturam ambitumque huius iuris illuſtrat, quædam inde referre placet: *Concedimus per præſentes, quod tu omnes primarias preces ratione* NOSTRAE CORONATIONIS *in Romanum regem hodie videlicet, die ſexta menſis Iulii Aquisgrani, diuina fauente clementia ſolemniter ſuſceptæ, per ciuitatem et diœceſin Spirenſem et Wormatienſem, tam de* IVRE *quam* ANTIQVA CONSVETVDINE *diuis Romanorum regibus noſtris anteceſſoribus et nobis competentem porrigere valeas et debeas, in ſingulis tam cathedralibus quam collegiatis et conuentualibus eccleſiis et monaſteriis, vtriusque ſexus, tam ſecularium quam regularium perſonarum, nec non ad prælatos et alias perſonas eccleſiaſticas quascunque: etiamſi pontificiali vel alia præfulgeant dignitate, in dictis ciuitatibus et diœceſibus, ſicut easdem preces per nos porrigere poſſemus: ius et poteſtatem porrigendo, huiusmodi preces nobis competentes in tuam perſonam omni modo, forma et iure, quibus melius fieri poterit, plenarie transferendo. Et ſi diuina nobis ſuffragante gratia ad apicem imperialis culminis fuerimus ſublimati; volumus, et tibi fauorabiliter concedimus tenore præſentium, quod tu preces primarias, ratione ſuſceptionis imperialis* CORONATIONIS *nobis competentes, etiam porrigere valeas, et debeas in ſingulis eccleſiis cathedralibus et collegiatis et monaſteriis, et apud prælatos et quascunque alias perſonas eccleſiaſticas ſeculares et regulares dictarum eccleſiarum et diœceſeos omni modo, forma et iure, ſicut de primariis precibus ratione regiæ* CORONATIONIS *noſtræ ſuperius eſt expreſſum.*

et ſibi virtute coronationis adſcripſere.

§. CIII. Trina vice WENCESLAVS in hoc diplomate ſuggeſſit, imperatori hoc ius competere ex antiqua conſuetudine *ratione coronationis.*

Digitized by Google

tionis. Inde nata videtur quorundam ſententia, imperatorem hoc iure inde frui, quod *tempore coronationis* in quibusdam capitulis canonicus fiat, prout ſupra *tit. I. huius libri §. 88. ſqq. §. 130. ſqq.* plenius recenſui. Quodnam vero ſit filum conſecutionis: *Imperator ſit canonicus Aquisgranenſis vel Colonienſis, ergo in omnibus eccleſiis cathedralibus, collegiatis et conuentualibus poteſt preces primarias exercere;* non video, nec FRITSCHIVS *de iure precum primar. c. II. n. 43.* cogitando aſſequi potuit. Crediderunt forſan eruditi eius temporis, nullis inſtructi idoneis ſubſidiis, cæſari per *inunctionem* et *coronationem* quendam imprimi *characterem indelebilem* et *ſpiritualem*, vi cuius *ius quoddam ſpirituale*, quod vocant, exercere poſſit, ne *ſtatus laicalis*, ab exercitio talium iurium penitus excluſus, ei obiici poſſet. Notum ſane eſt, quam inſignem effectum vnctioni tribuerint pontificii, de quo *P. I. ad tit. de ſacra vnctione* actum eſt. Non quidem ignoro, clericos huiusmodi conceptum de *vnctione regia* ſibi nunquam formaturos eſſe; ſed ICtorum, qui pro cæſarum iuribus ſtabant, diuerſa erat philoſophia, hi ſine iudicio quiduis corradebant, quod quendam colorem rei affingere poterat. Non opus tamen fuerat, ad hoc inane aſylum confugere, cum aliunde iam ſolidum huius iuris fundamentum haberi poſſit.

§. CIV. Nec enim ſolus cæſar hoc ius exercuit per Germaniam: *principes* quoque *imperii* non raro idem in ſuis territoriis exercuere, qui nec *coronantur*, nec *inunguntur*. Teſtantur hoc literæ ducum Brunſuicenſium BERNHARDI et HENRICI, de anno 1392. apud illuſtrem LEIBNITIVM *tom. II. ſcriptor. Brunſuic. p. 397.* Wanne ock en Börſte unſere verſchrevene Herſchop Lünebourg erſt entfanget to Verſtande, ſo gefft dem Vorſten ein iewelck Cloſter ene gehſtlicke Präwende, wann ſe echte Vrouen nemet, und nicht mer, und umme anders nener Zacke willen: ver wene ze na der Cloſter Gheſette Wohnheit und Rechte deme biddet. Und weme zee de Präwenden welck gewet, de wille we benommen in unſern Breve. Eodem ſeculo anno ſcil. 1347. archiepiſcopus Moguntinus GERLACVS hoc ius exercuit, vt docet diploma apud SCHILTERVM *de libert. eccleſ. Germau. in add. ad lib. VI. c. 5. §. 11.* qui ibidem ſe vnice in *antiqua conſuetudine* fundat his verbis: *Cum ſecundum antiquam et laudabilem conſuetudinem iam longis temporibus inuiolabilem obſeruatam ſinguli noſtri prædeceſſores archiepiſcopi Moguntini pro tempore non tantum eccleſiis ſecularibus collegiatis verum etiam in omnibus et ſingulis monaſteriis cœnobiis ciuitatis et diœceſeos noſtræ Moguntinæ porrigendo in ſuarum creationum primordio preces ſuas primarias pro receptione vnius perſonæ*

Principes quoque imperii olim hoc iure vſi ſunt.

tam de IVRE, *quam* ANTIQVA et APPROBATA CONSVETVDINE *a diuis Romanorum imperatoribus noſtris hactenus obſeruata competat.* Soli *conſuetudini inueteratæ* hoc ius tribuitur, cuius origo ex antea dictis liquet, non *conceſſioni papali*, cui INNOCENTIVS X. temere illud adſcribere maluit, quamuis poſtea cæſares nonnunquam paſſi fuerint, vt papæ illud confirmarent, ne ab illis in exercitio huius iuris, quod ob temporum iniuriam et barbariem facile contingere poterat, turbarentur. Formulas plures harum precum, quibus praxis imperii illuſtratur, adfert CORTREIVS *in obſeruat. ad concordat. n. 36. ſeqq.*

Hoc ius primariarum precum cæſares etiam aliis conceſſere,

§. CII. Neque tantum cæſares per ſe illud exercuere, ſed præterea nonnunquam hoc ius *aliis conceſſerunt* quoad certas diœceſes. Illuſtri exemplo hoc comprobauit imperator WENCESLAVS, qui in diplomate *de anno 1376.* RVPERTO, electori Palatino, apud TOELNERVM *in hiſtor. Palat. in cod. dipl. n. 148.* hoc ius per diœceſin *Spirenſem* et *Wormatienſem* conceſſit. Quia ipſum diploma optime naturam ambitumque huius iuris illuſtrat, quædam inde referre placet: *Concedimus per præſentes, quod tu omnes primarias preces ratione* NOSTRAE CORONATIONIS *in Romanum regem hodie videlicet, die ſexta menſis Iulii Aquisgrani, diuina fauente clementia ſolenniter ſuſceptæ, per ciuitatem et diœceſin Spirenſem et Wormatienſem, tam de* IVRE *quam* ANTIQVA CONSVETVDINE *diuis Romanorum regibus noſtris anteceſſoribus et nobis competentem porrigere valeas et debeas, in ſingulis tam cathedralibus quam collegiatis et conuentualibus eccleſiis et monaſteriis, vtriusque ſexus, tam ſecularium quam regularium perſonarum, nec non ad prælatos et alias perſonas eccleſiaſticas quascunque: etiamſi pontificiali vel alia præfulgeant dignitate, in dictis ciuitatibus et diœceſibus, ſicut easdem preces per nos porrigere poſſemus: ius et poteſtatem porrigendo, huiusmodi preces nobis competentes in tuam perſonam omni modo, forma et iure, quibus melius fieri poterit, plenarie transferendo. Et ſi diuina nobis ſuffragante gratia ad apicem imperialis culminis fuerimus ſublimati; volumus, et tibi fauorabiliter concedimus tenore præſentium, quod tu preces primarias, ratione ſuſceptionis imperialis* CORONATIONIS *nobis competentes, etiam porrigere valeas, et debeas in ſingulis eccleſiis cathedralibus et collegiatis et monaſteriis, et apud prælatos et quascunque alias perſonas eccleſiaſticas ſeculares et regulares dictarum eccleſiarum et diœceſeos omni modo, forma et iure, ſicut de primariis precibus ratione regiæ* CORONATIONIS *noſtræ ſuperius eſt expreſſum.*

et ſibi virtute coronationis adſcripſere.

§. CIII. Trina vice WENCESLAVS in hoc diplomate ſuggeſſit, imperatori hoc ius competere ex antiqua conſuetudine *ratione coronationis.*

Digitized by Google

tionis. Inde nata videtur quorundam ſententia, imperatorem hoc iure inde frui, quod *tempore coronationis* in quibusdam capitulis canonicus fiat, prout ſupra *tit. I. huius libri §. 88. ſqq. §. 130. ſqq.* plenius recenſui. Quodnam vero ſit filum conſecutionis: *Imperator ſit canonicus Aquisgranenſis vel Colonienſis, ergo in omnibus eccleſiis cathedralibus, collegiatis et conuentualibus poteſt preces primarias exercere;* non video, nec FRITSCHIVS *de iure precum primar. c. II. n. 43.* cogitando aſſequi potuit. Crediderunt forſan eruditi eius temporis, nullis inſtructi idoneis ſubſidiis, cæſari per *inunctionem* et *coronationem* quendam imprimi *characterem indelebilem* et *ſpiritualem*, vi cuius *ius quoddam ſpirituale*, quod vocant, exercere poſſit, ne *ſtatus laicalis*, ab exercitio talium iurium penitus excluſus, ei obiici poſſet. Notum ſane eſt, quam inſignem effectum vnctioni tribuerint pontificii, de quo *P. I. ad tit. de ſacra vnctione* actum eſt. Non quidem ignoro, clericos huiusmodi conceptum de *vnctione regia* ſibi nunquam formaturos eſſe; ſed ICtorum, qui pro cæſarum iuribus ſtabant, diuerſa erat philoſophia, hi ſine iudicio quiduis corradebant, quod quendam colorem rei affingere poterat. Non opus tamen fuerat, ad hoc inane aſylum confugere, cum aliunde iam ſolidum huius iuris fundamentum haberi poſſit.

§. CIV. Nec enim ſolus cæſar hoc ius exercuit per Germaniam: *principes* quoque *imperii* non raro idem in ſuis territoriis exercuere, qui nec *coronantur*, nec *inunguntur*. Teſtantur hoc literæ ducum Brunſuicenſium BERNHARDI et HENRICI, de anno 1392. apud illuſtrem LEIBNITIVM *tom. II. ſcriptor. Brunſuic. p. 397.* Wanne ock en Börſte unſere verſchrevene Herſchop Lünebourg erſt entfanget to Verſtande, ſo gefft dem Borſten ein iewelck Cloſter ene gehſtlicke Präwende, wann ſe echte Vrouen nemet, und nicht mer, und umme anders nener Zacke willen: ver wene ze na der Cloſter Gheſette Wohnheit und Rechte deme biddet. Und weme zee de Präwenden welck gewet, de wille we benommen in unſern Breve. Eodem ſeculo anno ſcil. 1347. archiepiſcopus Moguntinus GERLACVS hoc ius exercuit, vt docet diploma apud SCHILTERVM *de libert. eccleſ. German. in add. ad lib. VI. c. 5. §. n.* qui ibidem ſe vnice in *antiqua conſuetudine* fundat his verbis: *Cum ſecundum antiquam et laudabilem conſuetudinem iam longis temporibus inuiolabilem obſeruatam ſinguli noſtri prædeceſſores archiepiſcopi Moguntini pro tempore non tantum eccleſiis ſecularibus collegiatis verum etiam in omnibus et ſingulis monaſteriis cœnobiis ciuitatis et diœceſeos noſtræ Moguntinæ porrigendo in ſuarum creationum primordio preces ſuas primarias pro receptione vnius perſonæ*

Principes quoque imperii olim hoc iure vſi ſunt.

ad præbendale beneficium vel religionem ordinis loci, ad quem preces eorum direxerant, preces huiusmodi ſint: hactenus velut rationabiles, vt decet ſine difficultate qualibet exauditæ etc. Nec hoc adeo inſolitum cenſendum eſt: eadem conſuetudo, quæ imperatoribus hoc ius firmavit, principibus quoque idem tribuere potuit in ſuis territoriis, qui morem imperatoris in imitationem traxerunt, precesque de conferendo beneficio interpoſuerunt, quæ diuturna praxi tandem plenam vim efficaciamque acceperunt.

Etiam Auguſta hoc ius exercet in capitulis femineis.

§. CV. Eadem conſuetudo *Auguſtæ* quoque primarias preces peperit, obſeruantibus STRAVCH. *inſtit. iur. publ. lib. III. tit. 33.* et ill. COCCEIO *in iure publ. c. 22. §. 6.* ſed non adeo conſtat, an et quatenus illius exercitium habeat? an æqualia iura cum cæſare, an vero tantum in capitulis ſexus feminini? Poſterius verius videtur, quod approbat B. STRYKIVS *de iure papali princ. euangel. c. 4. §. 5.* et probabilitati magis congruit. Horum veſtigiis inceſſerunt *electrices, principes et comitiſſæ*, quamuis non ſine omni contradictione, vt oſtendunt literæ legati electoralis Brandenburgici in comitiis Ratisbonenſibus, exhibitæ apud SCHILTERVM *cit. l.* Sed hodie praxis harum precum extra dubium poſita eſt, vti tot preces reginarum Boruſſiæ docent. Illuſtrationis gratia ſequentes hic ſiſto, cum catalogo eorum capitulorum et prælaturarum, in quibus reginæ cum confirmatione regis potentiſſimi hoc ius exercent.

Wir Sophia Louiſe, von GOttes Gnaden Königin in Preuſſen, Marggräfin und Churfürſtinne zu Brandenburg, Souveraine Princeſſinne von Oranien, Neuffchatel und Ballengin, zu Magdeburg, Cleve, Julig, Berge, Mecklenburg, Stettin, Pommern, der Caſſuben und Wenden, auch in Schleſien, zu Croſſen Hertzoginne, Burggräfin zu Nürnberg, Fürſtinne zu Halberſtadt, Minden, Camin, Wenden, Schwerin, Ratzeburg und Mörß, Gräfin zu Hohen-Zöllern, Ruppin, der Marck Ravensberg, Hohenſtein, Tecklenburg, Schwerin, Lingen, Bühren und Leerdam, Marquiſe zu der Vehre und Bliſſingen, Frau zu Ravenſtein, der Lande Roſtock, Stargard, Lauenburg, Butaw, Arley und Breda ꝛc. gebohrne Hertzoginne zu Mecklenburg, geben hiermit iedermänniglich, denen es zu wiſſen nöthig, und ins beſondere Abtiſſin und Canoniſſen des Cloſters Paradies bey Soeſt in der Grafſchaft Marck in Gnaden zu vernehmen, wasgeſtalt, nachdem uns, als regierenden Königin in Preuſſen und Gräfinne zu der Marck, das ius

prima-

Digitized by Google

primariarum precum zustehet, wir damit, aus bewegenden Ursachen und mit Genehmhaltung unsers Hochgeliebten Herrn und Königlichen Gemahls Majest., Sibylla Hedwich Charlotte von Bergen, vom Hauß Weddringen allergnädigst prouidiret: thun auch solches hiermit also und dergestalt, daß dieselbe sich bey der Abtissinne und denen Canonissen des besagten Closters angeben, die ihr ertheilte Prouision intimiren, und bey solchem Closter Erst vacirende Præbende Kraft dieses Patents wieder suchen solle. Gestalt denn hiermit vorerwehnter Abtissinne und Canonissen anbefohlen wird, sich hiernach allerunterthänigst zu achten, Impetrantin, so bald sich eine Stelle eröffnen wird, vor allen andern, wann gleich dieselbe darauf expectiuiret wären, zu installiren, ihr stallum in choro et locum in capitulo zu geben, und alle und iede iura und proventus, so ihr einiger massen zukommen können, und andere ihre Neben-Canonissen haben, würcklich und geruhig, Kraft dieser Collation geniessen zu lassen. Wir wollen auch unsers Höchstgeliebten Herrn Königlichen Gemahls Majest. Confirmation hierüber zu wege bringen. Zu dessen mehre .r Urkund haben wir dieses mit eigener Hand unterschrieben, und mit unserm Königlichen Insiegel bedrücken lassen. So geschehen Cölln an der Spree den 29. Junii 1709.

SOPHIA LOUISE.

(L. S.)

Sequitur confirmatio regis Borussiæ FRIDERICI gloriosæ memoriæ.

Wir Friedrich, von GOttes Gnaden König in Preussen, Marggraf zu Brandenburg, des H. Römischen Reichs Ertz-Cämmerer und Churfürst, Souverainer Printz von Oranien, Neufschatel und Ballengin, zu Magdeburg, Cleve, Jülig, Berge, Stettin, Pommern, der Cassuben und Wenden, zu Mecklenburg, auch in Schlesien, zu Crossen Hertzog, Burggraf zu Nürnberg, Fürst zu Halberstadt, Minden, Camin, Wenden, Schwerin, Ratzeburg und Meurß, Graf zu Hohen-Zolleren, Ruppin, der Marck Ravensberg, Hohenstein, Tecklenburg, Schwerin, Lingen, Bühren und Leerdam, Marquis zu der Vehre und Vlissingen, Herr zu Ravenstein, der Lande Rostock, Stargard, Lauenburg, Bütau, Arlay und Breda ꝛc. thun kund und fügen hiermit iedermänniglichen, insonderheit aber Abtissin und Canonissen des Closters Paradies bey Soest in der Grafschaft Marck in Gnaden zu ver-

vernehmen; daß, nachdem unserer vielgeliebten Gemahlin der Königin Majest. bey unserer Vermählung auch das ius primariarum precum in denen Jungfräulichen Stifftern angedichen, und dann dieselbe laut angefügten collations-Patent solche preces Sibyllen Hedwich Charlotten von Bergen vom Hauß Weddringen conferiret: als confirmiren und bestättigen wir solche geschehene Collation hiermit und Kraft dieses also und dergestalt, daß ermeldte Sibylla Hedwich Charlotta von Bergen vom Haus Weddringen, diese ihr ertheilte Prouision intimiren, und dieselbe bey solchem Stiffte Erst vacirende Præbende suchen und in Besitz nehmen, auch innen haben solle, gestalt dann unsere Cleve- und Marckische Regierung, wie auch ermeldte Abtissin und Canonissen des Closters Paradies bey Soest hiermit befehliget worden, sich hiernach allergehorsamst zu achten, *Impetrant*inne, so bald sich einige Stelle eröffnen wird, NB. vor allen andern darinnen einzusetzen, ihr stallum in choro et locum in capitulo einzuräumen, und alle und iede iura et prouentus, so ihr einiger massen zukommen können, und andere ihre Neben-Canonissen haben, würcklich und geruhig genieſſen zu lassen. Urkundlich unter unser eigenhändigen Unterschrift und vorgedruckten Königl. Gnaden-Siegel. Gegeben Alten-Landsberg den 19. Iul. 1709.

Friedrich.

(L. S.)

Subiungam etiam acceptationem harum precum, quæ ex actis mihi beneuole communicata est.

Wir sämtliche anwesende Capitularinnen des Evangelischen Stifts Paradies attestiren hiermit und in Kraft dieses, daß uns S. Hochwohlgeb. Herr von Bergen, heut dato unten benennet, ein allergnädigst Königl. Patent in originali præsentiret, und von uns verlanget, ob wir dessen Fräulein Tochter hierauf gebührend acceptiren und annehmen wolten; So haben wir anwesende Capitularinnen, Sr. Königl. Majest. allergnädigstem Befehl zu folge, selbe hierdurch pro intimato mit gebührendem Respect annehmen wollen, auch selben in allen gehorsamst nachzuleben hiermit versprochen. So geschehen Paradies am 1. Xbr. des 1709. Jahrs, im Beyseyn Hrn. Hrn. Obristen von Blancken-Nagel und Hrn. Hauptmann Rehdeln.

ANNA ELISABETH von Meiberg.
IOHANNA SOPHIA MARIA von Ratzeb.
MARIA ELISABETH von Espach.

Re-

Recentiſſimæ preces potentiſſimæ reginæ Boruſſiæ SOPHIAE DOROTHEAE ſunt plures, quarum catalogum infra dabo. Præmittam exemplum confirmationis regiæ:

Wir FRIDRICH WILHELM, König in Preuſſen ꝛc. ꝛc. Thun kund und fügen hiemit inſonderheit aber Aebtiſſin und ſämtlichen Capitularen des Stiffts zu Beber in Gnaden zu wiſſen, demnach Unſerer Hochgeliebten Gemahlin der Königin Majeſt. Uns zu erkennen gegeben, was geſtalt Sie die Ihro bey dem Stifft Beber zuſtehende primarias preces an C. S. von M. gnädigſt conferiret, und Uns um Beſtättigung ſolcher Collation, auch daß erwehnte von M. dabey geſchützet werden möchte, angelanget, daß Wir dieſem Ihrer Majeſt. Begehren willigſt deferiret und ſtatt gegeben; Thun das auch hiemit, und confirmiren und beſtättigen nicht allein aus Landes Fürſtl. Macht dieſe von Höchſtgedachter Ihrer Majeſt. geſchehene Collation, ſondern befehlen auch vorgemeldter Aebtiſſin und ſämtlichen Capitularinnen zu Beber hiermit in Gnaden, ernante von M. bey der erſt ſich eräugenden Vacanz in die erledigte Stelle zu admittiren, für Ihre Mit Capitularin zu erkennen und zu halten, derſelben *ſtallum in choro et locum in capitulo* anzuweiſen, auch alle Prouentus, gleich Ihrer alsdann geweſenen Vorfahrin, unweigerlich abfolgen und genieſſen zu laſſen, allermaſſen dann Unſere Cleviſche Regierung hiemit allergnädigſt befehliget wird, ſich darnach gehorſamſt zu achten, und die Impetrantin bey dieſen Ihr ertheilten, und von Uns allergnädigſt confirmirten primariis precibus gebührend zu ſchützen. Urkundlich geben Cölln ꝛc. den 6. Aprilis 1713.

Similes *preces primarias* potentiſſima regina direxit

2. Im Adelichen Stifft auf dem Berge von Herford.
3. An das Stifft Jena in Halle.
4. An das Stifft St. Marien zu Minden.
5. An das Stifft Levern im Fürſtenthum Minden.
6. An das Stifft Quernheim im Mindiſchen.
7. An das Stifft Freudenberg in der Grafſchafft Marck.
8. An das Stifft Clarenberg in der Grafſchafft Marck.
9. An das Stifft Herdicke in der Grafſchafft Marck.
10. An das Stifft Gevelsberg in der Grafſchafft Marck.
11. An das Stifft St. Walpurgis zu Soeſt.
12. An das Stifft Schildehede im Ravensbergiſchen.

13. An das Stifft Borghorſt im Bentheimiſchen.
14. An das Stifft Lehde im Tecklenburgiſchen.
15. An das Cloſter Elſey im Limburgiſchen.
16. An das Cloſter Auendorff.
17. An das Cloſter Löbenicht in Preuſſen.
18. An das Cloſter Zehdenick in der Marck.
19. An das Cloſter Lindau in der Marck.
20. An das Cloſter Disdorff in der Marck.
21. An das Cloſter zum Heil. Grabe.
22. An das Cloſter Neuendorff.
23. An das Cloſter Arendſee in der Marck.
24. An das Cloſter Stepnitz in der Marck.
25. An das Cloſter Wolmicſtedt im Magdeburgiſchen.
26. An das Cloſter Marienborn im Magdeburgiſchen.
27. An das Cloſter Egeln im Magdeb.
28. An das Cloſter St. Agneten im Magdeb.
29. An das Cloſter Meyendorff im Magdeb.
30. An das Cloſter Alten-Haddersleben im Magdeb.
31. An das Stifft Oberndorff im Cleviſchen.
32. An das Cloſter Marienflies im Pommerſ.
33. An das Cloſter zu Colberg.
34. An das Cloſter zu Stolpe.
35. An das Cloſter Heinersleben im Halberſtädtiſ.
36. An das Cloſter Hadersleben im Halberſt.
37. An das Cloſter Addersleben im Halberſt.
38. An das Cloſter Burchardi im Halberſt.
39. An das Cloſter Badersleben im Halberſt.
40. An das Cloſter Paradies zu Soeſt.
41. An das Cloſter Kentrop in der Grafſchafft Marck.
42. An das Cloſter zu Lipſtadt.
43. An das Hoſpital zu Soeſt.
44. An das Norden-Hoſpital Convent beym Hamm.

Duces Brunſuicenſes eodem quoque iure olim vſos fuiſſe, colligo ex diplomate *ſ. antec.* adducto, vbi verba: wanne ſe echte Vrouven nemet, hunc ſenſum admittere videntur. *Comitiſſas Lippienſes* idem ius quoque ſibi ab antiquo aſſeruiſſe in conuentu Lemgouienſi, docent literæ *de anno 1708. d. 9. Sept.* apud ANTONIVM

NIVM FABRVM *tom. XIII.* der Staats-Cantzley *p. 481.* vbi inter alia hæc habentur: Da ſonſten meine Gräfliche Vorfahren der collation und prouiſion nicht weniger als die regierende Gräfin der precum primariarum, ſo offt ſie deshalb von iemand belanget worden, ſich bedienet, wie ſolches noch meine erſte Frauen Gemahlin Lbd. Chriſtmilden Andenckens gethan, durch welche die noch lebende conuentualin Brandsdergeſtalt ins Cloſter gekommen, ohne daß die conuentualia ſich dagegen iemalen im geringſten geſperret ꝛc.

§. CVI. *Vicariis imperii* quidam idem ius *tempore interregni* adſcribunt, quidam denegant. *Ille* ſe fundant in *A. B. c. V. §. 1.* quo poteſtas eorum determinatur, et ſpeciatim ei adiungitur *ius ad beneficia eccleſiaſtica præſentandi*, quo *ius primariarum precum* indigitari cenſent. Qui, aiunt, preces alicui concedit, et ad capitula dirigit, pro beneficio ibi obtinendo, is ad officium eccleſiaſticum *præſentare* omnino cenſendus eſt. Dn. GRIEBNER *de precibus primar. vicar. imperii §. 9.* FRITSCH. *de iure prec. primar. c. III. n. 8.* Addunt, præſumtionem eſſe pro vicariis; quæ imperatori ex legibus ac vſu Germaniæ iura competunt, ea quoque vicariis non eſſe deneganda, niſi expreſſa limitatio reperiatur; adeſſe quoque exempla, hoc ius *per obſeruantiam* vicariis corroborantia, adeoque vicarios eodem modo, quo cæſares, illud exercere poſſe, et ſic concurrere cum dominis territorii, qui hoc ius in iis exercent. Qui *negatiuam* tuentur, in eo ſe fundant, quod hoc ius *perſonaliſſimum* ſit, reſeruatis imperatoriis adſcribendum, quodque cæſar vi *coronationis* duntaxat exerceat, nec *ius præſentandi ad beneficia eccleſiaſtica* primarias preces, ſed aliud quid inferat. SCHILTERVS *de vicar. imper. Rom. Germ. §. II.*

An vicariis tempore interregni ius precum primariarum competat.

§. CVII. Si dicendum, quod res eſt, fere palmarium fundamentum huius controuerſiæ ex A. B. deſumitur, quod tamen admodum obſcurum, incertum, et improbabile eſt. Hoc (1) planum manifeſtumque eſt, tempore CAROLI IV. qui autor eſt aureæ bullæ, eam invaluiſſe opinionem, cæſari duntaxat *ratione coronationis* hoc ius deberi, prout ipſum CAROLI IV. diploma apud ANTONIVM MATTHAEI *lib. II. de nobil. c. 48. p.* 747. liquido docet: *Cum itaque nobis, tam de iure, quam antiqua et approbata conſuetudine, a diuis Romanorum imperatoribus et regibus prædeceſſoribus noſtris hactenus obſeruata, competat, quod ex coronationis noſtræ ſolenniis ad Romanorum regnum, quæ in nobis nutu diuino dudum ſunt completa, in quolibet monaſterio in imperio conſtituto vnam*

Vicariis iure proprio illud non competere oſtenditur. Quia 1) id cæſares ſibi attribuerunt ratione coronationis.

Digitized by Google

tantum perſonam virtute primariarum precum noſtrarum ad beneficium eccleſiaſticum facere poſſimus promoueri. Eadem ſententia adhuc obtinuit tempore ſucceſſoris eius WENCESLAI, vt diploma eius §. *CII.* adductum docet. Erronea quidem hæc fuit doctrina, quod *cit.* §. adſtruxi; nihilominus tamen eo tempore peruulgata, recepta, et publica, vt diplomatibus inſereretur. Hæc obſeruatio, ni fallor, euidenter docet, intentionem CAROLI IV. haud fuiſſe, per verba adducta A. B. ius *primariarum precum* indulgere vicariis *proprio iure*, quod cæſari ſoli deberi credebatur, et quidem virtute *coronationis*, quam vicarii haud recipiunt. Non nego, potuiſſe cæſarem hoc ius aliis delegare, id quod a WENCESLAO factum eſſe conſtat: aſt hæc delegatio ſimul excludebat imperatorem, et delegatus *nomine et iure imperatoris* illud exercebat, non vero *cæſar* et *delegatus* ſimul. Qui *vicariis* illud largiuntur, in ea ſunt opinatione, vicarios *tempore interregni* illud *proprio iure* etiam iis in capitulis exercere poſſe, in quibus imperator illud iam exercuit, quod a *caſu delegationis* admodum diuerſum eſt. Loquor iam de ſenſu A. B. et mente CAROLI IV. probabili, quæ omnino fuit, ſoli cæſari hoc ius tribuendum eſſe pro *ſolennitis coronationis;* qua poſita hypotheſi, vicariis, qui coronatione deſtituuntur, illud concedere non potuit. Gaudent quidem tempore interregni poteſtate plena cæſarea, ſed non illa, quæ *ſingulari iure* cæſaribus *virtute coronationis* competere, creditum eo tempore fuit. Non tam ſum ieiunus, vt *coronationi* huius iuris rationes tribuam, quin potius perſuaſiſſimum habeo, etiam ante *coronationem* hoc ius cæſarem exercere poſſe: interim quando de *mente A. B.* diſceptatio ſuſcipitur, recte ex hac ſententia, tunc vbique recepta, argumentum deſumi poſſe iudico.

a) Quod etiam diploma Ruperti euincit, quo filio ſuo vicario imperii illud in iis locis concedit, quo cæſar id nondum exercuerat.

§. CVIII. Sed etiam (11) euidentia rei ſatis demonſtratur ex *diplomate* RVPERTI imperatoris de anno 1401. apud TOELNERVM *in hiſtor. Palat. in cod diplom. n. 190. p. 144.* Conſtituit hoc ipſo cæſar filium ſuum LVDOVICVM, electorem Palatinum, *vicarium imperii* in abſentia ſua, eiusque poteſtatem, *iure vicario*, exercendam, determinat. Inter alia ei quoque aſſerit poteſtatem, *ad canonicatus, præbendas et dignitates, etiamſi curatæ, ac electiuæ, ac maiores poſt pontificiales in metropolitanis, et cathedralibus, ac principales in collegiis exiſtant, perſonatus, eccleſias parochiales et beneficia et officia eccleſiaſtica ſeu temporalia, dum et quoties vacauerint, perſonas aptas et idoneas præſentandi eas, ad ea conferendi.* Coronatus eſt RVPERTVS *anno 1401. in die Epiphaniæ*, teſte GOBELINO PERSONA *æt. 6. cosmodrom. c. 70. p. 188.* diploma autem prædictum datum

datum *feria tertia poſt feſtum natiuitatis B. Mariæ virginis* eiusdem anni, et ſic breui poſt coronationem. Quid ergo dicemus? an *imperator* eodem tempore cum *vicario Palatino* ius primariarum precum exercere potuit? Imperator *iure coronationis?* et vicarius ob *vicariam poteſtatem?* Id forſan ſine abſurditate dici nequit, nec RVPERTI intentio fuiſſe videtur, vt LVDOVICVS, filius eius, ibi illud exerceret, vbi pater eius id iam exercuerat; imo credibile eſt, cæſarem eo tempore nemini adhuc eas dediſſe preces, et ita hanc quoque poteſtatem vicario delegaſſe. Id enim omnino admitto, verba adducta de iure *precum primariarum* eſſe intelligenda. Vidit hanc inconuenientiam DN. GRIESNERVS, vir doctiſſimus, *cit. l. §. 41.* rectèque aſſerit, vicariorum, abſente cæſare, poteſtatem ita reſtringendam eſſe, vt, vbi cæſar iam ipſe preces obtulit, aliæ a *vicariis* porrigi nequeant.

§. CIX. Sed quid inde? ais, hoc argumentum non deſtruit ius *primariarum precum* vicariorum imperii, ſed potius adſtruit. Annon aperte RVPERTVS ſub iure *præſentandi ad beneficia eccleſiaſtica* intelligit *primarias preces*? id quod ſi verum eſt, annon etiam CAROLVS IV. ſub eadem denominatione eas expreſſiſſe videtur? Equidem vtrumque affirmo, ſed ſimul tamen infero, non alio modo ius *primariarum precum* in A. B. vicariis imperii *tempore interregni* conceſſum eſſe, quam quo eis competit et concedi ſueuit, tempore *abſentiæ imperatoris*, adeoque rectè hoc argumento vſus ſum, ad infringendam illimitatam eorum ſententiam, qui vicariis imperii *tempore interregni* in omnibus capitulis, etiam vbi *imperator viuus* illud iam exercuit, illud adſcribunt. Poteſt enim contingere, vt imperator moriatur vix coronatus, et eo tempore, quo in perpaucis capitulis illud ius exercuit; eo caſu merito integrum eſt vicariis, in *reliquis eccleſiis* id exercere, in quibus imperator id exercere potuiſſet, ſi vixiſſet: *ius* ſane *præſentandi ad quæuis beneficia* ei iam *quæſitum* fuit, quod ad *vicarios* facile transmitti potuit. Hanc fuiſſe mentem CAROLI IV. ex vtroque argumento colligo. Primum oſtendit, exiſtimatum eo tempore fuiſſe, ſoli cæſari *vi coronationis* per totum imperium id competere: quod autem ius cæſari quæſitum erat, illud vel ipſemet exercere, vel aliis *pro parte* delegare, (quod WENCESLAI exemplum docet) vel in genere eatenus, quatenus ipſi adhuc eius exercitium integrum erat, in *vicarios* transferre potuit. Sic vicarii illud exercent vice *cæſaris* ſeu ex *eius perſona*, non *iure proprio* ex ſua perſona. Hæc, ni fallor, fuit mens CAROLI IV. quæ ſatis oſtendit, vicarios ex *propria perſona* iure primariarum precum non gaudere. Sed dubium

Inde colligitur, vicariis imperii ius hoc tunc demum et in illis locis competere, quando et in quibus defunctus imperator illud non exercuit.

Et ſic iure cæſaris, non proprio.

adhuc mouet Dn. GRIEBNERVS *cit. l. §. 17. sq.* contenditque, diuersitatem esse inter casum *absentiæ* et *interregni*: illo semel tantum imperatori fas esse, gratiam harum precum in vita sua quoad singula capitula alicui concedere, quæ multiplicaretur, si vicarii *tempore absentiæ* eandem illimitate in quosdam conferre vellent; morte autem cæsaris, ius omne circa preces esse extinctum, nec ad vicarios, quatenus illas imperator defunctus non exercuit, transire posse: vicarios potius, defuncto cæsare, *proprio nomine*, non *defuncti*, illas concedere. Verum, quod pace viri doctissimi dixerim, posterius a mente CAROLI IV. alienum est, qui *EX CORONATIONE* hoc ius repetiit, et sic *proprio iure* vicariis concedere non potuit. Supereſt ergo, vt dicamus, existimasse CAROLVM IV. ius *precum primariarum*, quatenus illud haud exercuit, nondum exspirare per mortem, sed cum reliqua potestate imperii transire in vicarios: imperium cum cæsare non moritur, sed *ipso iure* deriuatur in vicarios, eatenus exercendum, quatenus defunctus illud exercere potuit, nec iis expresse ademtum est. Huic quoque connexum est *precum primariarum* ius, et sic, quatenus cæsari adhuc saluum fuit, eatenus in vicarios transit. Ceterum si *plene* et per totam Germaniam illud iam exercuit, nihil in vicarios amplius transire potest.

Principes protestantes quoque primariarum precum ius exercent.

§. CX. Sicuti vero olim principes quidam, vbi nequidem *iura sacra* iis asserta, sed aulæ Romanæ insidiis prærepta erant, hoc ius exercuerunt; ita multo magis principes protestantes hodie id ipsum sibi vindicant, qui maiori ipso cæsare in sacris gaudent libertate. Cæsares in *consuetudine* fere *sola* præsidium quærere coacti sunt, postquam papa intercessit, ne ius sublime circa sacra amplius sibi asserere potuerint. Hoc refugio non indigent protestantes: in libertatem reuocati sunt, suspenso pontificis iure; quid ni ergo virtute iuris *circa sacra* eminentis, quod *iuri territoriali* cohæret, preces has exercere in capitulis ecclesiisque sibi subiectis possent? praxi tam inueterata cæsaris et pontificis accedente. Nec obiici potest, preces has inanes futuras, nisi *consuetudine* robur acceperint; sunt vtique *preces*, non tamen in sensu vulgari, verum tales, quibus *primitiæ obedientiæ* et *subiectionis* respondere debent. Proinde reges augustissimi Borussiæ eiusque maiores optimo sane iure tituloque illud exercuere et adhuc exercent, quod in dubium nemo vocabit. vid. B. STRYK. *de iure papal, princ. euangel. c. IV. §. 3.*

Imperatori idem confirmatum in bonis mediatis et immediatis.

§. CXI. Imperatori quoque illud ius confirmatum est, laxius tamen in bonis imperii *immediatis*, quam *mediatis*. De illis in *art. V. I. P. §. 18.* hæc occurrit dispositio: *vbi sacra cæsarea maiestas ius primarium*

ed by Google

mariarum precum exercuit, exerceat etiam in posterum. Nulla hic fit mentio *anni decretorii*, sed *simpliciter* imperatori ius hoc asseritur. De his paulo *restrictior* adest dispositio in *art. V. §. 26. In quibuscunque etiam fundationibus mediatis anno 1624. die prima Ianuarii sacra cæsarea maiestas primarias preces exercuit, exerceat eas et in posterum.* Non adeo clara et indubia hæc verba sunt, vt nullam admittant controuersiam. Exercitium huius iuris non est *quotidianum*, sæpe per plures annos quiescit, quia semel tantum a quouis cæsare exerceri potest. Quid ergo est, quod *ad diem 1. Ianuar. 1624.* exercitium eius restringatur? vtrum hoc de *reali exercitio*, an vero *de facultate exercendi* intelligi debet? Multum ex hac diuersa explicatione dependere, res ipsa loquitur. Tota inde peti debet quæstionis decisio, *quatenus imperator in terris protestantium hoc iure frui possit?* Si *reale exercitium* intelligis, rariorem huius vsum imperator habebit, quia vix adferri potest casus, quo cæsar *hoc præcise die*, primarias preces dederit; si *facultatem exercendi*, frequentiorem. Pro vtraque parte grauissimæ militant rationes. Qui *facultatem exercendi* sufficere existimant, recurrunt ad naturam huius iuris, quod est *discontinuum*, in quo *reale exercitium* non semper adesse potest, sed sufficit, quod *facultatem exercendi* habeat, occasione sese offerente. Hæc si contradictione alterius in dubium vocata fuit, et quidem *die 1. Ianuar. 1624.* cæsareo tempore illud haud exercuisse videtur. Hunc sensum textui adducto assignat AVTOR *meditat. ad I. P. art. V. §. 26. p. 407.* Qui *reale exercitium* desiderant, verbis instrumenti pacis inhærent, cum aliud sit *exercere certo tempore et die primarias preces;* aliud, *facultatem exercendi habere;* proprie *exercuisse ius* dici nequit certo tempore, qui eo tempore illud exercere tantum potuit, sed non actu exercuit. Addunt, *d. 1. Ian. 1624.* totam fere Germaniam armis infestatam fuisse, cæsare protestantium oppressionem intendente. Vix autem probabile esse, in eo armorum strepitu cæsarem ius primariarum precum exercere potuisse in *bonis ecclesiæ mediatis*, quæ protestantium in ditione erant; cæsari hostilia intentanti protestantes restitisse, nec vllum iuris exercitium concessisse, quamuis in quibusdam contingere potuerit, vt vsum iuris sui retinuerit. Inde caute *exercitium reale* protestantes desiderasse, vt eo magis libertatem in ecclesiis suis vindicarent. In aliis quoque articulis, ratione *bonorum mediatorum, solam obseruantiam d. 1. Ian. 1624. possessionemque*, non *ius*, pro *regula* poni, adeoque eodem in sensu quoque verba *§. 26. art. V.* PRIMARIAS PRECES EXERCVIT, accipienda esse. Frustraneam fuisse *diei primæ Ianuarii* adiectionem, nisi *reale exercitium* intelligi debe-

De sensu termini decretorii respectu mediatarum ecclesiarum.

An illud imperatori integrum sit in statuum protestantium territoriis?

ret

ret etc. Hæ ſunt rationes, quæ in vtramque partem adferri ſolent, quarum *deciſio authentica* potius expectanda, quam priuata quædam definitio adferenda, cum noſtrum non ſit, tantas componere lites.

Exercet imperator hoc ius citra indultum papale.

§. CXII. Non tantum vero natales huius iuris, ſed præterea etiam confirmatio in *I. P.* facta conteſtantur docentque, imperatorem exercere hoc ius non demum *ex indultu pontificis* aus Päbſtlicher Vergünſtigung, quod aulæ Romanæ proceres contendunt, ſed *iure proprio*, prout ex profeſſo docet Dn. GRIEBNER *diſſ. de primar. precibus imper. ſine pontificis indultu.* conf. CORTREIVS *in obſerv. ad concord. imperat. n. 49. ſqq.* et *tract. in f. huius §. alleg.* Qui *indultum papale* deſiderant, contendunt, imperatorem id ius ante impetrationem eius exercere non poſſe, quippe quod *perſonale* eſt, et ſic a quouis imperatore electo de novo impetrandum. Ita cenſet papa, et omnibus modis per nuncios ſuos in Germania id agit, vt *preces imperatorias annullet*, quaſi deſtitutas conceſſione papali. Exemplo rem declarabo. Dederat IOSEPHVS imperator glorioſæ memoriæ *anno 1705.* preces ad capitulum Hildeſienſe, quas ex LVNICHIO *in ſpicileg. eccleſ. P. 2. p. 281.* repetam:

Sententia aulæ Romanæ contraria.

Exemplum proteſtationis papalis.

IOSEPHVS, *diuina fauente clementia electus Romanorum imperator, ſemper Auguſtus etc. Honorabilibus deuotis noſtris, et ſacri imperii fidelibus N. decano, ſeniori et capitulo eccleſiæ cathedralis Hildesheimenſis, gratiam noſtram cæſaream et omne bonum. Etſi nos ad Romani imperii faſtigium euectos, titulisque Auguſti et regio diademate decoratos ſumma ſemper openiti decet, omnia ſacri Romani imperii intemerata iura et conſuetudines laudabiles conſeruare; par eſt tamen, vt hoc diligentiori ſtudio præſtemus, ſi quando integritate vitæ, et morum probitate aliisque virtutibus inſignitos meritis, beneficiis et dignis honoribus afficiendos arbitramur; Siquidem imperatorum, regumque ſublimitas et magnitudo, nullo expreſſius officio Dei optimi maximi ſimilitudinem referre poteſt, quam ſi pluribus benefecerit. Quare cum nobis ad prædeceſſorum noſtrorum imitationem ex inueterata conſuetudine ius competat, preces primarias ad omnes et ſingulos beneficiorum eccleſiaſticorum collatores et collatrices, capitula, conuentus et collegia ac perſonas alias, de illis quocunque modo diſponendi ius habentes per vniuerſum Romanum imperium conſtitutas porrigendi, dandi, concedendi, et decernendi, pro perſonis idoneis, et nobis gratis, ad conſequenda beneficia eccleſiaſtica cum cura et ſine cura, tam ſecularia, quam regularia, etiamſi canonicatus, et præbendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes vel officia fuerint in collegiata, cathedrali, vel metropolitana eccleſia; etiamſi ad ea con-*

Digitized by Google

consueuerint, qui per electionem assumi ad collatorum, collatricum, capitulorum, collegiorum siue conuentuum ac personarum prædictarum collationem, prouisionem, electionem, nominationem, præsentationem seu quamlibet aliam ordinationem, coniunctim vel diuisim spectantia, canonicatus nihilominus, et præbenda cum dignitate, personatu, administratione vel officio, etiam ex persona plurium successiue vacantibus pro vno computatis beneficio, et huiusmodi etiam prædecessorum nostrorum primariis precibus reuerenter hactenus paritum fuerit; idcirco Romani imperii iura et consuetudines, vt tenemur, prosequi, et prædecessorum vestigiis inhærere volentes, primarias preces nostras pro deuoto nobis dilecto, Ferdinando Raesfeld, canonico ecclesiæ Mindensis, ad vos porreximus, dedimus, concessimus et decreuimus, ac per præsentes porrigimus, damus, concedimus et decernimus, vos adhortantes, et pro conseruatione iurium et consuetudinum Romani imperii expresse requirentes, vt beneficium ecclesiasticum tam regulare, quam seculare, cum cura, vel sine cura, etiamsi canonicatus et præbenda, dignitas, personatus, administratio vel officium fuerit; etiamsi ad illud conuenerint, qui per electionem assumi in metropolitana, cathedrali, vel collegiata ecclesia, quod ad præsens siue proxime quomodolibet simul vel successiue in quocunque mense per obitum, decessum, vel resignationem alicuius vacare contigerit, ad collationem, prouisionem, electionem, nominationem, præsentationem, ordinationem, siue quamlibet aliam dispositionem vestram pertinens, canonicatu vt præfertur, et præbenda cum dignitate, personatu, administratione vel officio, etiamsi ex persona plurium successiue vacauerint pro vno computatis beneficio: quod præfatus Ferdinandus Raesfeld per se, vel procuratorem suum infra mensem a die notæ sibi vacationis duxerit acceptandum, eundem Ferdinandum Raesfeld, prout ad vos spectat, ad illud eligatis, nominetis, præsentetis, et ei illud conferatis, et assignetis, atque etiam de eo prouideatis, ponendo eum in pacifica et quieta possessione: stallum in choro et locum in capitulo ei assignando cum plenitudine iuris canonici, et fructuum perceptione, qualibet contradictione cessante. Quo vero hæ preces nostræ primariæ certiorem consequantur effectum, nominamus et deputamus, tenore præsentium, reuerend. LOTHARIVM FRANCISCVM, archiepiscopum Moguntinum, per Germaniam archi-cancellarium, episcopum Bambergensem, principem electorem et nepotem nostrum charissimum; nec non venerabilem FRANCISCVM ARNOLDVM, electum in episcopum Paderbornensem, deuotum itidem nobis dilectum, et quemlibet eorum in solidum, qui præsentibus nostris literis requisitus fuerit, harum primariarum precum executores eisdem simul et seorsim per præsentes expresse committentes, et

mandanter, vt, ſi forte, in contemptum et præiudicium iurium et conſuetudinum Romani imperii, ad parendum huiusmodi primariis precibus noſtris contumaces fueritis, tanquam executores a nobis deputati, ſub pœna grauis indignationis noſtræ vos realiter et cum effectu ad parendum iuxta conſtitutiones imperii moneat et compellat. Contumacia vero veſtra, aut contemptu, quod abſit, per menſem continuum, a die requiſitionis numerandum, durante, vos omnibus et ſingulis priuilegiis, gratiis, libertatibus, et donationibus a Romanorum imperatoribus et regibus, ac a nobis et aliis prædeceſſoribus noſtris vobis conceſſis, eo ipſo priuatos, et noſtra tuitione exutos declaret, quæ et quas ex nunc, prout a die contumaciæ veſtræ, tenore præſentium, reuocamus et caſſamus et irrita eſſe volumus, et vos aliter contumaces a beneficiis maieſtatis noſtræ reddimus alienos, prout etiam ex nunc, prout ex tunc, priuamus, et a protectione noſtra excludimus, harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum, et ſigilli noſtri cæſarei appenſione munitarum. Datæ in ciuitate noſtra Viennæ, die 16. Iun. A. Domini 1705. regnorum noſtrorum Romani 16. Hungarici 18. Bohemici vero I.

IOSEPHVS &c.

Certior de hoc factus papa CLEMENS XI. anno ſequente ad *capitulum Hildeſienſe* ſequentes *literas inhibitoriales* dabat, quibus ei iniungebat, ne precum harum rationem haberent:

CLEMENS papa XI.

Dilecti filii, ſalutem etc.

A venerabili fratre IVLIO, archiepiſcopo Rhodienſi, noſtro ad tractum Rheni nuncio, agnouiſſe vos arbitramur, nullum penes cæſaream maieſtatem reſidere ius dirigendi preces primarias, eoque minus ſub comminatione pœnarum, quarum vi precum poſſint commendati beneficium primo vacaturum, aut quod eis magis libuerit, in qualibet iſtarum partium eccleſia aſſequi; cum tamen nihil tam a iure et a canonicis ſanctionibus abhorreat, quam laicæ poteſtati fas eſſe, eccleſiæ præſules, vel illos, ad quos pertinet, incuſſo pœnarum timore, ad conferendas taliter a ſe commendatis eccleſiaſticas præbendas, aut alia ſacerdotia compellere. Quod ſane aſſertum ius, niſi forte apoſtolica autoritate ſit fultum, vt nullibi locum habere poteſt, ita peculiari quadam ratio-

Digitized by Google

ratione obtinere nequit in Germaniæ partibus, ob nota ſatis concordata inter felicis recordationis NICOLAVM V. pontificem, prædeceſſorem noſtrum, et claræ memoriæ FRIDERICVM III. imperatorem, inclytamque iſtam nationem ſolenniter inita, in quibus nihil tam accurate ſancitum eſt, quam ne libertas electionum et collationum in menſibus tam aſſignatis capitulis, ac ordinariis collatoriis, quam ipſi pontifici, eiusque ſucceſſoribus reſeruatis vno vnquam tempore lædatur; nulla tamen ibi aſſertorum imperialium iurium mentione facta, aut ratione habita, cum alioquin ſatis manifeſtum ſit, electionum, aut collationum libertatem cum primariis precibus, quæ eam prorſus euertunt, conſiſtere non poſſe. Quod ſi idem FRIDERICVS, et qui ſubinde conſecuti ſunt imperatores ante tempora claræ item memoriæ LEOPOLDI, nuper defuncti, primarias preces direxerunt, id contigiſſe conſtat, quia illi omnes poſt ſui confirmationem a Rom. pontifice obtentam, ſe muniri apoſtolico indulto curarunt: quo quidem indulto, quoniam deſtitutus erat idem LEOPOLDVS, factum eſt, vt primarias preces, a quibus ipſe non abſtinuit, admittere, et executioni demandare epiſcoporum ac præſulum, nec non capitulorum Germaniæ non exigua, neque contemnenda pars, libertatis huiusmodi memor et acerrima cuſtos, detrectauerit. Quæ cum ita ſint, dilecti filii, commoueri nullo modo debetis, ſi quibus forte minacibus mandatis, aliisque nonnullorum opera excogitatis, propoſitisque ad extorquendum aſſenſum veſtrum mediis, perſentiatis, vos vrgeri ad exſequendas ſimiles preces vobis directas, quatenus is, qui per eas commendatur, obtineat, adhærentibus vobis, canonicatum iſtius eccleſiæ, cuius vacatio per obitum quondam Ferdinandi Wilhelmi in menſe nobis, vigore eorundem concordatorum, reſeruato, contigiſſe dignoſcitur. Neque hic opus eſſe credimus vobis commemorare, quam vos deceat talem animum hac occaſione proferre, qualem in aſſerenda canonicarum electionum libertate multi præſtantes eccleſiæ viri ac præſules, magna ſui nominis laude, præbuere; inſuper quam præſtet, in huiusmodi caſibus vim potius perpeti, quam, reclamante conſcientia, quidquam veluti ſponte admittere, cum certe ſatius ſit, præbendam, vobis inuitis, vi occupari, quod tamen metuendum modo non videtur; quam per electionem, aut collationem vtcunque nulliter factam, ſpeciem quandam vltronei aſſenſus præbere, cum intruſio commendati iuribus eccleſiæ veſtræ impoſterum minime obeſſe queat, non parum autem ea ledere poſſit, ſi quæ a vobis eiusdem perſonæ facta videatur electio, a qua non leuia ſcandala orirentur, præſertim vero, ob deterrimum exemplum, quod aliis ſimilia admittendi his et futuris temporibus proponeretur. Accedit periculum, quod vi huiusmodi precum perperam electus incurreret, non faciendi fructus ſuos, ac irritandi omnes actus capitulares, ac propterea,

Digitized by Google

adueniente casu, ipsius etiam episcopi electionem, quibus ipse interesset, ac suffragaretur. Sed vbi hæc non sane prætereunda, omitterentur, quis vestrum non intelligit, electionem, quam commendatus, seu, vt vocant, precista, de se fieri a vobis postulat, esse huiusmodi, vt facultatis vestræ terminos quam longe excedat; nam præterquam sacr. canon. ac etiam concordatorum dispositioni aduersatur, ipsarum quoque imperialium precum, si hæ attendi deberent, quæ secluso apostolico indulto non debent, tenorem prætergreditur; harum enim precum serie a nobis exquiritur, vt prabendam primo vacaturam, cuius dispositio ad vos pertineat, ipsi commendato conferatis. Verum cum eius, de qua agitur dispositio, ob vacationem in mense nobis reseruato, secutam ad nos manifeste spectet, palam est, non licere vobis aliena, nostra vero prasertim, attingere, neque huc referri posse preces, imperiali diplomate contentas. Serio itaque perpendite, quibus finibus potestas vestra coerceatur, ac frustra interim apud vos contendant, qui ingerere vobis curant ledendi cæsaris metum, quo adigi non possint ecclesiæ viri ad deferendam iustitiam, et ad prodendam veritatem. Neque enim id a vobis postulat, qua est æquitate, charissimus in Christo filius noster, IOSEPHVS in Romanorum imperatorem electus; inprimis autem cauete, ne quid attentetis aduersus oblatas vobis apostolicæ prouisionis literas, quas fauore dilecti filii, Hugonis Francisci de Furstenberg, expediri mandauimus, ne videamini velle nostra, et apostolicæ sedis iura aggredi: quod quidem vos ecclesiæ pœnis longe grauioribus redderet obnoxios. Sed aliter prorsus de perspecta nobis pietate vestra sentimus, imo vos curaturos esse confidimus, pontificiam vobis charitatem ampliori adhuc magis filialis vestri studii significatione demereri. Apostolicam interim benedictionem vobis, dilecti filii, peramanter impertimur. Datum Romæ etc die 6. Martii, 1706 etc.

Refutantur pontificis postulata.

Temere sane et audacter pontifex asserit, (I) *nullum penes cæsaream maiestatem residere ius dirigendi preces primarias*; id quod si verum est, nec papa *mandata de prouidendo* sibi asserere potest. Etiam hæ fuere *preces*, et quidem olim *semel* tantum ad singula capitula directæ, ab initio tantum *obligationem imperfectam* continentes, vt supra euici. Eodem ex fonte cæsares preces suas, easque *semel* tantum, capitulis insinuarunt, et inueterata consuetudine obtinuere, vt in *ius perfectum* abirent. Non plus iuris olim habuit papa, quam quod cæsares hodie exercent, nisi quod hi parcius id exercuerint, prout decebat, illi vero limites modestiæ et pudoris transierint, vt antiquitates docent. Et quid pontifici rei est cum Germania nostra, propriis suis legibus suffulta et munita? A pluribus seculis quidem in sylua aliena cædere, fontesque nobis obturare præsumsit,

Digitized by Google

ſtiit, ſed conquaſſata libertas nihilominus ſalua incolumisque ſtetit. Quid pontifici in Germania iuris ſuperſit, docent *concordata* et *inſtrumentum pacis*; vltra hos limites progredi nequit, niſi inuaſor alienorum limitum eſſe et dici velit. Tum inueterata imperii conſuetudo, ab omnibus capitulis agnita, tum publica procerum confeſſio in *I. P.* facta, imo *publica* imperii *ſponſio* hoc ius ſimpliciter cæſari confirmauit, vt in vniuerſam imperii noſtri rem iniurius foret, qui precibus ex defectu *indulti papalis* vim denegaret. Ait (H) *a canonibus abhorrere, laicæ poteſtati fas eſſe, eccleſiæ præſules, vel illos, ad quos pertinet, ad conferendas a ſe commendatis præbendas compellere.* Extremam, ſine dubio, prodit vel imperitiam, quod vix credo, vel audaciam, quod in conſpectu imperii fabulas has aniles proferre pudore nullo deterreatur. Quis neſcit, quam abhorreat a ſacris canonibus, et antiqua eccleſiæ praxi vſus *mandatorum* papalium *de prouidendo* et *exſpectiuarum* obtruſio? Et tamen pontifex his quotidie vtitur; ſed hoc tantum *obiter*, et per modum *retorſionis*. Non abhorrere a moribus et legibus eccleſiæ id ipſum, quod papa damnat, vel Gallia docet, cui *ius inueſtituræ* eripere non potuit, imo id ipſum agnouerunt prædeceſſores eius, qui ſine adſenſu cæſaris eligi non potuere: denique et praxis antiqua *inueſtituræ per annulum* et *baculum*, per ſummam iniuriam cæſaribus extorta, ne iuris patronatus laici, vt loquuntur, iniiciam mentionem, cui *præſentandi ius* adeo ineſt, vt præſentatus repelli non poſſit. Forſan id papæ diſplicet, quod, incuſſo pœnarum timore, cæſar ad conferenda beneficia compellat ordinarios collatores, citra impetratam poteſtatem. Nec poteſt non id ipſi diſplicere, quamuis hæc indignatio apertiſſime a ſacris canonibus, in quibus ſummorum imperantium poteſtas, et imperium in clericos quoscunque, imo in ipſum papam eſt ſtabilita, abhorreat. Attrita proh dolor! aſtu paparum cæſarum eſt poteſtas in clerum catholicum, ſed non in totum abolita, quippe qui imperio adhuc ſubiectus eſt. Verum forſan mihi dabitur occaſio *de iure imperatoris in papam et clerum, Romanæ eccleſiæ addictum*, ſpeciali diſſertatione agendi. Cenſet (II) *hoc ius concordatis nationum Germaniæ aduerſari, quippe in quibus nulla aſſertorum imperialium iurium mentio facta ſit.* Ieiunum ſane argumentum et tanto præſule eo magis indignum, quo ſinceriori mente, omnibus ad imitandum proponenda, ceteris præire debebat. Non neceſſe ſane fuit in *concordatis*, de hoc iure quidquam decernere, quippe quod eo tempore non erat *obiectum litis*; de ſolo *iure papali*, eiusque inſigni *abuſu* reſtringendo agebatur, idque vnice intendebatur, ne pontifici amplius ius eſſet, quæuis beneficia pro lubitu quibusuis conferendi, et ius tam

eligendi, quam conferendi capitulis et ceteris collatoribus quæsitum, infringendi. Primariæ preces anno 1448. quo *concordata* publicata, iam adeo roboratæ erant cæsarique assertæ, vt in contentionem venire non possent. Iam in concilio Basileensi *anno 1437.* per solenne decretum, quod recitat LVNICH. *P. I. spicil. eccles. 143. p. 277.* hoc ius, quod ausibus papalibus, vt conquestus erat SIGISMVNDVS, nonnunquam infractum frustratumque erat, cæsari et omnibus eius successoribus confirmatum est, quod in ipso decreto non *indultui papali, sed inueteratæ consuetudini attribuitur.* Inde decernunt Basileenses: *Nos igitur ob præmissorum tuorum imperatorum et regum Romanorum ac tuæ celsitudinis merita, digne memoranda, postulationibus tuis huiusmodi fauorabiliter inclinati volumus, et auctoritate vniuersalis ecclesiæ tenore præsentium ordinamus, quod ex nunc cæsarea maiestas tua semel tantum, quoad vixerit, nec non singuli alii romani reges et imperatores, qui ex nunc in antea fuerunt, canonice tamen intrantes, priuilegio et consuetudine imperiali huiusmodi quoad preces seu nominationes, vt præfertur, faciendas, futuris temporibus libere et plenariè vti et gaudere possint et valeant etc.* Noui, aulam Romanam huius concilii statuta parui pendere, imo plane reprobare; sed inde vim suam minime amittunt, sicuti *concordata* salua manent, vtut præsul Romanus sæpissime ea infringere conatus fuit. Prouocat (IV) ad *exempla imperatorum*, qui non aliter precum primariarum ius exercuere, quam *si post sui confirmationem, a Romano pontifice obtentam, se muniri apostolico indulto curauerint.* Id quidem in dubium vocari nequit, quosdam imperatores, iurium suorum non adeo memores, vel ne Romæ crabrones irritarent, *indultum papale* impetrasse, cuius formulas exhibet LVNICH *tom. I. spicileg. eccles. n. 170. p. 337. et n. 168. p. 362. et n. 216. p. 250. et n. 302. p. 530. et n. 313. p. 546.* imo et hoc constat, imperatores non raro in precibus suis mentionem *indulti papalis* fecisse; verum, *ex abundanti* hoc factum fuisse, natales huius iuris docent, quem in finem *consuetudinis indultique* simul mentionem fecerunt: *quare cum nobis ad prædecessorum imitationem* ex inueterata consuetudine, *etiam apostolica autoritate per sanctissimum in Christo patrem roborata ius competat.* Quod ad *maiorem* tantum *cautelam* fit, id *necessitatem iuris* non habet: sufficit cæsari *inueterata consuetudo*, longæua praxi et ipso instrumento pacis sponsione imperii publica roborata, quam pontifex infringere non potest. Conf. CORTREIVS *in repræsent. iur. primar. precum, sacratiss. imperatoribus Rom. German. sine præuio pontificum assensu competent. c. III.* vbi diplomata plura a temporibus FERDINANDI III. adfert, sine *indultu*

gitized by Google

dultu papali effectus suos habentia. Sed desmo plura addere, quia prælaudatus Dn. GRIEBNERVS *in cit. dissert.* hac in re mihi aliisque otium fecit.

§. CXIII. Ceterum quæ *beneficia speciatim* primariis precibus subiecta sint, in instrumento pacis non definitum, sed generalis tantum regula quoad *immediata* formata est, quod vbi imperator hactenus has exercuit, ibi illas etiam in posterum exercere debeat. Res tota debetur *consuetudini*, ad quam potissimum *in casu dubio* respiciendum est. Plura enim eximere solent beneficia tam *regularia*, quam *secularia*, quæ tamen omni dubio non carent, sed ex *consuetudinis* vigore definienda sunt. Hæc in *factis* consistit, et sic vnice ad illa recurrendum est. Excipiunt communiter *beneficia regularia* per se talia, vt abbatias, præposituras, prioratus, decanatus, canonicatus regulares, monachatum simplicem, quod ad cæsares pro nominatione ad ea recurri non sueuerit, vt ait WIESTNER *ad h. t. n. 16.* h. e. quod hic exempla deficiant et praxis. Ego hæc nihil definio, cum non adeo certum sit, praxin omnem hic defuisse; saltim minus probabile est, cæsarem ad *canonicatus regulares* et *prælaturas* nunquam præsentasse candidatos, cum vel diploma WENCESLAI contrarium euincat. Præterea excipiunt beneficia sedi papali reseruata, quæ dicuntur *vacare in curia*, et recensentur in *extrau. comm. c. ad regimen 13. h. t.* Sunt hæc beneficia etiam papæ reseruata in *concordatis nationis Germanicæ*, et quia cæsares voluntati pontificis se quoad hanc *reseruationem* accommodarunt, inde inferunt, hæc non tantum ab *ordinaria prouisione*, sed etiam a *precibus primariis* excepta fuisse, id quod tamen ad *mensas papales* non extendendum. Neque ad beneficia *iuris patronatus* preces primarias extendunt, quæ nec papa conferre sueuit, vt laici a construendis dotandisque ecclesiis haud deterreantur. Denique etiam *monocularia* excipiunt, seu quæ in aliqua ecclesia *vnica* sunt; quod forsan inde colligunt, quia formula communis precum ordinaria hæc esse solet, vt collator *primum*, quod vacauerit, conferre debeat. Ergo supponendum est, plura in tali ecclesia existere beneficia. Verum hæc ratio admodum imbecillis est, parumque ei fidendum, nisi praxis et consuetudo deficit.

In quibus capitulis et ecclesiis imperator illud exerceat?

§. CXIV. Denique non desunt, qui *precibus primariis* locum relinquere nolunt in beneficiis ex *statuto* supprimendis, veluti si statutum factum sit, vt tres vel quatuor canonicatus, mortuis eorum possessoribus, supprimantur. Non enim, quæ supprimuntur, videntur vacare, quem casum tamen *primariæ preces* præsupponunt. Enimuero statutum tale, quod

An ius illud exerceri possit in præbendis ex statuto suppressis?

Digitized by Google

quod instar *pacti*, a canonicis initi, considerandum est, præiudicare quidem potest *ordinariis* collatoribus, tanquam pacisscentibus, sed non cæsari, qui in illud haud consensit. Est hæc omnium conuentionum natura et ratio, vt tantum pacisscentibus prosint et noceant, non aliis; quomodo ergo *imperatorio iuri* præiudicarent? Sane ita *per indirectum* imperator a iuris sui exercitio excluderetur, cum facile contingere posset, vt nulla interim vacantia oriretur. vid. BESOLD. *in thes. pract. voc. preces primariæ.* Proinde si vel omnia beneficia suppressa, vel beneficium monoculare sit, quod suppressum est, imperatori ius precum primariarum nihilominus debetur, ad hunc effectum, vt precista reditus, antiquitus suppressis cohærentes, percipere debeat. Illum tamen casum excipio, quando suppressio beneficiorum consentiente cæsare decreta et stabilita est. Tale exemplum occurrit in *I. P. art. V. §. 23.* quo cautum, vt quoad *numerum* canonicorum vnice respiciendum sit ad annum 1624; ii autem, qui vltra hunc numerum præbendas post terminum decretorium acquisiuerunt, illas quidem ad vitam suam retineant, mortuis vero eis, res ad statum *anni 1624.* reducatur. Hoc casu enim nulla vacatio oriri potuit, et quidem *voluntate* cæsaris, adeoque exercitium primariarum precum quoad illa beneficia, quæ ex *pacto* hoc *publico* supprimi debuerunt, merito quiescere debuit.

Qualitates precistarum.

§. CXV. Non alius per *preces* ad beneficia vacantia præsentandus est, quam qui *debitas qualitates*, beneficio vacanti proprias, possidet. Equidem WIESTNER *ad h. t. n. 170.* inter qualitates *iuris communis* vel *a fundatione* dependentes, et inter eas, quæ *speciali statuto* et *consuetudine* desiderantur, distinguit, vt illæ quidem, non hæ, obseruari debeant, et sic harum defectus precistæ obstare haud debeat. Sed vix est, vt huic distinctioni assensus in praxi præbeatur. Solent hodie capitula, prout supra obseruaui, grauissime papæ obloqui, si illis obtrudere canonicum intendit, qui debitis ex *statuto* qualitatibus non est instructus: quanto magis cæsareo precistæ defectum hunc canonici obiicient, qui admodum, et quidem ad superstitionem vsque, tenacissime statutis suis inhærent. Ipsum *instrumentum pacis art. V. §. 18.* contrariæ assertioni repugnat, vbi his demum precibus huiusmodi frui posse dicitur, qui *ad normam statutorum et obseruantiæ* idoneus est. Speciatim secundum *instrumentum pacis* precista ei religioni, quam beneficium vacans desiderat, addictus esse debet. Proinde, decedente A. C. addicto in eius religionis episcopatibus, Augustanæ confessioni addictus capitulo præsentandus: in *mixtis* vero ex vtraque religione, seu episcopatibus, seu aliis locis immediatis, precibus primariis nemo gaudere

Digitized by Google

dere debet, nisi beneficium vacans religionis consors possederit, per *art. V. §. 18.*

§. CXVI. Atque hæc est ratio precum tum *papalium* tum *cæsarearum*, quamuis illæ non amplius *preces*, sed *mandata de prouidendo* dictæ fuerint. Non subsistit pontificum conatus in hisce mandatis, quæ ab initio tantum *vna vice* ad singulas ecclesias dirigebantur, sed mox insignes fecit accessiones. *Mandata*, de quibus antea dictum, nudæ erant *præsentationes*, salua collatione a collatoribus faciendæ. Verum hi non raro collationes variis ex causis declinabant, mandata papalia, vt *insolita*, negligebant, et libertatem pristinam tuebantur. Pontifices talia animaduertentes, mox de cursu incepto deflexerunt, et, insalutatis collatoribus ordinariis, *directo* beneficia contulerunt, quod cum iis in quouis iuris ecclesiastici exercitio concursum sibi assererent, vt ordinarii ordinariorum, vt domini omnium beneficiorum. Obstupuerunt prælati, eamque pontificis audaciam magnis animi motibus repellendam esse crediderunt. Angli inprimis, quibus curia Romana eiusque legati obtrudebant extraneos, parasitos, indignosque, circa annum 1231. insurgebant contra hanc vsurpationem, magis *se mori malle, quam a Romanis confundi*, asserentes. Ad episcopos et capitula hunc in modum scribunt: *Qualiter circa vos et alias personas ecclesiasticas Angliæ hactenus se habuerint Romani, et eorum legati, vestram non dubitamus latere discretionem; beneficia regni suis, secundum quod eis placet, conferendo, in vestrum et omnium aliorum regni intolerabile præiudicium et grauamen: in vos etiam et coëpiscopos vestros aliasque personas ecclesiasticas, ad quas collatio beneficiorum pertinere dignoscitur, quod magis dignum est pro confusione notari, suspensionis sententias fulminando, ne alicui de regno beneficia conferatis etc. Hinc est, quod vobis mandamus, districte inhibentes, quatenus cum nos, ecclesiam, regem similiter et regnum nitamur a tam graui iugo seruitutis eripere, circa eos, qui de Romanis vel eorum reditibus se intromittunt, nullas partes vestras interponere præsumatis; pro certo scituri, quodsi huius mandati, quod absit, extiteritis transgressores, quæ vestra sunt, incendio subiacebunt, et pœnam, quam Romani incurrunt in personis, vos in possessionibus vestris indubitanter incurretis.* Vid. MATTHAEVS Parisiensis *in histor. Anglic. ad cit. ann. p. 313.*

Pontifices præterea directo beneficia contulerunt.

Sed non sine motibus regnorum.

§. CXVII. Latius manauit malum et corroborauit se quotidie. Non exspectandum esse ducebat pontifex casum, quo *vacarent* ecclesiæ, sed vel ante *exspectatiuas* dabat, vel pleraque in quibusuis regnis beneficia suæ collationi *reseruabat*, vt satis auaritiæ suæ faceret. *c. 2. h. t.*

Dabant vlterius exspectatiuas vel reseruabant beneficia.

Digitized by Google

in 6. anno 1317. IOANNES XXII. publicauit, celebrem potius an funeſtam dixerim? decretalem *execrabilem*, et paulo poſt anno 1335. BENEDICTVS XII decretalem *ad regimen, extrauagantibus commun. c. 4. et 13.* inſertas, quibus varios caſus reſeruabant, et ordinarios collatores ab exercitio iurium ſuorum in iis prorſus excludebant. Schisma, quod hoc ſeculo erat inter pontifices, quorum alter Romæ, alter Auenione ſedebat, admodum promouit hanc praxin, ſingulis pontificibus id potiſſimum agentibus, vt quoscunque in ſuas partes traherent, et opibus eccleſiæ illos leuarent. Non potuit non hæc rerum perturbatio omnium regnorum conſilia huc dirigere, vt hi grauiſſimi abuſus abolerentur. In *concilio Conſtantienſi* quædam ea de re acta ſunt, ſed effectum non habuerunt. In *Baſileenſi concilio* deſtructionem harum reſeruationum maioribus viribus aggreſſi ſunt patres, et quascunque *reſeruationes* ſuſtulerunt. Verum Germania fere nullum fructum ex hoc *decreto derogatorio* percepit, pontifice contra ius et fas *reſeruationum* vſum vbique continuante, et decreta *concilii Baſileenſis* prorſus reſpuente. Tandem, poſtquam NICOLAVS V. in ſedem Romanam euectus eſſet, et proficuum ſibi fore duxiſſet, ſi cæſarem et principes Germaniæ, durante adhuc ſchiſmate, ſibi fauentes redderet, ablegauit in Germaniam legatum a latere, qui certa pacta cum FRIDERICO III. et plurimis Germaniæ proceribus *anno 1448.* iniit, quibus *modus* reſeruationibus papalibus ſtatutus eſt, magis tamen earum vſus ſtabilitus quam reſtrictus. Credebant, cum pontifice diuidendum eſſe, quod ſoli ſibi amplius conſeruare haud poſſent. Vocantur hæc pacta *concordata nationis Germanicæ*, quorum abolitionem variis ex cauſis, ſed fruſtra, hactenus proteſtantes vrſerunt, vt obſeruaui *ad tit. de conſtitut. §. 78. ſqq.*

Sed vſus reſeruationum reſtrictus tandem eſt per concordata nationis Germanicæ.

In concordatis reſeruata ſunt, quæ vacant apud curiam Romanam.

§. CXVIII. In his *concordatis* pontifex *reſeruationes beneficiorum*, in conſtitutionibus *execrabilis* et *ad regimen* fundatas, confirmat, cum aliquo tamen temperamento. (1) Omnes patriarchales, archiepiſcopales, epiſcopales eccleſias, monaſteria, prioratus, dignitates, perſonatus et officia, nec non canonicatus, præbendas, et eccleſias, ceteraque beneficia eccleſiaſtica, cum cura et ſine cura, ſecularia et regularia, quæcunque et qualiacunque fuerint, ſibi reſeruat, ſi (α) *apud ſedem apoſtolicam vacauerint.* Iam CLEMENS III. in *c. 2. h. t. in 6.* ex *antiqua conſuetudine* talia beneficia Romanis pontificibus reſeruata eſſe ait, eamque decreto ſuo confirmat. Quæ autem ſint beneficia, *apud ſedem apoſtolicam vacantia*, BONIFACIVS VIII. in *c. 34. h. t. in 6.* exponit, illa ſcilicet, quæ legati aut nuncii ſedis eiusdem vel quiuis alii

ad

Digitized by Google

ad Romanam curiam venientes, vel etiam recedentes ab ipſa, obtinent, ſi in *locis ipſi curiæ vicinis* moriuntur, vel in *loco, vbi curia reſidet.* Loca autem *vicina* curiæ dicuntur, *quæ remota vltra duas diætas legales a loco, vbi moratur ipſa curia, non exiſtunt.* Ceterum ſi quis in loco, vbi degit curia, ſuæ originis domum habet, ibique moritur, beneficium non dicitur *in curia vacare*, niſi *curialis* defunctus eſſet, et ibidem occaſione *curiæ* moraretur. Si quæ adfuit eo tempore conſuetudo, facile naſci potuit ex vſurpatione pontificis antiqua, qua indiſtincte olim omnia beneficia conferebat; facilius autem ea conferre poterat, quæ, mortuo prælato in ipſa curia Romana, vel vicino a curia loco, vacabant, quia ſic ſemper *ius præuentionis* habebat, cum vacatio ad eius notitiam ſtatim veniret. De praxi Galliæ circa hæc beneficia, *in curia vacantia*, agit HIERON. A COSTA *dans l'hiſtoire de l'origine et du progrès des revenues eccleſiaſtiques p. 188. ſqq.* (β) *Si vacant per depoſitionem, priuationem et translationem auctoritate pontif.cis factam.* Rurſus hæc vacatio contingit per curiæ Romanæ factum, et quia olim pontifex *ius præuentionis* habebat, non potuit electioni eſſe locus, quam pontifex impediebat ſua prouiſione, quam capitula admittere tenebantur. Olim non erat ſic. Adhuc anno 1225. electio poſt translationem permiſſa, vt docet diploma apud VGHELL. *in Ital. ſacra tom. I. p. 168.* (γ) *Si electio ſeu poſtulatio in concordia vel diſcordia facta eſt, quæ tamen a pontifice eſt caſſata, ſeu poſtulatio repulſa.* Eadem hic ſubeſt ratio antiquæ praxeos Romanæ. Si enim *poſtulatio* non admittitur, quam de iure ſtricto poteſt recuſare; ſi *electio* in diſcordia facta annullatur; ſi *electio* in concordia facta ideo caſſatur, quod pontifex putet, iuſtam ſe habere cauſam, confirmationem, quam cauſa cognita facit, denegandi: ſtatim pontifici *ius præuentionis* erat acquiſitum, quod olim ſtrenue his caſibus in praxin deduxit. Quis vero non videt, eo ipſo ad pontificem omnium dignitatum arbitrium deuolutum eſſe? Si enim vel maxime *in concordia* facta eſt electio, vt nihil *contra formam* eius obiici poſſit, *cauſæ cognitio* tamen adhuc ei ſalua eſt, vi cuius facile prætextus excogitare poteſt, ex quibus confirmationem denegandam eſſe exiſtimaverit? Hoc facto, ſtatim ipſi prouiſio integra eſt. Hoc forſan tempore FRIDERICI III. pontifex intendit; ſed hodie executio huius conſilii eo difficilior eſt, quo magis capitula, auctoritate principum munita, aulæ Romanæ conatibus reſiſtere ſolent. (δ) *Si facta renunciatio, eaque auctoritate papali admiſſa.* Hic rurſus *ius præuentionis* ex antiqua praxi planum manifeſtumque eſt. (ε) *Si officiales ſedis Romanæ*, qui referuntur in concordatis, *deceſſerint, vbicunque etiam, antequam ad Romanam*

Item quæ vacant per depoſitionem et translationem.

Vel per electionis, vel poſtulationis reiectionem.

Vel per renunciationem.

Digitized by Google

Per mortem officialium ſedis Romanæ.

curiam redierint, mortui fuerint. (ζ) *Si beneficia, quæ promoti auctoritate papali obtinuerant, tempore promotionum de ipſis factarum, quocunque modo vacant.* (η) *Si vacant per aſſecutionem pacificam quorumcunque beneficiorum, auctoritate literarum pontificis immediate collatorum.* Hæc omnia beneficia *late* dicuntur vacare *in curia Romana.* (θ) *Si electiones legitimo tempore apud ſedem Romanam non fuerunt præſentatæ.* Addit pontifex, ſi canonicæ fuerint electiones, ſe eas confirmaturum, adiecta hac notabili limitatione: *niſi ex rationabili et euidenti cauſa ac de dictorum fratrum conſilio de digniori et vtiliori perſona duxerimus prouidendum.* Hac clauſula reuera pontifex omnes electiones ſuo arbitrio ſubmittere intendit: quæ enim ſit *rationabilis et euidens cauſa;* quæ illi videantur *digniores et vtiliores perſonæ*, ipſemet *de conſilio fratrum ſuorum* ſtatuendi habet arbitrium, adeoque ſi dicere fas eſt, electionibus his in concordatis parum proſpectum eſt, ſi papa, vt olim, *potentiam* habet: hac deſtitutus, vt hodie, rarius ea clauſula in præiudicium electionum abuti poteſt; neque enim fulmina eius hodie tantum, vti olim, terrorem incutiunt, ſed inanes vtplurimum σκιαμαχίαι ſunt.

Reſeruauit quoque ſibi beneficia collatiua in menſibus papalibus vacantia.

§. CXIX. Præterea (II) in *concordatis* reſeruata ſunt ſingulariter beneficia, de quibus iure ordinario prouidetur per inferiores, h. e. *collatiua*: (*maiores* enim *dignitates* poſt pontificales in cathedralibus et collegiatis eccleſiis huc non pertinent) quæque vacant *in Ianuarii, Martii, Maii, Iulii, Septembris et Nouembris menſibus*, ſi intra *tres menſes* a die *notæ vacationis*, in loco beneficii, alicui auctoritate apoſtolica prouiſum fuit. Si elapſo hoc ſpatio nemo appareat, *ex tunc et non antea* ordinarius collator de illo beneficio prouidere poterit, ſicuti etiam beneficia, reliquis menſibus vacantia, ordinarie confert. Vocantur hi menſes, quibus beneficia in fauorem papæ vacant, *papales*, qui quidem in *bonis eccleſiaſticis immediatis* A. C. addictorum prorſus ſublati ſunt in *pace Osnabrugenſi art. V. §. 19.* in *mixtis* autem capitulis *immediatis*, h. e. vbi vtriusque religionis capitularés et canonici certo vtrinque numero admittuntur, adhuc ſuo modo ſalui ſunt, hiſce tamen ſub conditionibus: (1) Si *menſes papales* anno illo decretorio et die in vſu fuerunt; ſin ſecus, ne quidem catholici eorum vſum admittere tenentur: (2) ſi decedentes capitulares et canonici ex numero catholicorum definito fuerint; proteſtantes canonici prorſus ab horum menſium vſu exemti ſunt: (3) ſi papalis prouiſio capitulis *immediate* a curia Romana inſinuatur: nuncii papales hoc ius exercere nequeunt, quod *reſeruatum pontificis* eſt: (4) ſi *legitimo tempore* inſinuatio fiat, quod ex concordatis antea iam eſt notatum. Has conditiones recenſet

Quatenus hodie in capitulis mixtis immediatis?

ſet *inſtrumentum pacis art. V. §. 20.* et quoad *beneficia mediata* ſeſe refert ad *§. 19.* qui *quintus* eſt ſecundum antiquam diſtributionem, adeoque in terris proteſtantium horum abrogationem confirmat.

§. CXX. Circa has *reſeruationes* paucis quædam *obſeruationes* ſubiiciendæ. (I) Solent vtplurimum pontifices altero aſſumtionis die REGVLAS, quas vocant CANCELLARIAE, publicare, quibus variæ *reſeruationes* continentur. Morte enim cuiusuis pontificis exſpirant, et ſic de nouo ſemper publicandæ ſunt. Primitus erant inſtar cynoſuræ, ſecundum quam literæ expedirentur, quibus poſtea *reſeruationes* ſunt inſertæ. Eranthæ *reſeruationes* vtplurimum reſtrictæ ad vitam pontificis, prout BENEDICTI XII. conſtitutio in *extrau. comm. h. t.* docet, cui inſerta eſt hæc clauſula: *donec miſerationis diuinæ clementia nos vniuerſalis eccleſiæ regimini præſidere conceſſerit.* Hæc forſan ratio eſt, quod hæ *regulæ* non *ius perpetuum* ſed *perſonale* conſtituant, et reſeruationes a ſingulis pontificibus renouandæ ſint. Illuſtrauit eas peculiari commentario IO. a CHOCKIER. Regula *octaua* pontifex ſibi *octo menſes* reſeruat, vt *quatuor* tantum ordinariis collatoribus ſuperſint, epiſcopis tamen adhuc duos addidit menſes, vt in beneficiis, ad eorum collationem pertinentibus tantum pontifici ſex menſes relicti ſint, prout plenius declarat ESPENIVS *P. II. iur. eccl. tit. 23. c. 5. et 6.* Verum *in Germania* ſecundum hanc regulam pontifex procedere nequit, ſed ſimpliciter *concordatis* ei eſt inſiſtendum, ſecundum quæ nullam peculiarem prærogatiuam *epiſcopi* præ aliis *collatoribus* habent. (II) Tempus horum menſium *ciuiliter* eſt computandum, vt dies a media nocte incipiat, iuxta *l. 8. D. de feriis.* Hinc qui moritur die vltimo Ianuarii ante horam duodecimam noctis, adhuc in *menſe papali* extinctus eſt. B. STRYK. *de iur. pap. princ. euangel. c. IV. §. 2.* ESPENIVS *cit. l. c. §. §. 7.* Si horologia differunt, ſtandum eſſe horologio eccleſiæ, cui defunctus inſeruiuit, arbitratur B. STRYKIVS *cit. l.* quod vel inde dubium eſſe poſſet, quia *horologia eccleſiæ cathedralis* ſeu principalis, normam ceteris præbere ſolent, adeoque ad hoc potius reſpiciendum erit. (III) Poſtquam per *I. P. cit. l.* menſes papales ſublati ſunt intuitu *ſolius pontificis, in ditionibus proteſtantium*, ipſa capitula eo modo non redierunt in plenam libertatem. Soli papæ ius ſuum ademtum: capitulo ius, quod antea habuit, relictum, nec vllo indicio apparet, ei ius conferendi beneficia in *menſibus papalibus* collatum eſſe. Merito ergo hoc ius, quod antea papa exercuit, vindicarunt ſibi principes proteſtantes, quo ipſo capitulis nulla infertur iniuria, quippe quæ iure priſtino fruuntur. Per plures annos auguſtiſſima domus Boruſſica hoc ius conferendi beneficia in dictis menſibus exercuit,

Determinantur etiam reſeruata beneficia per regulas cancellariæ.

Vſum extra Germaniam habentes.

Tempus horum menſium quomodo computetur.

Principes proteſtantes recte hos menſes papales exercent in capitulis ſibi ſubiectis.

donec tandem a potentiſſimo rege Boruſſiæ FRIDERICO anno 1706. priſtinus mos mutatus, et *alternativa collatio*, quocunque menſe deceſſerit præbendatus, ſimpliciter introducta fuerit, quo ipſo plures lites difficultatesque ſopitæ ſunt. En tenorem reſcripti.

Friederich, König in Preuſſen,

Unſern ꝛc. ꝛc. Euch iſt genugſam bekandt, was geſtalt in unſern Prouintzien und Landen der in denen Concordatis nationis Germanicæ vorgeſchriebene modus, mit denen Monathen zu alterniren, bisher obſeruiret, und es ratione derer bey denen Stifftern ſich eräugnenden Fällen dergeſtalt gehalten worden, daß die Præbenden, welche in denen Uns reſeruirten Monathen vacant geworden, von Uns, diejenige aber, welche in menſe capituli erlediget ſeyn, von beſagten Stifftern vergeben worden. Gleichwie Wir nun dasjenige, was die mit dergleichen bey denen Unter-Stifftern von Uns hinkünftig zu prouidirende etwa erlegen werden, dem von Uns fundirten Inualiden-Hauſe deſtiniret; Als iſt uns dabey allerunterthäniaſt vorgeſchlagen worden, daß Wir den bisher gebrauchten modum alternandi ändern, und an ſtatt deſſen, mit denen ſich eräugnenden Fällen hinkünfftig alterniren möchten, dergeſtalt, die zuerſt vacant gewordene Præbende von Uns, die andere aber von denen Capitulis, und ſo ferner alternatim, vergeben werden möchten. Alldieweilen Wir nun befinden, daß dieſer modus die billigſte Proportion habe, und weder Wir noch auch die Stiffter einige læſion zu beſorgen haben, und hingegen bey der bisher gebräuchlich geweſenen Abwechſelung der Monathe die Erfahrung mannigfaltig erwieſen, daß die Fälle in langer Zeit entweder in des einen oder andern Monathe geſchehen; ſolche Ungleichheit auch dadurch gehoben werden, und die Inualiden hinkünfftig allezeit auf etwas Staat machen können: Als haben Wir ſothanen allerunterthänigſten Vorſchlag in Gnaden approbiret. Und befehlen Euch demnach hiemit in Gnaden, daß Ihr denſelben denen Thum- und andern Stifftern in Unſern dortigen Fürſtenthum gleichfalls ſo fort proponiret, und gleichwie dieſelbe, und iedermann leicht befinden werden, daß Sie ebenfalls Urſach haben, dieſen neuen modum in denen Fällen mit Uns zu verwechſeln, gerne anzunehmen, und keinesweges auszuſchlagen: Als wollen Wir Eures allerun-

ſeruntertháníglſten Berichts, wie ſich die Stiffter hierüber erklären, gewärtig ſeyn. Seynd Euch ꝛc. Gegeben zu Cölln an der Spree, den 6. Iunii 1706.

Friederich.

Gr. v. Wartenberg.

§. CXXI. Eadem ratio (IV) quoque facit, vt ceteri caſus, qui ſecundum *concordata* pontifici reſeruati ſunt, ad *reſeruata principum* referri debeant. Status capitulorum in ſuo priſtino iure et ſtatu permanſit: fundationes non ſunt deſtructæ: ſtatuta in plerisque articulis conſeruata, nihilque ratione *collationis* capitulis peculiariter indultum. Quid ergo prohibet, quo minus ea in reſeruatis hiſce caſibus iure antiquo fruantur, et ſecundum illa iudicari debeant? Hoc enim planum et euidens eſt, per *concordata* capitulis ius conferendi in multis caſibus fuiſſe ademtum vel reſtrictum: eo iure per aliquot ſecula vſi ſunt, adeoque princeps nullam iis infert iniuriam, ſi eodem iure quoque eos frui in poſterum iubeat. (V) Horum menſium non habetur ratio, ſi *precibus primariis* locus eſſe poteſt, quippe quæ cæſari *indefinite* competunt; prouiſio ratione beneficiorum tantum facta eſt inter *pontificem* et *ordinarium collatorem*, ſaluo iure tertii. Hoc ſuppoſito, etiam principes proteſtantes ad hos *menſes* non reſtringuntur aut ad *alternatiuam*, ſi iure *primariarum precum* ad beneficia, quocunque menſe vacantia, præſentant. (VI) Si reſignatio in manus capituli facienda, non alio tempore fieri poteſt, quam quo illi ius conferendi competit, prout ſupra *tit. de renunciat. §. 21. p. 389.* iam obſeruaui.

Pontifices quoque caſus reſeruatos ſibi vindicant.

Preces primariæ impediunt horum menſium exercitium.

§. CXXII. Denique pontifices magnopere ab antiquo more receſſerunt, non tantum eiusmodi *reſernationes* determinantes, ſed præterea etiam *exſpectatiuas* in nondum vacantia beneficia certa concedentes, quæ nihil aliud ſunt, quam *promiſſio beneficii eccleſiaſtici nondum vacantis in caſum vacantiæ.* Quamuis vero hæ ipſæ antiquo iure magnopere reprobatæ fuerint, pontifices tamen non amplius antiquo iure regi voluerunt, ſed ſe canonibus ſuperiores eſſe arbitrati ſunt, adeoque etiam in reſeruata et non reſeruata beneficia paſſim *exſpectatiuas* conceſſerunt. Quousque verò per Germaniam has concedere queant, ex antea dictis ſatis liquet. Quia vero *tit. VIII.* ex profeſſo de his agendi locus erit, nolo

Pontifices quoque exſpectatiuas paſſim concedunt in beneficia non vacantia.

Digitized by Google

nolo turbare methodum decretalium, ſed, quæ de his in praxi dicenda erunt, illuc reſeruo.

(XII.)

De beneficiis, mediatis et immediatis.

Beneficia porro ſunt vel immediata, vel mediata,

§. CXXIII. Celebris porro eſt diſtinctio *beneficiorum et bonorum eccleſiaſticorum*, quod ſunt vel *immediata* vel *mediata*, quæ potiſſimum in *Germania* inſignem præſtat vſum, ex diſpoſitione *pacis Weſtphalicæ*, quæ huius diuiſionis *art. V. §. 14. ſqq.* aliquoties mentionem facit, et diuerſa iura in nonnullis ſtatuit. Poteſt autem hæc diuiſio intelligi vel intuitu *curiæ Romanæ*, vel intuitu *imperii Romano-Germanici*. Priori in ſenſu *immediata* dicuntur, quæ *immediate* pontifici ſubſunt, vel ob *exemtionem*, vel ob *ſtatum*. Huc pertinent *primates;* illuc epiſcopatus, capitula, baliuiæ et monaſteria exemta. *Mediata* vero dicuntur, quæ *mediate* curiæ Romanæ ſubiacent, adeoque ordinariis locorum adhuc ſubſunt, cuius differentiæ ratio potiſſimum in *iurisdictione* conſiſtit, prout *lib. I. et II.* paſſim obſeruaui. Qualem vero poteſtatem *ordinarii* adhuc in *exemtos* habeant, plenius diſquirit IO. A CHORIER *in tr. de iurisdict. ordinar. in exemtos.* Proinde hac de diſtinctione non amplius ero ſollicitus. Intuitu imperii *beneficia et bona eccleſiaſtica immediata* dicuntur, quorum poſſeſſores cæſari et imperio *immediate* ſubſunt, nec ſub alterius ſtatus territoriali poteſtate exiſtunt. *Mediata* vero, quæ non modo in aliorum ſtatuum territoriis ſita, ſed etiam *de territorio* eorum ſunt, atque ſublimi iure ſuperioritatis reguntur. AVCTOR *medit. ad inſtr. pac. art. V. §. 14. p. 230.* Effectus plures diuerſi inſignes vtrinque deprehenduntur, quos infra exponam. Ad *bona IMMEDIATA eccleſiaſtica in I. P. art. V. §. 14.* referuntur *archiepiſcopatus, epiſcopatus, prælaturæ, abbatiæ, baliuiæ, præpoſituræ, commendæ, liberæque fundationes ſeculares*, quæ *immediate* imperatori et imperio ſubſunt. *MEDIATA* denominantur in *art. V. I. P. §. 25.* ſuntque *monaſteria, collegia, commendæ, templa, fundationes, ſcholæ, hoſpitalia, aliaue bona eccleſiaſtica*, quarumcunque eccleſiarum cathedralium, collegiatarum, parochialium, capellarum, quatenus in territoriis ſtatuum ſunt, eorumque iuri territoriali ſubiecta. Epiſcopatus *mediati* non referuntur, quod omnes *immediati* in Germania ſint, indeque Naumburgenſis et Merſeburgenſis votum et ſeſſionem in imperio prætendunt. Acta vid. apud HORTLEDERVM *tom. I.* von Urſachen des teutſchen Krieges, *lib. 5. c. n. 12. ſqq.* FABRVM *tom. II.* der Staats-Canzley

vel intuitu curiæ Romanæ,

vel intuitu imperii.

c. 10.

Digitized by Google

c. 10. STRAVCH. *diſſ. iur. publ. XI.* Inde *anno 1252.* ALBERTVS, Lubecenſis epiſcopus, ſe acriter oppoſuit, ne ducibus Saxoniæ ſubiiceretur, ex ridicula quamuis ratione: quod *ita non poſſet amplius dici ſacerdotium regale, ſed ducale, quod hactenus in vſu non fuit.* Vid. LVNICH. *in ſpicil. eccleſ. P. 2. pag. 307.*

§. CXXIV. Circa ſpecies *bonorum eccleſiaſticorum immediatorum* obſeruandum eſt, archiepiſcopatus, epiſcopatus etc. denotare vel *ipſum officium* ſacrum, vel *iura* et *bona*, huic officio cohærentia. Prior acceptio non eſt huius loci, ſed poſterior. Hoc ſenſu adductæ ſpecies denotant *vniuerſitatem rerum et iurium, qui archiepiſcopatui, epiſcopatui aliisque prælaturis, tanquam patrimonium eccleſiæ, per vniuerſam diœceſin attributa eſt.* In hac *vniuerſitate* ſeu *complexu rerum et iurium* continentur (1) *ipſum territorium*, cum vniuerſa *ſuperioritate territoriali*, et omnibus inde dependentibus iuribus ſecularibus: (2) ſpeciales *dignitates ſeculares* territorio cohærentes, vt electoratus, ducatus, comitatus etc. quorum titulis etiam poſſeſſores præfulgent: (3) ius *voti* et *ſeſſionis* in comitiis: (4) *bona particularia eccleſiaſtica*, quæ olim prælatis in ſuſtentationem ex liberalitate maiorum erant aſſignata. Quid ſint bona immediata reſpectu imperii?

§. CXXV. Ex his olim viuebant prælati, nec *ſecularem dignitatem*, aut *ſuperioritatem territorialem* affectabant, ſua ſorte contenti. Paulatim cæſares quædam *regalia* iis conceſſerunt, et variis gradibus tandem illa territorialis poteſtas iis obuenit, quam hodie tenent. Liceat ſeriem rei verbis illuſtris LEIBNITII referre, qui *tom. I. ſcriptor. rerum Brunſuic.* et quidem in *introduct.* ſub *n. 25.* occaſione BRVNONIS, archiepiſcopi Colonienſis, ita cenſet: *Duces et rei militari præerant, et domi ſupremam iurisdictionem cum iure gladii* (en compendium ſuperioritatis) *per prouinciam adminiſtrabant. Hoc epiſcopi iudicibus regiis, h. e. ducibus comitibusque, etiam in ſuis propriis territoriis olim relinquebant, donec ipſi epiſcopi tandem ducatus comitatusque inter alia regalia accepere, atque ex eo per vicedominos ſuos iurisdictionem et merum imperium exercuerunt. Et credibile eſt, exemplum* BRVNONIS, *viri ob mores ſcientiamque laudatiſſimi, plurimum potuiſſe, vt nec vererentur dare principes, nec accipere prælati, quod tantus vir habuiſſet. Quidam longius iuſto prouecti, omnem epiſcopis et abbatibus, ſub Carolinis regibus, ſecularem poteſtatem negant, tanquam primus omnium* OTTO *magnus eam contulerit. Sed eccleſiæ dudum prædia ampliſſima allodii iure, et in illis vaſallos habebant, quibus terras in beneficium dederant, aut a quibus dominium directum, reddito vtili, acceperant, quod feudum oblatum vocamus. Aliquot enim ruſticorum ſeu* Qua ratione iis acceſſerit ſuperioritas territorialis?

Digitized by Google

colonorum millia aliquando ſub ſua ditione habebant, quos coercere potuiſſe mixti imperii iure non dubito, (nec de eo minus dubitandum, poſtquam ipſa iurisdictio nobilium patrimonialis, quam in ruſticos iure *dominicæ poteſtatis* olim exercebant, inde vnice deriuanda eſt) *ſed iurisdictionem in liberos homines (quæ nunc infima nobilitas) aut merum imperium in quoscunque habuiſſe, non apparet, donec ipſi comitatus, ducatusque, aut æquiualentem eis poteſtatem in ſua quisque ditione accepere. Hoc primus forte in occidente epiſcopus Romanus obtinuit PIPINI I. et CAROLI M. liberalitate. Ducis etiam ius Herbipolenſi in Francia orientali antiſtiti antiquius fuiſſe, ait* ADAMVS *Bremenſis; et Wormatiam ducis poteſtati exemtam, epiſcopoque attributam, narrat* DITMARVS. BRVNONEM *autem in Germania ceteris viam aperuiſſe, notauit chronicon Germanicum Wiewillagini Magdeburgicæ (quæ ſpeculi Saxonici partem facit) præmiſſum his verbis:* An denſelben begunten die Biſchoff weltliche Gerichte zu haben und zu richten: und das fing erſtlichen an, ſein (des Käyſers) Bruder Bruno zu Kölln, und Biſchoff Gieſeler zu Magdeburg, befahl Käyſer Otto das Hertzogthum an der Elbe zu Schartau. (*Sed vereor, vt verum ſit, quod de ducatu ad Albim Giſelero, Magdeburgenſi epiſcopo, ab Ottone M. conceſſum refert. De Brunone plurimi conſentiunt, ſed epiſcopum addit chronicon apud* GRYPHIANDRVM *de Weichbildis c. 38.*) Da begunten zuerſt die Biſchöffe weltliche Richte zu haben, das dauchte damals unbillig manchem Manne. Aliam occaſionem, qua comitatus prælatis poſtea obuenerunt, adduxi ſupra *tit. I. huius libri § LXIV. p. 110.*

Quatenus epiſcopi in his bonis cæſari ſubſint?

§. CXXVI. Reuera tamen hæc *ſecularis poteſtas* cum vniuerſo *territoriali iure* et inde dependentibus prærogatiuis proprie ad *bona eccleſiaſtica* haud pertinet, ſed archiepiſcopi, epiſcopi reliquique prælati intuitu eius cæſari et imperio ſubſunt, ſuprema tribunalia imperii agnoſcunt, et ſubditi reſpectu *cauſarum ciuilium* vnice ad ea, non ad curiam Romanam, per viam *appellationis* recurſum habent. quid? quod duplicem perſonam gerere dicuntur, *prælati* et *principis*, et ſub hoc diuerſo reſpectu etiam bona et iura poſſident: *illo* quidem bona menſæ archiepiſcopali ex penu eccleſiæ deſtinata: *hoc* vero reditus territorii, olim ducibus comitibusque aſſignati. Hæc obſeruatio ſi negligitur, ſatisfieri illis nequit, qui contra praxin imperii recurſum ad papam, in quibuscunque cauſis ciuilibus a iudiciis horum prælatorum defendunt, quos retuli *P. I. lib. I. tit. 3. §. 16. p. 702.* Hi id vnice agunt, vt archiepiſcopatus, epiſcopatus reliquasque præ-

prælaturas pontificis poteſtati, tanquam *bona eccleſiaſtica*, ſubiiciant, cum manifeſto rei Germanicæ detrimento.

§. CXXVII. Qui ergo factum, quod in *lege publica imperii* archiepiſcopatus et aliæ prælaturæ cenſui *bonorum eccleſiaſticorum* adſcriptæ fuerint? Non alia, reor, de cauſa, quam quod poteſtas *ſecularis* ſubiiciatur *eccleſiaſticæ*, vt dependens, vt minor, vt indignior, adeoque illa huius acceſſorium eſſe videatur, hoc ſenſu, vt, ſicuti alia iura in commodum clericorum eccleſiis aſſignata ſunt, ita etiam territorium cum ſuperioritate. Vnde etiam territorium a qualitate peculiari *regentis* eccleſiaſticam denominationem, des Stiffts, Bißthums, Abtey ꝛc. accepit, et quia vſibus prælatorum inſeruit, *latiori in ſenſu* hoc quoque *bonis eccleſiaſticis* agglutinatum eſt. Dico: *latiori in ſenſu*, quia rectius a bonis eccleſiaſticis ſeparantur, quod *territorio* præſit epiſcopus, qua *dux*, *princeps ſecularis* aut *comes*. Interim in ſenſu recepto, ſano tamen, ſubſiſtendum. Hoc intuitu quoque *ſeculariſatio* vel *late* vel *ſtricte* dicitur. illo caſu prædicatur de territoriis, olim epiſcopis ſubiectis, hodie vero ducibus vel principibus attributis, vocanturque ſeculariſirte Stifter. Bona, quæ vſibus ſacris proprie deſtinata erant, ſuam priſtinam qualitatem retinuerunt, ſed territorium, quod antea paruit *eccleſiaſtico* principi, nunc *ſecularis* principis ſceptra colit, vocatur ein Hertzogthum oder Fürſtenthum. Sed de hac materia *ad tit. XIII.* propria agendi ſedes erit.

Ratio, cur totum territorium prælatorum ad bona eccleſiaſtica referatur.

§. CXXVIII. Videndum paucis de *diuerſis horum bonorum iuribus* per pacem Weſtphalicam conſtitutis. *Prima* diuerſitas apparet in ipſo *anno decretorio*. Multa erant mutata in eccleſiaſticis, durantibus turbis Germaniæ, per tricennale bellum obortis: reſtitutionem in priorem ſtatum læſi deſiderabant: alii poſſeſſa retinere, quam reddere malebant. Placuit tandem, certum terminum conſtituere, ſecundum cuius ſtatum omnia reſtituerentur in eccleſiaſticis, et quæ intuitu eorum in politicis mutata erant. Quoad *immediata* bona eccleſiaſtica placuit *dies prima Ianuarii* a. 1624. iuxta computationem calendarii noui, ita vt non ſufficiat, quacunque anni parte poſſediſſe, ſed præcise huius *diei critici poſſeſſio, obſeruantia et vſus* attendi debeat. Secundum hunc terminum *reſtitutio fieri debuit omnium electorum, principum et ſtatuum vtriusque religionis, comprehenſa libera imperii nobilitate, vt et communitatibus et pagis immediatis, caſſatis omnibus decretis, pactis et transactionibus*. Hæc *generalis* regula eſt, in *art. V. §. 2.* conſtituta, in §. *ſqq.* ſpeciatim ad *ciuitates immediatas* vtrique religioni addictas, cum variis declarationibus extenſa, et §. 14. bonis eccleſiaſticis immediatis, *quocunque nomine ſignatis, ſeu in vrbibus,*

Diuerſitas horum bonorum occurrit in anno decretorio.

In immediatis terminus eſt dies prima Ianuar. anni 1624.

Digitized by Google

ſeu ruri ſitis, applicata, vt ſtatus, ſeu catholici ſeu Auguſtanæ confeſſionis, qui *die 1. Ian. anni 1624.* in *reali* eorum *poſſeſſione* fuerunt, *tranquille et imperturbate poſſideant, neutrique parti liceat alteri, ſeu in iudicio, ſeu extra, negotium faceſſere, multo minus turbas aut impedimentum aliquod inferre*, adeo, vt ſi de religionis diſſidiis amicabiliter conueniri non poſſit, nihilominus hæc conuentio perpetua eſſe debeat. Declaratur adhuc hæc regula per varias obſeruationes in §. *15. ſqq.* quas conuenientibus locis iam adduximus.

Ratio computandi annum criticum in mediatis.

§. CXXIX. *Mediata* vel poſſeſſa ſunt a ſtatibus *immediatis* vel a *ſubditis*. *Illa* itidem eundem terminum criticum acceperunt, in *art. V.* §. *25.* quocunque ea nomine appellata fuerint, quatenus eorum poſſeſſores fuere *ſtatus* euangelici vel catholici, non attenta exceptione, quod non de vel in territorio fuerint, *ita vt A. C. addicti, ab omni executione iuris et facti perpetuo tuti ſint*, quod fuſe controuerſia de monaſterio Falckenhagenſi illuſtrat AVCTOR *meditat. ad I. P. cit. l. p. 347. ſqq.* Quæ poſſeſſa ſunt a *ſubditis*, ſtatibus imperii immediatis, ſiue eccleſiaſticis, ſiue ſecularibus ſubiectis, illis in *art. V.* §. *31.* ſimpliciter annus 1624. præfixus eſt, vt *quacunque anni parte*, ſiue certo pacto aut priuilegio, ſiue longo vſu, aut ſola denique obſeruantia dicti anni habuerunt, retineant etiam in poſterum. Non de *ſolo religionis exercitio*, ſed etiam de *bonis eccleſiaſticis* in *cit.* §. *31.* diſponi, docent verba circa finem: *Nec minus maneant in poſſeſſione omnium dicto tempore in poteſtate eorundem conſtitutorum templorum, fundationum.* Hoc in §. *ſqq.* varie declaratur, et in §. 33. notanter additur, quod *obſeruantia dicti anni vnice pro regula obtinere debeat.* Qui *ſubditorum* nomine intelligendi, itidem declaratur in *I. P. art. V.* §. *30. et 31.* ſcilicet *comites, barones, nobiles, vaſalli, landſaſſi, prælati, abbates, præpoſiti, capitulares, canonici, collegia, commendatores, baliuii, ſodalitia, communitates, ciuitates, incolæ*, imo *proprii* etiam *homines. art. V.* §. *37.*

Rurſus differunt quoad ius primariarum precum et iurium papalium,

§. CXXX. *Altera* differentia eſt quoad ius *primariarum precum.* In *immediatis* Cæſari hoc ius indiſtincte conſeruatum eſt, *art. V.* §. *18.* in *mediatis* vero non aliter, quam quatenus *die 1 Ian. 1624.* in illis ius hoc exercuit, per *art. V.* § *26. Tertia* eſt ratione *iurium papalium.* Nam in bonis *immediatis mixtis* papa in menſibus papalibus ius conferendi exercet, ſi decedentes canonici vel capitulares ex numero catholicorum definito fuerint, iique dicto tempore in vſu fuerint. *art. V* §. *20.* Sed in *mediatis* A. C. addictorum ſtatuum, prorſus omne ius pontifici ademtum,

Digitized by Google

tum, si vel maxime catholici fuerint. *art. V. §. 48.* *Quarta* ratione *iuris circa sacra*, quod nec papa, cuius potestas intuitu *protestantium* est suspensa, nec imperator, qui nec ante illud exercuit, in *immediata* exercet, quæ proinde prorsus libera sunt, excepto iure primariarum precum, et iurisdictione cæsarea, per *art. V. §. 54.* Verum *mediata* subsunt *iuri reformandi* aliisque statuum dispositionibus, quatenus per I. P. haud sunt restricta, *art. V. §. 30. seq.* quod supra variis exemplis declaratum. Sic electi prælati A. C. nulla indigent confirmatione, bene tamen mediati. *art. V. §. 21.* Principes euangelici exercent *ius deuolutionis* in bona mediata: de cæsare dubitatur, vti dixi in *tit. de supplend. neglig. prælat. §. X. p. 415.* *Quinta* concernit *ius capitulorum.* Hæc enim, sede vacante, iure suffragii et sessionis in comitiis imperii gaudent, *art. V. §. 21.* non capitula mediata, quæ sub principibus secularibus sunt, vbi sedes nunquam vacat. et ratione iuris circa sacra. vt et capitulorum.

§. CXXXI. Liquet ex hactenus dictis, terminum hunc criticum primario constitutum fuisse inter eos, qui sunt diuersæ religionis h. e. inter *protestantes* et *catholicos.* Grauior quæstio est: *an eadem dispositio quoque applicari debeat ad status eiusdem religionis, maxime circa reditus bonorum ecclesiasticorum ex alieno territorio debitos?* Quæstio hæc acriter ventilata est in causa Francofurti ad Mœnum contra comitem Hanouiensem; huius defensionem suscepit IO. HIERONYMVS FELIX CRANZIVS diss. anno 1685. habita *de eo, quod circa reditus bonorum ecclesiasticorum ex alieno territorio debitos, in imperio inter status hodie iuris est.* Huic se opposuit anno 1687. et causam Francofurtanam egit ANONYMVS in *disquisitione publica de bonis ecclesiasticis, eorumque ex alieno territorio debitis reditibus, inter protestantes imperii status controuersis.* Cum enim seculo XVI. consules, senatusque Francofurtensis, monasterium in vrbe situm, zur weissen Frauen, reformassent, et reditus ad illud pertinentes fisco applicuissent, status quidam, ex quorum territoriis reditus huic monasterio debebantur, et inter eos quoque comes Hanouiensis, idem circa reditus prædictos fecerunt. Hisce ausibus se acriter opposuere Francofurtenses, lite desuper a. 1594. in camera mota, et an. 1678. reassumta, in qua primario disputatum fuit, *vtrum terminus anni decretorii quoque ad hunc applicari possit casum?* Hanouienses se fundabant in *I. P. art. V. §. 25.* et inprimis §. 47. vbi dicitur: *reditus etiam nec non decimæ, canones et pensiones A. C. statibus, fundationibus tam destructis et collapsis, ex alienis territoriis debitæ, iis exsoluantur, qui a. 1624. d. 1. Ian. in possessione perceptionis vel quasi fuerunt.* Allegabant, hanc dispositionem esse generalem, et termi- An terminus anni decretorii quoque obtineat inter status eiusdem religionis quoad bona ecclesiastica?

Digitized by Google

num hunc quoque inter proteſtantes obſeruandum eſſe, ideo inter pacíſcentes conſtitutum, vt ex poſſeſſione huius *anni decretorii* omnes lites de *bonis eccleſiaſticis* ſopirentur. Francofurtenſes vero, meo iudicio, recte regeſſerunt, diſpoſitionem adductam *inſtrum. pacis* ad hunc caſum, quo inter vtrinque proteſtantes de bonis eccleſiaſticis et reditibus, ex territorio alieno debitis, agitur, haud pertinere: deciſas tantum in *art. V.* fuiſſe lites et grauamina, quæ inter *vtriusque religionis*, non *eiusdem* conſortes olim vertebantur, per *art. V. §. 1.* his vnice *terminum decretorium* datum fuiſſe, nec transactiones vltra litis ambitum extendendas eſſe: ſpeciatim rem liquidam eſſe ex *art. V. §. 46.* vbi diſertis verbis ſtatus genuinus controuerſiæ, tunc deciſæ, formatus eſt: eodem modo intelligendum eſſe §. 47. nec aliter intelligi poſſe, quod toto illo *art. V.* agatur de reſtitutione ex *capite grauaminum*, quæ tantum proteſtantes et catholicos inter ſe concernebant: hiſtoriam quoque *transactionis* oſtendere, grauamina a catholicis contra proteſtantes, et ab his contra catholicos mediatoribus exhibita, ſuper his diſputatum, et ſic hæc quoque *vnicum* et *adæquatum transactionis obiectum* fuiſſe: ſæpius hunc in finem addi hanc clauſulam: *donec per DEI gratiam de religione ipſa conuenerit*, quæ indicium præbet, ſolum de controuerſiis, inter *catholicos* et *proteſtantes* ventilatis, cogitatum, transactum et diſpoſitum fuiſſe: clariſſime hunc caſum exceptum eſſe in *art. V. §. 31.* quo diſpoſitum eſt, *terminum anni 1624. nullum praiudicium iis creare debere, qui ex capite amneſtiæ aut ALIVNDE reſtituendi veniunt*: hunc in finem quoque *art. V. §. 56.* cautum fuiſſe, vt in cauſa dubiæ interpretationis circa cauſas eccleſiaſticas, vtriusque religionis aſſeſſores pares numero aſſumi debeant etc. Conf. SCHILTER. *de termino reſtitut. bonor. eccleſ. §. 6. ſeqq.*

(XIII.)

De beneficiis titulatis et commendatis.

Porro beneficia ſunt vel titulata vel commendata. Titulus quid?

§. CXXXII. Præterea beneficia (III) ſunt vel *titulata* vel *fiduciaria* ſeu *commendata*, quæ etiam *commendæ* dici ſolent. *Titulata* dicuntur, quæ *clericus* vi *officii ſacri*, cui perpetuo iure deſtinata ſunt, poſſidet, et ſic *ſuo iure* percipit propter *officium ſacrum*, ad quod *ordinatus* eſt. Deſumta eſt hæc appellatio ex antiquo more Romano, quo *ſepulcris et monumentis* inſcribebant *titulos*, vt ex antiquitatibus plenius illuſtrat IACOBVS GVTHERIVS *de iure manium lib. II. c. 26.* Hunc morem forſan imitati ſunt Chri-

Digitized by Google

Christiani, ædes sacras super tumulis martyrum exstruentes, easque *titulis eorum* decorantes. Adhuc sub flagrantibus persecutionibus iis in more positum fuit, in *cœmeteriis*, quæ erant sepulcra martyrum, conuentus agere, quod, pace iis reddita, retinendum esse censuere, exstructis super tumulis martyrum ædibus, cum horum *titulis*. Testis est PRVDENTIVS *peristeph. hymn. 2.* ita canens:

Innumeros cineres sanctorum Romula in vrbe
Vidimus, o Christo Valeriane sacer.
Incisos tumulis titulos, et singula quæris
Nomina? Difficile est, vt replicare queam.
Plurima litterulis signata sepulcra loquuntur,
Martyris aut nomen, aut epigramma aliquod.

Præterea quoque domini prædiis suis *titulos* et nomina sua præfigebant, vt de domino eorum publice constaret, vt docet *tit. C. de his, qui potentiorum nomine titulos prædiis affigunt, vel eorum nomina in litem prætendunt*, vbi damnatur abusus eorum, qui *titulos potentiorum* ædibus suis præfigebant, vt aduersarios deterrerent, quo minus eos ædium nomine in ius vocarent. Alludit ad hunc morem AVGVSTINVS *in enarr. Ps. XXI.* et, *diuidis*, ait, *vnitatem, possessiones tuas quæris: et quare habent NOMEN CHRISTI? Quid ad defensionem possessionis tuæ TITVLOS CHRISTI posuisti? Nonne hoc faciunt in domo sua, ne domum ipsius inuadat aliquis potens? ponit ibi TITVLOS potentis, TITVLOS mendacis ipse vult esse possessor, frontem domus suæ DE TITVLO ALIENO muniri: vt cum TITVLVS lectus fuerit, conterritus quis potentia nominis abstineat se ab inuasione.* Et rursus IDEM *cit. l. Videte, fratres, quando aliquis potens inuenerit TITVLOS suos, nonne iure rem sibi vendicat, et dicit, non poneret TITVLOS MEOS, nisi res mea esset, TITVLOS MEOS posuit, mea res est: vbi NOMEN meum inuenio, meum est.* Locum hunc duplicem debeo doctissimo IACOBO GOTHOFREDO *in comment. ad l. vn. C. Theod. de his, qui potent. nom. in litem prat.* vbi hanc antiquitatem egregie declarat. Conf. IO. DARTIS *in comm. ad dist. 70.* BARON. *in annal. ad ann. 112. n. 4. 5. 6.* Ex titulis præfixis ergo constabat de domino, de possessore, et sic prædia ipsa *ad titulum* alicuius spectare dicebantur. Eodem sensu postea ecclesia, ad quam quis ordinatus erat, *titulus* eius dicebatur, tum quod *titulus sancti* vel *martyris* ei appositus, tum etiam quod hæc illius, qui ad eam ordinatus erat, esse vide-

videretur, non quidem *plena proprietate*, iure tamen ſimili proprietatis, poſtquam *vi officii* eam regebat, et abuſiue *ſuam* eſſe dicebat, quemadmodum olim magiſtratus *iurisdictionem* habere *ſuo iure* dicebantur, quam *vi officii* exercebant. Extenſa poſtea eſt hæc denominatio ad *bona eccleſiaſtica*, eccleſiæ vel *officio* deſtinata, quæ itidem *ſuo iure*, ſeu *vi officii*, non *adminiſtratorio* ſeu *alieno nomine* poſſidebat. Quid ergo eſt, *neminem ſine titulo eſſe ordinandum*, aliud, quam ſine *eccleſia* certa nemini ordines eſſe conferendos? Hæc ſententia vetuſtati conformis eſt, non recentiori philoſophiæ, ſecundum qnam per *titulum* intelligunt ſufficiens medium ſe alendi. ALEXANDER III. in *c. 4. X. h. t.* conſtituit, ne epiſcopus aliquem ordinet *ſine certo titulo, de quo neceſſaria vitæ percipiat*, h. e. vel ſine certo beneficio, vel ſine ſufficiente patrimonio, vnde ſe ſuſtentare poſſit, quod a praxi primitiua recedit, et hoc tempore natum fuiſſe videtur, obſeruante NATALI ALEXANDRO *in diſſert. hiſtor. eccleſ.* ſeculo *XI.* et *XII. c. 7. art. 6.*

Quæ bona titulata?

Quo tempore tituli appellatio eccleſiis tributa?

§. CXXXIII. Ante ſeculum IV, pace externa eccleſiis nondum reddita, *tituli* denominatio vix *eccleſiis* tributa eſt. Quæ loca ex pontificum Romanorum ſcriptis adferuntur, PSEVDO-ISIDORO debentur, nec locus ex IGNATII epiſtolis genuinus eſt, ſed vel mentio *tituli* eius falſitatem arguit, obſeruante SAMVELE BASNAGIO *in annal. tom. II. ad ann. CXI. §. 2. ſqq.* Seculo IV. iam mentio eius occurrit in epiſt. I. INNOCENTII I. *c. 5.* ſcribentis: *De fermento vero, quod die dominica per TITVLOS mittimus, ſuperflue nos conſulere voluiſti.* Ex hoc tempore iam *eccleſiæ parochiales* conſtitutæ, quos *titulos* more Romano vocabant, quod eſſent minora ædificia, forſan *titulo martyris*, *crucis* vel alio inſigni munita, vt ab aliis diſtingui poſſent. Vnde κατ' ἐξοχὴν *eccleſiæ parochiales* ſunt *tituli* vocatæ, quales olim erant eccleſiæ, quibus hodie cardinales Romæ præſunt, quæ adhuc *tituli* vocantur.

Titulatis eccleſiis oppoſitæ commendatæ.

§. CXXXIV. Opponebantur his *commendatæ*, quarum cura et præfectura *ad breue tempus* alicui commendabatur. Sæpe eueniebat, vt vacanti eccleſiæ vel ob calamitates publicas, vel ob alia impedimenta, non ſtatim *proprius* præfici poſſet *paſtor*, quo caſu vicinis interim cura eius commendabatur, qui *fiduciarii* interim vacantis eccleſiæ *paſtores* erant. Nec hæc *fiducia* erat gratuita, ſed commendatariis, pro cura interim ſubeunda, ex reditibus vacantis eccleſiæ aliquid præſtabatur, quod pluribus illuſtrat THOMASSINVS *P. II. de vet. et nou eccleſ. diſcipl. lib 3. c. 10.* Ex accidente hoc caſu eueniebat, vt quis pluribus eſſet præfectus eccleſiis, quod alias canones reprobabant: nam vnam *titulatam* habebat iure *ordina-*

Digitized by Google

nationis, in qua pastor *ordinarius proprius et perpetuus* erat, alteram *commendatam*, iure *fiduciæ*, administratorio nomine, ad tempus, *c. 3. C. 21. q. 1.* quæ proinde adhuc *vacare* dicebatur, cum *proprio* destituta esset *pastore*, quo electo, *prouisio interimistica*, vt loquuntur, seu *administratio fiduciaria* cessabat. Nec tales *commendationes* hodie in nostris ecclesiis incognitæ sunt, sed maxime vsitatæ, vbi *vacat* ecclesia, vel pastor *suspenditur*, quibus casibus interim cura ecclesiæ huius vacantis commendatur vicinis.

§. CXXXV. Verum hunc morem optimum in *abusum* postea traxerunt episcopi aliique prælati, idque vnice egerunt, vt hoc sub fuco plura simul beneficia sine canonum transgressione, vt putabant, possidere possent. Non abhorrebat ab instituto veteris ecclesiæ, his, qui iam *titulatam*, h. e. *propriam*, habebant ecclesiam, alias adhuc ad tempus, necessitate ita ferente, commendare: nec raro etiam accidebat, vt fiduciariis ecclesiæ vacantes commendatæ vltra necessitatem relinquerentur, quia *commendæ* hæ erant lucrosæ; facillime ergo contingere poterat, vt hæ commendatæ ecclesiæ illis in prædam cederent. Accedebat præterea mos, etiam monasteria laicis commendandi, qui, cum abbates proprie esse non possent, nec tria vota facerent, *iure administrationis* monasteriis præerant, et illis commendari ea dicebantur, vt prouentus inde suos facerent. In quibus abbates electi erant, hi monasteria iure *tituli* seu *vi officii* possidebant: milites et laici tale ius sibi arrogare non poterant, ergo *commendarum* denominatio iis applicata est, vt tantum *administratores* esse viderentur, sed *in rem suam*, h. e. cum potestate percipiendi reditus, constituto priore, qui monachos regeret. Hæ *commendationes* potissimum fiebant ab imperatoribus; plura enim eo tempore monasteria *in mundio regis* seu *palatii*, h. e. in *regis collatione* erant, quæ vt plurimum laicis bene meritis iure *commendæ* conferebantur, obseruante STEPHANO BALVZIO *ad Seruatum Lupum epist. XII. p.* 343. et *epist. 32. p. 380.* LVDOVICVS pius *in capit. de anno 823. c. 8.* iniungit *abbatibus et* LAICIS, *vt in monasteriis, quæ ex sua largitate habent, episcoporum consilio peragant ea, quæ ad religionem canonicorum, monachorum, sanctimonialium pertinent.* Hæ commendationes *neglectæ disciplinæ* causa erant, cuius superficiariam curam laici abbates seu *commendatarii*, solis reditibus intenti, habuisse leguntur. Tempore CAROLI calui potissimum de *reformatione* cogitatum, et desideria plurimorum huc directa, vt vel *commendationes monasteriorum* abolerentur, restituta monachis electione, vel ad minimum ea episcopis commenda-

Commendæ in abusum tractæ, vt plura beneficia possidere liceret;

Vel vt laicis hoc titulo monasteria concederentur.

rentur, et laicis, soli lucro inhiantibus, auferrentur. Patres in concilio apud *Theodonis-Villam c. 5.* dissimulanda quidem nonnulla arbitrantur; sed hoc tamen temperamentum adhibendum censent: *Et ideo de canonicorum monasteriis et sanctimonialium, quæ sub eadem forma viuere dicuntur, considerauimus, sicut apostolus dicit: secundum indulgentiam, non secundum imperium, vt, si propter imminentem reipubl. necessitatem laicis* INTERIM COMMITTVNTVR, *episcopi prouidentia, in cuius parochia consistunt, adiuncto sibi aliquo abbate viro religioso, studeatur, qualiter restauratio locorum, et studium ac custodia officii religionis atque subsidium temporalis necessitatis in iisdem locis degentibus adhibeatur et ministretur.* Putant patres, (1) tales *commissiones* et *commendationes interim* faciendas vnice intuitu necessitatis reipublicæ: (2) episcopi prouidentia monasteria gubernanda esse, et hoc ipsum quidem (3) sola indulgentia. In id ergo potissimum incubuerunt patres, vt tales commendationes paulatim prorsus eradicarentur, quod pluribus docet NATALIS ALEXANDER *ad sec. IX. et X. c. 5. art. 5. §. n.* vel vbi id impetrari non posset, vt ad minimum *episcopis* monasteria commendarentur, quorum cura et prouidentia magis salutaris, quam laicorum, credebatur.

Seculo XIII. commendarum vsus altiores egit radices.

§. CXXXVI. Hac ratione non defiit *commendarum* praxis, quandoque ad tempus remissa, mox tamen restituta, si aliqua probabilis causa eam efflagitaret. Seculo XIII. in grauiorem abusum iam modus *commendandi* beneficia transierat, quem acriter perstringunt, simulque optime depingunt patres in *concilio Salmurienſi anni 1235. c. 28.* aientes: *nonnulli episcopi et alii prælati, propriis lucris et commodis suorum inhiantes, ecclesias parochiales, quæ proprios possunt habere sacerdotes, clericis et aliis personis ecclesiasticis, habentibus alias ecclesias parochiales, vel competenter beneficiatis, vt possint eos pluribus onerare beneficiis, commendant vnam vel duas ecclesias parochiales, in animarum suarum periculum et scandalum plurimorum, vt sic habeant* COMMENDATAS, *quas secundum canones non possunt habere* INTITVLATAS, *quod fieri de cetero prohibemus.* In hoc canone, quasi in breui tabella, totam imaginem commendarum, quæ hodie adhuc ex fece antiquorum temporum superfunt, complexi sunt Salmurienses, quas tamen vix coercuere. Multum earum vsum promouit paparum indulgentia, nec negare potuit CLEMENS V. se *anno 1306.* in introitu sui regiminis plus iusto indulgentiorem fuisse. Testis est ipsa eius decretalis, relata in *c. 2. extrau. comm. h. t.* qua docet, se liberalem fuisse *ex assueta Romanorum pontificum liberalitate, quam in suis exercere sunt soliti nouitatibus.* Addit: *volentes honoris et liberalitatis af-*

Promotus per paparum indulgentias.

flu-

fluentia complacere, ad eorum importunas tamen et multiplicatas precum inſtantias, nonnullis clericis et perſonis eccleſiaſticis religioſis et ſecularibus diverſorum ordinum, dignitatis, conditionis et ſtatuum, patriarchales, archiepiſcopales, et epiſcopales eccleſias ac monaſteria diſtincta paſtoribus ſub COMMENDAE *vel* CVSTODIAE, *ſeu* CVRAE *vel* GVARDIAE *aut* ADMINISTRATIONIS *titulo nomineue notabili duximus perpetuo, ad vitam ſeu ad certi temporis ſpatium committenda, ſuper his, an tales videlicet tantasque gratias per nos fieri decuiſſet variorum arduorum negotiorum multiplicitate diſtracti, vsque ad tempus, quo infirmitate ſatis periculoſa nos his diebus viſitauit omnipotens, nequiuimus cogitare plenarie.*

§. CXXXVII. Aperit CLEMENS ingenue fraudes et fucos, quibus prouiſis noua beneficia contra canones a ſe indulta fuerint, ſub prætextu ſcilicet *cuſtodiæ* vel *adminiſtrationis*, quæ *proprium* paſtorem tamen, non *mercenarium cuſtodem* aut *procuratorem* deſiderabant; addit, in extrema debilitate conſtitutum ſe ad ſaniorem rediiſſe mentem, illasque *commendas* reuocandas eſſe cenſuiſſe, *quod eccleſiarum et monaſteriorum cura negligatur, bona et iura diſſipentur ipſorum, ac ſubiectis eis perſonis et populis ſpiritualiter plurimum et temporaliter derogetur, eisque redsendent ad noxam, quæ dicebantur cedere ad profectum.* Sic ſero ſapiunt Phryges, et vtinam ſucceſſores eius ad ſaniorem et clementiorem cum CLEMENTE rediiſſent mentem! Sed talis reformatio non ſperanda erat a IOANNE XXII. et BENEDICTO XII. ſucceſſoribus, qui moribus ſuis longe aliud præ ſe ferebant, et tot commendarum conceſſione fauorem magnatum aucupabantur, quem morem etiam reliqui pontifices retinuerunt, cum mala, quæ altas radices egerunt, difficulter eradicari poſſint. Fruſtra a Clemente V. prohibitus.

§. CXXXVIII. Non defuere, qui in concilio Tridentino *commendas* reuocandas eſſe cenſerent. Agnoſcebant plurimi eo tempore abuſum commendarum, a priſca praxi longe recedentem, inter quos quoque erat FRANCISCVS DVARRENVS *de SS eccleſ. miniſt. lib. V. c. 7.* quem tractatum anno 1550. edidit. Hic feliciſſime detegebat fucum, et, *priſcis*, aiebat, *temporibus cum eccleſiæ vacanti paſtor idoneus ſtatim præfici non poterat, interim vt ea euitarentur mala, atque incommoda, quæ vt plurimum ἀναρχίαν parit, ſolebat eccleſia vacans probo alicui viro commendari et committi, qui tanquam tutor quiſpiam aut procurator bona fide actus ſui rationem redderet. Hic enim paſtor eccleſiæ non erat, et ad tempus ſolum conſtituebatur. c. conſtitutum. C. 79. q. 1. Itaque poterat et alterius eccleſiæ miniſtro hæc curatio adminiſtratioque mandari: non enim contra ea-* Detectus eſt fucus commendarum in concilio Tridentino.

Digitized by Google

nones pontificios duabus eccleſiis præfici videbatur, aut ab vna ad aliam transferri, cum vnius eccleſiæ PASTOR PERPETVVS, *alterius vero* CVSTOS TEMPORARIVS *eſſet. Sed nec illa inquiſitio vsquequaque adhibebatur, quam in promotione paſtorum miniſtrorumue neceſſariam eſſe duximus. Proinde ei, qui monachus non erat, ſiue regularis, vt vulgo loquuntur, monaſterium poterat commendari, donec aliquis ex ſodalibus hæteriarcha electus creatusque eſſet. Verum res longe vtiliſſima et ad conſulendum eccleſiis vacantibus inuenta vt excogitata, tandem in ipſarum perniciem peſtemque mirabiliter conuerſa eſt. Nam quibus per canones non licet præfici eccleſiis aut monaſteriis, moribus comparatum eſt, vt eisdem eccleſiæ vel monaſteria in perpetuum et quamdiu viuunt, commendentur. Atque ita concipitur huius commendationis formula in diplomatibus pontificiis, vt libera non ſolum diſpenſatio rerum, ſed etiam conſumtio atque diſſipatio ipſis permiſſa intelligatur. Et ſane mirum eſt, homines ingenioſos, qui fucum hunc commenti ſunt, tantæ corruptelæ non alium colorem quæſiſſe, ne tam aperte deſpici canones et palam ludibrio haberi viderentur. Quaſi vero conſilium eorum non cuiuis notum perſpectumque ſit, qui hac arte corruptelam maximam tueri et adumbrare conantur, qui verbis decoris obuoluunt vitium, et vt* ARISTOPHANES *ait, ὀνόμασι περιπετάσαι τὴν μοχθηρίαν. Itaque etſi vetus nomen adhuc remanſerit, et commendatio dicatur hoc beneficii acquirendi genus, quod latine et proprie* FIDVCIAM *appellari poſſe crediderim, tamen res ſic immutata ac deleta eſt, vt priſcæ illius fiduciæ, de qua iam diximus, vix imago quædam vmbraue ſuperſit.* Aliorum teſtimonia, quibus eadem impoſtura improbata eſt, non addam, et quamuis patres concilii Tridentini eam agnouerint, non potuit tamen vſus *commendarum* prorſus ſupprimi, *ob duram*, vt patres *ſeſſ. XXV. de regular. c. 21.* aiunt, *difficilemque temporum præſentium conditionem;* adeoque non mirandum eſt, hodie adhuc tot *beneficia commendata*, quæ *iure adminiſtratorio* teneri dicuntur, ſupereſſe, et beneficiis principalibus nexu quodam indiſſolubili cohærere.

Sed non emendatus.

Commendæ propriæ.

§. CXXXIX. Liquet ex hactenus dictis, *commendas* eſſe duplices, *proprias* et *improprias.* PROPRIAE dicuntur, quæ, quamdiu, neceſſitate ita ferente, vacat eccleſia vel *ſuſpenſione*, vel *morte*, vel *alia ratione*, ad tempus alicui conceduntur. Atque hæ neceſſariæ, praxi primitiuæ eccleſiæ conuenientes, nec nobis incognitæ ſunt.

Impropriæ.

IMPROPRIAE dicuntur, quando *in perpetuum*, ſeu *ad vitam* alicui beneficia eccleſiaſtica conceduntur, et quidem *commendationis titulo*, vel (α) *ob inhabilitatem perſonæ*, qua impeditur *officium monaſticum* vel *eccleſiaſticum*

rum gerere, quales ſunt milites reliquique laici: vel (β) *ob impedimentum canonicum*, quod pluralitati beneficiorum reſiſtit. Vtrique inuolucro *commendationis* remedium adferri poſſe cenſuerunt. Quid enim aliud eſt *commendare*, quam *deponere?* dixerunt veteres ICti in *l. 24. D. depoſ. et l. 186. de V. S.* Quod ergo *commendatum*, quod *depoſitum* eſt, non eſt *depoſitarii*, ſed *curæ et cuſtodiæ* eius tantum eſt commiſſum. Hoc, qui bonis eccleſiaſticis inhiabant, in vſus ſuos traxerunt, et tantum *commendari* ſibi, vel *ſuæ cuſtodiæ committi*, petierunt monaſteria vel alia beneficia, quæ *directo* iis conferri non poterant, quamuis non *nudam cuſtodiam* poſtularent, ſed *qualificatam, ſingularem* et talem, ſub qua reditus eccleſiaſticos percipere poſſent. Allegabant milites aliique laici, ſe quidem ob *ſtatum* inhabiles eſſe ad *officium abbatis* gerendum, non tamen inhabiles ad *cuſtodiam* et *adminiſtrationem* monaſterii. Allegabant epiſcopi aliique clerici, ſe quidem *plura beneficia* habere non poſſe, non tamen per canones impediri, præter *titulatam* eccleſiam plura beneficia *adminiſtratorio nomine* poſſidere, vel, vt ait pontifex in *c. 54. X. de elect. vnam intitulatam et alteram commendatam habere.*

§. CXL. Hac aſſutia, retentis verbis, mentem canonum circumvenerunt. Omnes facile largiuntur, *commendata* beneficia ad vitam a *titulatis* non *re*, ſed *ſono nominis* tantum differre, nec in effectu iuris beneficium *titulatum* et *commendam* diſtingui, adeo, vt *commendatarius perpetuus* idem prorſus ius, quod alius beneficiatus, habeat, vid. CORVINVS *de perſon. et beneſic. eccleſ. P. II. lib. 5. tit. 11. n. 17. ſqq.* FABER *in Cod. lib. 1. tit 3, def. 34. n. 1.* HIERON. A COSTA *dans l'hiſtoire de l'origine et du progres des reuenuës eccleſiaſtiques p. 202. ſqq.* Dn. COCCEIVS *de titulorum et commendar. conuenientia §. 24. ſqq.* ESPENIVS *P. II. iur. eccleſ. tit. 20. c. 2. §. 19.* BARBOSA *de offic. et poteſt. epiſcopi P. III. alleg. 59 n. 2. ſqq.* ASCANIVS TAMBVRINVS *de iur. abbat. tom. I. diſp. IV. q. 5. n. 4. ſeqq.* In paucis ſupereſt differentia (I) *ratione conceſſionis*: titulata beneficia quilibet *ordinarius* confert, non commendata. Diſerte in *c. 11. de elect in 6.* cautum, *vt nemo deinceps parœcialem eccleſiam alicui non conſtituto in ætate legitima et ſacerdotio commendare præſumat: nec tali etiam niſi vnam, et euidenti neceſſitate vel vtilitate ipſius eccleſiæ ſuadente. Huiusmodi autem commendam*, pergit pontifex, *vitetactam, declaramus vltra ſemeſtris temporis ſpatium non durare, ſtatuentes, quicquid ſecus de commendis eccleſiarum parœcialium actum fuerit, eſſe irritum ipſo iure.* Epiſcopi ergo tantum ad ſex menſes eccleſias commendare poſſunt, et quidem neceſſitate ita ferente, non *in per-*

Sed commendæ perpetuæ a titulis tantum ſono nominis differunt.

Differentia tamen eſt (I) ratione collationis.

Solus pontifex commendas perpetuas concedit.

Digitized by Google

perpetuum seu *ad vitam alicuius.* BARBOSA *cit. l. n. 6.* Soli pontifici hæc prærogatiua relicta est, vt beneficia *in perpetuum* commendare possit, quippe quod *per viam dispensationis* fit. TAMBVRINVS *cit. l. quæst. 3. n. 1. sqq.* CORVINVS *cit. l. n. 14.*

(II) Ratione habilitatis.

(II) *Ratione habilitatis.* Sunt beneficia *regularia*, quæ tantum pro *canonicis regularibus* fundata sunt, quæ tamen *secularibus clericis* iure *commendæ* concedi possunt. Cur? quia, aiunt, commendatarius non est beneficii *proprius possessor*, sed *custos* tantum, *procurator, administrator.* Hoc sub fuco olim etiam *laici* possidebant monasteria. BARBOSA *cit. l. n. 16. 17.* Cardinalis DE LVCA *tom. III. miscellan. eccles. disc. 54. n. 12. sqq.* et *infantes* etiam hoc titulo vt *commendatarii* a papa recipiuntur. COSTA *cit. l. p. 205.* Quæ itaque ecclesiæ ob defectum quendam obtineri non possunt in *titulum*, vt loquuntur, obtineri possunt iure *commendæ*, vt non diffitetur LVCA *cit. l. n. 23.*

(III) Ratione residentiæ.

(III) *Ratione residentiæ*: qui præter *titulatum* beneficium *commendas* habet, in his ad residentiam ordinariam non adstringitur, in quibus vicarios suos habet. BARBOSA *de offic. et potest. episc. P. III. alleg. 53. n. 112.*

(IV) Ratione vacantiæ.

(IV) Beneficia in *titulum* concessa *vacare* non dicuntur, bene tamen *commendata.* Verum hæc differentia inanis est; neque enim interim, quamdiu commendatarius viuit, alteri conferuntur, et sic in effectu non vacant.

(XIV.)

De commendaturis militaribus.

Sunt etiam commendæ militares, ex prisco more denominatæ.

§. CXLI. Sunt adhuc aliæ *commendæ ordinum militarium*, quæ adhuc magis *beneficia titulata*, quam de quibus hactenus dictum est, dici merentur. Fit earum mentio in *I. P. art. V. §. 14. et 25.* et inter *bona ecclesiastica immediata et mediata* referuntur. Ratio denominationis ex prisco ecclesiæ more sine dubio petenda est. Per plura secula, imo adhuc eo tempore, quo *ordines militares* inualuerunt, beneficia et monasteria militibus iure *commendæ* passim data fuisse, docet THOMASSINVS *P. II. de nou. et vet. eccles. discipl. lib. 3. c. 21.* Quamuis vero *ordines Ioannitieus et Teutonicus* ab initio mere *monastici* essent, mox tamen, ad formam *Templariorum* effigiati, a prisca disciplina discessere, et *militiæ* operam dederunt, quo facto iure *tituli* beneficia ecclesiastica possidere non poterant, vel ad minimum id in dubium vocabatur.

Quod milites magis laici viderentur.

Magis videbantur adhuc *laici* esse, quam *clerici*, cum nec monachis, nec clericis concessum sit, sanguinem fundere, aut signa inferre. Postquam vero in vsum fratrum tot latifundia, prædia, aliaque bona essent constituta, quæ *causam piam* pro scopo habere credebantur, nomen *commendarum* induerunt, quod iis hæc ob *militiam* iure *tituli*,

tuli, vt loquuntur, conferri non poſſent: interim tamen receptum eſſet, *commendationis* iure monaſteria *laicis* et ſpeciatim *militibus* conferre. Maluerunt itaque, ſibi bona hæc *commendari*, tanquam *adminiſtratoribus*, ad rationes reddendas tamen haud obnoxiis, quam *directo* conferri. En fucum rabuliſticum! Conf. HIERON. A COSTA *in hiſtor. de orig. et prog. reditt. eccleſ. p. 294.* Errarunt proinde imperii ordines, qui *in centum grauamin. oratori pontificio in comit. Noriberg. oblatis art. 38.* crediderunt, non *commendas* aut *commendaturas*, ſed *commeaturas* dici debere a *commeatu*, quæ ratio denominationis a diſciplina primæua eccleſiaſtica aliena eſt.

§. CXLII. Vt de ratione harum *commendarum* eo rectius conſtet, præmittenda quædam ſunt de *inſtitutis*, *regimine*, *officialibus*, *et fratribus* horum ordinum, quibus *commendaturæ* debentur. Sunt hi ordines *militares*, militiam ſacram, vt loquuntur, ex inſtituto primordiali pro ſcopo habentes; nam in mera *vita monaſtica*, quæ ortum eis dedit, non diu ſubſtiterunt. Militia indiget duce ſummo, præfectis ſuperioris et inferioris ordinis, inſigni hominum multitudine, ordine, legibus, et reditibus. Sed etiam ſodalitia quæuis *ſacra* vel *eccleſiaſtica*, ad quæ etiam hos ordines referunt, regimine peculiari et ſtatutis conſtant. Hæc duplex ratio induxit ſodales, qui huic militiæ perpetuo fœdere ſeſe addixerunt, vt de idoneo regimine, legibus, aliisque ad eius conſeruationem neceſſariis inſtitutis mox eſſent ſolliciti, et, ſchema *monaſticæ vitæ* continuantes, aditum ad infinita bona acquirenda ſibi aperirent. Initia admodum rudia fuiſſe videntur, progreſſu temporis maioribus auxiliis aucta, et ita tandem perpolita, vt *rempublicam* quandam *nouam* conſtituerent in hierarchia. Ordinum militarium ratio et inſtituta. Progreſſu temporis aucta.

§. CXLIII. Ordinibus ſingulis præeſt *magnus ordinis magiſter*, nonnunquam etiam olim *præceptor* dictus, der Hochmeiſter, vnde etiam officium, bonaque ei attributa, das Hochmeiſterthum dici ſueuit. Sed hodie *præceptorum* appellatio nonnunquam, qui *prouinciis* præſunt, tribui ſolet, et officia horum cum emolumentis eis deſtinatis *præceptoriæ* dicuntur. CORVINVS *de perſon. et benefic. eccleſ P. II. lib. 5. tit. 11. n. 20.* Qui *ordini Teutonico* præeſt, ſpeciatim vocatur der Hoch- und Teutſchmeiſter, olim Marpurgi, hodie Mergentheimi ſedem habens. Eſt ſtatus imperii, votoque et ſeſſione in *ſeamno eccleſiaſtico* gaudet, et quidem immediate poſt archiepiſcopos, quibus æquiparari vult, quamuis olim non ſine epiſcoporum contradictione hunc locum tenuerit. vid. LVNDORPIVS *tom. IV. act. publ. lib. 4. c. 42. §. 5.* Qui ſub eo ſunt conſtituti, *præfectorum* ſeu officialium, vel *ſimplicium equitum* locum tenent. Inter illos olim præeminebant (1) *officiales curiæ principales.* Primus eſt *magnus commenda-* Præfectus ordinis. Ordinis Teutonici magiſter, magnus commendator,

Digitized by Google

dator, der Groß-Commenthur, vicarius magni magistri absentis, curam gerens thesauri, redituum, nauigationis et prouisionis militaris. Secundum locum tenet *supremus mareschallus*, der oberste Marschall, ducis belli prouinciam gerens sub auspicio et directione supremi ordinis magistri. Tertium locum occupat *supremus hospitalis praefectus*, der oberste Spittler. Ex instituto ordinis primæuo præcipua cura pauperum, afflictorum et valetudinariorum incumbebat ordini, in hospitalibus curandorum. Plura inde hospitalia condita: singulis præsunt die unter Spittler, omnibus der oberste Spittler, prouidens, ne indigentibus quid desit. Quartus est *drapierius*, der Drapierer, curam eorum gerens, quæ ad instruendam militiam spectabant. Vltimus erat *thesaurarius*, der Treßler oder Tresorier, sub cuius prouidentia erant reditus ordinis, res monetaria, et quæ ad prouisionem domus magni ordinis magistri erant. Singulis peculiares reditus assignati erant, quibus alebantur.

supremus mareschalus,

hospitalarius,

drapierius,

thesaurarius.

Baliuiæ ordinis Teutonici.

§. CXLIV. Postquam *ordo Teutonicus* per Germaniam longe lateque se extendit, et insignem bonorum copiam acquisiuit, certæ *prouinciæ* sunt constitutæ vel *præfecturæ*, quas *Baluuias*, die Baleyen, vocant. *Baiuli* enim idem quod *præfecti* et *administratores*. ANTON. MATTHAEI *de nobilit. lib. IV. c. 15. n. 1002. sq.* In *statutis et regul. hospitalis Hierosolym. tit. de verb. sign.* hæc leguntur: *Appellatione bailiorum, siue, vt dicimus, baiuliorum comprehenduntur baiuliui conuentuales et capitulares, priores et capellanus empostæ. Bailii autem antiqua Gallorum lingua dicebantur domorum aut aliorum prædiorum præfecti vel administratores, vnde commendæ a maioribus nostris dictæ sunt. Bailias enim Galli etiam nunc vocant prædiorum locationes vel ad certum tempus aut sub conditione concessiones.* Verba statuti adducit MATTHAEI *cit. l. p. 1004.* Baliuiæ huius ordinis sunt: *Lotharingia, Burgundia, Alsatia, Confluentes, Austria, Francenia, Tyrolum, Bissenum, Hassia, Vltraiectinum, Thuringia, Westphalia, et Saxonia.* His baliuiis seu prouinciis præsunt *commendatores prouinciales*, die Land-Commenthur, qui vices magni ordinis magistri in suis baliuiis gerunt.

Quibus præsunt commendatores prouinciales.

His subsunt commendatores simplices, die Comther, inter quos etiam *maior domus, seu procurator*, der Hauß-Comther. His assignatæ sunt *commendæ*, vt vocantur in *I. P. art. V. §. 14.* a prisco more appellatæ, vel *commendaturæ* a *commendando* dictæ, vtpote qui terminus rei militari proprius est, non a *commeatu*, vt *commeaturæ* dici debeant, vt supra iam notaui. Olim etiam ordo hic per Apuliam, Siciliam et reliquam Italiam baliuias habebat, quibus se spoliatos esse status conqueruntur in *art. 38, grauam. in comit. Norib. oratori pontif. oblatorum.* Atque has commendas,

by Google

das, ſiue *ſimplices* ſiue *prouinciales* fuerint, poſſeſſoribus conferuntur, ad inſtar *beneficiorum eccleſiaſticorum*, quorum iura iis quoque applicantur.

§. CXLV. *Ordinis magiſter* eligitur a *prouincialibus* commendatoribus, qui *capitulum* conſtituunt, ſuntque magno magiſtro a conſiliis, ſicuti *capitulares* in epiſcopatibus epiſcopo a latere ſunt. Nec minus poteſtas *magni magiſtri* eſt reſtricta, ſicuti prælatorum, vt ſine conſenſu capituli ſui in cauſis *arduis et maioribus* nihil decernere poſſit. Ipſum capitulum eſt Mergentheimi in ſede magni magiſtri, ad quod prouinciales commendatores ſolennibus literis euocantur. Similiter *prouinciales commendatores* in ſuis baliuiis capitulum conſtituunt ex commendatoribus, et de bono ordinis deliberant: illis defunctis, ſucceſſor ex his eligitur, quandoque etiam *coadiutor*, viuente adhuc prouinciali, quod *inſtrumento ordinis* illuſtrat ANTONIVS MATTHAEI *cit. l. p. 1009.* qui confirmandus eſt a magno ordinis magiſtro. Præter qualitates, quæ ex ſtatuto ordinis in commendatoribus deſiderantur, hodie vigore *inſtrumenti pacis art. V. §. 14.* potiſſimum *religio*, vt in canonicatibus, deſideratur, vt non aliis *commendæ* conferantur, quam ei religioni addictis, qui anno 1624. in reali earum poſſeſſione fuerunt.

Electio ordinis magiſtri.

Prouinciales capitulum conſtituunt.

§. CXLVI. Equites ordini addicti, ſunt vel *clerici* vel *milites*: illi *fratres clerici* vocantur, qui ordines recipiunt, ſacris vacant, et ad horas canonicas adſtricti ſunt: hi *militiæ* operam dant, et loco horarum canonicarum certas preces quotidie fundunt, dicunturque *fratres militares*, ceu conſtat ex diplomate apud ANTON. MATTHAEI *cit. l. p. 994.* vbi pontifex hanc differentiam inter eos conſtituit: *ita tamen, quod in ſingulis ſecundis feriis fratres militares quinque* pater noſter, *et totidem* aue Maria; *presbyteri vero et clerici præfati ordinis pſalmum*: miſerere mei Deus, *cum*: de profundis, *dicere et exſoluere teneantur.* Habet ordo propria ſua templa, ſacra, et deuotionem, et ſic neceſſe fuit, vt proprio inſtructus eſſet ſacerdotio. Atque qui in tali ſacerdotio ſunt, *ſtricte* et *proprie* clerici vocantur, licet equites, ſeu *fratres militares* generaliori in ſignificatu etiam *eccleſiaſticum ſtatum*, vt monachi, vt religioſi, habeant, quem ipſis *tit. I. huius libri* aſſerui. Ritu ſolenni *inaugurabantur* olim equites, et hodie quoque interuentu ſacrorum recipiuntur. Olim inter alia conditio ordinis ex *ſtatutis* iis proponebatur, quæ *indigentiæ primæuæ* indicium præbet. Dicebant: Ob du meyneſt und glaubeſt in dieſen Orden einzuziehen, um eines guten, ſanften und gerubigen Lebens willen, des wirſt du höchlich betrogen: Denn in dieſem Orden iſt es dermaſſen gelegen und beſchaffen, wenn du zu Zeiten eſſen wolteſt, ſo muſt du faſten; wenn du faſten wolteſt,

Equites ordinis ſunt vel clerici, vel milites.

Ritu ſolenni inaugurantur.

Conditiones antiquæ duriores.

teſt, ſo muſt du eſſen; wenn du ſchlaffen wolteſt, ſo muſt du wachen; wenn du wachen wolteſt, ſo muſt du ſchlaffen, und wenn dir geboten wird, hieher oder dahin zu gehen und zu ſtehen, das dir nicht behagen würde, darwider muſt du nicht reden, und du ſolt dich deines eigenen Willens gantz und gar entſchlagen, und Vater, Mutter, Bruder, Schweſter, alter Freunde verzeihen, und dieſem Orden gehorſamer und getreuer ſeyn, denn ihnen. Dagegen gelobet dir unſer Orden nicht mehr denn Brodt und Waſſer und ein demüthiges Kleid, und magſt fürbaß nichts fordern. Wird es aber nach der Zeit beſſer mit uns, und wir etwas mehr erwerben, ſo wirſt du es gleich andern mit genieſſen, und hieran ſolt du dich begnügen laſſen. vid. Europäiſch. Herold *P. I. p.* 336.

Ordo Ioanniticus in octo linguas diuiditur,

§. CXLVII. Ordo *Ioanniticus* ſeu *Melitenſis* latius ſe extendit per totam fere Europam, atque bona per varia regna acquiſiuit. Ordo ſecundum antiquam diuiſionem diſtributus eſt in *octo nationes*, quas *linguas* vocant, vt plenius refert CHR. DE OSTERHAVSEN im Bericht von Johanniter-Orden zu Malta. Sub his linguis ſunt *prioratus*, *baliuiæ* et *commendæ*. PRIORATVVM denominatio ſine dubio tracta ex *diſciplina monaſtica*, ad quam ordo originarie compoſitus erat. Ea quippe fuit per plura ſecula nobiliorum monaſteriorum ratio, vt minores ſub ſe haberent colonias, quæ *cellæ*, *obedientiæ* vel *prioratus* vocabantur, a principali monaſterio dependentes. Conſtituti ſunt hi *prioratus* in locis, in quibus monaſteria prædia fundosque poſſidebant, quæ adminiſtrabantur a monachis in illo prioratu ſub directione *prioris*, vt plenius docet MABILLON. *in præfat. ad ſec. V. actor. Benedict.* §. 53. Ad hunc morem ſe conformaſſe videtur *ordo Ioanniticus*; poſtquam enim ei per Europam ingens bonorum cumulus accreuit, conſtituit varios prioratus, ſub cura et adminiſtratione *priorum*, quod hæc bona *ordini*, qui vnum quaſi corpus, per tot regna licet diffuſum, conſtituit, generatim ſint collata.

ſub his ſunt prioratus.

Linguæ recenſentur.

§. CXLVIII. *Prima* lingua *Prouincia* eſt, in qua ſunt prioratus Ægidii, Tholoſanus, et baliuia Menoaſſenſis. Ex hac lingua deſumitur *magnus commendator*, der Groß-Commenthur, præſes ærarii publici. *Secunda* denominatur ex *Aluernia*, in qua eſt prioratus Aluernienſis. et baliuia Lugdunenſis. Caput huius linguæ eſt *mareſchallus*, ducis belli prouinciam gerens. *Tertia Francia* audit, quæ continet prioratum Galliæ, Aquitaniæ, Campaniæ et baliuiam in Morea. Huius linguæ caput eſt *hoſpitalius magnus*, curam valetudinariorum gerens. *Quarta Italica* dicitur, quæ continet prioratus Romanum, Lombardicum, Venetum Piſanum, Burlettenſem, Capuenſem, Meſſinenſem, baliuiam S. Euphemiæ, S. Ste-

S. Stephani, S. Trinitatis Venoſenſem, Cremonenſem, Rocellenſem, S. Sebaſtiani et Bagnatenſem. Huius linguæ primarium caput eſt *admiralius*, qui rei maritimæ præeſt. *Quinta* denominatur ex *Arragonia*, Catalonia et Nauarra, in qua prioratus Arragonenſis, Catalonienſis et Navarrenſis, item baliuia Maiorcana et Caſpenſis. Ex hac lingua deſumitur *magnus conſeruator*, der Gran-*Conſeruatore*, qui etiam *Drappierius* dictus eſt. *Sexta* eſt *Anglicana*, quæ olim habuit prioratum Angliæ, Irlandiæ et baliuiam Aquilenſem; hæc lingua vero tempore Henrici VIII. fere in totum exſpirauit. Huius linguæ olim caput fuit *Turcopelierus*, equitum præfectus. *Septima* eſt *Germanica*, ad quam referuntur prioratus Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, et Daniæ, item baliuia Brandenburgica. Sed prioratus *Hungaricus* et *Danicus* lapſu temporis deſiere. Præfectus prioratus Germanici titulum gerit *ordinis S. Ioannis baptiſtæ Hieroſolymitani ſupremi per Germaniam magiſtri*, vti docet confirmatio priuilegiorum a IOSEPHO imperatore glorioſæ memoriæ ordini data, apud ANTONIVM FABRVM *tom. XVII.* der Staats Cantzley *p. 815.* Iam dudum inter ordines imperii relatus eſt, et inter abbates, dignitate principali præfulgentes, proximus a Marbacenſi ſedem tenet. Baliuia Brandenburgica fere *prioratum* conſtituit, dicique ſolet *magiſterium domini*, das Meiſterthum, das Herren-Meiſterthum, complureſque olim complectebatur commendas, per Marchiam, Pomeraniam, Vandaliam, Mecklenburgum, Saxoniam atque Luſatiam diſperſas. Sedes magni huius magiſterii *Sonnenburgæ* eſt, eiusque *patronatum* gerit auguſta domus Brandenburgica, cuius mentionem facit *I. P. art. XII. §. 3. inf.* vi cuius etiam *ius præſentandi* ſeu *nominandi* exercet. Electio tamen capitulo adhuc competit, ſiquidem ad minimum duo capitulo a patrono potentiſſimo nominandi ſunt, quorum vnus ex capitulo eſſe debet, qui, electione facta, ſolenniter inueſtitur, et a magiſtro ſupremo prioratus Germaniæ confirmatur. Huius caput eſt *magnus prior*, der Groß-*Baley* von Deutſchland. Denique *octaua* lingua *Caſtiliana*, Legionenſis et Portugallica dicitur, ſub ſe habens prioratum Caſtilianum et Legionenſem, Ocratenſem in Portugallia, baliuiam Lorenſem, ſepulcri di Toro, Villæ Nueuæ, Lezenſem, Acrenſem et Negropontinam. Huius linguæ caput eſt *magnus cancellarius*, der Groß-Cantzler, cancellariæ directionem habens. Hæc omnia ſpecialius illuſtrant OSTERHAVSEN et BECMANN im Bericht vom Johanniter-Orden. Hæc octo ordinis capita *baliuii conuentuales* dicuntur, conſtituuntque ſenatum magni ordinis magiſtri. Priores ſingularum prouinciarum ſecularia negotia adminiſtrant,

Prioratus Germaniæ peculiaris ratio et dignitas.

Digitized by Google

iisque in capitulo a conſiliis, ſunt *baliuii capitulares*, vti vocantur, quorum baliuia ex aliquot commendis conſiſtit, ſub ſe tamen nullas commendas habent, excepta Brandenburgica, quæ ſingulari prærogatiua fruitur.

Communia horum ordinum iura.

§. CXLIX. Communia horum ordinum iura ſunt, (I) quod ad illos in Germania non alii admittantur, quam *nobiles Germani*. Sanctio hæc confirmata eſt a cæſare in diplomate de anno 1708. apud ANTONIVM FABRVM in der Staats-Canzley *tom. XVII. p. 802.* vbi diſerte cautum, *quod omnes a parentibus ex vero ſanguine Germano non oriundi ab Allemanniæ ſupremo prioratu eiusque dignitatibus, commendis, membris, penſionibus et iuribus perpetuo excluſi manere debeant.* Qualitatem hanc legitime debent probare, eo, quo ſupra §. *LXXXIX.* dixi, modo. conf. MENDO *de ordinib. milit. disquiſ. III. qu. 3.* ANTON. MATTHAEI *de nobil. lib. IV. c. 15. p. 1006.* (II) *Regulam* AVGVSTINI *profitentur*, et ad certas preces quotidie fundendas obſtringuntur. (III) Trita *vota monaſtica edunt*, quæ tamen admodum temperata ſunt quoad ordines in Hiſpania vſitatos, docente MENDO *de ordin. milit. disquiſ. IV. V. et VI.* Strictius ad ea adſtringuntur ordines *Teutonicus* et *Ioanniticus* etiam per Germaniam, nec ab iis indiſtincte excepti ſunt Auguſtanæ confeſſioni addicti, præter *Sonnenburgicos*. Vnde nec ordines Teutonici ſodales, licet A. C. addicti ſint, matrimonium inire, nec vltima voluntate de bonis ſuis diſponere poſſunt; quod tamen Sonnenburgicis eſt permiſſum. vid. B. STRYK. *de iure papal. princ. euangel. c. V. §. 11.* (IV) Commendæ, baliuiæ et prioratus inſtar *beneficiorum* habentur, et conferuntur, et quidem *baliuiæ* et *prioratus*, ad inſtar *prælaturarum*, per viam *electionis*, commendæ per viam ſimplicis *collationis* ad inſtar *præbendarum*. Collatores *commendarum* harum ordinarii ſunt *commendatores prouinciales*, *priores*, et *baiuliui* ordinis Ioannitici, qui ſub ſe commendas habent, qualis eſt *baliuia Brandenburgica*, hac ſingulari prærogatiua eminens: neque enim equites, ſolenni ritu creati, ſtatim vbique accipiunt commendas, ſed *vtplurimum* ad inſtar canonicorum *in herbis* ſeſe habent, merique *expectiuarii* quoad *commendas* ſunt. Vtplurimum eo ordine in commendas ſuccedunt, quo in ordinem recepti ſunt, quod et in capitulis moris eſt.

Tantum Sonnenburgici excepti ſunt a votis monaſticis.

Non omnes equites ſtatim commendas accipiunt, ſed plurimi in herbis ſunt.

Differentia harum commendarum ab illis, de quibus ſupra dictum,

§. CL. Quæ cum ita ſint, planum eſt, has *commendas* non eſſe eiusdem ſortis cum illis, de quibus ſupra dictum. Occaſio *denominationis* primitus ex *commendis* primi ordinis deſumta, et his bonis indita eſt, quam etiam conſtanter retinuit. Verum in eo ab illis differunt, 1) quod ordinario modo conferantur, non a papa, per modum *diſpoſitionis*, ſed via in beneficiis aliis eccleſiaſticis recepta: 2) quod hæ maiorem fauo-

rem

rem habeant, quam illæ, quæ in *fraudem canonum* receptæ et introductæ ſunt, et ſic odioſæ habentur: 3) quod illæ ſint *extraordinariæ*, hæ *ordinariæ*, peculiares qualitates in iis, quibus conferendæ ſunt, præſupponentes, vt beneficia *titulata*, cum commendæ *primi ordinis* etiam illis conferri poſſint, qui qualitatibus illis, quas beneficium vacans requirit, prorſus ſunt deſtituti. Breuiter: magis ſunt *titulata* beneficia, quam *commendata*, vt *ſtructura ordinum* ſatis docet. Conf. Dn. COCCEIVS *de titul. et commendar. conuenientia §. 26.* CORVINVS *de perſon. et benef. eccleſ. P. II. lib. 5. tit. 11. in f.*

(XV.)

De variis emolumentis clericorum.

§. CLI. Quemadmodum vero ex dictis liquet, beneficia potiſſimum ex maiorum diſpoſitione conſiſtere in *reditibus certis ex bonis immobilibus* eccleſiaſticis, pro officio ſacro clericis aſſignatis; ita non exiſtimandum eſt, eandem vbique horum redituum eſſe rationem et obſeruantiam. Praxis ſane aliud euincit, docetque, nonnunquam clericis ſalarium certum ex *ærario eccleſiaſtico* eſſe aſſignatum, in certa pecuniæ quantitate conſiſtens; nonnunquam reditus tales cum ſalario; quandoque etiam varia alia emolumenta, ad augmentum ſalarii, iis aſſignari; de quibus paucis hac occaſione agendum. Quandoque igitur (1) loco *beneficii* clericis certum aſſignatur *ſalarium pecuniarium*. Sunt quidem *beneficia eccleſiaſtica* etiam inſtar *ſalariorum et ſtipendiorum militiæ ſacræ*, nec olim ſalaria aut ſtipendia militum in *quantitate certa pecuniæ* præciſe conſiſtebant, ſed præterea etiam in frumento, veſtitu, ſale, aliisque. GOTHOFREDVS *de ſalario c. 1.* STYPMAN. *de ſalario cleric. c. II. n. 17. ſqq.* Speciatim tamen et primario voce *ſalarii* hodie *annuæ pecuniæ præſtatio pro officio publico*, ſiue *ſacro* ſiue *profano*, denotatur. Interim etiam hæ *annuæ erogationes* cum ceteris reditibus, ex bonis eccleſiaſticis percipiendis, in eo conueniunt, quod præſtentur in *compenſationem officiorum eccleſiaſticorum*, vtut in aliis differentia quædam occurrat, mox indicanda. Clericis quandoque certum ſalarium aſſignatur.

§. CLII. Non leuis alias eſt *ſalarii fauor*, nec minor ei, quod miniſtris eccleſiæ, ſeu qui in prædicatione verbi diuini, adminiſtrationeque ſacrorum aliis inſeruiunt, præſtandum eſt, adſcribi debet, maxime inter proteſtantes. Caute loquor, non *clericos* in genere intelligo, inter quos plures otioſi ſunt, vix titulo *clericorum* digni, ad quos dicenda applicari nequeunt. Πρεσβῦτας intelligo, qui in verbo laborant, hominum Fauor ſalarii miniſtris eccleſiæ debitus.

ſaluti inuigilant, duplici honore et præmio digni, *1 Tim. V, 17.* non qui numerum faciunt, fruges conſumere nati. Potiſſimum vero ad miniſtros eccleſiarum proteſtantium hæc applicanda eſſe cenſeo, vtpote qui in plerisque locis magis indigent, quàm abundant reditibus, ex infauſta bonorum eccleſiaſticorum reductione, ſine delectu ſæpe inſtituta, per quam in plurimis locis neceſſaria vitæ ſubſidia illis ſubtracta ſunt, quæ tamen etiam vel ex rectæ rationis dictamine illis debentur. Conſtituit eccleſia in quouis loco collegium quoddam, et quidem vtplurimum *publica auctoritate* munitum, quod miniſtris eccleſiæ officium ſacrum defert, in ſalutem omnium expediendum. Totum hominem hoc munus deſiderat, vt aliunde victum ſibi quærere miniſtri nequeant. Quis ergo tam ferreus, quis tam improbus eſſet, qui illud miniſtris eccleſiæ, officio publico diſtrictis, denegari vellet, quod his, qui officia profana gerunt, optimo iure deberi profitemur? An magis indigere debent ſacerdotes, quam curam reipublicæ ſuſtinentes? Annon magis iis proſpiciendum, quo magis etiam habeant, vnde aliis erogare, et ceteris ſuo exemplo prælucere poſſint? Nolo hoc argumentum pluribus rationibus exornare, quod ſolide enucleauit et explicuit B. THOMASIVS *de offic. princ. euangel. circa aug. ſalar. et honor. miniſtr. eccleſ.* Recte proinde in *ordin. eccleſ. Saxon. art. gener. 20.* cautum eſt: So ſollen derowegen die Zuhörer und Eingepfarrten ihren Pfarrer und verordneten Kirchen-Diener, mit Willen und gerne, was zu ihrer Unterhaltung gebührlich, beſonders aber, was hiezu geſtifftet und verordnet, geben, und ohne Verringerunge und alle Schmälerung folgen laſſen. Conf. *ius parochiale ſect. VI. c. 1. §. 18. p. 319. ſeq.* Momenta rei potiora in compendio refert ſereniſſimus legislator Brunſuicenſis in der *renouirten* Kirchen-Ordnung, *P. I. c. XV. §. 1.* his verbis: Gleichwie denen weltlichen Perſonen wegen ihrer einem andern, oder auch dem gemeinen Weſen leiſtender Dienſte billigmäſſige Belohnung gebühret; alſo erfodert um ſo viel mehr die Billigkeit, daß die Geiſtlichen und Diener am göttlichen Worte, für ihre Arbeit, Mühe und Sorge, einen ziemlichen Unterhalt und jährliches Auskommen genieſſen möge, bevorab, da ſie der weltlichen Gewerben und Nahrung ſich enthalten, und ihr ganzes Leben auf ihre *Studia Theologica*, auf ihre Predigten, und auf die ihnen anbefohlene Seelen-Sorge anwenden müſſen.

quod magis augendum, quam minuendum.

Parochiani ad ſalarium

§ CLIII. Potiſſimum vero ad ſupplendum defectum *neceſſariæ ſuſtentationis* obligantur *parochiani*, ſi ærarium deficit, nec eccleſia patronata

nata est, proût satis neruose et concludenter in *ordin. consist. March. tit. 12.* ostenditur. Obligatio hæc *perfecta* est, coactione ciuili munita; sed sæpe deficit executio, ob inopiam parochianorum. Vnde merito audiendi sunt parochiani, quibus hæc sollicitudo incumbit, et ante omnia talia media sunt excogitanda, quibus non adeo graue onus parochianis imponitur, et tamen ministrorum subsidiis incrementum accedit. Hoc prouisum in *ordin. Guelpherbyt. cit. l.* §. 2. iniunctumque, daß von denen Predigern, welchen es an zureichlichen Unterhalt ermangelt, und ihren Superintendenten mit Fleiß überleget, und bey unserm Consistorio in Vorschlag gebracht werden soll, durch was für practicable Mittel und Wege solcher unzureichlicher Unterhalt verbessert werden könne? gestalt dann solche Vorschläge von unserm Consistorio examiniret, und, wo nöthig, darüber unser Gerichts-Herren und Beamten Bericht erfordert werden soll, allermassen wir darauf unsers Consistorii relation und Gutachten erwarten, und unsere gnädigste resolution und Verordnung erfolgen lassen wollen. tenentur in defectu ærarii ecclesiastici.

§. CLIV. Inter hæc *media* I) refertur *bonorum et reditnum vindicatio*, quæ per iniuriam temporis inde sunt ablata, quod tum in *cit. ordin. eccl. Guelpherbyt.* tum etiam in *ordin. consist. March. tit. 15. et 17.* confirmatur. Speciatim vero in hac posteriori princeps promtissimum suum auxilium illis pollicetur, seynd wir geneigt, nach Befindung desselben durch unsern Fiscal, vermöge des Proceß, solches darzu wieder bringen zu lassen. Sunt etiam causæ, quæ ecclesias, earumque iura concernunt, quodammodo *publicæ*, et sic æque *per aduocatum fisci*, vti *aliæ causæ publicæ*, expediri possunt, quod præiudicio illustraui in *iure paroch. sect. VI. c. 2. §. 8. p. 339.* et infra, vbi de *legatis piis* agendum, plenius explicabitur. II) Limitanda et ita restringenda est *administratorum potestas* in elocandis pecuniis, ne iactura earum sit metuenda, quod infra penitius explicandum erit. Vid. interim *ius paroch. sect. VI. c. 2. §. 13. seqq. p. 348. seqq.* III) *Ditiores* adhortationibus publice ex *suggestu* inducendi sunt, daß sie durch Testamente GOtt zu Ehren und Danckbarkeit für sein heiliges Wort, auch den Armen zu gute, den Kasten mit etwas, nach eines jeden Vermögen, bedencken, begaben, und erhalten helffen wolten, mit Anzeigung, daß der allmächtige GOtt solches sonder Zweifel zehenfach vergelten, und ihren Erben das übrige reichlich segnen und mehren werde, wie Christus solches selbsten verheisset, sunt verba *ordin. consist. March. tit. 15.* quod etiam approbant BRVNNEM. *lib. II. iur. eccles. cap. 5. §. 2.* et CARPZOV. *lib. II. iurispr. consist. def. 298.* Hunc Media audendi salaria pastorum.

in

in finem quidam auctores principi fuere, ne vllam teſtamenti factionem ſubditis permittat absque parochi præſentia, ruri præſertim, quo hi officii ſui eos admonere poſſint, prout in Saxonia moris iurisque eſt. Ego hac de re ſubdubito, animaduertens varia *incommoda*, quæ hanc methodum diſſuadere videntur, adducta in *iur. paroch. ſect. VI. c. 2. §. 5. p. 335. ſeq.* Pleraque teſtamenta a moribundis fiunt: his parochi aſſiſtere tenentur piis meditationibus, precibus aliisque præparationibus ad ſalutem æternam conſequendam. Quam facile ergo contingere poſſet, vt hæc cura principalis perfunctorie tantum ſuſciperetur, et parochi magis de augendo fiſco eccleſiæ ſolliciti eſſent, quod in opprobrium officii eccleſiaſtici tenderet: verendum præterea eſſet, ne tales perſuaſiones blandæ ſæpe in *concuſſiones pias* degenerarent apud ſimpliciores, quod quouis modo præcauendum eſt. Id forſan conſilium IV) magis eſt probandum, quod quidam ſuggerunt, vt princeps lege publica edicat, ne vllum teſtamentum, in quo eccleſiis haud proſpectum eſt aliquo legato, vim iuris habere queat, vel vt ex quibusuis hereditatibus certa portio ærario eccleſiaſtico addicatur. Et cum non omnes eccleſiæ hoc auxilio extraordinario indigeant, *ærarium generale*, ein allgemeiner Kirchen-Kaſten, per ſingulas prouincias conſtitui poſſet, in quod hoc lucrum heredes inferre iuberentur, vnde ſingulis annis diuiſio inter eccleſias indigentes inſtitueretur. Poſſent præterea V) alia adhuc incrementa huic ærario generali aſſignari, veluti collectiones oblationum ſingulis quadrantibus inſtituendo per vniuerſam prouinciam, quam praxin primitiuæ eccleſiæ obſeruarunt, vt opulentiores indigentioribus ſuccurrerent, prout ſupra §. *VI.* obſeruaui. Item vt in alienationibus rerum immobilium, in acquiſitione iuris ciuitatenſis, promotionibus ad dignitates et officia publica, aliisque variis occaſionibus hi, quorum res vertitur, *denarium ſacrum*, vt vocant, ærario generali inferre iuberentur. VI) Antiquiſſimus quoque modus eſt augendi paſtorum ſalaria per *vnionem*, circa quam tamen multæ adhibendæ ſunt cautiones, infra explicandæ, cum antiquitates doceant, quantæ fraudes circa has fuerint commiſſæ.

Quo tempore annuum ſalarium debeatur?

§. CLV. Dixi, *ſalarium* hodie vtplurimum æſtimari ex certa *pecuniæ* quantitate, quæ in eccleſiis ciuitatenſibus potiſſimum miniſtris eccleſiæ quotannis aſſignata eſt, ex ærario eccleſiaſtico, quod, *quando debeatur*, paucis inueſtigandum. Equidem, quod pro *anno miniſterio* aſſignatum eſt, ſtricto iure non debetur, niſi anno præterlapſo, et officio præſtito. Sunt, qui *annua* deberi *ab initio* cuiusuis anni autumant, aſſerentes, diem eorum cedere ab initio cuiusuis anni. *l. 1. C. quand. dies legat. §. 18.*

An ab initio anni?

18. in f. de ſtipulat. ſeruor. Quid autem ſunt ſalaria, de quibus hic loquimur, aliud, quam *debita annua*, quæ in hoc ab *vſufructu* diſtinguuntur, quod ſtatim initio anni debeantur? *l. 8. D. de ann. legat.* Enimuero *annuorum debitorum* non vna eademque eſt ratio. Quædam *ſimpliciter* debentur, ex *legato*, vel ex *donatione*, non ob cauſam certam; atque hæc *ab initio* anni debentur et peti poſſunt, prout *tit. de ann. et menſtr. legat.* docet. Quædam debentur *ob cauſam*, h. e. ob miniſterium per integrum annum præſtandum, quorſum etiam *officia ſacra* pertinent, atque hæc habent rationem contractus *facio vt des.* Hoc caſu *factum* ante omnia præſtandum eſt, antequam id, quod *dandum* eſt, debeatur, quippe quod non *abſolute*, ſed *intuitu officii ſacri* debetur, cuius quædam compenſatio eſt. Interim ſicuti errant, qui ſalarium *initio cuiusuis anni* deberi exiſtimant; ita nimis rigoroſi ſunt, qui, ſtricto iuri inhærentes, illud *in fine anni* a paſtoribus demum peti poſſe cenſent. Planum vtique eſt, illud *ob cauſam* præſtandum; ſed ſimul tamen ponderandum eſt, paſtoribus ſalarium eſſe aſſignatum, loco *victus quotidiani*, loco alimentorum, quæ præſtationem paratiſſimam exigunt. Ex æquitate itaque ius ſtrictum ita temperandum eſt, vt *non quidem diurnum*, prout loquitur GOTHOFREDVS *de ſalar. c. XII. §. 4. lit. a. vt operariis et ſellulariis, qui quæſtum communem faciunt, ſed neque in totum, verum iuſtis penſionibus diuiſum, quæ ab inhoneſta diurni ſpecie abſint*, præſtetur. Hoc temperamentum praxis approbat, docetque, fere vbique *ſingulis quadrantibus anni* partem ſalarii quartam iis præſtari. Hoc iubent *ordinationes eccleſiaſticæ*, hoc æquitas ſuggerit, vbi iure ſcripto deficimur. In *ordinat. eccleſ. Coburg. lib. II. c. 21.* hoc diſertis cauetur verbis. In *Guelpherbyt. renou. P. I. c. 17. §. 1.* idem confirmatur, additurque, daß das quartal, darin ein Prediger ſtirbet, pro deſeruito gehalten werden ſoll. Idem ſtatuit *ordin. eccleſ. Magdeburg. c. XIX. §. 2.* et ſic plures aliæ decernunt.

An in fine anni?

Temperamentum ex æquitate adfertur.

§. CLVI. Ad *emolumenta clericorum* (II) pertinent *habitationes.* In plerisque locis circa eccleſiam ædes in vſum miniſtrorum eccleſiæ ſunt conſtructæ, in quibus *gratuitam* obtinent *habitationem.* Iam olim canonicis idem emolumentum obtigit. Quamdiu vitam communem colebant, vno eodemque includebantur clauſtro, communi refectorio et dormitorio fruentes. Poſtquam ſeculo XI. ab hac *monaſtica vita* reſilierunt, ædes, quas *curias* vocant, illis ſunt conſtructæ circa domum epiſcopi et eccleſiam cathedralem. Illuſtrat hoc ANTONIVS MATTHAEI *lib. II. de nobil. c. 22. p. 399.* ex ſtatuto maioris eccleſiæ Vltraiectinæ, cuius verba hæc ſunt: *Ex inſtituto ordinis eodem refectorio comedere, et dor-*

Habitatio gratuita pars beneficii ſeu ſalarii eſt.

Quorſum curiæ canonicorum pertinent.

mire eodem dormitorio tenemur, et viuere de communi; ſed ex diſpenſatione epiſcoporum, hoc hactenus ſcientium et tolerantium, in priuatis domibus habitamus. Non tamen licet alicui canonico habitare, niſi in domibus clauſtralibus. Affignatæ hæ *curiæ* ſunt præbendis canonicalibus, vt, qui in poſſeſſionem earum conſtituitur, *curiam* quoque *vtplurimum* obtineat. Vid. *c.* 25. *X. h. t.* ibi; *et domum quandam per capitulum memoratum obtinuit, quæ non niſi canonico conſueuit aſſignari.* Dico: *vtplurimum;* non enim vbique tot ſunt *curiæ*, quot ſunt *canonici*, ſicuti inter hos quoque eſt differentia, dum alii ſunt *plene*, alii *minus plene participantes.* Illi certas habent curias, vocanturque *canonici curiales*, ceteri *non-curiales*. Dn. LYNCKER. *reſp.* 130.

Præbendis affignatæ.

Succeſſio in curias earumque optio.

§. CLVII. Non aliter ergo canonici *non-curiales* ad curiam admittuntur, quam ſi hæc per obitum *canonici curialis* vacauerit. In caſu *vacantiæ* in quibusdam locis recepta eſt *optio curiarum* vel ex *ſtatuto*, vel *conſuetudine*, non iure communi, adeo, vt hoc ius non tantum ad *vacantes curias*, ſed etiam in quibusdam locis ad *præbendas vacantes*, vel ad *obedientias* ſeu *ſupplementa præbendarum*, de quibus infra §. *CLXXIII.* agendum, ſeſe extendat, vi cuius antiquiores canonici gradatim vacantes optare poſſint. *c. 4. de conſuet. in 6.* BARBOSA *de canon. c.* 30. Optio hæc curiarum ſequenti in *ordine*, vel etiam in *receptione*, competit, vt ea, quam obtinuit, dimiſſa, vacantem eligere, vel, ſi nolit, ſequens in ordine optare queat. Optionis enim hæc natura eſt, vt *ſucceſſiue* et *gradatim* peragatur. BARBOSA *cit. l. n.* 12. *et* 13. Alibi ius *optionis* locum non habet, ſed, decedente canonico curiali, ſeniori inter non-curiales vacans curia obuenit, ita, vt ei poſſeſſio per duos proxime cohabitantes curiales canonicos tradatur, cuius conſuetudinis mentionem facit lib. Baro de LYNCKER *cit. reſp.* 130. excepta *curia decanali*, quæ ſoli decano, nouiter electo, debetur. Ex his adductis fundamentis prælaudatus ICtus *cit. l.* hunc caſum decidit. Deceſſerat decanus *anno* 1701. *d.* 11. *Febr.* et mox poſt eum ſubſenior, *die* ſcil. 12. *April.* eiusdem anni. Menſe Martio *curialis canonicus* electus erat in decanum, cui *curia decanalis* obuenerat, et ita *duæ curiæ* vacauerant, quæ duobus canonicis *non-curialibus* deferebantur, Titio, qui inter non-curiales ſenioratum habebat, et Meuio, qui proximum poſt eum locum tenebat. Quocirca ſubſenioris vacans curia Titio, electi decani vero Meuio de iure obuenire debuit. Verum quia Titius abſens erat, eius domeſtici, ipſo inſcio, curiam non *ſubſenioris*, ſed *decani* vacantem occupauerant, Meuius vero ſubſenioris. Rediens Titius factum ſuorum minime approbat, ſed curiam, morte ſubſenioris ſibi dela-

Optio curiarum cui competat?

Succeſſio in curias caſu quodam illuſtratur.

delatam, petebat, et quidem recte. Quamuis enim curia decani primo loco vacauerat, illa tamen ex *non-curialibus* successorem non habuit, nec vlli deferri potuit ante electionem, sed delatio curiæ demum facta erat per mortem subsenioris, et quia post illam demum nouus decanus ex *curialibus* electus erat, huius noui decani curia post subsenioris mortem demum vacauerat, et sic demum *secundo* inter *non-curiales* deferri debuit.

§. CLVIII. Ceterum qui in *curiam* succedunt, heredibus defuncti *impensas* necessarias vtilesque refundere tenentur, qui eo nomine *iure retentionis* gaudent, quæ omnia statutis capitulorum exacte determinari solent. Statutis Halberstadiensibus cautum esse memini, vt quarta harum impensarum singulis decem annis *ipso iure* minuatur, quo tandem curia ab hoc onere liberetur. Si collapsa ex ipsis fundamentis restituitur, in quibusdam locis integram summam per capitulum approbatam successor refundere, in aliis duas tantum tertias, alibi aliam summam exsolvere iubetur, quæ *pretium curiarum* vocari solet, cuius mentio iniicitur in *ordin. Magd. polit. c. VI. §. 2.* simulque, iura eius ex *statutis capitulorum* vel *obseruantia antiqua* haurienda esse, disponitur. Ratio impensarum in curias factarum.

§. CLIX. Ceteris ministris ecclesiæ, imo et ædituis ædes peculiares in partem *salarii* assignantur, in quibus *gratuitam habitationem* habent. Quale ius iis in has ædes competat, ambiguum est. CARPZOVIVS *lib. II. iurisprud. consist. def. 352. n. 11. def. 353. n. 6. et 7. def. 354. n. 6.* non *vsumfructum*, sed simplicem *vsum* pastoribus in *ædibus parochialibus* attribuit, et tamen IDEM *cit. def. 352. n. 12.* ait, *clericum habentem beneficium æquiparari vsufructuario.* Quomodo ergo nudum vsum in ædibus pastor habere potest, qui ædes *iure beneficii* accipit? Plus iuris lib. Baro de LYNCKER *de habitat. sect. VII. §. 3.* indulgere ei videtur, ex quo fundamento contra CARPZOVIVM disputat, et *seruitutis* indolem, eius scilicet, quæ *habitatio* in iure vocatur, et tum *vsufructui*, tum *vsui* contradistinguitur, habitationem hanc in se continere statuit. IDEM *sect. 2. n. 15.* Multum vtique refert, naturam huius iuris perscrutari, ne in conclusionibus erremus, cum minus iuris sit in *vsu ædium*, quam in *seruitute habitationis.* Quid est vero, quod fere vnice in principiis iuris Romani subsistamus, diuersumque ius pastoribus in ædes parochiales attribuamus, quam quod alias in bona cetera ecclesiastica habent? Omnia bona ecclesiastica, et sic etiam *ædes parochiales*, clericis ab antiquissimis temporibus concessa sunt *iure beneficii*, quod aliquid simile cum *seruitutibus personalibus* olim habuit, non prorsus idem cum iis fuit. Retinuerunt hæc beneficii- Quale ius clericis in ædes has competat? An nudus vsus? An seruitus habitationis? Ius potius beneficii habent.

neficia priſtinam ſuam naturam in plerisque, vt nec hodie cum *feudis aliis*, quæ *ex iure hereditario dominium vtile* acceperunt, æquiparari queant. Nec in iure feudali ignoratur *feudum habitationis*, quod in eo adhuc retinuit primæuam indolem, vt ad heredes accipientis regulariter non tranſeat. ROSENTHAL. *de feud. c. II. concl. 67.* Vnde magis ex natura *ceterorum beneficiorum eccleſiaſticorum*, quam ex peculiari indole *vſus fructus*, vel *vſus*, vel *habitationis* æſtimari debet. Illorum natura eſt, quod *reditus et commoda rerum certarum dentur loco ſalarii pro ſeruitiis eccleſiaſticis*, quod ſeruitutibus perſonalibus ſua natura non ineſt. Nec ſemper *habitatio* in iure ad *ſeruitutes perſonales* refertur, quod vel ex *alimentis* legatis liquet, quæ *habitationis* commodum etiam continent. *l. 6. D. de aliment.* Voluerunt enim maiores paſtoribus de *commoda ſuſtentatione* prouidere, inde etiam *domus ad inhabitandum* merito eis concedere debuere.

Natura iuris beneficiarii circa ædes has eruitur.

§. CLX. Iuris beneficiarii hæc ratio eſt, vt pro ſeruitio omnia commoda, quæ ſecundum naturam rei ex *rebus beneficiariis* fluere et percipi poſſunt, beneficiarii percipiant. Inde (I) paſtoribus quoque omnia *ædium commoda* ſunt indulgenda, quæ ex his percipi poſſunt. Quid ſi *tabernæ* ſub ædibus paſtoralibus ſint, an harum commoda quoque habet paſtor? Equidem qui ſolam *habitationem* habet, de iure ciuili lucra tabernarum, quæ ad *habitationem* minime ſpectant, non percipit: facilius paſtor, cui *in partem ſalarii* ædes parochiales ſunt aſſignatæ, et ita pro onere, quod gerit, hoc lucellum quoque ei non inuidendum, niſi ſpeciatim in inveſtitura exceptum ſit. (II) Integrum paſtoribus eſt, vtrum ædes parochiales inhabitare, an *aliis elocare* malint, niſi poſterius ordinationibus eccleſiaſticis prohibitum ſit. Quin canonici curias ſuas aliis locare queant, non eſt, quod dubitetur. Excipit PACIONVS *de locat. conduct. c. XI. n. 59.* ædes tales, per quas patet aditus in eccleſiam, vel ſi ad eas non pateat aditus, quam per ipſam eccleſiam, quod in *opprobrium laicorum* dictum videtur, quaſi hi minus *ſancti* ſint, quam clerici. Hoc tamen pium æquumque eſt, vt non aliis locentur, quam his, qui nullam eccleſiæ moleſtiam inferre poſſunt. Et cum de hoc ipſimet ex ſuo arbitrio ſtatuere non poſſint, ideo vtplurimum deſideratur præſcitus conſiſtorii, collatoris, et adminiſtratorum bonorum eccleſiaſticorum. Vid. *ordin. Saxon. elect. eccl. art. 32.* L. B. de LYNCKER. *de habitat. ſect. VII. c. 3.* Multo magis ergo paſtoribus integrum erit, ædes paſtorales, quæ in *eccleſiis filiabus* ſunt, et quas ipſimet inhabitare non poſſunt, aliis locare, quod etiam ius Saxonicum permittit, vt *in iure parochiali ſect. V. c. 2. §. 18.* obſer-

An aliis eas elocare queant?

Digitized by Google

ſeruaui. Hæc *in dubio* obtinent, ſi *ordinationes eccleſiaſticæ* hanc facultatem haud reſtringunt. Seorſim elocare ædes paſtoribus iure Saxonico haud eſt *abſolute* prohibitum, vt recte obſeruat L. B. de LYNCKER *cit. l.* contra CARPZOVIVM *lib. II. iurispr. conſiſt. def. 353.* qui ideo locationem ædium parochialium paſtoribus interdictum eſſe cenſet, quod *nudum vſum* habeant, id quod tamen erroneum eſt; inquilinos tamen recipere ipſis diſerte interdictum, daß ſie keine Hausgenoſſen in ihre Häuſer einnehmen, allerley Gefahr, Aergerniß und Schaden zu vermeiden, welche oftermals hieraus erfolgen. Idem ſancitum in *ordin. Magdeb. eccleſ. c. 24. §. 9.* Weil fremde Hausgenoſſen wenig Vortheil ſtifften, ſondern vielmehr in denen Häuſern Schaden thun, quod tamen in hac ciuitate, in tanta ſtudioſorum copia, non adeo ſtricte obſeruari ſolet.

§. CLXI. Quodſi *incendio* vel conſumtæ, vel *vetuſtate* collapſæ fuerint ædes paſtorales, paſtoris ius haud extinguitur, vti *vſufructuarii* aut *vſuarii*, aut eius, qui ſeruitutem *habitationis* habet. *l. 5. §. 2. l. 10. §. 1. D. quib. mod. vſusfr. amitt. §. 3. I. de vſufr. l. 8. §. 25. de transact.* Horum ius, collapſis ædibus, ita perit, vt, ſi vel maxime reſtitutæ fuerint, *habitatio* tamen amplius non debeatur, rei interitu ſemel extincta. *l. 36. pr. quib. mod. vſusfr.* lib. Baro de LYNCKER. *de habitat. ſect. X. §. vlt.* Melior vtique eſt conditio paſtoris. Huic debetur habitatio *ob cauſam*, iure *beneficii*, loco *ſalarii*, et cum illa duret, hoc quoque extingui nequit. Non eſt *ſimplex ſeruitus perſonalis*, prout antea monui, nec ab ea tutum deſumi poteſt argumentum; ſed qui tenentur ad ſuſtentationem, tenentur etiam ad *ædium reſtaurationem*, in defectum æraril eccleſiaſtici, de quo plenius egi in *iure paroch. ſect. VII. c. 3.* De praxi aliorum locorum agit ESPENIVS *P. II. iur. eccleſ. tit. 34. c. 8. §. 7. ſeqq.*

Aedibus parochialibus extinctis, ius paſtorum non extinguitur,

§. CLXII. Ex quo fluit, quod, ſi parochus non *animo donandi*, ſed negotia eccleſiæ gerendi *ſumtus* interim fecit, eosdem *repetere* poſſit, quamuis non adeo caute hac in re agat. Nam 1) ſæpe non adeo conſtat, quis ad refectionem teneatur? 2) Vtplurimum *modus reficiendi* ita eſt reſtrictus et determinatus in *ordinationibus eccleſiaſticis*, vt vel conſiſtorii et ſuperintendentis, vel horum, qui repræſentant eccleſiam, conſenſus exquiri debeat. 3) Quandoque paſtoribus omnis ædificandi poteſtas eſt præcluſa, ad hunc effectum, vt nec a ſucceſſore, nec ab eccleſia ſumtus repetere poſſint. Id conſtitutum eſt in *ordin. renou. Guelpherb. eccl. P. I. c. 20. §. 10.* Viel weniger ſollen die Paſtores an den Pfarr-Häuſern von den Kirchen-Mitteln ein oder anders zu bauen bemächtiget ſeyn; wenn ſie aber aus der ſonſten in ſolchen Häuſern üblichen ordinairen Gele-

Quid ſi paſtor ædes parochiales reparet?

genheit, zu ihrer besondern commodität, etwas machen lassen wollen, dasselbe soll ihnen zwar aus ihren eigenen priuat-Mitteln zu thun erlaubet, der Successor aber so wenig als die Gemeine sothane Kosten zu refundiren schuldig seyn; Gestalt denn diejenigen Prediger, so etwa dergleichen nicht nothwendige Bau-Kosten eigenmächtig aus denen Kirchen-Mitteln genommen zu haben überführet werden können, sothane angewandte Gelder der Kirchen hinwieder zu bezahlen schuldig seyn, und dazu würcklich angehalten werden sollen.

Gratuita habitatio viduarum pastorum.

§. CLXIII. In plerisque locis etiam *pastorum viduae gratuita* gaudent *habitatione*, in der Prediger-Witwen-Wohnung, in solatium pastorum. Vid. *ordin. Guelpherbyt. cit. l. c. 16.* Hæ ædes eadem fere iura habent, et priuilegia, quæ ceteris ædibus pastoralibus indulta, ab oneribus publicis exemtæ sunt, et ex ecclesiæ ærario ædificandæ et restaurandæ. In defectu viduarum, aliis interim locari possunt, vt ex locario ædes refici possint. Alibi loco *gratuitæ habitationis* constitutum est *ærarium* in vsum viduarum, der Wittwen-Kasten, vnde quotannis iis aliquid soluitur in subsidium habitationis, quæ omnia specialibus ordinationibus determinantur. Conf. GOTTLIEB AVG. IENICHEN *de fiscis viduarum.*

Dotales quoque ad commoda pastorum pertinent. Quorum origo refertur.

§. CLXIV. Præterea (III) ad commoda pastorum pertinent *decimæ*, de quibus infra peculiari titulo agendum erit. (IV) *Familia ecclesiastica*, seu *dotales*, Dienst- und Frohn-Leute, eigene Männer, eigene Leute, ZIEGLER *de dot. eccles. c. IX. n. 62.* qui agros parochiales colere, et operas rurales præstare debent. Fuerunt rustici olim vbique *seruilis conditionis*, dominis suis ad operas rusticas, census, aliaque præstanda obligati, vnde adhuc hodie *operæ rurales*, aliaque *seruitia* dependent. Hi cum agris a dominis non raro in ecclesiæ patrimonium sunt translati, quod infinita diplomata ostendunt, vnde ad easdem operas ecclesiæ præstandas obligati fuerunt, quas antea dominis suis præstabant. Plura hoc illustrantia diplomata habet SAGITTARIVS *in antiq. Magdeb.* inprimis a §. 49. *seqq.* in quibus *familiæ* vel speciatim denominantur, vel generatim additur clausula: *cum omnibus mancipiis vtriusque sexus*, *cum mancipiis Teutonicis et Sclauanicis*, quibus addi possunt diplomata apud ZIEGLERVM *de dote eccles. cap. IX. §. 23. seqq.* KETTNERVM *in antiquitat. Quedlinburg.* BROVWERVM, SCHATENIVM, AVBERTVM MIRAEVM, LVNICHIVM aliosque. Dotales hi sunt dicti, quod partem *dotis ecclesiasticæ*, clericis pro officio sacro assignatæ, constituant, vnde ad colendos

Dotalium obligatio.

dos *agros parochiales*, ex antiquo ſtatu ſuo, vel vbi manumiſſi ſunt, ex peculiari conuentione, qua operæ vtplurimum reſeruatæ ſunt, hodie obligantur, prout vel obſeruantia, vel transactione hæ determinatæ ſunt, quod etiam cauent *ordinationes eccleſiaſticæ*. In *Saxonica art. gen.* 27. ita prouiſum: Dieweil an etlichen Orten von denen löblichen Vorfahren, alten Herrſchafften oder Collatoren, zu denen Pfarren Dotales, das iſt, Dienſt- oder Frohn-Leute, verordnet, auf daß die Pfarrer Leute zu Dienſte haben, und ihre Güter deſto geruhiger und beſſer beſtellen können, ſollen, durch jedes Orts Obrigkeit und Viſitatores, die Leute vermahnet werden, ſolche Dienſte willig und gerne ihren getreuen Seelſorgern zu leiſten. Idem repetitum in *Vinarienſ. lib. II. c. 20. n. 9. Coburgenſi lib. II. c. 21. Magdeburg. c. XIX. §. 10.* aliisque. Conf. STYPMAN. *de ſalar. cleric. c. V. n. 99 ſeqq.* Ceteri ruſtici, qui non ſunt *dotales*, ab hoc onere quidem liberantur, vt tamen, æqua mercede ſoluta, agros parochiales colere teneantur. Plerumque parochis datum eſt *ius protimiſeos*, vt ruſticos præ extraneis ad agros ſuos colendos coarctare queant. Ita cautum in *ordin. Magdeb. c. XIX. §. 12.* Es ſollen auf jeden Fall die Bauren jedes Orts, ſo Pferde haben, ſchuldig ſeyn, nach der Reihe die alten Pfarr-Aecker um gebührlichen Lohn, wo es nicht umſonſt zu geſchehen Herkommens iſt, zu beſchicken, ehe und zuvor ſie andere fremde Aecker um Geld oder Getreydig zu beſtellen annehmen. Idem conſtitutum in *ordin. conſiſt. March. c. XVII. in f.* et *Coburgenſi cit. l.* Alibi ſimpliciter obligantur *pro mercede* ad culturam agrorum, vt is, quem ordo tangit, ſe ſubtrahere nequeat. Vid. *Vinarienſ. cit. l. Saxonica* apud CARPZOV. *lib. II. iurispr. conſiſt. def. 381. ſeqq.*

Ceterorum ruſticorum obligatio ad colendos agros parochiales.

§. CLXV. Huc (V) quoque referendæ variæ *præſtationes cenſiticæ*, quæ itidem ex antiqua conditione ruſticorum, in patrimonium eccleſiæ translatorum, originem trahunt, quæ moribus maxime variant. Sic quandoque *x)* præſtantur iis *cenſus in frumento*, Getreydig-Zinß, de quibus in *Vinarienſi ord. lib. II. c. 20.* ita cautum: Was man dem Pfarrer und Schul-Diener in den Städten und Dörffern vom Getreydig zinſſet, ſoll alles, wo möglich, auf ein oder doch zwey Tage in des Pfarrers oder Cuſtodis Haus gebracht, und allda in Beyſeyn des Richters oder Heim-Bürgen gemeſſen werden, damit man ſehe, daß ein jeder tüglich Getreydig, und ſo gut es ihm gewachſen, und er ſelbſt ſäen möchte, unausgeſondert, und mit rechter Wehrung lieffert. Vocantur alibi etiam die Pächte, vt in *ordin. conſiſt. March. tit. 16.* vbi ſimul cauetur, unausgeſondert, und mit rechter voller Maaß.

Huc quoque pertinent variæ præſtationes cenſiticæ.

§. CLXVI.

Quarum origo euoluitur.

§. CLXVI. Iam olim ruſtici hunc cenſum præſtare cogebantur, et quidem ex domini impoſitione, vi *dominicæ poteſtatis*, quam in ſervos eorumque bona habebant. *Frumenti modum*, ait TACITVS *de morib. German. dominus, aut pecoris aut veſtis, vt colono, iniungit.* Varia erat cenſus præſtatio, quæ adhuc hodie quoque in eccleſiis et monaſteriis ſuperſunt, vt obſeruat MATTHAEI *de nobilit. lib. IV. c. 23. p. 1076.* Agri, quos poſſidebant ruſtici, domini erant, illis ad colendum traditi, vnde *cenſus frumentarios* præſtabant. Imo quia dominus proprietatem in ruſticos ipſos habebat, quicquid acquirebant, eius erat, tanquam perſonæ acceſſorium. Neque tamen dominus hoc ſtatim ſibi vindicabat, inſtar *peculii:* ſeruis hoc erat relinquendum, quia quisque ſuam familiam alere cogebatur, non dominus. Decedente ruſtico, vtplurimum dominus omnem eius hereditatem occupabat, vel partem, quo liberis aliquid obueniret, vnde ſe alere et domino ſeruitia præſtare poſſent. HILDEBERTVS Cenomanenſ. *in ep. 65.* notanter ait: *Si quidem vsque in diem præfati conuentus huiusmodi conſuetudo in terra comitis extiterat, vt decedente marito vel vxore vniuerſa decedentis mobilia in proprietatem poteſtatis tranſirent.* Inde adhuc hodie ſupereſt *ius mortuarium*, das Haupt-Recht, quod etiam paſtoribus debetur, eorumque lucro cedit, ſi *tales dotales ruſticos* poſſident. Quandoque ex antiquo more, quo domini mitiores extiterant, heredibus bona decedentis ruſtici reliquerunt, et quædam tantum ſibi inde elegerunt, inde *ius optionis*, das Kuhr-Recht ortum, et bona talia *curmedica* dicta. Illuſtrantur huiusmodi præſtationes antiquæ, olim in eccleſias et monaſteria translatæ, optime per diploma HENRICI imperatoris *de anno 1015.* apud BRVSCHIVM *in chronol. monaſter. Germ. ſub tit. mons monachorum p. 314.* et repetitum a LVNICHIO *in German. ſacr. diplom. P. II. p. 12.* quod monaſterio Bambergenſi S. Michaelis plures pagos cum ruſticis contulit, et de præſtationibus eorum hæc addit: *Debita ſeruitia aratrorum tribus vicibus in anno, ouorum in paſcha, caſeorum in pentecoſten, pullorum in carnis priuio et hebdomadalia ſeruitia dictæ noſtræ eccleſiæ ab omnibus, vt condecet, impendantur. Cenſum autem vltimum, per quem vtique omiſſa vel neglecta ſupplentur ſeruitia,* IVS *videlicet* CAPITALE (das Haupt-Recht) *a viris decedentibus optimum equum, vel, ſi equo carent, optimum caput pecoris, et a feminis induuias et exuuias transmitti ad eccleſiam ordinamus.* Facit harum præſtationum quoque mentionem CAROLVS IV. in *diplom. de anno 1349.* apud HEDAM *p. 360. Super ſolutione cenſus, ceræ, pecuniæ, veſtium, equorum, pecorum et iurium (vulgariter Cormede) aut aliarum qua-*

Ius domini in bona ruſticorum antiquum.

Ius mortuarium.

Ius curmedicum.

Digitized by Google

quarumcunque rerum, quæ in vita vel post mortem cuiuslibet hominis conditionis huiusmodi episcopis et prælatis ac ecclesiasticis personis hactenus dari consueuerunt.

§. CLXVII. Atque hos census præstant tantum *dotales*, die eigene Leute. Alia adhuc (VI) et ab illis est diuersa præstatio *frumenti*, quod *missaticum* vocatur, das Mißkorn, quod in *honorem et conseruationem officii missatici* olim a singulis parochianis datum fuit, in quorum commodum *missæ* cedere videbantur, vel quæ etiam a parochis fiebant pro seriore messe a Deo expetenda. Quantitas eius variat. In Pomerania vt plurimum duos modios de manso agri, sesquimedimnum de iugere, et quatrimodium de minori parte agri præstari, testatur STYPMAN. *de sal. cler. c. V. n. 139.* Nemo a præstatione eius est exemtus, adeo vt etiam nobiles de agris equestribus von den Ritter Hufen hoc frumentum soluere debeant, quia et hi commoda sacrorum sentiunt, intuitu quorum solvitur, vt etiam princeps in Pomerania de suis iugeribus illud præstet, prout plenius declarat STYPMAN *cit. l. n. 150. sqq.* Vnde auctis parochianorum prædiis, hæc præstatio quoque augetur. CARPZOV. *lib. I. iurispr. consist. def. 99.* BRVNNEM. *lib. II. inr. eccles. c. 5. §. 3.* Frumentum missaticum etiam a nondotalibus debetur.

§. CLXVIII. Alibi etiam (VII) præstant certas *præbendas in victu*, vocanturque die Pröven, Würste, Schincken, Brodt, Eyer etc. STYPMAN *cit. l. n. 173.* In *ordin. Cellens. eccles. c. XII.* generatim præcipitur: So wollen wir, daß ein ieder seine Pachte, Prössen, Opfer, vier Zeiten-Pfennige, Zehenden, Dienste und anders ohne Verzug und Einrede, mit gutem freyen Willen, ohne böse hönische Wörter und Vortheilhaftigkeit einbringe, reiche, leiste. Maiores sine dubio hæc ita constituerunt, vt id, quod rusticis commodius est, pastoribus præstare possint, cum facilius ea, quæ *ad victum* pertinent, præbere, quam pecuniam soluere possint, qua plerique destituuntur. Præstantur hæ præbendæ eo, quo commodissime solui possunt, tempore, vt oua tempore paschatos, die Paschever, quia eorum eo tempore vberrima est copia; farcimina et petasones in festo natiuitatis Christi, quo rursus hæc satis fumo præparata sunt etc. Præbenda in victu.

§. CLXIX. Qui census et decimas non soluunt in Saxonia, Marchia, alibique, (VIII) præstant quotannis *nummum mansorium*, den Hufen Groschen. CARPZOV. *lib. I. iurispr. consist. def. 108.* In *Vinar. ordin. lib. II. c. 20. n. 5.* hac de re ita cautum est: Da auch Hüfner oder andere Bauren vorhanden, die zwar Ackerbau haben, aber dem Pfarrer kein Nummus mansorius.

Digitized by Google

decem oder Zinſe, ſondern allein Brodt und den gewöhnlichen quartal-Pfennig gegeben hätten, dieſelbige ſollen hinführo dem Pfarrer über dem gemeldten Pfennig und Brodte, von jeder Hufe einen Groſchen ꝛc. zu geben ſchuldig ſeyn. Confer. *ordin. Coburg. lib. II. c. 21.* Similes his

Häuſſel-Groſchen. ſunt (IX) die Häuſſel-Groſchen, nummi præſtandi ab iis, qui agros non poſſident, vnde alias decimas præſtare deberent, ſed ſunt tantum Häußler, Härtner und Haußgenoſſen. In Saxonia quotannis ſoluunt paſtori octodecim, cuſtodi vero ſex nummos. vid. *ordin. eccleſ. elect. art. 24.*

Nummi miſſales. *Vinar. cit. l. n. 4. Coburg. cit. l.* Præterea adhuc ſoluendi ſunt (X) *nummi miſſales*, die Opfer-Pfennige, ſingulis anni quadrantibus, inde die Vierzeiten-Pfennige dicti. Soluuntur hi pro vſu S. cœnæ, ad quam olim a ſingulis *oblationes* fiebant, poſtea in certam pecuniariam præſtationem mutatæ. Soluuntur non ab aliis, quam qui eius ætatis ſunt, vt ad S. cœnam admitti poſſint. In Saxon. electorali *art. gen. 23.* annus duodecimus præfinitus eſt: So ſoll hinführo ein jeder Menſch, der das 12. Jahr erreichet, er habe communiciret oder nicht, ſeinem Pfarrer alle quartal einen, und alſo das gantze Jahr vier Pfennige Opfer Geld unweigerlich zu geben ſchuldig ſeyn. Idem repetitum in *ordin. conſiſt. March. tit. 17.* additurque, quod ad hoc pignoribus captis cogi poſſint.

Oblationes. §. CLXX. Sunt præterea (XI) aliæ *oblationes*, quæ lucro paſtoris cedunt, v. c. Daß in Hochzeiten die Bräute neben den Jungfrauen und Frauen, desgleichen die Kindbetterinnen, wenn ſie ihren Kirchgang halten, fein ordentlich zum Altar gehen, und alda opfern, vt dicitur in *ordin. eccleſ. Cellenſ. cit. l.* Erant hæ *oblationes* olim vſitatiſſimæ, ad altare faciendæ, inprimis in vſus pauperum, quod ſupra iam obſeruaui. Interim etiam *clerici* partem de his capiebant. Teſtis eſt HIERONYMVS ad Heliodorum ſcribens *de vita eremit. Clerici de altario viuunt: mihi quaſi infructuoſæ arbori ſecuris ponitur ad radicem, ſi munus ad altare non defero.* Continuatæ hæ *oblationes* per plurima ſecula vsque ad noſtra tempora, variis tamen modis reſtrictæ, interim clericis potiſſimum aſſignatæ. In *concilio Pictauienſi* de *anno 1000. c. 14.* cauetur, *vt nullus laicorum de oblationibus, quæ offeruntur vel donantur ad altaria ſiue ad manum presbyteri, vel quod pro ſepultura fidelium deuote donatur, præſumat participare, ſub excommunicatione interdicimus.* Alibi hæ oblationes ruri fiunt adhuc hodie in ſolennioribus feſtis ab omnibus, qui eccleſiæ interſunt, confirmatæ iam olim in conciliis, obſeruante THOMASSINO *P. III. de vet. et nou. eccleſ. diſcipl. lib. 1. c. 15. §. 9. ſeqq.* Nec tantum pe-

pecuniam, ſed, more veteri, tum inter pontificios, tum inter noſtrates, etiam alias res offerunt, vt linum, ceram etc. STYPMAN. *de ſalar. cleric. c. III. n. 86.*

§. CLXXI. Nec minus (XII) immunitates a collectis paſtoribus conceſſæ commoda paſtoralia, quæ loco ſalarii ſunt, augent. Multis (α) in locis *libero fruuntur potu*, nec conſuetam collectam, die Tranck-Steur, ſoluere tenentur, vt in Marchia, quin illis permiſſum, daß ſie, wie vor alters herbracht, in ihren Häuſern zu derſelbigen Nothdurft ohne einige Zinſe brauen oder Bier einlegen können. Additur tamen in *ord. conſiſt. tit. 17.* Doch ſollen ſie von dem Gebrauen, oder eingelegtem Bier nichts verkaufen, et quidem ſub pœna amiſſionis priuilegii, aliaque arbitraria. Eadem immunitate fruuntur paſtores in Saxonia, plenius docente CARPZOVIO *lib. I. iurispr. conſiſt. def. 119. ſqq.* et ne ſine omni determinatione cereuiſiam coquere, et immunitate hac abuti poſſint, *numerus certus doliorum*, iudicio et arbitrio ſupremi conſiſtorii relictus, ſingulis aſſignari ſolet, veluti paſtoribus octo, ædituis et organicis tantum quatuor. Aucta tamen familia merito augendus doliorum numerus. Hunc in finem ſchedulam, qua numerus doliorum, a collectis exemtorum, ærario indicatur, accipiunt, ſubſcribendam a ſuperintendente vel inſpectore, et quando paſtor duobus paſtoratibus præeſt, merito æquum eſt, vt numerus doliorum quoque augeatur, cum duplici etiam ſalario gaudeat, quæ omnia CARPZOV. *cit. l.* latius perſequitur. Maiori (β) immunitate in ducatu Magdeburgico per *ordin. eccleſ. c. XX. §. 5.* gaudent, quæ adhuc latius extenſa eſt, daß ſie auch von Getreydig und Mehl, und von dem Getränckе, ſo ſie vor ihre Haushaltung zur Nothdurfft brauchen, brauen oder einlegen, und nicht wieder verkaufen, aller Anlagen und Zinſen befreyet ſeyn ſollen. Latius adhuc extenſa eſt hæc immunitas in der Magdeb. *General*-Steur- und *Conſumtions*-Ordnung *de anno 1686. c. V.* quo ita cautum: Die Prediger, Schulbediente und Küſter, nebſt deren Witwen, ſollen von allen impoſten derer zu ihrer Haushaltung benöthigten conſumtibilien, ohne von fremden Wein und Bier, eximiret ſeyn; wofern aber das Getränckе in einigen Städten alſo beſchaffen, daß unſere Räthe und Bediente, welche wir ſpecialiter eximiret, auch die Prediger und Schulbediente, ihrer Geſundheit halber, von andern Orten Bier einlegen müſſen, ſoll denenſelben, ohngeachtet des an ein und andern Orten vorgeſchützten iuris prohibendi, ſolches gegen des dritten Theils von den Accis-Bedienten nicht verwehret werden.

Immunitas von der Trank-Steur paſtoribus conceſſa.

Immunitas ab inhoſpitatione.

§. CLXXII. Porro (XIII) immunitate gaudent *ab inhoſpitationibus.* In ducatu Magdeburgico eadem gaudent libertate die Dom-Herren und Prälaten in ihren Curien, auch Klöſter, daß ſie ſowol von der Einquartirung als einigem Geld-Beytrag befreyet ſeyn. vid. *ordin. polit. Magdeb. c. 21. §. 5.* De reliquis clericis §. 7. *cit. l.* hæc cauentur: (1) daß Prediger und Schul-Bedienten in denen zur Kirch und Schulen gehörigen Wohnungen von der Einquartirung und Beytrage zu derſelben befreyet bleiben ſollen. (2) Si *ædes patrimoniales* ſeu *proprias* inhabitant, non quidem patiuntur inhoſpitationem; interim tamen eo nomine contribuere debent: ſi eas non inhabitant, a reali inhoſpitatione ædes non ſunt immunes. (3) Da eines Predigers oder Schul-Bedienten Haus vormahls einem Bürger zugeſtanden, und zu der Prediger und Schul-Bedienten Wohnung erkauffet wäre, ſollen den Beytrag zur Einquartirung von ſolchen Häuſern die Vorſtehere der Kirchen und Schulen von derſelben intraden jedesmal entrichten. In Saxonia idem priuilegium paſtoribus conceſſum, notante CARPZOVIO *lib. I. iurispr. conſiſt. def. 123.* imo iure communi quoque tam *ciuili*, quam *canonico l. 1. C. de epiſc. et cler. c. 1. X. de immun. eccleſ. c. 1. eod. in 6.* TABOR. *de metat. P. III. c. 2. §. 2. ſqq.*

Immunitas a paſtione pecorum,

§. CLXXIII. Immunitate quoque gaudent (XIV) a *paſtione pecorum*, ſi ipſimet incolæ ruri iuſta ſerie pecora paſcunt, quod vocant die Zechhut, die Umhut. Conuenit hoc officio paſtorali, ne hoc onere grauentur, weil die Pfarrer und Küſter, vt dicitur in *ord. conſiſt. March. c. 10.* zum Kirchen-Dienſt beſchieden, und denſelben zu Tag und Nacht getreulich warten müſſen, ſintemal es ungewiß, zu welcher Zeit ſie zum Kindtauffen, oder zu dem Krancken in Todes-Nöthen gefordert werden, und alſo nicht zugleich ihr Amt und die Hute beſtellen können. Inde cautum, daß die Nachbarn, weil die Pfarrer und Küſter Hirten ihrer Seelen ſeyn, ihr Vieh willig mit hüten, und verpflichtet ſeyn ſollen, mit dem Fleiß, wie ihr eigen Vieh, zu hüten, auch da Schaden, wegen ihres Unfleiſſes, daran geſchähe, dafür zu antworten, und ihnen deshalb gleich andern Nachbahrn, gebührlich Abtrag zu thun. In Saxonia itidem ab hoc onere liberati ſunt, per *ordin. eccleſ. art. gen. 40.* vt et in Pomerania, obſeruante STYPMANNO *de ſalar. cler. c. III. n. 87.* imo in plerisque aliis locis. Sed ſi paſtor communis ad paſcendum gregem conductus eſt, in Marchia et Saxonia *ratam ſuam* paſtores contribuere debent, vt *cit. locis* additur. In Pomerania quatuor vaccas et totidem porcos et oues habent immunes a mercede, et contra paſtor gregis paſtori animarum ad

accidentia non obligatur. Si vltra illum numerum pecora alunt, coguntur ratam paſtori gregis ſoluere, obſeruante STYPMANNO *cit. l. n. 88.* In ducatu Magdeburgico nihil certi de hac immunitate cautum, ſed obſeruantiæ et conſuetudini ea relicta eſt *per ordin. eccleſ. c. XX. §. 9.* Pari ratione merito (XV) ab *aliis oneribus perſonalibus* immunes præſtantur, veluti von Wachen, Gerichtsfolgen und dergleichen, vt in *ordin. Coburg. lib. 2. c. 20.* expreſſe prouiſum, niſi habeant *bona patrimonialia*, intuitu quorum ad hæc onera tenentur, vt per alios, data mercede, hæc præſtent, quod in *ord. Magdeb. eccleſ. c. XX. §. 4.* cauetur, et iuri communi conforme eſt, vt diſtincte oſtendi in *iure paroch. ſect. V. c. 3.* et aliis oneribus perſonalibus.

§. CLXXIV. Similis immunitas (XVI) eis in plerisque locis præſtari ſolet a *gabella hereditaria* vel *iure detractionis.* In Marchia hæc *gabella hereditaria* obtinet, vt, qui hereditatem ſibi delatam alibi transferre volunt, quindenam ſoluere teneantur, exceptis paſtorum defunctorum vidua et liberis: ceteri heredes gabellam hanc ſoluere debent, per *ordin. conſiſt. March. c. 24.* MVLLER *in reſol. March. reſol. 4. n. 6. ſq.* Eximuntur quoque ab hac immunitate in Marchia bona immobilia paſtorum, quæ quindenæ manent obnoxia, obſeruante EODEM *cit. l. inf.* Denique ſi liberi et vxores paſtorum alibi hereditatem adierunt, et, viuente patre vel marito, illam ſecum transferre volunt, a gabella haud ſunt immunes, ſed demum tunc, ſi paſtor mortuus eſt, per *ordin. add. cit. l.* quod MVLLER *cit. l. n. 7. ſqq.* plenius illuſtrat. In plerisque aliis locis clericos et eccleſiæ miniſtros ab hoc onere gabellæ immunes eſſe, docent COTHMANNVS *reſp. acad. 1.* KNIPSCHILD. *de ciuit. imper. lib. II. c. 20. n. 40. ſqq.* BERLICH. *P. III. concluſ. 52. n. 30.* SCHMID. *de cenſu emigrat. th. 17.* cum in ciuitatibus municipalibus paſtores non ſubſint iurisdictioni oppidanæ, et quatenus immobilia eis ſubſint, merito tamen hac immunitate gaudere debeant, qui tot aliis oneribus exemti ſunt, quamuis quoad hæc praxis locorum variet. Immunitas a iure detractionis.

§. CLXXV. Sunt etiam (XVII) quandoque *lucra extraordinaria*, paſtoribus aliisque clericis certo eueniente caſu obuenientia. Huc pertinent (α) *laudemia*, ex bonis emphyteuticis, vel etiam cenſiticis ex more debita, exiſtente eo caſu, quo ſolui alias ex more debent, ſiquidem eorum bonorum dominium directum bonis parochialibus ſeu dotalibus adſcriptum eſt. Conf. HARPRECHT. *vol. non conſ. 35. n. 129. ſqq.* (β) *Pannus funus funebris et lintea*, quibus vrnæ ferales in exequiis teguntur, modo conſuetudo hæc ipſa paſtoribus addicat, vnde ferę vnice debentur. Laudemia paſtorum. Pannus funebris.

Digitized by Google

CARPZOV. *lib. I. iurispr. consist. def. 114. sqq.* Si plures sunt in ecclesia pastores, rursus consuetudo inueterata determinat, cui debeantur. STYPMAN. *de salar. cleric. c. III. n. 97. sqq.* (γ) In funeribus nobilium adhiberi

Equus funebris.

solet pompæ gratia *equus funebris*, das Trauer-Pferd, quem itidem parochi sibi vindicant, vt ad minimum pro certo pretio redimatur. In Marchia pastores hoc lucrum, quod 25. thalerorum esse volunt, sibi asserere ex actis didici, sed non tantum iis rescripta contraria obstant, verum praeterea de consuetudine non satis constat. Non sufficit enim probasse, quod hinc inde equus funebris, vel pretium eius, lucro pastorum cesserit, sed demonstrandum praeterea est, illud in casibus obuenientibus *ex necessitate* solutum fuisse. Quae ex *libera voluntate* a nonnullis praestita sunt, aliis *necessitatem* nullam imponunt. (δ) In multis etiam ecclesiis

Legata in certos vsus relicta.

legata in certos vsus relicta deprehenduntur, quorum reditus pastoribus obueniunt, v. c. pro catechisatione infantum, pro habendis concionibus passionalibus, vel super catechismo Lutheri etc. In multis capitulorum statutis cautum est, vt decedens canonicus in *sui memoriam* aliquid ecclesiae cathedrali legare teneatur, quorum legatorum reditus canonicis praesentibus, et in choro rem diuinam facientibus, in certo die a testamentariis diuiduntur, dicunturque die *memorien-* und *praesentien-Gelder*, quia praesentibus, et cultum diuinum eo die celebrantibus tantum distribuuntur. Illustrabo hoc ex *tom. II. analect.* MABILLONII *p. 576. sq.* vbi de Alberico Cornuto, episcopo Carnutensi, haec adducit: *Contulit autem huic ecclesiae duo peroptima pallia et altare quoddam portatile triplici genere lapidis pretiosi munitum, granicamque de Frauxineto sumtuosis aedificiis reparavit, et maioriam de Bercheriis episcopi acquisiuit, quam ad anniuersarium suum singulis annis celebrandum legauit. Pro qua reuerendus pater Matthaeus, Carnutensis episcopus, in capitulo nostro praesens voluit et concessit, quod ipse et successores episcopi Carnutenses, qui pro tempore fuerint, quatuor libras monetae currentis soluere teneantur in die anniuersarii, canonicis, qui anniuersario intererunt, distribuendas. Item Iohannes de Espaillardo, praepositus de Masangeio, dicti Alberici consanguineus, et ab eodem specialiter praedilectus, dedit et concessit in augmentum quadragintaet quinque solidos, quos assignauit annis singulis percipiendos super iis, quae idem praepositus emerat a Maiore de Masangeio apud Masangeium: et ad hoc ea, quae emerat, esse concessit et voluit obligata. Ita quod centum solidi de praedictis canonicis, et reliqui viginti clericis de choro, qui anniuersario in vigiliis et in missa intererunt, distribuentur; Et quinque solidi, qui supersunt, pulsatoribus campanarum, qui etiam grassiora tympala in vtraque turre in vigiliis et in*

missa

*miſſa pulſabunt, et pulſari facient, diſtribuentur: ſalua matricul*ariis *clericis portione in ſumma clericis non-cannicis deputata. Voluerunt et conceſſerunt tam dominus epiſcopus et capicerius, quam capitulum, quod dictum anniuerſarium de cetero cum ſolemni luminari et ſolenniter celebretur.* Sunt etiam (ε) in multis capitulis ſatis cognita *lucra obedientiarum*, ſeu *ſupplementa præbendarum*, quæ itidem originem trahunt ex *inſtitutis monaſticis* a canonicis receptis. Ea olim in nobilioribus monaſteriis erat diſciplina, vt *minores* ſub ſe haberent *colonias*, quæ *cellæ*, *præpoſituræ*, *obedientiæ*, *prioratus*, et *monaſteriola* paſſim vocabantur. Huius inſtituti hæc inter alias erat ratio, vt, cum diteſcentibus monaſteriis prædia, fundi, villæque plures acceſſiſſent, quo fructuoſior et fidelior eorum eſſet adminiſtratio, cultioribus fertilibusque locis monachos præficerent, ſub directione *præpoſiti* vel *decani*, et ad continendos in officio ſeruos, gubernandosque rite colonos eccleſias ibi conſtruerent, ibique regerent. MABILLON. *in act. Benedict. præf. ad ſec. V. §. 33.* ANTON. MATTHAEI *de nobil. lib. II. c. 25. p. 452.* BROVVERVS *lib. I. annal. Fuldenſ. c. 7.* Dictæ vero hæc monaſteriola *obedientiæ*, quod eſſent coloniæ *monaſterii maioris*, et ei *obedirent* et ſubeſſent, monachique in illis commorantes certis diebus ad conuentum indictum conuenire deberent; *cellæ* vero, quod eſſent *altrices* et *nutrices* quædam cœtus monaſtici, quod optimo diplomate illuſtrat SCHATEN. *in annal. Paderborn. ad ann. 855.* Similes quoque *cellulas* et *obedientias* exſtruxiſſe canonicos, euidens eſt, quod illuſtratur ex LVDOVICI pii *reformat. de anno 817. c. 44.* relata a BALVZIO *tom. I. capit.* et LVNICHIO *tom. I. ſpicil. eccleſ. n. 40.* vbi dicitur: *vt abbatibus liceat habere cellas, in quibus aut monachi ſint aut* CANONICI. Eadem erat rei familiaris eccleſiaſticæ in *capitulis*, quæ in *monaſteriis*, ratio, cum illa etiam variis bonis, longe ſæpe diſſitis, abundare cœperunt, quæ per *canonicos obedientiarios*, ibidem conſtitutos, regi, conducibile videbatur. Hi, qui *obedientias* tales regebant, ad nutum abbatis vel epiſcopi erant reuocabiles, vt conſtat inter plura alia antiquitatis documenta ex *chron. Virdun.* HVGON. relato a PHILIPPO LABBEO *tom. I. biblioth. nouæ MSCt. l. 1. p. 244. inf.* Sed tractu temporis cum obedientiarii inobedientes fierent, *beneficii iure* a poſſeſſoribus, firmiter iis inhærentibus, retentæ ſunt, maxime poſtquam præbendæ, communi vita deſerta, diſtributæ ſunt inter ſingulos canonicos, quibus hæ obedientiæ ſeorſim collatæ, et inſtar *ſupplementi præbendæ* pro *liberalitate* et *gratia* epiſcopi aſſignatæ ſunt. Vid.

Lucra obedientiarum.

CAN-

CANGIVS *in gloſſar. voc. obedientiarius.* Minus probabilis eſt coniectura SCHATENII *in annal. Paderborn. ad ann. 1405. inf. Hæc ſupplementa bonorum plerumque ex priſcis decimis, olim a* CAROLO M. *eccleſiæ cathedrali parochiisque per diœceſin attributis, deſumta, quæ deinde, ſoluta vita communi, factaque bonorum inter ſe diuiſione, emeritis et emancipatis canonicis obuenere.* Nec *ratio nominis*, nec diploma, quod *ad cit. ann.* adfert, id euincunt, quin potius oſtendunt, has obedientias, paulatim in *beneficia minora* erectas, et ex liberalitate epiſcoporum, in ſupplementum præbendæ huic vel illi collatas, tandem per modum *optionis* acquiſitas fuiſſe. En ipſum diploma, quod rem ſatis declarat. WILHELMVS *etc. Hinc eſt, quod, ſicut experientia didicimus, cum obedientias ſeu ſupplementa præbendarum infra ſcripta canonicis maiori præbenda præbendatis et emancipatis in eccleſia noſtra prædicta, per epiſcopum Paderbornenſem conferri ſolita vacare, et ea ad petentium importunitatem, aut alias, non vt expedit, diſpenſari contingit, priuati commodi pernicioſus affectus, dum bonum commune negligit in ipſius eccleſiæ detrimentum, ſuas nonnunquam relaxat habenas. Quapropter nos cum honorabilibus dominis, præpoſito et capitulo eccleſiæ noſtræ prædictæ, communi conſenſu omnium noſtrum, tractatu capitulari ac matura deliberatione præhabitis, vtilitate ipſius eccleſiæ in hac euidente penſata, de obedientiis ſeu ſupplementis præbendarum ſupradictis, ſtatuto et ordinatione perpetuo valituris ſtatuimus et ordinauimus, quod, quotiens aliqua de obedientiis ſeu ſupplementis ante dictis de cetero vacare contingit, canonicus maiori præbenda prabendatus et emancipatus, qui ſuperior eſt in gradu, ſic quod præpoſitus primum, decanus ſecundum locum, et deinde priores et ceteri ſecundum gradus, quantum adhæc habeant, illam obedientiam infra dies a tempore vacationis, poſtquam in ipſa eccleſia ipſa vacatio nota fuerit, immediate currentes, coram capitulo dictæ noſtræ eccleſiæ in propria perſona adoptet; quodſi neglexerit, ſeu noluerit ea adoptare, ſequens eum immediate in gradu illam poterit modo conſimili adoptare; ita ſane, quod ſi plures obedientias tales ſimul vacare contigerit, ille adoptans illa vice vnam duntaxat adoptet, nec ſit ei aliam adoptandi facultas, donec ſingulos canonicos ad hoc, vt præmiſſa eſt, habiles et idoneos* (quales erant emancipati, de quo ritu *tit. I. §. LXXXIII. ſq. huius libri* plenius egi, dixique, emancipatos dictos fuiſſe, qui puluere ſcholaſtico ſoluti erant, quaſi die losgeſprochen waren, vt iam ad officia ſacra canonicalia admitti poſſent) *huiusmodi adoptionis ordo percurrat, tunc demum et non prius aliam poterit adoptare*

d by Google

optare, et illam cum prius habita tenere. (Plures enim olim in monaſteriis, et ſic etiam in capitulis erant *obedientiæ*, vt ducentarum numerum nonnunquam tranſcenderent, et ſecundum *numeros* appellarentur, vt *obedientia prima, obedientia octaua etc.*) *Nullus autem canonicus prædictarum vltra duas ſimul habere debebit de obedientiis ſeu ſupplementis antedictis, niſi tunc ſtante tempore adoptionis prædictæ ſinguli canonici ad huiusmodi adoptionem idonei iam binas obedientias de prædictis obtinerent, tunc ille, quem adoptionis ordo tangeret, tertiam poſſet adoptare, et illam cum prius habitis licet retinere. Si vero ille, quem, vt præmiſſum eſt, ordo tangit adoptionis, aliquam de prædictis obedientiis iam poſſidet, poteſt illam, quam habet, ſi vult, dimittere, et vacantem de noua adoptare, et illa ſic dimiſſa, per ſequentem in ordine eo modo, quo ſuperius eſt expreſſum, poterit adoptari etc.* In eccleſia cathedrali Magdeburgica eiusmodi *obedientias* per optionem quoque capitularibus obuenire, docet pactum *anno 1671.* a capitularibus initum, infra §. *CCLXXXV.* adducendum. Nec dubitandum eſt, eas in aliis dari capitulis. Denique (ζ) ſunt etiam *ſuperexcreſcentes reditus*, quos vulgo vocant die *excreſcentien*, quorum fit mentio in *ord. polit. Magdeb. c. VI. §. 23.* additurque, de iis ſimilibusque reditibus ſtatuendum eſſe ſecundum *iura canonica, obſeruantiam* et *ſtatuta capitularia.* Tales occurrunt iis in capitulis, in quibus certus præbendarum numerus eſt conſtitutus, ſingulisque certa bona aſſignata: quodſi itaque, extra hæc, bona eccleſiaſtica aucta ſunt, eorum reditus vocantur *excreſcentien.* Liquet id ex *c. 9. X. de conſtit.* vbi in Ferrarienſi eccleſia quatuordecim præbendæ conſtitutæ referuntur, et quamuis vltra hunc numerum quosdam recepiſſent canonicos, et *reditus non modicum fuiſſent augmentati, nondum tamen eis* Ferrarienſes canonici *voluerunt ex* SVPEREXCRESCENTIBVS *reditibus prouidere*, allegantes, *quod ſuperexcreſcentes communi menſæ, quæ minus ſufficiens fuerat, deputauerint.* Communis menſa dicta eſt *pars certa redituum in commune relicta*, in memoriam antiquæ communionis reſeruanda, quamuis ab hac diſceſſerint, et bona in certas præbendas diuiſerint. STRAVCH. *in amæn. iur. can. ſemeſtr. I. eclog. 2. c. 4.* Conſtituit vero pontifex, *ſuperexcreſcentes reditus prædictis canonicis*, ſine præbenda receptis, *eſſe aſſignandos*, et quod ſuperfuerit, *in communes canonicorum vſus, ſiue aliter, prout melius videbitur, conuertendum.* Regulariter ergo *ſuperexcreſcentes* reditus 1) aſſignandi eſſent canonicis non præbendatis, et in horum defectu in vſus canonicorum communes conuertendi, quamuis poſterius hodie

Excreſcentes reditus.

Digitized by Google

vtplurimum tantum obtineat. Hoc etiam illuſtrari poteſt ex *diplomate* apud AVBERTVM MIRAEVM *lib. I. donat. Belgic. c.* 127. de *anno* 1303. vbi hæc notabilia occurrunt: *Decanus idem etiam habebit de reditibus dictæ rectoriæ in augmentationem ſui decanatus decem libras redituum annuatim, et* SVPEREXCRESCENTIA *cedent in communes vſus canonicorum reſidentium ibidem.* Nolo addere illa incrementa, quæ ex *receptione neo-canonici* præſentibus obueniunt, *ordens= ſtatuten= præſentien=*Gelder, *vinum admiſſionis* etc. de quibus *tit. IV. huius libri* hinc inde actum eſt.

Accidentalia. §. CLXXVI. Denique (XVIII) agmen claudant ACCIDENTALIA, vt vocantur, ſeu *honoraria*, quæ clericis, pro *ſpeciali officio ſacro*, ab his, quorum gratia potiſſimum fiunt, præſtantur vel ex *debito*, vel ex *liberalitate*, v. c. pro baptiſmo, abſolutione, precibus publicis, proclamatione, benedictione ſacerdotali, viſitatione, ſermone funebri, conductu funebri etc. Quædam ex his *determinata* ſunt in ordinationibus eccleſiaſticis, et ita *iure perfecto* debentur; quædam relicta ſunt *regulis honeſtatis*, veluti honoraria pro baptiſmo et abſolutione, quæ in Saxonia exigi prohibentur, oblata tamen accipi poſſunt; alibi etiam honoraria pro baptiſmo *iure perfecto* debentur. Nulla ſane labe ſimoniaca laborant, licet quædam aliquid *indecori* in ſe contineant, quod tamen in tanta ſalariorum penuria vbique emendari nequit. De ſingulis alia occaſione agam, quamuis potiora momenta, quæ de iis adferri poterant, iam excuſſa ſint in *iure parochiali ſect. VII. c.* 2.

(XVI.)

De beneficiorum eccleſiaſticorum vnione, dismembratione, et multiplicatione.

De vnione beneficiorum remiſſive. §. CLXXVII. Pergo ad *accidentia beneficiorum*, quæ α) in *vnione*, β) *dismembratione*, et γ) *multiplicatione* eorum occurrunt. De *vnione* eorum vtplurimum agunt, qui doctrinam de *beneficiis* tradunt, vt GARCIAS, LEVRENIVS, LATERIVS, DARTIS, CORVINVS, aliique. Ex profeſſo tamen inter pontificios *de beneficiorum vnione* tractatum edidit IO. BAPTISTA TVRRICELLIVS, inter noſtrates IO. PHILIPPVS SLEVOGTIVS, qui omnis in hoc fuit, vt *in tr. de vnione eccleſ. et benefic.* oſtenderet, an et quatenus ad eccleſias proteſtantium doctrina de *vnione*, in iure canonico tradita, applicari poſſit. Hinc inde

inde quidem nonnulla in iure canonico de ea traduntur, primaria tamen eius sedes occurrit in *c. 30. et 33. X. h. t.* Huic opponitur *dismembratio*, de qua etiam *in hoc titulo* agitur, videlicet in *c. 8. 10. 20. 21. 25. 26. 36.* Denique et *pluralitati beneficiorum* in *c. 13. 14. 15. 18. et 28. h. t.* obex positus est, sed fere sine vllo effectu, vt infra specialius ostendam.

§. CLXXVIII. VNIO generatim dicitur *duorum pluriumque beneficiorum vel ecclesiarum connexio, ad hunc effectum, vt respectu beneficiati pro vno et simplici beneficio habeantur, quæ ante vnionem diuersa et distincta erant.* Sunt ex antiquis maiorum institutis beneficia certis officiis ecclesiasticis assignata, illisque debentur, quibus hæc collata sunt. Verum nonnunquam *necessitas* coniunctionem plurium desiderauit: quandoque *salus ecclesiæ* officii minus necessarii *suppressionem* suasit in fauorem eius, qui officium magis necessarium ecclesiæ exhibuit: non raro quoque in merum *fauorem* beneficiati, ex corruptis moribus, suscepta est vnio ecclesiarum, ad palliandam *pluralitatem beneficiorum*, in iure canonico prohibitam. Hæc eo fœdior, quo olim frequentior, et ab omni iuris ratione alienior. Idem fucus et color in ea quærebatur, quæ *commendae* commendauerat. Non dissimularunt abusum huius iuris Tridentini, quin *sess. VII. c. 4.* priuatione beneficiorum eum puniendum esse censuerunt, qui beneficia, siue per *viam vnionis ad vitam, siue commendæ perpetuæ*, recipere præsumserit. Idem seuere inculcant in *sess. XXIV. c. 17. quibuscunque dispensationibus ac vnionibus ad vitam non obstantibus.* Potissimum notatur *vnio ad vitam*, quæ aperte vtplurimum fit ad palliandam beneficiorum pluralitatem, non in *ecclesiæ* commodum, sed lucrum et quæstum beneficiati. Hanc præcipue atro carbone notant interpretes; hanc damnant, reprobant, reiiciunt. TVRRICELLIVS *de vnion. benef. c. 1. n. 4. sqq.* CORVINVS *de person. et benef. eccles. P. II. lib. 5. tit. 10. n. 10.* Vitia et abusus, sub hac latentia, in compendio refert SLEVOGT *de vnion. benef. et eccl. dist. I. c. 2. §. 7.* additque, in Gallia ab huius vnionis facto appellari tanquam *ab abusu;* receptum enim in genere est in hoc regno, vt, si abusus grauior in ecclesiasticis erumpat, per appellationem ad regia tribunalia impediatur, ne latius serpat.

Ratio eius iustificans.

Abusus.

§. CLXXIX. Quid ergo mirandum, si Romanæ ecclesiæ doctores asserant, *vnionem* inter *odiosa* collocandam esse, regulariter interdictam, non promouendam, fouendam, amplectendam, sed in dubio contra eam pronunciandum. Ita censet omnis fere interpretum cohors, et grus gruem sine iudicio sequitur. TVRRICELL. *cit. l. c. 2. n. 4.* LEVRENIVS

Vnio inter odiosa refertur, sed in quo sensu.

Digitized by Google

de for. benefic. P. III. qu. 882. Hoc admitto, vniones *regulariter* et ſic non facile fieri debere: ſi fiunt, magis per modum *exceptionis*, quam *regulæ* ſuſcipiuntur. Interim non ſtatim *generatim* inter *odioſa* referri debent. Neceſſitas et vtilitas præſtant iuſtam vnioni cauſam. *c. 33. X. h. t.* An vero, quod ex hac cauſa fit, odioſum et probroſum reputandum eſt? Annon *ſalus eccleſiæ* ſuprema lex eſſe debet? Imo quod ſalutare eſt eccleſiæ, quod neceſſitas iubet, vrget, præcipit, minime inter ea, quæ odio habenda, collocari debent. Temporalis illa, quæ *ad vitam*, ad quæſtum ſolius beneficiati, *cum eccleſiæ detrimento*, præter neceſſitatem, et ſic *per abuſum*, fit, odioſa eſt, explodenda, non vero omnis omnino vnio odioſorum claſſi adſcribenda. Ex *cauſa* et *modo* vnionis potiſſimum eruendum, vtrum commendanda, an odioſis annumeranda ſit. Penitius ergo de *modis* et *cauſis* agendum eſt.

Tres vnionis modi.

§. CLXXX. *Tres* communiter *vnionem* faciunt *modos*: (1) per *ſubiectionem*, (2) per *confuſionem* ſeu *ſuppreſſionem*, (3) per *æqualem iunctionem*, vt neutra eccleſia ſupprimatur, vel alteri ſubjiciatur. *Prima vnionis ſpecies* PER SVBIECTIONEM eo caſu fit, quando duæ pluresve eccleſiæ ita vniuntur, vt diſtincta quæque maneat, ſed altera *principalis* fiat, reliquæ *acceſſionis* vicem teneant, omnes autem vni ſubſint rectori ſeu parocho. Illa, cui per *vnionem* aliæ accedunt, *principalis* manet, et vnitæ *inferiores* ſeu *acceſſoriæ* dicuntur. ESPEN. *P. II. iur. eccleſ. tit. 29. c. I. n. II.* TVRRICELLIVS *cit. l. c. IV. n. 1. ſqq.* Principalis communiter *mater*, vel etiam *matrix* dicitur, quæ appellatio in eccleſia Romana vſitatior quam prior eſt, obſeruante BOLLANDO *in act. ſanct. ad d. 5. Febr. p. 656.* acceſſoria vero *filia* vel *filialis*. Sed caueas, ne ambiguo vocis ſignificatu decipiaris. *Mater* (1) ſæpe illa vocatur, quæ *principatum* inter *omnes* tenet, vt Romana, *c. 23. X. de priuil. et neceſſ. prælat.* vel in quadam diœceſi, vt *cathedralis*, quæ *caput* et *mater* ceterarum eſt. *c. 10. X. de præſcr. c. 10. X. de tranſact. Clem. 1. de ſentent. excomm.* Non raro quoque (2) illa *mater* vocatur, ex cuius reditibus noua exſtructa, et velut *colonia* deducta, vt interim proprium parochum et paſtorem habeat, et vnio deficiat. vid. *ius paroch. ſect. VI. c. I. §. 28.* Denique (3) datur *mater eccleſia*, in qua paſtor communis reſidet, et ſubiectæ quoque eccleſiæ præeſt, ibique rem diuinam vel *per ſe* vel per *vicarium* facit, quod fit per *ſubiectiuam vnionem*, quæ huius loci eſt.

Primus per ſubiectionem.

Vbi altera principalis eccleſia ſeu mater dicitur, altera filia.

Matris ambiguus ſignificatus.

Vnio per ſubiectionem fit vel abſolute,

§. CLXXXI. Hæc *vnio* per *ſubiectionem* rurſus poteſt fieri duobus modis: α) *abſolute*, vt quidem eccleſiæ in ſe diſtinctæ maneant, nec vnum inter ſe cœtum conſtituant, vni tamen eidemque paſtori ſubſint, qui

in

in vtraque eccleſia, et *matre* et *filia*, cultum diuinum *per ſe*, et non *per vicarium*, celebrare debeat: *β) ſecundum quid*, vt *quoad certos actus* filia tantum matri vnita ſit, et licet proprium cœtum conſtituat, proprium templum, etiam proprium paſtorem habeat, intuitu tamen quorundam actuum, v. c. baptiſmi, S. cœnæ etc. ita ſit matri vnita, vt hæc ſacra filialiſtæ *in matre eccleſia* percipere debeant, imo vt etiam paſtor eccleſiæ *filiæ* ſit compaſtor eccleſiæ *matris*, quoad illos actus. Vnio enim variis modis et pactis limitari, reſtringi et circumſcribi poteſt. Olim ſæpius in civitatibus ſingulis vna erat *eccleſia baptiſmalis*, vel, ſi plures adeſſent, non omnes tamen parochiales erant *baptiſmales*, ſed actus baptiſmi vnice in *matre* eccleſia peragendus erat. *c. 53. C. 16. q. 1.* ESPEN. *P. II. iur. eccleſ. tit. 2. c. 2. n. 14. ſqq.* *Capellæ* inprimis ſubiectæ erant principalibus eccleſiis, quæ licet *proprium capellanum* haberent, baptiſmus tamen in matre eccleſia peragendus erat, populusque, capellis addictus, ad minimum ter in anno in *matre eccleſia* comparere debebat, obſeruantibus STEPHANO BALVZIO *tom. II. capit. Franc. p. 1064.* et ANTONIO MATTHAEI *lib. II. de nobil. c. 35. p. 556. et p. 565.* vel ſecundum quid.

§. CLXXXII. Multum ſane refert in quæſtione, de præſtatione, de reparationibus templi, ædiumque parochialium, aliisque, quomodo facta fuerit vnio? Ita cum aliquando paſtori eccleſiæ *filialis* ædes eſſent exſtruendæ, qui ſimul erat paſtor *matris* eccleſiæ, dubitatum fuit, vtrum habitantes in *matre* eccleſia ſimul concurrere deberent ad ſumtus, in ædificationem harum ædium faciendos? Ipſa ratio vnionis admodum *irregularis*, et tantum *ſecundum quid* facta, ita tamen comparata erat, vt multum dubitationis diſceptationisque haberet. Quid facultas noſtra *menſ Dec. 1714.* cenſuerit, ex ſubiecto reſponſo liquet: Exemplum vnionis irregularis, ſeu ſecundum quid.

Iſt das ohnweit Bremen belegene Amt Thedinghauſen durch den dadurch flieſſenden Strohm, die Eyter genannt, in zwey Theile getheilet, und jenſeit des Fluſſes in dem Dorffe Lünſſen die Haupt-Kirche, in dem Dorffe Thedinghauſen diſſeit des Strohms, von alten Zeiten her nur eine Capelle geweſen, da denn zwar in der Haupt-Kirche, bey welcher ein Paſtor iſt, alle Unterthanen eingepfarret ſind, die Capelle aber denen Dorffſchafften diſſeits des Strohms zu gute angeleget, daß, wenn die Leute in die Kirche nach Lünſſen wegen unbequemes Gewitter nicht kommen können, ſie alsdenn ihren Gottes-Dienſt des Sonntags in ſolcher Capelle, durch den vormals darzu beſtelleten Diaconum, der darin ihnen eine Predigt, und des Montags eine Bet-Stunde hält, haben, gleichwol keine andere ſacra darinnen verrichtet werden mögen, dabey es auch

biß etwa anno 1660. geblieben, da erſt von dem Königlich-Schwediſchen Conſiſtorio zu Stade dieſes Diaconi Amt dahin extendiret worden, daß bey ſich ereugenden Nothfällen, und wenn die Einwohner diſſeit des Strohms nicht nach Lünſſen kommen kömen, derſelbe in ſubſidium vices paſtoris vertreten ſolte. Iſt aber hierauf in anno 1693. noch ferner von dem Hochfürſtl. Conſiſtorio zu Wolffenbüttel dieſe Veränderung geſchehen, daß der Diaconus bey der Capelle zum Compaſtore dergeſtalt ordiniret worden, daß er hinführo die ſacra und actus miniſteriales im gantzen Kirchſpiele mit verrichten, in der Haupt-Kirche zu Lünſſen mit Beicht ſitzen, und das Abendmahl adminiſtriren, in den übrigen actibus, als Begräbniſſen, Hochzeiten, Kind-Tauffen ꝛc. mit dem Paſtore wöchentlich alterniren, im übrigen aber nach wie vor bey der Capelle zu Thedinghauſen wohnen, und darin des Sonntags predigen, und Montags Betſtunde halten, auch ſonſten in der Faſten den Gottes-Dienſt darin beſorgen ſolte. Wobey denn vor kurtzen ſich zugetragen, daß, weil des Compaſtoris Haus bey der Capelle ſehr baufällig geworden, die Einwohner diſſeit des Strohms ſich reſoluiret, demſelben ein ander Haus zu bauen, zu ſolchem Ende durch einen Gevollmächtigten, ein 3 Meilen davon belegenes anſehnliches Haus kauffen, ſolches abbrechen, und auf der Axe nach Thedinghauſen führen laſſen, auch bereits angefangen, ſolches wieder aufzubauen, und den Bau an jemanden überhaupt verdungen, ohne daß die jenſeit der Eyter liegende Dorffſchaften darzu gefordert, noch deren Conſens und Rath darüber eingeholet worden. Haben ſich aber nachgehends die Dorffſchaften diſſeits der Eyter gemeldet, und vermeynen wollen, daß die andere Dorffſchaften, ſo jenſeit des Strohms liegen, zu dieſem Haus-Bau mit beytragen müſſen, auch eine beyfällige reſolution von dem Hochfürſtlich-Wolffenbütteliſchen Conſiſtorio erhalten, und als die Dorffſchaften jenſeit der Eyter davon das ſupplicationis remedium interponiret, und transmiſſionem actorum und Abhörung der Zeugen begehret, dennoch keine favorable reſolution deßwegen erhalten, daherro gefraget wird:

Ob die *Supplicanten* nicht von dem angeſonnenen Beytrag zum neuen Haus-Bau gäntzlich freyzuſprechen, bey ihrer *exemtion* zu ſchützen, und von der Klage zu *abſoluiren* ſeyn?

Ob

Ob nun wol es das Anſehen gewinnen will, als ob die Supplicanten mit Recht zu ſolchem Beytrag angehalten werden möchten, anerwogen alle Dorffſchaften, ſo wol diſſeits als jenſeits der Eyter, eine Gemeinde ausmachen, und ihre gemeine Seelſorger haben, alſo vor deren Unterhalt ſorgen, und ihnen die Wohnungen durch allgemeinen Beytrag verſchaffen müſſen, abſonderlich da der bey der Capelle zu Thedinghauſen wohnende Prediger ſein Amt allen Dorffſchaften zu gute verwaltet, und nicht bloß zum Dienſt der Capellen-Intereſſenten beſtätiget, ſondern vielmehr zum Compaſtore in der Haupt-Kirche zu Lünſſen beſtellet worden, daſelbſten auch mit Beichte ſitzet, die adminiſtration des Abendmahls alle Sonntage mit verrichtet, und hiernächſt alle actus parochiales nicht allein bey denen Capellen-Intereſſenten, ſondern auch bey denen Dorffſchaften jenſeit des Strohms mit verrichtet, alſo auch es billig zu ſeyn ſcheinet, daß, da dem Compaſtori anietzo ein Haus gebauet werden muß, dieſe Dorffſchaften darzu mit beytragen müſſen, abſonderlich da anno 1698. eine perfectior vnio unter denen vorhin geweſenen Filialiſten mit der Haupt-Pfarre conſtituiret, und der vormals bey der Capelle ſubſiſtirende Diaconus zum Compaſtore der gantzen Gemeinde erkläret worden, omnes autem concurrere debent ad ſubeunda onera parochialia, in quorum gratiam parochi conſtituti ſunt.

KLOCK. *de contrib. c. 10. ſect. 1. n. 54.*
CARPZOV. *lib. 2. iurispr. conſ. def. 341.*
SLEVOGT. *de vnion. eccl. ſect. 1. c. 3. §. 2.*

Wie denn auch die bey der Haupt-Kirche wohnende Dorffſchaften ihr intereſſe dabey haben, daß der allgemeine Compaſtor, ob er gleich diſſeits der Eyter bey der Capelle wohnet, eine Wohnung habe, hergegen es eine gantz andere Beſchaffenheit mit der Capellen Unterhaltung hat, als welche bloß denen diſſeit des Strohms zu gute gehalten wird, und alſo ſie darzu einigen Beytrag zu thun nicht verbunden ſind, auch nicht zu hindern ſcheinet, daß vormals die Capellen-Intereſſenten allein des Compaſtoris Haus repariret, und die andern Dorffſchaften niemals dazu etwas beygetragen; zumal vordem der Diaconus jenen allein zu gute conſtituiret geweſen, nunmehro aber, nachdem er anno 1698. zum Compaſtore ordiniret worden, der gantzen Gemeinde mit vorſtehet, und es alſo nunmehro auch billig heiſſen muß: mutato ſtatu perſonarum, mutantur etiam iura, et per talem vnionem communicantur etiam onera.

SLEVOGT. *cit. l. §. 12.*

Die

Dieweil aber dennoch (1) in gegenwärtigem Fall eine besondere Art der vnion sich findet, indem zwar alle, so wol diß- als jenseits des Strohms liegende Dorffschaften, certo respectu, eine Gemeinde ausmachen, und in der Haupt Kirche zu Lünssen eingepfarret sind, dennoch dabey die dissеits der Eyter liegende Dorffschaften noch ihre eigene Capelle, und darin ihren eigenen Gottesdienst haben, welchen allein der Compastor, oder vormalige Diaconus, und nicht zugleich der bey der Haupt-Kirchen zu Lünssen wohnende Pastor mit verrichtet, also auf gewisse Art diese Capellen-Interessenten, in regard dieser Capelle, darin sie Sonntags die Predigt göttlichen Worts abwarten, von denen andern Dorffschaften, so allein zur Haupt-Kirchen gehören, noch unterschieden sind, und vor sich in regard dieser Capelle, und des ihnen vorstehenden Predigers, eine eigene Gemeine gleichsam ausmachen; zu dem Ende sie auch (2) diese Capelle alleine zu repariren schuldig, und per rescriptum vom 14. Septembr. 1714. darzu condemniret sind, imgleichen auch, wie vormals, also auch anietzo, da dem vormaligen Diacono das Compastorat mit anvertrauet worden, dem bey der Capelle wohnenden Compastori seinen Unterhalt und subsistence allein schaffen, darzu aber die andern jenseit des Strohms liegende Dörffer nichts contribuiren dürffen, vielmehr die Capellen-Interessenten in regard so wol der Capellen, als des dabey wohnenden Compastoris noch ihre eigene onera haben; und ob wol (3) dem bey der Capelle wohnenden Prediger nunmehro seint anno 1698. das compastorat bey der Haupt-Kirchen zu Lünssen conferiret worden, dergestalt, daß er alle actus parochiales bey den gantzen diß und jenseit des Strohms wohnenden Dorffschaften verrichtet, dennoch derselbe dadurch seinen vorigen respectum nicht gäntzlich verlohren, sondern nach wie vor bey denen dissеit der Eyter wohnenden Dorffschaften ins besondere als ein Capellanus geblieben, diesen vornemlich anfänglich zu gute gesetzet, und sie deßwegen auch vor seine Wohnung, die vornemlich zu der Capelle gehöret, Sorge tragen müssen; und gleichwie (4) diese Wohnung vor anno 1698. gantz allein zur Capelle gehöret, also billig zu præsumiren, daß solche noch bis dato zur Capelle gehöre, in dessen faveur sie anfänglich erbauet, und dem vormaligen Diacono zur Wohnung eingeräumet, cum mutatio haud præsumatur, also auch billig allein von den Capellen-Interessenten unterhalten werden muß: ferner (5) solche mutatio aus dem compastorat nicht abzunehmen, anerwogen der Compastor vor die functiones pastorales, die er bey der gantzen Gemeinde thut, die accidentien und iura stolæ mit ge-

genieſſet, zu welchem Ende vornemlich ihm das Compaſtorat conferiret worden, und dabey (6) anno 1698. denen Dorffſchaften überhaupt die Verſicherung geſchehen, daß dieſe neue Einrichtung zu keines præiudiz gereichen, ſondern ſaluo iure derer Gemeinden geſchehen ſolle, wodurch die jenſeit des Strohms wohnende Dorffſchaften zu keinen neuen oneribus, welche ſie vorhin zu leiſten nicht ſchuldig, ſind verbunden worden, cum in vniuerſum ex tali coniunctione nihil omnino pereat aut reſtringatur, niſi quantum neceſſario ex coniunctione fluit,

SLEVOGT. *de vnion. eccl. diſſ. III. c. 1. §. 5.*

nächſtdem (7) aus dem aufgetragenen Compaſtorat dieſer Beytrag zu Bauung des Hauſes des Compaſtoris nicht nothwendig flieſſet, vielmehr aus den angeführten Umſtänden zu ſehen, daß ſolches nur ſecundum quid, und zu dem Ende geſchehen, damit der Compaſtor zu ſeiner beſſern ſuſtentation von denen iuribus ſtolæ mit participiren möge, und es hier alſo billig heiſſen muß: quæcunque finis vnionis non includit, ea etiam ab eccleſia matrice peti et ſumi nequeunt.

HERTIVS *de eccleſ. filiab. §. 9.*

Dahero denn auch (8) die Capellen-Intereſſenten bisher gantz allein des Compaſtoris Wohnung, weil ſie zur Capelle primordialiter gehöret, repariret, auch ſo gar noch anno 1698. von denen andern jenſeit des Strohms wohnenden Dorffſchaften zu denen unterſchiedliche mal vorgenommenen reparationen keinen Beytrag verlanget, ferner ſie den ietzigen Bau alleine angefangen, das darzu gekauffte Haus allein behandelt, ſolches herfahren laſſen, und überhaupt verdungen, ohne daß die jenſeit des Strohms wohnende Dorffſchaften dabey etwas contribuiret, oder darüber zu rathe gezogen wären, cum tamen ad talem refectionem omnes vocandi, quorum intereſt, et a cognitione non excludendi ſint,

CARPZ. *lib. II. iurispr. conſiſt. def. 336. n. 14.*

ſie alſo, die Capellen-Intereſſenten, dadurch zu verſtehen gegeben, daß ſie zu dieſem onere allein verbunden, gleichwie ſie auch ohne Beytrag der andern Dorffſchaften dem Compaſtori ſeinen Unterhalt verſchaffen; Dahero auch (9) aus dieſer Abſicht denen jenſeit des Strohms wohnenden Dorffſchaften, ſo in dem Chur-Hannoverſchen Amte Weſten belegen, ohnerachtet ſie in die Haupt Kirche zu Lünſſen eingepfarret ſind, von dem Churfürſtl. Hannoverſchen Conſiſtorio, etwas zu dieſem Bau beyzutragen, verboten worden, mithin die übrige Dorffſchaften deterioris conditionis nicht ſeyn mögen, bey welchen

Digitized by Google

Umſtänden denn nicht hindert, daß der bey der Capelle wohnende Prediger zum Compaſtore bey der Haupt-Kirche mit ernennet worden, und bey der gantzen Gemeinde durchgehends die meiſten actus paſtorales mit verrichtet, zumal dieſes nur certo reſpectu und ſecundum quid geſchehen, alſo kein allgemeiner Schluß daraus gemachet werden mag;

So halten wir davor, daß die Supplicanten in ihrer intention gegründet, und von dieſem onere zu abſoluiren ſind.

Huic vnioni ſecundum quid ſimilis eſt illa, quando filia per vicarium regitur;

§. CLXXXIII. Similis huic vnioni, *ſecundum quid* tali, eſt illa, quæ apud pontificios obtinet, quando ita eccleſia alteri ſubiicitur, vt vnita quidem ſit *inferior*, ſed per *vicarium perpetuum* vices eius, qui eccleſiæ matri præeſt, peragantur, *c. 30. verſ. quia vero X. h. t.* de qua ſpecie ſpeciatim agit TVRRICELLIVS *de vnion. benefic. c. IV.* Eſt hæc illud involucrum, ſub quo tegi ſolet beneficiorum pluralitas, facta non in *ſalutem cœtus eccleſiaſtici*, ſed in *rectoris matris eccleſiæ quæſtum*, vt ex hac eccleſia adhuc reditus pingues percipiat, partemque de tunica præbeat, vicario ſuo ibidem conſtituto. Inde non adeo mirandum eſt, etiam olim monaſteriis parochiales eccleſias hoc modo vnitas fuiſſe, vt abbati integrum eſſet, in iis conſtituere *vicarios*, ſacris vacantes, qui in effectu ſunt *paſtores ordinarii*, ordines recipiunt, et rem diuinam faciunt more ceterorum paſtorum. Fucum faciunt canoniſtæ, aientes, filiam eccleſiam amittere *tituli nomen*, fierique *partem* eius, cui iungitur, TVRRICELLIVS *cit. l. n. 4.* nec habere *rectorem*, ſed *vicarium*. PETRVS PACION. *alleg. canon. XX. n. 1.* Hoc ideo dicunt, quia *titulus* diſtinctam propriamque facit eccleſiam, quod ne amplius obiici poſſit, aiunt, vnionem facere *vnum* tantum *beneficium*, quo ſub prætextu plura quilibet poſſidere poteſt beneficia. Nec hoc diſſimulant, ſed aperte aſſerunt, vnionem tantum fieri quoad reditus, fructus, quæſtum, vt omne emolumentum ex vnito beneficio tranſire debeat ad paſtorem eccleſiæ *matris*, vel *rectorem*, vt vocant eum, cuius beneficio iunctum eſt, niſi in quantum ex illo reſeruatum eſt *vicario*, qui eſt inſtar *conductitii paſtoris*, ein Miedling, non vero *proprius paſtor*. Colligitur quoque hoc exinde, quod beneficium vnitum non vacet, etſi facet eccleſia mater per mortem ſui rectoris: habet enim *vicarium perpetuum*, qui rem diuinam ibidem facit. TVRRICELL. *cit. l. n. 27.* Fucum IDEM facit *cit. l. n. 40.* quando ex doctrina canoniſtarum allegat, curam eccleſiæ vnitæ manere penes *rectorem eccleſiæ matris*, exercitium autem curæ eſſe penes vicarium, cum *rector* vtplurimum per ſe eam exercere ne-

cuius abuſus oſtenditur.

nequeat. Cura hæc, quæ rectori matris ecclesiæ adscribitur, futilis, inanis et elusoria est, imo ne quidem *vmbram curæ* continet, quam ecclesia desiderat. Ita in terminis ludunt, modo rem, h. e. quæstum, capere possint. De hoc cum vicario transigere solent. Vel enim pastor ecclesiæ matris certam tantum quotam sibi retinet, vicario assignatis omnibus reditibus: vel ille omnes fructus sibi reseruat, et certam tantum portionem assignat vicario, ex qua distributione etiam vnionem argui, asserit PACION. *cit. l. n.* 35. Vt plurimum potiores reditus sibi reseruarunt, vt vicariis vix relinquerent, ex quo se sustentare possent, id quod ex tot documentis antiquis liquet. In *reformat. consistorii Bambergensis de anno 1448. quod* LVNIGHIVS *P. II. spicil. eccles. p. 72. sqq.* exhibet, *tit. 19.* id declaratur his verbis: *Quoniam, vt non ambigimus, ex fonte auaritiæ illa prouenit enormitas, quod nonnulli ecclesiarum ac dignitatum prælati, nec non abbates, abbatissæ, præpositi, commendatorer, decani, priorer, priorissæ et ceteræ personæ ecclesiasticæ, exemti et non exemti ciuitatis et diœcesis nostrarum, quibus parochiales ecclesiæ sunt incorporatæ, annexæ, seu vnitæ, et in quibus obtinet ius patronatus, seu rectorum præsentatio pertinet ad eosdem, de prouentibus ipsarum ecclesiarum parochialium tantum percipiunt annuatim, quod rectores ipsarum ecclesiarum non possunt de residuo seu portione eis assignata commode sustentari, iura episcopalia soluere, et alia eis incumbentia onera supportare, imo, quod deterius est, ad ipsas ecclesias promoueri, dum vacant, cupientes, non aliter præsentent seu admittant, nisi prius iurent, et promittant, vel alias per litteras seu instrumenta se adstringant, seu obligent, quod de certa portione debeant esse contenti, vltra forsan incorporationes per sedem apostolicam, aut prædecessores nostros factas, quæ interdum portio ita exigua est et modica, quod ne dum præmissa onera subire valeant, sed etiam miserabiliter sub tanta laborum et onerum sarcina, in opprobrium sacerdotalis dignitatis egere coguntur, propter quod sæpius contingit, quod non inueniantur personæ idoneæ, quæ huiusmodi ecclesias velint recipere, sic quod frequenter etiam minus idoneis conferantur, ex quibus pericula imminent animarum.* Aperte hic depinguntur *damna*, quæ hæc vnio dedit ecclesiis, ostenditurque, (1) vnice in *quæstum prælatorum* eam factam: (2) potiores reditus vicariis subtractos fuisse, vt inutiles et ieiuni pastores ecclesiis præfici debuerint, qui tamen *ordinarii* in effectu erant ecclesiæ pastores. Hi curam gerebant, onera sustinebant, rem sacram faciebant, alii interim de eorum reditibus laute viuebant, et sese pascebant, sub prætextu, quod hi essent *rectores* seu *principales*, præfecti vero ecclesiis tantum *vicarii* eorum seu *mandatarii*, quo ipso auaritiæ suæ inuolu-

Vicariis reditus exigui assignantur.

crum aliquod quærere et circumdare quæsiuerunt. Querelæ, huic fere similes, habentur in c. 30. X. *de præbend.* Apertius et sincerius agit ESPEN. *P. II. iur. tit. 34. n. 27.* aitque: *Vicaria perpetua est verum beneficium æque ac verus pastoratus, daturque vicario in titulum. Itaque*, pergit, *n. 28. in vicarios perpetuos transfertur omnis plane cura animarum, eamque æque ac alii parochi tenent, et exercent, iure sui tituli, nec iure delegato, sed iure ordinario. Itaque non nisi nominetenus appellantur vicarii.* Vides, huius viri doctissimi opinionem mecum penitus consonare. Id potissimum iuris remansit penes pastores ecclesiæ *matris* præter commoda, de quibus dictum, quod constituant *vicarios*, et *ius patronatus* ex hac *vnione* sibi acquisiuerint. Nec ex alio fere fundamento hodie adhuc abbates monasteriorum, quæ ab A. C. addictis possidentur, ius patronatus exercent, aliaque commoda ex parochiis percipiunt, quam ex antiqua vnione, PACION. *c. l. n. 39.*

In vnione subiectiua obtinet regula: Filia sequitur matrem.

§. CLXXXIV. Reuertor ad vnionem *subiectiuam* proprie dictam, etiam in nostris terris frequentissimam, qua *filia* quidem proprium templum habet, sed *proprio* destituitur *pastore*. In hac obtinet regula vulgata: *FILIA SEQVITVR MATREM.* SLEVOGT. *de vnion. eccl. diss. III. c. 1. §. 7.* NICOLAI *resol. cas. pract. res. 1. n. 30. sqq.* HERTIVS *de eccles. filiab. §. 9.* Vulgatum hoc dicterium est, fallax tamen admodum, nisi iustis includatur limitibus, circumscribaturque cancellis. *Finis* et *ratio vnionis* potissimum determinare debet, in quantum filia matrem sequi debeat. *Finis* eius est, vt ecclesia filia proprium alere pastorem haud teneatur, sed pastor ecclesiæ *matris* illis quoque præsit. *Ratio* huius vnionis *formalis* in eo sita est, vt filia *peculiarem* adhuc *ecclesiam* seu *cœtum* constituat, separatim sua sacra a *matre ecclesia* in templo proprio habeat, et in effectu communis pastor duabus ecclesiis præsit, *matri* et *filiæ*, ita tamen, vt in matre ecclesia resideat. Quicquid ergo nec ex *fine* vnionis huius necessario fluit, quicquid *ratio* eius non vrget, iubet, postulat, id vnioni haud includitur, sed in pristino manet statu.

Quæ explicatur.

Per hanc non confunditur iurisdictio ecclesiastica, si filia extra territorium est sita.

§ CLXXXV. Inde (l) fluit, *per vnionem ecclesiarum, in diuersis diœcesibus seu territoriis sitarum, haud confundi iurisdictiones ecclesiasticas. c. 2. X. de relig. domib.* NICOLAI *cit. l.* SLEVOGT. *cit. l.* HERTIVS *cit. l. §. n.* ZIEGLER *ad Lancellot. lib. II. tit. 19. §. 7.* KNIPSCHILD. *de iuribus ciuit. imper. lib. II. c. 3. n. 177.* BESOLD. *P. VI. conf. 298. n. 53. sqq.* B. HARPRECHT. *conf. XII. n. 53.* PITTONVS *in constit. pontif. n. 1763.* Equidem cum non leuia incommoda ex diuersitate territoriorum oriri soleant, *pactis* interpositis nonnunquam illa præcauentur, quibus

ante

ante omnia ſtandum eſt. Parem vim cum pactis habet *antiqua obſeruantia*, de actu quodam lite inter diuerſos dominos territorii emergente, ſi modo legitime doceatur, et planum ſiat, patiente etſi non contradicente altero domino territorii, actum eum, de quo lis incidit, per diuturnum temporis lapſum, hominum memoriam excedentem, ita geſtum fuiſſe. Exemplum huiusmodi conuentionis adfert Dn. SLEVOGT. *cit. l.* inter principes Vinarienſem et Altenburgenſem, qua eccleſia vnita Lichtenhanienſis, conſiſtorio Altenburgenſi ſubiecta eſt. Deficiente *pacto* vel *obſeruantia* vetuſta, dominis territorii ſingulis iura eccleſiaſtica ſalva manent, quæ ante vnionem in eccleſias vnitas habuere, quibus quippe ſaluis hæc vnio fieri potuit, nec ei cohærere cenſentur, quod *ratio* et *finis* eius non neceſſario expoſcunt. Nec enim ratio, quod *mater eccleſia* ſuperior ſit, ei tribuit *iurisdictionem* in *filiam;* ſed hæc *ſuperioritas* tantum eſt reſpectu *paſtoris*, qui in ea ſedem habet, et quod filia huic iuncta ſit. Pactis et obſeruantiæ hic primario ſtandum.

§. CLXXXVI. Quæ cum ita ſint, planum expeditumque eſt, (α) cauſas eccleſiaſticas et matrimoniales, in eccleſia *filia* incidentes, trahi non poſſe ad conſiſtorium matris eccleſiæ: HERTIVS *cit. l.* SLEVOGT *cit. l. p. 124.* (β) vocationem, confirmationem, et exactionem concionis, quam δοκιμασιαν vocant, faciendam eſſe ab vtriusque eccleſiæ dominis territorii, et ſic literas vocationis et confirmationis quoque ab vtroque conſiſtorio expediendas eſſe: (γ) viſitationi ſubiectam eſſe eccleſiam filiam, quæ auctoritate domini illius territorii inſtituitur: (δ) in eccleſia filia preces publicas pro domino illius territorii proprio, non eo, qui eccleſiæ matris eſt, faciendas eſſe: (ε) indictionem feriarum et dierum precatoriarum ſoli competere domino territorii eccleſiæ *filiæ*, adeoque ſacra ſolennia in ea peragenda eſſe a paſtore communi, licet in *eccleſia matre* dies non feſtus ſit: (ζ) adiaphora, ritus, aliaque ſacra in eccleſia *filia* determinari poſſe a ſolo domino illius territorii, nec *filiam* ad præſcriptum eccleſiæ *matris* ſeſe accommodare debere: (η) ſubiectam eſſe eccleſiam filiam ordinationibus eccleſiaſticis, a domino territorii proprio promulgatis, nec ad eas adſtringi, quæ in eccleſia *matre* obſeruandæ ſunt. vid. NICOLAI et SLEVOGT *cit. ll.* Concluſiones inde deductæ.

§. CLXXXVII. Porro (ιι) etiam illud inde fluit, *dominum territorii A. C. addictum prohibendi ius habere, ne eccleſia mater catholicæ religioni addicta proceſſiones publicas etiam ad eccleſiam filiam in territorio domini A. C. addicti extendat, ſi deeſt obſeruantia anni 1624.* prout plenius oſtendit B. HARPRECHT *conſ. XII. n. 52.* Hoc negari nequit, ſi pro- Quid ſi eccleſia mater ritibus pontificiis, filia vero A. C. addictorum nomen det?

Digitized by Google

proceſſionum publicarum praxis etiam in *eccleſia filia* anno 1624. in vſu fuit, illam ſubditis adimi non poſſe, per *I. P. art. 5. §. 31.* Si hæc obſeruantia deeſt, ſolum *ius matris eccleſiæ*, cui filia ſubiecta eſt, id operari nequit, vt dominus territorii A. C. tales ſolennes proceſſiones in ſuo territorio permittere debeat; nam ne quidem *mater* eccleſia, ſi in eius territorio ſita eſſet, illas inſtituere poſſet, ſi vſum earum nullum *anno 1624.* habuiſſet, cum ſubditis exercitium religionis in *cit. art. V. §. 31.* non *abſolute*, ſed *eatenus* tantum relictum ſit, QVATENVS illud dicto anno habuerunt. Accedit, quod ne quidem ius diœceſanum ſe vltra limites territorii extendere debeat, per *art. V. I. P. §. 48.* multo minus ergo *matri* eccleſiæ integrum eſt, ſolennes proceſſiones vltra limites territorii extendere, ex hoc ſolo prætextu, quod *filia* eccleſiæ matri vnita et ſubiecta ſit.

Patronus eccleſiæ filiæ poſt vnionem ius ſuum non amittit.

§. CLXXXVIII. Similiter (III) etiam illud inde conſequitur, *patronum eccleſiæ filiæ ius ſuum per vnionem hanc non amittere.* Pauciores in hanc coeunt et conſpirant ſententiam; imo fere primarii interpretes iuris hanc concluſionem reiiciunt. Noui tamen, *non diſputantium auctoritatem, ſed diſputationis ipſius veritatem eſſe requirendam*, vt vtar verbis MINVCII FELICIS *in Octau. p. 164.* inde a recto tramite me diuelli non patiar. Aiunt communiter, conſenſum patroni neceſſario requiri, quod eccleſia quandam quaſi patiatur capitis diminutionem, et patronus ius præſentandi amittat, per *c. 7. X. de donat.* Ita opinantur Dn. SLEVOGT. *de vnion. eccleſ. diſſ. II. c. 1. §. 15.* TVRRICELL. *cit. tr. c. IX. n. 42.* CORVINVS *de perſon. et benef. eccleſ. P. II. lib. V. c. 10. n. 52. et 54.* HIERONYMVS ROCCA *in diſp. iur. ſelect. c. 193. n. 15.* LEVRENIVS *in for. benefic. P. III. qu. 923. §. 1.* Sane ex *cit. c. 7.* id non euincitur, vbi non de *vnione*, ſed *translatione nuda iuris patronatus in monaſterium* agitur, quod fieri nequit ab epiſcopo citra conſenſum patroni. Præterea etiam hoc concedo, in vnione *extinctiua*, quam vocant, extingui ius patronatus, quia eccleſia vnita talis eſſe deſinit, nec *proprium cœtum* amplius conſtituit, ad quem caſum applicari poteſt doctrina SLEVOGTI *cit. l.* Denique vbi ſecundum mores pontificiorum in ſubiectiua *vnione* filia per *vicarium* regitur, etiam admitti poteſt, patronum ius ſuum amittere, quia vicarium is, qui præeſt eccleſiæ matri, in poſterum conſtituit. Aſt hæc omnia ad præſentem, quem excutio, caſum applicari nequeunt. In eo filia proprium retinet cœtum, templumque, et matri eccleſiæ tantum ſubiicitur, quod fieri poteſt, *ſaluo iure patronatus.* Imo ſi vel maxime conſentiat in vnionem, id quod omnino neceſſarium eſt, ius ſuum eo ipſo abdicaſſe non cenſetur, vt recte arguit HERTIVS

de

de eccleſ. filiab. §. 19. Vtrique ergo patrono ius patronatus *coniunctim* competit, ab vtroque coniunctim exercendum, niſi aliud actum fuerit. Hæc tamen prærogatiua eccleſiæ matri in Saxonia competit, vt, quando nouus paſtor in *matre* eccleſia populo ſiſtendus eſt in ſuggeſtu, a patrono *matris* eccleſiæ hoc ſignificandum ſit per literas, vt patronus eccleſiæ *filiæ* concioni piraſticæ interſit. FINCKELTHAVS *de iure patron. c. V. n. 64.* In hanc ſententiam iuit ill. Facult. iurid. huius academiæ *menſ. Dec. 1698.* ſequenti reſponſo:

Wann nun gleich von Caio dargethan, daß er unſtreitiger Patronus matris und die Kirche zu Butzer die Filia ſey, dahero es das Anſehen gewinnet, daß ihm ſolches ius patronatus auch in Filia zuſtändig, zumalen da auch Caius beygebracht, daß er und ſeine Vorfahren denen Predigern unterſchiedene vocationes ausgeſtellet, ſolche aber ein ius patronatus præſupponiren, cum a patrono vocari tantum poſſit paſtor, und es alſo ſcheinet, daß Caius allerdings ſein ius patronatus erwieſen, zumalen da in antiquis auch probationes leuiores admittiret werden;

Weil aber dennoch daher, daß Caius das ius patronatus bey der Matre hat, zwar einige præſumtio generalis vor ihm iſt, daß er auch bey der Filia ſolches zu prætendiren, dieſe præſumtio aber nicht ſufficiens ad probationem, indem, wenn gleich in antiquis zuweilen præſumtiones loco probationis zugelaſſen werden, es doch ſolche ſeyn müſſen, daß daher ein gewiſſer Schluß gefaſſet werden kan; hergegen in præſenti caſu nicht folget, Caius iſt patronus matris, ergo et filiæ, indem öfters die Filia einen abſonderlichen Patronum hat,

FINCKELTH. *de iure patron. c. 5. n. 63. ſeqq.*

und auch ſolches in dieſem Hertzogthum nicht ungewöhnlich; hiernächſt aus denen ausgefertigten vocationen ebenfalls mit Beſtande ad ius patronatus nicht geſchloſſen werden mag, indem oft das ius patronatus a iure vocandi diſtinctum, wie ſolches exemplo magiſtratuum inferiorum, welchen oft das ius vocandi zuſtehet, obgleich der Fürſt das ius patronatus hat, erhärtet

CARPZOV. *lib. I. iurispr. conſiſt. def. 29.*
SCHILT. *inſt. iur. can. lib. I. tit. 14. §. II.*

und dahero das fundamentum probationis in actibus præſentationum geſetzet werden ſollen,

FINCKELTH. *d. tr. c. 8. n. 41. ſeqq.*
CARPZ. *d. l. def. 21.*

dar-

Digitized by Google

darauf aber Caius ſeinen Beweiß gar nicht gerichtet; ſo halten wir davor, daß er das ius patronatus hinlänglich nicht erwieſen.

Quænam amittantur in hac vnione ſubiectiua.

§. CLXXXIX. Denique (IV) etiam hoc ex *ſtatu* harum vnitarum eccleſiarum fluit, *quæcunque, facta ſubiectione, integra manere nequeunt, ea non poſſe amitti et exſpirare.* SLEVOGT. *cit. l. diſſ. III. c. 1. §. 7. p. 127.* Mater quidem eccleſia nihil amittit: eius iura ſalua et illibata manent: imo incrementa per vnionem ipſa capit; *c. 2. X. de relig. domib.* ſed *filiæ* quid per hanc ſubiectionem decedere poteſt. Filia enim (α) *nomen* ſuum dicitur amittere, nec paſtor a *filia* amplius, ſed tantum a matre denominatur. DARTIS *tr. de benefic. c. VII.* LEVRENIVS *de for. benef. P. III. qu. 883. n. 2.* cardin. DE LVCA *in theatr. verit. et iuſt. tom. I. de benef. diſc. 44. n. 5.* Verum hoc vix vſu apud proteſtantes obſeruari in literis paſtorum, recte ait SLEVOGT. *cit. l. §. 7. p. 127.* quæ modo ſcorſim *matris*, modo *matris filiæque* mentionem faciunt. (β) Non tenetur paſtor ſeu rector *principalis* in eccleſia filia *reſidere;* GARCIAS *de benefic. P. XII. c. 2. n. 23.* quod de iure pontificio *abſolute* verum, quo vnitæ *vicariis* committuntur; noſtro vero *ſecundum quid* intelligendum eſt, h. e. de *habitatione actuali* ſeu perpetua præſentia. Alias *reſidentia* potiſſimum æſtimatur ex eo, vt miniſtri ipſimet *per ſe* rem diuinam ſedulo faciant, quam etiam paſtores in *filia* æque fideliter, ac in *matre* vtplurimum facere debent. (γ) *Adminiſtratio bonorum* eccleſiæ filiæ ſpectare ad matrem eccleſiam dicitur, cuius prædium et patrimonium eſt facta. LVCA *cit. tr. tom. III. de regular. n. 5.* Admitti hoc poteſt de praxi catholicorum, quamuis de *vniuerſali* non ſine ratione dubitem, cum non raro vicarii cum rectore *matris eccleſiæ* tranſigere ſoleant, vt illi omnes reditus percipiant, et huic tantum certam quotam præſtent quotannis, et quia ſeparatum cœtum adhuc conſtituunt, contingere facile poteſt, obſervantia diuturna accedente, vt ſeparatim etiam adminiſtratores habeat filia. In eccleſiis proteſtantium ſane non infrequens eſt, vt filia, quæ ſeparatum cœtum adhuc conſtituit, proprios adminiſtratores habeat, prout obſeruaui in *iure paroch. ſect. VI. c. 1. §. 28.*

Filia aſſumit qualitates matris eccleſiæ.

§. CXC. Porro (δ) filia aſſumit *qualitates* matris eccleſiæ: proprias, quas ſaluas retinere nequit, amittit. Poteſt contingere, vt in eccleſia *filia* ante vnionem non niſi doctor theologiæ admiſſus fuerit, vel civis loci, excluſis extraneis, quem morem non ſeruat mater; ſane, facta vnione, hæ aliæque qualitates non amplius quoad filiam attenduntur, quæ *ſubiecta* eſt matri eccleſiæ. Nec procedria, quam filia ante vnionem ſingulariter obtinuit, tranſit ad paſtorem eccleſiæ *matris*, quæ

per

per *ſubiectionem* inferior matre facta eſt, veluti ſi ſuperintendura ſimplici parochiali eccleſiæ iungatur. SLEVOGT. *de vnion. eccleſ. diſp. III. c. 1. §. 7. p. 128.* Sed hæc exempla forſan rariora ſunt. Si eccleſia *mater* admodum priuilegiata eſt, nonnunquam etiam hæc priuilegia per conſequentiam communicantur filiæ. Si mater eſt exemta, et *immediate* papæ ſubiecta, etiam filia talis cenſetur, vt ordinarius collator per conſequentiam ius conferendi amittat, ob ſingularem eminentiam matris. TVRRICELLIVS *cit. l. c. IV. n. 17.* Applicat hoc SLEVOGT. *cit. l. p. 129.* ad eum caſum, ſi patronata iungatur ſubiiciaturque eccleſiæ, ad ſolius principis collationem ſpectanti, quo caſu ius patronatus amiſſum cenſetur; neque enim temere princeps cum patrono concurſum admiſiſſe cenſetur. Diuerſa eſt ratio, ſi duæ patronatæ eccleſiæ coadunantur, quod fieri poteſt, iure patronatus vtrique patrono reſeruato.

§. CXCI. Ex his, quæ hactenus dicta ſunt, facile liquet, vnionem hanc, quam *ſubiectiuam* dicunt, in multis differre ab vnione illa, quam pontificii potiſſimum ſiſtunt, perhibent, explicant. Vicarios ſeu conductitios paſtores non præficimus *filiæ eccleſiæ*, nec patimur, vt rector eccleſiæ matris lucrum omne percipiat, et certam mercedem conductitio conſtituat. Hæc praxis pontificiorum plura exorbitantia produxit, talesque concluſiones interpretibus extorſit, quæ noſtris eccleſiis filiabus temere applicari nequeunt. Quin potius planum expeditumque eſt, duas pluresue eccleſias per vnionem vni committi paſtori, qui ſingulis præeſt eccleſiis, quatenus adhuc ſeparatum cœtum conſtituunt; in ſingulis ſacra ſeorſim adminiſtrat: ex ſingulis percipit reditus, et ſingularum paſtor proprius eſt. In hoc tantum inæqualitas quædam eſt, (1) quod in *matre* reſideat, non in *filia*, ſed ad hanc ſe conferre teneatur ſingulis diebus dominicis, vel quandoque ſingulis quatuordecim diebus, ibique ſolennia peragere ſacra, prout leges eccleſiaſticæ id determinarunt, de quibus ſpecialia adducit SLEVOGT. *diſſ. III. de vn. eccleſ. c. 2. §. 6. ſqq.* Deinde (2) quod *filia eccleſia* non ſemper concurrat ad electionem paſtoris communis, quæ matri eccleſiæ vtplurimum propria eſt, niſi duæ patronatæ iungantur, quo caſu patronus filiæ ius patronatus non amittit, prout ſupra monui. Vnde (3) *filiæ* eccleſiæ parochiani nihil contribuunt ad eccleſiæ *matris* reparationem, imo ne quidem ad ædium parochialium ædificationem, ſi propriis ædibus parochialibus inſtructi ſunt, quas parochi recte aliis locare, et mercedem inde percipere poſſunt. Breuiter: inter proteſtantes in paucis admodum ſequitur filia matrem, nec beneficium vnitum amittit nomen et ti-

Differentia huius vnionis ab illa, qua filia per vicarios regitur.

Digitized by Google

tulum, multo minus fit *prædium beneficii*, cui vnitur, aut in illius dominium transit, vt TVRRICELLIVS *cit. l. c. 4. n. 4.* de *vnione subiectiua* loquitur, sed separata ecclesia cum suis propriis iuribus manet, adeo, vt nonnunquam titulum priorem retineat. Sic ab *Vlriciana ecclesia* huius loci dependet tanquam *filia* ecclesia, quæ est in pago *Diemitz*, quæ curæ diaconi ecclesiæ Vlricianæ simul est commissa, qui titulum *diaconi* ecclesiæ Vlricianæ et *pastoris* ecclesiæ Diemitzianæ gerit. Quod tam exorbitantes conclusiones in iure canonico *ex hac vnione* natæ sunt, id inde est, quod ecclesiæ parochiales frequentissime vnitæ sint monasteriis et præbendis canonicalibus, quorum possessores non *curam* harum ecclesiarum, sed earum *lucrum* solummodo spectarunt captaruntque, et hoc sibi addixerunt, constituto *conductitio pastore* in iis, quas *filias* vocant, pro certa mercede, quod a praxi protestantium hodierna alienum est. Qui tantarum rerum repugnantiam et diuersitatem non videt, nihil profecto sapit. Ridiculum admodum et ἀτοπώτατον est, ducere velle argumentum ab illis *conductitiis ecclesiis* ad nostras, quas vocamus, *filias*, inter quas præter nominis sonum vix vlla adest conuenientia. Inde tot emersерunt lites de statu ecclesiarum *filiarum* inter protestantes, quas ordinationes ecclesiasticæ rarius determinant, et sic ICtis incautis occasionem præbent, confugiendi ad interpretes iuris canonici, qui tamen de longe diuersa *vnione subiectiua vtplurimum* loquuntur.

Hæ non obseruata, insolitæ conclusiones inde fluxere.

Alter modus vnionis per suppressionem fit.

§. CXCII. Pergo ad *alteram vnionis speciem*, quæ fit PER SVPPRESSIONEM vel CONFVSIONEM, quando duæ pluresue ecclesiæ, antea distinctæ, in vnum corpus et cœtum coalescunt, vt vnitæ nullum cœtum specialem amplius faciant. CORVINVS *P. II. de person. et benef. eccles. lib. V. tit. 10. n. 11.* TVRRICELLIVS *de vnion. benef. c. III. n. 1. sq.* Tales vnitæ ecclesiæ non recte vocantur *ecclesiæ filiæ*, sed potius simpliciter die Eingepfarreten, vt recte obseruat SCHILTER *lib. I. instit. iur. canon. tit. 3. §. 12. in f.* Potest hæc vnio fieri duobus modis: (I) *extinctо in totum officio sacro*, cui antea hæc bona cohæserant. Plura sunt exstincta monasteria, collegiaque canonicorum destructa, quorum bona academiis aliisue piis corporibus vnita sunt, et in eius patrimonium translata. Viadrinæ academiæ monasterium Carthusianorum cessit. Iulia etiam per hanc vnionem plura monasteriorum et fundationum destructarum bona possidet. Wittebergensi academiæ ecclesia Orlamundensis, ædibus sacris destructis, vnita fuit, notante SLEVOGTIO *cit. tr. diss. I. c. I. §. 4.* Plures in capitulis canonicatus suppressi, officia otiosa exstincta, altaria superflua deleta, aliæque super-

Fit (I) per totalem exstinctionem officii sacri.

ſuperſtitioſæ fundationes deſtructæ, quæ tamen omnia inſignes reditus ſuppeditabant iis, qui vel horas canonicas cantabant, vel in altaribus ex opere operato miſſas legebant, vel aliud deuotionis putatiuæ documentum quotidianum, ex præſcripto maiorum, edebant. Horum bona partim ſunt *ſeculariſata*, partim *vnita* aliis eccleſiis indigentibus, piisque corporibus applicata. Tam late accipiunt *vnionis* appellationem, vt bonorum eccleſiaſticorum applicationem ad meliores vſus etiam ea denotent. Et quid mirum? beneficia eccleſiaſtica, h. e. bona, iura, reditus, ſunt illa aurea poma, quæ appetunt, propter quæ clerici fiunt, quæque tanquam principale intendunt, cum ſua natura debebant eſſe officii ſacri acceſſorium. Ergo quando de *vnione* eccleſiarum loquuntur, etiam hanc bonorum eccleſiaſticorum translationem, officio prorſus exſtincto, ſub ea intelligunt. (II) Fit etiam hæc vnio *ſaluo officio eccleſiaſtico*, vt tamen eccleſia ſtatum ſuum amittat, cœtum ſeparatum non amplius conſtituat, ſed cum alia eccleſia ita confundatur, vt plures cœtus *vnum* conſtituant in poſterum *corpus*, iisdem ſacris intereſſe iubeantur, eodemque templo et paſtore vtantur. Sunt ergo omnes et ſinguli, tum qui in loco, quo templum eſt, tum qui alibi habitant, eiusdem ſortis et conditionis, *parochiani* ſcilicet, et ita ad æqualia onera tenentur, tum quoad *refectionem templi*, tum quoad *ædium parochialium reſtaurationem*. Nec tales vnitæ eccleſiæ *filiarum* appellatione commode veniunt, quando ſeparatum cœtum nullum amplius conſtituunt, vtut forſan antea proprium templum paſtoremque habuerint, quod tamen CARPZOV. *lib. II. iurispr. conſiſt. def. 345. n. 6. ſqq.* contendit. Excipit eum caſum SLEVOGT. *cit. tr. diſſ. III. c. I. § 7. pag. 126.* ſi vnitæ alteri eccleſiæ in diuerſo territorio ſitæ, et quoad illas iurisdictio eccleſiaſtica reſeruata eſt, quia hoc reſpectu ſeparatum adhuc cœtum facere videtur, quatenus *ſeparato foro eccleſiaſtico* ſubiecta eſt.

(II) Saluo officio eccleſiaſtico.

Quo ipſo plures cœtus fiunt parochiani vnius eccleſiæ.

Quousque vero leges conſiſtorii illius territorii, in quo ſita eſt eccleſia, ſtringat parochianos *vnitos*, in *diuerſo* exiſtentes territorio, in hac vnionis ſpecie? maioribus inuolutum eſt dubiis. Sunt enim quoad *ſacra* parochiani prorſus eccleſiæ alterius territorii ſubiecti, et ſic quoque conſiſtorio eius ſubeſſe videntur. Interim diſtincte hic procedendum, vti optime obſeruauit facultas iurid. huius loci *menſ. Oct.* 1716. in reſponſo dato ad hanc quæſtionem:

Quid ſi parochiani ſint in diuerſis territoriis?

Ob die Biſchöfl. *E. Conſiſtorial*-Verordnung das Guth *N.* und deſſen Eingepfarrete zur *Obſeruanz* verbinde, oder ob nicht viel-

Digitized by Google

vielmehr der aller- und gnädigſten Herrſchafft des Guths *N.* die *iura epiſcopalia* gebühren?

Obwol auſſer allen Zweifel zu ſetzen, quod per vnionem eccleſiarum in diuerſis territoriis ſitarum haud confundantur iurisdictiones eccleſiaſticæ;

C. 2. X. de relig. domib.

NICOLAI *reſ. 1. n. 30. ſqq.*

HERTIVS *de eccleſ. filial. §. II.*

HARPRECHT *conſ. 12. n. 53.*

Dahero dann die cauſæ eccleſiaſticæ, ſo bey denen Unterthanen ſich ereignen, vor jedes Orts eigenes Conſiſtorium gehören,

SLEVOGT. *de vnion. eccleſ. p. 124.*

mit nichten aber die Dörffer, ſo in territorio alieno gelegen, der Conſiſtorial-Ordnung der eccleſiæ matris unterworffen ſind.

NICOLAI *cit. l.*

SLEVOGT *cit. l.*

Weil aber dennoch dieſes, was anietzo angeführet iſt, vornehmlich alsdenn ſtatt findet, wenn eine vnio eccleſiarum per *ſubiectionem* geſchiehet, ſo daß die Filialiſten noch ihre Kirche und Gemeine ausmachen, und bey der Haupt Kirchen nicht eigentlich eingepfarret ſind, hergegen es in etwas eine andere Bewandniß hat, wenn unterſchiedliche Dörfer eine Gemeine ausmachen, und insgeſamt bey einer Kirchen eingepfarret ſind, da die umliegende Dörfer eigentlich nicht *Filialiſten*, ſondern ſchlechterdings Eingepfarrete heiſſen.

SCHILTER *inſtitut. iur. canon. lib. I. tit. 3. §. 12. in fin.*

Und dahero aus ſolcher Vereinigung unterſchiedliche Dörfer, ſo in diuerſis territoriis liegen, ein Unterſcheid zu machen iſt, unter denen actibus, welche die Kirche, das Pfarr-Recht, und Gemeinde, und unter denen, welche ſingulos in denen Fällen angehen, welche mit der Gemeinde und der Kirchen keine *connexion* haben, da zwar im erſten Fall, was zum Exempel die Sacra, Accidentien, Begräbniß, Pfarronera und davon dependirende Rechte betrifft, billig nach der Conſiſtorial Ordnung des Orts, wo die Kirche gelegen, alle Eingepfarreten gerechnet werden müſſen, ſi vel maxime extra territorium vixerint, cum ſemel cum eccleſia principali in vnum corpus coaluerint;

SLEVOGT *de vnion. eccl. p. 135.*

Hergegen was andere Conſiſtorial-Fälle, ſo eigentlich die Gemeinde und Pfarr-Iura nicht angehen, als *diſpenſationes* zu ſuchen, *in gradibus prohibitis,*

Digitized by

bibitis, in cauſis ſponſaliorum, diuortiorum et ſeparationis quoad thorum et menſam, Recht zu nehmen, und dergleichen betrifft, mit nichten geſagt werden mag, daß in ſolchen die Unterthanen eines andern Territorii an die Conſiſtorial-Verordnung der Kirchen, wo ſie eingepfarret ſind, verbunden ſeyn ſollen, cum, quæ vnionis finis non neceſſario includit, ea etiam a matre eccleſia peti et exerceri nequeant;

HERTIVS *cit. l.* §. 9.

nec præſumitur, conſiſtorium eccleſiaſticum conceſſione vnius iuris cetera æque indulſiſſe, quæ ſeparata adhuc durare poſſunt.

SLEVOGT. *cit. l. p.* 137.

So erhellet hieraus ſo viel, daß die Biſchöfliche Conſiſtorial-Ordnung das Guth N. und deſſen Eingepfarrete nicht ſchlechterdings, ſondern nur in Fällen, die der Kirche Pfarr-Gerechtigkeit und Gemeinde betreffen, verbinde.

§. CXCIII. Fiunt vnitæ eccleſiæ hoc modo *membra eccleſiæ principalis*, eiusque ſtatum, iura et conditionem ſequuntur. Hinc ius patronatus reſpectu vnitarum prorſus amittitur, quia hæ ſuppreſſæ videntur, dum ius, cœtum peculiarem habendi, amiſerunt, nec tenetur patronus eccleſiæ principalis eum ad concurſum admittere, quia in illam, cum qua vnitæ transfuſæ ſunt, nullum ius patronatus habuit. Limites parochiales hac vnione dilatantur, et iura parochialia prorſus immutantur, quæ in poſterum ab vna eademque exercentur eccleſia. Quodſi diuerſæ ſunt vnitarum eccleſiarum conſuetudines, v. c. ſi in vnitis nummus confeſſionarius non fuit in vſu, qui in *principali* receptus eſt: ſi in illis confeſſio auricularis, exorciſmus ceſſarunt, quorum vſum habet eccleſia, cui vniuntur: ſi ruſtici in hac agros paſtoris colere obſtricti ſunt, ad quod non obligabantur, qui in vnitis degebant, iuſte dubitari poterit, an vnice ad iura eccleſiæ principalis, cui ceteræ vniuntur, reſpici debeat? Et quidem quod *ſacra* concernit, illa vnitæ eccleſiæ in poſterum ſequi debent ſecundum ritum et morem illius, cui iunctæ ſunt; neque enim ratio fert, vt diuerſis ſacris inter ſe vtantur, qui in vnum coaluerunt corpus, præſertim cum ad quamcunque eccleſiam quis deuenerit, etiam absque omni vnione, ſe ad ritus et morem eius accommodare debeat. In *oneribus* et præſtationibus parochialibus diuerſum conſtitui poteſt, cum non raro praxis oſtendat, vnius eiusdemque eccleſiæ parochianos ad diuerſas obſtrictos eſſe præſtationes, ne alias conditio vnitarum præter eorum intentionem durior euadat, præſertim cum parocho aliunde per vnionem ſatis proſpectum ſit. Porro vnitæ vtplurimum eodem etiam cœmeterio cum reli-

Effectus huius vnionis extinctiuæ.

An vnitæ aſſumere cogantur mores eccleſiæ, cui vniuntur?

Digitized by Google

quis vtuntur, preces publicæ non amplius fiunt pro domino territorii, in quo vnitæ degunt, quod alias in *filia* fieri debet: festa instituta a domino territorii, in qua sita est *ecclesia principalis*, vnitæ obseruare debent, illius leges ecclesiasticas sequuntur, quia omnes inter se vnum corpus constituunt, quod congregatur in templo vno, et ita ex huius iuribus, respectu cuius vnum corpus sunt, æstimandum est.

Tertius modus vnionis per æqualitatem.

§. CXCIV. *Denique* vsitata etiam est inter pontificios VNIO AEQVALIS, per quam duæ ecclesiæ *æqualiter* inter se conglutinantur, vt singulæ separatum cœtum constituant, nec altera ab altera dependeat, vni tamen eidemque subsint rectori *prorsus æqualiter*. Hæc vnio rursus excogitata est ad palliandam ecclesiarum et beneficiorum pluralitatem, a canonibus prohibitam, si forsan *subiectio* vel *suppressio* commode fieri non potuit. In *suppressiua* et *subiectiua* multum præiudicii concurrit, nec æque facile in praxin deduci potest, vti quidem hæc, qua quælibet ecclesia sua iura et priuilegia retinet, nec vna alteri subiicitur. BARTIS *de benef. c. 7.* GARCIAS *de benef. P. XII. c. 2. n. 37.* Hoc casu prælatus in altera *vicarium* constituere nequit, sed in vtraque ad tempus *æqualiter* residere, ibique sacra solennia peragere debet, quod vt plurimum in episcopatibus ita coadunatis iuris est. Potissimum hæc obtinet in iis episcopatibus, qui vel *manu regia*, vel *prouisione papæ*, conferuntur: qui *electione* tribuuntur episcopatus, hanc vnionem vix admittunt, cum singula capitula proprium ius eligendi retineant, et neutrum ab altero dependeat, et alterius electionem sequi teneatur, nisi forsan *vnionem temporalem* supponamus, quæ contingit, quando postulatur episcopus alterius ecclesiæ, qui vtrique *æque principaliter* præest.

Origo eius, et natura peculiaris.

Illustratio huius materiæ generalis.

§. CXCV. Patet ergo ex hactenus dictis, quo in sensu accipienda sit regula: *Filia sequitur matrem*, quæ nec de *omni* vnionis *specie*, nec de cuiuscunque iuris communicatione intelligi potest. Illustrationis gratia adiiciam, quem intellectum huic regulæ dederit consistorium ecclesiasticum, quod Lipsiæ est anno 1690. referente ill. BERGERO *in supplem. ad elect. proceſſ. matrim. p. 194. seq.*

E. C. D. haben uns gnädigst anbefohlen, wir solten unsere Gedancken über die regulam iuris canonici: *Filia sequitur matrem*, wenn und wie weit, auch in welchen Fällen sie in ecclesiasticis, absonderlich ratione iurisdictionalium allegiret und gebrauchet werden könne, zusammen tragen, und E. C. D. solches gehorsamst einsenden.

Diesem nun zu unterthänigster Folge, haben wir der Sache mit Fleiß nachgedacht, auch was so wohl die DD. iuris canonici un ecclesiastici

Digitized by Google

ſtaſtici hiervon ſtatuiren, erwogen, als, wie es hierunter zu unſeren und unſerer Vorfahren Zeiten bey hieſigem Conſiſtorio dißfalls gehalten worden, unterſuchet, jedoch hierbey auſſer Zweiffel geſetzet, daß die Frage anietzo bloß von einem ſolchen Falle ſey, da, wie und auf was Maſſe vor dieſem die Kirchen zuſammen geſchlagen worden, keine gewiſſe Nachricht zu finden. Sintemal wo die pacta und diplomata über die vniones annoch vorhanden, und darinnen eine gewiſſe Maſſe definiret, deren wircklichem Inhalt billig nachzugehen. Allein, wenn ſie durch Länge der Zeit oder ſonſten abhanden kommen, oder auch nichts gewiſſes, wie es in einem und dem andern zu halten, determiniret, ſo iſt es allerdings an dem, daß vorermeldte DD. wie dieſe Regul zu erklären, nicht einig, ſondern vornehmlich dreyerley unterſchiedene Meynungen hierüber führen. Und zwar nehmen etzliche dieſelbe ſo gar late, daß ſie ſolche nicht alleine von dem ſtatu und der Verfaſſung der Kirchen, ſondern auch von denen Iurisdictionalibus, ja allerdings ingemein und durchgehends auf alle iura circa ſacra dergeſtalt verſtanden wiſſen wollen, daß ihrer Meynung nach in denen Fällen, da die Filia in einem andern territorio, oder ſub alia iurisdictione eccleſiaſtica, als die Mutter-Kirche, gelegen, der dominus territorii oder iurisdictionis berührter Mutter-Kirche ſich ſeiner Befügniſſe auch bey der filia gebrauchen, und ſo gar der erſte das ius reformandi in derſelben exerciren könne.

Andere ſtehen in denen Gedancken, daß hierbey auf den modum vnionis zu ſehen, und der Unterſcheid zu machen, ob bey Zuſammenſchlagung der Kirchen die eine gäntzlich exſtinguiret und abgeſchaffet, und die dahin eingepfarrt geweſene bloſſer Dinge an eine andere Kirche verwieſen worden, oder aber, ob die vnirte Kirche annoch auf gewiſſe Maſſe in ihrem Stande bleibe, jedoch keinen eigenen Pfarrer und Seelſorger behalte, ſondern ſich eines andern gebrauchen müſſe. Und zwar halten ſie dafür, daß auf den erſten Fall die Eingangs erwehnte Regul ſich indefinite auf alle iura eccleſiaſtica erſtrecke, auf den andern aber ſelbige ihre Würckung weiter nicht, als auf die Seelen-Cur, und was derſelben anhängig, habe.

Endlich ſind wiederum andere, welche dieſe Regul auf berührte Seelen Cur allein reſtringiren, und dieſemnach hiervon die iurisdiction, und alles, was ſonſt ad iura circa ſacra gehörig, daher ausſchlieſſen.

Nun iſt nicht ohne, daß unſere Vorfahren der erſten Meynung in ſo weit beygepflichtet, daß ſie bey denen auſſerhalb Landes gelegenen und zu innländiſchen Kirchen gehörigen Filialen die iurisdictionem eccleſiaſticam,

cam, wie auch das ius precum, indicendi festa, et luctum publicum, und andere dergleichen geistliche Gerechtsame vor den regierenden Landes-Herrn asseriret ꝛc. So ist auch nicht zu leugnen, daß, wenn eine solche weite extension admittiret würde, vielerley confusiones und höchst gefährliche Consequentien in statu publico zu befürchten.

Hiernächst hat es auch damit seine Richtigkeit, daß die vniones der Kirchen nicht auf einerley Art und Weise, sondern entweder per modum societatis oder subiectionis geschehen. Wie sie aber auf eine andere Masse eine Veränderung der Iurisdiction oder des territorii nach sich ziehen sollen, mögen wir nicht befinden.

Denn so viel den ersten modum anlanget, ergiebet sich von selbsten, daß eine jedwede dergestalt zusammen geschlagene Kirche (welche per excellentiam *ecclesiæ vnitæ* pflegen genennt zu werden) in ihrem vorigen statu und der Verfassung, darinnen sie sonst gewesen, ingleichen die Patroni bey ihrem iure patronatus allerdings verbleiben, und nur diese Veränderung dabey vorgehet, daß, da vormahls eine jedwede ihren eigenen Pfarren gehabt, nunmehro beyde von einem versorget werden, und die Vocation entweder von beyden Patronis zugleich, oder von einem alleine Wechsels-weise geschiehet. Und auf diese speciem vnionis lässet sich die Regula: Filia sequitur matrem, gar nicht appliciren, vielweniger mag statuiret werden, daß die eine Kirche hiedurch unter eine neue iurisdictionem ecclesiasticam oder ein neues ius episcopale kommen.

Die vnio, welche per modum subiectionis ergehet, hat wieder nur zwo species, also, daß solche subiectio einmal auf die Masse geschiehet, daß die vnirte Kirche zwar vor und an sich selbsten nicht cassiret, jedoch auch in voriger Freyheit nicht gelassen, sondern gleichsam in eine solche Unterthänigkeit, worinnen die Tochter gegen die Mutter stehet, gesetzet, und dahero auch filia genennet wird. Die andere species, da die vnio per modum subiectionis geschiehet, bringet omnimodam extinctionem der ecclesiæ vnitæ mit sich, also, daß dieselbe endlich gäntzlich cassiret, oder doch weiter nicht gebrauchet, sondern die gantze Kirchfarth, so sich darinnen befunden, nunmehro anders wohin verwiesen, und als bloß eingepfarrte tractiret wird. Alleine wie in dieser specie weder filia noch mater vorhanden, so wird auch darbey die Frage: ob und wie weit diese Regul statt finde? vergeblich mouiret, wohl aber kommet vor, wie weit die unter einer fremden Bothmäßigkeit gesessene Eingepfarrten die potestatem ecclesiasticam der Obrigkeit, worunter die Kirche, in welche sie eingepfarrt, gelegen, zu agnosciren schuldig?

Wann

Wann wir nun bey solcher Bewandniß unser unterthänigstes unmaßgebliches Gutachten eröffnen sollen, so halten wir davor, daß bey Erklärung der offt angezogenen Regul; filia sequitur matrem, das fundament lediglich auf den Zweck und End-Ursach, warum dergleichen vniones vorgenommen werden, zu setzen; welche denn vornehmlich und principaliter darin bestehet, daß die Kirchen- und Schul-Diener ihren bessern Unterhalt, und ein zulängliches Auskommen, die Pfarr-Kinder aber eine gnugsame Versorgung wegen der Seelen-Cur haben mögen, folglich allhier um die geistliche Gerichtsbarkeit und die iura episcopalia, oder territorialia es eigentlich nicht zu thun, und diesem nach selbige an beyden Seiten unverrückt in ihrem Stande bleiben.

Es wäre denn, daß ein anders dißfalls entweder vom episcopo verordnet, oder von denen Pacisicentibus, wenn ihrer condition nach dergleichen von ihnen geschehen können, verglichen worden, wie wir dann dahin schliessen, daß insgemein diese Regul auf die iurisdictionalia und territorialia nicht zu extendiren, vielmehr auf die Seelen-Cur, und was derselben anhängig, nemlich auf die Vocation und Bestellung der Kirchen- und Schul-Diener, und dahin zu restringiren, daß die Filialisten diejenigen Personen, welche der Patronus der Haupt-Kirche erwehlet, wann nur an Lehr, Leben und Wandel mit Bestande nichts zu desideriren, ihnen gefallen lassen, die Prob-Predigten oder das Probe-Singen in berührter Haupt-Kirche anhören, vor sich aber und in ihrer Kirche dergleichen nicht absonderlich prætendiren können, des Gottesdienstes zu gewisser Zeit daselbst abzuwarten, zu Versorgung der Geistlichen, wie auch zu Unterhaltung derer vor dieselben geordneten Gebäude, und was dessen mehr ist, beyzutragen gehalten.

Und diese unsere Meynung bestärcket nicht undeutlich der textus iuris canonici *in c. 2. X. de relig. domib.* als in welchem über die Vnion zweyer monasteriorum folgende Versehung gethan:

> *Illud (monasterium) tuo monasterio cum omnibus rebus suis, vel, quæ ei competunt, actionibus, perspeximus vniendum: Ipsum autem monasterium sic tuæ nos ordinationi commisisse cognoscas, vt tamen iurisdictionem illic non episcopus Surrentinus, in cuius ciuitate monasterium tuum est situm, sed Nucerinus, cuius est diœcesis, habeat. Nam sic huius loci ordinationem disponimus, vt tamen iura sua singulis episcopis inuiolata seruemus.*

Woraus denn LANCELLOTTVS *in instit. iur. can. tit. de vnion. eccles. §. 7.* diesen Satz formiret:

quod eccleſia vnita a iurisdictione prioris epiſcopi non eximatur, cum Romanus pontifex in huiusmodi vnionibus ſingulis epiſcopis iura ſua inuiolata ſeruare velit.

Und eben dieſer Meynung fallen auch HOSTIENSIS, PANORMITANVS, und andere bewährte Canoniſten bey.

Hierüber wird ſolche auch durch die in dieſen Landen übliche und von uns und unſern Vorfahren von langen Zeiten her obſeruirte praxin bekräftiget, ſintemal unterſchiedene exempla vorhanden, da eccleſiæ matres in denen alten Erb-Landen zu befinden, und ſo wol das hieſige Conſiſtorium auf die diſſeits, als die Stifftiſche jenſeits gelegene Filias die iurisdiction libere exerciret, auch bey etwa vorgehender Veränderung des Kirchen-Gebets oder andern vorgekommenen Fällen Verordnung dahin ergehen läſſet.

Auctoritate magiſtratus eccleſiaſtici facienda vnio,

§. CXCVI. Quia vniones eccleſiarum *cauſis arduis* et *maioribus* accenſentur, magnique ſunt præiudicii, non temere nec ſine accurato examine et auctoritate publica inſtituendæ. Ante omnia *competens iurisdictio* in vniente deſideratur. Hanc canoniſtæ tribuunt *magiſtratui eccleſiaſtico:* ſeculari denegant, cui quæuis *iura circa ſacra* et *eccleſias* ſubtraxere. Nec tamen cæſares omne ius in vniendis eccleſiis, maxime eo tempore, quo inueſtituras *per anxulum et baculum* habuere, neglexerunt. Illuſtre exemplum præbuit LVDOVICVS Germanicus, teſte HELMOLDO *in chron. Slau. lib. I. c. 5.* aiente: *Ludouicus ergo, cui Germaniam ceſſiſſe, ſupra dictum eſt, glorioſo genitori ſuo nomine et pietate per omnia ſimilis, defectum Hammenburgenſis eccleſiæ taliter reſarcire ſtuduit, vt Bremenſis ſedes, quæ tunc defuncto paſtore vacabat, Hammenburgenſi eccleſiæ adiiceretur, eſſentque de cetero non duæ parochiæ, ſed vna. Quia enim vtraque ciuitas propter piratarum incurſus plena fuit periculis, vtile fuit, vnam alterius ope leuari atque foueri mutuo.* Vt in pace hanc vnionem faceret, eaque faciliorem effectum ſortiretur, pontificis quoque aſſenſum expetiit, vt HELMOLDVS ſtatim ſubiicit, inquiens: *Accepto ergo ſuper hac re apoſtolica ſedis mandato, ad effectum perducta ſunt omnia, quæ fuerant animo pii principis digeſta. Vnitaque eſt eccleſia Bremenſis Hamburgenſi, et recepit ſanctus Anſcarius vtramque regendam, factumque eſt vnum ouile et vnus paſtor.* Quis enim cæſari eo tempore ius vniendi eccleſias in dubium vocaſſet, cum *ius ſupremum circa eas* in plerisque exerceret?

olim etiam auctoritate cæſarum.

Pontifex libere vnit.

§. CXCVII. Non eadem hodie facies rerum eſt, *pontifice* omne ſummum circa ſacra arbitrium ſibi priuatiue vindicante. Huic *liberam* vniendi *facultatem* adſcribunt, qui et ſibi ipſe hanc adſignat, dum *ſecundum*

dum plenitudinem potestatis DE IVRE (aulæ Romanæ) *potest supra ius dispensare*, vt ait INNOCENTIVS III. *in c. 4. X. de conces. præb.* et docet diploma Gregorii IX. de anno 1236. apud VGHELL. *in Ital. sacr. tom. I. p. 130.* TVRRICELLIVS *de vnion. benef. c. 4. n. 6. sq.* in hoc singularem pontificum prærogatiuam præ aliis episcopis quærit, quam olim tamen, quo metropolitanorum status nondum suppressus, nec regum potestas in sacris iminuta, non habuere. Hoc antiquitates quidem firmant, pontifices in *causis arduis* et *maioribus* suum desiderasse assensum, quibus *vniones ecclesiarum maiorum* accensentur, non tamen vbique et in omnibus hic honor ei tributus ante NICOLAI I. tempora, quo PSEVDO-ISIDORI *collectio* spuria huius pontificis suggestionibus demum orbi obtrusa est. Hæc magnopere doctrinam de *causis arduis et maioribus sine pontificis assensu non suscipiendis* promouit, vt pluribus ostendi in *diss. de caus. arduis et maior. c. III. §. 10.* effecitque, vt in vniendis ecclesiis *maioribus* eius assensus impetrari debuerit. Neutiquam tamen effrenis licentia ei concessa erat, nec metropolitanorum potestas adeo infracta, vt sine horum auctoritate vniones suscipere pontifex, nedum quascunque ecclesias pro lubitu vnire posset. Hoc dogma demum sequentibus seculis inualuit, et iam seculo XI. auditum est. Ita enim IVO *ep. 238.* *Nec in hoc restitimus, quin possit sedes apostolica parochiarum amplitudinem minorare, aut breuitatem dilatare, si vtilitas populi Dei ita exigat, et nullum inde schisma contingat.* Id ipsum tamen pontifices exercere non poterant, inconsultis regibus, maxime in Gallia, ostendente PETRO DE MARCA *lib. IV. de C. S. et I. c. 13.* Aegre id tulit pontifex VRBANVS II. qui limites potestati suæ nullos ponendos esse credidit, sed in propria causa hanc in *concilio Claromontano*, anno 1095. celebrato, sententiam tulit, decernens, *licere sibi facere ex vno episcopatu duos et ex duobus vnum, similiter et abbatias ceterasque congregationes, dictante ratione æquitatis, quolibet modo sibi melius videretur, aut coadunare posset aut disiungere, et quicquid in dominium et patrocinium sanctæ Romanæ ecclesiæ suscipere vellet, nullius eius auctoritati obuiare posset.* Vid. STEPHANVS BALVZIVS *in addit. ad Petr. de Marca cit. l. p. 398. edit. Lips.* Strenue hanc sententiam propagarunt successores eius, maxime INNOCENTIVS III. scopumque suum penitus obtinuere, maxime postquam collationes omnium beneficiorum variis artibus pessimis ad se traxerunt.

Postquam causas arduas et maiores sibi reseruavit, maiorum ecclesiarum vnionem sibi adscripsit,

§. CXCVIII. Potissimum vero *ecclesiarum maiorum* vniones suis *reseruatis* adscribit pontifex, vt nec legatos in partem huius iuris vocauerit. *c. 4. X. de offic. leg. c. 8. de excess. prælat.* *Episcopi* idem ius exercent intuitu ecclesiarum suæ diœceseos, *per cit. 8.* cum magna tamen restri-

et quidem libere.

Episcopi vniunt ecclesias suæ diœceseos;

Digitized by Google

ctione, de qua agit TVRRICELLIVS *cit. l. c. 6. n. sqq.* et adhibito consensu capituli (*lem. 2. de reb. eccles. non alien.* Id iuris etiam episcopi sibi reseruauerunt, vt vicarius eorum generalis sine speciali mandato ecclesias vnire non posset; PETRVS LEVRENIVS *P. III. for. benef. qu. 906.* cum generatim *causæ arduæ* ei haud competant, nisi specialiter commissæ fuerint. TVRRICELL. *cit. l. n. 55.* *Capitulum*, sede vacante, quidem in ius episcopi, maxime quod iurisdictionem ecclesiasticam concernit, succedit, in vnione tamen facienda non eadem cum episcopo gaudet potestate et libertate, vt contendit LEVRENIVS *cit. l. qu. 908.* vtpote cui sede vacante aliquid innouare interdictum. *t. t. X. ne sed. vac. aliq. innou.* Per *vnionem* vtplurimum præiudicium non leue futuro episcopo, tanquam ordinario collatori, adfertur, iura eius in conferendo minuuntur, dum titulus seu beneficium supprimitur, quod iura non permittunt. Ne quidem beneficia vacantia capitulum confert, cum tamen in tali collatione minus præiudicii adsit. *c. 2. X. ne sede vac. aliq. innou.* NIC. RODRIQVETZ FERMOSINVS *de potest. capit. sede vac. tr. qu. 26. n. 6. sqq.* BARBOSA *de canon. c. XLII. n. 99.* Vbi episcopo nullum adfertur præiudicium, veluti si beneficium vniendum ad solius capituli collationem spectat, capitulo ius vniendi integrum est, quia eo casu omnis dubitandi ratio cessat. Adde etiam, tunc ei vniendi ius concedendum esse, si *sedes* ad diuturnius tempus *impedita* est, quo casu plus potestatis indulgendum est capitulo, quam alias tempore *ordinariæ vacantiæ*, vix ad tres duraturæ menses, exercere nequit, prout infra *tit. ne sed. vac. aliquid. innou.* ostendam. Sunt etiam alii, qui præter episcopos episcopalia exercent, quibus vniendi potestas in dubium vocari nequit, vt sunt prælati abbatesque immediati. TAMBVRINVS *de iure abbat. tom. III. disp. XV. q. 1. n. 5.*

non capitula sede vacante.

nisi ad collationem eorum beneficia vnienda spectent, vel sedes diu impedita est.

§. CXCIX. Inter protestantes *principum auctoritate* vniones huiusmodi fiunt. Non, quod locum episcoporum teneant, inque prouinciis suis *functionem episcopalem* sustineant, prout ait CARPZOV. *lib. I. iurisp. consist. def. 155. n. 7. 8.* OHMII et REINKINGII secutus vestigia; hæc somnia suauia iam aliquoties reieci, et a ratione iuris alienum esse dixi, potestati ciuili ius circa sacra detrahere, et clericis *imperium summum* adscribere, quod reuera illi faciunt, qui principibus sub *qualitate episcopali* demum *iura sacra* assignant: sed potius, quod supremam inspectionem curamque in ecclesiastica habeant, et saluti ecclesiæ externæ inuigilare teneantur. Vnde audiendi inter nostrates non sunt, qui *præscriptioni immemoriali* a patronis laicis ius vniendi acquiri posse negant. Qui in hac hæresi sunt, adeo veri stabile iudicium deponunt, vt sit mihi ambigen-

Vniunt etiam principes protestantes.

Imo etiam patroni, præscriptione immemoriali tuti;

gendum, vtrum eorum eruditio turbata ſit, an vacillauerit per errorem? Aiunt, ius vniendi *ſpirituali iuri* inferendum eſſe, quod a laicis poſſideri, et conſequenter præſcriptione acquiri nequeat. Quis vero hæc audiens non ægre ferat, ſtomachetur, indignetur, doleat? Adeo ſine ſolido examine ſcita pontificiorum, regno clericali accommodata, arripiuntur, ſuſtinentur, recitantur, vt parum abſit, quin ad priſtinum iugum, quod excuſſimus, reuertamur. Conf. SLEVOGT *de vnion. benef. diſſ. II. c. 1. §. 10.* Interim illud negari nequit, ex fonte illo, quo *ius epiſcopale* ſtatibus proteſtantibus affingitur, hanc quoque profluxiſſe ſententiam, quod vniendi ius immediate a principibus exerceatur, non vero conſiſtoriis delegatum ſit. Supra iam *tit. de offic. vicar.* plenius obſeruaui, *conſiſtoria* noſtra, ad formam iudiciorum eccleſiaſticorum Romanæ eccleſiæ addictorum effigiata, et quæ vicariis denegata, epiſcopisque reſervata ſunt, in terris proteſtantium quoque ad *reſeruata principum* referri, et in ſecretiori conſilio eius expediri. Equidem CARPZOV. *cit. l. n. 9.* adſtruit, de vnione eccleſiarum tractandum eſſe in *conſiſtoriis*, in quibus iura epiſcopalia apud principes et magiſtratus euangelicos exercentur et expediuntur; ſed ſibi non ſatis conſtat, dum ſtatim addit, in electoratu Saxoniæ in *ſupremo conſiſtorio Dresdenſi* vniones eccleſiarum peragi, non tanquam a *conſiſtorio*, ſed a *ſenatu eccleſiaſtico*, cui reſeruata illa commiſſa ſunt, quæ alibi in ſenatu principis ſanctiori expediuntur.

non conſiſtoria.

§. CC. Audiendi porro et vocandi ad actum *vnionis* omnes ſunt, *quorum intereſt*, et cauſæ eius maturo ponderandæ examine. Capituli et patroni conſenſum neceſſarium eſſe, ſupra iam obſeruaui, cum patrono imprimis per eam graue præiudicium adferatur. Quidam hoc tantum reſtringunt ad conſenſum *patroni laici*, vt *eccleſiaſtici* non ſit ratio habenda, cuius iuri facilius per ſuperiorem detrahi poſſe cenſent, per *c. 28. X. de iur. patron.* Verum nullam huius argumenti vim et conſequentiam video. Poteſt legatus quidem ſecundum *cit. c. 28.* beneficia, ad collationem *patroni eccleſiaſtici* ſpectantia, ſibi reſeruare, inde tamen non ſiuit, quod talia beneficia etiam poſſit vnire, exſtinguere et ſupprimere *in perpetuum*, cum *reſeruatio* quidem *ad tempus* ſuſpendat ius patroni, non vero tollat et imminuat in totum, quod fit in vnionibus. LEVRENIVS *P. III. for. benef. qu. 923. n. 1.* TVRRICELL. *cit. l. c. 9. n. 40.* Si plures ſunt patroni, *omnium* conſenſus deſideratur, quia ſingulorum intereſt, alioquin vnio talis eſt inualida. LEVREN. *cit. l. n. 2.* Rectoris ſeu paſtoris eccleſiæ conſenſus non deſideratur, cum vnio demum effectum ſortiatur poſt eius obitum, adeoque nullam patiatur iacturam.

Citandi ad vnionem omnes, quorum intereſt, imprimis patroni,

et quidem omnes, ſi plures ſint; non paſtor eccleſiæ.

Digitized by Google

an parochiani?

TVRRICELL. *cit. l. n. 44.* Similiter *plebem* non esse vocandam, censent canonistæ apud LEVRENIVM *cit. l. qu. 921.* quod ex putido hoc fluit fundamento, quia plebi gloria parendi absoluta relicta est, et soli regno clericali de iis libera dispositio concredita. Sane horum potissimum interest, ne *ius collegii*, quod ante habuere, amittant, et alteri ecclesiæ coadunentur, cum maximo vtplurimum incommodo. Audiendus ergo est *cœtus ecclesiasticus*, sed tamen vt supremo principis iudicio relictum sit, iudicare, quantum pro temporum ratione et circumstantiis rationes eorum adductæ valere possint. Facilius admittunt consensum *capituli* et *prælatorum*, si sedes maiores aliis sunt vniendæ, quia non leue præiudicium infertur capitulo, quod *statum* suum amittit per eiusmodi vnionem, nisi forsan ad *pacem publicam* reducendam eiusmodi mutatio capitulorum suscipienda sit, quæ inconsultis etiam illis fieri potest, prout dispositio *instrumenti pacis* passim ostendit. Talis *necessitas publica* plura admittit, quæ alias regulariter fieri non possunt.

an capitulum?

Vnio facienda demum ex iusta et graui causa.

§. CCI. Eædem rationes iubent, non sine *prægnantibus* causis vnionem esse suscipiendam. Admodum impium et intolerabile est, solius *lucri*, quæstusque vberioris in clericos transfundendi gratia vniones facere, quod tamen olim sæpissime factum esse constat, quæ proinde sæpius reuocatæ sunt. Iusta causa vtique est *paupertas parochianorum*, qua proprium amplius alere nequeunt parochum; *templi destructio* iniuria belli facta, cuius reparationi haud sufficiunt parochiani; si ad tam exiguum numerum ecclesia redacta est, vt commodius videatur, eam aliis cœtibus adiungere, præsertim vbi plura præter necessitatem exstructa fuere templa. Imprimis vero huc refero, si officia ecclesiastica superstitioso cultui destinata sunt, quæ pinguissimis reditibus scatent; si plura otiosa a maioribus instituta sunt officia, quæ sine omni dedecore et læsione rei ecclesiasticæ rectius exstinguuntur, quam conseruantur; si vicinitas et opportunitas loci facilem coniunctionem admittit, et quæ sunt aliæ iustæ causæ, plenius explicatæ a SLEVOGTIO *cit. tr. diss. I. c. 2.* et TVRRICELLIO *cit. tr. c. 8.* dummodo caueamus, ne indistincte tradita canonistarum admittamus, qui non salutis *ecclesiæ* seu *cœtus fidelium* semper rationem habent, sed plerumque tantum clericorum, vt his bene sit, et bene pascantur. Conf. Dn. HORN. *cliss. 1. conf. 5.* Hæ causæ, præuio examine, ponderandæ, trutinandæ et examinandæ, et tandem, adhibito consensu eorum, quorum interest, per *solenne decretum* vnio expediendа. vid. TVRRICELL. *cit. tr. c. 9.* Si aliquid horum deest, vnio nulla, inualida, et subreptitia est, et consequenter rescindenda.

Per solenne decretum.

§. CCII.

§. CCII. Solenne huius rei exemplum præbet ecclesia Paderbornensis, cuius exstinctionem THEODORICVS, archiepiscopus Colonienſis, anno 1429. vrgebat. Constitutus hic erat *administrator ecclesiæ Paderbornensis* a pontifice anno 1415. sed hac administratione haud contentus, hunc episcopatum præualidum Colonienſi vnire et subiicere moliebatur. Id vt perficeret, scripsit speciosas ad papam MARTINVM V. literas, quibus prætexuit, episcopatum hunc esse perquam exiguum, tenuem, et in eas angustias per tempestates bellicas redactum, vt nec suis se armis amplius tueri, nec episcopum alere possit; esse omnia eius castra, bona et oppida ita ære alieno grauata, vt, nisi a Colonienſi archiepiscopo alioue potentiori subleuetur, nunquam in pristinum erigi possit statum. His fraudibus circumuentus pontifex, inaudita ecclesia Paderbornensi, nec causa satis ponderata, statim vnionem solenni diplomate, quod recitat SCHATEN. *in annal. Paderborn. ad ann. 1429.* decernit. Re cognita, capitulum cathedrale ad pontificem ab his attentatis appellat, statum ecclesiæ huius exponit, fraudesque THEODORICI detegit per solenne instrumentum, recitatum ab EODEM *cit. l. ad ann. 1430.* MARTINVS V. papa, meliora edoctus, causam hanc eiusque cognitionem committit causarum auditori GEMINIANO DE PRATO, simulque præcipitantiam suam agnoscit, quo mox exstincto, EVGENIVS successor eius, grauitate vel potius prauitate rei motus, vnionem hanc rescindit, imo solenni constitutione promulgata, quam SCHATENIVS *ad ann. 1431. p. 575.* recitat, omnes omnino vniones, a prædecessoribus suis tam peruerse factas, rescindit annullatque, manifesto indicio, eas ad prauas suggestiones bonis ecclesiasticis inhiantium factas fuisse. *Dudum*, ait, *siquidem cum nostræ immotuisset prouidentiæ, quod quam plures catenus de diuersis ecclesiis, tam cathedralibus, quam metropolitanis, nec non monasteriis, prioratibus, dignitatibus, personatibus, officiis, ac etiam ipsarum cathedralium et collegiatarum ecclesiarum præbendis, parochialibus ecclesiis et aliis beneficiis ecclesiasticis, cum cura et sine cura, tam secularibus quam regularibus, exemtis et non exemtis, per prædecessores nostros factæ fuerunt vniones, annexiones et incorporationes, propter quas, si effectum consequerentur, dissensiones et scandala succresceret, animarum cura in illis, quibus illa imminueret, negligeretur, cultus imminueretur diuinus, et multis posset præiudicium generari.* Hac de causa non tantum omnes vniones, hactenus factas, reuocat, sed speciatim quoque attentatam vnionem ecclesiæ Paderbornensis annihilat. Non quieuit THEODORICVS, sed anno 1434. omnem causam

Exemplum iniustæ vnionis attentatæ in ecclesia Paderbornensi.

Digitized by Google

cauſam ad *patres concilii Baſileenſis* deferendam eſſe cenſet, fucatis ad concilium datis literis, a SCHATENIO *ad cit. ann.* recitatis. Paderbornenſes nouis hiſce artibus æque maſcule ſeſe opponunt, fallaciasque THEODORICI binis literis ad concilium datis exponunt, ſimulque amplitudinem huius epiſcopatus concilio plenius referunt, quibus tandem effectum, vt priuilegiorum ſuorum confirmationem a concilio obtinuerint, et tandem ipſe THEODORICVS anno 1442. ſiniſtrum conſilii peſſimi exitum præuidens, ſolenni diplomate omni iuri, quod intuitu factæ vnionis prætendere poterat, renunciarit, quæ ad peſſimas ſuggeſtiones erat impetrata, et præcipitante curſu, ſine cauſæ cognitione, non auditis his, quorum intererat, decreta, adeoque merito reuocanda et annullanda.

Aliæ vniones ex cauſis frivolis.

§. CCIII. Longum eſſet, ire per ſingula vnionum exempla, earumque iniquitatem oſtendere. Nec enim tantum illas hic tango, quæ aperte in fraudem factæ, et per ſubreptionem obtentæ, ſed etiam quæ *meram ſuperſtitionem* ſpirarunt, non habita ratione eccleſiæ, ſeu cœtus eccleſiaſtici, cuius ſalus ante omnia fuiſſet ponderanda. Quot parochiæ ſunt vnitæ monaſteriis, ſolummodo ex ſuperſtitioſa monachorum veneratione, vt hi, qui numerum tantum faciunt, eo melius ſe paſcere poſſent? Imo in eorum fauorem parochiæ nonnunquam cum omnibus bonis monaſteriis addictæ, et parochiani aliæ eccleſiæ incorporati, quaſi horum nulla eſſet habenda ratio, et monachis tantum fauendum. Et cur his potius non fauerent, quam parochianis, cum illi in *clericorum* ſortem adſcripti ſint, hi vero *meri laici* exiſtant, homines nauci, pro nihilo habendi? Docet id ipſum diploma OTTONIS, epiſcopi Paderbornenſis, de anno 1283. apud SCHATENIVM *in annal. Paderborn. ad cit. ann. p. 148.* in quo rationes admodum frivolæ referuntur. Ait epiſcopus: *Cum noſtri iuris ſit, parochias vrgentibus cauſis neceſſariis diuidere ac vnire, et teneamur nihilominus ipſis eccleſiis in diuino officio prouidere, eccleſiaque parochialis beatæ et glorioſæ DEI genitricis Mariæ nominata, in vinea Wartenbergenſis oppidi antedicti, in reditibus adeo ſit tenuis, quod non poſſit in ea ſuſtentari rector ſecundum ſuas neceſſitates, et decentiam clericalem, quibus de cauſis et vt eccleſia efficiatur melius, vobis* (fratribus prædicatorum) *ſtatuimus libere, omni conditione ceſſante et pacto, propter Deum, matrisque ſuæ glorioſæ honorem concedimus et damus in proprietatem perpetuam pro clauſtro fundando ad veſtri ſacri ordinis inſtitutionem, ipſam eandem genetricis eccleſiam cum ce-*

Digitized by Google

cœmeterio pro cultu diuino ampliando possidendam; et quia ea, quæ semel DEO dicata sunt, secundum patrum instituta, non debent nec possunt ordinationi laicæ subiacere, simul concedimus vobis ea, quæ in libris, calicibus, paramentis, ornatu, campanis et aliis, quæ in eadem DEI genitricis ecclesia continentur, et ad ipsam ecclesiam attinuisse hactenus dignoscuntur. Insuper nec parochiales oporteat municipium exire, et ne nimia distantia grauentur parochiæ, parochiam totam quoad ius parochiale addimus et vnimus parochiæ S. Ioannis noui oppidi ibidem pluries nominati, sic tamen, vt ad ipsorum parochialium solatium, quod alias vnicuique esset et est liberum eligere, saluo iure ecclesiæ parochialis, ad antedictam gloriosæ DEI genitricis ecclesiam deferantur. Mirum est, reditus huius ecclesiæ non sufficisse, vt ex illis digne pastor sustentari potuerit, qui sufficientes visi sunt *pro fundatione claustri* et alimentis fratrum prædicatorum. Imo sufficientes quidem fuerunt pastori, non sua quærenti, minime vero illi, qui *secundum decentiam clericalem* viuere amauit. Parochianorum nulla habita est ratio, sed ad aliud stabulum, tanquam pecora melibœa, ire iussi sunt; honore sepulturæ iis in veteri ecclesia relicto, vnde fratres prædicatorum lucrum non leue sperare poterant. Aliud diploma similis tenoris et superstitionis refert IDEM *ad ann. 1286.*

§. CCIV. Sicuti solenni diplomate vnio constituitur, ita per idem quoque *probatur*, cui etiam alia accedere possunt adminicula, de quibus agunt PETRVS LEVRENIVS *P. III. for. benef. qu. 932.* TVRRICELLIVS *de vnion. benef. c. XI.* SLEVOGT. *de vnion. benef. diss. III c. 2. §. 9.* GARCIAS *de beneficiis P. XII. c. 2. n. 224. sqq.* BARBOSA *lib. III. iur. eccles. c. 16. n. 60. sqq.* Quod hactenus per aliquot lustra parochiani, qui olim proprium constituere cœtum, sacris alterius ecclesiæ interfuerint, et ob destructionem proprii templi priuato consilio se alterius parochiæ associauerint, nullatenus eos huic ecclesiæ *in perpetuum* subiicit, quibus ad meliorem sortem redactis æque liberum est, ab illo cœtu parochiali recedere, sicuti eos necessitas coegit, vt pro ratione temporis se sacris alterius coniungerent. Nec enim talis *priuata associatio* sufficit, si *publicæ auctoritatis* interuentus deficit, adeoque alleganti vnionem, et impedienti, ne, qui in separatum rursus coire volunt cœtum, amplius recedere possint, incumbit probatio, si scilicet satis constat, olim hos separatum cœtum constituisse. Vnionis probatio.

Digitized by Google

Etiam immemorialis præscriptio sufficit.

§. CCV. Ceterúm *immemorialem præscriptionem* esse loco solennis vnionis, plerique asserunt. Vid. TVRRICELL. *cit. l. n. 23.* Quamvis enim forsan memoria exstet, olim eos, qui vniti esse dicuntur, separatum corpus constituisse, adhuc tamen *immemorialis præscriptio* eo respectu adesse potest, si memoria initii, quo coniunctio facta est, non extat, ignoranturque, ex vetustate temporis, circumstantiæ, an et quatenus facta fuerit, cum ex tanta vetustate præsumtio vrgentissima nascatur, vnionem olim legitime factam fuisse. Exemplum eiusmodi contentionis de vnione litigiosa habet HEDA *p. 146.*

Dismembratio quid?

§. CCVI. Vnioni opponitur *ecclesiarum* et beneficiorum diuisio, quam DISMEMBRATIONEM vocant, die Auspfarrung. Non intelligo vnionis nulliter vel subreptitie factæ rescissionem, quæ non tam diuisio, quam potius declaratio est, vnionem nullius momenti esse, et effectibus destitui; sed illam *diuisionem, qua vnum beneficium in plura scinditur, et ex vna ecclesia duæ pluresue fiunt.* Prohibitæ sunt huiusmodi *beneficiorum sectiones*, vti vocantur in *c. 8. X. h. t.* nec multi laboris est, aperiendi huius prohibitionis venas. Nec hoc mirandum est, longe plures in iure canonico concurrere constitutiones, quæ *diuisionem* hanc prohibent, quam quæ *vnionem* damnant. Raræ admodum sunt decretales, vnionem reprobantes, in compilatione iuris canonici: frequentiores, quæ *diuisionem* respuunt reiiciuntque, quorsum pertinent *c. 8. 10. 20. 21. 25. 26. 36. X. h. t.* Ratio diuersitatis est in promtu. *Vniones* magis inseruiunt commodiori et elegantiori vitæ clericorum, quæstum augent, potentiam firmant et dominatui inseruiunt; interim quia in fraudem canonum vtplurimum tendunt, dicuntur *dicis gratia* prohibitæ, sed ex praxi antiquissima et frequentissima ad res licitas permissas et non prohibitas relatæ. E contrario beneficiorum *sectiones* et *diuisiones* vires clericorum diminuunt, commodiorem viam impediunt, potentiamque eorum deprimunt, id quod *saluti ecclesiæ*, in sensu vulgato acceptæ, e diametro aduersatur. Nec enim hodie amplius episcopi modico contenti sunt, sed principum more viuunt. Canonici et capitulares, reliquique prælati illorum vestigiis insistunt, deterioris conditionis esse recusantes, qui omnes tamen tot reditibus superfluis abundant, vt rei ecclesiasticæ expediret, diuisiones illis imperare, et reditus superfluos vsibus melioribus applicare. Minorum ecclesiarum reditus plerumque non tam pingues sunt, vt *sectionem* patiantur, adeoque hæc non facile admittenda. Habes argumenta *prohibitæ diuisionis*, simulque rationis disparitatem, quod tam frequentissimæ occurrant vniones, sectiones vero rarissimæ appareant.

Regulariter prohibita, et quidem magis quam vnio.

Quod paradoxum est.

§. CCVII.

Digitized by Google

§. CCVII. Ceterum quæ in *vnione* attendenda ſunt requiſita, de- Auctoritate ſiderantur quoque in *diuiſione* eccleſiarum. Scilicet *auctoritate* publica ſacra decer- eius, qui *iurisdictionem eccleſiaſticam* habet, facienda: vocandi ad eam nenda. et audiendi omnes, quorum intereſt: iuſta cauſa adferenda et probanda: cauſæ cognitio inſtituenda, et tandem ſolenni diplomate ea firmanda et munienda eſt, quæ omnia requiſita ſpecifice ex antea dictis colligi poſſunt, vt non neceſſe ſit, ea rurſus hic reguſtare. Illuſtrationis gratia adferam diploma *dismembrationis*, qua anno 1240. canonicatus XII. in XXIV. mutati ſunt. Diploma habet AVBERTVS MIRAEVS *lib II. donat. Belgic. c. 100.* huius tenoris: GVIDO, *Dei gratia Camiracenſis epiſcopus etc. ſupplicauit, quod, cum inter vos pro vtilitate eccleſiæ veſtræ et ampliatione cultus diuini prouide tractatum fuerit, vnanimiterque conſenſum ſuper ſectione præbendarum in eccleſia veſtra, ſicut eas in futurum vacare contigerit, facienda; eo quod propter paucitatem canonicorum in ſpiritualibus collapſum patitur eccleſia ſupradicta. et in tantum proſperante domino excreuerit reditus eccleſiæ, quod quælibet præbenda ſufficere poſſit ad duarum perſonarum ſufficientem ſuſtentationem et honeſtam, vt huiusmodi ſectioni præbendarum beneuolum impertiremur conſenſum. Nos ergo penſata vtilitate et honeſtate dictæ eccleſiæ etc.* Si in *diuerſis territoriis* commorantur parochiani, ab Quid ſi paro- antiquo coadunati, integrum non eſt vni domino territorii, ſubditos chiani diui- ſuos ab eccleſia, cui hactenus aſſociati fuere, diſiungere, et in ſepara- dendi in di- tum cœtum colligere, absque conſenſu domini territorii alterius, in cu- verſis degant territoriis? ius territorio forſan templum ſitum eſt, quod ad *tit. de præſcript.* notabili reſponſo illuſtraui. Vtplurimum *contradictiones* plurimorum hic oc- Contradicen- currunt, quod per *diuiſionem* iacturam patiatur ærarium eccleſiaſticum, tium rationes diminuantur oblationes, quæ fiunt per ſacculum ſonantem, iura ſtolæ ponderandæ. decreſcant, reditibus ſcholæ detrahatur, et quæ ſunt alia huius farinæ argumenta, quibus virtus poſt nummos. Quamobrem? Quia quærenda pecunia primum eſt. Verum huiusmodi rationes inter proteſtantes *principaliter* non ſunt attendendæ. Equidem miniſtris eccleſiæ ſalaria non eſſe minuenda, ſupra dixi, et denuo repeto. Sed quid ſi ſat pingues fructus ex bonis eccleſiaſticis habent? Si ærarium turget reditibus annuis? Si aliunde collegis ſcholæ ſatis proſpectum eſt? Si tanta eſt multitudo parochianorum, vt cura neceſſaria animarum iis impendi non poſſit? Annon iuſtius et conuenientius eſt, in plures cœtus diuidere parochianos, vt iis magis proſpiciatur? Annon ſalus eccleſiæ, h. e. *cœtus eccleſiaſtici*, ſuprema lex eſſe debet? An illam impedire debet lucelli cuiusdam diminutio? Minime gentium, adeoque qui huius rei

Digitized by Google

cognitionem habent, magis ad *ſalutem eccleſiæ*, quam ad huiusmodi contradictiones reſpicere debent, quod eleganti reſponſo illuſtrat Dn. HORN. *cl. 1. n 37.*

Effectus dismembrationis ecclesiarum vnitarum,

§. CCVIII. *Effectus* huius *diuiſionis* eſt varius, prout hæc diuerſa fieri poteſt ratione. Aut enim ſimpliciter vnio ſubiectiua antea facta diſſoluitur, aut vero ex eccleſia, quæ primordialiter vna fuit, duæ fiunt. *Priori* caſu eccleſia vnita reſtituitur in priſtinum ſtatum, a ſubiectione liberatur, et mater eccleſia omne ius in filiam amittit, *c. 1. X. ne ſed. vac. aliquid innou.* modo nihil attentetur contra *I. P.* diſpoſitionem, quæ non permittit, vt bona, quæ anno 1624. ad eccleſiam A. C. pertinuerunt, ſub prætextu vnionis diſſoluendæ applicentur ad eccleſiam catholicis ritibus addictam. vid. *ius paroch. ſect. III. c. 3. §. 3.* *Poſteriori* caſu plane nouus effectus ex diuiſione tali oritur, quod illa, ex cuius reditibus noua exſtruitur, *ius patronatus* non tantum in nouam ex *fundatione* acquirat, ſed nouiter fundata inſtar *filiæ* ſeſe habeat, et quaſi quædam *colonia* eſſe videatur; *c. 3. X. de eccleſ. ædif.* quin etiam ei *competens honor* ſit ſeruandus, vt dicitur in *cit. c. 3.* quod communiter de *annua penſitatione* intelligunt, quam *mater eccleſia* in ſignum præeminentiæ reſeruare ſolet.

vel earum, quæ ab initio vnum constituere cœtum.

Pluralitas beneficiorum quoque inducta per diſpenſationis viam.

§. CCIX. Ceterum non tantum adductæ fraudes per *commendarum* conceſſionem et beneficiorum *vnionem* contra *beneficiorum pluralitatem* excogitatæ et adhibitæ fuerunt, ſed latior adhuc via iis aperta fuit per DISPENSATIONEM, qui in quæſtum ſacra vertere omni ope anniſi ſunt. Repetitæ quidem ſunt ſæpius conſtitutiones contra beneficiorum *cumulum*, nec *in hoc titulo* tales deſunt, ceu ex *c. 13. 14. 15. 18. et 28.* conſtat, ſed fere illæ propter tot fraudes inanes et eluſoriæ fuere, et adhuc hodie ſunt. Et ſane ratio et munerum ſacrorum grauitas conſtantem perſonarum præſentiam et reſidentiam poſtulat, quæ impedit, quominus quis duabus diuerſis eccleſiis *regulariter* præfici poſſit. Nec olim de *pluralitate* tot *beneficiorum* cogitatum fuit, quamdiu clerici ex bonis alebantur communibus, nec vltra vitæ neceſſaria alimenta accipiebant; magis enim augmentum oneris quam commodorum fuiſſet. Ambitio paulatim quosdam trahebat, vt *ob inanis gloriæ cupiditatem*, vt *c. 10. concil. Chalced.* dicitur, duabus ſimul eccleſiis clerici ſe inſcribi curarent, quod *d. can. 10.* ſeuere prohibitum; forſan hæc inſcriptio ideo fiebat, vt eo facilius ab vna ad alteram, pinguiorem forſan, tranſire poſſent, quod canones etiam prohibebant. Grauior acceſſit ratio, plura ambiendi officia eccleſiaſtica, poſtquam clericis certa prædia aſſignata fuere

Fata pluralitatis beneficiorum,

iure

by Google

iure beneficiario, illaque tandem officiis sacris constanter cohæserunt: hoc enim facto lucri cupidi animaduertebant, se ab illis reditibus, diuersis officiis assignatis, excludi non posse, si curarent, vt pluribus officiis sacris præficerentur. Hæc magno ardore captabant: hac inconsiderata cupiditate æstuabant, flagrabantque non ecclesiæ inseruiendi, remque diuinam faciendi, sed turpis quæstus gratia. Non deerant contradictiones: canonum dispositiones eos quandoque, qui in plurium beneficiorum cupiditate intemperantes erant, grauiter castigabant, sed nihil agebatur, quia potentiores in clero potissimum hac labe infecti erant, qui canonum auctoritate domari non poterant. Longum est ire per singula secula, et fata eorum referre, quæ magna cum cura collegit, iustoque ordine exposuit LVDOVICVS THOMASSINVS *P. II. de discipl. eccles. lib. 3. c. 1. sqq.* ex quibus sine magno labore impedimenta, quæ emendationi obstiterunt, colligi et hauriri possunt, quæ nec regustabo, nec, quæ alias a canonistis circa *pluralitatem beneficiorum* moneri solent, explicabo, parum in nostris ecclesiis vtilitatis habentia.

§. CCX. Illud vel binis referre licet verbis, *canonicatus* et *vicarios* hodie in capitulis cathedralibus in eum deueniisse statum, vt ab iis possideri possint, qui aliis quibuscunque officiis præsunt. Supra iam *tit. 1. §. L. p. 91.* obseruaui, etiam professoribus in academiis viuentibus præbendas assignari posse, remissa iis residentia. Et quid prohiberet, quo minus etiam pastores loci, vbi sunt ecclesiæ cathedrales vel collegiatæ, ad eas admitti possint, cum vtrique officio sufficiant, et *residentiam*, qualis hodie necessaria est, commode implere possint? Nec enim pluralitas officiorum in se est indistincte damnanda, sed talium, quæ commode ab vno eodemque administrari nequeunt, et quorum alterum per alterum impeditur. Hoc vnicum inter protestantes duntaxat attendimus, et in hoc iure merito subsistimus. Canonicatus hodie facilius aliis officiis adiungi possunt.

(XVII.)

De anno deseruito et gratiæ.

§. CCXI. Quemadmodum vero reditus beneficiorum percipiuntur propter officium sacrum; ita, eo finito, perceptio quoque eorum extinguitur, nec heredibus defuncti beneficia obueniunt. *c. 1. et 3. X. h. t.* Extra ordinem tamen quidam reditus *heredibus* cedunt, vel quod *deseruiti* vel ex singulari *gratia* iis assignati fuerunt. De vtraque materia parum vel nihil in iure canonico occurrit, sed vel statuta capitulorum, vel ordinationes ecclesiasticæ prouinciales, vel mores tantum loquuntur. Fructus deseruiti et anni gratiæ heredibus cedunt.

Digitized by Google

et disponunt. Ante omnia vero inuestigandum, quid *ex anno deseruito* et quid *ex anno gratiæ* debeatur, cum vtriusque in multis non leuis sit differentia.

Anni deseruiti significatus.

§. CCXII. ANNVS DESERVITVS denotat *commoda promerita, quatenus dies eorum cessit, et beneficiario pro rata officii præstiti ius perfectum in ea quæsitum est, quocunque demum tempore dies eorum veniat.* Equidem quando *circa finem anni* præbendatus vel pastor decedit, planum est, reditus *totius anni* promeritos deseruitosque esse: sed grauior quæstio exsurgit, si *intra annum* obiit, quantum eo casu ex commodis *vltimi anni* heredibus eius debeatur? Hoc enim, quod debetur, *deseruitum* dici solet, ideo quod ex *seruitio* iam præstito, pro quo reditus assignati

Deseruire quid?

fuere, debeatur, et ex iure, defuncto quæsito, heredibus quoque ius quæsitum sit, illud exigendi. Antiquis hic terminus satis vsitatus, et iis imprimis applicatus, qui seruitia pro certo salario vel annuo commodo præstant. Sic GREGORIVS M. *lib. VIII. epist. II. Perlatum est ad nos, Basilium episcopum, velut vnum de laicis in causis secularibus occupari, et prætoriis inutiliter deseruire.* In *c. 5. X. h. t.* pontifex ait, eorum indigentiam esse subleuandam, *qui ecclesiis deseruire valeant*, et in *c. 35. X. h. t.* pueri et beneficiati, *qui non possunt in eadem ecclesia deseruire*, inidonei reputantur, quod et in *c. 16. X. de cleric. non resid.* repetitur. Apud AVBERTVM MIRAEVM *lib. donat. Belgic. c. 70.* occurrit diploma, in quo clerici *deseruientes* dicuntur, et *c. 127.* aliud fistitur diploma *de anno 1303.* in quo inter alia hæc deprehendo: *Si contigit, vicarium esse presbyterum loco presbyteri canonici absentis, iste presbyter vicarius habebit XV. libras Turonenses de præbenda presbyteri canonici absentis pro anno, quo deservierit pro absente.* Videtur hæc appellatio ex moribus *feudorum* hausta fuisse, qui pro seruitiis feudalibus vel in eorum compensationem certos reditus feudales vasallis assignant, adeo vt, *si dominis suis* DESERVIRE *noluerit, tunc condictio causa data proponatur ad repetendum feudum, ex quo non* SERVIT *domino*, vt dicitur *1. F. 21.*

Anni gratiæ ratio peculiaris et origo.

§. CCXIII. Fundatur itaque annus deseruitus in *debito iustitiæ* et *iure perfecto*, non ANNVS GRATIAE, qui ex sola *gratiæ* et *humanitatis* ratione originem traxit, et demum deberi incipit, si *annus deseruitus* finitus est. Ratio huius in eo consistit, quod vltra reditus promeritos heredibus, vel omnibus, vel solis liberis et viduæ, reditus annui *ex sola humanitate et gratia* attribuantur, quos alias de iure stricto, finito officio, aliique iam collato, percipere non potuissent. Praxis eius in capitulis antiquissima est, et potissimum ideo introducta, vt decedentis canonici creditori-

Digitized by Google

ditoribus inde satisfieret, si, quod ob nimium luxum non raro contingere solet, graui ære alieno obruti decesserint. Iam seculo XI. hanc praxin vsitatam fuisse, docet diploma *de anno 1047.* quo comes Brabantensis fundat collegium in vrbe Bruxellensi apud AVBERTVM MIRAEVM *in cod. piar. donat. c. 48.* in quo haec habentur: *ad hoc etiam concessit illis, vt vnusquisque fratrum ipsorum post vitae suae spatium per annum integrum praebendam suam, cuicunque sibi placuerit, relinquat.* Euidentius ratio huius instituti exponitur in literis COELESTINI papae *de anno 1192.* apud SCHATENIVM *in annal. Paderborn. lib. IX. ad cit. ann.* quo canonicis hoc ius tribuit, et *vt quilibet inter vos*, ait, *decedens frater a die decessionis suae vsque ad annum, stipendium suum habeat ad expendendum aliquid causa pietatis, vel ad excipiendum se, si forte obligatus sit debitis.* Similiter OTTO, episcopus Paderbornensis anno 1293. quaedam de *anno gratiae* constituit, *ad persoluenda debita, si quis ea canonicus post mortem retinuerit*, teste SCHATENIO *lib. XII. ad cit. ann. p. 177.* Idem OTTO *anno 1295. annum gratiae fructumque sacerdotii ad biennium ab obitu permisit Bustorffianis ad S. Petrum et Andream canonicis: tertii vero anni fructus fabricae cedere voluit*, teste EODEM *lib. XII. ad cit. ann. p. 180.* Paria ex chronico Herbipolensi refert WEHNER. *in obseru. pract. voce* Gnaden-Jahr, aitque: Bischoff Henrich, episcopus Herbipolensis trigesimus, hat mit seinem Dom-Capitul eine neue Satzung und Ordnung gemachet, daß hinfort einem ieden Chor-Herrn, es sey zum Dom auf dem Berge oder zum neuen Münster, nach seinem Tode die Gefäll und Einkommen seiner Pfründ ein gantz Jahr nachfolgen solle, damit, ob einer in seinem Leben Schulden gemachet und die unbezahlet hinter ihm gelassen, daß die Gläubiger desto stattlicher bezahlet, und seinen Ehehalten und Dienst-Gesinde der Liedlohn entrichtet werden möchte. Und ist dieselbe Ordnung angericht anno 1163. und von derselben Zeit bis auf diese Stunde gehalten, auch solch folgend Jahr das Gnaden-Jahr genannt worden.

§. CCXIV. His terminis olim circumscriptus, hac causa satisrationabili munitus fuit *annus gratiae*, qui tunc demum recte ita dicitur, si intuitu heredum nulla alia est ratio reditus huius anni exigendi, quam *gratiosa statuti dispositio*, sine vllo iure, defuncto in eos quaesito. Tales hodie potissimum illi sunt, quos pastorum *viduae et liberi* sibi vindicant in terris protestantium, de quibus infra speciatim dicendum est. Ceterum sunt etiam *anni gratiae*, vt vocantur, qui magis in *deseruitor* inclinant, et non tam ex *gratia* et *humanitate* originem traxerunt, sed *debito*

Fundatur annus gratiae in mera gratia a statuto approbata.

Quandoque annus gratiae inclinat in deseruitum.

to iuſtitiæ fundantur, ideo quod defuncto debeantur pro officio in vita ſua præſtito, in cuius compenſationem reditus annui aſſignati ſunt. Invaluit in nonnullis capitulis, vt et academiis illa conſuetudo, vi cuius præbendati, abſoluto anno clauſtrali ſeu *probationis*, per vnum vel duos imo etiam tres annos reditibus *carere* debent, quamuis interim æque officia cum reliquis, qui iam reditus percipiunt, obeant, qui ea de cauſa vocantur die Carent-Jahre. In horum *compenſationem* defuncti canonici heredibus obueniunt fructus præbendæ vel ſalarii, per vnum vel aliquot annos, qui in effectu magis *deſeruiti*, quam *gratiæ* appellari debent, quia intuitu eorum annorum præſtantur, quibus defunctus reditibus promeritis carere debuit. Alicubi generaliter vocantur die Nach-Jahre, determinanturque non tantum *ſtatuto* et *conſuetudine*, ſed etiam *pacto*, quod capitulum cum nouiter prouiſo inire ſolet. Approbauit hanc conſuetudinem rota Romana, obſeruantibus NICOLAO GARCIA *P. XI. de benefic. c. XI. n. 138.* et PETRO LEVRENIO *P. III. for. benefic. qu. 103.* quæ ita cenſuit: *Domini cenſuerunt, quantum ad fructus primi anni poſt obitum beneficiati, eos deberi eius heredibus, præſuppoſita conſuetudine, quod beneficiati primo anno non percipiant fructus beneficiorum, ſed eorum ſolutio differatur poſt eorum obitum, quam conſuetudinem informantes pro heredibus dicunt eſſe notoriam, et ſi opus fuerit, ſe comprobaturos, quæ ideo videtur introducta, vt prouideri poſſit de his, quæ ad ſepulturam ſunt neceſſaria, quam plerumque ob inopiam defuncti negligunt cum magno ordinis eccleſiaſtici dedecore.* In ſequentibus illa conſuetudo improbatur, qua fructus menſæ epiſcopi vel capitulari applicantur: *ſecus vero*, adiicitur, *vbi fructus reſeruantur heredibus ex cauſa non ſolutionis fructuum primi anni, quæ conſuetudo nullam habet iuris reſidentiam imo potius aſſiſtentiam ex ſupra deductis, cum ſit potius dilatio ſolutionis, quam diſpoſitio fructuum ad alium ſpectantium.*

ob annos carentiæ heredibus debitus.

§. CCXV. Vſum potiſſimum hæc obſeruatio habet, quando quæritur, an tantum *liberis viduæque*, an vero indiſtincte *omnibus heredibus* reditus annui poſt mortem præbendati obueniant? Si enim hi reditus magis *promerito ſalario* accenſeri debent, in eos defunctus ius habuit radicatum et quæſitum propter *annos carentiæ*, quorum redituum ſolutio magis differtur poſt mortem beneficiati, quam huic interuertitur, adeoque *iure hereditario* tranſit ad *quoscunque heredes*, niſi conſuetudine vel lege diuerſum determinatum ſit. Si vero hi annui reditus, finito ſalario, percipiendi, ex ſola *gratia* et *humanitate* originem traxerunt, non aliis in eos ius quæſitum eſt, quam quibus ſtatuta vel ordinationes

Obſeruationis huius vſus.

Tales reditus omnibus heredibus obueniunt, non illi, qui tantum ex gratia debentur.

Digitized by Google

nes ecclesiasticæ gratiam indulgere voluerunt, eo strictius interpretanda, quo magis recedit a iure communi, et sic vtplurimum *collaterales* excluduntur, vniceque liberi et vidua defuncti ad illam admittuntur. Inde hæc quoque diuersitas fluit, quod illi reditus der Nach-Jahre, vt loquuntur, *iure hereditario* obueniant heredibus, minime illis, qui hereditatem repudiarunt; hi vero *iure singulari*, adeo vt etiam *liberis* et *viduæ* debeantur, si illi renunciarunt hereditati paternæ, et hæc dotem et illata repetiit, repudiata portione statutaria, qua de materia fusius agunt B. STRYKIVS *de anno gratiæ c. 3.* CARPZOV. *lib. I. iurispr. consist. def. 183. sqq.* FINCKELTHAVS *de iure patron. c. VI. n. 93. sqq.* SCHILTER. *instit. iur. canon. lib. I. c. 18. §. 17. sq.* BRVNNEM. *lib. II. iur. eccles. c. V. §. 12. et c. XIII. §. 2. seq.* STYPMAN. *de salar. cleric. c. XI. n. 36. sqq.* Dn. LYNCKER. *resp. 42.* RAVCHBAR. *P. I. qu. 25.*

§. CCXVI. Vt dicta eo euidentiora et planiora reddantur, adiiciam responsum *illustr. facult. iurid.* huius loci, quæ in casu oblato ita censuit:

Illustrantur dicta responso.

Hat ein gewisser in cœlibatu lebender Caualier vor einigen Jahren in einem bekanten der Evangelischen Religion zugethanen hohen Stifte eine præbende titulo oneroso acquiriret, und da er das verwichene Jahr 8. Wochen daselbsten residiret, seine gnädigste Herrschafft ihn zurück gefordert, anbey verschaffet, daß das capitulum wegen der zurückständigen 9. Wochen, da er noch residiren müssen, mit ihm dispensiret, und ihm pro forma eine Commission ertheilet, laut Beylage sub B. C. D. Ist aber derselbe auf der Hinreise in einer gewissen Stadt gestorben, und dessen Brüdern, welche sich als heredes ab intestato wegen der prouentuum anni gratiæ bey dem Capitulo melden, von demselben disput gemacht, und solche ihnen gantz denegiret worden, dahero, was hierin Rechtens, gefraget wird.

Ob nun wohl das Capitulum vor sich anführet, daß in anno 1671. von denen damaligen Herren Capitularen ein gewisser recess gemacht, vermöge dessen, wenn ein Capitularis, bevor er annum residentiæ erfüllet, und annum deseruitum zurück geleget, versterben würde, alsdenn dessen hinterbliebenen Wittwen und Kindern prospiciret, und ihnen annus gratiæ assigniret, expresse aber dabey ausbedungen worden, daß solcher Vergleich auf collateralische und auswärtige Testaments-Erben nicht zu extendiren, welchen Vergleich auch der Verstorbene unterschrieben, und dadurch seinen collateralibus præiudiciret; welchem noch beyzutreten scheinet, daß bey den Protestirenden fast durchgehends

gehends der annus gratiæ auf Wittwen und Kinder reſtringiret, hergegen collaterales und extranei heredes davon ausgeſchloſſen werden.

CARPZ. *lib. I. iurispr. conſiſt. D. 217. ſqq.*
RAVCHBAR. *p. 1. qu. 25. n. 14.*
FINCKELTHAVS *de iure patron. C. 6. n. 3.*
B. STRYK. *de anno gratiæ C. 3.*

Dahero, ob wol in denen ſtatutis capitularibus der Erben generaliter Meldung geſchehen, ſolches pro ſubſtrata materia dergeſtalt zu interpretiren, daß ſolche verſtanden werden müſſen, welche des anni gratiæ fähig ſeyn können.

Dieweil aber dennoch der annus gratiæ bloß ex priuilegio dependiret, und dabey keine Vniuerſal-Regel durchgehends gemachet werden kan, abſonderlich aber, daß derſelbe auch denen collateralibus mit zu gute kommen, bey vielen capitulis eingeführet iſt, zumahl ſchon lange vor der Reformation und im 12ten ſeculo der annus gratiæ in einigen capitulis bekant geweſen,

WEHNER. *in obſerv. voc.* Gnaden-Jahr.

und zu der Zeit derſelben Wittwen und Kindern nicht einſten zukommen mögen, ſondern ſolcher annus gratiæ vornemlich anfänglich dazu eingeführet worden, daß des defuncti capitularis Schulden davon deſto beſſer abgetragen würden;

SCHATEN. *in annalibus Paderborn. ad ann. 1293. p. 177. et ann. 1295. p. 180.*
WEHNER. *in obſerv. cit. l.*

Und da nun ſolche obligation bey denen proteſtirenden Stiffts-Perſonen heut zu Tage denen Erben überhaupt oblieget, es alſo auch billig iſt, daß der annus gratiæ denen collateralibus ſo wol als Kindern zu gute kommen müſſe, da paritas rationis in beyden Fällen zu finden, und ſo wol die Kinder als collaterales des defuncti Schulden bezahlen müſſen; dahero auch von dieſer praxi capitulorum ſelbſten die pontificii behaupten, quod annus gratiæ cedat domui mortuariæ,

ESPEN. *in iur. eccleſ. p. 2. tit. 23. c. 8. §. 9.*

et quod valeat conſuetudo, vt primi anni fructus poſt obitum defuncti canonici cedant eius heredibus,

c. 2. in extrau Io. XXII. de elect.
BARBOSA *ad cit. text. n. 2.*

in welcher Erwegung dann, was bey den Pfarren in den proteſtirenden Kir-

Digitized by Google

Kirchen eingeführet worden, zu keiner consequenz gezogen, und auf hohe Stiffter appliciret werden mag, absonderlich da bey diesen die carenz-Jahre eingeführet sind, vi cuius canonici noui primi anni reditibus carere compelluntur, et loco huius heredibus eorum anni vnius post mortem reditus relinquuntur,

cit. c. 2.
WAMES. *conf. iur. pontif. 234. n. 8.*
B. STRYK. *de anno gratiæ c. 3. in f.*

welche ratio bey den Pfarren und anderen geistlichen Aemtern cessiret, und dahero der annus gratiæ billig bey denselben restringiret werden müssen; wie denn auch der verstorbene von Adel in der sub lit. A. befindlichen Beylage sich zu den carenz-Jahren verpflichtet gemacht, dahero aus den ietzo angeführten Gründen deutlich erhellet, daß die verba statuti capitularis, so der Erben indefinite gedencken, billig auch von denen collateralibus, zu verstehen sind, zumahl daselbst folgender gestalt disponiret wird, *c. 9. §. 7.*

> Decani et cuius canonici capitularis defuncti heredibus prouentus decanales vel canonicales, quos defunctus habuit, vltra annum deseruitum, per integrum adhuc annum, qui gratiæ vocatur, debentur.

und mag hieher, was im recessu de anno 1671. beliebet worden, nicht gezogen werden, als welcher recess das angeführte statutum capitulare nicht aufhebet und restringiret, sondern in faveur der Wittwen und Kinder dasselbe dergestalt extendiret, daß, wenn der verstorbene capitularis den annum residentiæ tempore mortis völlig deseruiret, alsdenn dessen Kinder und Wittwe vltra annum deseruitum 2. annos gratiæ, im Fall aber derselbe ante tempus residentiæ completum verstorben solte, alsdenn die Wittwe und Kinder nur den annum deseruitum pro rata nebst den revenuen des anni gratiæ genieſſen solle, von welcher neuen disposition des duplicis anni gratiæ allein die collaterales ausgeschlossen sind, auch solcher recess, als welcher contra statutum capitulare ist, billig restringiret werden muß, ne nimium ab eo recedat.

So erhellet hieraus allenthalben so viel, daß des verstorbenen capitularis Brüdern der annus capitularis billig zu gute kommen müsse. V. R. W.

Alia controverſia ad illuſtrationem dorum adducitur.

§. CCXVII. Similiter anno 1694. gratis admodum controverſia mota fuit hiſce de annuis reditibus, poſt deceſſum canonici percipiendis. Decanus illuſtris cuiusdam eccleſiæ cathedralis deceſſerat, qui viduæ et heredibus ſuis proſpexerat de reditibus quorundam annorum, der Nach-Jahre, poſt mortem ſuam percipiendis. Mortuo eodem *d. 17. Febr.* vidua *d. 14. Mart.* eiusdem anni 1694. obierat, inde inter huius et decani heredes admodum contendebatur, *vtrum reditus annorum ex ſpeciali pacto debiti heredibus viduæ, an vero decani eſſent præſtandi? Illi* pro ſe allegabant, hos reditus ad *annos gratiæ* pertinere, viduæ in defectu liberorum præſtandos, et quia horum dies ceſſerat, vidua viuente, heredibus quoque eius ius illos petendi denegandum non eſſe. *Hi* in omnia alia ibant, exiſtimantes, annorum duorum reditus, poſt mortem præbendati ex *pacto* debitos, annis deſeruitis annumerandos eſſe, et ſic *iure hereditario* heredibus decani aſſignandos. Re ad facultatem noſtram *menſ. Apr. eod. anno* delata, exiſtimatum fuit, pro vtriusque heredibus eſſe reſpondendum ſequenti modo:

Facultatis Hallenſis reſponſum.

Iſt bey einer hohen Stiffts-Kirche in denen ſtatutis *c. de reſign. et morte canon. §. 9.* wegen des Gnaden-Jahrs folgendes verordnet: *Annorum tamen gratiæ nulli alii, quam defuncti canonici vidua et deſcendentes capaces ſunto, collaterales vero quoad dictos annos gratiæ penitus excludantur.* und hat ſich zugetragen, daß ein Dohm-Dechant bey derſelben Stiffts-Kirche mit einem Hoch-Würdigen Dohm-Capitul alda den 9. Septembris anno 1673. wegen des anni deſeruiti et gratiæ ſich verglichen, wie folgende formal-Worte lauten:

> So ſollen des Herrn Decani Erben ſo wol in linea collaterali als deſcendenti den annum deſeruitum, und auſſer dem noch 2. Jahr zu genieſſen haben, und plene mit percipiren.

Welches anno 1679. den 10. Sept. auf die Wittib extendiret worden, his verbis:

> Daß alsdenn Seine etwa nachbleibende Fr. Wittib und Erben, ſo wol in linea collaterali als deſcendenti, nichts deſtoweniger, als wenn Er hier in loco ſeine reſidenz vollkömmlich gehalten hätte, percipiren ſollen ꝛc.

Und wie hernach anno 1694. den 17. Febr. gedachter Herr Dohm-Dechant verſtorben, und dieſes 94ſten Jahres Einkünfte, als pro reditibus anni deſeruiti zu halten, auch bald darauf, und zwar am 14 Martii ſelbigen Jahres, die Fr. Wittib mit Tode abgangen, und alſo den Tag, da annus gratiæ, nemlich Mauritii 94. angehen ſollen, nicht erlebet; ſo entſtehet

het zwiſchen des ſeligen Herrn Dohm-Dechanten und der Fr. Witwen Collaterales, weil jener keine Deſcendenten verlaſſen, die Frage:

Ob *vigore pacti* die *fructus anni deſeruiti* und der beyden Gnaden-Jahre des ſeligen Herrn Dohm-Dechanten Brüder, als *Collateral*-Erben, oder aber der ſeligen Fr. Witwen *Collateral*-Erben zugehören?

Ob es nun zwar das Anſehen gewinnen will, daß der Witwen Erben von dem Gnaden-Jahre, gänzlich zu excludiren, indeme ſolches nicht eher ſeinen Anfang gewinnet, bevor der annus deſeruitus verfloſſen,

arg. l. diem functo ff. de offic. aſſeſſor.

l. fin. C. de domeſt. et protector. et ibi ERVNEMANN. *in comment.*

GOTHMANN. *reſp. acad. 46. n. 15.*

die Frau Wittib aber 4. Wochen nach des Herrn Dohm-Dechantens Tode verſtorben, und alſo, da ſie den Anfang des Gnaden-Jahrs nicht erlebet, Sie auf ihre Erben nichts transmittiren können, indem bekannt, quod heres plus iuris non conſequatur, quam quantum defunctus habuit;

l. nemo §4. ff. de R. I.

Zu geſchweigen, daß die præſtatio anni gratiæ ein debitum annuum iſt, von welchem in denen Rechten deutlich verſehen, quod primi anni, qualis hic eſt annus deſeruitus, debitum ſit purum, ſecundi vero, quorſum pertinet futurus gratiæ annus, ſit conditionale, ſi vixerit;

l. 4. ff. de ann. et menſtr. legat.

Hierhechſt die Wittib auch kein ander Recht, als ex pacto defuncti cum capitulo haben könte, indem ſie keine ordentliche Erbin deſſelben iſt, per pactum autem obligatio alteri acquiri non poteſt.

§. 18. I de inutil. ſtipul.

Weil aber dennoch das Gnaden-Jahr nicht allein ex pacto, ſondern ex ſtatuto capituli dependiret, darinnen expreſſe verordnet, quod vidua et deſcendentes anni gratiæ capaces ſint, und alſo vidua ein gedoppeltes Recht zu ſolchem Gnaden-Jahr hat, hingegen die collaterales durch ſolches ſtatutum gänzlich davon ausgeſchloſſen ſind, wie Sie denn auch ſonſten ad annum gratiæ miniſtrorum eccleſiæ nicht zugelaſſen werden;

FINCKELTHAVS *de iur. patron. c. 6. n. 3.*

CARPZOV. *iurispr. eccleſ. lib. 1. def. 117.*

Dieſes Recht aber, das denen collateralibus ex ſtatuto verſaget worden, denenſelben per expreſſum pactum, et quidem geminatum hinwieder beygeleget, dergleichen pactum denen Rechten nach beſtändig iſt, cum quisque ſibi non tantum; ſed et heredibus ſuis per pactum proſpicere poſſit.

l. veteris 13. C. de contrab. ſtip. per tit. C. vt action. ab hered. incip.

Et quicquid ſtatuto conſtitui poteſt, idem etiam poteſt induci per pactum.

BARBOS. *argument. legal. n. 1. et ſqq.*

Und ſolchergeſtalt, da das erfolgte pactum der Wittib und Erben zugleich das Gnaden-Jahr zugeeignet, des defuncti Herr Bruder ſo wenig die Wittib, als dieſe jenen excludiren kan, particula enim copulatiua et æqualem et æque principalem concurſum omnium copulatorum inducit;

arg. l. ea tamen 46. D. de legat. 3.
l. reos. 11. D. de duob. reis.
l. Paulus 43. D. de re iudic.
VVLTEIVS *conſil. Marpurg. vol. 2. conſ. 13. n. 9.*

Deshalben auch ſonſten bey denen Predigern die Wittib mit denen Kindern zum Gnaden-Jahre zugleich gelaſſen werden.

CARPZOV. *iurispr. for. P. 2. conſt. c. d. 12.*
FINCKELTHAVS *de iur. patron. c. 6. n. 96. et ſqq.*

Und mag nicht hindern, daß bey Lebzeiten der Wittib das Gnaden-Jahr den Anfang würcklich nicht genommen, ſondern der annus deſeruitus noch darzwiſchen geweſen, immaſſen es genug, daß die Wittib des mariti Tod erlebet, und alſo das ius ad annum gratiæ tam ex ſtatuto, quam ex pacto auf ſie verfallen ſey, welches ius ſie ſonder Zweiffel auf ihre Erben transferiren können.

CARPZOV. *iurispr. eccleſ. lib. I. def. 216.*

Und kan hier nicht behauptet werden, quod dies anni gratiæ non ceſſerit, weil ſolche ceſſion in momento mortis des Hrn. Dohm-Dechants geſchehen, obgleich die præſtatio ipſa erſtlich nach Ablauff des Sterb-Jahrs ihren Anfang nimmt, nam et in legatis in diem certum relictis dies cedit a tempore mortis teſtatoris,

l vn. §. 1. C. de caduc. toll.
l. 21. C. quando dies legat. cedat.

et

Digitized by Google

et debitum in diem promiſſum mox cedit, licet peti, antequam dies venerit, non poſſit.

l. cedere diem 213. D. de V. S.

Wie denn auch nicht gleich ein debitum annuum iſt, wo der Jahre gedacht wird, weil ſolche pro determinando illo, quod ſoluendum eſt, öfters hinzugeſetzet werden,

l. 3. pr. D. de ann. et menſtr. legat.

Wie denn ferner, was de annuis legatis diſponiret, auf die promiſſiones annuas ex pacto et contractu dependentes nicht zu ziehen iſt,

per *l. 16. §. 1. D. de verb. obligat.*

So erſcheinet aus dieſen allen ſo viel, daß des ſel. Herrn Dohm-Dechants Frau Wittwen Erben und deſſen Herr Bruder die reditus anni gratiæ unter ſich pro dimidia zu theilen ſchuldig ſeyn. V. R. W.

§. CCXVIII. In alia omnino eundum eſſe cenſuit inclyta facultas iurid. Ienenſis, vti ex L. B. de LYNCKERI *reſponſ. 42.* liquet. Exiſtimarunt enim, viduæ heredibus deberi annum gratiæ ex ſtatuti capitularis tenore; reditus autem illorum annorum, qui *ſpeciali pacto* determinati erant, *deſeruitis annis* accenſendos, et ſic heredibus decani præſtandos. Rationes ICtorum Ienenſium in compendium reducam, quæ ſunt hæ: (1) quod vltra *annum ordinarium deſeruitum* adhuc reditus *duorum annorum* heredibus ſpeciali pacto aſſignati fuerint, qui eiusdem deberent eſſe cum *ordinario deſeruito anno* naturæ: (2) quod ſimpliciter in pacto dictum fuerit: und auſſer dem noch zwey Jahr, nec vlla mentio *annorum gratiæ* facta fuerit: (3) quorum duorum annorum reditus heredibus ideo aſſignati fuerint, quia defunctus decanus ingentes ſumtus in acquiſitionem præbendæ ex bonis propriis facere debuit, in quorum compenſationem pactum de reditibus extraordinariis duorum annorum heredibus ſoluendis conceptum ſit: (4) quod viduæ tantum *vnius anni gratiæ* debeatur, et ad hunc caſum vnice referenda ſint verba receſſus de anno 1679. quibus *indefinite* defunctus decanus *viduæ* et *heredibus* ius quæſitum conſeruare, non vero viduæ nouum ius attribuere voluiſſe videtur, etc.

Inclytæ facultatis iuridicæ Ienenſis ſententia refertur.

§. CCXIX. Si integrum foret tantas componere lites, exiſtimarem, primario reſpiciendum eſſe ad *cauſam adæquatam* eiusmodi *ſtatuti* vel *pacti*, quo nonnullorum annorum reditus poſt mortem reſeruantur. Si *in ſolatium viduæ et liberorum* reditus hi reſeruantur, ſine dubio ad *annum gratiæ* referri debent; ſi alia de cauſa reſeruati ſunt, poſ-

Oſtenditur, vnde iudicari queat, vtrum anni, heredibus aſſignati, ſint gratiæ an deſeruiti?

possunt *deseruito* accenseri. Huc refero, si canonici, *duobus primis annis*, reditibus præbendæ suæ *carere* ex statuto capituli debuerunt, quos vocant die *Carenz-Jahre*, in quorum compensationem duo rursus anni post mortem reseruantur, qui ideo, prout iam supra dixi, *deseruiti* censendi sunt, quod intuitu duorum primorum annorum, quibus nullos percepit fructus, quamuis officio sacro functus sit, soluantur, et sic magis solutio eorum differatur, quam ex *singulari gratia* concedatur. Noui quidem, a plurimis indistincte die *Nach-Jahre* vocari *annos gratiæ*, si vel maxime propter *annos carentiæ*, vti loquuntur, soluantur; sed a *dici* ad *esse* non valet consequentia, nec erroneus loquendi vsus naturam rerum veram immutare potest. Interim, vbi ex hoc *errore* in statutis capitulorum reditus quorundam annorum post mortem canonici *annis gratiæ* expresse annumerati, et adeo iuxta liberosque restricti sunt, standum omnino statuto est. Si vero verba *statuti* vel *pacti* ratione der *Nach-Jahre* dubia sunt, constatque, eos esse reseruatos in compensationem *annorum carentiæ*, in dubio potius hi anni pro *deseruitis* habendi sunt. Sed si in compensationem *ingentium sumtuum*, quos in acquisitionem præbendæ capitularis facere debuit, reditus vnius vel duorum annorum post mortem reseruantur, vix est, vt *deseruitis* accenseri queant. Neque enim *deseruitum* dicitur, nisi quod in seruitii præstiti compensationem præbetur, quorsum causa adducta minime spectat, nisi generatim hac denominatione quæcunque emolumenta, quæ titulo oneroso præstanda, complecti velis, quo casu tamen a proprietate huius vocis magnopere receditur. Breuiter: posteriori casu anni reseruati magis *gratiæ*, quam *deseruiti* dici queunt.

Constitutio pontificis de fructibus post mortem percipiendis in compensationem annorum carentiæ.

§. CCXX. Facit huius consuetudinis etiam mentionem IOANNES XXII. in *c. 2. extrauag. de elect.* simulque temperamentum aliquod circa annos *carentiæ* et *deseruitos* constituit. Ait pontifex: *Cum in nonnullis ecclesiis obseruetur, et a longis retro temporibus fuerit obseruatum, quod fructus primi vel secundi, vel alterius cuiuscunque sequentis anni beneficiorum vacantium in eisdem defuncto, vel fabricæ aut ecclesiis, vel personis habentibus annalia de consuetudine, priuilegio vel statuto applicantur in totum, ita quod illi, qui huiusmodi beneficia canonice obtinent, et ad quos alias de iure fructus ipsi spectare deberent, nihil inde percipiunt, vnde illud inconueniens sequitur, quod commode nequeunt ad impendendum seruitium debitum residere in ecclesiis, in quibus beneficiati existunt.* His præmissis, *incommodo* adducto hoc remedium quæsiuit, constituendo, *vt illi, qui fructus prædictos sibi hactenus integre vindicauerint, nihil exinde*

vltra

vltra ſummam, pro qua vnumquodque beneficiorum ipſorum conſueuit in ſolutione decimarum taxari, percipiant, ſed iſtius ſummæ perceptione duntaxat ſint omnino contenti, totali reſiduo prædicta obtinentibus beneficia remanſuro, optione tamen relicta his, quibus debentur *annalia*, vt vocantur, eaque intra decem dies facienda, an decimæ taxationem, vel, illa dimiſſa, reſiduum eligere malint? Decennio præterlapſo, electio nouiter prouiſo conceſſa eſt. In iis denique eccleſiis, in quibus *taxatio decimarum* non eſt facta, fructus et obuentiones diuidendi ſunt, quorum dimidia pars ei, cui *annalia* competunt, altera vero dimidia ſucceſſori in beneficium aſſignata eſt. etc.

§. CCXXI. Quæ cum ita ſint, euidens eſt, *reditus* annorum quorundam poſt mortem paſtoris vel canonici ad *tres* referri poſſe *claſſes:* (I) Prima concernit reditus illius anni, quo paſtor vel præbendatus obiit, quem ſtricte *deſeruitum* dicunt. (II) Secunda tangit reditus eorum annorum, quos die Nach-Jahre, abuſiue quandoque *annos gratiæ*, vocant, qui heredibus præſtari ſolent *in compenſationem annorum carentiæ*, quibus defunctus nullum percepit lucrum, vtut debitam reſidentiam abſoluerit. (III) Tertia continet *annum gratiæ* ſtricte dictum, ex ſola *humanitate* et *gratia* originem trahens, et in ſolatium *viduæ et liberorum* tendens, cuius ratio potiſſimum in eccleſiis parochialibus habetur. De ſingulis ſpeciatim agendi locus erit.

Tres ſpecies redituum poſt mortem canonici percipiendorum.

§. CCXXII. *Prima claſſis* concernit reditus illius anni, quo canonici vel paſtores ſunt mortui, qui quatenus heredibus defunctorum debeantur, maius inter *pontificios* quam *proteſtantes* dubium habet. Nam I) admodum illi adhuc ceſpitant, hærent, dubitantque, *an clerici fructuum domini fiant?* Hoc qui negant, fructus *vltimi anni* heredibus aſſignare et attribuere nequeunt, adeoque ab hac *præiudiciali quæſtione* deciſio alterius, de *fructibus vltimi anni*, dependet, vt recte obſeruauit ALVARVS VALASCO *in prax. partit. et collat. c. 35. n. 4.* Vnde *rationes dubitandi* ortæ fuerint, rectius ad *tit. XXVII. de ſucceſſ. ab inteſt.* euolui poteſt, interim quantos fluctus et difficultates hæ interpretibus mouerint, oſtenderunt ZIEGLER. *de dot. eccleſ. c. XI. §. 32. ſeqq.* FRANCISCVS SARMIENTO *de reditibus eccleſ. P. II. c. 1. ſqq.* VALASCO *cit. l.* GONZALEZ *ad c. 5. X. de pecul. cler.* FRANCISCVS GALLVS *de fructib. diſp. 37. art. 1. n. 5. ſeqq.* GRANNANIETTO *in catena iur. ad c. 2. de teſtam. n. 2. ſeqq.* ALEXANDER SPERELLVS *deciſ. for. eccleſ. 82. n. 5. ſeqq.* BARBOSA *lib. III. iur. eccleſ. c. 17. n. 9. ſeq.* aliique. Si dicendum, quod res eſt, hodie his dubiis non adeo perturbatur clericorum catholicorum conſcien-

An annus deſeruitus inter catholicos locum habeat? Rationes dubitandi I) quod clerici non fiant domini fructuum.

Digitized by Google

tia, qui ex recentiorum ſententia perſuaſi ſunt, le *fructuum* fieri *dominos*, vtpote quos *iure beneficiorum*, inſtar *ſalarii*, pro *labore ſacro*, vel *vero* vel *putatiuo* percipiunt, id quod etiam recta ratio ſatis firmat.

a) quod de acquiſitis ex reditibus eccleſ. diſponere non poſſint.

Verum 2) nouum adhuc dubium inde enaſcitur, quod in *c. 8. X. de teſtam.* aliisque textibus, de fructibus reditibusque beneficiorum clericis omnis interdicta ſit teſtamenti factio, cautumque, vt *eccleſia in iis ſuccedere* debeat; id quod ſi verum eſt, fruſtra quæritur, cuinam *fructus vltimi anni* cedant? quippe qui, ſtante hac hypotheſi, ad eccleſiam reuertuntur. Verum hoc dubium hodie facile reſoluitur, poſtquam vel præuia pontificis *diſpenſatione*, vel etiam *conſuetudine* heredes clericorum ſucceſſionis capaces fieri poſſunt, vt infra declarandum erit. vid. GRANNANIETTO *ad c. 1. X. de teſtam. n. 9.* GALLVS *cit. l. n. 79. ſqq. cit. l. c. 8.* ESPEN. *P. II. iur. eccleſ. tit. 32. c. 7. n. 20. ſeqq.* VALASCO *cit. l. n. 7. ſeqq.* Hæc dubia non premunt proteſtantes, quibus nullo modo ius in *fructus deſeruitos* in dubium vocari poteſt, quamuis etiam per Germaniam in plerisque capitulis, Romanæ eccleſiæ addictis, nullus amplius dubitandi ſuperſit locus.

Diſtributio fructuum vltimi anni non metienda ex iure vſufructuarii.

§. CCXXIII. Euicto iure heredum in *reditus eccleſiaſticos vltimi anni*, eorum *quantitas*, maioribus inuoluta dubiis, maiori ſollicitudine indaganda. Iam ſupra obſeruaui, beneficiarios cum *vſufructuariis* æquari et conferri ſolere; inde præcipitanti iudicio mox in eam delabuntur concluſionem, eodem prorſus modo inter *heredes defuncti*, et *ſucceſſorem* in canonicatu et officio ſacro fructus eſſe diuidendos, quo inter proprietarium et vſufructuarii heredes fit diſtributio, *l. 58. D. de vſufr.* i. e. vt *percepti* heredibus defuncti clerici, *pendentes* vero ſucceſſori debeantur. Ita cenſent allegati a FRANCISCO GALLO *de fruct. diſp. 37. art. I. n. 2.* AVGVSTINO BARBOSA *lib. III. iur. eccleſ. c. 17. n. 77.* PETRO BARBOSA *ad l. 7. P. 2. n. 44. ſolut. matrim.* ALEXANDRO SPERELLO *dec. for. eccleſ. 82. n. 9.* ALVARO VALASCO *in pr. partit. et collat. c. 36.* PETRO LEVRENIO *P. III. for. benef. qu. 247. n. 3.* cardin. DE LVCA *tom. I. theatr. ver. et iuſt. de benefic. diſc. 100. n. 12. et diſc. 84. n. 7.* COVARRVVIA *lib. I. reſ. c. 15. n. 12.* ANDREA TIRAQVELLO *de retract. conuent. §. 5. gl. 4. n. 3.* Imo nec proteſtantes ab hac hypotheſi abhorruiſſe, patet ex traditis CARPZOVII *lib. II. iurispr. conſiſt. def. 352. n. 12. et 353. n. 12.* et SCHILTERI *lib. II. inſtit. iur. canon. tit. 8. §. 4.*

§. CCXXIV.

Digitized by Google

§. CCXXIV. Addo et hoc, nonnullos cum ALEXANDRO SPERELLO *cit. l n. 9.* PETRO SVRDO *lib. III. conſ. 333. n. 9. ſqq.* aliisque paulo ſubtilius philoſophari, ne dicam, magis lepide agere. Aiunt enim, clericos in *vita* æquiparari vſufructuariis, in *morte* vſuariis. Sed quid hoc rei eſt? Scilicet *vt, iis decedentibus, ſeruandæ ſint leges de vſuario loquentes, quæ probibent fructus inexactos ad heredes transmittere, ſed illos duntaxat, quos cum effectu percepit, et inter cetera ſua bona immiſcuit, ſiue in horrea recondidit*, vt vtar verbis SPERELLI *cit. l. n. 10.* Ex quo colligunt, fructus ſeparatos quidem a ſolo, ſed nondum in horrea collectos, nec ad heredes clericorum, nec ad annum deſeruitum ſpectare. Huc etiam collineare videtur IVLII III. *conſtitutio 7. in bullar. tom. I. fol. 697.* et noua eiusdem *declaratio fol. 698.*

Quidam clericos, præſertim in morte, vſuariis comparandos eſſe cenſent.

§. CCXXV. Sed recte vtramque ſententiam reprobarunt Hiſpani, COVARRVVIAS *tom. I. P. I. c. 7. n. 1. ſeqq. et lib. I. var. reſol. c. 15. n. 12.* VALASCO *cit. l. n. 9. ſqq.* SARMIENTO *P. IV. de reditib. eccleſ. c. 6.* cum non ſemper, quæ *in aliquo tertio* conueniant, prorſus *eadem* ſint, quæ tamen ſæpius, non ſine ſummo dedecore, confundi ſolent. Vſufructuarius quidem percipit fructus, percipit etiam clericus: morte tollitur ius vſufructuarii, tollitur etiam ius clerici. Aſt (*a*) clerici percipiunt reditus et fructus inſtar *ſalarii*, pro *officio eccleſiaſtico*, et in eius compenſationem, et ſic *ob cauſam;* cum vſufructuarii fructus *ſimpliciter* ſeu *gratis* percipiant, non intuitu certi oneris vel muneris, adeoque ad paria reduci nequeunt, nec de *fructibus deſeruitis* quoad vſufructuarium recte inſtituitur quæſtio, vti quidem quoad miniſtros eccleſiaſticos. Simpliciter *percipiendo* ſuos faciunt fructus vſufructuarii, clerici vero *deſeruiendo*, et cum ita vtrobique *diuerſum acquirendi* fructus *fundamentum* adſit, diuerſo quoque iure cenſeri debent. (*b*) Tollitur quidem morte clerici etiam ius percipiendi reditus eccleſiaſticos, ſed non ideo, quod *vſufructuarius* aut *vſuarius* ſit, ſed quia *cauſſa* ceſſat, intuitu cuius reditus illos percepit. Neque (*c*) iure *ſeruitutis* proprie dictæ emolumenta habet, quod ſupra *§. CLIX. ſeqq. h. tit.* iam obſeruaui, ſed iure *beneficii* ſeu *ſalarii* vel *mercedis*, adeoque ſæpe contingit, vt ante mortem hæc amittat, ſi officium eccleſiaſticum translatione, reſignatione, depoſitione, aliisue modis amittit. Denique ratio, (*d*) quod clerici in morte tantum pro *vſuariis* haberi debeant, magis deriſoria, quam vera eſt, cum ſolius *gloſſæ*, nulla *legis* nitatur auctoritate, quam hodie merito repudiamus.

Vtraque comparatio reiicitur, prævio examine, ob rationes diuerſitatis.

Digitized by Google

Proinde non omnes fructus ciuiles assignari possunt successori.

§. CCXXVI. Quemadmodum ergo ex his apparet, falsam esse sententiam, quod clerici *vsufructuariorum* vel *vsuariorum* imaginem in omnibus referant, ita prorsus lapsi sunt, qui *fructus ciuiles* omnes successori in officio attribuendos esse censuerunt. Ait FRANCISCVS GALLVS *cit. l. n. 6. Donec sunt in manibus debitoris, nonpossunt dici fructus perrepti*, h. e. donec dies pensionum nondum venerit. Nihilominus tamen *n. 8.* addit, ideo hanc sententiam veram esse, *quia subrogatum naturam sapit eius, pro quo subrogatur.* Hoc si verum est, vtique distinguere debuisset GALLVS, vtrum fructus a colono essent collecti, nec ne? id quod tamen non facit, sed simpliciter tantum respondet, videndum esse, vtrum dies soluendarum pensionum venerit, nec ne? qualis contradictoria et incerta philosophia a ICto prorsus aliena esse debebat.

Quidam distinguunt inter beneficia simplicia, et non simplicia,

§. CCXXVII. Hæc dubia quidam animaduertentes in distinctione præsidium quærunt, distinguentes inter beneficia *simplicia*, et *non simplicia*. *Hæc* dicuntur, quæ *curam animæ*, aliamque *potestatem* in plebem ecclesiasticam vel *administrationem* annexam habent; *illa* vero, quæ carent cura animarum, et tantum habent obligationem horas canonicas psallendi, missas legendi, aliudque diuinum persolvendi officium. LVDOVICVS ENGEL *in colleg. iur. canon. tit. de præbend. et dignit. §. 1. n. 5.* IACOB. WIESTNER *ad cit. tit. art. 2. n. 27.*

nullam admittentes diuisionem in simplicibus,

Censent vero, in *simplicibus beneficiis*, quales sunt *canonicatus*, *capellaniæ* etc. nullam faciendam esse fructuum distributionem, nec vllam partem ad heredes præmortui transmitti; sed beneficiatos simpliciter *vsufructuariis* comparari; in *nonsimplicibus* vero instituendam esse distributionem, vt *pro rata* oneris et ministerii præstiti fructuum diuisio instituatur, exemplo mariti, qui pro rata temporis ob onera matrimonii, quæ sustulit, fructus vltimi anni percipit. Card. DE LVCA *tom. I. de benefic. disc. 100. n. 22.* PARISIVS *lib. 4. cons. 33.* PETRVS BARBOSA *in l. diuortio pr. soluto matrim. P. 2. n. 59.*

bene tamen in non simplicibus.

Examinatur hæc distinctio, et reiicitur.

§. CCXXVIII. Sed vix solidum huius distinctionis fundamentum adduci potest. Æque canonici præstant, vel saltim præstare debebant officium sacrum, ac quidem illi, quibus cura animarum aliaue administratio ecclesiastica commissa est. Æque illi accipiunt reditus ecclesiasticos pro *officio*, ac quidem hi, et sic quoque æque *deseruire* dicuntur emolumenta, cum *beneficium* in genere non gratis, vt *pensiones*, sed *pro officio* detur. Si ergo in beneficiis *non simplicibus* fructus sunt diuidendi pro *rata temporis*, quo clericus in vltimo anno vixit, etiam eodem diuidendi

dendi sunt modo in *simplicibus*, vt canonicatibus. Equidem qui ita distinguunt, forsan respexere ad praxin hodiernam capitulorum, et animadverterunt, canonicos et capitulares parum laboris sustinere, et officio suo vel plane deesse, vel adeo superficiarie defungi, vt ne quidem horis canonicis amplius, vel saltim rarius interfint, per vicarios suos officia ecclesiastica obeant, et ita absque vllo onere et sudore fructus et reditus ecclesiasticos percipiant. Verum non spectandum est, quid Romæ fiat, sed quid fieri debebat. Hoc certum est, ex *fine primordiali* dari præbendas beneficiaque *pro officio*, et ita non *absolute*, sed *ob causam*, et licet praxis perversa inualuerit, vt per vicarios sacram rem facere possint, sufficit tamen in foro externo, quod officium ipsum obeant, siue per se, siue per alios, intuitu cuius percipiunt reditus. Nec muto sententiam, si quis vrgeat, nullam esse proportionem inter officium et reditus præbendarum, qui sæpe adeo pingues sunt, vt vel tribus sufficere possent; hoc enim vitio seculi adscribendum est, et præterea officia hæc sacra non sunt *mercenaria*, vt proportio quædam, ceu in *mercede* operariorum, in iis attendi debeat; sed sufficit, quod *instar salarii* et *compensationis* pro diuino officio præbeantur his, qui ad munera sacra obeunda sunt vocati.

Nec in canonicatibus diuersum ius obtinere debet.

§. CCXXIX. Denique protestantes ICti plurimi in nouam prorsus sententiam transeunt, censentque, redituum annuorum horum diem cedere *ab initio cuiuscunque anni*, et consequenter, mortuo clerico, post *anni initium*, totius anni reditus in heredes eius transmitti. CARPZOV. *lib. I. iurispr. conf. def.* 171. *n.* 5. STYPMAN. *de salar. cleric. c.* 11. *n.* 20. *seqq.* B. STRYK. *in not. ad ius eccles. Brunnem. lib.* 2. *c.* 5. *§.* 10. RAVCHBAR. *P. I. q.* 25. Nec enim crediderunt, diuersam debere constitui conditionem huius *salarii*, ac quidem illius, quod in genere *salariariis* debetur, quod secundum ius ciuile integrum quoad *vltimum annum*, in quo decessit, heredibus vindicandum esse credunt, vt interpretes antiqui *ad l.* 4. *de offic. assessor.* vtplurimum docent. Id quod si verum est, plana est via, deficientibus aliis legibus particularibus, hanc litem componendi.

An redituum ecclesiasticorum dies cedat abinitio cuiuscunque anni?

§. CCXXX. Verum quamuis plura argumenta huic sententiæ aliquod præsidium adferre videantur, ita tamen comparata sunt, vt parum eis fidere possis. Solidioribus omnino instructi sunt fundamentis, qui tantum salarium *pro rata anni*, quo mortuus est salariarius vel beneficiarius, deberi censent, et ne huic sententiæ auctoritas, qua plerique ducuntur, desit, ante omnia ei quosdam aduocatos dabo. Primus inter eos sit CAECILIVS STRABO, qui tempore PLINII II. hanc

Pro rata potius dividendi fructus,

Digitized by Google

Quod olim in foro Romano in contradictorio assertum.

cauſſam egit et obtinuit. Refert PLINIVS *lib. IV. epiſt. 12.* ſeriem rei geſtæ his verbis: *Cum in prouinciam quæſtor exiiſſet, ſcribamque, qui ſorte obtigerat, ante legitimum ſalarii tempus amiſiſſet, quod acceperat ſcribæ daturus, intellexit et ſtatuit, ſubſidere apud ſe non oportere. Itaque reuerſus, Cæſarem, deinde, Cæſare autore, ſenatum conſuluit, quid fieri de ſalario vellet. Parua, ſed tamen quæſtio eſt. Heredes ſcribæ ſibi; præfecti ærario populoque vindicabant. Acta cauſa eſt. Dixit heredum aduocatus, deinde populi: vterque percommode. Cæcilius Strabo ærario cenſuit inferendum: Bæbius Macer heredibus dandum. Obtinuit Strabo.* Ne vero ſtatim in limine obiiciatur, agi hic de caſu plane alieno, h. e. de *miniſterio ſcribarum viliſſimo*, et *mercenario*, adeoque in exemplum adduci non poſſe, paucis tantum addo, agi hic de *ſcribis publicis quæſtoriis*, quorum ordo *honeſtus* erat. Ait CICERO *orat. III. in Verrem cap. 79. Ordo eſt honeſtus, quis negat? aut quid ea res ad hanc rem pertinet? Eſt vero honeſtus, quod eorum hominum fidei tabulæ publicæ, periculo magiſtratuum committuntur.* Idem in *orat. pro domo ſua* prouocat ad teſtimonium *ordinis equeſtris et ſcribarum*, de beneficiis ſuis in rempublicam collatis. *Scribæ*, ait, *qui nobiscum, in rationibus monumentisque publicis verſantur, non obſcurum de meis in rempublicam beneficiis ſuum iudicium decretumque eſſe voluerunt.* Imbecillitatem iudicii prodidiſſet TVLLIVS, ſi in nulla fuiſſent dignitate poſiti ſcribæ, et tamen ad eorum teſtimonium, nullius ſine dubio auctoritatis futurum, prouocaſſet. Conf. SAMVEL PITISCVS *in lexic. antiq. Rom. voce ſcriba quæſtorius*, GVTHERIVS *de iure pontific. veteri lib. 2. c. 13.* GRAVINA *de orig. iur. ciuil. p. 8.* AERODIVS *lib. II. rer. iudic. tit. 9. c. 1.* Reuertar ad interpretes iuris Romani antiquos et recentiores, qui a CAECILII STRABONIS parte ſtant, inter quos celebriores ſunt BERTRANDVS DE MONTE FAVENTINO, IACOBVS BVTRIO, SALICETVS, RAPHAEL FVLGOSIVS, CYNVS, BALDVS, quos commemorat, et in ſuas partes trahit ANDREAS ALCIATVS *in comment. ad l. 4. de offic. aſſeſſor. n. 43.* qui negatiuam ſententiam latius firmat. Hos ſequuntur HENRICVS ZOESIVS *in comment. ad tit. de extraord. cognit. n. 4. et ad tit. de offic. aſſeſſor. in f.* BACHOVIVS *ad Treutl. P. I. diſp. 8. th. 3. lit. C.* GROENEWEGEN. *ad l. 15. C. de aduocat. diuerſ. iudicior.* LEONINVS *lib. VII. emendat. c. 7. n. 13.* FLORES DIEZ DE MENA *l. variar. quæſt. 8. n. 54.* GERHARDVS FELTMANNVS *in comm. ad D. ad l. 4. D. de offic. aſſeſſor. n. 13. ſqq.* CYPRIANVS REGNERVS *diſput. XIX. ad inſtit. §. 15.* Cum his nouiſſime conſpirat B. TITIVS *lib. IX. iur. priu.*

Et ab interpretibus nonnullis defenditur.

Digitized by Google

priu. c. 8. §. 3. vbi ita ait: *Naturæ negotiorum bilateralium eſt conuenientius, vt eius temporis, quo quis operas præſtitit, ſalarium ſaltem promeritum dicamus, nec putem, in iure Romano aliud in genere conſtitutum eſſe, ſed illud potius exceptiones quasdam dediſſe arbitrer.* Equidem ſtatim addere poſſem, huic ſententiæ quoque praxin fere vniuerſalem reſpondere, ſed de hac infra agendum, et ante omnia fundamenta huius ſententiæ adducenda ſunt.

§. CCXXXI. Antequam vero hanc cauſam plenius perorem, quasdam præmittam obſeruationes, quæ circa hanc quæſtionem, *cautelarum* inſtar, obſeruandæ ſunt. (I) Ante omnia *regula* cum *exceptionibus* non eſt confundenda, aut hæ ad conſequentiam trahendæ, contra *l. 14. D. de legibus*, quod diſſentientes non vbique obſeruaſſe videntur. (II) Sedulo cauendum, ne *officia publica* reipublicæ Romanæ cum noſtris conferamus, indeque ab illis ad noſtra argumenta trahamus, cum quædam ſingularia in illis deprehendantur, tum quod eſſent *annua* vel *temporaria;* tum etiam quod quædam plures *expenſas* in expeditionem faciendas deſiderarent, quarum intuitu quædam ſingularia, quæ omnibus officiis haud congruunt, conſtituta ſunt. (III) Ne *ſalarium annuum* cum *penſionibus* mere *gratuitis* et *honorario* confundamus, cum illud detur *ob cauſam*, non penſiones, imo et ipſum honorarium ſuo modo *beneficium* eſſe videatur. His tribus obſeruatis, facillimo ſtudio nebulæ, quibus diſſentientes veritatem offuſcant, diſſipari queunt. Circa quam quædam cautelæ obſeruandæ.

§. CCXXXII. Argumenta, ex quibus noſtra ſententia corroboratur, potiſſimum ſunt ſequentia: Primum, quod capitale, ipſa *naturalis ratio* conſtituit. Ab hac non temere legislatores diſceſſiſſe credendi ſunt, imo tamdiú ei ſtandum eſt, donec euictum fuerit, legislatores ei aliquid addidiſſe, vel detraxiſſe. Naturalis autem ratio *pro lege* ſcripta ſeruanda eſt, et ſine lege *rationem naturalem* adferre ſat eſt, prout MODESTINVS in *l. 13. §. 7. de excuſation. tut.* cenſuit, et, *cuius fidem*, ait, *ſufficit firmare ex ipſa naturali iuſtitia.* Neque infrequens eſt in iure noſtro, ICtos prouocaſſe ad *naturalem rationem*, indeque deciſiones ſuas petiiſſe, vt liquet ex *l. 7. de ſeru. export. l. 7. de bon. damnat. l. 2. §. 5. in fin. de aqua et aqu. pluu. arc. l. 4. pr. ad L. Aquil. l. 21. de interrog. l. 220. §. 3. D. de V. S. pr. inſt. de nupt. l. 39. D. de negot. geſt. l. 36. de hered. petit. l. 7. de acquir. rer. domin. l. 18. §. 7. commod. l. 5. §. 15. de agnoſ. vel alend. lib. l. 38. D. pro ſoc. l. 8. de ſeru. præd. vrban. etc. Quapropter*, vt vtar verbis BARBOSAE *in theſ. pract.* Primum fundamentum peritur ex naturali ratione.

Digitized by Google

pract. lib. XII. c. 3. ax. 8. non facile a ſcopo aberrare poteſt, qui in iudicando, natura duce, rectam rationem ſequitur, quippe cum ius noſtrum partim ex igniculis et principiis illis in ſingulorum mentibus ſit, ex quo etiam per manus traditum eſt, quod ſufficiat quandoque allegare rationem naturalem.

Salarium ex naturali ratione non debetur ante præſtitum ſeruitium. Habenda tamen ſimul ratio commodorum.

§. CCXXXIII. Ipſam autem naturalem rationem huic ſententiæ adſiſtere, facili labore demonſtrari poteſt. Videlicet quum ſalarium ſoluatur ob ſeruitium vel miniſterium *publicum* vel *priuatum*, naturale quoque eſt, vt tunc ſoluatur, quando *ſeruitium* præſtitum eſt. Neque enim antea exigi poteſt, quod demum ob *cauſam* ſoluendum, neque vlla *compenſationis* ratio adeſt, vbi ſeruitium nullum præſtitum. Ante omnia tamen ratio tum *ſeruitiorum*, tum *commodorum*, quæ *ſalarii* nomine promiſſa ſunt, inſpicienda eſt. Si miniſterium operam continuatam, et per totum vitæ tempus vel plures annos duraturam poſtulat, annuatim conſtitui ſolent ſalaria, cum alioquin ſalariarius ante mortem ſuam, qua miniſterium definit, petere ſtipendium haud poſſet, quod ipſi non tantum graue, ſed etiam prorſus inutile futurum eſſet. Hunc in finem *ſalarium annuum* conſtituitur, h. e. pro miniſterio et officio, ſingulis annis præſtando, et ita non *ab initio anni* debetur, ſed demum, cum miniſterium per annum præſtitum eſt. Ratio enim recta dictitat, id, quod ob *cauſam futuram* promiſſum eſt, et quidem in eius *compenſationem*, non antea exigi poſſe, quam cauſſa præſtita; et ita quod pro miniſterio et ſeruitio annuo promiſſum, anno demum finito de iure ſtricto debetur. Tunc enim compenſatio peti poteſt, quoties id præſtitum, quod compenſationem meretur. Vt ob futuri miniſterii compenſationem aliquid ſoluatur, vnice ex *conuentione* dependet, qua ceſſante, nemo *iure ſuo* repræſentationem ſalarii annui petere poteſt. Quia vero commoda, *ſalarii* nomine ſoluenda, varii generis ſunt, inde ad naturam horum reſpiciendum quoque eſt.

Annua ſalaria non debentur ab initio anni.

Quædam emolumenta percipiuntur ſingulis momentis; quædam certo tempore.

Quædam enim (1) *quotidianam* præſtant vtilitatem, veluti *habitatio*, et horum commoda quotidie et ſingulis momentis percipiuntur: quædam (2) ex natura ſua, vel antiqua quadam diſpoſitione *certo tempore* tantum debentur, quæ, antequam dies eorum venerit, peti nequeunt, nec in his ad finem anni, ſed ad diem, quo præſtatio deberi incipit, reſpiciendum eſt, ex natura commodi ipſius. Huc pertinent fructus prædiorum ruſticorum, qui certo anni tempore percipiuntur, et ſic ſalariario eo tempore præſtantur, ſi prædia ei in vicem *ſalarii* data ſunt. Similiter decimæ antea exigi ne-

nequeunt, quam fructibus a ſolo ſeparatis. Præterea penſiones antiqua quadam ex diſpoſitione ad certos dies reſtringuntur, vt v. c. die Martini, trium regum vel purificationis Mariæ debeantur, quæ itidem ſtatim peti poſſunt, quando dies aduenit: ideo enim penſionibus ſoluendis dies certus dictus eſt, vt eo tempore ſalaria præſtentur. Quædam denique (3) in *pecunia numerata*, quotannis ſoluenda, conſiſtunt, nec conuentum, vt per partes ſeu ſucceſſiue ſoluatur, quo caſu tantum in fine anni debetur. Nulla enim ratio ſuadet, vt, quod pro annuo miniſterio promiſſum eſt, antea, quam perfecto labore, exigi queat. Ideo enim *annuum ſalarium* præfinitur, vt pro annuo miniſterio ſoluatur. Quodſi itaque in ſingulos menſes determinatum eſt, finito menſtruo ſeruitio recte petitur: ſi in ſingulos anni quadrantes, etiam ſingulis quadrantibus debetur. Interim in annuis ſalariis, quæ diuiſionem recipiunt, vtplurimum contingere ſolet, vt ſingulis anni quadrantibus ſoluantur, tum quod ſalariariis, ſe tuendi exhibendique gratia, plerumque ſimul ſolui ſoleant, et ſic *tacite* id actum eſſe videatur, vt *ſucceſſiue* et *per partes* ſalarium annuum præſtetur, quo *onera quotidiana* inde ſuſtentari queant; tum etiam, quod obſeruantia communi id nitatur, cui in dubio ſe contrahentes ſubmiſiſſe credere par eſt.

Quædam finito demum anno.

§. CCXXXIV. Quamuis vero, prout dictum, ſalarium annuum ſtricto iure, niſi aliud actum ſit, demum debeatur *in fine anni*, quo demum miniſterium ſeu ſeruitium annuum exhibitum eſt, hoc tamen tantum intelligendum eſt de tempore, quo ſalarium *iure perfecto* peti poteſt. Aliud enim eſt, quando dies ſalarii cedat, et aliud, quando veniat, ſeu exigi poſſit. Recte cenſet ICtus in *l. 10. pr. de ann. legat. tam laborem, quam pecuniam diuiſionem recipere*, et ita quatenus miniſterium, pro quo annuum ſalarium promiſſum, præſtitum eſt, eatenus ius in ſalarium ſucceſſiue conſequitur ſalariarius, quamvis die veniente id demum exigere queat. Et hoc non tantum iuris eſt in miniſteriis *quotidianis*, ſeu quæ quotidie ſua natura præſtantur, ſed etiam quæ, licet non quotidie præſtentur, poſſunt tamen, ſi exiguntur, quotidie præſtari, veluti ſi aduocatis et medicis annua ſalaria præſtantur. Hoc enim rurſus actum cenſetur, vt, ſiue quotidie miniſterium præſtiterint, ſiue tantum certis anni interuallis, tamen dies ſalarii pro rata anni cedat, cum ſufficiat, per eos non ſtetiſſe, quo minus operas ſuas præſtarent. *l. 19. §. 9. l. 38. D. locati.*

Interim ſalariorum annuorum dies cedit pro rata.

Digitized by Google

Vnde ratio ſalarii deſerviti ſeu promeriti dependeat?

§. CCXXXV. Inde ratio *deſeruiti anni* ſeu *promeriti ſalarii* dependet, quod ita dicitur, quatenus *dies* eius *ceſſit*, et ſalariario, pro *rata anni* et miniſterii præſtiti annui, ius perfectum in ſalarium quæſitum eſt, quocunque demum tempore exigi queat. Quamuis enim, finito anno, in commoda integra demum ei ius perfectum quæſitum ſit, hoc tamen, cum labor annuus diuiſionem recipiat, non impedit, quo minus, pro rata ſeruitiorum annuorum præſtitorum, ſalariario ius in commoda ipſi promiſſa acquiratur, cuius tunc potiſſimum ratio habetur, ſi intra annum ſalariarius decedit, vel miniſterium deponit, vel ei reſignare iubetur. Hoc caſu enim potiſſimum in quæſtionem venit, *quantum ex commodis vltimi anni ei vel eius heredibus debeatur?* Tantum ſcilicet, in quantum ius quæſitum habet in commoda, *ſalarii* nomine præfinita, id quod ex anni ratione, quo miniſterium exhibuit vel exhibere paratus fuit, æſtimandum eſt. Vocari alias etiam ſolet *annus deſeruitus*, non, quod in totius anni ſalarium ius quæſitum habeat, ſi intra anni ſpatium moritur, ſed quod pro ratione anni, quo *deſeruiit*, ſeu *ſeruitia* præſtitit, commoda ipſe vel heres eius conſequatur, ſicut *annum gratia* dicere ſolemus, quod commoda annua non in totum, ſed pro parte, vtplurimum dimidia, debeantur.

Quod etiam vocatur annus deſeruitus.

Illuſtratio huius doctrinæ.

§. CCXXXVI. Falluntur ergo, qui aſſerunt, *annum deſeruitum* inde dictum fuiſſe, quod vltimi anni, quo defunctus diem ſupremum obiit, fructus integros beneficiario vel eius heredibus tribuat. Sane ex recta ratione nullum argumentum concludens deduci poteſt, quo heredibus defuncti officialis ius in vniuerſos fructus, et *integrum anni vltimi ſalarium* attribuere queamus, ſi intra anni ſpatium decedit ſalariarius, quum ſalarium annuum officialibus aſſignetur non *ſimpliciter*, ſed pro *miniſterio annuo*, quod vel quotidie exhibuere, vel exhibere debuiſſent, ſi ad hoc euocati fuiſſent. Nam etiam hoc *quotidianum* dicitur, quod quotidie præſtandum eſſet, ſi is, cuius intereſt, id exegiſſet, *l. 1. §. 2. de aq. quotid. et eſt.* Imo idem dicendum eſſe reor, ſi officia et miniſteria non ſint *quotidiana*, ſed per certa temporum interualla cuiusque anni præſtanda: nam nihilominus intuitu illius *miniſterii annui* præſtantur, adeoque pro modo officii præſtiti tantum debentur. Neque enim amplius *compenſatio* peti poteſt, ſi cauſa, propter quam hæc debetur, deſiit. Neque obſtat, quod euentus mortalitatis nemini imputari queat; neque enim ita defuncto imputatur in pœnam, ſed cum ſalarium ipſi tantum vsque ad vitæ tempus conceſſum eſt, et quidem intuitu officii, quod præſtitit, ratio recta docet, tantum deberi ſalarium, vsque dum vixit, non vero etiam poſt mor-

mortem, qua deueniente fundamentum omne ſalarii debiti ſtatim ceſſat: ceſſante enim cauſſa, ceſſat effectus.

§. CCXXXVII. Sed vt *iuſtitia naturalis* quoque conſenſu *legum ciuilium* exornetur, illuſtrationis gratia argumenta quædam ex *iure ciuili* deprompta adferam. In *l. 14. C de erogat. milit. ann.* ſcholarium heredibus nihil vlterius aſſignatur, quam quod ipſis ſcholaribus in vita debitum fuit, non autem reſidui temporis ſtipendium, vt ipſe fatetur GOTHOFREDVS *ad l. 35. C. Theod. cit. tit. in f.* In *l. 16. §. 8. C. eod.* de militibus ita cautum eſt: *quod præterea omnibus modis obſeruari decernimus, vt erogator omnes pecunias, quæ mortuis militibus vsque ad diem mortis eorum debitæ fuerant, ſecundum iam datam diualem diſpoſitionem vxoribus vel liberis eorum non dubitet miniſtrandas.* Et denique in *l. 3. C. de agent. in reb. XII.* quam diſſentientes in ſuas partes trahunt, magis ſententia hæc confirmatur, quam infringitur, prout infra *§. CCLXVI.* perſpicue oſtendendum erit, vt vel ex hac lege, ſi alii textus deficerent, diſſentientium vires infringi poſſe, non ſine ratione arbitrer. Equidem obiiciunt, *ſtipendium* in adductis caſibus deberi ob *laborem*, et eo caſu verum eſſe, ſalarium reſidui temporis non deberi; aſt *officialibus* non ſolui videtur ſalarium propter *laborem*, ſed potius ob *dignitatem et eruditionem doterque animi*. Aſt hic peti id, quod eſt in principio, infra euincam, oſtendamque, definitioni *ſalarii* hoc ſuppoſitum aduerſari, quippe quod ſoluitur in *compenſationem miniſterii*, et operarum præſtitarum, quamuis negari nequeat, eas haud eſſe *mercenarias*, vnde tamen tantum euincitur, eas certum pretium haud admittere. Nec aſſeri poteſt, diuerſam eſſe rationem *ſtipendii militaris*, ſeu *annonæ* et *ſalarii annui*, quod illud ſoluatur per varia temporum interſtitia, hoc vero annuatim; nam hæc differentia reuera tantum accidentalis eſt, cum ſupra iam oſtenderim, diem *ſalarii annui* quoque cedere ſingulis quaſi diebus pro rata miniſterii quotidiani, pro quo debetur. Vnde etiam eſt, quod *ſalaria et ſtipendia* ſæpe promiſcue vſurpentur, *l. 52. §. 8. pro ſocio*, et ſalaria ab initio nihil aliud fuerint, quam ſtipendia militaria. GOTHOFRED. *de ſalar. c. 1. §. 4.* PITISCVS *in lexic. antiq. Rom. voce ſalarium.*

Aliud argumentum ex l. 14. et l. 16. §. 8. C. de erog. milit. ann.

§. CCXXXVIII. Huc etiam collineat *l. 10. pr. de ann. leg.* vbi adeſt caſus *ſalarii* teſtamento relicti. Cauerat teſtatrix, vt, ſi Seius negotiis filiorum ſuorum interueniret, ei annui ſeni aurei et habitatio præſtarentur. Duobus filiis mortuis, ait ICtus, minui quoque ſalarium, *cum tam labor, quam pecunia diuiſionem recipiant.* Equidem hanc rationem in præſenti quæſtione alienam eſſe aiunt, quod in ea agatur de ſalario,

Facit huc etiam ratio ex l. 10. pr. de ann. legat.

Digitized by Google

rio, quod intuitu *dignitatis et eruditionis*, non ob *laborem* ſoluitur. Verum tale ſalarium ipſimet fingunt, naturæ ſalarii ipſius contrarium, cum, prout iam dictum eſt, ſalarium potius ſoluatur pro *miniſterio* et *opera* in officio publico præſtanda, cuius *compenſatio* eſt. *Dignitas* per ſe *regulariter* non habet ſalarium, ſed, prout canoniſtæ dicunt, *beneficium datur propter officium*, quod in *miniſterio et opera* conſiſtit. Imo cum alias *officia publica* et artium liberalium exercitia ſoleant conferre cum *militia ſagata*, pro qua ſtipendium futuri temporis ad heredes non transmittitur, non apparet ratio, quare in hac quæſtione diuerſitas conſtitui debeat.

Et quod contrarium in quibusdam officialibus iure ſpeciali obtineat.

§. CCXXXIX. Præterea ſi regulariter *annus deſeruitus* extendendus eſſet ad finem anni, cum effectu transmittendi ſalarium reſidui temporis ad heredes, non neceſſe fuiſſet, illud tanquam *ius ſpeciale* quibusdam ſingulariter indulgere, prout textus a diſſentientibus adduci ſoliti oſtendunt. Singulare enim aliquid legislatorem *in l. 4. C. de domeſt. et protect. XII. et l. 1. C. de aduocat. diuerſ. iudicior.* conſtituere voluiſſe, totus contextus oſtendit, cum, ſi *regulariter* officialium et miniſtrorum publicorum heredes anni reſidui ſalarium petere potuiſſent, non neceſſe fuiſſet, in *aduocatis fiſci* et *protectoribus domeſticisque* lege peculiari id cavere. Quæ enim generaliter obtinent, legislatores non ſolent ad priuilegia certarum perſonarum trahere,

Quod vlterius illuſtratur ex l. 7. D ſolut. matrim.

§. CCXL. Huic accedit argumentum ex *l. 7. D. ſolut. matrim.* vbi ſoluto matrimonio dos ſtatim exſpirat, et fructus vltimi anni *pro rata* diuiduntur, non alia de cauſa, quam quod dotis fructus marito competant ob onera matrimonii, *l. 7. pr. l. 10. de iure dot. l. vn. C. de R. V. A.* quibus, ſoluto matrimonio, ceſſantibus, etiam perceptio fructuum ceſſare omnino, et pro rata oneris marito fructus vltimi anni competere debent. Eadem quoque ratio militat in ſalariis, quæ pro *officio* et *miniſterio* ſoluuntur, et ſic quoque eadem deciſio obtinere debet, cum debeatur ſalarium *pro onere officii et pro eius geſti modo*, vt obſeruant COVARRVVIAS *lib. I. var. reſol. c. 18. n. 12.* PRVCKMAN. *vol. I. conſ. 20. n. 14.* HARTMANNPISTOR. *lib. 1. qu. 24. n. 36.* Dn. COCCEIVS *de iure feminis ſect. III. §. 25.* Conf. quæ hac de re dicta ſunt *lib. I. tit. VII. §. 28. ſqq.*

Quid? quod ſalaria ſolvuntur pro officio, quo exſtincto, ſalarium quoque ſtatim exſtingui neceſſe eſt.

§. CCXLI. Denique hoc negari nequit, ſalaria annua ſolui intuitu *officii*, quod quis gerit. Iam autem officium quoduis ipſo iure per mortem exſpirat, nec in heredes tranſit, adeoque nulla ratio iuris deſiderat, vt heredes, in quos *officium* non tranſit, emolumenta, *officio exſtincto* cohærentia, percipiant. Nec etiam in heredes tranſit, quod defun-

&us haud acquiſiuit: iam vero oſtendi nequit, defunctum totius anni ſalarium acquiſiuiſſe, ſi in ingreſſu anni moritur, cum officium annuum, propter quod ſalarium ſoluitur, non præſtiterit, ſed ipſo momento obitus exſtinctum fuerit.

§. CCXLII. Quæ cum ita ſint, non adeo mirandum eſt, praxin plerorumque locorum cum his principiis concordare. De *praxi Belgica* atteſtantur CHRISTINAEVS *vol. V. deciſ. 118. n. 14.* et LEONINVS *lib. VII. emend. c. 7. n. 13.* docentque, officialibus in eis locis ſalarium deberi, pro eo tempore, quo ſeruiunt, et non vltra. Similiter in *Gallia* ſalaria inſtar fructuum ciuilium ſingulis annis et diebus acquiri, notat GOTHOFREDVS *de ſalar. c. VI. §. 22. lit. a. in f.* Imo ne quidem hodie aduocatis fiſci priuilegium anni reſidui competere, docet GROENEWEGEN *ad l. 15. C. de aduoc. diu. iudic. n. 2.* De *moribus Germaniæ* hæc habet RAVCHBAR. *cit. l. n. 20. Hoc tempore, vbi principes et ſuperiores, qui ſtipendia perſoluunt, ſibi ipſis pro lubitu ius dicunt, et magiſtratuum, aduocatorum, aliorumque officia plerumque venalia ſunt, et interdum illiberalius et ſordidius, quam ipſæ artes mechanicæ et operæ mercenariæ habentur, id quod de mercedibus in iure ſtatuitur, non raro ad liberalia quoque ſtipendia moribus et ſtatutis produci videmus.* Idem ingeminat CARPZOVIVS *P. II. C. 51. dec. 12. in f.* quamuis, quod praxin hanc iniquitatis accuſent, præconceptæ opinioni adſcribendum ſit. Similia de miniſtris eccleſiæ decedentibus tradit B. STRYK. *ad Brunnem. ius eccleſ. lib. II. c. 5. §. 10.* quod paulo poſt plenius enucleabo. Alicubi tamen, vbi *ſalaria quadrimeſtria* ſoluuntur, adhuc receptum eſt, vt, qui in ingreſſu quadrantis anni moritur, ſalarii iſtius quadrantis petitio heredibus ſalua ſit, teſte FELTMANNO *in comm. ad l. 4. de aſſeſſor. §. 15.* Quod etiam praxi conforme eſt.

§. CCXLIII. In *iure Saxon. prouinc. lib. I. art. 27. de mercenariis* clara eſt deciſio: Stirbt auch der gemiethete Mann, ehe er ſein Lohn vollkömmlich verdienet, welches ihm verheiſſen war, man iſt ſeinen Erben nicht mehr pflichtig zu geben, denn er verdienet hat, und ihm gebühret, bis auf die Zeit, da er ſtarb. Equidem in propatulo eſt, de ſimplici *mercede* hic diſponi, a qua ad *ſalaria annua* argumentum haud trahendum eſſe opinantur, nec in totum etiam diuerſitatem negare poſſum. Aſt vero vbi nulla diuerſitatis ratio occurrit *ſalarii et mercedis*, adeo vtriusque eadem eſt ratio, vt nonnunquam etiam ſynonymice vſurpentur, prout ſupra obſeruaui. In hac quæſtione autem *regulariter* eadem vtriusque eſt ratio, cum, ſicut *merces* pro *labore mercenario*, ita quoque *ſalarium* pro officio ſoluatur, adeoque, ſicuti morte laboris continuatio Et iuri Saxonico prouinciali, aliisque ordinationibus eccleſ.

Digitized by Google

nuatio definit, ita quoque functio, propter quam salarium soluitur. Idem quoque confirmant tot *ordinationes ecclesiasticæ* quoad beneficia et salaria clericorum, vt nullus facile dubitandi locus supereſſe possit. Sed antequam ad has progrediar, specialius reuocabo paucis in examen *argumenta*, quibus patroni causæ aduersæ instructi sunt, et heredibus indistincte vltimi anni fructus et reditus attribuere nituntur.

Argumentum I. dissentientium ex l. 1. §. 3. D. de extraord. cognit.

§. CCXLIV. Primum deducunt ex *l. 1. §. 13. D. de extraord. cognit.* vbi ICtus ita: *Diuus Seuerus ab heredibus aduocati, mortuo eo, prohibuit mercedem repeti, quia per ipsum non steterat, quo minus causam ageret.* Equidem hic tantum *exceptio* heredibus aduocati datur, sed eis quoque *actionem* ad exigendum salarium dandam esse censent, cum adsit *efficax* obligatio, quia, hac deficiente, repetitio eius, quod datum est, concedi deberet. *l. 9. §. 4. l. 15. §. 6. l. 19. §. 6. D. locati.* Idem corroborat ratio adiecta, quæ tam generalis est, vt specialem nullum casum supponat, et ea de causa repetatur in *l. 38. §. 1. D. locati.* Verum (α) res ipsa docet, hic tantum denegari repetitionem eius, quod datum est, quod non semper præsupponit *ius exigendi*, sed etiam, vbi adest quædam obligatio naturalis, obtinet, *l. 48. C. de rei vindic.* (β) Non agitur in *cit. l.* de *annuo salario*, sed *honorario*, quod aduocato *per auersionem* pro causa peroranda datum erat, quod *mercedem* latiori in sensu ICtus appellat, quia intuitu laboris suscipiendi, et in eius *compensationem* datum erat. Causæ tales olim tractum exiguum temporis desiderabant, nec tales, vt quidem hodie, anfractus admittebant, indeque moris fuisse videtur, *generatim* et *per auersionem* aduocatis dare salarium, quod quandam *promissionem spei* continebat. Qui itaque honorarium aduocato repræsentauerat pro integra causa peragenda, rem quodammodo *sorti* committebat, quia nouerat, contingere posse, vt, causa nondum finita, decederet, maxime cum operæ aduocatorum non erant *mercenariæ*, ad certam æstimationem redactæ, et ita diiudicari non posset, quantum restitui deberet. Id *honorarii* indoles docet, et in eo a *mercede*, stricte dicta, recedit. Diuersa est ratio *annui salarii*, quod pro *annuo officio* præstatur, ideoque plerumque *per partes* præstatur, quia ipsius officii annui intuitu constitutum est. (γ) Ratio adducta non tam generalis est, vt dissentientes censent. Hæc in *promissione spei*, quæ in tali casu adest, obtinet, non vero ad *annua salaria* pertinet, quæ salariario tantum *ad vitam* assignantur, et cum eius morte exstinguuntur. (δ) Simile quid occurrit in opera mercenaria, definitum laborem habente, vel in mercede soluenda pro annuo vsu, ceu patet ex *l. 9. §. 4.*

Resolutio.

Digitized by Google

§. 4. l. 15. §. 6. l. 19. §. 6. D. locat. Et quamuis in ſalariis deficiat opera mercenaria, hæc tamen in vtroque caſu occurrit conuenientia, quod ſalarium annuum præſupponat *annuam*, *certam* et *definitam operam*, in cuius compenſationem datur. Hic intentio contrahentium reſtricta eſt ad *annuam operam*, nec *per auerſionem* aliquid datur vel promittitur, nec vlterius promiſſum cenſetur, quam quatenus officium durat. Diuerſa eſt ratio eius honorarii, quod *per auerſionem* aduocatis repræſentatur, quod reſpectum ad *quantitatem laboris* et *temporis* nullum habet, nec habere poteſt, et ſic datum ab heredibus repeti nequit. Denique (*e*) *honoraria* aduocatorum ad naturam *beneficii* magis accedebant, *l. 1. pr. ſi menſ. falſ. mod. dix.* quæ ſi ex promtitudine clientium repræſentata ſunt, ægre reuocantur: ſalaria annua officialium proximius ad naturam *mercedis* accedunt, vtpote quæ pro *annuo miniſterio* ſoluuntur, reſpectu habito ad *quantitatem temporis et laboris*, et ſic magis *pro rata* vtriusque debetur, ſi officium definit. Diuerſam enim eſſe debere rationem miniſterii *indefiniti* et *definiti*, vel ipſa recta ratio docet, cum hic ratio *definiti miniſterii* haberi debeat, non ibi. Differentia ſalarii ratione operæ definitæ et indefinitæ.

§. CCXLV. Secundum argumentum petunt ex *l. 13. §. 1. C. de aduocat. diuerſ. iudicior.* vbi LEO ita: *Illud adiiciendum eſſe ſtatuimus, vt, ſi quis patroni fiſci adeptus gradum fatalem diem obierit, vniuerſa totius anni ſalaria, ex quo hoc idem officium peragere cœperit, ad heredes ſeu ſucceſſores ſuos, ſiue liberi ſiue extranei fuerint, transmittendi tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, liberam habeat facultatem.* Loqui imperatorem de *aduocato fiſci*, patet, et ſic ad *officiales publicos* quosuis, quales etiam ſunt miniſtri eccleſiæ, et præbendati, hoc applicandum eſſe credunt; ſed fallun- Argumentum II. diſſentientium ex l. 15. §. 1. C. de aduoc. diu. iud.

tur. Occurrit in hoc textu *ius ſingulare* et *exceptio* a regula, a qua informi methodo *regula* ſtruitur. Exploratam in omni antiquitate bene verſati habent, *aduocatorum fiſci* officium olim *annuum* fuiſſe, quo transacto, prouinciam deponebant, et aduocatorum conſortio abſcedebant. *l. 5. l. 10. C. eod.* Hoc rerum ſtatu æquum erat, vt pro tam breui ſpatio, quo hoc honore præfulgebant, ſingularibus fruerentur iuribus, quibus etiam illud accenſendum, quod, morientes intra annum, totius anni ſalarium, quod *vnum* tantum erat, ad heredes ſuos transmitterent, id quod proinde interpretes inter eorum *priuilegia* collocare non dubitant. CORVINVS *ad eund. cit. tit. §. 6.* PEREZ *in C. eod. tit. in f.* Vnde non inepte exiſtimat GROENEWEGEN *ad cit. l.* ne quidem aduocatos fiſci hodie hoc priuilegium ſibi aſſerere poſſe, cum officium eorum non *vnius anni* cancellis includatur, ſed potius illi *ad vitam* conſtituantur, et continuata Reſolutio.

Digitized by Google

nuata annorum ſerie ſalarium percipiant, nec tanta, vt quidem olim, hodie præfulgeant dignitate: multo minus vero hoc ad quoscunque advocatos extendi poteſt, contra rationem priuilegiorum, quamuis Dd. a BRVNNEMANNO *ad cit. l.* laudati id temere fecerint.

Argumentum III. diſſentientium ex l. 4. D. de offic. aſſeſſ. deſumtum.

§. CCXLVI. Tertium argumentum, quod capitale eſſe dicunt, quærunt in *l. diem functo 4. D. de offic. aſſeſſ.* Ait ICtus: *Diem functo legato cæſaris, ſalarium comitibus reſidui temporis, quod a legatis præſtitutum eſt, debetur, modo ſi non poſtea comites cum aliis eodem tempore fuerunt*, quam ſententiam etiam repetit ICtus in *l. 19. in f. D. locati.* Lectiones admodum hic variant, dum quidam *a legatis*, quidam vero, ſine præpoſitione, ſimpliciter *legatis* legant; interim vtroque caſu, ſi *præpoſitio* delenda eſt, putant, legendum eſſe *legatis præſtitum*, hoc ſenſu, vt ſalarium iam ſolutum fuerit legatis, aſſeſſoribus ſoluendum. Quod ſi itaque, pergunt, heredes legati aſſeſſoribus ſalarium reſidui temporis præſtare debent, neceſſe etiam eſt, vt ipſi quoque ſalarium reſidui temporis, quod legato præfinitum eſt, acceperint. Si vero legendum: *a legatis præſtiturum*, nihil aliud inde colligi poſſe arbitrantur, quam ſalarium a legatis fuiſſe præfinitum aſſeſſoribus, adeoque non a *fiſco*, ſed a *legatis* ſoluendum. Id quod ſi verum eſt, æquitas quoque ſuggerit, vt legati heredibus ſalarium reſidui temporis debeatur, quia alioquin grauari non poſſent onere præſtandi ſalarium reſidui temporis aſſeſſoribus. Speciem veri hoc argumentum habet, veritate tamen rei et ponderis grauitate deſtituitur. Hoc indubium eſt, (1) agi hic de ſalario *aſſeſſoribus* adhuc *viuentibus* præſtando, defuncto legato, cui in conſilium dati erant, non de ſalario heredibus legati pro reſiduo tempore præſtando. (2) Non aſſeritur in *cit. l.* heredes defuncti legati aſſeſſoribus, per quos non ſtabat, quo minus operam præſtarent promiſſam, ſalarium ſoluere debere, adeoque inanis eſt illatio, quam BOLOGNETVS *ad cit. l.* inde format. PAPINIANVS in *l. 6. eod.* euidenter docet, aſſeſſores *publico ſalario* proviſos fuiſſe, quem auctorem quoque habet lex illa, vnde hoc argumentum contrarium natum eſt, quod etiam obſeruat BARNABAS BRISSONIVS *lib. I. antiqu. ſelect. c. 12.* Denique (3) ſi vel maxime etiam defuncti legati heredibus integrum totius anni ſalarium aſſignatum fuerit, tamen ne ſic quidem patronis aduerſæ cauſæ hoc argumentum prodeſt. Erant LEGATI *miniſtri muneris prouincialis a ſenatu more maiorum delecti*, vt ait CICERO *in Vatin. c. 15.* quibus proconſules ſuam iurisdictionem mandabant. *l. 4. §. 6. de offic. proc.* Sicuti vero ipſorum *proconſulum*, ita quoque *legatorum* officium *vltra anni* limites

Reſolutio.

Peculiaris ratio legatorum prouincialium refertur.

non

non producebatur, interim ſine expenſis inſignibus illud ſuſcipi non poterat, quarum intuitu neceſſe fuit, illis iura quædam ſingularia indulgere, veluti quod de *munuſculis* et *xeniis* ICtus in *l. 6. §. 3. eod.* obſeruat. *Hi annuum*, ait FELTMANNVS *ad cit. l. 6. §. 8. gerebant magiſtratum, et in ſolo peregrino conſtituti, nec hortos nec arua propter exiguum tempus colebant, nec rem familiarem ibi habebant inſtructam, vt, quæ eſui potuique eſſent, ſibi ſufficerent, quin et ſæpe vix pretio redimere poterant.* Inde prudenter monet, cauendum eſſe, ne quæuis, olim hiſce *magiſtratibus annuis* indulta, ad hodiernos *magiſtratus perpetuos* temere et ſine iudicio applicemus, ſed cogitemus, hodie in ſuſcipienda prouincia nec ſumtus magnos plerumque faciendos, nec eam ad breue tempus alicui demandari. Certe muneris eccleſiaſtici ſuſceptio expenſarum multarum erogationem non deſiderat, vt neceſſe ſit, miniſtris eccleſiæ ea aſſignare iura, quæ magiſtratibus Romanis peculiariter olim data erant. Humanum vtique fuit, eorum heredibus integra adiudicare ſalaria in expenſarum compenſationem, quas annui magiſtratus, in ſolo peregrino verſantes, et in quo exiguo ſumtu viuere haud potuerant, facere debuere.

§. CCXLVII. Quartum fundamentum ſuæ ſententiæ ſubſternunt ex *l. 3. C. de agent. in reb. XII.* quæ de *ducenariis* diſponit. En verba legis: *Sit in æternum illa quoque fixa ſtabilisque tuæ ſublimitatis diſpoſitio, vt, ſi quis de numero ducenariorum, quos quadraginta octo quotannis eſſe cenſuimus, forſitan de luce migrauerit, laborum eius fructum ſucceſſores ab inteſtato, vel ex teſtamento venientes, et lucrum diſpenſent, et ita omnibus inter ceteros ſuperſtites potiantur ſolatiis, tanquam ſi viuus, qui hæc eadem diu ſperauerat, ſibimet vindicaſſet, qua de cauſa locum etiam eius ſucceſſorum intuitu vacare conuenit.* Neſcio ſane, qua de cauſa patroni ſententiæ contrariæ adductam legem in ſuas trahant partes, quæ potius inſigne patrocinium illius ſententiæ, quam hic defendo, adfert, vt GOTHOFREDVS *ad l. 11. C. Theod. de domeſt. et protect.* obſeruat. Ait LEO, *laborum ducenarii fructum ſucceſſores ab inteſtato, vel ex teſtamento venientes, et lucrum percipere, et ita omnibus inter ceteros ſuperſtites potiri debere ſolatiis, tanquam ſi viuus, qui hæc eadem diu ſperauerat, ſibimet vindicaſſet.* Non de reſidui temporis ſalario, ſed *de fructu lucroque laborum* iam *præſitorum* hic diſerte agitur, quod nullo modo de *futuri temporis* emolumento intelligi poteſt. Id tantum heredibus vindicatur, quod ipſe ducenarius viuus ſibi vindicare potuiſſet: at vero tantum pro *præterito*, non *futuro labore*, ſibi fructum vindicare potuit, adeoque inde euidens eſt, tantum vsque ad tempus mortis emolumenta, *quæ diu ſperauerat*, h. e. quo-

Argumentum IV. ex l. 3. C. de agent. in reb. deſumtum.

Reſolutio.

Digitized by Google

rum dies cesserat, heredibus deberi. Nec obstant verba sequentia: *Qua de causa locum etiam eius successorum intuitu vacare conueniet*, ex quo BRVNNEMAN. *ad cit. tit. n. 6.* concludit, quod locus eius *tamdiu* vacare debeat, quia heredibus residui temporis salarium debetur; nam *a*) non additur, quod *interim* locus vacare debeat, *b*) sed simpliciter demonstratur, locum vacare debere, vt successores eum occupare queant, hoc sensu, quod, quia defuncto vno ex ducenariis locus eius *statim* vacet, successores quoque ius in locum vacantem acquirant, et ipso iure adscendant. Id enim naturale est in omnibus collegiis, vt, vno defuncto, locus eius vacet, et reliqui adscendant ac defuncti iura commodaque percipiant. Si de vacatione *interimistica* ex mente BRVNNEMANNI imperatori sermo fuisset, in prioribus verbis sane heredibus *residui temporis emolumenta* assignare debuisset, id quod tamen minime facit. Imo contrarium liquido apparet ex *l. 1. C. eod.* vbi Impp. ita: *Nullus de schola agentium* (remotior scilicet vel alterius gradus, vt recte addit GOTHOFREDVS *ad l. 14. C. Theod. cit. tit.*) *in vllius de cetero locum mortui conetur inuadere* (atque ita ordinem militiæ atque stipendia prævertere) *sed is, qui ordine stipendiorum et laborum merito ad gradum militiæ sequebatur*, NB. *STATIM atque illum fata subduxerint, in eius præmia percipienda succedat, omni obiectione* (vel potius obreptione) *cessante.* Erroneum ergo est, *interim* vacare debere locum defuncti, vt heredes interea emolumenta loci vacantis percipere queant, sed potius *STATIM* sequens in locum demortui succedebat, et qui nouiter in scholam assumebatur, vltimus ordine fiebat *l. 7. C. Theod. de agent. in reb. l. 2. C. de offic. magistri offi. l. 7. C. de proxim. sacror. scr in. XII.*

Argumentum V. dissentientes trahunt ex l. 1. C. de primipil.

In l. 1. C. de primipil. contineri priuilegium ostenditur.

§. CCXLVIII. Quinti argumenti sedes quæritur in *l. 1. C. de primipil. XII.* vbi ita imperatores disponunt: *Commoda primipilatus post administrationem incipiunt deberi, et si, qui ea percipere debuit, prius rebus humanis eximatur, heredibus petitio salua est.* De commodis *residui temporis* hic sermonem esse putant, idque colligunt ex verbis: *qui ea percipere debuit*, id quod tamen petit id, quod est in quæstione. Duo in *cit. l.* cauentur: (1) *commoda primipilatus post administrationem incipere deberi*, h. e. post administrationem non *inchoatam*, sed *peractam*; commoda enim soluuntur propter *administrationem*, adeoque antequam hæc peracta sit, nec commoda debentur, quod ipse BRVNNEMANNVS *ad cit. tit. n. 7.* fatetur, et, *commoda primipili*, ait, *seu salaria primipili ei non debentur, nisi finito officio seu anno.* (2) *Si is, qui ea percipere debuit, prius rebus humanis eximatur, heredibus petitionem saluam esse.* His verbis confir-

Digitized by Google

firmari ſententia videtur, quam tuemur; verba enim illa: *qui ea percipere debuit*, commodis, quorum dies, viuente primipilo, iam ceſſit, applicari commode poſſunt, vt ſenſus ſit: ſi primipilus prius rebus humanis exemtus ſit, quam commoda, quæ percipere debuit ob adminiſtrationem peractam, ei ſoluta præſtitaque ſunt, heredibus eius petitio ſalua eſt, cum, quod a defuncto iam acquiſitum ſit, ad heredes transmittatur. Verba enim illa: *qui ea percipere debuit*, referri ad ſequentia debere admitto, nec tamen alius inde eruitur ſenſus, quam quem adſtruxi. Equidem IACOBVS GOTHOFREDVS *ad l. u. C. Theod. de domeſt. et protect. priuilegium* ſeu *exceptionem* a regula hic occurrere, ait; ſed non probat, et ſi vel maxime occurreret, nec tamen hæc ſententia theſi noſtræ officeret, cum *exceptio* firmet regulam in caſibus non exceptis.

§. CCXLIX. Sextum argumentum occurrere putant in *l. u. C. de prox. ſacror. ſcrin. XII.* quæ itidem heredibus reſidui temporis ſalarium aſſignat. Conſtituit ANASTASIVS in *cit. l.* vt is, qui militat in ſacris ſcriniis, ſi ab hac luce ſubtractus fuerit, pro ſolatio et ſuffragio definitam quantitatem ad heredes et ſucceſſores, vel liberos ſuos ſeu creditores transmittat. Additur præterea hæc notabilis ratio, quæ ad colorandam aduerſariorum opinionem non leue momentum adferre videtur. *Maxime*, ait imperator, *cum vivos etiam pro tempore ſpectabiles eorundem proximos ſcriniorum, ſi quis eorum ante completum proximatus actum morte præuentus ſit, ad heredes ſucceſſoresque reſidui temporis ſolatia ſine quadam imminutione transmittere non dubitetur.* Inde inferunt, ad *quoscunque miniſtros*, et ſic etiam *eccleſiaſticos*, extenſionem omnino eſſe faciendam, cum ipſe imperator eiusmodi argumento vtatur, et ab his, qui in *proximatu* conſtituti erant, ad *alios* ſtruat argumentum. Graue hoc dubium et ineluctabile forſan illis videtur, qui *verba* tantum legis, non *vim* et *poteſtatem* eius intuentur, et rationem eius ex antiquitatibus haud ponderant. Interim conſtat ex *l. 7. C. eod.* eum, qui in numerum ſtatutorum in ſacris ſcriniis militantium recipiebatur, proximo et melloproximo certam pecuniæ ſummam olim offerre debuiſſe: hoc mortuo, is, qui ex ſubſtitutis ei ſurrogabatur, heredibus vel creditoribus proximi definitam hanc ſummam præſtare debebat; ſed additur notanter: *liberi autem, vel agnati ſeu cognati, non hereditatis, ſed priuilegii nomine ſimili modo huiusmodi ſummam percipiant.* Si ergo *ſpeciali priuilegio* heredibus hoc commodum debetur, ad *regulam* non pertinet. Equidem additur, quod etiam ad heredes ſucceſſoresque ſuos reſidui temporis proximatus ſolatia transmittantur. Sed id ipſum non aliter rurſus intel-

Argumentum VI. deducunt ex l. u. C. de prox. ſacror. ſcrin.

Reſolutio.

Digitized by Google

ligendum, quam ex *priuilegio*, cum hoc ipſum ad declarationem prioris priuilegii adiiciatur, adeoque parem cum priori diſpoſitione naturam habere debeat. Neque hic fit *extenſio* quædam, vt diſſentientes arguunt, ſed ſimpliciter ex hoc priuilegio prius priuilegium declaratur et illuſtratur.

Argumentum VII. deducunt ex l. 10. §. 1. de legat. Reſolutio.

§. CCL. Septimum argumentum petunt ex *l. 10. §. 1. de legat.* vbi ICtus ait: *Si quis in munere legationis, antequam ad patriam reuertatur, deceſſit, ſumtus, qui proficiſcenti ſunt dati, non reſtituuntur.* Non neceſſe eſt, diu huic textui immorari, qui nequidem de *annuo ſalario*, ſed tantum de *legatiuo*, vt in *l. 3. eod.* vocatur, diſponit. *Legatiuum* erat viaticum, vt ex *l. 18. §. 12. D. de muner. et honor.* liquet, et ſic *ſumtus itineris vel impendia ad iter explicandum neceſſaria* denotabat. *l. 7. D. ad SC. Trebell. l. 12. D. de reb. cred.* BARNAB. BRISSONIVS *de V. S. voc. viaticum.* SAMVEL PITISCVS *in lexic. antiq. Rom. voc. viaticum.* Æquum vero fuit, vt *viaticum*, datum legatis, in munere legationis, antequam ad patriam reuerterentur, decedentibus, heredes retinerent, quoniam defunctus iam *ſumtus* hos in iter expediendum fecerat. Nec itaque condictio cauſa data cauſa non ſecuta moueri poterat, quoniam cauſa, ob quam *viaticum* datum erat, reuera ſecuta erat, ſumtusque in iter facti. *l. 5. pr. condict. cauſ. dat. cauſ. non ſec.* Quale ergo argumentum inde ad heredes *ſalariariorum* vel *beneficiariorum* duci poſſit, nullus video, cum *annua ſalaria* ſoluantur propter officium et miniſterium, quod præſtatur, non propter itineris inſtructionem.

Argumentum VIII. deducunt ex l. f. C. de domeſt. et protect.

§. CCLI. Octauum fundamentum deducunt ex *l. f. C. de domeſt. et protect. XII.* in qua IVSTINIANVS *de heredibus domeſticorum et protectorum* ita diſponit: *Heredes, non reliqui tantum temporis, quod eidem gradui ſupereſſe monſtratur, verum etiam inſequentis anni, h. e. primiceriatus ſolatiis et emolumentis fruantur omnibus, vt, quod ad quæſtum et compendium, militiæque fructum prolixe pertinet, ſimilis habeatur, niſi ſuperſtes manſiſſet ad finem vsque ſupremum.* Reſolutio. Hoc argumentum plus probat, quam debebat, cum etiam ſalarium adhuc inſequentis anni heredibus attribuat, quod prorſus a *regula* recedit, et ſic euidenter *ius ſingulare* continet. Hæc vero priuilegia eo minus hodie vſum aliquem præſtare poſſunt, quo magis hæc ipſa officia, ita priuilegiata, nobis prorſus incognita ſunt, quin potius quoad noſtra officia, tam *ſecularia* quam *eccleſiaſtica*, *regulæ* inhærendum eſt.

Argumentum IX. inde deductum,

§. CCLII. Leue argumentum eſt, quod nono adferunt loco, et quidem inde, quod ſalaria ſint *beneficia*, denturque ad *remunerationem*, ad-

Digitized by Google

adeoque *large* seu *latissime* explicanda iuxta *l. 3. D. de constit. princ.* maxime intuitu eorum, qui in *dignitate singulari* sunt constituti, quales sunt prælati, in quibus præteritorum laborum et meritorum ratio omnino habenda videtur, *vt spe præmiorum ducti exsurgant*, prout loquitur GOTHOFREDVS *de salar. c. VI. §. 22. lit. e.* Porro *extra ordinem* olim de salariis ius dicebatur, quod indicium præbet, speciale quid in iis contineri, nec a *mercede* ad hæc recte argumentum duci. Qui vero hoc argumentum penitius considerant, facile deprehendunt, 1) vocem *beneficii* non eodem sensu de *salariis* prædicari, quo accipitur in *l. 3. cit.* In hac denotat *priuilegium fauorabile* et *mere gratuitum;* sed quatenus de *salariis* prædicatur, significat *præstationem quandam lucrorum et commodorum ob seruitia præstita*, siue *secularia* siue *ecclesiastica*, et sic in sensu admodum improprio. Ita *feuda* quoque dicuntur a multis retro seculis *beneficia*, in quibus tamen vasallis commoda obueniunt non *simpliciter*, sed ob *seruitia* seu *ministeria* præstanda, qualem indolem etiam habent *beneficia ecclesiastica*, adeoque *l. cit. 3.* ad hæc plane non quadrat. conf. STRVVIVS *in synt. iur. feud. cap. II. aph. 2. n. 1.* Sed ipse sensus *cit. l. 3.* plane peruertitur, qui id, quod inde colligi solet, minime habet. Contra *naturam priuilegiorum* est lata et extensiua eorum interpretatio, cum *ius singulare* et *exceptionem a regula* contineat, quæ *stricte* accipienda. *l. 14. D. de LL.* Denique nec verba: *quam plenissime*, in *cit. l. 3.* occurrentia, *extensiuam* innuunt interpretationem, sed illud potius, priuilegia *cum effectu* esse intelligenda iuxta declarationem *l. 1. in f. D. ad municip.* Conf. B. THOMAS, *de interpret. benef. princip.* quod beneficia sint late explicanda. Resolutio.

§. CCLIII. Decimam rationem dubitandi suggerit *annui debiti* natura, quam in hoc *generatim* consistere aiunt, quod eius dies *ab initio cuiuscunque anni* cedat, per *l. 1. C. quand. dies legat. l. 18. in f. D. de stipul. seru.* maxime si ad vitam alicuius durant, etiamsi ex contractu debeantur. *l. 7. §. f. C. de præscript. 30. vel 40. ann.* Addunt, salarium annuum magis *annuo legato*, quam *vsufructui* accedere, inter quæ duo hæc notabilis est diuersitas, quod, vbi legatarius post ingressum anni decessit, illud heredibus eius debeatur integrum, non hic, qui demum *perceptione* acquiritur. *l. 8. D. de ann. leg.* Idem obtinet, si vel maxime in annos singulos sub conditione, veluti *quamdiu vidua erit*, quid legatum fuerit, nihilominus enim integrum legatum eius anni, quo nubit, adhuc ei obuenit, auctore ALFENO VARO *in l. 22. D. de ann. leg.* Hanc rationem plerique *incaute* vrgent, non animaduertentes, *annuorum debitorum* non Argumentum X. desumitur ex natura annuorum debitorum. Resolutio.

Digitized by Google

vnam eandemque esse rationem. Quædam enim debentur *simpliciter*, qualia sunt *annua legata*, donationem meram ex conditione *legatorum* continentia: quædam ob *causam*, ob *ministerium annuum*, *operam praestandam*, vel *vsum rei*, quæ *integra* demum petuntur, si causa secuta est, quod vel in *vsuris*, *mercede* aliisque præstationibus conspicuum est. Denique quicquid *ob causam* datum aut promissum est, causa non secuta, haud debetur. *l. 5. C. de condict. ob caus.* Noui quidem, interpretes ingentes mouere fluctus circa quæstionem, *quando salarium annuum deberi incipiat?* Miror, ipsum etiam GOTHOFREDVM *de salar. c. 11. et 12.* hac in re fluctuasse, cum tamen ab *annuo legato*, quod *simpliciter*, non habito respectu *ad causam futuram*, debetur, ad *annua salaria* et *beneficia ecclesiastica* non valeat consequentia. Illud enim vtplurimum *alimentorum* causa relinqui solet, fauoremque insignem habet, indeque statim *ab initio anni* debetur. Quod vero ob *annua seruitia*, vel *officia* præstatur, non *absolute*, sed *intuitu horum officiorum*, quorum compensatio est, debetur, adeoque dies eius ab initio anni quoad integrum salarium cederi nequit. *arg. l. 7. solut. matrim.* Equidem GOTHOFREDVS *cit. c. 12. §. 4. lit. a.* obiicit, quod salarium *loco victus* cedat, indeque infert, *ab initio anni* deberi salarium, addit tamen: *non quidem diurnum, vt operariis et sellulariis, qui quæstum communem faciunt, sed neque in totum, verum iustis pensionibus diuisum, quæ ab inhonesta diurni specie absint.* Vel hæc ipsa verba ostendunt, annui salarii diem non cedere ab initio anni, quoad *totum* salarium, quod alias in *annuo legato* iuris est, sed iustis pensionibus dividendum esse *pro rata* seruitii præstiti. Deinde primario non soluitur ob *alimenta*, quod *legatis annuis* proprium est; sed *principaliter* propter *ministerium* et *labores muneris*, quos salariarius sustinet, vtut *secundario* etiam victui inseruiat ei, qui aliunde victum non habet, Si rationi dissentientium aliquid roboris inesset, etiam operariis, qui in diem ferme viuunt, et a diurnis alimentis pendent, merces annuatim promissa ab initio anni deberetur, et quidem intuitu *totius anni*, cum mercenarii potissimum ex mercede se pascant, et victum quotidianum capiant, quod tamen dissentientes haud admittunt.

Argumentum XI inde trahitur, quod salaria soluantur propter honorem.

§. CCLIV. Vndecima ratio inde petitur, quod salaria non soluantur officialibus, et ministeriis ecclesiasticis, pro *opera* et *labore*, sed potius propter *dignitatem* et *honorem*, quo in republica vel ecclesia coruscant, vel propter *eruditionem* insignem, *virtutemque animi*, et si vel maxime *ministerii* ratio simul habeatur, minime tamen opera eorum debeat censeri *mercenaria*. Inde IACOBVS DE NIGRIS *ad l. 4. de*

de offic. præf. n. 31. eruditos, *quod se ipsos vilipendant*, castigat, pro salario exiguo operam suam aliis præstantes, *vnde*, pergit, *detrahitur toti ordini doctorum, quorum honor decoloratur, et dedecoratur.* Conf. GOTHOFRED. *de salar. cit. l. lit. f.* Verum qui ita philosophantur, non recte perpendunt naturam *salarii* et *beneficiorum*, eaque aperte cum *pensionibus* confundunt. SALARIVM, definiente IACOBO GOTHOFREDO *de salar. c. l. §. 3. est iusta debitaque laboris sive operæ sumtæ sumendæque, vel etiam officii in quacunque re ad referendam vicem compensatio.* Quamuis enim in iure nonnunquam *quæuis annua erogatio*, etiam *gratuita*, et *simpliciter*, non *ob causam* debita, *salarium* dicatur, vt in *l. 8. §. 3. D. de transact. l. 21. de in rem verf. l. 61. in f. de oblig. et act. l. 19. §. f. de ann. leg.* specialiori tamen et primario in sensu semper præsupponit *operam officiumque*, in cuius compensationem datur. Similis est ratio *beneficiorum ecclesiasticorum*, quæ *propter officium* constituuntur, *c. 16. X. h. t. c. f. de rescript. in 6.*, prout supra *§. LIV. sqq.* plenius demonstraui. PENSIONVM diuersa plane est ratio, quæ ex *gratia* alicui constituuntur, se tuendi exhibendique gratia, ob *merita* quædam *singularia*, vel aliam caussam, quæ etiam tum publice, tum priuatim constitui possunt, vt antea de legato salario dictum est. Non infrequens est, pensiones annuas constitui eruditis a magnatibus, solius eruditionis, qua inclaruerunt, gratia, quod regi Galliæ LVDOVICO XIV. a plurimis annis in more positum fuisse, annales memorant. Pontifices etiam non raro liberalitatem suam hoc modo exercuisse erga eruditos, notat AVGVSTINVS BARBOSA *lib. III. de iure eccles. c. II. n. 54. in fin.* Et quis principum liberalitatem erga eruditos recenseret, quæ principi honesta et profícua semper visa fuit? Vid. BARCLAIVS *in Argen. lib. I.* DAN. GEORG. MORHOF. *de otio sapient. dando.* Huiusmodi pensiones etiam *episcopis* emeritis et quandoque etiam depositis ad vitæ tempus concessæ sunt, vt exemplis ex antiquitate petitis illustrat ESPEN. *tr. de pension. c. 1.* Et maxime hæc praxis hodie iis vsitata, qui renunciant beneficio ecclesiastico, reseruata sibi quadam pensione ad vitæ tempus ex reditibus ecclesiasticis, quam doctrinam plenius illustrat BARBOSA *de praxi exigendi pension.* multis vero adductis rationibus perstringit ESPEN. *cit. l. c. 2. sqq.* Imo etiam *laicis* olim iniuria belli ad inopiam redactis, vel cæde hostili cum aduersa valetudine conflictantibus, pensiones, intercessione cæsarum, sunt solutæ et ad vitæ tempus promissæ, teste THOMASSINO *de veter. et nou. eccles. discipl. P. II. lib. 2. c. 29. sq.* quæ magis accedunt ad naturam *annuorum legatorum*, a *salario* autem et *beneficio* magnopere discrepant.

Resolutio. Differentia salarii et pensionum.

§. CCLV.

Digitized by Google

Argumentum vltimum trahunt ex communi Dd. opinione.

§. CCLV. Denique robur etiam diſſentientes ſuæ doctrinæ conciliare intendunt ex *communi doctorum opinione*, a qua non facile recedendum, niſi iudex litem ſuam facere velit, auctore CARPZOVIO *deciſ. 33. n. 17.* *Cum enim*, ait ZIEGLER *in dicaſt. concl. 39. §. 2. vbi plures iudices eandem decidere debent controuerſiam, ſi diſſenſus inter eos ſit, ex pluralitate votorum deciſio facienda et concipienda ſit, vtique etiam hoc caſu, quando in quæſtione iuris diuerſæ opiniones inueniuntur, non aliter decidi ea poterit, quam ex pluralitate doctorum, quæſtionem ventilantium, qui velut iudices iſtius controuerſiæ habendi ſunt.* Eſſe autem hanc ſententiam communem, tot patroni ſcriptis ſuis profeſſi ſunt,

Patroni ſententiæ contrariæ veteres;

quorum in numero ſunt ACCVRSIVS *in gl. ad l. 4. D. de aſſeſſor.* IO. BAPTISTA *in repet. ad cit. l. n. 33. ſqq.* IACOBVS DE NIGRIS *ad cit. l. n. 30. ſqq.* SEBASTIANVS SAPIA *ad cit. l. n. 15. ſqq.* HIERONYMVS CAGNOLVS *ad cit. l. n. 61. ſeqq.* BARBATVS *ad cit. l. et in l. f. C. de domeſt. et protect. XII.* IO. BOLOGNET. *ad cit. l. 4. n. 45. ſqq.* DECIVS

recentiores.

conſil. 7. qui omnes plures alios in ſuas trahunt partes. Veteranos hoſce ſequuntur etiam recentiores, vt GAIL. *1. obſ. 44. n. 12.* MYNSING. *3. obſ. 8.* COLER. *deciſ. 20. n. 8.* RAVCHBAR. *P. I. qu. 25.* CARPZOV. *P. 2. c. 5. def. 10. n. 1. et P. 2. C. 51. def. 12. n. 4. ſqq.* COTHMANN. *reſp. acad. 46. n. 1.* IACOB GOTHOFREDVS *de ſalar. c. VI. §. 22.* LAVTERBACH. *de ſalar. §. 14.* B. STRYK. *ad ius eccleſ. Brunnem. lib. 2. c. 5. §. 10.* STYPMAN. *de ſalar. cleric. c. XI. n. 12. ſqq.* MARTIN. *ad proc. Sax. tit. 42. §. 5. n. 34. ſqq.* *cardinal. de* LVCA *tom. XII. theatr. ver. et iuſt. de tutor. diſc. 18. n. 5.*

Reſolutio.

Sicuti vero nihil detrahunt auctoritati magnorum ICtorum, qui illorum ſententiæ reclamant; ita ingenui quoque animi eſt, non *auctoritate*, ſed *rationum ponderibus* pugnare. Neque enim (1) vim iuris habet, quod non *ratione*, ſed *errore* introductum eſt. *l. 37. de LL.* (2) Magnopere a veritate abhorret, ICtorum ſententias, quas *ſigillatim* in ſcriptis defendunt, eſſe inſtar *ſuffragiorum iudicum*, qui *collectiue* ſumti per vota maiora ſententiam in cauſa controuerſa ferunt. Illi ius *interpretantur*, hi *iudicant*; illi certum collegium non conſtituunt, vt *maiora* præualere debeant, ſicuti hi; imo ne quidem horum iudicata vltra cauſam, de qua lis fuit, vigorem habent. (3) Præſtat hic audire SENECAM, *lib. de vita beata c. 1.* ita philoſophantem: *Nihil magis præſtandum eſt, quam ne pecorum ritu ſequamur antecedentium gregem, pergentes, non qua eundum eſt, ſed qua itur. Atqui nulla res nos maioribus malis implicat, quam quod ad rumorem componimur, optima rati ea, quæ magno aſſenſu recepta ſunt, quorumque exempla*

nobis

nobis multa sunt; nec ad rationem, sed ad similitudinem viuimus. Inde ista tanta coacervatio aliorum supra alios ruentium. Quod in strage hominum magna euenit, cum ipse se populus premit, nemo ita cadit, vt non alium in se attrahat: primi exitio sequentibus sunt: hoc in omni vita accidere videas licet: nemo sibi tantum errat, sed alii erroris causa et auctor est. Nocet enim applicari antecedentibus, et dum vnusquisque mauult credere quam iudicare, nunquam de vita iudicatur, semper creditur. Denique (4) eo minus sententia communis attendenda est, si *praxi contraria* reprobatur, quæ potissimum in materia ecclesiastica deprehenditur. Imo nec auctoritas huic sententiæ, quam defendo, deest, sed etiam interpretes iuris tam *ciuilis*, quos supra §. CCXXX. excitaui, quam *ecclesiastici* eam defendunt, sustinent, et recipiunt, in quorum numero sunt GARCIAS *de benef. P. 2. c. 1. n 96.* COVARRVVIAS *lib 1. var. resol. c. 15. n. 12. seqq.* SARMIENTO *de redit eccles. lib. IV. c. 6. n. 13.* FLAMINIVS PARISIVS *de resignat. benefic. lib. I. qu. 6. n. 79. seqq.* PETRVS LEVRENIVS *in for. benefic. P. III. qu. 247. n. 1.* ALVARVS VALASCO *in prax. partit. et collat. c. 36. n. 9.* MONET. *d stribut. quotid. P. III. qu. 4. n. 24.* ESPEN. *P. II. iur. eccles. tit. 33. cap. 8. n. 24. sqq.*

§. CCLVI. Suo modo etiam hanc diuisionem pro rata temporis admittit ALEXANDER SPERELLVS *decis. for eccles. 82. n. 24.* eo tamen duntaxat casu, si beneficii ecclesiastici reditus in solutione *pecuniæ* consistunt; secus si in *fructibus naturalibus.* Rationem diuersitatis inde petit, quod commoda hæc pecuniaria quotidie currant, et quotidie deberi incipiant; commoda vero, ex fructibus naturalibus debita, regulariter iuxta eorum naturam æstimanda sint, qui certo anni tempore tantum percipiuntur, et ita ad diem *perceptionis* respici debet. Hanc sententiam ante SPERELLVM iam pluribus argumentis exornauerat PETRVS BARBOSA *ad l. diuortio 7. D. solut. matrimonio P. 2. n. 27. sqq.* Verum (*a*) fluxit hæc distinctio ex comparatione canonicorum cum *vsufructuariis*, antea iam reiecta: (*b*) reditus pecuniarum non sunt vnius eiusdemque naturæ: quidam in salario annuo consistunt; quidam vero continent pensiones, certo anni tempore debitas, quæ instar *fructuum* certo anni tempore percipiendorum censentur; quidam denique quotannis soluuntur locationis iure, pro *fructibus*, quorum diuersitas in vsufructu maxima est. Si itaque comparatio cum vsufructu hic admittenda foret, distinctius quoque circa reditus pecuniarios procedi debuisset, quod SPERELLVS haud obseruauit. Alexandri Sperelli distinctio reicitur.

Digitized by Google

In determinando tamen anni initio mores ecclesiarum variant.

§. CCLVII. Sicuti vero in huiusmodi distributione ad *terminum a quo*, seu initium anni, h. e. quo suscepit officium, est respiciendum; ita mores ecclesiarum in determinando hoc *termino* variant. In episcopatu Abulensi annum a primo die Ianuarii computari, testatur GARCIAS *cit. l. n. 99.* In archiepiscopatu Cæsaraugustano anni initium a die primo Aprilis constitutum est, teste eodem *cit. l.* In synodo Antwerpiensi relata ab ESPENIO *cit. l. n. 26.* ita cautum est: *Fructus pastoratus aut beneficii vacantis per decessum vel cessum debentur domui mortuariæ, pro rata temporis, quo possessor resedit post festum S. Ioannis Baptistæ.* Alibi alii dies critici, a quibus anni initium auspicandum est, sunt constituti. Ceterum ad eos, deficiente statuto, respiciendum esse arbitror, quibus quis residentiam suam in anno claustrali, vulgo im Closter-Jahr, auspicari debet, quia eo ipso censetur officii sacri initium facere. Termini hi variant. Alibi *annus claustralis* inchoatur *in vigilia D. Thomæ*: alibi *in vigilia Ægidii* vel *Margarethæ*: alibi aliter, vt obseruat ZIPAEVS *consult. IV. de success. ab intest.* et, *in pluribus*, ait, *ecclesiis annum computari consuetum est a festo S. Ioannis, seu alterius sancti, pro cuiusque ecclesiæ obseruantia, eo quod ad eum diem præcise beneficiarii residentiam inchoare possint et debeant, et reuoluto anno ad eum diem finiant; vnde eundem computum ratio fructuum sequitur. Atque eius quidem rationis semper ea causa manet, vt ad ratam præstiti eo anno seruitii debeatur rata fructuum, respondeatque ratum operæ pretium, quatenus operarius dignus est mercede sua.* In *synodo Mechelensi* cautum esse testatur ESPEN. *cit. l. ut instituti a capta possessione et inchoata residentia pro rata temporis fructibus gaudeant.*

Hoc casu tamen in capitulis simul ad residentiam respiciendum.

§. CCLVIII. Vbi itaque secundum ius commune reditus annui beneficiorum *pro rata temporis* debentur, non sufficere existimo, canonicum defunctum ad aliquot menses anni vltimi vixisse, sed etiam desideratur, vt *residentiam* inchoauerit, et pro aliqua temporis parte perfecerit. Residentia enim exigitur *propter officium sacrum* peragendum, cuius intuitu reditus præbendæ percipit, et quamuis hodie residentia fere otiosa et officii omnis sacri expers esse soleat, id tamen *de facto* magis quam *de iure* fit, et inter *abusus capitulorum* referendum. Interim expeditum est, residentiam in omnibus capitulis adeo esse necessariam, nisi dispensatione ab illa quis liberatus sit, vt sine ea fructus *deseruire* nequeat, adeoque nec vltimi anni fructus pro rata *deseruiti* sunt, si omnis deest *residentia*. Ceterum in plerisque Germaniæ capitulis sufficit residentia ad aliquot menses, v. g. in ecclesia cathedrali Magdeburgensi ad septendecim hebdomades, adeoque si intra tempora residentiæ moritur canonicus, *pro*

rata

rata residentiæ anni deseruiti reditus cedunt heredibus: si *residentiam* in totum absoluit, puto, heredibus integros fructus *anni vltimi* deberi, etiam in iis capitulis, vbi *pro rata* tantum fructus deseruiti censentur. Reditus enim beneficiorum debentur capitularibus et canonicis propter officium sacrum; hoc vero hodie absolutum censetur, si debito tempore canonici et capitulares *residentiam* absoluerint, et ita fructus integri quoque deseruiti videntur.

§. CCLIX. Neque hæc, quæ dicta sunt, tantum eo in casu, quo beneficiarius *moritur*, sed etiam quo *resignat*, obtinent, cum ratio diuersitatis solida adferri nequeat. Qui *resignat* beneficium in fauorem tertii, renunciat emolumentis potissimum futuri temporis; reditibus autem, in quos ipse pro *rata temporis* iam ius radicatum habet, renunciasse non videtur, præsertim cum omnis renunciatio stricti iuris sit, nec ad ea, quæ resignanti titulo *deseruiti* iam debentur, extendi queat. Præterea resignatarius ex *noua collatione* et *institutione* beneficium accipit, et ita præbendæ nouiter collatæ commoda acquirere nequit, antequam *residentiam* auspicatus est. Si ergo *residentiam* resignans impleuit, reditus *illius anni deseruiti* esse censentur: si non *in totum* impleuit, *pro rata temporis* illos petere potest, statuto vel pacto deficiente, prout recte censent GOVARRVV. *lib. I. resol. c. 15. n. 12.* FLAMINIVS *de confident. qu. 35. n. 49.* GVTIEREZ *lib. I. qu. canon. 3.* GARCIAS *cit. l.* Equidem FRANCISCVS GALLVS *de fruct. disp. 17. art. 2. n. 9. sqq.* distinguit inter fructus *naturales* et *ciuiles*, putatque, illos, quatenus adhuc *pendentes* sunt, pertinere ad resignatarium, quod resignans sibi per pactum prouidere potuerit, adeoque dum eosdem sibi expresse non reseruauit, illis renunciasse videatur; in his vero diuisionem admittit, quia singulis diebus percipiuntur, quæ ratio tamen rursus non *vniuersalis*, sed restringenda est ad illas res locatas, quæ singulis diebus emolumentum præstant, veluti si ædes sunt locatæ. Scilicet quia GALLVS in errore illo hæret, quod beneficiarius instar *fructuarii* sit, vix aliud hac de quæstione iudicium ferre potuit, quem tamen supra iam reprobaui. Nec ei præiudicare debet, quod fructus potuisset sibi reseruare, cum ante omnia inquirendum sit, an eosdem sibi reseruare debuerit? quod vel ideo haud necesse fuisse videtur, quia tantum *futuro iuri* censetur renunciasse, nec renunciatio ad incognita trahenda est, quod ipse GALLVS *cit. l. n. 15.* admittit.

Diuiduntur quoque pro rata fructus vltimi anni in casu resignationis.

Sine distinctione fructuum.

§. CCLX. Cum vero in quibusdam *capitulis* circa *annum deseruitum* in casu *mortis* dispositio *specialis*, quæ *certum terminum criticum*,

An dies critici a capitulis constituti

quoque attendi debeant in casu resignationis?

cum, fructus deseruiendi, determinat, reperiatur, iusta dubitandi ratio nascitur, *an etiam eadem ad casum resignationis trahi possit?* Nam qui moritur post *vigilias Iacobi* in ecclesiis cathedralibus et collegiatis quibusdam, annum deseruitum, h. e. reditus anni præsentis ad heredes transmittit, num ergo qui mox post *vigilias Iacobi* resignat, totius anni fructus adhuc percipit iure *deseruiti*? Quod vel inde affirmandum esse videtur, quia *vtplurimum* hi termini critici ideo sunt constituti, vt inde constet, canonicum *residentiam suam*, propter quam reditus capit, impleuisse, et sic fructus deseruiisse. Auspicantur quippe canonici quotannis suam residentiam in *certo die critico*, eandemque per certa hebdomadum spatia absoluunt, cui si accedat terminus statuto præfinitus, quo fructus plene *deseruiti* dicuntur, res sine dubio plana et extra omne dubium posita est.

In ecclesiis parochialibus reditus diuiduntur pro rata. Quod ex ordinat. eccles. declaratur;

§. CCLXI. In *ecclesiis parochialibus* vtplurimum res determinata est per ordinationes ecclesiasticas, quæ vel cum doctrina nostra prorius conspirant, vel parum ab ea recedunt, prout paucis declarandum. Sic in der Kirchen-Ordnung der Wild- und Rhein-Grafschaften, *de anno 1693. c. 7. p. 60.* ita cautum est: Und soll, wann schon ihre Männer ein Viertel-Jahr nicht gantz vollkommen ausgelebet hätten, sondern noch modicum temporis, etwa eine, zwey oder drey Wochen daran fehleten, ihnen dennoch das Viertel-Jahrs-Salarium, quasi deseruitum, völlig gelieffert werden. Wäre aber ein Pfarrer oder Diaconus vier oder mehr Wochen vor Endigung des Viertel-Jahrs gestorben, soll von der Zeit an, da er diese Welt gesegnet, das salarium derseruitum aufhören, es wäre dann, daß es der Successor mit gutem Willen weiter extendiren lassen wolte. Similiter in *ordin. consist. March. tit. 23.* iuris communis sanctio confirmata est: Demnach soll ein ieder Pfarrer das Einkommen und Früchte der Pfarren zu ieder Zeit pro rata temporis haben und behalten. Sicuti vero hoc de pastore, qui officium suum auspicatur, intelligendum, ita simili ratione de *pastore resignante* vel *decedente* idem legislatori placuit: Würde ein Pfarrer, der auf Michaelis angezogen, noch vor Martini sterben oder abziehen, so soll sein Weib und Erben alle Einkommen der Accidentien, so die Zeit über vor Michaelis bis auf Martini gefallen, bekommen, und das Pfarr-Recht vollend bis auf Martini bestellen, soll auch den Antheil der Winter- und Sommer-Saat, auch der Pächte samt dem Korn, Flachs und andern Zehend von sechs Wochen gegen den Sommer haben. Also ists auch ferner zu halten, wann ein Pfarrer auf Michaelis anzeucht, und

speciatim Marchica.

resigni-

reſigniret oder ſtirbt auf Weyhnachten oder Bartholomæi, der ſoll haben alle Nutzungen, die in ſolchen Zeiten gefallen, auch ſein Antheil der Winter- und Sommer-Saat, desgleichen der Pächte, auch Korn, Flachs und andern Zehend pro rata temporis. Et paucis interiectis: Hätten die vorigen Pfarrer Korn, Lein und anders in den Garten vor ihrem Abziehen oder Abſterben geſäet, ſo folgt denen Erben die Gebühr pro rata temporis nicht unbillig.

§. CCLXII. In *Saxonia electorali* diuerſum ius non obtinet, ſed eundem modum faciendæ diuiſionis fructuum pro *rata temporis* in ſupremo conſiſtorio receptum eſſe, teſtatur CARPZOVIVS *lib. I. iurispr. conſiſt. def. 172.* his verbis: Auf den Dörffern und auch in den Städten, da die Pfarrer und Diaconi ihre Beſoldung nicht am Gelde und Quartals Weiſe bekommen, ſondern decem, Ackerbau und Haushaltung haben, wird es alſo gehalten, daß des gantzen Jahrs Einkommen und Verdienſt, zu rechnen von Michaelis an bis wieder auf Michaelis, und was von decem an Getreydig oder auch Geld Zinſen zum Einkommen gehören, werden gerechnet, daß ſie Michaelis verdienet, ob ſie ſchon erſt umb Martini, Weyhnachten oder Faſtnacht fällig. In eo tantum ius Saxonicum ſingulare quid habet, quod anni initium computandum ſit *a feſto Michaelis*, non *a die ſuſcepti officii eccleſiaſtici*, prout alias de iure communi fieri ſolet. Eadem computandi ratio recepta et approbata eſt in *ordin. eccleſ. Magdeburg. c 20. §. 18. ſqq.* his verbis: Und ſoll die Computation iedesmahl von Michaelis bis Michaelis angeleget werden, dergeſtalt, daß alle Ein- und Ankünfte von ſolcher Zeit bis dahin in eine maſſam geſchlagen, und die Partheyen darnach entſchieden werden. Hoc declaratur in *§. 16. et ſqq.* hoc modo: Da nun ein Pfarrer um Michaelis mit Tode abgehet, ſo genieſſen deſſen Wittwe und Kinder alles dasjenige, was der Vater bey ſeinem Leben verdienet aufs gantze Jahr. Ingleichen wann ein Pfarrer ſechs Wochen nach Michaelis, Weyhnachten, Oſtern oder Iohannis verſtirbet, ſoll deſſen Wittwe und Erben das halbe Jahr die Beſoldung genieſſen. Wann aber der Fall im Ausgang des Quartals geſchiehet, alsdenn haben des Verſtorbenen Wittwe und Erben deſſelben Quartals mit dem halben Gnaden-Jahr zu genieſſen. De *ſalario pecuniario* in §. 18. ita cautum eſt: An welchen Orten aber der Pfarrer keine decem, noch Haushaltung oder Acker-Bau hat, ſondern die Beſoldung an Gelde von Quartalen entrichtet wird, ſollen des verſtorbenen Pfarrers oder Diaconi Wittwe und Erben die Beſoldung des Quartals, darinnen der Fall geſchiehet, weiter nicht,

In Saxonia initium anni computatur a feſto Michaelis.

Similiter in ducatu Magdeburgico.

Digitized by Google

denn pro rata temporis haben, es wäre denn, daß die meiste Zeit des Jahres bis auf einen Monath zur Zeit des Absterbens abgelauffen, auf solchen Fall verbleibet des Verstorbenen Erben das Salarium nebst denen Accidentien völlig.

Et ducatu Guelpherbytano.

§. CCLXIII. In *ducatu Guelpherbytano*, et quidem vigore *renou. ordin. eccles. Guelpherbyt. P. I. c.* 17. distinctissime, quæ circa *annum deseruitum* occurrere possunt dubia, determinata decisaque sunt.

1) quoad salarium pecuniarium.

Nam (1) de *salario pecuniario in §. 1.* ita cautum est: Wenn das Salarium des Predigers zum Theil oder gantz in bahrem Gelde bestehet, so soll das Quartal, worinn ein Prediger stirbt, pro deseruito geachtet werden. Idem quoque in academia *Rostochiensi* et *Viadrina* obseruari, testis est B. STRYKIVS *de anno gratiæ c. 2. n. 26.* Imo in hac alma *Fridericiana* quoque idem obseruari, experientia docet.

2) Quoad accidentalia.

(2) Ratione *accidentalium*, vt loquuntur, in §. 2. terminus mortis constitutus est: Bey Einnahme der accidentien aber, so die Prediger insgemein zu geniessen haben, soll der terminus des halben Jahrs so fort a die mortis computiret werden.

3) Quoad fructus naturales.

(3) Si reditus parochiales in *fructibus naturalibus* consistunt, hæc in §. 3. placuerunt: Wenn aber des Predigers salarium in Ackerbau oder Wiesen-Wachs beruhet, so seynd die reditus des gantzen Jahrs von Michaelis bis wieder zu Michaelis in einen ohngefährlichen Anschlag zu bringen, davon zuförderst die impensæ in agrorum cultum et messem factæ abzuziehen, und demjenigen, so solche ausgeleget, zu restituiren, das residuum aber dergestalt zu theilen, daß, wenn der Todes-Fall e. g. im September geschiehet, der eine Halbscheid des folgenden Jahrs-redituum der Wittwen und Kindern, der andere Halbscheid aber dem Successori zukomme. Stirbe aber der Prediger im October, so erlangen Wittwe und Kinder sieben Zwölff-Theile von solchem residuo, (computato scilicet anno gratiæ) und bleiben dem Successori nur fünff Zwölff-Theile. Begäbe sich der Fall im November, so kommen jenem acht Zwölff Theile, diesem, dem Successori, nur viere zu, und ist, wenn in folgenden Monathen sich der Todes-Fall begiebet, die comparation nach solchen Fuß leicht zu machen, wenn nur allezeit pro regula gesetzet wird, daß der Sterbe-Monath pro deseruito zu achten, und der Wittwe und Kinder zum besten zu rechnen. Solte aber etwa im April oder Maio ein Prediger versterben, so geniesset die Wittwe und Kinder nicht allein die völligen reditus desselbigen von Michaelis bis wieder Michaelis gerechneten Jahres, (computato anno gratiæ) sondern sie hat auch von folgenden

genden Jahres Acker-Nutzungen nach proportion ein, zwey oder mehr Zwölff-Theile zu erwarten, nachdem der Todes-Fall sich frühe oder später begiebet.

§. CCLXIV. Locum hunc integrum vel ideo hic dare volui, quia in nulla ordinatione ecclesiastica tam distincte, et perspicue ipsa ratio computandi est determinata. Simul vero egregie explicat illustratque doctrinam, tum quam ex *principiis rectæ rationis §. CCXXXIII. sqq.* adstruxi, quem admodum exacte refert: tum quam ex *iuris Romani scitis* deduxi, et contra dissentientes propugnaui, quæ itidem in verbis adductis est conseruata. Videor enim mihi videre in hoc textu illam ipsam doctrinam, quam ICtus expressit *in l. 7. D. soluto matrimon.* vnde etiam *§. CCXL.* argumentum deduxi, et saniores ICti deducunt. Et vt in compendio loquar, vbi statuta modum computandi annum *a festo Michaelis* auspicantur, non possunt tutius superare ingruentes difficultates, quam adhibita methodo in ordinatione Guelpherbytana præscripta. Ordinationis Guelpherbytanæ constitutio laudatur.

§. CCLXV. Generatim his præmissis, ad specialia descendam. Scilicet fluit ex dictis, (1) non ad *iura seminis*, nec ad *tempus messis* hic respiciendum esse, quo percipiuntur fructus. Alias quidem leges disponunt, *fructus non iure seminis, sed iure soli percipi, et in percipiendis fructibus magis corporis ius, ex quo percipiuntur, quam seminis, ex quo oriuntur, aspiciendum esse*, vti ICtus ait *in l. 25. pr. et §. 1. D. de vsur.* quam doctrinam per varias conclusiones egregie illustrat Dn. COCCEIVS *de iure seminis sect. III. §. 7. sqq.* Ast hanc doctrinam ad casum præsentem, vbi fructus *ob causam* et *propter officium* percipiunt, prorsus applicari non posse, per se ex hactenus dictis satis liquet. Vt vero res speciali declaretur exemplo, adiiciam responsum illustr. facult. iurid. Hall. *mens. April. 1707.* conceptum, quod huius tenoris est: In deseruito anno non respiciendum ad diem perceptionis fructuum.

Ist Euer Mann, ein gewesener Prediger, 8. Tage nach Heil. Dreyen Könige 1704. verstorben, und erst um Iohannis desselben Jahrs der folgende Prediger wieder ins Amt kommen, zwischen welchem und euch einige differentien und Mißverständniß wegen Bestellen der bestelleten und meliorirten Aecker, auch der Erndte entstanden, und also erstlich gefraget wird: Quod responsio demonstratur.

Ob nicht diejenigen Aecker, so bey des Mannes Leb-Zeiten brach gelegen, und also das Jahr Winter-Feld geworden, und da auch einige davon der Wittwen sel. Ehe-Herr vorgehenden Herbst mit Weitzen und Ro-

Rocken beſtellet gehabt, alſo von deſſen Wittwe alleine müſſe geerndtet werden?

Rationes dubitandi.

Wenn nun gleich möchte eingewandt werden, daß die Prediger in den Pfarr-Aeckern nicht anders, als bloſſe vſufructuarii zu conſideriren,

SCHILT. *inſtit. iur. can. lib. 2. c. 8. §. 4.*

CARPZ. *iurispr. conſiſt. lib. 2. def. 353. n. 1.*

Solches auch denen antiquis canonibus conciliorum gantz gemäß ſcheinet,

c. epiſcopus 2. C. 10. qu. 2.

c. 23. et vlt. C. 12. qu. 1.

DVAREN. *de SS. eccleſ. miniſt. lib. 2. c. 4.*

Wie denn auch der ſelige Lutherus dieſes bezeuget und erinnert; daß kein Pfarr-Herr etwas eigenes an der Pfarr habe, ſondern nur in den Pfarr-Güthern Gäſte wären, und ſolche hinter ſich laſſen müſſen;

LVTHER. *tom. VI. Witteb. fol. 332.*

Einfolglich denen Rechten nach des Vſufructuarii Erben, ſo fern der Vſufructuarius vor der Erndte ſtirbt, die künftigen Früchte zu fordern, nicht berechtiget ſeyn könne.

l. 13. et 58. quib. mod. vſufr. amitt.

Rationes decidendi.

Dennoch aber und dieweil kein beſtändiges und allgemeines argumentum ab vſufructuario ad paſtorem eccleſiæ ratione bonorum et agrorum parochialium zu ziehen, obwol in einigen Stücken eine Gleichheit anzutreffen ſeyn möchte,

CARPZ. *cit. l. n. 6.*

Vornemlich aber darin ein mercklicher Unterſcheid ſich befindet, daß die Pfarr-Güther dem Prediger an ſtatt des ordentlichen ſalarii und alimentorum aſſigniret werden, welcher Endzweck in dem vſufructu præciſe nicht anzutreffen, einfolglich, gleichwie die ſalaria miniſtrorum pro rata temporis, quo præfuerunt officio ſacro, zwiſchen den Erben des verſtorbenen Pfarr-Herrn und dem Succeſſore müſſen getheilet werden, alſo auch ein ſolches billig in fructibus meſſium, qui ſurrogati ſunt in locum ſalarii, gehalten werden muß, fructus enim ratione ſalarii miniſtris debiti ſunt, in quibus cum ratio habetur operarum præſtitarum, oportet vtique diuiſionem ita inſtitui, vt pro rata temporis inter nouum paſtorem

et

et anteceſſorem, eiusue heredes fructus meſſium, fœnum, olera, aliique tam naturales, quam induſtriales diſtribuantur.

CARPZ. *lib. I. iurispr. eccleſ. d. 178. n. 6. ſqq.*

Einfolglich alhier nicht præciſe auf die Zeit der Erndte geſehen werden mag, weil ſonſten, da die meiſten revenuen eines Predigers öffters in Acker-Bau beſtehen, es ſich leicht zutragen könte, daß, ob er gleich ſein Amt treulich verrichtet, doch ſeine Erben dieſerwegen nichts mehr genieſſen würden, wenn er etwa noch vor der Erndte ſterben ſolte, auch ſonſten die allgemeinen Rechte extra caſum vſusfructus in andern Fällen dieſe computation approbiren, vt ſcilicet ratio fructuum habeatur inter vxorem et heredes mariti pro rata temporis, licet nondum percepti fuerint, cum fructus ibi percipiantur pro hactenus ſuſtentatis matrimonii oneribus.

l. 5. 6. 7. D. ſolut. matrim.

Gleichwie in dieſem caſu ein Pfarrherr die Früchte propter labores et operam præſtitam genieſſet; und da nun der verſtorbene Pfarrherr um Michael ins Predigt-Amt gekommen, hergegen 8. Tage nach Heil. Drey-Könige verſtorben, ſo iſt das erſte Viertel-Jahr bis Weyhnachten ohnſtreitig deſeruiret, und weil der verſtorbene Pfarrherr auch das andere Viertel-Jahr angefangen, und ſolches denen Rechten und Gewohnheiten nach pro impleto gehalten wird,

BRVNNEM. *de iure eccleſ. lib. 2. c. 5. §. 10.*

B. STRYK. *diſſ. de anno gratiæ c. 2. n. 25. ſqq.*

So folget von ſelbſten daraus, daß die übrige Zeit von Oſtern bis Michael zum Gnaden-Jahr zu rechnen, und alſo ihr nothwendig das gantze Winter-Korn allein zu gute kommen muß, quia beneficio anni gratiæ medietatem omnium fructuum extra promeritum ſalarium vidua conſequitur.

CARPZ. *lib. I. iurispr. conſiſt. def. 185.*

So erſcheinet daraus ſo viel, daß der Wittwen das gantze Winter-Korn alleine den Rechten nach gebühret.

Bey der andern Frage: Was dem neuen Prediger, welcher erſt um Johannes 1704. ſein Amt angetreten, an Früchten und Sommer-Feld, und was von ſolchen der Wittwen zu erndten zuſtehe? Quæſtio ſecunda.

Erkennen wir vor Recht, ob wol eingewandt werden möchte, daß bey währenden Gnaden-Jahr ſolches Sommerfeld nur ein Viertel-Jahr Rationes dubitandi.

Digitized by Google

beſtellet geweſen, einfolglich pro rata temporis ihr nur quarta gebühren müſſe.

Dieweil aber dennoch, wie in voriger Frage ausgeführet worden, in dieſen Fällen man nicht allein auf den annum gratiæ, ſondern auch ratam anni deſeruiti vornemlich ſehen muß, und ob das Feld gleich nach des verſtorbenen Predigers Tode erſt beſtellet worden, dennoch derſelbe bereits ein Viertel-Jahr von dem letzten Jahr und etwas darüber erlebet, und ſeine Arbeit verrichtet, einfolglich ratio ſalarii, in cuius locum hi reditus ſubſtituti ſunt, es mit ſich bringet, daß nach proportion der Arbeit er oder ſeine Erben auch von den künfftigen Früchten participiren mögen, dahero auch in ſolchen Fällen in Sachſen der Wittwen nebſt dem anno gratiæ von dem anno deſeruito pro rata temporis ſo viel aſſigniret wird, als der Pfarrherr in dem Jahre noch gelebet:

CARPZOV. *libr. I. iurispr. conſiſt. def. 24.*

Welches, da in dem Brandenburgiſchen auch nur ein halb Gnaden-Jahr ſtatt findet, alhier gar wohl zu appliciren.

So iſt die Wittwe auch die Erndte der Sommer-Früchte zu thun befugt.

Accidentalia in diuiſionem non veniunt.

§. CCLXVI. Fluit quoque (2) ex hactenus dictis, lucra quæcunque obuenientia in diuiſionem eſſe deducenda, cuiuscunque demum ſint naturæ et rationis, exceptis ſolis *accidentalibus*, vtpote quæ pro *ſingulis* quaſi *ſeruitiis ſacris* præſtantur, et ei ſtatim priuatiue acquiruntur, qui illa præſtitit, quorſum pertinent nummi baptiſmales, miſſatici, confeſſionarii, qui pro precibus publicis ſoluuntur etc. Cetera lucra autem, quæ non *intuitu ſpecialis officii ſacri*, ſed *indefinite*, pro *officio eccleſiaſtico* quotannis percipiuntur, obiectum demum ſunt diuiſionis, de qua nobis ſermo eſt.

Bene tamen quæuis lucra alia.

§. CCLXVII. Sunt autem hæc lucra vel *ordinaria*, vel *extraordinaria*. *Illa* quotannis percipiuntur, ſtatis quamuis temporibus: *hæc* vero rarius obueniunt, ſunt tamen, vbi obueniunt, ſimul inter reditus parochiales referenda, maxime cum etiam vſufructuario debeantur. B. HARPRECHT. *vol. nouo conſil. 35. n. 7.* Huc refero (1) *ius patronatus* officio eccleſiaſtico cohærens, vi cuius paſtor eccleſiæ ius præſentandi exercet, in quibusdam locis etiam *laudemium* percipit: *c. 7. X. de iure patron.* HARPRECHT. *cit. l n. 73.* (2) *Ius dominii directi* in emphyteuſi, vi cuius emphyteutam fundo certis in caſibus priuare, et ſic quoque reditus illius percipere poteſt, quamdiu fungitur officio ſacro:

Enumerantur extraordinaria.

Digitized by Google

ſacro: IDEM *cit. l. n. 74.* (3) *ius mortuarium*, das Haupt-Recht oder Haupt-Fall, quod commoda ex hereditate hominum propriorum concernit. IDEM *n. 75.* (4) Porro huc pertinent *mulctæ* et *pœnarum compendia*, quæ extra ordinem quandoque reditibus parochialibus aſſignata ſunt: (5) *laudemia*, quæ pro inueſtituris in bonis emphyteuticis ſoluuntur: IDEM *cit. l. n 129. ſqq.* FRANZK. *de laudem. c. 7. n. 76. ſqq.* (6) quædam *decimæ*, quæ non quotannis, ſed poſt diuturna ſæpe interualla percipiuntur, quorſum pertinet der Fohlen- und Vieh-Zehende etc.

§. CCLXVIII. Quod ſi itaque huiusmodi *lucra extraordinaria* in *annum vltimum* incidunt, et quidem, viuente adhuc paſtore, dubitari ſolet, vtrum, deficientibus ordinationibus eccleſiaſticis, in diuiſionem *deſeruiti* venire debeant, an vero lucro defuncti paſtoris cedant, et ad *deſeruitum* ſimpliciter referri debeant? Iuxta ſententiam FINCKELTHVSII *de iure patron. c. IV. n. 18.* qui ſpeciatim de *laudemio* loquitur, hæc lucra in diuiſionem non eſſent deducenda, quod *accidentiis*, vt putat, ſint annumeranda, id quod etiam præiudicio conſiſtorii electoralis Lipſienſis illuſtrat. Quod vero de *laudemiis* aſſerit, ſine dubio quoque de aliis lucris *extraordinariis*, antea relatis, intelligendum erit. Non immerito tamen de hac ſententia dubitat CARPZOVIVS *lib. I. iurispr. conſiſt. def. 192. n. 10. ſqq.* præſertim cum ratio adducta omnino erronea videatur. Minime enim concedi poteſt, hæc lucra cum *accidentalibus* reliquis conferri poſſe, cum potius naturam ceterorum lucrorum *ordinariorum* initentur, nec pro *certo definito officio ſacro*, vt accidentalia, ſed *in genere*, ſicuti reliqua emolumenta, pro onere paſtorali ſoluantur. Quod *accidentalia* priuatiue acquiſita eſſe cenſeantur, nec in diuiſionem veniant, vel hanc rationem habet, quod ſint *compenſatio certi officii præſtiti*, pro quo ſimpliciter ſoluuntur, adeoque illud duntaxat, *an præſtita ſint?* reſpiciatur, quod ad hæc *lucra extraordinaria* referri nequit, adeoque merito in diviſionem fructuum *vltimi anni* deduci debent.

Quæ etiam in diuiſionem veniunt, et ab accidentalibus diſtinguenda ſunt.

§. CCLXIX. Cum itaque lites hac de quæſtione olim ſæpe concitatæ fuerint, in quibusdam *ordinationibus eccleſiaſticis* peculiaris deciſio de *laudemio* reperitur, cui merito ſimpliciter ſtandum erit. In *ordinat. Magdeb. eccleſ. c. XX. §. 18.* huic rei ita prouiſum eſt: Die Lehn-Waaren, wenn der Fall bey des Pfarrers als Lehn-Herren Leben ſich ereignet, überkommen deſſen Wittwe und Erben. Entſtünde er aber nach des Pfarrherrs Tode, bey währenden halben Gnaden-Jahre, ſollen des verſtorbenen Pfarrers Wittwe und Erben die Lehn-Waare, welche

Conſenſus ordinationum eccleſiaſticarum addu citur.

Digitized by Google

ſodenn gedoppelt abgeſtattet werden muß, unter ſich und den neuen Pfarrherrn gleich theilen. In *ordinat. Gothan. eccleſ. P. II. c. 19. n. 10.* laudemia a ceteris reditibus diuidendis haud ſeparantur, ſed expreſſe dicitur: Darunter auch die Lehn-Waare begriffen. E contrario de *decimis pecudum* aliud placuit in *ordin. conſiſt. Marchica tit. 23.* Welcher Pfarrherr auf die Zeit, da der Fleiſch-Zehent gegeben wird, Pfarrherr iſt, derſelbige ſoll denſelbigen allein haben und behalten.

Quomodo lucra certis anni temporibus debita dividantur.

§. CCLXX. Denique etiam (3) lucra quædam, *certis anni temporibus* ſoluenda, et in panibus, penſionibus, aliisque ſimilibus reditibus conſiſtunt. Peculiari deficiente ordinatione, cum reliquis reditibus coaceruanda et diuidenda ſunt, nec attenditur, vtrum dies eorum venerit tempore mortis defuncti paſtoris, nec ne? Vbi vero anni initium *a feſto Michaelis* deſumitur, paulo aliter hi computari ſolent. In *ordin. Guelpherbyt. eccleſ. cit. l. §. 5.* ea de re hæc habentur: Dabey iedoch zu obſeruiren, daß, wenn gleich Zehent-Korn, Meyer-Zinſen, und andere dergleichen intraden erſt nach Michaelis fällig werden, ſelbige dennoch, da ſie wegen der vorhergehenden Erndte abgetragen werden, in die Auf-künfte des bis Michaelis gerechneten Jahres zu computiren. Paſtore itaque circa feſtum Michaelis decedente, etiam hi reditus ad *deſeruitum* ſpectant, nec diuiſioni ſubiiciuntur, licet dies eorum demum poſt mortem defuncti paſtoris veniat. Similiter in Saxonia electorali, teſte CARPZOVIO *lib. I. iurispr. conſiſt. def. 197.* huic rei ita prouiſum eſt: Wann von decem an Getreydig oder auch Geld-Zinſen zum Einkommen gehöret, werden gerechnet, daß ſie Michaelis verdienet, ob ſie ſchon erſt um Martini, Weyhnachten oder Faſtnacht gefällig, non propterea, prout CARPZOV. *cit. l. fin.* arbitratur, quod fructus et cenſus de proximo colligendi pro iam collectis haberi debeant, ſed quod intuitu *meſſis*, cuius dies, viuente paſtore, ceſſit, ſoluantur, et ſic merito *deſeruito* accenſeri debeant.

Impenſæ a fructibus deducendæ.

§. CCLXXI. Vlterius (4) inde colligitur, *impenſas*, antequam portiones fructuum fiunt, *deducendas* eſſe, vt in ſimili caſu dicitur in *l. 7. pr. ſolut. matrim.* cum fructus haud intelligantur, niſi deductis impenſis. Ita diſerte in *ordin. eccleſ. Guelpherbytana P. I. c. 17. §. 3.* Davon zuforderſt die impenſæ in agrorum cultum et meſſem factæ abzuziehen, und demjenigen, ſo ſolche ausgeleget, zu reſtituiren. Idem in Saxonia iuris eſſe, teſtatur CARPZ. *lib. I. iurispr. conſiſt. def. 176.* id quod etiam recta ratio ſuadet. In *ordin. conſiſt. Marchic. tit. 23.* de impenſis in *culturam agrorum* faciendis, ex quorum meſſe heredes defuncti portionem

Digitized by Google

nem ſperant, ita prouiſum eſt: Dagegen ſoll auch der abziehende Pfarrherr, oder ſeine Erben die zukünfftige Winter-Saat auch pro rata temporis, nachdem ſie von denen Früchten nehmen, geben, beſtellen und ſäen helfen, als da er ein oder zwey Viertel-Jahres weniger oder mehr Früchte nimmt, ſo giebt und beſtellet er auch den vierten Theil oder die Helfte, weniger oder mehr die Saat, ſo fort an nach Anzahl der Früchte, ſo er bekommet. Gleichergeſtalt ſoll es auch mit der Sommer-Saat und Beſtellung der Aecker darzu gehalten werden. Ita quoque cenſuit ill. facultas iurid. huius loci *menſ. April. 1707.* ad quæſtionem:

Ob nicht der neue Prediger die in den Aeckern bey ſeinem Anzuge befindlich geweſene, und nach Landes-Art, was billig und recht, dieſerwegen angeſetzte *meliorationes cum vſuris* der Wittwen bezahlen müſſe?

Ob wol die Wittwe ratione anni deſeruiti et gratiæ von denen reditibus percipiendis vieles participiret, und dahero es das Anſehen gewinnen möchte, als ob ſie über dem nichts mehr prætendiren könne;

Dieweil aber dennoch die impenſæ und meliorationes ex noua plane cauſa debendi herrühren, und auch ſonſten ein Prediger die impenſas fructuum pro rata mit tragen muß;

CARPZ. *lib. I. iurispr. conſiſt. def. 176.*

Diejenigen meliorationes aber, ſo in perpetuam rei vtilitatem gemacht worden, dem künftigen Succeſſori allerdings zu gute kommen, auch über dem der ietzigen Wittwe verſtorbener Ehemann bey ſeinem Anzuge ſolche erſtatten müſſen, ſolche auch bereits liquidiret, und doch bisher nicht abgetragen worden, einfolglich der Succeſſor in mora ſoluendi geweſen, quo caſu etiam debentur vſuræ;

So iſt der neue Prediger ſolche cum vſuris a tempore moræ der Wittwen zu bezahlen ſchuldig.

§. CCLXXII. Denique (5) hoc etiam ex hactenus dictis fluit, *heredes quoscunque* ad *anni deſeruiti* reditus eſſe admittendos, cum ad patrimonium defuncti ſpectent, et hereditati inſint. Proinde etiam (*a*) æs alienum inde deducendum, STYPMANN. *de ſalar. cleric. c. n. n. 34. ſqq.* RAVCHBAR. *P. I. qu. 25. n. 22.* et, concurſu ſuper defuncti bonis moto, ad maſſam referri debent. CARPZOV. *lib. I. iurispr. conſiſt. def 180.* (*b*) Inuentarium quoque eccleſiaſticum inde ſupplendum eſt, cum defectus inuentarii ad *æs alienum* ſpectet, CARPZOV. *cit. l. def. 181.* (*c*) Vidua in iis locis, vbi marito non ſuccedit, de hoc *deſeruito* quoque haud participat. Si autem vigore pactorum dotalium, vel ex ſtatuto

Annus deſervitus ad hereditatem defuncti ſpectat.

Digitized by Google

ius ſuccedendi habet, etiam ad hos reditus promeritos eſt admitten-
da etc.

Computatio fructuum vltimi anni, ſi eius initium a feſto Michaelis conſtituitur.

§. CCLXXIII. Obſeruaui ex adductis ordinationibus, in quibusdam eccleſiis *anni* initium in reditibus eccleſiaſticis, quæ ex *prædiis ruſticis* debentur, indiſtincte *a feſto Michaelis* computandum eſſe, quippe qui *terminus naturalis* et hiſce reditibus admodum commodus eſſe videtur. Hinc totius anni reditus ac fructus, tum *naturales* tum *ciuiles*, a die Michaelis illius anni, quo mors contigit, vsque ad *diem Michaelis* ſequentem in vnam coniiciuntur maſſam, et *pro rata temporis*, quo vixit defunctus paſtor, heredibus ipſius rata etiam ex reditibus aſſignatur, CARPZ. *lib. I. iurispr. conſiſt. def. 171. et 198.* ita tamen, vt *modicum temporis ſpatium* poſt feſtum Michaelis vel ante illud non attendatur, ſed nihilominus terminus *ad quem* ſit *feſtum Michaelis*, ſi forſan circiter *diem Bartholomæi* vel paucos poſt feſtum Michaelis dies moriatur. IDEM *cit. l. def. 200.* Si circiter *diem Luciæ* moritur, feſto natiuitatis mortuus cenſetur. IDEM *def. 201.* Qui in *feſto pentecoſtes* moritur, die *Ioannis Baptiſtæ* mortuus cenſetur, vt ita imprimis ratio quatuor anni quadrantium habenda ſit. Si in *medio quadrantis* moritur, non totius quadrantis, ſed dimidii tantum reditus deſeruiti ſunt, iuxta CARPZOV. *cit. l. def. 204.* Præterea et illud in iure Saxonico ſatis prudenter conſtiturum, quod ad terminum Michaelis reducantur decimæ, penſiones, vel aliæ præſtationes frumentariæ, ob ſie erſt um Martini, Weyhnachten oder Faſtnacht gefällig, quia ſcilicet præſtantur intuitu illius meſſis, quæ iam tempore Michaelis facta eſt.

Initium anni, ſi ordinationes eccleſiaſticæ deficiunt, vnde computandum?

§. CCLXXIV. Ceterum ſi ordinationes eccleſiaſticæ deficiunt, ſi quidem ſalarium in *pecunia* conſiſtit, anni initium computandum eſt *ab eo tempore, quo officium ſuſcepit.* Equidem non deſunt, qui ſimpliciter anni initium a tempore *electionis* vel *vocationis* computandum eſſe cenſent, quod hac ipſa acquiratur dignitas et officium, propter quod ſoluitur ſalarium, ſecundum notiſſima iuris brocardica: *idem dicendum eſſe de eo, qui eſt in termino, ac qui eſt in via: et rem deſtinatam ad aliquem actum haberi pro ipſo actu etc.* SEBASTIANVS SAPIA *ad l. 4. D. de offic. aſſeſſor. n. 24.* ex quo concludunt, quod transmittatur ſalarium primi anni ad heredes, ſi vel maxime electus vel vocatus, antequam officium ingreſſus eſt, deceſſiſſet, eo ipſo quod ſtatim cedat dies huius obligationis. Sed ſicuti hæc concluſio de *ſalario integri anni primi* fluxit ex erroneo principio antea iam reiecto, ita hæc deciſio de initio *termini a quo* ex iure non ſatis probari poteſt. Recte IOANNES BAPTISTA *ad*

l. 4

l. 4. cit. n. 21. ait: *Non video legem aliquam aut rationem, quæ nos cogat ad dicendum, quod debeatur ſalarium heredibus poteſtatis defuncti ante officium inchoatum.* Equidem prouocant plerique *ad l. f. C. de conſul.* ex qua colligere ſolent, *illico ab imperialibus codicillis præſtitis* dignitatem, ad quam quis promotus eſt, transire in vocatum vel electum, et ſic quoque ſalarium deberi, vtpote quod ob *dignitatem* ſoluitur. B. HOPPIVS *ad §. 4. I. quibus mod. tollatur P. P.* Verum reſpondetur, (*a*) quod de dignitate patriciatus aſſeritur, ad quæcunque officia indiſtincte applicari non poteſt, vt recte cenſet BAPTISTA *cit. l.* (*b*) Si vel maxime generalis hæc concluſio, quod dignitas quæuis ſtatim *a tempore præſtitorum codicillorum principalium* in vocatum tranſeat, vera eſſet, (quæ in praxi vtplurimum attendi ſolet) inde tamen minime fluit, *ſalarii diem* etiam cedere a tempore impetratæ dignitatis. Erroneum omnino præſuppoſitum eſt, ſalarium deberi ob *ſolam dignitatem*, quod potius ſoluitur ob *officium* dignitati cohærens, adeoque demum a die *ſuſcepti officii* dies eius cedere incipit. Diuerſa autem eſſe ipſum *officium* et *dignitatem* ei cohærentem, conclamatum eſt, cum, depoſito officio, dignitas vtplurimum conſeruetur, et ita, ſi ſententia contraria fundata foret, ſalarium adhuc, depoſito officio, deberetur, cum eius cauſa, *dignitas* ſcilicet, haud amittatur, quod tamen ne diſſentientes quidem aſſerere audent. Poteſt præterea etiam contingere, vt quis ad officium aliquod ex locis remotis vocetur, et poſt diuturnum demum interuallum illud ſuſcipiat, quo caſu ſalarii emolumenta ipſe interim petere poſſet, ſi ſententia adducta vera eſſet, quod tamen aſſeri nequit, niſi aliter in literis vocationis cautum fuerit. conf. IACOBVS DE NIGRIS *ad c. l. 4. n. 34.*

§. CCLXXV. Alii, quos ſequitur IACOBVS GOTHOFREDVS *de ſalar. c. XI. §. 2.* diſtinguunt inter titulum *oneroſum* et *lucrativum.* *Vbi de officiis emtis*, ait GOTHOFREDVS, *quorum commercium eſt, agitur, ſtatim a die emtionis vel reſignationis ſalarium cedit iure dominii, non aliter, quam fructus et reditus naturales rem reique dominum ſequuntur.* Reſpicit AVCTOR ſine dubio ad mores Galliæ, quibus venditio munerum publicorum probata, et quia in genere, facta venditione, commoda ſequuntur emtorem, admitti poteſt hæc ſententia, præſertim cum non appareat ratio, quare hic caſus a regula excipiendus ſit. Interim in foris noſtris ſi *militaria*, *præbendas* et *canonicatus* excipias, non tam frequenter officia hoc titulo acquiruntur, adeoque ad alterum caſum primario reſpiciendum eſt, quo, iuxta ſententiam GOTHOFREDI, ſalarii dies tantum cedit a tempore *receptionis officii*, quia *beneficium datur pro-*

Scilicet vel a die emtionis in venditis officiis; vel a die ſuſcepti muneris gratis collati.

Digitized by Google

propter officium, et commoda officii habentur ratione administrationis. Accurate congruit hæc sententia cum iis, quæ antea sunt dicta, cui declarationis gratia addendum censeo, incipere salarium deberi a tempore suscepti officii, non quoad integrum annum, sed quia *salarium et officium diuisionem recipiunt*, pro rata temporis, quo officio fungitur salariarius, vnde *æquum* quoque est, vt salarium per partes præstetur, prout hodie fieri solet. GOTHOFREDVS *de salar. c. XII. §. 4.*

Diuisio lucrorum et commodorum in duodecim partes commendatur,

§. CCLXXVI. Quæ cum ita sint, nihil tam naturale est, quam vt commoda et lucra totius anni in *duodecim partes* pro numero mensium distribuantur, et quot mensibus ex vltimo anno officium *beneficiarius* seu *salariarius* gessit, tot etiam partes salarii accipiat. Vtpote si quis circa initium mensis Augusti officium suscepit, et d. 27. Februarii decedit, *septem partes* salarii, in duodecim partes diuisi, iure suo petunt heredes; vel si solutio eius in singulos anni quadrantes est diuisa, pro rata illius quadrantis promeritum salarium præstandum est. Interim, quod æquitas suadet, non adeo subtiliter inquirendum esse iudico, vtrum in *fine* an *medio mensis* decesserit salariarius, cum officiorum non sit vna eademque ratio, et contingere queat, vt laborem istius anni vel quadrantis quoad maximam partem absoluerit, hincque *diuisio* quædam *arithmetica* non adeo commode hic institui queat, quod etiam olim censuere ICti in diuisione fructuum prædii dotalis vltimi anni, diuidendorum inter heredes mariti et vxorem, in *l. 7. D. solut. matrim.* Imo si ante mortem labor integer istius quadrantis iam esset præstitus, sine dubio quoque integrum salarium istius quadrantis præstandum foret. Sunt capitula, in quibus residentia ad aliquot hebdomadas est restricta: sunt quædam iudicia, quæ tantum sub initium cuiuscunque anni quadrantis ad quatuor hebdomadas aperiuntur, postmodum clausa sunt; si itaque assessores huius iudicii operam suam istius quadrantis præstitere, integrum quoque salarium istius *quadrantis* heredibus debetur, si vel maxime statim, postquam dies iuridici exierunt, decesserint, et adhuc duo menses istius quadrantis supersint.

Quod declaratur.

Quomodo fructus vltimi anni diuidantur, qui certo anni tempore percipiuntur.

§. CCLXXVII. Maior difficultas emergit in *diuisione fructuum vltimi anni*, qui demum *certo anni tempore* percipiuntur, vt contingit in *beneficiis ecclesiasticis*, quorum reditus vtplurimum in decimis, pensionibus, vel fructibus prædiorum consistunt. Hoc expeditum est, in his non esse respiciendum ad *messem*, vtrum ante an post illam salariarius decesserit? cum reditus hi non debeantur *absolute*, sed *intuitu ministerii*, quod salariarius præstitit, quo casu *pro rata* eius diuisio instituenda, vt optime

Digitized by Google

me docet Dn. COCCEIVS *diss. de iure semin. sect. III. §. 24. sq.* Hoc etiam ICti Romani, ductu naturalis rationis, statuendum esse censuere in reditibus vltimi anni *prædii dotalis*, cum maritus in matrimonio fructus percipiat pro onere matrimonii, *l. 7. D. solut. matrim.* Proinde, meo quidem iudicio, (omissis accidentalibus seu sportulis, quippe quæ pro *singulis ministeriis* debentur, et sic præstito ministerio statim percipiuntur) reditus hi, certo tempore percipiendi, per vniuersum anni spatium coaceruandi et computandi, siue ante, siue post mortem beneficiarii dies eorum venerit, et coaceruatione hac facta, statuendum, quantum heredibus defuncti vel ex futura vel ex iam facta messe debeatur? Cum enim hi fructus in vicem *salarii* cedant, eadem quoque ratio in his habenda, quæ est *salarii*, in *pecunia numerata*, consistentis, habita impensarum in messem factarum ratione.

§. CCLXXVIII. Forsan tamen dubitari posset, quodnam anni hoc in casu dandum sit *initium*, an ex quo officium suscepit, an vero illud, quod natura prædiis fertilibus præstituisse videtur, qualis creditur esse *terminus Michaelis?* Annus enim quoad *prædia rustica* fertilia aliter vulgo computari solet, aliter quoad alia negotia. Ibi annum incipiendum esse volunt a Septembri, vt in Augusto terminetur, *propterea quod*, vt ait CARPZOVIVS *lib. I. iurispr. consist. def. 197. n. 2. hoc tempore, omnibus pene totius anni fructibus perceptis, ager de nouo in annum futurum coli incipiatur*, quod etiam defendere solent feudistæ *ad 2. feud. 28. c. 1.* Si ergo hæc computatio anni *naturalis* est, ex conditione ipsius rei desumta, vix certior terminus meliorque computandi anni ratio dari poterit, vt putat CARPZOV. *cit. l. n. 3.* Ab hac computatione diuersa est, quando anni initium simpliciter ponitur a *tempore suscepti officii*, quæ computatio itidem ratione naturali non destituitur, eamque olim Romani secuti esse videntur in *l. 7. D. solut. matrim.* Cum enim ab hoc tempore dies lucrorum, in vicem beneficiis assignatorum, cedere incipiat, a recta ratione non abhorret, etiam ab hoc tempore anni initium statuere, et computationem fructuum ab hoc termino instituere. Vt diuersitas huius computationis eo euidentior sit, res declaranda erit exemplo. Ponamus, *d. 1. Martii* pastorem ecclesiasticum suscepisse munus, et circa *finem Augusti* decessisse; quæstio enascitur, quantum ex reditibus prædiorum ad *deseruitum annum* pertineat? Si initium anni incipiendum esse ais a *festo Michaelis*, pene omnes fructus vltimi anni heredibus attribuendi sunt, excepta tamen duodecima eorum parte, qua fere vltimus annus expletus est ante mortem pastoris. Si vero a *tempore suscepti munes-*

Dubia circa computationem anni, quando fructus ex prædiis rusticis debentur, vtrum initium eius a Septembri mense inchoandum? an simpliciter a tempore suscepti officii?

Ratio vtriusque diuersa computandi ostenditur.

Digitized by Google

ris anni initium computabis, initium anni erit menſis Martii, et finis eius in Februario collocari debet. Proinde cum tantum per ſex menſes *vltimi anni* in adducto caſu vixerit, tantum *dimidia* redituum fructuumque anno deſeruito aſſignanda erit.

Quænam computatio magis ſit naturalis. Poſterior ex multis argumentis præferenda.

§. CCLXXIX. Cum ergo ratio computandi vtroque caſu diuerſiſſima ſit, et vtraque *ratione* quadam *naturali* nitatur, videndum paucis, quænam *magis naturalis* dicenda, quæque ſequenda ſit, ſi *ordinationes eccleſiaſticæ* deficiunt? Poſteriorem computationem præferendam eſſe cenſeo, quia (1) ita comparata eſt, vt quibuscunque reditibus et lucris diuidendis recte inſeruire queat. Prior tantum applicari poteſt ad fructus *prædiorum ruſticorum*, præter quos hodie vtplurimum alia lucra certo tempore beneficiario præſtanda ſunt, præſertim in pagis, in quibus quorundam dies venit *die Luciæ* aut *Martini*, quorundam *feſto trium regum*, quorundam tempore *paſchatos*, et ita porro. Quod ſi itaque pro termino computationis *feſtum Michaelis* aſſumendum eſſe cenſemus, aliter annus computandus in fructibus agrorum, aliter in ceteris lucris: quæ diuerſitas difficultate non caret. (2) Accedit, quod ne quidem *tempore Michaelis* omnes prædiorum ruſticorum fructus collecti ſint, ſed quidam adhuc poſt illud colligantur, vti vel ex *vindemia* conſtat. (3) Nec ratio computandi certa hic conſtituitur, dum feudiſtæ anni initium in auſpicio, alii in fine Septembris collocent, alii forſan ad *finem Octobris* recurrendum eſſe iudicare optimo iure poſſint, propter vindemiam, quæ eo menſe adhuc inſtat. Denique (4) poſterior computatio eo certior eſt, quod in ea habeatur ratio *geſti muneris* et *ſuſcepti miniſterii*, propter quod lucra hæc debentur, adeoque, deficientibus aliis legibus prouincialibus, merito adſumenda ſit.

In plurimis capitulis certi termini ſunt conſtituti, quibus fructus deſeruiti ſunt.

§. CCLXXX. Quamuis vero *iuri communi* et *praxi eccleſiarum* proteſtantium hæc doctrina ſatis conformis ſit, animaduerti tamen, in plurimis capitulis Germaniæ ſtatutis *certum terminum* eſſe conſtitutum, ita vt, qui hunc ſuperuixit, reditus deſeruiſſe dicatur, forſan ideo, quod hoc termino *reſidentia*, propter quam fructus percipiuntur, plene abſoluta ſit. Huīc conſequens eſt, vt, qui terminum hunc *criticum*, quem ſtatuta determinant, ſuperuixit, reditus eiusdem ad heredes ſuos transmittat, titulo *anni deſeruiti*. Initium anni variat, plerumque autem *is terminus* illi præfigitur, quo *reſidentiam* auſpicari quotannis debeat, cum propter eam, vel potius propter officium ſacrum, ob quod reſidentia exigitur, reditus præbendales iis ſint aſſignati, quod exemplis quibusdam declarabo.

§. CCLXXXI.

Digitized by Google

§. CCLXXXI. Sic in *ſtatutis Suſatenſibus* ita cautum eſt: *Et quia immemorabili tempore citra et vltra ſemper in eccleſia noſtra obſeruatum fuit, deinceps etiam obſeruabitur, quod canonicus præbendatus et emancipatus et in perceptione fructuum ſuorum canonicatus et præbendæ exiſtens, dummodo non ſit ſuſpenſus, ſi moriatur poſt feſtum S. Margarethæ* (h. e. *d. 13. Iul.*) *quo conſueuerunt fructus præbendarum huiusmodi deſeruiri*, (en rationem termini huius critici,) *habeat tres, ſi vero antea moriatur, duos duntaxat habeat annos gratiæ, et illis finitis, capitulum et eccleſia habeat duos alios in canonicatu et præbenda prædictis, et ſi huiusmodi canonicus emancipatus et reſidens atque in perceptione omnium reſiduorum ac etiam graduum (ſi modo de iisdem ſit prouiſus) exiſtens, diem S. Margarethæ ſuperuixit, ipſa etiam reſidua iſtius anni abſque vlla contradictione habeat, et interim canonicus nouus dicti defuncti præbendam aſſecutus, a fructuum perceptione expectare teneatur, nec ante illorum lapſum poſſit quo modo emancipari.* Illuſtrari hoc ipſum vlterius poteſt per ſententiam illuſtr. Facultat. iurid. huius loci *menſe Nou.* 1605. latæ, huius tenoris: Statutorum Suſatenſium terminus.

Jn Sachen N. N. Klägers an einem, N. N. Beklagten andern Theils, erkennen V. G. G. Friedrich, König in Preuſſen ꝛc. auf vorgehabten Rath der Rechts-Gelehrten vor Recht: Quod illuſtratur reſponſo.

Daß Kläger dasjenige, ſo ihm zu beweiſen obgelegen, und Er ſich angemaſſet, zur Nothdurfft erwieſen, dannenhero Beklagter die nach N. N. Tode verfallene Decanat-Renthen von einem Jahre, als anno deſeruito, Klägern abfolgen zu laſſen ſchuldig, es werden auch Klägern, ſo viel das beſagtem Decano zugehörige Canonicat betrifft, nebſt dem anno deſeruito die in denen Statuten geordnete zwey Nach-Jahre billig gegönnet. V. R. W.

Rationes decidendi.

Ob wohl, ſo viel die Decanat-Renthen, und den von Klägern prætendirten annum deſeruitum betrifft, ihme Klägern in actis commiſſionis fol. 11. auferleget worden, daß er die angezogene Obſeruantz, daß nemlich ein Decanus, welcher diem Margarethæ erlebet, annum deſervitum habe, und die Renthen auf ſeine Erben transferire, gehörig erweiſen ſolle, Kläger aber die desfalls vom Anfang vorgeſchlagene Zeugen hernach nicht abhören laſſen, und es dahero ſcheinen möchte, daß Er das fundamentum actionis nicht erwieſen, hiernächſt Beklagter wegen des Canonicats und dahin gehörigen anni deſeruiti et annorum gra-

tiæ anführet, daß der verſtorbene Decanus N. N. die reſidentiam iuxta ſtatuta nicht gehalten, und er alſo aller emolumentorum ſo wohl vor ſich, als ſeinen heredem, den jetzigen Kläger, ſich verluſtig gemacht habe.

Dennoch aber und dieweil quoad annum decanatus deſeruitum der fol. 17. in act. commiſſ. befindliche Extract. *ſtatutorum Suſatenſium* wahr beſaget, quod quilibet canonicus emancipatus, præbendatus et in perceptione fructuum ſuorum exiſtens, ſi moriatur in feſto Margarethæ, vel poſtea, tres annos gratiæ (quorum primus deſeruitus eſt) habere debeat, und dann dahero noch in art. 41. diſponiret wird, quod nulla dignitas annos gratiæ habere debeat, eo ipſo ſich zu Tage leget, quod exceptio in dignitatibus ſit quoad ſolos annos gratiæ, diſpoſitio generalis præcedens autem quoad annum deſeruitum ad omnes indiſtincte pertineat, wie denn, was die Diſtinction inter annos gratiæ et annum deſeruitum betrifft, und daß ſolche gegründet, die Partheyen in actis einerley Meynung ſind, wozu kommet, daß Kläger durch die in actis, ſonderlich fol. 13. b. ſqq. befindliche atteſtata dargethan, daß auch in andern benachbarten Stiftern derer Decanorum Erben annus deſeruitus gelaſſen werde, daher denn, wie die Umſtände geben, auch in denen zwiſchen dem verſtorbenen Decano N. N. und jetzigen Beklagten, vormahls aufgerichteten Vergleich fol. act. 5. eben zu dem Ende des termini Margarethæ gedacht worden, und das atteſtatum fol. 32. b. beſaget, daß nach des vormaligen Decani von N. Abſterben der Pachter deſſen Schweſtern den Pacht bezahlet habe, weshalb die Anfangs vorgeſchlagene Zeugen abhören zu laſſen, um ſo viel weniger nöthig geweſen, da Beklagter fol. 44. b. ſelbſt anführet, daß keiner derſelben das Abſterben eines Decani vorhin erlebet, und alſo auch von dem anno deſeruito keiner einige gegründete Nachricht geben könne. Hiernächſt quoad reditus canonicatus et annos gratiæ Kläger durch das atteſtatum num. act. 6. lit G. beygebracht hat, daß der verſtorbene Decanus N. N. in denen letztern Jahren faſt immer mit allerhand Leibes-Gebrechen behaftet geweſen, und aber aus denen Rechten bekant iſt, quod iuſtum impedimentum, vt morbus et aduerſa valetudo, a reſidendo excuſet:

C. 10. in f. X. de cleric. non reſident.

C. 1. X. de cleric. ægrot.

Zu geſchweigen, daß S. Churfürſtl. Durchl. zu Brandenburg, Friedrich Wilhelm, Glorwürdigſten Andenckens laut fol. act. 110. b. bereits Ao. 1669. dießfals gnädigſt und ohne reſtriction ad certum tempus diſpenſiret;

So iſt dergeſtalt zu erkennen geweſen.

§. CCLXXXII.

§. CCLXXXII. In aliis capitulis (2) *vigilia St. Iacobi terminum eriticum* conſtituunt, adeo, vt ſi primum tantum campanæ pulſum ægrotans adhuc audiuerit, annus pro *deſeruito* habendus ſit, ad eum effectum, vt reditus integri anni ad heredes ſuos transmittat. Hunc morem ſeruant *eccleſiæ cathedralis et collegiatæ Halberſtadienſes*, vti noto notius eſt, adeo, vt ſi capitularis vel canonicus poſt primum campanæ pulſum in vigilia St. Iacobi (quod vocant, wenn er den Adam, vti campana dicitur, noch gehöret hat) mox moriatur, heredibus eius integri anni fructus obueniant. Similiter in eccleſiis cathedrali et collegiatis *epiſcopatus Hildeſienſis* eundem obſeruari morem, ex actis, quondam ad facultatem transmiſſis obſeruaui, vnde ſequentia teſtimonia huc transferre libet. Primum ſunt ſimpliciter litteræ teſtimoniales huius tenoris:

Alibi terminus anni deſeruiti eſt dies Iacobi, vt in eccleſiis Halberſtadienſibus,

et Hildeſienſibus

Hoch-Würdige,

Auf Euer Hochw. an mir abgethane ſchriftliche Anfrage berichte mit wenigen zuverläßig, daß bey hieſigen Collegiat-Kirchen desjenigen prælati, ſiue canonici, welcher horam duodecimam feſti S. Iacobi überlebet, alle die ordinarii reditus ceu fructus, præſertim in frumentis conſiſtentes, deren Zahlung um Martini allererſt zu geſchehen pflegt, ob derſelbe ſchon ante dictum feſtum S. Martini ſtirbt, gleichwohl die Erben genieſſen, und ſehe auch nicht, aus was Urſachen ſothane fructus ihnen könten vorenthalten werden, die der defunctus alhier in termino S. Iacobi, wie daſelbſt in termino S. Margarethæ, bey Lebzeiten bereits iure acquiriret hat. Man hat alhier caſum præſentem, dieweil unſer Herr Probſt von der S. leider den 16. Octobris nechſthin verſtorben iſt, deſſen Erbgenehmen hieſiges Capitulum das ordinarium præpoſituræ in frugibus circa hoc tempus ſoluendis conſiſtens nicht vorenthalten wird noch kan, und ſehe nicht, was jetzigem Herrn Dechanten von Ss. helfen kan, quod fuerit confirmatus coadiutor ante feſtum S. Margarethæ et futurus ſucceſſor, quia hæc regia confirmatio non tribuit ius ad reditus decanales iam alteri in viuis iure ceſſos, ſed ad cedendos a tempore mortis defuncti Dni. Decani, id eſt, in termino proximo S. Margarethæ. Dieſes iſt meine geringſchätzige ohnmaßgebliche Erinnerung, und glaube, daß bey hieſigem hohen Stift durchgehends bey allen ſo Cathedral- als Collegiat-

Quod per documentum illuſtratur.

Digitized by Google

Kirchen also auch gehalten werde, womit denn nechst Empfehlung GOttes beständig verharre

Ew. Hoch-Würden

Dienst-ergebenster
Diener
N. N.

§. CCLXXXIII. Secundum documentum est attestatum ecclesiæ collegiatæ S. Mauritii huius tenoris:

Alterum documentum de praxi Hildesiensi.

Nachdemmahlen Seine Hochwürden Herr von N. hiesiger hohen Dohm-Kirchen zu Hildesheim Canonicus Capitularis et Cellerarius, qua testamentarius seines Brudern sel. weyland des Hochwürdigen und Hochwohlgebohrnen Herrn, Herrn N. von N. Gottseligen Andenckens, obwohlgemeldter hohen Dohm-Kirchen resp. gewesenen Canonici Capitularis Senioris, Drosten zu Peine und Dechanten zu Soeß ꝛc. bey dem Collegiat-Stift Sti Mauritii prope et extra muros ciuitatis Hildesheimiensis um ein beglaubtes Attestatum, (wie es nach besagtem Stifts zeitlicher Herr Dechanten Tode wegen der Nach-Jahre und gebührenden intraden gehalten würde) Ansuchung gethan; Als wird hiemit attestiret, daß dem zeitlichen Herrn Decano de præbenda canonicali prouiso (daferne Er primas vesperas sancti Iacobi überlebet) demselben ex vera observantia, denen Kirchen-Statutis gemäß, die fructus decanales ac præbendales cum an- et connexis, hiesiges Orts *Obedientien* genant, saluis tamen ministrationibus von zwey Jahren, als von dem, darin er gestorben, und darauf nechst folgenden Jahre ohndisputirlich gereichet und abgefolget werden. Dessen zu Urkund ist gegenwärtiges Attestatum mit obgedachtem Collegiats-Stifts Sancti Mauritii gewöhnlichem Insiegel wissentlich bedrucket und unterschrieben worden. So geschehen aufm Berg-Flecken vor Hildesheim den 29. Ianuarii 1703.

Ex mandato Dominorum,

N. N. Voigt
daselbst.

§. CCLXXXIV. Denique addo enim attestatum capituli ecclesiæ collegiatæ S. Crucis, quod ita se habet:

Wir

Digitized by Google

Praxis capituli ecclesiæ S. Crucis Hildesienſis.

Wir Decanus, Senior, Scholaſticus und ſämtliche Capitulares der Collegiat-Stift-Kirchen zum heiligen Creutz binnen Hildesheim urkunden und bekennen hiemit: Demnach der Hoch-Würdig- und Hochwohlgebohrne Herr N. N. von N. hieſiger hohen Thum-Kirchen zu Hildesheim Canonicus Capitularis und Cellerarius, als teſtamentarius ſeines Bruders, weyland des Hoch-Würdigen und Hochwohlgebohrnen Herrn N. von N. dieſer hohen Thum-Kirchen zu Hildesheim geweſenen Canonici Capitularis und Senioris, wie auch Droſten zu Peina, und Dechanten der Archidiaconat weltlichen Stifts-Kirchen zu Soeß, ꝛc. bey uns um ein beglaubtes Atteſtatum (wie es bey unſerer Kirchen nach Abſterben eines Decani oder Canonici mit denen Nach-Jahren und fructibus præbendarum und obedientiarum gehalten und obſeruiret würde) gebührende Anſuchung gethan; So haben wir dieſem geziemenden Suchen um deſto weniger, zu deferiren und Statt zu geben, Bedencken getragen, da es der Billigkeit gantz gemäß iſt, und keinem zum Nachtheil gereichet. Bezeugen demnach und atteſtiren, daß, wenn ein Decanus oder Canonicus unſerer Collegiat-Kirchen primas veſperas S. Iacobi Apoſtoli (als einen in ſtatutis eccleſiæ enthaltenen terminum deſeruitionis) überlebet, der oder dieſelben alsdenn annum deſeruitum und annum gratiæ völlig verdienen und genieſſen, und deren Erben oder teſtamentariis, die von dieſen beyden Jahren percipirende fructus præbendarum et obedientiarum unweigerlich gereichet und abgefolget werden. Urkundlich haben wir dieſes mit unſerm gewöhnlichen Inſiegel bedrucken, und durch unſern Syndicum eigenhändig unterſchreiben laſſen. So geſchehen Hildesheim den 7. Februarii 1703.

N. N.
Capituli S. Crucis
Syndicus.

In eccleſiis Magdeburgenſibus dies Matthæi obſeruatur.

§. CCLXXXV. In *eccleſia cathedrali Magdeburgenſi* anni initium eſt *dies Mauritii*, h e. *d. 21. Sept.* qui deſinit in vigiliis diei antecedentis S. Matthæi, et hunc effectum habet, vt, qui tantum primum pulſum maioris campanæ in vigiliis audiuerit, et mox poſtea deceſſerit, fructus eius anni deſeruiiſſe cenſeatur, vti patet ex Dn. BERGERI *reſponſo 9. P. I.* Generatim hic notandum, vigilias diei præcedentis finem anni et initium diei ſequentis conſtituere, quia *dies feriatæ* hiſce terminis præfinitæ ſunt, quæ de

Digitized by Google

de iure canonico a *veſpera* ad *veſperam*, computantur, *c. 1. et 2. X. de feriis.* *Veſpera* autem a *vigiliis*, olim veſpertino tempore auſpicatis, incipit.

Alibi ad diem Michaelis vel Walpurgis reſpicitur.

§. CCLXXXVI. Porro in *epiſcopatu Miſnenſi* ſunt duo termini *Michaelis* et *Walpurgis*, ita vt, qui alterutrum horum ſuperuixit, tantum reditus illius termini deſeruiiſſe cenſeatur, cuius illuſtrationis gratia reſponſum Dn. BERGERI *cit.* hic adferre lubet, quod etiam eccleſiæ Magdeburgenſis morem illuſtrat:

Wenn ihr nun gleich, zu eurem und derer übrigen Intereſſenten Behuff, vorzuwenden hättet, daß, nach Anleitung der gemeinen Käyſerlichen Rechte, und bewährter Rechts-Lehrer einhelligen Schlüſſe, im Fall ein Bedienter auch im Anfang des Jahres verſtirbet, nicht minder das vollſtändige jährliche ſalarium für verdienet geachtet, und auf die nachgelaſſenen nächſten Erben durch Erbgangs-Recht verfället werde, ingleichen, ſolchem gemäß, die *Primat*- und Ertz-Biſchöffliche Kirche zu Magdeburg, nach deren *ſtylo* ſo wohl als anderer Ertz-Stifter in Teutſchland die übrigen in zweiffelhaftigen Fällen ſich zu *conformiren* pflegen, Inhalts des ertheilten *atteſtats fol. 4.* geordnet, welchergeſtalt, da ein *Canonicus* daſelbſt am Tage *Matthæi* nach beſchehenen Schlag der gröſten Glocken, gleich alſofort verſtürbe, jedennoch deſſelben Erben des folgenden, und am nechſt kommenden Tage *Mauritii* angehenden Jahrs Einkünffte völlig gefolget werden ſollen, welches dann um ſo viel deſtomehr alhier ſtatt finden müſte, indem gedachter maſſen euer Bruder nicht Anfangs des Jahres, ſondern erſt 14 Tage vor Endigung deſſen, und da intra trigeſimum das ſtreitige Zinß-Getreydig fällig worden, Todes verblichen, wannenhero es auch der natürlichen Billigkeit zuwider ſchiene, daferne dasjenige, ſo die Rechte dißfalls aus vernünfftigen Urſachen denen Erben zu gute, auch im Fall des bloß erlebeten und angetretenen Jahres geordnet, bey ſo geſtalten Sachen, und da oft gedachter euer Bruder ſolches faſt gar vollendet, und das hiervon gehörige Einkommen verdienet, aus denen Augen geſetzet werden ſolte, in mehrerer Erwägung, wie durch die vorhin angemerckte Zulaſſung des Capituli, und, nachdem daſſelbige bey Einbringung des Getreydes euch weder Einhalt gethan, noch ſonſten widerſprochen, ihr ein beſtändiges Befugniß, woraus hinwieder ohne Verſchuldung ihr nicht zu ſetzen, erlan-

langet zu haben vermeynet, hierüber und letzlich auch allenfalls auf die Churfürstl. Sächs. sechzehende Constitution des dritten Theils ein Absehen zu richten wäre, Kraft welcher bey denen Zinsen, so auf eine gewisse Zeit zu fallen pflegen, die Eintheilung pro rata temporis zu machen.

Dennoch aber und dieweil, nach Ausweisung des fol. 8. befindlichen Extracts, unter andern ein Stiftisches Statutum vorhanden, vermittelst dessen in gegenwärtigem Fall deutlich denen Käyserlichen so wohl als Churfürstl. Sächs. Rechten derogiret, und versehen worden, daß, im Fall ein Dechant oder anderer Canonicus einen dieser beyden Terminen, als Michaelis und Walpurgis, überleben würde, so dann desselben Erben der Einkünfte desjenigen Termins allein, welchen der verstorbene zurück geleget, sich zu erfreuen haben sollen, bey welcher Bewandniß denn solch Statutum weder, Eurer Meynung nach, auf die halbe Jahres-Begnadigung, so ohne diß, als ein ius singulare ad prælaturas füglich nicht gezogen werden mag, noch bloß von Ausschliessung des angefangenen Jahres sich deuten lässet, immassen auch auf obige Rechte, ingleichen der Primat- und Ertz-Bischöfflichen Kirchen zu Magdeburg (da zumahlen von derselbigen das hohe Stifft Meissen nicht dependiret) Statutum ihr mit Fug euch nicht zu beziehen, noch damit zu behelffen habt, daß, ungeacht in Churfürstl. Sächsisch. Landen der Pfarrer Wittwen und Erben wegen des Ihnen gegönneten halben Gnaden-Jahrs, das Pfarrliche Einkommen, bloß pro rata temporis und so lange der Pfarrer dem Predigt-Dienst vorgestanden, gefolget wird, gleichwohl, wann derselbe im Monath Augusto mit Tode abgegangen, die Einkünffte des darauf folgenden Termini Michaelis nebst denen übrigen hierzu gehörigen, auf Wittwen und Erben bringe, gestalt obiges hinwiederum, vermöge des 41. General-Articuls, hierüber in facto sich allhier ereignet, daß Euch und denen übrigen Mit-Erben, nicht des ganzen Jahres Einkommen, massen Inhalts der vom Capitulo ertheilten Resolution fol. 5. das an Walpurgis gefällige euer Bruder selbsten eingehoben, sondern allein nach Anleitung des oft angeführten Statuti, die Michaelis betagten Intraden entzogen worden, in Erwägung dessen dann ihr um so viel destoweniger einiger Unbilligkeit hierunter euch zu beschwehren, endlich auch was ohne Einhalt und contradiction eines und des andern Capitularis, von euch geschehen, zu Behauptung des petitorii, zumahlen nach Gelegenheit dißfalls und wider ein gantz Capitulum nicht zulänglich ist.

So erſcheinet dannenhero ſo viel, daß, im Fall auch gleich, eurem Anziehen nach, diß Statutum anietzo hinwiederum geändert, und nach dem Magdeburgiſchen eingerichtet wäre, jedennoch, in Anſehung, wie dergleichen Veränderungen ohne ausgedruckte diſpoſition auf vergangene Fälle nicht zu ziehen, ihr ſamt denen übrigen Erben der ſtreitigen und Michaelis 1694. fälligen Dechaney Einkünffte mit Beſtande Rechtens euch anzumaſſen nicht befugt. V. R. W.

Anni deſerviti ratio in eccleſia M.gdeb.

§. CCLXXXVII. Qualis vero hodie ſit ratio *anni deſeruiti* in *eccleſia cathedrali Magdeburgenſi*, potiſſimum ex pacto, anno 1671. inito, quodque capitulares recipiendi agnoſcere tenentur, liquet, quod huius tenoris eſt:

Zu wiſſen, daß zwiſchen Endesbenannte Herren Eines Hoch-Würdigen Dohm Capituls wegen des anni deſeruiti und gratiæ nachſtehende Abrede genommen, und ſelbige in dieſen verbindlichen Vergleich gebracht worden.

1. Wenn ein oder ander unter ihnen zu ſolcher Zeit, e. g. anno 1671. mit Tode abgehen ſolte, da Er ſeine von Mauritii 1670. angefangene Reſidenz noch nicht compliret, und alſo annum deſeruitum zurück geleget hätte, daß dennoch deſſen hinterbliebene Frau Wittwe und Leibes-Erben die portion von dem Getreydig Erndte 1671. und Geld-Einnahme Oculi 1672. incluſiue, von denen Dohm-Capitulariſchen Auffünften, ſo dem Verſtorbenen, wenn Er annum deſeruitum hätte, gebühret, (darunter auch die von denen prælaturen, obedientien und anderen dignitäten gefällige revenuen mit zu verſtehen) von der Endes benannten überlebenden Herren paciſcenten contingent pro rata, nebſt den revenuen ratione anni gratiæ von der Erndte 1672. und Geld-Einnahme 1673. incluſiue ſoll abgefolget werden.

2. Hätte er aber *annum reſidentiæ*, ſo ſich *exempli gratia Mauritii* 1670. angefangen, *tempore mortis* völlig *deſeruiret*, ſo ſoll ſeiner hinterlaſſenen Frau Wittwe und Leibes-Erben *vltra annum hunc, e. g. 1671. deſeruitum et annum, e. g. 1672. gratiæ*, als welche beyde ohnedem in Krafft der *Statuten*, (zumahl aber den Herren, ſo prælaturen, obedientien und dignitäten beſitzen, allemahl, wenn annus deſeruiret worden, den pulſum campanæ maioris in die Matthæi gehöret, hernach aber ohne complirung der folgenden Jahrs-Reſidentz mit Tode abgangen, bedeuteter prælaturen, obedientien und dignitäten behörige des folgenden Jahrs betagte revenuen abgefolget werden, und daher

Digitized by Google

daher auch bey dieſer Bewandniß, wenn der Tag Matthiæ nicht erlebet worden, nicht minder deren zweyjährige gefällige Einkünfte als eines anni deſeruiti, und eines anni gratiæ wegen, völlig denen Witwen oder Kindern zu laſſen ſeyn) Jhnen gebühren die Dom-*Capitulari*ſche Auffkünffte der *præbende* (darunter aber ſolchenfalls der prælaturen, obedientien und dignitäten revenuen nicht mit zu verſtehen, ſondern ſolchen dritten Jahrs halber denen Herren, ſo per optionem, oder ſonſten ſolche zukommen würden, deren bedeuteten prælaturen, obedientien und dignitäten Nutzungen und Einkünffte gelaſſen werden ſollen) an der Korn-Erndte *de anno 1673.* und bis *Oculi 1674. incluſiue* betagten Geld-Einnahme, und von dem darauf folgenden dritten Jahre gegeben werden, maſſen auch der künftigen Jahre wegen, da ein oder andere Herren mit Tode nach GOttes Willen abgehen würden, es ſolcher geſtalt ferner, wie bedeutet, gehalten und extendiret werden kan und ſoll.

3. Welches denn drittens erfolgen ſoll, es ſey, daß der Verſtorbene Wittwe und Kinder zuſammen, oder reſpectiue allein hinterlaſſen würde. Auf collateraliſche oder auswärtige Teſtaments-Erben aber ſoll dieſer Vergleich nicht extendiret werden. Geſchehen bey dem General-Capitul. Oculi den 5. April. 1671.

§. CCLXXXVIII. Hæc eſt ratio et conditio *anni deſeruiti*, h. e. reditvum vltimi anni pro rata laborum promeritorum. Hoc anno præterlapſo, *annus gratiæ* deberi incipit; verum iam ſupra obſeruaui, vtplurimum hunc ſubſtitui in locum *anni carentiæ*, et ſic magis pro *deſeruito* et *promerito* habendum eſſe, qui ad *ſecundam claſſem* ſecundum ea, quæ §. *CCXIV. ſeqq.* dixi, pertinet. Tales quoque eſſe *annos gratiæ* cenſeo, quorum ſupra §. *CCLXXXI.* ex *ſtatutis Suſatenſibus* mentio eſt iniecta, quia diſertis ſubiicitur verbis, neo-canonicum tamdiu reditibus carere debere, donec anni hi fuerint finiti, adeoque heredibus indiſtincte, ni fallor, debentur. Eiusmodi farinæ ſunt illi *annigratiæ*, quorum mentio facta eſt in §. *CCLXXXII.* in pacto de anno 1671. quamuis ab iis expreſſe *collaterales* fuerint excluſi, quod ni factum fuiſſet, ſine dubio admiſſi quoque fuiſſent. Addo etiam hoc, quodſi duorum vel trium annorum reditus *viduæ* et *heredibus* aſſignati fuerint, hoc *in dubio* ita accipiendum eſſe, vt vnus titulo *gratiæ* viduæ, reliqui duo anni titulo *deſeruiti* heredibus debeantur, propterea, quod per aliquot annos reditibus defunctus carere debuerit. Ante omnia tamen conſuetudo et ſtatuta capitulorum in-

Poſt annum deſeruitum incipit gratiæ annus.

Quo nomine ſæpe illi veniunt, qui in locum annorum carentiæ ſubſtituuntur?

Digitized by Google

ſpicienda, quæ contra rationes iuris non raro quid inducunt: interim ſi dubium incidit, ſecundum ea, quæ attuli, interpretatio facienda erit.

In terris proteſtantium annus gratiæ in fauorem liberorum et viduæ introductus.

§. CCLXXXIX. Denique in tertia claſſe reſeruaui reditus *anni gratiæ* ſtricte dicti, quorum rationem et originem quoad *capitula* iam ſupra dedi. In *eccleſiis proteſtantium* annus gratiæ in fauorem *viduæ et liberorum* potiſſimum introductus, cum miniſtrorum eccleſiæ reditus non adeo ſoleant eſſe pingues, vt *viduæ* et *liberis* ſuis ſufficienter poſt mortem ſuam proſpicere poſſint, inde *humanitatis intuitu* hoc lucrum adhuc iis indulgetur. CARPZOV. *lib. I. iurispr. conſiſt. def. 183. n. 1.* Atque hæc lucra proprie *gratiam* continent, cum neutiquam intuitu *anni carentiæ* his, quibus debentur, aſſignentur. Inde in plurimis locis receptum eſt, vt tam diu vacet eccleſia, quam diu annus gratiæ durat, et interim eccleſia vacans vicinorum fiduciæ committatur, vel ſi plures in eccleſia adſunt paſtores, hi interim defuncti vices obire teneantur, quod tamen multa incommoda parit, ceu obſeruaui in *iure paroch. ſect. VIII. c. 1. §. 19.*

An liberi emancipati admittantur ad annum gratiæ?

§. CCXC. Debentur hæc *lucra gratioſa* viduæ et liberis: ſed quibus, an etiam *elocatis emancipatisque?* an vero tantùm iis, qui *in familia patris* adhuc fuerunt? Ratio iuris ſine dubio his tantum illa tribuit, quia non iure *hereditario*, ſed *ſingulari*, et quidem illorum intuitu, qui tali gratia indigent, debentur; in elocatis autem ratio huius *gratiæ* ceſſare videtur. Interim quia plerumque ordinationes eccleſiaſticæ ſimpliciter *liberorum* mentionem faciunt, in praxi creditum fuit, *elocatos* quoque ſub his comprehendi, prout CARPZOV. *lib. I. iurispr. conſiſt. def. 211.* fuſius declarat. Addit, beneficia principis late eſſe explicanda, *l. pen. D. de conſtit. princ.* contra quam regulam peccaretur, ſi ad *non elocatos* reſtringeretur. Vtut vero de praxi non dubitem, rationes tamen, quæ pro elocatis adducuntur, admodum infirmæ ſunt. Vltimam iam reieci, et genuinum eius ſenſum dedi ſupra §. *CCLII.* Prima æque lubrica eſt, cum voces ambiguæ pro ſubſtrata materia et ratione iuris explicandæ ſint, quod agnoviſſe videtur B. STRYK. *in not. ad ius eccl. Brunnem. lib. II. c. 5. §. 15.* Prævaluit tamen hiſce rationibus praxis plerorumque locorum, vt ante aliquot annos pronunciatum fuiſſe memini. Conf. SCHILTER. *lib. I. inſtit. iur. canon tit. 18. §. 26.* Sed in *ordin. Magd. eccl. c. 20. §. 20.* contrarium conſtitutum, et ab his lucris annalibus excluſi diejenigen Kinder, welche bey des Pfarrers Leben zu ihren erwachſenen Jahren kommen und ausgeſtattet worden, oder ſonſt etwas verdienen können, und in Nahrung

An adoptiui? ſitzen, quod rationi iuris congruit. *Adoptiui* liberi tamen merito excludun-

Digitized by Google

duntur, de quibus ſtatuentes cogitaſſe dici nequeunt, vnde in *ordin. Vinar. lib. II. c. 19. n. 13.* diſertis verbis hæc lucra aſſignantur denen von ſeinem Leibe erzeugeten Kindern. Similis eſt ratio *illegitimorum*, qui reſpe- An illegitimi?
ctu patris inter *liberos* non connumerantur, niſi fuerint legitimati. B. STRYK. *diſſ. de ann. grat. c. III. n. 21. ſqq.* Illud alias parum refert, vtrum ex *primo* an *ſecundo matrimonio* nati fuerint, et ita priuigni cum nouerca hæc commoda percipiunt, vt expreſſe cautum eſt in *ordin. Vinar. cit. l.* ohne Unterſcheid, ob dieſelbe aus erſter, anderer oder dritten Ehe entſproſſen, cum omnes *liberorum* numero reſpectu *defuncti* habeantur. In *Coburg. ordinat.* tamen *lib. II. c. 20.* hæc additur limitatio: es wäre An ſeparati?
dann, daß durch eine gäntzliche Abtheilung die Kinder erſter Ehe alberait von dem väterlichen Gut abgeſondert, auf welchem Fall es den andern allein billig verbliebe. Non ergo ſufficit ſola elocatio et ſeparatim inſtituta œconomia, ſed *ſeparatio totalis* quoad bona accedere debet, quæ operatur, vt tales liberi in poſterum *extraneorum* numero habeantur. Proinde vbi talis ſeparatio obtinet, *ſeparatos* ab anno gratiæ excludendos eſſe arbitror, quia numero *liberorum* poſt *ſeparationem* amplius non habentur. Ceterum poſtquam elocati, ſed non plene ſeparati, in praxi admiſſi ſunt, non dubium eſt, admittendos quoque eſſe *nepotes* in lo- An nepotes?
cum defunctorum parentum, vt cenſuit CARPZOV. *cit. l. def. 210.* et expreſſe approbatum eſt in *Vinar. ordin. cit. l.* ibi: ohne Unterſcheid, in welchem gradu lineæ deſcendentis ſie begriffen, qui alias vtplurimum excludi debuiſſent, ſi elocatis ad hæc lucra gratioſa aditus haud pateret.

§. CCXCI. Aſſignantur autem hæc viduæ et liberis *coniunctim*; Quomodo diſed quomodo in caſu *plurium* exiſtentium liberorum diuiſio inſtitui de- viſio inſtituenda, ſi
beat, anceps inter Dd. diſputatio eſt, quod etiam agnoſcit *ordin. Vinar. eccl. cit. l. n. 15.* cum electore Saxon. in *deciſ. 48.* STYPMANNO *de ſalar. cler. c. XI. n. 67. ſeqq.* FINCKELTHAVSIO *de iure patron. c. 6. n. 95. ſqq.* B. STRYKIO *de anno gratiæ c. VI. n. 8. ſqq.* CARPZOVIO *lib. I. iurispr. conſ. def. 212.* SCHILTERO *cit. l. §. 18.* B. TITIO im Teutſchen geiſtlichen Recht *lib. II. c. 7. §. 28.* PHILIPPI *ad deciſ. nouiſſ. 48. obſ. 2.* aliisque. Quæſtio potiſſimum huc redit, vtrum diuiſio horum reditùum fiat *æqualiter* in *capita*? an ſecundum *ſtatutarium ſuccedendi ordinem*, vt eadem pars viduæ aſſignetur, quæ illi in ſtatuto eſt aſſignata, an vero altera dimidia viduæ, altera liberis obuenire debeat? Prima ſententia confirmata eſt Regulariter
per *deciſ. electoralem 48.* eamque præferendam eſſe arbitror, ſi ordina- in capita.
tionum eccleſiaſticarum deeſt determinatio. Dependent hæc lucra annalia ex principis *gratia*, quam erga paſtoris viduam liberosque le-

plures liberi cum vidua concurrunt.

Digitized by Google

gislatores habuerunt *æqualiter*, ergo quoque *æquali iure* inter se frui debent. Generatim illa concedunt der Wittwen und Kindern, non *distribuunt*, non ea *diuidunt*, ergo frustra quæritur, qua ratione præsumantur illa inter liberos diuisisse? quin potius cum *viduæ et liberis* illa *indefinite* ex *mera gratia* donauerint, nec partes singulis assignauerint, *æquales* partes singuli habere debent, vt *secundum capita* distributio instituatur, cum nulla adferri possit ratio, qua ostendatur, maiorem legislatores gessisse curam *viduæ*, quam *liberorum*. Qui ad *ordinem succedendi statutarium* confugiunt, et viduæ illam partem, quæ ex statuto ei debetur, attribuunt, non satis perpendunt, hæc *lucra annalia iure et titulo singulari*, non *iure hereditario* deferri, adeoque ad huius rationem respici non posse. Sunt præterea plures prouinciæ, quibus statutariæ portiones ignorantur, qualem ergo, stante hac hypothesi, partem ibi capiet? Denique qui *dimidiam* horum lucrorum viduæ, alteram liberis vindicant, vnice confugiunt ad vim particulæ ET, indeque inferunt, præsumendum esse, legislatorem modo prædicto illa inter viduam et liberos diuisisse, maxime cum liberorum plerumque in *sensu collectiuo* fiat mentio, hunc habente effectum, vt pro vna habeantur persona. Verum satis fragilis hæc coniectura est, et præterea vel inde improbabilis, quod legislatores his verbis vnice personas *determinent*, quibus hæc lucra concessa sint, *diuisionem* autem nullam inter eas faciant. In *ordinat. Vinar. cit. l.* prior quoque approbata est sententia, si vltra tres non adsint liberi: Da aber 4. 5. oder mehr Kinder vorhanden, so soll die Wittwe ein Kindes-Theil zu voraus haben, und hernach gleichwol mit denen sämtlichen Kindern zu gleichen Theilen gehen. In *ordin. Magdeb. eccl. cit. l.* alia rursus distributio approbata est, daß die Wittwe eine Helffte, die andere Helfte aber die unerzogenen und in des Pfarrers Familie würcklich befindliche Kinder bekommen. Ceterum quæ dicta sunt, merito restringenda sunt ad liberos *primi gradus*: si enim auia concurrit cum nepotibus, parentum defunctorum personam sustinent, nec plus accipiunt, quam parentes eorum accepturi fuissent, si adhuc viverent, prout recte censuere ICti Saxones apud BERGERVM *in supplem. ad proceſſ. matrim. p. 145.* et *deciſ. nouiſſ. 49.* ita declararunt:

Ob nun wol ermeldte Decision nur von Eintheilung in die Häupter handelt, und die perceptio anni gratiæ ex speciali priuilegio et iure singulari gegeben ist, und es also das Ansehen haben möchte, daß diß-falls die successio nicht nach den Erbgangs-Rechten zu urtheilen sey.

Weil es aber gleichwol unbillig, daß die Nepotes, wenn sie mit denen Kindern zugleich concurriren, mehr Recht haben solten als ihr Vater,

ter, wenn er noch am Leben, gehabt hätte, ſie auch insgemein deshalber in ſolchen Fällen an ihres Vaters Stelle zu treten pflegen, und da dieſer caſus in dieſer ſpeciali conceſſione des Gnaden-Jahrs nicht enthalten, nicht abzuſehen, warum man von der generali diſpoſitione iuris in materia ſucceſſionum abweichen ſolte, immaſſen auch CARPZOVIVS *lib. I. iurisp. eccl. def. 210. n. 6.* dahin incliniret, und *n. 10.* ein Reſcript aus E. Churfürſtl. Durchl. Ober-Conſiſtorio gleiches Inhalts allegiret;

So wolten wir auch davor halten, daß in dieſem Falle, wie auch, wenn keine Kinder, ſondern nur Nepotes allein vorhanden, oder mit der Groß-Mutter concurriren, nach der letzten Meynung zu ſprechen ſey, dabey wir zu E. Churfürſtl. Durchl. Hocherleuchteten Bedencken ſtellen, ob ſolch Gnaden-Jahr auch auf dieſes Aſcendentes und Collaterales, und zwar, was bey dieſen letztern abſonderlich Bruder und Schweſter betrifft, ingleichen auch auf die Schul-Diener und derer Hinterlaſſene, weil hierüber wir oft gefraget worden, aber ob defectum diſpoſitionis legis ſolches ihnen aberkannt, zu extendiren ſeyn möchte.

§. CCXCII. Ius hoc in *annalia lucra* ſtatim a *tempore mortis* mariti acquirit vidua, adeoque ſi mox deceſſerit, eam illa ad ſuos heredes transmittere communiter volunt, per tradita CARPZOVII *lib. I. iurispr. conſiſt. def. 216.* quod etiam approbatum in reſponſo *§. CCXVII.* ſupra adducto. Equidem facile hoc admitti poteſt in iis *annis gratiæ*, denen Nach-Jahren, quorum in *ſecunda claſſe* mentionem feci, qui ſcilicet in *annorum carentiæ* compenſationem viduæ attributi ſunt, quia hæc lucra magis *deſeruitis* accenſeri debent, et ius quoddam defuncto iam in iis quæſitum erat. Aſt in illis annalibus lucris, quæ ex *mera* legislatoris *gratia* deſcendunt, diſtinguendum eſſe exiſtimarem, vtrum *vidua* ſola adſit, an vero concurrat cum *liberis?* Hoc caſu, ſi vel vidua vel vnus ex liberis moritur, portio defuncti *accreſcere* debet reliquis, ad inſtar vſusfructus pluribus legati, cuius natura eſt, vt *ius perſonaliſſimum* tribuat, et *morte* exſpiret. Reuera hoc lucrum *gratioſum* eodem modo eſt comparatum, vt *ius perſonaliſſimum* tribuat, cum in *gratiam viduæ* et *liberorum* vnice introductum ſit, et quamuis ad certum tempus reſtrictum ſit, ei tamen ineſt conditio: *ſi vixerit*, quod etiam in vſufructu contingit, ad certum tempus conſtituto, qui quidem tempore elapſo exſpirat: ſi tamen intra illud tempus vſufructuarius deceſſerit, nihil quoad reſiduum tempus ad heredes ſuos transmittit, cum tali legato quoque inſit conditio: *ſi tam diu*

Vtrum annus gratiæ cedat a tempore mortis paſtoris cum effectu transmiſſionis?

Obtinet hic ius accreſcendi.

Digitized by Google

diu vixerit, vt euidenter colligitur ex *l. 12. C. de vſufr.* Nec contrarium colligi poteſt ex *l. 35. D. de vſ. et vſufr. leg.* vbi quidem deciditur, quod is, cui finito vſufructu proprietas eſt legata, illam ante tempus petere nequeat, ſi vel maxime vſufructuarius intra tempus præfinitum deceſſerit; ſed non additur, vſumfructum quoad *reſiduum tempus* tranſire in eius heredes, quin potius conſolidatur interim cum *proprietate*, quæ interim penes *heredem inſtitutum* eſt. Si vero ex iis nemo adeſt, cui *annus gratiæ* datus, ſed *heredes viduæ extranei* ad illum adſpirare nituntur, ex iure defunctæ quæſito, hi merito excluduntur, quia *iura* talia *perſonaliſſima* admittunt quidem *ius accreſcendi* inter eos, quibus *coniunctim* tributa ſunt, non vero in *heredes* tranſeunt. Equidem obiicit CARPZOV. *cit. l. n. 11.* lucrum hoc gratioſum a vidua acceptatum bonis annumerari, conditionem poſt acceptationem fuiſſe impletam, quam lex præſupponit, denique beneficia late eſſe interpretanda. Quis vero imbecillitatem harum rationum non videt? Non omne, quod in bonis eſt, ad heredes tranſit, niſi etiam poſt mortem defuncti duret: quæ *perſonaliſſima* ſunt, *ſua natura* morte exſtinguuntur. Deinde quando ordinationes eccleſiaſticæ ſupponunt conditionem: *adeſſe viduam vel liberos*, illam ſine dubio *cum effectu* intelligunt, *ſi etiam pendente anno gratiæ vixerint*, quia collateralibus eum denegarunt, quibus *per indirectum* obueniret, ſi *transmiſſioni* locus foret. Vltima ratio ſæpe iam reiecta eſt, adeoque nullum robur ſententiæ Carpzouianæ tribuit.

In heredes extraneos non tranſit.

Heredes collaterales excluduntur.

§. CCXCIII. Alii heredes tam *legitimi* quam *teſtamentarii* excluduntur, adeoque ſi paſtor cælebs, vel alias ſine *liberis* et *vidua* moritur, ceſſat annus gratiæ, et reditus paſtorales aliis vſibus eccleſiaſticis applicantur. In *ordinat. Coburg. cit. l.* hac de re ita cauetur: Es ſolle bemeldte halbe Jahrs-Gefälle keinesweges auf die angewandte heredes und Erben fallen, ſondern dem Succeſſori und neuen Pfarrer vorbehalten, oder auch, nach Gelegenheit der Umſtände, in den Kirchen-Kaſten verwendet werden.

An vox: Erben, heredes quoscunque complectatur?

§. CCXCIV. Quamuis itaque leges eccleſiaſticæ non diſtincte der Wittwen und Kinder, ſed generalius der Wittwen und Erben mentionem faciant, prout obſeruaui in *ordin. eccleſ. Magd. c. XX. §. 18. 19.* appellatio tamen der Erben pro *natura ſubſtratæ materiæ* de illis *heredibus* accipienda, quibus, ſecundum mores vniuerſales eccleſiarum proteſtantium, *annalia hæc gratioſa* conceſſa ſunt, quemadmodum in *ord. Magdeb. cit. l. §. 20.* ſtatim declaratio perſpicua ſubiicitur, tantum *liberos*, et quidem adhuc in *familia patris* exiſtentes, voce *heredum* intelligi. Loquor de

Digitized by Google

de *anno gratiæ* ſtricte dicto: qui enim in compenſationem *annorum carentiæ* introducti ſunt, facilius heredibus quibuscunque conceduntur, maxime ſi conſtat, ſimul pro ſoluendis debitis defuncti a maioribus inſtitutos fuiſſe, prout ſupra §. *CCXIII.* declaraui. Ita cum in *ſtatutis academiæ Hallenſis* dubium incideret, an ſub appellatione Wittwen und Erben, quibus lex *gratioſe* proſpexit, *collaterales* quoque comprehenderentur, potentiſſimus rex Boruſſiæ FRIDERICVS WILHELMVS authentica interpretatione, ſolos *liberos* voce *heredum* intelligendos eſſe, declarauit, et quidem ſequenti reſcripto:

Von GOttes Gnaden Friedrich Wilhelm, König in Preuſſen, Marggraff zu Brandenburg, des Heil. Röm. Reichs Erz-Cämmerer und Chur-Fürſt ꝛc. ꝛc.

Unſern gnädigen Gruß zuvor. Würdige, Hoch- und Wohlgelahrte Räthe, Liebe Getreue. Was geſtalt die Wittwe des verſtorbenen Profeſſoris N. ſich beſchweret, daß Ihres Mannes auswärtige Verwandten, ſo ihm ab inteſtato ſuccediret, von dem Gnaden-Jahr zur Helffte participiren wolten, das zeiget der Anſchluß mit mehrerem.

Gleichwie nun, nach denen der Vniuerſität erhaltenen Priuilegiis, der Genuß des Gnaden-Jahres nicht weiter als auf die Wittwe und Deſcendenten, keinesweges aber auf die *Collateral-* und weitläufftige *Allodial-*Erben zu extendiren iſt; Alſo habt ihr dieſe mit ihrer prætenſion abzuweiſen, der ſupplicirenden Wittwe hingegen aber das völlige Gnaden-Jahr gehörig reichen zu laſſen. Seynd euch mit Gnaden gewogen. Berlin den 7ten Ianuarii 1716.

Friedrich Wilhelm.

§. CCXCV. Quia non *iure hereditario*, ſed *ſingulari* debentur hæc *annalia*, inde fluit, α) viduæ illa competere, ſi vel maxime, receptis illatis, *ſtatutariæ portioni renunciauerit*: cum etiam viduæ debeatur, vbi hanc plane non habet, nec marito ſuccedit. β) Liberi ad illa quoque admittuntur, qui ſunt *exheredati*, vel ab hereditate paterna abſtinent. γ) Nec creditores, concurſum excitantes, illa ad maſſam hereditariam trahere, aut arreſtum iis imponere poſſunt. δ) Nec defunctus paſtor viduæ vel liberis illa *adimere*, *reſtringere*, vel aliter de iis diſponere poteſt in præiudicium

Annus gratiæ debetur iure ſingulari, inde plura notatu digna fluunt.

Digitized by Google

cium eorum, quibus illa ſunt indulta, modo heredes defuncti haud fuerint facti, quia alioquin eius factum præſtare debent. Nec attendenda ſunt pacta dotalia, dotis reſtitutionem aliaque determinantia, ſed ſi vel maxime ratione lucrorum dotis multum ſibi detrahi paſſa fuerit, annus tamen gratiæ ipſi ſaluus et illibatus eſt.

An pactis dotalibus vxor ſibi præiudicare poſſit ratione horum annorum?

§. CCXCVI. Maior ratio dubitandi eſt, an in *pactis dotalibus* vxor ſibi præiudicare poſſit ratione horum annorum der Nach-Jahre, maxime ſi ex capitulorum reditibus debeantur, in compenſationem *annorum carentiæ?* Quæſtio hæc imprimis agitata fuit in caſu, quo in pactis dotalibus vxori nobili donatio propter nuptias conſtituta erat in reditibus derer Dohm capitulariſchen Nach-Jahre. Cum vero hi *proprio iure* viduæ debeantur, dubitatum fuit, an diſpoſitio hæc valeat in præiudicium viduæ? Hæc imprimis pro ſe adducebat teſtimonium reverendiſſimi capituli Magdeburgenſis, ex quo conſtabat, hos *annos gratiæ*, quos vocant, *viduæ* deberi prouiſione legis, nec maritum de iis diſponere poſſe. Teſtimonium huius tenoris erat:

Wir Dom-Dechant, Senior und Capitul-Gemeine des Hohen Stifts Magdeburg, urkunden und bekennen hiermit: Demnach uns unſers geweſenen Confratris, Herrn Chriſtian Wilhelms von Gropendorff ſeel. nachgelaſſene Wittwe, Frau Agneſe Catharina von Haaren, bittlich erſuchet hat, Ihr ein beglaubtes Atteſtatum zu ertheilen, daß bey Uns ſtatuti und Herkommens ſey, daß eines verſtorbenen Capitularis nachbleibende Wittwe und Kinder, nicht aber deſſen heredes collaterales, gewiſſe Nach-Jahre zu genieſſen, und daß davon der maritus ſiue parens bey ſeinem Leben, weder per contractum noch per vltimam voluntatem, valide diſponiren könne; und es ſich dann, wie jetzt erwehnt, allerdings verhält, und dieſe Nach-Jahre nicht mit ad bona mariti et parentis gehören, ſondern denen Wittwen und Kindern ex prouiſione legis zuſtehen, und ihnen dieſelben, weil ſolche ſchon ihre ſeyn, nicht nochmals durch einen Contract oder letzten Willen gegeben werden können: So haben Wir ein ſolches hierdurch zu atteſtiren kein Bedencken getragen. Deſſen zu Urkund Wir Unſer Siegel hierunter aufdrucken laſſen. So geſchehen Magdeburg den 18. Nouember 1699.

(*L. S.*)

§. CCXCVII.

Digitized by Google

§. CCXCVII. Imprimis vero hæc viduæ obſtare videbantur: 1) quod conditionem hanc in *pactis dotalibus* expreſſam acceptauerat: 2) quod, licet hi reditus viduæ debeantur ex prouiſione et beneficio legis, illi tamen integrum fuerit, eisdem renunciare: *l. pen. C. de pact.* 3) quod, licet maritus de iis diſponere non poſſit inuita vxore, id tamen ei integrum ſit, illa volente: 4) quod horum redituum peculiaris ſit ratio, quod in *compenſationem annorum carentiæ* debeantur, et ita ſimul mariti fauor adſit, reſpectu cuius magis pro *deſeruitis* habentur, et magis intuitu *mariti* viduæ debentur. Nihilominus tamen *ill. facult. iurid. menſ. Decembr. 1698.* pro vidua reſpondit ſequentem in modum: Rationes dubitandi viduæ admodum obſtantes.

Hat weyl. Herr C. W. v. G. Dom-Herr zu Magdeburg, anno 1696. ſeiner damaligen Braut und jetzigen Witwen ein Gegen-Vermächtniß von 3000. Thlr. jedoch dergeſtalt conſtituiret, daß ſie ſothane Gelder allererſt nach ſeinem Ableben aus denen Dom-*Capitulari*ſchen Nach-Jahren heben, und auf intereſſe belegen ſolte, welche zwey Nach Jahre über den annum deſeruitum ex ſpeciali conuentione capituli eines Verſtorbenen Wittwen und Kindern beygeleget worden, dahero die Frau Wittwe, weil die reditus ſolcher Nach-Jahre ihr nicht ex beneficio mariti, ſondern ex prouiſione capituli gebühren, ſich per pacta dotalia grauiret zu ſeyn vermeynet, und deshalb belehret ſeyn will:

1) Ob nicht, ohnerachtet der in denen Ehe-Pacten einmal acceptirten Anweiſung an die Dom-*Capitulari*ſche Nach-Jahre, ihres ſeel. Ehe-Herrn annoch lebende Frau Mutter und Herr Bruder ſchuldig und gehalten ſeynd, die verſchriebene 3000. Thlr. Gegen-Vermächtniß ihr, der Frau Wittwen von G. aus denen vorhandenen G. Lehn- und Erb-Güthern, die mehr als eine Tonne Goldes ausmachen, zu beſtellen, da immittelſt oftbeſagte Nach-Jahre, iuxta ſtatuta E. Hochw. Dom Capituls, ihr und ihrem Kinde absque onere ohnedem verbleiben? und

2) dieweil Sie ihres ſeel. Ehe-Herrn Erbin gar nicht iſt, ſondern nur Ihr Gebührniß, nach Inhalt der Ehe-Pacten, ſuchet, ob Jenes vorhandene Creditores ihrer Befriedigung halber, mit Beſtande Rechtens, ſich des anni deſeruiti und übriger Nach-Jahre anmaſſen können, oder ob nicht vielmehr dieſelbe ihre ſatisfaction von denen geſamten Land- und Lehns-Erben zu ſuchen?

Digitized by Google

Wann nun gleich, ſo viel die Entſcheidung der erſten Frage betrifft, eingewandt werden möchte, daß die pacta dotalia einmal ordentlich vollenzogen, und darinnen die Fr. von G. in dergleichen reſtringirtes Gegen-Vermächtniß nebſt ihren Beyſtänden conſentiret, und ihr dahero poſt mortem mariti nicht frey ſtünde, ſolcher per modum contractus geſchloſſenen Ehe-Stiftung zu contraueniren, indem bekant, quod pacta dotalia tantæ efficaciæ ſint, vt per hæc derogetur iuri communi, nec teſtamento alterius immutari poſſint.

Weil aber dennoch ohnſtreitig iſt, daß die einer Wittwen und Kindern von E. Hochwürdigen Dohm-Capitul beygelegte 2. Nach-Jahre, welche auch ſonſten Gnaden-Jahre genannt werden,

WEHNER. *obſerv. pract. voc.* Gnaden-Jahr.

dem defuncto marito keinesweges zugeſtanden, immaſſen wenn die Wittwe mit dem Kinde nicht vorhanden, des mariti heredes ſich keines Hellers davon zu erfreuen haben würden, und alſo der maritus nicht befugt geweſen, zum præiudiz ſeiner Wittwen von demjenigen, was dieſer *iure ſingulari ex prouiſione capituli* zugeſtanden, zu diſponiren, und ihr ſolches beneficium zu vermindern, ſondern ein maritus nobilis verbunden iſt, ſeine Frau ex propriis bonis zu verleibdingen, et quidem talibus, quæ in eius ſunt patrimonio.

HENEL. *de dotalit. c. 5. §. 1.*

wie dann eine Adeliche Wittwe dergleichen Befugniß hat, vt dotalitium ex mariti bonis petere poſſit, etiamſi hoc ipſi a viuo marito non ſit conſtitutum,

CARPZ. *P. II. c. 44. D. 1. n. 3.*

ferner auch die promiſſio derer 3000. Thlr. Gegenvermächtniß an ſich gantz pura iſt, und nur nachhero eine falſa demonſtratio annectiret, daß nemlich ſolches Gegen-Vermächtniß aus denen *Capitulari*ſchen Nach-Jahren genommen werden ſolle, wodurch, weil ſolche Gelder ihm nicht zugeſtanden, die promiſſio der 3000. Thlr. ſelbſt nicht gehoben wird, indem bekant, quod vtile per inutile non vitietur;

Cap. vtile 37. de R. iur. in 6.

Wie denn auch ſonſten allezeit eine reſtricta promiſſio ad certos reditus zu ſepariren iſt von einer promiſſione ſimplici, ſubiecta demonſtratione ad certos reditus; hoc caſu enim, ſi ex reditibus demonſtratis nihil capere poſſit, aliunde præſtandum, quod legatum vel promiſſum eſt.

L. 27. §. vlt. ff. de legat. 3.
L. 22. ff. de alim. legat.

MEV.

MEV. *P. I. dec. 114. n. 3.*
COL. *de alim. lib. 2. c. 2. n. 15. ſqq.*

und ſolcher geſtalt nicht hindert, daß die Frau Wittwe ſolche pacta dotalia einmal approbiret, inmaſſen Sie damals in Ihrer Minder-Jährigkeit geweſen, und vermuthlich den Zuſtand ſolcher beyden Stifts-Gnaden-Jahre, die ihr ohnedem gehöreten, nicht gewuſt, iuri vero ignorato nemo renunciaſſe præſumitur;

DALNER. *de renunciat. cap. 1. n. 19.*

wie denn auch allenfalls Sie ſo wol ex capite minorennitatis contra læſionem hanc manifeſtam, als auch gar ex capite læſionis enormiſſimæ, weil Sie in effectu loco dotalitii nichts, als was Ihr ohne dem gebühret, bekommen würde, die reſtitutionem in integrum zu ſuchen hätte:

So erſcheinet hieraus allenthalben ſo viel, daß die Frau Wittwe von ihres verſtorbenen Mannes Brüdern die 3000. Thlr. Gegen-Vermächtniß vor voll zu fordern habe.

Und weil ferner bekant, daß einer Wittwen die *reditus anni gratiæ* dergeſtalt gebühren, daß, wenn ſie gleich dotem et illata repetiret, Ihr ſolche dennoch völlig zu laſſen ſeynd,

FINCKELTH. *de iur. patron. c. 6. n. 49.*
CARPZ. *P. II. conſt. 2. def. 11.*

alſo, daß ſolche reditus auch nicht einmal in portionem viduæ ſtatutariam gerechnet werden können:

CARPZ. *iurispr. eccleſ. lib. I. def. 215. n. 7.*

So iſt dahero auſſer Zweiffel, daß ſolche Nach- oder Gnaden-Jahre ihr und ihrem Kinde ohne einige Verkürtzung zu laſſen, und in die Gegen-Vermächtniß keinesweges zu rechnen ſeyn.

Auf die zweyte Frage erachten Wir: Obwol denen creditoribus defuncti regulariter frey gelaſſen iſt, dasjenige ex defuncti bonis anzugreifen, was ihnen zu ihrer ſatisfaction am zuträglichſten ſeyn kan, wie denn deßhalb ihnen die Wahl frey ſtehet, ob ſie actione reali oder perſonali klagen wollen.

Weil aber dennoch ſolches weiter nicht zu extendiren iſt, als ſo ferne die von denen Creditören erwählte Güther des Debitoris eigen geweſen, und alſo hieher die reditus anni deſerulti et gratiæ keinesweges gehören, cum hæc bona non a marito defuncto proficiſcantur, ſed ex be-

Digitized by Google

neficio principis, aut epiſcopi, vel capituli viduæ et liberis obueniant, daß alſo die creditores daran keinesweges kommen können,

per *Nou. 53. cap. 5.*
FINCKELTH. *de iure patron. cap. 6. n. 108.*
RAVCHB. *P. I. q. 25. n. 23.*

vnde ne quidem tales reditus arreſtari poſſunt a creditoribus;

CARPZ. *iurispr. eccl. lib. I. def. 224.*

wie denn ferner dergleichen reditus annorum gratiæ dergeſtalt von des defuncti Erbſchaft ſepariret, daß, wann eine Wittwe oder Kind ſich gleich der Erbſchaft gäntzlich begiebet, dennoch dieſe Gnaden-Jahre ihnen allerdings gebühren:

CARPZOV. *d. l. def. 225.*
MATTHIAS STEPHAN. *ad nou. 53. n. 30.*
BERLICH. *p. 3. deciſ. 340. n. 9. ſqq.*

So erſcheinet auch hieraus ſo viel, daß die vorhandene creditores ſolche reditus anni deſeruiti et gratiæ anzugreiffen nicht befugt, ſondern ſich vielmehr an des defuncti Land- und Lehns-Erben zu halten ſchuldig. W. R. W.

Annus gratiæ in parochiis plurimis tantum lucrum ſemeſtre continet.

§. CCXCVIII. Non vbique tamen reditus *totius anni* hæc gratia continet, ſed in plerisque fere locis tantum intra *ſpatium ſemeſtre* incluſa eſt, veluti in Saxonia, Marchia, ducatu Magdeburgico, Brunſuicenſi, Cellenſi, alibique. In quibusdam locis tamen *integri anni* emolumenta comprehendit, prout de eccleſiis Francofurtanis et ſubiacentibus teſtatur BRVNNEM. *lib. II. iur. eccl. c. 5. §. 12.* de Pomeranicis STYPMANNVS *de ſalar. cleric. c. 11. n. 86. ſqq.* de aliis B. STRYK. *de anno grat. c. II. n. 1. ſqq.* In *capitulis* et *academiis* vtplurimum *totius anni* commoda complectitur.

Terminus a quo anni gratiæ eſt tempus mortis, quod cum aliqua latitudine eſt intelligendum, et habita lucrorum diverſa ratione.

§. CCXCIX. Quamcunque demum latitudinem hæc gratia habeat, *terminus a quo*, ſeu initia eius accurata induſtria indaganda ſunt, vt ab illis commodis, quæ *promerita* dicuntur, ſeparetur, quod ex temporis ratione habendum eſt. *Tempus mortis* anni gratiæ initium conſtituit, obſeruata tamen illa computatione, ſecundum quam *anni deſerviti finis* æſtimatur; huius enim finis initium eſt anni gratiæ. Sunt tamen ante omnia ipſa commoda diſcernenda, quæ vel 1) in *accidentalibus*, vel 2) in *quantitate pecuniæ annua*, vel 3) in *reditibus agrorum*, vel denique 4) in *variis commodis* certo tempore debitis conſiſtunt.

1) Quoad accidentalia.

§. CCC. In ACCIDENTALIBVS non neceſſe eſt *termini Michaelis*, qui in pluribus locis *initium anni* conſtituit, rationem habere, tum

Digitized by Google

tum quia non ſunt lucra *annalia*, tum quia incertam habent æſtimationem, et, prout occaſio ſeſe offert, præſtantur; hinc nihil conuenientius eſt, quam terminum anni gratiæ intuitu horum ſtatim cedere a *tempore mortis*, vt *viduæ* et *heredibus* illa demum obueniant, qui intra *ſemeſtre ſpatium* ſequens exiſtunt: elapſo ſemeſtri obuenientia ſucceſſori debeantur. Id ſatis accurate prouiſum eſt in *ordin. renou. Guelpherbyt. P. I. c.* 17. §. 2. vbi ita cautum: Bey Einnahme der Accidentien aber, ſo die Prediger insgemein zu genieſſen haben, ſoll der terminus des halben Jahrs ſo fort *a die mortis* computiret werden, dergeſtalt, daß die Wittwen und Kinder von dem Sterbetage an ſechs Monath in der völligen Hebung aller Accidentien bleiben. Was aber nach Ablauff ſolcher Zeit einkommt, ſoll dem Succeſſori gelaſſen, und darauf, ob etwa in dem Gnaden-Jahr mehr als im folgenden einkommt, nicht geſehen werden, quia ſcilicet hæc *lucra* ſunt *fortuita*, et, prout demum occaſio ſeſe offert, præſtantur, et pro certo officio ſacro præſtito ſolvuntur. Hæc ergo plane in diuiſionem non veniunt, vt reditus agrorum, ſed præſtita intra ſemeſtre anni ſpatium retinentur. CARPZOV. *lib. I. iurispr. conſ. def.* 191. In Saxonia non præciſe ad *terminum mortis* quoad initium anni gratiæ reſpiciunt, ſed quandoque inſtantis quadrantis initium conſtituit *terminum a quo*, et ſic, quicquid *accidentalium* nomine ab hoc vsque ad *finem anni gratiæ* obuenit, viduæ et liberis debetur. In Pomerania tamen hæc lucra fortuita *vicinis paſtoribus* obvenire, qui interim ſacra ibidem adminiſtrant, teſtatur STYPMAN. *de ſalar. cleric. n.* 90. cuius rationes tamen non euincunt, vt, deficiente ordinatione eccleſiaſtica, hæc viduæ et liberis ſubtrahenda ſint. Sunt enim hoc quoque *pars ſalarii*, et quibus hoc *ex gratia* indultum, illis quoque eadem indulta cenſentur. Eadem eſt ratio *habitationis*, quæ itidem *commodis paſtoralibus* accenſetur, et ſic, vbi aliud non eſt diſpoſitum, initium *anni gratiæ* ſtatim a tempore *mortis* ſeſe exſerit, quod in *renou. ordin. Guelpherbyt. cit. l.* §. 6. expreſſe ſancitum eſt: Die Wohnung in dem Pfarr-Hauſe bleibet der Wittwen und Kindern ebenfalls 6. Monath von dem Todes-Tage an zu rechnen. Ita cenſuit illuſtris facultas iuridica huius loci ad quæſtionem:

An accidentalia fiduciariis paſtoribus debeantur?

Ob die Wittwe demjenigen, ſo *interim*, bis der neue *Paſtor introduciret* worden, die Predigten verrichtet, und davor etwas begehret, das honorarium zu geben ſchuldig ſey?

Ob wol allhier dieſer Umſtand ſich befindet, daß die Predigten von

von demienigen ſind verrichtet worden, welcher darzu denen geiſtlichen Rechten nach nicht verbunden geweſen, und alſo von demſelben nicht gefordert werden mag, daß er ſolche Arbeit umſonſt verrichten müſſen; zudem auch ſonſten die Billigkeit es mit ſich bringet, vt labor talis honorario quodam compenſetur;

CARPZ. *lib. I. iurispr. conſ. def. 163.*

Dieweil aber dennoch derjenige, welcher nach des verſtorbenen Predigers Tode für denſelbigen die Predigten verrichtet, ſich darzu freywillig angebothen, auch ſolche Arbeit nur ohngefehr 8. Wochen verrichtet, auch darneben ſelber nicht in Abrede ſeyn kan, daß er von der Wittwe davor nichts begehren würde, wenn er der Wittwen nichts ſchuldig geweſen, welches er auf dieſe Art anietzo zu compenſiren gedencket, einfolglich aus dieſen Umſtänden abzunehmen, daß er ſich anfänglich gratis darzu offeriret, auch ſonſten dergleichen honoraria wol offeriret, aber actione ciuili nicht gefordert werden mögen.

SCHILT. *inſtit. iur. canon. lib. I. tit. 14. §. 31. lit. b.*
CARPZ. *lib. I. iurispr. conſiſt. def. 163. n. 1.*

So kan die Wittwe, obgedachtes honorarium abzutragen, nicht angehalten werden.

2) Quoad ſalarium annuum.

§. CCCI. Si commoda paſtoralia in ANNVO SALARIO, ſeu *quantitate pecuniaria* conſiſtunt, facilis eſt *anni gratiæ* determinatio, ſi modo de *termino a quo* conſtat. Soluuntur ſalaria vtplurimum ſecundum *anni quadrantes*, adeoque videndum eſt, vtrum circa *finem* vel mox poſt *initium* quadrantis, an vero circa *medium* eius paſtor decedat? Priori caſu *ſalarii gratioſi* dies cedit a *tempore quadrantis*, poſteriori a *tempore mortis*, vt in *ordin. Saxon. elect.* prouiſum: Daß, wenn ein Pfarrer oder Diaconus drey oder vier Wochen vor dem quartal verſtirbet, dieſelbe Wochen der Wittwen und Kinder zu gute gehen, und daß erſt von dem nechſtfolgenden quartal das halbe Gnaden-Jahr angefangen und gerechnet wird. Verſtirbt einer 8. oder 14. Tage nach dem quartal, ſo werden ſolche Tage in das halbe Gnaden-Jahr mit eingerechnet. Geſchiehets aber etwas langſamer und des Verſtorbenen Tod faſt mitten in das quartal kommt, ſo hebt man das halbe Jahr von demſelben Tage an zu rechnen, bis daß 26. Wochen verfloſſen. In ducatu Magdeburgico alia computatio recepta eſt per *ordin. eccleſ. c. 20. §. 15.* in qua ſimpliciter *initium anni gratiæ* conſtituitur von Zeit und moment des Abſterben, an Decem, Gelde etc. ita vt ſecundum §. 18. wenn der Fall im Ausgang des *Quartals* geſchicht, alsdann haben des Verſtorbenen

benen Wittwe und Erben deſſelben Quartals mit dem halben Gnaden-Jahr zu genieſſen.

§ CCCII. Alia prorſus computatio eſt conſtituta in der Lüneb. Celliſch. und Grubenhagiſchen Theils Kirchen-Ordnung *de anno 1619. c. XII. p. 128.* vbi annus a *feſto paſchatos* inchoatur, daß das volle Jahr auf Oſtern angehen, und in zwey halbe Jahr, nemlich Michaelis archangeli und Oſtern, eingetheilet ſeyn ſoll. Da nun ein Kirchendiener, der um jährliche Beſoldung dienet, kurtz oder lang nach Oſtern mit Tode abgehet, ſo ſoll deſſen nachgelaſſene Wittwe und Erben die Beſoldung, welche ihm auf Michaelis betragen würde, aufnehmen und haben, alſo auch wenn er nach Michaelis ſtürbe, ſo ſoll ſeiner Wittwen und Erben die Beſoldung auf die nechſt darauf folgende Oſtern völlig abgefolget werden. Idem extenditur ad *accidentalia* aliasque *praeſtationes penſionesque*, quarum dies intra hos duos terminos cedit. Sed in *renou. ordin Guelpherbyt. P. I. c. 17. §. 1.* ad *quadrantes anni* reſpicitur, und gehet das halbe Gnaden-Jahr ratione ſothanen in baarem Gelde beſtehenden ſalarii nicht ehender an, als nach Ablauff des Sterbe-Quartals, quod ad *annum deſeruitum* relatum eſt. Ita varie diſponunt ordinationes eccleſiaſticæ de initio *anni gratiæ* quoad ſalaria. In ducatu Cellenſi ſpecialis diſpoſitio obtinet.

§. CCCIII. In REDITIBVS AGRORVM FRAEDIORVMQVE in Saxonia electorali, Marchia, ducatu Brunſuicenſi, Magdeburgenſi et aliis locis, initium cuiusuis anni eſt *feſtum Michaelis*, ita vt omnes reditus *totius anni* in vnam maſſam redigantur, et ſecundum hanc computatio inſtituatur, vbi tamen rurſus *initium anni gratiæ* fere eodem modo, qui in *ſalario* obtinet, attenditur. Si ergo paſtor circa *feſtum Michaelis* moritur, reditus agrorum illius anni deſeruiti ſunt, et ex reditibus ſequentis anni dimidium capit vidua. Si circa *feſtum paſchatos*, rurſus totius anni reditus viduæ et liberis debentur, his quidem iure *deſeruiti* dimidia, vtrisque vero altera dimidia portio iure *anni gratiæ.* Si vero circa *feſtum natiuitatis* mors paſtoris contingit, tres quartæ *de reditibus* illius anni debentur liberis, et vna ſucceſſori. Quæ computandi ratio obtineat, ſi circa *medium quadrantis* moritur, ex antecedentibus facile colligi poteſt. Secundum *renou. ordin. Guelpherbyt. cit. l. §. 3.* diuiſio redituum in *duodecim partes* pro numero menſium inſtituitur, et ſic pro rata ſemeſtris ſpatii fit diſtributio, prout ſupra §. *CCLXIII. ſq* dixi. 1) Quoad reditus agrorum.

§. CCCIV. In *ducatu Magdeb.* initium anni gratiæ fit *a momento mortis*, vt dicitur *in ord. eccleſ. c. XX. §. 15.* Wenn ein Pfarrer verſtirbet, ſo gebühret ſeinen Erben von Zeit und moment des Abſter- In ducatu Magdeburgico.

Digitized by Google

bens auf ein gantzes Jahr der halbe Theil des pfarrlichen Einkommens, an Decem, Gelde, auch aufm Felde, Wiesen und Garten erwachsene Früchte und andern Zubehörungen, ita tamen, vt rursus a *festo Michaelis* initium annus accipiat. In der Braunschweig. Cellisch. und Grubenhagischen Theils Kirchen-Ordnung *cit. l. p. 130.* singularis plane obtinet distributio: Wann ein Pastor oder Küster für Mitfasten stirbet, so soll die Winter-Saat halb des verstorbenen Kirchen-Diener Wittwen und Erben, und der andere halbe Theil dem antretenden neuen Pastorn oder Küster gehören, doch soll der neue Pastor oder Küster den halben Theil der Saat und Arbeit, so sie der Verstorbene mit eignen Unkosten bearbeiten lassen, der Wittwen und Erben erstatten. Wenn er aber nach Mitfasten stirbet, so soll die Winter Saat gar seinen Erben gehören. Stirbet er für der Sommer Saat-Zeit, so soll der neue Pastor und Kirchen Diener die Sommer-Saat säen und haben. Stirbet er aber hernacher und für dem Iunio, so soll der halbe Theil des verstorbenen Kirchen-Dieners Wittwen und Erben, und der andere halbe Theil dem neuen Pastorn gehören, jedoch soll der neue Pastor und Kirchen-Diener die halbe Saat und Arbeit, so sie der Verstorbene auf seine eigene Unkosten bearbeiten lassen, erstatten. Da er dann im Iunio oder hernacher für der Erndte mit Tode abgehet, so soll die Sommer-Saat seinen Erben folgen. Denique vbi anni initium a festo Michaelis non præcise faciendum, diuisio redituum totius anni, a *tempore mortis* computandi, facienda, et dimidia eorum viduæ liberisque adiudicanda, prout in *fine* §. *sq.* plenius declarabitur.

In ducatu Cellensi.

§. CCCV. Denique ad pastorales reditus nonnunquam etiam CERTAE PRAESTATIONES PENSIONESQVE, quæ *certo tempore* solvendæ sunt, pertinent, e. c. Zehenden-Getreyde, Geld-Zinsen, Schincken, Würste, Brodte, Pasch-Eyer ꝛc. Vbi distinguendum esse existimo, vtrum præstentur *simpliciter*, an intuitu *prædiorum* seu *messis*, quorsum pertinent die Korn-Zinse und Zehenden? Hæ præstationes, quocunque tempore dies earum veniat, iis in locis, vbi *festum Michaelis* initium anni constituit, reducuntur ad *diem Michaelis*, cum respectu *messis* iam factæ debeantur: alibi vero ad massam omnium redituum reducuntur. In illis vero terminus *festi Michaelis*, qui tantum *reditibus agrorum* conueniens est, pro *initio anni* constitui nequit, sed hæ potius in certam coniiciendæ massam, et pro *rata anni*, cuius initium a tempore mortis constituendum, distributio facienda, prout supra iam dixi. Equidem non defuturos esse existimo, qui *initium anni* in his etiam a

4) Quoad pensiones et præstationes alias, certo tempore solvendas.

festo

oogle

festo Michaelis constituunt, quod illud in ordinationibus ecclesiasticis plerisque pro *perpetuo termino* assumtum fuerit. Verum illi meo iudicio æque falluntur, ac illi, qui dispositionem iuris Longobardici *2. F. 28. §. 18.* etiam ad has præstationes reducere intendunt, quæ vnice ad fructus prædiorum rusticorum seu *agrorum* applicari potest. Ait CARPZOVIVS *P. III c. 32 def 9. n. 9. Cui consequens, heredes lucrari lanam et lac, nec non venationibus vti per totum annum, si vasallus post Kalendas Martii decesserit. Ex hac pariter ratione in foro etiam Saxonico heredes allodiales vasalli, qui post Kalendas Martii decedit, per totum illum annum in prædiis feudalibus cereuisiam coquere, illamque vendere poterunt.* Quis vero incongruam applicationem iuris feudalis ad species adductas non viderit? quæ vnice de *fructibus agrorum* loquitur, obseruante Dn. COCCEIO *de iure semin. sect. VI. §. 13.* Sicuti itaque, eo iudice, horum redituum diuisio *pro rata vltimi anni* inter heredes allodiales, et successores feudales facienda est; ita quoque idem dicendum de his reditibus quoad *viduam liberosque* defuncti pastoris et successorem in officio. In *Vinarienf. ordin. eccles. lib. II. c. 19. n. 10.* generalis reperitur dispositio de quibuscunque reditibus, quæ a priori non adeo abludit: So viel die übrigen Intraden der Pfarr-Besoldung anreicht, soll des verstorbenen Pfarrers Wittwen und Kindern von alle demjenigen, was a die mortis bis wiederum dahin in einem gantzen Jahr an Getrayde, Wein, Hopffen, Holtz, Heu, Grummet und dergleichen, wie auch was an decimalien-Geld und Erb-Zinsen (darunter auch die Lehn-Waaren, so sie Zeit währender Vacantz fällig werden, begriffen) und was sonsten dessen mehr seyn mag, nichts ausgeschlossen, fällig wird, die Helfte zukommen, die andere Helfte aber nach Gelegenheit entweder der Kirchen oder dem neuen Pfarrer, von der Zeit an, da er sein Amt würcklich angetreten, gefolget werden, und muß jedes Theil der percipienten, die zu der Einbringung des salarii nothwendig erforderte Kosten pro rata tragen helffen. Würde auch die Pfarr-Witte und Kinder, binnen noch währender perception der Begnadigung, das Sommer- oder Winter-Feld bestellen, so soll ihnen ohnabbrüchig ihrer Helfte von den erwachsenen Früchten das halbe Ahrt-Lohn, so sie ausgeleget, und der halbe Saamen, was derselbe in der Bestellungs-Zeit gegolten, von der andern Helfte der Früchte ersetzet werden, und solche Beschaffenheit soll es auch mit dem neuen Pfarrer haben, wenn derselbe eine Ackerbestellung über sich nehmen würde. Æquissima et expeditu facillima est hæc dispositio, iuri communi adeo congrua, vt secundum illam merito procedendum sit, deficiente alia dispositione prouinciali.

TITVLVS VI.

DE

CLERICO AEGROTANTE VEL DEBILITATO.

§. I.

Æquitas et abuſus huius tituli.

Specie *recti* ſeſe omnia admodum commendant, quæ *hoc titulo* traduntur; verum etiam hic recte applicatur poetæ illud: *decipimur recti ſpecie.* Quid æquius, quid iuſtius eſt, quam ad extremam ætatem vergenti clerico, ægrotanti et debilitato dare ſubſtitutum, coadiutorem, vicariumque, qui eius vices ſuppleat? Quid vero ieiunius, abſurdius, et ab omni æquitate alienius eſt, quam ſub inuolucro *debilitatis* vel *infirmitatis* valenti dare coadiutorem, non vt epiſcopo *aſſiſtat*, ſed vt ei *ſuccedat?* Et tamen proh dolor! hæc hodierna huius tituli praxis eſt, vt deinceps planum faciam. Non tam ſtupidus eſt clerus eccleſiæ Romanæ, vt huius rei inconuenientiam non videat, ſentiat, animaduertat; laudat mores antiquæ plebis chriſtianæ, et idem eos recuſat,

Aut quia non ſentit, quod clamat, rectius eſſe,
Aut quia non firmus rectum defendit, et hæret,
Nec quicquam cæno cupiens euellere plantam.

Sed agite, videamus, quinam antiquæ plebis chriſtianæ mores fuerint? quibus de cauſis corrupti? et quos infelices progreſſus hæc habuerit corruptio?

Sub apoſtolis nulla erat neceſſitas coadiutorem conſtituendi.

§. II. Præerant eccleſiis *apoſtolorum tempore*, *presbyteri et diaconi*, vt, vno alteroue ægrotante, de *coadiutore* tali, de quo hic nobis ſermo eſt, conſtituendo non adeo cogitandum eſſet, quia reliqui συλλειτουργοὶ vices infirmi ſupplebant. *Epiſcopis* mox conſtitutis, nec coadiutores neceſſarii fuiſſe videntur, epiſcopo licet ægrotante: presbyterii tunc hæc ἰσοτιμία cum epiſcopo erat, vt, eo mortuo, *vice epiſcopi* eccleſiam regeret, quidni ergo etiam morbo impedito? Nec vllus erat actus epiſcopo tam proprius, quem non etiam, eo abſente, vel impedito, quilibet ex presbyteris peragere poſſet, vt *P. I. in materia ordinationis* oſtendi. Seculo III. quo epiſcopi maiorem nacti erant auctoritatem, demum *coadiutorum inſtitutio* inualuit, et, ni me omnia fallunt,

Digitized by Google

fallunt, circa annum 212. primus NARCISSVS fuit, qui ſibi collegam adſciſceret. Teſtis eſt EVSEBIVS *lib. VI. hiſt. eccleſ. c. 11.* aiens: *Verum cum propter extremam ſenectutem miniſterium ſuum obire amplius non poſſet, ſupra dictum Alexandrum, alterius eccleſiæ epiſcopum, diuina diſpenſatio per reuelationem quandam, quæ illi in ſomniis apparuerat, ad participandum cum Narciſſo ſacerdotis officium euocauit*, quod tamen, *conſentientibus vicinarum eccleſiarum epiſcopis*, factum fuiſſe ſubiungit. Addit etiam fragmentum epiſtolæ ALEXANDRI ſcribentis: *Salutat vos Narciſſus, qui ante me epiſcopalem huius eccleſiæ ſedem tenuit, et qui nunc mihi coniunctus eſt in orationibus, annos natus ſexdecim ſupra centum.* Hic mos demum ſeculo III. inualuit.

§. III. Atque hoc exemplum *irregulare* erat, voluntate quadam diuina per viſionem patefacta, confirmandum. Hæc enim hactenus in eccleſiis obſeruata erat diſciplina eccleſiaſtica, vt toti presbyterio in ſingulis eccleſiis *vnus* præeſſet epiſcopus: Quæ adduci ſolent de conſortio PETRI et PAVLI in epiſcopatu Romano, ita ſunt comparata, vt tum ipſimet Romanæ doctores eccleſiæ hac de re inter ſe discrepent, quod vel PETRI DE MARCA *diſſert. de ſingulari primatu Petri* oſtendit, tum etiam epiſcopatum Petrinum, hactenus nondum aſſertum euictumque, dubium relinquant, ne dicam, plane ab eruditis deſtructam cathedram non erigant aut confirment, vt plenius probatum dederunt NICOLAVS VEDELIVS *de cathedra Petri* et FRIDERICVS SPANHEMIVS *tom. II. oper. p. 331.* in diſſ. *de ficta profectione Petri apoſtoli in vrbem Romam deque non vna traditionis origine.* Quin adhuc ſub iudice lis eſt, an PAVLVS epiſcopatum proprie dictum Romæ, qui vinculis detentus fuit, geſſerit, et annon ibi potius vi *muneris apoſtolici* docuerit, et gratiam Chriſti annunciauerit? Inde conſtans traditio fuit, in ſingulis eccleſiis tantum vnum debere eſſe epiſcopum, ad quam etiam prouocant *patres concilii Nicæni can. 8. in f.* et plures alii quoque eandem diſciplinam collaudarunt, relati in *c. 5. q. 11. 41. C. 7. q. 1.* Ab hac regula tamen excipiendus merito fuit caſus *vrgentiſſimæ neceſſitatis*, quæ epiſcopum a muneris ſui adminiſtratione adeo auocaret, vt ei ſupereſſe amplius non poſſet: ne enim eccleſia ſine *capite* et *rectore* eſſe videretur, indigenti coadiutorem dandum eſſe, neceſſarium ducebant. Alium in finem *adiutores* non adſumebantur, nec, quod hodie in *fraudem legis* fit, olim horum conſtitutione intendebatur, h. e. vt prætextu *adiumenti præſtandi* viuenti daretur ſucceſſor. Exemplo quodam irregulari contra diſciplinam eccleſiaſticam.

Digitized by Google

Exempla eorum, qui sibi successores constituerunt, huc non pertinent.

§. IV. Sed audio fremitum turbamque aduersariorum, magno numero ex antiquitate exempla eruentium eorum, qui sibi *successores* constituisse legantur. Nonne, nobis occinunt, ALEXANDER, Alexandrinæ ecclesiæ episcopus, ante mortem successorem sibi designauit ATHANASIVM? Nonne ATHANASIVS sibi PETRVM presbyterum succedi voluit? Nonne SOZOMENVS *lib. II. hist. eccl. c. 20.* expresse refert, commodius visum fuisse, *vt Maximus maneret Hierosolymis, et vna cum Macario episcopali munere fungeretur, et post eius obitum ecclesiam gubernaret?* Quid de AVGVSTINO aliisque dicemus, qui simili cautela pia vsi sunt, vt sub prætextu *adiutoris* successorem sibi designarent? Verum bona verba quæso! examinanda sunt exempla secundum omnes suas circumstantias, ex quibus apparebit, vtrum hodierna praxis ad illorum imaginem sit effigiata? *Duo cum faciunt idem, non semper est idem.* Obseruo autem, (1) *exempla*, quæ ex seculis tertio et sequentibus adferri solent, non esse vnius eiusdemque naturæ; quædam nullam *adiutoris* constitutionem habent; quædam eam continent, sed ex ratione legibus ecclesiasticis probata; quædam inclinare iam videntur ad piam illam fraudem, quæ hodie in coadiutorum constitutione latitat. Neque enim (2) *designatio successoris* per se inuoluebat *coadiutoriam*, vt loquuntur: plerumque fiebat ab episcopo morti vicino, nihilque aliud erat, quam *nuda commendatio* futuri successoris, non eiusdem *plena* et *absoluta* constitutio. Integra adhuc erat plebi episcopisque comprouincialibus electio, nec designatio talis ius dabat designato, multo minus ecclesiam *perfecte* obstringebat, vt defuncti fideicommissum impleret. (3) Inde vt successio eo firmior certiorque esset, quidam ecclesiæ clerique assensu designationem suam muniendam esse censebant, quod ATHANASIVM fecisse aiunt, teste THEODORETO *lib. IV. H. E. c. 20.* quamuis non satis constet, vtrum consensus plebis et cleri *statim*, an demum *post eius mortem* accesserit? (4) Erant seculo IV. variis turbis dissensionibusque distractæ ecclesiæ: non rara contingebat, vt post mortem præsulis variis motibus et seditionibus arderent, et de tali successore constituendo cogitarent, qui a partibus suis, quibus addicti erant, staret. Ad hæc incommoda præcauenda nihil commodius visum fuit, quam successorem, eumque coëpiscopum, constituere. Id factum fuisse in constitutione MAXIMI, docet SOZOMENVS *cit. l.* et, *Etenim*, ait, *verebatur* MACARIVS, *ne, se mortuo, Eusebius et Patrophilus, Ariani dogmatis fautores, occasionem nacti, aliquem eiusdem dogmatis labe infectum in Hierosolymitana sede collocarent.* Idem consilium PAVLVS,

Quod rationibus variis illustratur.

Noua-

Digitized by Google

Nouatianorum episcopus, tempore THEODOSII iunioris et VALENTINIANI imperatorum susceperit, nec enim sibi denegandum esse credebant hæretici, quod in se orthodoxi approbant consilium. Testis est SOCRATES *lib. VII. hist. eccl. c. 46.* aiens: *Cum morti vicinus esset, omnes presbyteros ecclesiarum, quæ sub ipso erant, ad se accersitos ita est allocutus: Curate, vt episcopum vobis eligatis, dum ego adhuc superstes sum, ne ecclesiæ vestræ posthac perturbentur.* Addit, presbyteros ei potestatem eligendi successorem fecisse, eumque nomen MARCIANI chartæ inscripsisse, illamque obsignasse, obtestatione subiecta, ne alium, quam quem charta designasset, episcopum constituerent, quod etiam factum est. Plures sine dubio, ea temporum tempestate, hac cautela vsi fuisse videntur, ad interuertendam legitimam electionem, quod (5) *patres Antiocheni* anno 341. iam notarunt in *c. 23.* relato a GRATIANO in *c. 3. C. 8. q. 1.* edicentes, *episcopo non licere, pro se alterum successorem sibi eligere, licet ad exitum vitæ perueniat,* quod deinceps sæpius quoque repetitum est, cum praxis contraria altas iam radices egisset, vid. *c. 4. et 5. C. 8. q. 1.* Hoc eo, ni fallor, consilio factum fuisse videtur, ne *nuda designatio* successoris vim *electionis*, ecclesiæ competentis, haberet, quod quidam ausi sunt.

§. V. Interim quamuis praxis inueterata, quam approbat concilium Nicænum, *vnum* tantum, non plures episcopos, singulis ecclesiis præesse permitteret, quamuis *successoris* constitutio esset canone Antiocheno interdicta, minime tamen his legibus *coadiutorum* constitutio *in casu necessitatis* erat reprobata, postquam *præfectura episcopalis* necessaria ecclesiis visa fuerat. Inhumanum enim videbatur, infirmum, et ætate confectum episcopum eo adigere, vt cederet loco, eumque alteri relinqueret. Id vnicum nonnunquam in dubium vocatum fuit, an *adiutor* talis *statim* in episcopum consecrandus, et an *successio futura* ad minimum ei confirmanda esset? Dubium prius motum fuit in electione AVGVSTINI, suasu VALERII Hipponensis episcopi, ætate et infirmitate pene confecti, in adiutorem assumti, vt plenius POSSIDIVS *in vita Augusti.* refert. Ipse quidem *episcopatum suscipere contra morem ecclesiæ, suo viuente episcopo, recusabat,* vtut omnium, qui ad eligendum concurrebant, vota huc directa essent. Tandem exemplo aliorum inductus consensit. Sed *hoc in se ipso postea fieri non debuisse, vt viuo suo episcopo ordinaretur, et dixit et scripsit, nec, quod sibi factum esse noluit, aliis fieri voluit.* De *successione futura* nullum amplius poterat esse dubium, cum iam episcopus esset ordinatus. Nam vt in *c. 12. C. 7. q. 1.* dicitur, *ita consecratus est, vt non succede-*

In casu necessitatis non erat interdicta coadiutoris constitutio.

Sed non semper succedebant, aut consecrabantur.

cederet in cathedra episcopo, sed accederet. Nam incolumi Valerio, Hipponensis ecclesiæ episcopo, coëpiscopus Augustinus est. Dedit hoc exemplum ansam, vt passim in imitationem traheretur, de quo ita iudicat PETRVS DE MARCA *de concord. sacerd. et imp. lib. VI. c. 8. §. 9. Fatendum est, plenam periculi hanc fuisse consuetudinem, viamque aperuisse ad successiones hereditarias in ecclesiis, exclusa prorsus contemplatione virtutum ac meritorum.* Id vbique tamen adhuc præcauebatur, ne absque *necessitate* et *vrgente infirmitate* adiutor daretur episcopo impedito: hac probata, sine mora ad eius constitutionem deueniebatur, qui præterea spem succedendi *vtplurimum* habebat, *c. 14. et 17. C. 8. q. 1.* quia iniquum videbatur, eum post mortem episcopi coadiuuandi repellere, qui iam vices episcopi tanta sollicitudine gesserat, præsertim cum solenni consecratione iam esset ordinatus.

Quamuis ad successorem designandum tandem ansam præbuerit.

§. VI. Dixi, *vtplurimum* successionem adiutoribus decretam fuisse: nec enim perpetuum hoc fuit, præsertim cum eorum constitutio non primario *successionis* gratia fieret, sed ob *vtilitatem ecclesiæ. c. 14. et 18. C. 8. q. 1.* Quandoque enim (I) episcopi sibi adiutores adoptabant, non *ad vniuersam* episcopatus curam, sed *partem ministerii sacri.* AVTOR *vitæ S. Sulpicii, episcopi Bituricensis, circa annum 644.* apud MABILLONIVM *in act. Benedict. secul. II. p. 175.* sequenti hoc illustrat testimonio: *Per idem vero tempus, per omnia vir Dei simplicitatem apostolicam obseruans, nulli inferior et in omnibus perfectus, vere sacerdos et hostia Dei, cum se vbique sollicitum circa alentiam pauperum dudum susceptum opus complere contenderet, et ætas iam profecta ad senectutem decrepitam prorsus dependeret, cum se vidisset ad omnia non sufficere, vel etiam profundioribus vacare diuinis, vel in sanctis orationibus, sicut optabat iugiter, permanere, vel in eorum, qui quotidie fidei reddebantur, institutionibus adimplendis, - - - vtilius esse ratus est, vt vni ex fidelibus christianis primoribus regionis, plene iam et optime instructo viro Wisdento traderet participationem officii ac laboris, duntaxat diuini verbi committeret ministerium: et ita conbibito clero sacerdotii inibi iura suscepit.* Cum *successionis* gratia haud esset constitutus, facile liquet, hunc adiutorem *suo iure* episcopatum ad se rapere haud potuisse. Quin etiam (II) nonnunquam infirmo vel ætate confecto plures sunt dati adiutores, quod *successionis* gratia nullo fieri potuit modo. De HOGERO, archiepiscopo Bremensi, notabile testimonium EX ADAMO Bremensi adfert MABILLON. *seculo V. actor. Benedict. p. 24. circa ann. 619.* aiens: *Quia senectutis pondere grauatus pontifex pastorale officium obire non poterat, circumeundo, prædicando, et consecrando episcopos,*

Quandoque sibi episcopi coadiutores constituebant particulares sine spe succedendi.

Plures quandoque sunt dati coadiutores.

Digitized by Google

pos, dati ſunt ei coadiutores a papa circumuicini quinque epiſcopi, quos ADAMVS ſpeciatim recenſet. Neque enim (III) *inuito facile* adiutor dabatur, ſed quia pleraque per collegium presbyteriale expediri, reliqua vero, quæ meri muneris epiſcopalis poſtea facta ſunt, vicinis interim demandari poterant, pontifices arbitrati ſunt, ne quidem *adiutorum ſpecialium* ordinationem vbique eſſe neceſſariam. Adhuc ſeculo IX. in ea opinione ſubſtitit NICOLAVS I. teſte GRATIANO in *c. 4. C. 7. q. 1.* et, *pontifices*, ait, *qui aliqua occupantur infirmitate vel ægritudine, abiiciendi non ſunt, nec alios in loco eorum conſecrari oportet, niſi ex hac luce fuerint ſubtracti. Quodſi de miniſterio ſibi conceſſo conqueruntur, quæ licita ſunt*, (h. e. quæ etiam presbyteri expedire queunt) *ſacerdotes expleant. In his vero, quæ his præſumere non licet, vicinorum vsque ad recipiendam ſanitatem epiſcoporum auxilia ſubrogentur, et hoc cum cautelæ ſtudio peragatur, ne per neceſſitatis occaſionem præſumtionis pullulet ambitio.*

Nec inuitis coadiutor dabatur,

adhuc ſeculo IX.

§. VII. Ceterum quando coadiutor infirmo vel ſenectute confecto dandus erat, cum *ſpe ſuccedendi*, plebis clerique electio et comprovincialium auctoritas deſiderabatur, quod vel AVGVSTINI ordinatio docet. Imo poſtquam regum aſſenſus in conſtituendis epiſcopis deſideratus, hic quoque in *adiutorum* talium ordinatione negligi haud poterat, et ne temere tale quid ſuſciperetur, metropolitani auctoritate hic actus roborandus erat, vti eruditi vno fatentur ore. PETRVS DE MARCA *lib. VI. de concord. S. et I. c. 8. §. 11.* THOMASSINVS *P. II. de nou. et vet. eccl. diſcipl. lib. 2. c. 57.* ZIEGLERVS *de epiſcop. lib. I. c. 15. §. 7. et 14.* LEVRENIVS *de vicar. epiſcop. tr. II. c. 1. qu. 315. n. 5.* MARCVS ANTON. DE DOMINIS *lib. III. de republ. eccl. c. 3. §. 75.* Adhuc ſeculo VIII. hæc praxis vſitata fuit, ceu docet AVCTOR *mirac. S. Wulframni, epiſcopi Senonenſis*, circa *annum 720.* apud MABILLON. *ſecul. III. P. I. act. Benedict. p. 372.* inquiens: *Viſum eſt pontifici Malgerio præfato metropolis, quod et omni clero plebique non mediocriter placuit, vt eundem Gradulfum abbatem ſibi ſubſtitueret, et vicarium ſub ſe benedictione inſigniret epiſcopali, vt res, quibus ſe minus ſufficere perpendebat, ille ſua vice ſuppleret. Cum vero dies deſiderata inſtaret, vt ſuper hoc negotio principi ſuggeſtio fieri deberet etc.* Pontificis Romani *diſpenſationis* nulla fit mentio, quæ nondum in hoc negotio deſiderabatur, et quamuis quandoque eius auctoritas expetita fuerit, id tamen eis imprimis in epiſcopatibus factum fuiſſe, docet THOMASSINVS *cit. l. §. 9.* in quibus præſules *vicaria* pontificis *poteſtate* præfulgebant, *legati* eius *nati* exiſtentes. Similiter eodem adhuc tempore *ſucceſſorum deſignatio* non prorſus abolita erat, ſi modo cum conſenſu eorum, quibus electio

In conſtitutione adiutoris cum ſpe ſuccedendi neceſſaria erat cleri et plebis electio,

non pontificis diſpenſatio.

Digitized by Google

data erat, fieret, pontificis Romani auctoritate haud desiderata. Testis est AVCTOR *vitæ S. Boniti*, episcopi Aruernensis, circa *annum 709.* apud MABILLON. *sec. III. P. I. act. Benedict. p. 90.* aiens: *Qui non post multum languore correptus ad extremum est vsque deductus, cernensque, sue migrationis imminere diem, diuino afflatus spiritu, accepto consilio, sibi ecclesia concordante, virum Dei sibimet successorem suæque sedis dignissimum iudicat sacerdotem.* Hoc modo per plura secula adiutores constituebantur, h. e. α) in *casu necessitatis*: β) non primario *futuræ successionis* gratia, sed in ecclesiæ commodum: γ) cum *assensu* et auctoritate eorum, qui ad electionem concurrebant: δ) maxime *ad eius desiderium*, qui adiutorio indigebat alterius, nulla tamen ε) Romani papæ *dispensatione* interueniente.

Pravis finem constituendi adiutores in breui tabella refertur.

§. VIII. Sed pedetentim, scena mutata, plurima circa constitutionem adiutorum innouata, et in pessimum conjecta sunt statum. Libros decretalium ius nouum induxisse, obseruat PETRVS DE MARCA *de C. S. et I. lib. III. c. 6. §. 4. et lib. VI. c. 9. §. 2.* interque *noua iura* (1) hoc quoque *cit. §. 2. inf.* refert, quod ad *sedis Romanæ reseruata* relatum fuerit *ius admittendi decernendique coadiutorias cum futura successione.* Occasionem tamen rationemque non subiicit, quam apertissime prodit BONIFACIVS VIII. tot reseruatorum papalium fabricator et vindex, in *c. t. b. t. in 6.* et, *pastoralis*, ait, *officii debitum exequentes declaramus atque statuimus, coadiutorum episcoporum et superiorum prælatorum dationem intelligendam esse* DE CAVSIS MAIORIBVS, *et referendam ad sedem apostolicam, ac ab ea (consuetudine non obstante contraria) tantummodo postulandam.* O edictum, cui non potest adscribi *bonum factum!* vt verba TERTVLLIANI *de pudicit. c. 1.* faciam mea. Equidem BONIFACIVS non huius doctrinæ *de causis maioribus* inuentor est: iam diu ante eum in sede Romana audita, defensa et propagata erat; sed quia forsan *in hypothesi* applicatio in dubium est vocata, edicto hoc ea corroboranda et *declaranda* fuit, quamuis id ipsum *per summam vim et grauem iniuriam episcoporum et metropolitanorum* factum fuisse, asserat M. A. DE DOMINIS *lib. III. de republ. eccl. c. 3. § 71. in f.* Paucis ergo *natales* eius subturbidi euoluendi et aperiendi sunt, quod ad plura alia reservata papalia noua intelligenda aditum parare potest.

Noua iura circa horum constitutionem.

(1, Quod pontificis consensus desideratus fuerit;

quia ad causas arduas referri deberet.

§. IX. Per plura secula pontifex arbitrium *causarum arduarum* et *maiorum* sibi vindicare studuit, non tamen sine contradictione episcoporum et metropolitanorum. Nec in hoc tantum sollicitus fuit: præterea *causas maiores* determinauit, et sub hoc inuolucro tot *reseruatorum* catalogum hinc inde edidit. Verum nec hodie hæ lites sunt compositæ, sed se-

Pontifex causarum arduarum arbitrium per plura secula sibi vindicauit,

Digitized by Google

ſeculo præterlapſo plurimis variisque ſcriptis in examen reuocatæ ex excuſſæ. In fauorem aulæ Romanæ DAVIDIVS tractatum *de iudiciis epiſcoporum canonicis* ediderat contra PETRI DE MARCA et IOANNIS LAVNOII ſententiam, negantium, olim ad papam appellationes patuiſſe. Huic reſponderunt ANONYMVS *in tr. de antiquis et maioribus epiſcoporum cauſis* anno 1678. edito, PASCHASIVS QVESNELLVS *in diſſ. ad opera Leonis* ab eo edita, aliique. In hos rurſus calamum ſtrinxit aulæ Romanæ addictiſſimus CHRISTIANVS LVPVS, cuius ſophiſmata reſoluit LVDOVICVS ELIAS DU PIN *diſſ. II. de antiq. eccleſ. diſcipl.* Id antiquitates eccleſiaſticæ docent, cauſſas *maiores* et *grauiores* in *conciliis prouincialibus*, iam ſeculo II. inſtitutis, excuſſas, *minores* vero arbitrio ſingularum eccleſiarum, moderante epiſcopo, relictas fuiſſe. Vtrum vero in illis epiſcopo Romano olim aliqua prærogatiua ſingularis data fuerit, vt ſine eius placito in eis nihil determinari potuerit, id ipſum eſt, quod Gallos inter et Romanos in controuerſiam vocatum eſt.

contra praxin primitiuæ eccleſiæ.

§. X. Equidem ante ſeculum IV. veſtigia huius prærogatiuæ prætenſæ haud deprehendo, imo ne quidem in *concilio Nicæno* hæc pontifici aſſerta, ſed ſimpliciter prouincialia concilia eorumque iura ſtabilita fuere. Nihilominus tamen iam pontifex hoc tempore id vnice agebat, vt magis magisque ſuprematum ſibi, variis adhibitis artibus, vindicaret, cui fini id inter alia quoque imprimis conducibile eſſe videbatur, vt in *cauſis grauioribus* et *maioribus*, ſe inconſulto, nihil decerneretur. Ea tamen adhuc modeſtia vtebatur, vt has ad ſua *reſeruata* neutiquam pertraheret, quin potius *iudicia* epiſcoporum *prouincialia* quidem in ſuo relinqueret vigore; interim tamen deſideraret, vt in *cauſis maioribus*, ſe inconſulto, nihil decerneretur, id quod cum plane *nouum* et *inſolitum ius* eſſet, magnæ molis omnino fuit, id ipſum in praxin deducere. Ceterum quod vno ictu et impetu obtineri non potuit, per artes, per gradus impetrandum erat. Præterea pauciores olim tantum erant cauſæ, in claſſe *maiorum* relatæ, vt *fidem*, et *depoſitiones epiſcoporum* concernentes: harum numerum quoque variis cautelis augere neceſſe erat, quod itidem demum poſt plurium ſeculorum decurſum factum eſt. Agite, videamus artes aulæ Romanæ, quibus ſub prætextibus *cauſarum maiorum* tot præcipua iura ſibi acquiſiuerit?

Quod attentauit iam ſeculo quarto.

§. XI. Seculo IV. quod tot contentionibus notabile feraciſſimumque fuit, inter tot enaſcentes turbas non potuit non pontifici occaſio ſuppeditari, auſpicia huius noui iuris attentandi et vſurpandi. Primus ergo conatus contra orientales epiſcopos dirigendus fuit, quod optime eo fieri

Cuius occaſio refertur.

Digitized by Google

posse modo existimabat, si non *suo*, sed *occidentalium* episcoporum in synodo collectorum nomine prætenderet, *causas maiores ab orientalibus, inconsultis occidentalibus, dirimi non posse*, quamuis magis *suam*, quam *occidentalium episcoporum auctoritatem* hoc nouo dogmate stabilire forsan intenderet, principatumque inter occidentales aliunde captaret. Ita *leui brachio* ab initio erat agendum, ne fraudes ceteris innotescerent, quorum ope adhuc indigebat præsul Romanus. Rem ex circumstantiis seculi IV. declarabo. Anno 341. *concilium Antiochenum* in *oriente* damnauerat ATHANASIVM, eumque sede sua expulerat. ATHANASIVS Romam petiit, postquam hostes eius Eusebiani IVLIO, Romano episcopo, causæ arbitrium detulerant, et ab eo synodum petierant, teste ipso ATHANASIO *apol. II. p. 739.* quamuis eos postea facti pœnituisset. IVLIVS nihil cunctatus, synodum coëgit, et, cognita innocentia Athanasii, eum absoluit, et ad communionem rursus admisit. Ægre id tulerunt Antiocheni, et acerbiores ad IVLIVM direxerunt literas, in quibus ab ecclesiæ legibus alienum esse aiebant, iudicia orientalium retractare in concilio occidentalium. His respondit IVLIVS, et suo et synodi nomine, et ea occasione iudicium sibi de *causis maioribus* confirmauit. *Si, vt dicitis*, scribit, *omnino in culpa fuerunt, oportuit secundum canonem, et non isto modo, iudicium fieri; oportuit scribere omnibus nobis*, (Romæ congregatis, inter quos IVLIVS primatum tenebat) *vt ita ab omnibus, quod iustum esset, decerneretur.* Rationem hanc addit: *episcopi enim erant, qui patiebantur, et non vulgares ecclesiæ, quæ ista patiebantur, sed quos ipsi apostoli suamet opera ad fidem instruxerant. Cur igitur inprimis de Alexandrina ciuitate nobis scribere voluistis? an ignari estis, hanc consuetudinem esse, vt primum nobis scribatur, et debinc, quod iustum est, definiri possit?* Vti vero Romanæ ecclesiæ prærogatiuam ea in re extolleret, statim addit: *Quapropter si istic huiusmodi suspicio in episcopum concepta fuerat, id huc ad nostram ecclesiam referri oportuit*, h. e. ad sedem Romanam. Forsan ad mentem IVLII, quæ *tecte* scripserat, occultaueratque, explicuit planius SOCRATES: *lib. II. c. 15.* aiens: *Regula ecclesiastica interdictum esse, ne præter sententiam Romani pontificis quidquam ab ecclesia decernatur.* Sed vbinam hæc est regula ecclesiastica, hic canon? Prouocat IVLIVS ad *consuetudinem ecclesiasticam;* sed vbi hæc? tantum in cerebro IVLII nata et efficta. Sane PAVLI Samosateni depositio, qui præsul in ecclesia Antiochena erat, contrarium docet, quæ *causa maior* vtique erat, sed inconsulto Romano episcopo decidebatur, quod etiam agnouerunt DU PIN in *tr. de discipl.*

A Iulio I. in causa Athanasii arrepta.

Sub prætextu violatæ consuetudinis.

Quæ tamen non erat fundata.

Digitized by Google

diſcipl. antiqua eccl. diſſ. 2. p. 163. et SAMVEL BASNAGE *ad ann. 342. §. 6.* Equidem ſolebant epiſcopi ſeculis anterioribus in *cauſis grauioribus* et *arduis* aliorum quoque explorare ſententias et conſilia; ſed non præciſe epiſcopi Romani, quid? quod præterea hæc res *arbitraria* erat, vnde nemo ſibi *ius perfectum* adſcribere poterat.

§. XII. Ita, alea ſemel iacta, non ſubſiſtendum fuit, ſed nouo gradu procedendum. Anno 347. ad finiendas diſſenſiones, quæ eccleſias afflixerant, *concilium Sardicenſe* indictum eſt, quo occidentales præualebant, cum plerique orientalium diſceſſerant, vnde non ſynodus *œcumenica*, ſed *occidentalium* dicta fuit. vid. EPIPHANIVS *hæreſ. 71.* Diſceſſus hic admodum profuit IVLIO eiusque aſſeclis, qui conſuetudinem, ante in dubium ab orientalibus vocatam, confirmandi idoneam nacti erant occaſionem. Res ex voto cedebat. Nam *can. III.* cauebatur: *Quodſi aliquis epiſcoporum iudicatus fuerit in aliqua cauſa, et putat, ſe cauſam bonam habere, vt iterum concilium renocetur, ſi vobis placet, S. Petri apoſtoli memoriam honoremus, vt ſcribatur ab his, qui cauſam examinarunt,* IVLIO *Romano epiſcopo, et ſi iudicauerit, renouandum eſſe iudicium, renouetur, et det iudices: ſi autem probauerit, talem cauſam eſſe, vt non refricentur ea, quæ acta ſunt, quæ decreuerit, confirmata erunt, ſi hoc omnibus placet. Reſpondet ſynodus: placet.* HOSIVS, præſes concilii, et IVLIO eo magis deditus, quod ATHANASIO fauerat, hæc omnia in orientalium dedecus fabricauerat, cui ſynodus, clamoribus inconditis, facile conſentiebat, vtpote quæ ſæpius, cauſa non examinata, ſtatim plauſum dabat. Hic plus tributum IVLIO et ſucceſſoribus eius, quam antea habebant, quod HOSIVS aperte indicauit his verbis: *Si vobis placet*, quod illuſtriſſimus archiepiſcopus Pariſienſis MARCA *lib. VIII. de conc. ſac. et imper. c. 3. §. 8. ſqq.* plenius probat. Adhuc plus iuris Romanæ aulæ aſſeclæ hic pontifici datum aſſerunt, *ius* ſcil. *appellandi* ad ſedem Romanam, quod tamen Galli ægre admittunt, teſte EODEM *cit. l. §. 12. ſqq.* quocum facit DV PIN *cit. l. p. 109.* Quicquid fit, hoc expeditum eſt, papæ hoc canone tale ius tributum eſſe in *cauſis maioribus*, quod appellationi non abſimile videtur, vti ex *c. 5.* euidenter apparet: *Oſius epiſcopus dixit, placuit autem, vt, ſi epiſcopus accuſatus fuerit, et iudicauerint congregati epiſcopi regionis ipſius, et de gradu ſuo eum deiecerint, ſi appellauerit, qui deiectus, et confugerit ad epiſcopum Romanæ eccleſiæ, et voluerit ſe audiri, ſi iuſtum putauerit, vt renouetur iudicium, vel diſcuſſionis examen, ſcribere his epiſcopis dignetur, qui in finitima et*

Noua occaſio pontifici ſuppeditata fuit in concilio Sardicenſi, cauſas maiores ad ſe trahendi.

Digitized by Google

propinqua prouincia ſunt, vt ipſi diligenter omnia requirant, et iuxta fidem veritatis definiant. Sed quo minus hoc *nouum ius* in praxin deduceretur, multa obſtabant. Diſceſſerant orientales, nec hoc iugum ſibi imponi paſſi ſunt. Inde in obſeruantiam per inſigne temporis ſpatium illud non eſt introductum, obſeruante MARCA *cit. l. c. 4. ſqq.*

Quæ tamen non ſtatim in praxin deducta ſunt.

§. XIII. Nouo ergo gradu opus fuit, vt felicior eſſet progreſſus. *Sardicenſes canones* in Romana eccleſia Nicænis adiungendi, vt horum auctoritas illis ſimul tribueretur, et nomine *Nicænorum canonum* plus roboris et virium haberent. Ni me omnia fallunt, id tentauit INNOCENTIVS I. in *epiſt.* ad VICTRICIVM, Rotomagenſem epiſcopum, *c. 31.* ſcribens: *Si quæ autem cauſæ vel contentiones inter clericos tam ſuperioris ordinis, quam etiam inferioris fuerint exortæ, vt ſecundum SYNODVM NICAENAM congregatis eiusdem prouinciæ epiſcopis iurgium terminetur, nec alicui liceat (ſine præiudicio tamen Romanæ eccleſiæ, cui debet in omnibus cauſis reuerentia cuſtodiri) relictis his ſacerdotibus, qui in eadem prouincia DEI eccleſiam nutu diuino gubernant, ad alias conuolare prouincias. Si autem MAIORES CAVSAE in medio fuerint deuolutæ, ad ſedem apoſtolicam, ſicut ſynodus ſtatuit, et vetus conſuetudo exigit, poſt iudicium epiſcopale referantur.* Nullibi hoc ſynodus *Nicæna* ſtatuit, ſed *Sardicenſis* propius huc collineat in adductis verbis, quam *Nicænæ* nomine indigitauit, et reuera fucum fecit. Eundem ſecutus eſt ZOSIMVS morem contra Africanos, qui ægre ferebant, iudicia a ſe legitime peracta refricari et retractari ab epiſcopo Romano. Vt itaque ſe ad cauſam legitimaret, anno 418. miſit FAVSTINVM ad concilia Africæ, vt, tale ius *canonibus Nicænis* eſſe conſtitutum, iis perſuaderet, qui id ipſum tamen in iis prorſus reperire non poterant. Tandem miſſis in orientem legatis, quo exemplaria genuina aſſeruabantur, fraus detecta, et deprehenſum fuit, non in canonibus *Nicænis*, ſed *Sardicenſibus* hoc nouum ius quærendum eſſe, quod nec MARCA *cit. l. lib. VII. c. 15.* diffitetur.

Noua ergo arte opus fuit, vt Sardicenſes canones in praxin deducerentur, et pro Nicænis venditarentur.

§. XIV. Interim magna per occidentem epiſcopi Romani auctoritas fuit, quæ effecit, vt in cauſis *dubiis*, *arduis*, et *maioribus* ſæpius *relationes* ad ipſum fierent, et de *cauſis dubiis* conſuleretur, quod in vſus ſuos, immo neceſſitatem traxit INNOCENTIVS I. vt epiſtolæ eius oſtendunt, quo ipſo nouo veluti gradu *cauſas maiores* ad ſe traxit, ſaltim hoc effectu, vt ſine eius præſcitu nihil facile in iis definiri potuerit. Ita enim *in epiſt. ad epiſcopum Nucerianum: Mirari non poſſumus, dile-*

Quia etiam de cauſis maioribus ſæpe conſulebatur papa, hoc etiam in occaſionem traxit.

Digitized by Google

dilectionem tuam sequi instituta maiorum omnia, quæque possunt aliquam recipere dubitationem, ad nos, quasi ad caput atque ad apicem episcopatus, referre, vt consulta videlicet sedes apostolica ex ipsis rebus dubiis certum aliquid faciendum pronunciet. Confirmata hæc consuetudo eo magis est, quod THEODOSIVS *in l. 45. C. Theod. de epise.* et *l. 6. C. Iustin. de SS. eccles.* eam agnouerit, et similem prærogatiuam Constantinopolitano concesserit. Verba legis hæc sunt: *Si quid dubietatis concesserit, id oporteat, non absque scientia viri reuerendissimi sacrosanctæ legis antistitis vrbis Constantinopolitanæ (quæ Romæ veteris prærogatiua lætatur) conuentui sacerdotali, sanctoque iudicio reseruari.* Tribuit idem his verbis ius Constantinopolitano, quod Romanus episcopus sibi vindicabat, quod an huic adeo acceptum fuerit, illi iudicare facile poterunt, qui nouerunt, quanta inuidia hic illius progressus susceperit. Interim *per indirectum* Romano episcopo ius, quod anxie antehac ambierat, confirmauit, vt tamen postea potius pontifices Romani hoc reseruatum sibi deberi contenderint. Nam anno 578. PELAGIVS II. *epist. 8.* ad IOANNEM, patriarcham Constantinopolitanum, disertis verbis ait: *Maiores vero et difficiles quæstiones, vt sancta synodus statuit, et beata consuetudo exigit, ad sedem apostolicam semper referantur.* Si praxin trium priorum seculorum intueor, relationes in *causis grauioribus dubiis* frequentes erant, minime tamen vnice ad Romanum, sed alios quoque magnæ auctoritatis episcopos dirigebantur, quorum consiliis eo libentius hi, qui dubiis districti erant, vtebantur, cum disciplina ecclesiastica non satis esset determinata. Ad CYPRIANVM hinc inde, etiam ab ipsa Romana ecclesia, relationes factæ leguntur, nec in eo aliqua ecclesiæ Romanæ erat prærogatiua, multo minus *ius perfectum* inde sibi arrogare poterat, vt consilia ejus necessario essent expetenda, vti postmodum episcopus Romanus hoc ipsum in *necessitatem* traxit.

§. XV. Quia tamen nihilominus, maxime *in occidente*, magna erat, tum metropolitanorum, tum synodorum auctoritas, ita vt vel illi plerasque *causas maiores* peragerent, vel in *synodis prouincialibus*, quibus præerant, discutiendas proponerent, quod plenius ostendit MARCA *lib. VI. de conc. sac. et imp. c. l. §. 13. sqq.* nec præterea satis definitum erat, *quænam essent maiores?* (nam *depositiones* vsque ad tempora NICOLAI I. inter has haud referebantur, vel ipso MARCA teste *lib. VII. c. 13. cit. tr. §. 8.*) nouo conatu, ad opus semel inceptum perficiendum, vel ad minimum pedetentim proferendum, opus fuit. Id autem aliter fieri non potuit,

Hunc in finem quoque subigendi erant episcopi metropolitani, et concilia prouincialia tollenda.

Digitized by Google

potuit, quam infringendo auctoritatem *metropolitanorum*, et ſuppri-
Hinc metropolitanos conſtituit vicarios. mendo *concilia prouincialia*. Vt prius *bona gratia* fieri poſſet, induxit, ſpe maioris conſequendæ auctoritatis, metropolitanos, vt *vicariatum* a ſe acciperent, qua eſca eo facilius capi poterant, quia Romani epiſcopi *patriarchalis auctoritas* per occidentem haud minima erat, indeque concludebant, ſe dignitate maiori munitos fore, ſi *vicariatu* hoc coruſcarent. Similis intentio fuit in *conceſſione pallii*, cum hoc non aliis, quam *vicariis* ſuis daret, quo tandem factum, vt omnibus metropolitanis hic *vicariatus* impoſitus ſit. Sed quid inde? ais: Scilicet poſtquam hoc *vicariatu* metropolitani omnes decepti erant, ſe *miniſtros ſedis Romanæ* agnoſcere poſtea debebant, ex præſcripto eius omnia agentes, quæ antea *proprio iure* agere poterant. Inde determinauit eorum poteſtatem, et magnopere minuit, dum plura ſibi reſeruare poterat.

Eosque a cauſis maioribus determinandis excluſit. §. XVI. Inprimis vero ſibi reſeruabat *cauſas maiores* et *arduas*, vt hæ ſine ipſius præſcitu haud determinarentur. Docet id ipſum LEO I. in epiſtolis ad *epiſcopum Theſſalonicenſem*, cui iam *vicariatus* ab anteceſſoribus datus erat. Ipſe LEO *in epiſt. ad Anaſtaſium* ſatis amplis verbis eius poteſtatem, vicario nomine peragendam, circumſcribit, ſed tandem reſeruat ſibi *cauſas maiores*, et pergit: *vt enim auctoritatem tuam vice noſtra exercere te volumus, ita nobis, quæ illic componi non potuerint, vel qui vocem appellationis emiſerit, reſeruamus.* Id ipſum quoque repetit in *fine epiſt. ad epiſcopos metropolitanos per Illyricum conſtitutos*, et, *ſi quæ vero*, ſcribit, *cauſæ grauiores vel appellationes emiſerint, eas ſub ipſius relatione ad nos mitti debere decreuimus.* In quo autem ius hoc reſeruatum conſiſteret, mox prodidit in caſu, quo ATTICVS, veteris Epiri epiſcopus, quodammodo durius ab ANASTASIO habitus eſſet, et hic eo nomine querelas ad epiſcopum Romanum detuliſſet. Redarguit eo nomine ANASTASIVM Leo *epiſt. 48.* aiens: *Nam cum maiora negotia et difficiliores cauſarum exitus liberum tibi eſſet, ſub noſtræ ſententiæ exſpectatione ſuſpendere, nec ratio tibi nec neceſſitas fuit, in id, quod menſuram tuam excederet, deviandi.* Quia enim ATTICVS metropolitanus erat, exiſtimauit pontifex, priuato ANASTASIVM iudicio nihil de ATTICO decernere debuiſſe, *præſertim*, ait, *cum etiamſi tale aliquid mereretur, exſpectandum tibi fuerat, quid ad tua conſulta reſcriberem.* Et paulo poſt: *Etiamſi quid graue et intolerandum committeret, noſtra erat exſpectanda cenſura, vt nihil prius ipſe decerneres, quam, quod nobis placeret, agnoſceres. Vices enim noſtras ita tuæ credidimus caritati, vt in partem ſis vocatus ſollicitudinis, non in PLENITVDINEM POTESTATIS.* Quæ pars autem com-

commiſſa eſſe cenſeatur, explicat IVO *epiſt. 59. quæ etiam pars*, ait, *modo plus, modo minus recipit, pro arbitrio committentis.* Ita pontifex ad *cauſas maiores*, quidquid libitum erat, trahere poterat, id quod poſtmodum quoque maiori perfecit audacia, poſtquam *conciliorum provincialium* auctoritas prorſus erat infracta, quod quibus artibus factum fuerit, docet MARCA *lib. VI. de conc. ſacerd. et imp. c. 14. et 15.*

§. XVII. Non leue porro huic doctrinæ ſeculo IX. addit augmentum *collectio ſpuria* PSEVDO-ISIDORI, quæ licet ex ſpuriis epiſtolis pontificum, qui ante SIRICIVM V. erant, conflata eſſet, a NICOLAO I. tamen magnopere commendata, vindicata, et in praxin deducta eſt. Promotor hic fuit inſignis pontificiæ maieſtatis, cui admodum inſeruiebat hæc collectio, quam eo facilius in praxin deducere poterat, quod antiquitatis eccleſiaſticæ ignorantia vbique regnaret. Hac collectione ſpeciatim cautum fuit, *cauſis maioribus* quoque accenſendam eſſe *depoſitionem epiſcoporum*, adeoque eam non poſſe absque epiſcopi Romani præſcitu fieri, quod declarat DV PIN *cit. l. p. 134. ſq.* immo vnice inde petendam hanc praxin eſſe, docet MARCA, archiepiſcopus Pariſienſis, *lib. VII. de C. S. et I. c. 25. ſqq.* Hac occaſione pauliſper *cauſæ maiores* magis magisque determinatæ ſunt, quod pontifex eo facilius poſt hæc tempora facere poterat, vbi metropolitanorum eſt infracta auctoritas, concilia prouincialia ſuppreſſa, et ſpurii canones eccleſiis obtruſi, ex quibus quæuis audere poterat. Acceſſit *nunciorum* per omnes eccleſias et diœceſes miſſorum auctoritas, qui omnia ad ſe rapere, et *ſub hoc prætextu* quæuis ſibi vindicare ſtudebant, quæ hic latius exequi non vacat. Paucis tantum hic referam, quæ ex *ſpuria collectione* ISIDORI huc faciunt, et quibus poſtea pontifex maiori cum fiducia vſus eſt, tum *in cauſis maioribus* determinandis, tum priuatiue eorum deciſionem ſibi tribuendo. In *epiſt.* FELICIS I. 3. apud BLONDELLVM *in Pſeudo-Iſidoro p. 363.* hæc leguntur: *Semper enim dubia et maiora negotia terminum ab hac S. ſede a tempore apoſtolorum, qui eam ſuis documentis inſtruxerunt, accipere conſueſcunt.* In *epiſtola* IVLII I. apud EVNDEM *p. 447.* hoc confirmat impoſtor: *Ad eam*, (eccleſiam Romanam) *quaſi ad matrem atque apicem, omnes maiores eccleſiæ, cauſæ et iudicia epiſcoporum recurrunt, eiusque ſententia iuſta terminum ſumunt, quatenus non ita proterue et pro lubitu cuiuspiam ſuo proprio arbitrio quibusque metropolitanis, ſicut agere ſolebant, liceat inconſulto Romano pontifice aut maiores eccleſiæ cauſas deturbare, aut epiſcopos damnare.* Similis tenoris eſt DAMASII II. *epiſt. 4.* apud EVNDEM *p. 525. Cui epiſcoporum iudi-*

Multum quoque præſidii pontifici attulit collectio Pſeudo-Iſidori ad cauſas maiores ſibi aſſerendas. Inde depoſitiones epiſcoporum cauſis maioribus annumeratæ.

iudicia atque maiores cauſæ, ſicut paulo ſuperius memoratum eſt, reſeruatæ ſunt, atque ſolidatæ. In antecedentibus, ad quæ prouocat impoſtor, dixerat: *Sed definire eorum atque eccleſiaſticorum ſummas querelas cauſarum, vel damnare epiſcopos, abſque huius ſanctæ ſedis auctoritate, minime licet.* In SIXTI II. *epiſt.* apud EVNDEM *p. 334.* hæc impoſtor repetit, aitque: *Cuius depoſitio in omnes maiores eccleſiaſticas cauſas, et epiſcoporum antiqua iudicia apoſtolorum eorumque ſucceſſorum atque canonum auctoritas reſeruauit.* Idem hoc confirmare debuit MARCELLVS apud EVNDEM *p. 393.* his verbis: *Nec ab eius* (ſedis Romanæ) *diſpoſitione vos deuiare oportet, ad quam cuncta maiora eccleſiaſtica negotia (diuina diſponente gratia) iuſſa ſunt referri, vt ab ea regulariter diſponantur, a qua ſumſere principia.* MELCHIADES imprimis in *epiſt. ad Hiſpan. epiſc.* apud BLONDELLVM *p. 426.* grauiter hoc vrget, quod absque ſedis Romanæ conſenſu nullus epiſcopus deponi debeat, cur? reſpondet impoſtor: *Quod DEI ordinatione taliter ordinatum eſſe credimus, ne omnes poſterorum cuncta ſibi vindicarent, ſed ſemper maiores cauſæ, ſicut ſunt epiſcoporum et potiorum curæ negotiorum, ad vnam B. principis apoſtoli Petri ſedem confluerent, vt inde ſuſcipiant finem iudiciorum, vnde acceperunt initium.* Ne vero vnice Pſeudo-pontificum aſſerta hæc conſtarent auctoritate, addenda fuit aliorum epiſcoporum confeſſio roborans. Hanc impoſtor prodidit in *epiſt. Ægyptiorum* ad FELICEM II. apud BLONDELLVM *p. 491.* aientium: *quod nos nequaquam vobis inconſultis agere præſumimus, canonibus quippe iubentibus, abſque Romano nos de maioribus cauſis nihil debere decernere pontifice.* Aiunt porro in *ſqq.* in *concilio Nicæno* (quod apertiſſime falſum eſt) eſſe conſtitutum, *non debere abſque Romani pontificis ſententia concilia celebrari, nec epiſcopos damnari*, quod hæ duæ cauſæ maiores eſſent. En impoſtoris audaciam! Sed fere tædium me cepit, omnes referre quisquilias, quæ hanc ſententiam magnopere ſtabilierunt, qua poſtmodum pontifices omnia pro lubitu ad ſua reſeruata trahere potuerunt, temporum barbarie iis admodum ſuffragante.

Denique legiſtarum regula multum profuit pontifici, cauſſas maiores maximos requirere iudices

§. XVIII. Rebus ita ſtantibus, pontifex ſub prætextu *maiorum cauſarum* priuatiue plura ad ſuam traxit cognitionem, imprimis vero INNOCENTIVS III. quod epiſtolæ eiusdem produnt. Erant eo tempore legiſtarum Brocardica iam in omnium ore, quæ etiam pontifex, quatenus ſibi conducere videbantur, in ſuos applicauit vſus. Audiuerat, regulam iuris eſſe, *maiores cauſas maximos requirere iudices*, ſe vero omnium iudicum eccleſiaſticorum *maximum* eſſe credebat, ita etiam, hac regula ſuffultus, plura reſeruata ſibi tribuebat, quæ olim eius pri-

priuatiuæ diſpoſitioni haud erant ſubiecta. Sic itaque, vt ex pluribus quasdam referam, inter *maiores cauſas* retulit (1) *cauſas fidei* vt ipſe profitetur in *c. 3. X. de baptiſm.* (2) *poſtulationum*, vt *tit. X. de poſtul. præl.* docui: (3) *translationum*, quod pluribus argumentis euincere conatur in *c. 2. X. de translat. epiſc.* contra antiquam praxin, aſſertam a PETRO DE MARCA *lib. VI. de C. S. et I. c. 8. §. 6. ſqq.* (4) *depoſitionum epiſcoporum*, quod poſt aſſertam quisquiliis hiſce auctoritatem demum inualuiſſe, clariſſimis oſtendit documentis IDEM *lib. VII. c. 25. ſqq.* (5) *vnionum eccleſiarum cathedralium: c. 1. X. ne ſede vac.* (6) *exemtionum epiſcoporum:* (7) *confirmationum epiſcoporum*, contra *c. 4. concil. Nic.* (8) *diſpenſationum* in caſibus grauioribus: (9) *canoniſationum:* (10) *abſolutionum* in grauioribus delictis, quæ pœnitentiariæ Romanæ magnum quotidie quæſtum præbent. Quibus BONIFACIVS VIII. (11) addit in *c. 1. h. t. in 6. coadiutoriarum conſtitutionem.* Sic hæc doctrina de *cauſis maioribus et arduis* peperit Romano pontifici et auctoritatem et quæſtum, quamuis, ſi artes relatas conſideramus, de *tituli iuſtitia* deſperare cogatur.

Inde plura reſeruata papa ſibi adſeruit.

§. XIX. Hoc modo tandem *coadiutorum* datio priuatiue ad ſedem Romanam tracta, et inter *cauſas maiores*, et per hoc, inter *reſeruata papalia*, relata eſt. In *Germania* tamen ita exercenda eſt, 1) ne *concordatis nationis Germanicæ* præiudicium fiat. Equidem in prælaturis ſeu *beneficiis electiuis* maioribus pontifex libere hoc ius exercet, ſed non in *inferioribus beneficiis*, ad collationem epiſcopi vel capituli ſpectantibus, quippe quod pugnaret cum *concordatis nationis Germanicæ.* Sunt in his tantum pontifici *certi menſes* reſeruati, in quibus talia beneficia, in iis vacantia, eius ſubſunt collationi. Quod ſi ergo in his coadiutores conſtitueret cum *ſpe ſuccedendi*, in effectu omnium beneficiorum collationem rurſus ad ſe raperet, in fraudem concordatorum, quod nec ipſi pontificii negant, relati a PETRO LEVRENIO *de vicar. epiſcopi qu. 313.* Si pontifex contra hæc coadiutores cum ſpe ſuccedendi in his conſtituit, hi quidem, beneficio in *menſe papali* vacante, admitti poſſunt; excluduntur vero, ſi in menſe epiſcopali vel capitulari vacantia naſcitur. In terris proteſtantium itidem principes coadiutores conſtituere poſſunt cum ſpe ſuccedendi, quatenus collatio beneficii ad eos ſpectat, et ita effectum habebit, ſi beneficium vel in menſe, collationi principis deſtinato, vel in turno eius, vbi alternatiua placuit, vacauerit. Exemplo potentiſſimi regis Boruſſiæ glorioſæ memoriæ rem declarabo:

Papa tamen in Germania in conſtitutione coadiutorum nihil audere poteſt contra concordata;

Wir Friedrich von GOttes Gnaden, König in Preussen, Marggraff zu Brandenburg, des Heil. Röm. Reichs Erz-Cämmerer und Chur-Fürst,

Thun kund und fügen hiermit jedermänniglich, insonderheit denen ehrbahren und lieben andächtigen und getreuen Decano und Capitularen unser Collegiat-Kirchen unser Stadt Soest zu wissen, als unser jetziger Dechant daselbsten uns allerunterthänigst zu erkennen gegeben, was massen er wegen seines hohen Alters eines Vice-Decani benöthiget, die Capitularen solches auch dem Capitulo ersprießlich zu seyn achten, daß wir den bisherigen Canonicum G. D. T. v. P. mit gemeldtem Vice-Decanat cum spe futuræ successionis dahin allergnädigst prouidiret und versehen haben, daß er die vices in allen vertreten, und nach gemeldten Decani Absterben diese Stelle als würcklicher Decanus versehen solle, thun auch solches hiermit in Kraft dieses euch obgemeldten allergnädigst anbefehlend, daß ihr erwehnten G. D. T. v. P. vor euren dergestalt von uns rechtmäßig angeordneten Vice-Decanum annehmen, erkennen und halten, ihme stallum in choro nechst jetzigem Decano in seinem habitu decanali einräumen, und nach des jetzigen obgemeldten Decani Tod, die dazu gewöhnliche und gehörige Renthen folgen und ausreichen lassen sollet. Urkundlich unsers hievor gedrückten Insiegels, gegeben, ꝛc. den 7. Martii 1701.

Aut instrumentum pacis.

§. XX. Vlterius coadiutorum datio II) ita in Germania exercenda est, ne *instrumento pacis* præiudicium fiat. In episcopatu Osnabrugensi locum habere vix potest, postquam in *art. XIII. §. 1. sqq.* in dicto episcopatu alternatiua successio inter catholicos et A. C. addictos episcopos, ex familia tamen ducum Brunsuicensium et Luneburgensium postulandos, introducta et stabilita est. Si enim post catholici episcopi mortem episcopus est cooptandus, papa circa coadiutoris constitutionem nihil decernere debet, sed quia ex protestantium Brunsuicensium gente aliquis designandus est, capitulum illam electionem coadiutoris, sine concursu pontificis, suscipere debet, quamuis id forsan raro aut nunquam facturum sit. Similiter in episcopatibus et prælaturis, Augustanæ confessioni addictis, coadiutorum electio *cum spe succedendi* quidem obtinet, sed a pontifice non impetratur, cuius iuri in totum quoad has ecclesias derogatum est. Nouissimum exemplum electionis coadiutoris *cum spe succedendi*, quod tot motus peperit, præbet capitulum Lubecense,

cenſe, cuius fata paucis enarrabo, vt praxin huius iuris, ex iure pontificio retentam, inde declarem. Supra iam *lib. I. tit. V. §. 13. ſqq.* recenſui, inter capitulum Lubecenſe et domum Holſaticam Gottorpienſem anno 1647. pactum initum fuiſſe, vigore cuius capitulum Lubecenſe in ſe recepit conſtituitque, *ſe poſt epiſcopum Ioannem, eo tempore adhuc viventem, et iam poſtulatum coadiutorem ducis Friderici filium, Ioannem Georgium, ſex adhuc principes ex domo Holſato-Gottorpienſi oriundos per liberam electionem in epiſcopos vel coadiutores Lubecenſes ſucceſſiue electurum aut poſtulaturum eſſe.* Quamuis vero huic pacto rex Daniæ *anno 1667.* aſſenſum præbuiſſet, omnem tamen mouit lapidem, tum *anno 16-6.* tum imprimis *anno 1684.* vt filius ſecundogenitus in coadiutorem eligeretur. Conatui *anno 1684.* non deerant minæ, quæ res tandem cæſarem induxit, vt ſuam auctoritatem interponeret, et pro conſeruando *inſtrumenti pacis* vigore, quod hiſce ſuſceptis auſibus violari videbatur, mandata S. C. ad regem Daniæ, tanquam ducem Holſatiæ, epiſcopum Lubecenſem et capitulum decerneret, electionemque coadiutoris inhiberet. Id enim iuris cæſari vi *inſtrumenti pacis* competit, vt, emergentibus de electione in *immediatis prælatis A. C.* controuerſiis, curet, ne quid detrimenti diſpoſitio pacis Weſtphalicæ capiat, vt ſupra *lib. I. tit. V. §. 17.* aſſerui. Fit horum mandatorum mentio in *decretis cæſareæ commiſſionis* in comitiis exhibitis apud ANTON. FABRVM *tom. II.* der Staats-Canzley *p. 65.* Ipſum mandatum inhibitoriale inſertum eſt *tom. XI.* LVNDORPII *c. 60. p. 143. ſq.* in quo inter alia imperator ita reſcribit: Gleichwie nun dieſe Ew. Lbd. bey offt-berührten Lübeckiſchen Dom-Capitul angebracht, und theils auf Schenckung, theils auf Furcht commination beſtehende Werb- und Zumuthungen allen göttlichen, geiſt- und weltlichen Rechten, und zwar obangezogener maſſen dem inſtrumento pacis (quod *art. V. §. 17.* liberam vbique capitulo, et quibus id præterea pariter cum capitulo pro more competit, tam electionem quam poſtulationem relinquendam eſſe conſtituit) ſchnurſtracks zuwider lauffen, und wir dahero Kraft tragenden höchſten Käyſerl. Amts, und als erwehnten inſtrumenti pacis protector und executor, hiebey nicht zuſehen können, ſondern dergleichen abgenöthigte höchſt-verbotene Coadiutorie-Wahl auf alle Weiſe zu hintertreiben und zu verwehren verbunden ſeynd; als iſt ſolchemnach nicht allein an obbeſagten Biſchof zu Lübeck Ld. und dero-Dom-Capitul unſer Käyſerl. mandatum inhibitorium ſine clauſula, ſondern auch an Ew. Ld. heute dato erkant worden; und wir gebiethen Deroſelben demnach von Römiſcher Käyſerl. Majeſt.

Praxis coadiutoriarum inter proteſtantes.

Cæſaris iudicium circa has coadiutorias controverſias.

Macht, bey pœn 100. Marck lothiſchen Goldes in unſere Käyſerl. Cammer ohnnachläßlich zu bezahlen, daß ſie, alsbald nach Inſinuir- und Verkündigung dieſes unſers Käyſerl. Geboths, von dieſem ihren oft-ermeldtem Lübeckiſchen Dom-Capitul angetragenen Zumuthungen und deſideriis abſtehen, vielweniger daſſelbe durch einige Anerbieth- oder Bedrohungen zu dergleichen, den göttlichen und menſchlichen Geſetzen zuwider gehenden Gedancken, bereden, oder nöthigen ſolle, als lieb Deroſelben iſt, obgedachte pœn zu vermeiden. Equidem epiſcopus Lubecenſis literis ad cæſarem *d. 20. Oct. 1684.* contra hoc mandatum inhibitoriale vrgebat, ſibi liberum eſſe, conuentum capituli cogere, et electionem *coadiutoris*, vel *ſub-coadiutoris* pro viribus promouere, nec ſe ab imperatore in hoc iure epiſcopali impediri debere. Regeſſit tamen cæſar nouo reſcripto d. *die 27. Dec. eiusd. anni* apud FABRVM *cit. l. p. 75.* nec ſe intendiſſe, electionem coadiutoris impedire, ſed tantum quouis modo impedire, ne minis capitulum ad hanc electionem cogeretur, et electio *libera* eſſe deſineret, indeque de nouo interceſſit, ne electio ſuſciperetur.

Fata coadiutoriæ Lubecenſis vlterius referuntur.

§. XXI. Hoc modo ſuſpenſa fuit electio *coadiutoris*, a rege Daniæ deſiderata, vsque ad *annum 1688.* quo priſtinos motus recepit. Gottorpienſes inſtabant pacto, non alium quam ex Gottorpienſi domo eligendum eſſe coadiutorem, cenſentes. Dani pactum hoc impugnabant, et contra *inſtrumentum pacis* eſſe iudicabant, nec a ſollicitationibus abſtinebant. Cæſar inuictiſſimus nihil magis quam *libertatem electionis* conſeruare ſtudebat, hinc non tantum miniſtri cæſarei contra hoc pactum *anno 1688. d. 21. Febr.* proteſtati ſunt, FABRO teſte *tom. X.* der Staats-Cantzley *p. 682. ſq.* ſed etiam *anno 1698.* ſenatus aulicus imperialis illud ex capite *nullitatis* inualidum eſſe cenſuit. Sed, re maturius deliberata, *anno 1700.* pacto vigor ſuus aſſertus, et pace Travendahlenſi confirmatus eſt. Interim animi capitularium admodum diſtracti erant, adeo vt, cum *anno 1701.* ad electionem coadiutoris accederent, pars altera CHRISTIANO AVGVSTO, ex domo Gottorpienſi, pars altera vero CAROLO, regis Daniæ fratri, vota daret. Inde noua iurgia, et contentionum ſemina. Mortuo *anno 1705.* epiſcopo Lubecenſi, CHRISTIANO AVGVSTO, electus coadiutor ex domo Gottorpienſi poſſeſſionem epiſcopatus mox apprehendit, et ſolenni proclamatione epiſcopus pronunciatur, non obſtantibus proteſtationibus et contradictionibus, in fauorem CAROLI factis. Imo *anno 1707.* vt eo maturius ſibi capitulares proſpicerent, denuo de coadiutoris electione

ne

ne cogitare cœperunt, et CAROLVM, CHRISTIANI AVGVSTI, ſereniſſimi adminiſtratoris, filiolum, anno præcedente natum, poſtularunt, atque ita Gottorpienſes eo tandem rem deduxerunt, vt de pacti, *anno 1647.* initi, vigore nihil imminueretur, ſed capitulum ad id ſeruandum adſtringeretur.

§. XXII. Docent adductæ huius arduæ contentionis circumſtantiæ, 1) liberam eſſe capitulis proteſtantibus electionem coadiutoris, nec vllius ſuperioris præſulis exſpectandum eſſe arbitrium, in quo conditio capitulorum, ritibus Romanis addictorum, longe eſt deterior. 2) Imperatori circa eiusmodi electiones id vnice curæ cordique eſſe, vt iuxta *inſtrumentum pacis* liberæ, non minis aut armis extortæ ſint; imo ſi 3) contentiones circa ipſam coadiutorum electionem oriuntur, illas a S. cæſarea maieſtate decidendas eſſe. Ceterum 4) electiones coadiutorum etiam inter proteſtantes *futuræ ſucceſſionis gratia* fieri, eumque modum, ab antiquis moribus prorſus abhorrentem, retentum fuiſſe.

Inde cura coadiutoriarum inter proteſtantes illuſtratur.

§. XXIII. Sed illuc, vnde abii, redeo, et reliquam nouam *coadiutoriarum* formam conſidero. Videlicet (11) hanc nouam tandem acceperunt faciem, quod ſint *modus, viuenti adhuc prælato de futuro et certo ſucceſſore proſpiciendi*, quæ ratio potiſſimum hodie in Germania vſitatiſſima eſt. Pontificii hunc modum hodie accommodatiſſimum eſſe iudicant, rebus ſuis et incolumitati eccleſiarum ſuarum conſilio proſpiciendi, tum vt eo magis vires ſuas augeant, tum etiam vt euitent varia incommoda, quæ ex ſedis vacantia non raro enaſci poſſunt. Accedunt tot potentiorum deſideria, prælaturas ambientium, imo epiſcoporum iam electorum conamina, plures epiſcopatus, papa diſpenſante, ſibi acquirendi, quo eo grauius pondus, tot prælaturis inſtructi, ſaluti eccleſiæ ſuæ adferre, rebusque ſuis conſulere poſſint, quod ipſum quorſum vergat, facile omnes ſentiunt et animaduertunt. Vnde fluit 1) coadiutores etiam illis conſtitui, qui auxilio alterius ob ſenium vel infirmitatem prorſus non indigent. 2) Quamuis pontificii aſſerant, conſenſum quoque eius, cui coadiutor dandus, deſiderari, FAGNANVS *in c. nulla de conceſſ. præb. n. 58.* non negant tamen, etiam *inuito* dari poſſe coadiutorem a papa, cuius præuio conſenſu capitulum ad electionem procedere poteſt. LEVRENIVS *de vicar. epiſc. qu. 363. n. 2.* Neque enim epiſcopi regentis vertitur præiudicium, vtpote de cuius futuro tantum ſucceſſore agitur, et quamuis *coadiutoris* nomen gerat, vix tamen eſt, vt ei in epiſcopatu regendo aſſiſtat, cum primario in hunc finem haud ſit datus. 3) Deſideratur proprie dicta capituli *electio* vel *poſtulatio*,

(2) Coadiutoriæ hodie ſunt modus deſignandi futurum ſucceſſorem.

Vnde variæ irregulares concluſiones fluunt.

tio, prout candidatorum conditio variat, poſtquam a pontifice capitulo eligendi poteſtas facta eſt. 4) Poteſt poſtulari coadiutor, qui iam habet epiſcopatum, et qui defectum ætatis ipſemet patitur, vt ne quidem propter ætatem coadiuuando aſſiſtere queat: ſufficit, quod ſuccedere queat, quod quidem non vult admittere LEVRENIVS *cit. l. qu.* 377. ſed praxi contraria refutatur. Confundit ſæpe nouiter effigiatas coadiutorias cum illis, quæ olim obtinuere, et non primario ob *futuram* ſucceſſionem, ſed in *adiutorium* morbo vel ſenectute impeditis dabantur. Ab his ſæpe ad illas argumentum trahit, ſine vllo delectu et diſcrimine. 5) Nec talis coadiutor, qui vnice propter futuram ſucceſſionem datur, ad reſidentiam obſtringitur, bene tamen ille, qui primario *adiutorii gratia* datus eſt. Denique 6) ita impeditur ſedis vacantia, quia ſine noua electione ſtatim ſuccedit coadiutor, B. HERTIVS *de ſpec. Rom. Germ. imp. rebuspubl. §. 36.* et poſſeſſionem epiſcopatus apprehendit; LEVRENIVS *cit. l. q. 425. ſq.* antequam autem ſedes vacat, primum poſt epiſcopum prælatumque locum tenet, vt integro conſilio defendit SPEIDELIVS *in ſpec. voc coadiutor.* Poteſt tamen *ex accidente* euenire, vt apprehenſio poſſeſſionis aliunde impediatur, et ſic *ex accidente* ſedis vacantia oriatur, prout tempore præcedentis belli exemplo ſuo docuit epiſcopatus Hildeſienſis, de quo plenius egi *diſſert. de iure capituli ſede impedita.*

Vſus coadiutorum legitimus in eccleſiis proteſtantium.

§. XXIV. Egi hactenus de *vſu coadiutorum irregulari*: pauca de *legitimo* eorum *vſu*, quem potiſſimum eccleſiæ proteſtantium parochiales ſeruant, addam. Poſtquam certus paſtorum numerus in ſingulis eccleſiis conſtitutus eſt, imo plures eccleſiæ tantum vnum paſtorem, per quem regantur, habent, cautum eſt, alium *regulariter* conſtitui non poſſe, niſi loco vacante, FINCKELTHAVS. *de iure patron. c. VI. n.* 27. Verum, *neceſſitate et vtilitate eccleſiæ* diuerſum ſuadente, facile ab hac regula receditur. Quid enim, ſi paſtor eſt decrepitus et emeritus, vel morbo laborat ſontico, ita vt ad munus eccleſiaſticum minus ſufficiens deprehendatur? quid, ſi mole muneris ſui adeo prægrauetur, vt, quamuis vires eius adhuc integræ ſint, ſponte tamen ſua deſideret *adiunctum* vel *coadiutorem*, qui ipſum aliqua laborum parte ſubleuet? Non alienum a moribus noſtris eſt, miniſtris eccleſiæ etiam committere profeſſionem theologicam in academiis, inſpectionem plurimarum eccleſiarum, et curam conſiſtorii, quæ munia ſæpe adeo paſtores fatigant, vt iuſtum ſit, eorum deſideriis aſſurgere. Neque adeo hic aduocanda ſunt dubia, quæ in iure canonico antiquo occurrunt. Vnum tantum veteres admiſere epiſcopum in ſingulis eccleſiis: coëpiſcopatum regulariter damnandum eſſe cenſebant, et inde

In caſu neceſſitatis.

tam

tam ægre ad coadiutores conſtituendos inducebantur. Sed hæ rationes eccleſiis noſtris non obſtant, quæ diuerſo plane in ſtatu ſunt, in quibus *ſalus populi eccleſiaſtici* ſuprema lex eſſe debet. Vnde non adeo difficiles in adiunctorum conſtitutione ſeſe præbere debent.

§. XXV. Hoc interim certum eſt, 1) paſtorem nullo modo ſibi adiunctum aut adiutorem conſtituere poſſe *priuato auſu*, ſed collationem etiam huius muneris illi competere, qui ſede vacante conſtituit paſtorem, CARPZOV. *lib. I. iurispr. conſiſt. def. 16.* ne ius patronatus vel electionis per indirectum interuertatur. 2) Vnde etiam in vocatione *ſubſtituti* vel *adiuncti* legitima electionis *requiſita* ſunt obſeruanda, IDEM *cit. l. def.* 23. præſertim cum 3) ſubſtitutio talis fieri ſoleat communiter cum *ſpe futuræ ſucceſſionis*, adeoque etiam 4) ſubſtituendus eccleſiæ ſiſtendus, ad *concionem δοκιμαστικὴν* adſtringendus, et, ſi ad munus hoc idoneus repertus fuerit, ordinandus ac inueſtiendus eſt: neque enim *dicis* tantum *gratia* ſubſtituti conſtituuntur, ſed in *actuale adiutorium* eius, qui ope alterius indiget. 5) Quamuis vtplurimum *ad deſiderium* paſtoris impediti vel infirmi ſubſtitutio talis fiat; ex *neceſſitate* tamen et *vtilitate* eccleſiæ *inuito* etiam dari poteſt adiutor, ſi paſtor ordinarius ſuo muneri ſupereſſe nequeat et tamen ex quadam mentis obſtinatione nolit admittere adiunctum: ſalus enim eccleſiæ ſuprema lex eſſe debet. Inde etiam ex eadem ratione 6) conſiſtorium, cui cura eccleſiarum demandata eſt, iniungere poteſt patrono, vt ſubſtitutum intra certum tempus præſentet ſub pœna *deuolutionis*, ſi præſens eccleſiæ vtilitas adiunctionem ſubſtituti deſiderat. Neque enim patroni eſt, de tali *neceſſitate* cognoſcere, ſed conſiſtorii, cuius arbitrium ille ſequi debet. E contrario quoque 7) non abſolute ad *arbitrium patroni* ſpectat ſubſtituti præſentatio, ſed conſiſtorium ante omnia decernere debet, an ſubſtitutio ſit neceſſaria, vt præſentatio admitti queat? Interim tamen 8) in conſtitutione adiuncti aut ſubſtituti non præciſe deſideratur *immediata principis cognitio* aut *approbatio:* ſufficit conſiſtorii ratihabitio et confirmatio: nam argumentum, quod a *reſeruato papali* trahitur, hic alienum eſt, niſi forſan collatio muneris ſacri immediate ad principem ſpectet, quia tunc ab eo ſubſtitutio petenda. Cum itaque 9) ſubſtitutus ita verus paſtor fiat, *priuilegiis* quoque paſtorum gaudet, nec viduæ aut liberis eius annus gratiæ denegandus, ſicuti ipſe quoque liberos defuncti paſtoris emeriti ab anno gratiæ non excludit. CARPZOV. *lib. I. de iurispr. conſiſt. def. 219.* Dn. HORN. *de inveſtit. eccleſ.* §. 20. Denique 10) ſubſtitutio ita faciendа, vt vtrique,

Adiunctus non priuato auſu aſſumendus,

ſed legitime vocandus,

etiam inuito conſtitui potest.

De quo decernit conſiſtorium, non patronus.

Subſtitutus habet omnia iura paſtoralia.

Digitized by Google

tam emerito quam ſubſtituto, de alimentis proſpiciatur, de quibus conſiſtorium decernit, niſi paſtor emeritus deſuper cum ſubſtituto iam transegerit. Hæc rarius in ordinationibus eccleſiaſticis ſpecifice determinantur, adeoque ex ratione *æquitatis naturalis* potiſſimum decidenda ſunt.

TITVLVS VII.

DE

INSTITVTIONIBVS.

§. I.

Inſtitutio quid?

Ne vitioſus ad beneficia detur ingreſſus, et vt beneficiati in quietam poſſeſſionem deueniant, *inſtitutione* opus eſt. INSTITVTIO generatim eſt *canonica et legitima collatio officii ſacri, cum omnibus inde dependentibus commodis emolumentisque.* Hæc generali in ſignificatu etiam *collationem* ſub ſe complectitur, vt ſæpe *collatio* et *conſtitutio* idem ſignificent, obſeruante ANTON. MATTHAEI *in inſtit. iur. canon. lib. II. tit. n.* Sic SERVATVS LVPVS *in vita S. Maximini c. 1. Agnitio per miniſterium reuelatur, vt ſibi eum inſtituat ſucceſſorem.* conf. *c. 2. 4. §. 7. X. h. t.* Vnde ne patronus, cuius tantum eſt *præſentare* candidatum, officium ſacrum contuliſſe videatur, epiſcopo ſpeciatim tribuunt *inſtitutionem*, eamque ſpeciali in ſenſu vocant *beneficii, iuri patronatus ſubiecti, ad præſentationem patroni factam translationem.* Vid. CORVINVS *P. II. de perſon. et benef. eccl. lib. V. tit. 8. n. 2.* Per hanc demum ius in beneficium tribui præſentato aiunt, non per *præſentationem*, de quo ſpeciali ſignificatu infra *de iure patronatus* commodior agendi occaſio erit.

præſertim in eccleſiis patronatis.

Eſt vel verbalis, vel realis,

§. II. Inſtitutio in ſenſu generali eſt vel *verbalis* vel *realis.* *Illa* eſt, per quam candidatus *ius in officium et beneficium* conſequitur ex voluntatis declaratione eius, qui ius conferendi beneficii habet, eſtque inſtar *donationis* traditione ſymbolica perfectæ. *Realis* eſt, *per quam in poſſeſſionem officii et beneficii ſacri conſtituitur*, eſtque inſtar *donationis poſſeſſionis*, de qua loquitur *c. 6. X. h. t.* Proponitur in *cit. tx.* controuerſia inter archiepiſcopum Eboracenſem et archidiaconum de *iure inſtituendi.* Ille allegabat, ius hoc ſibi competere, tam de *iurisdictione* quam de *conſuetudine*

Digitized by Google

dine generali. Hic excipiebat, ſibi hoc ius ab archiepiſcopis non *perſonaliter*, ſed *perpetuo* de conſenſu capituli eſſe commiſſum et donatum, adeoque archidiaconatui cohærere. Non poterat eſſe quæſtio de *collatione beneficiorum*, quæ fit per *verbalem collationem*; hæc indubie archiepiſcopo debetur, ſed de *inſtitutione reali*, ſeu *introductione in officium ſacrum*, quam vtplurimum archidiaconi exercent. In *feudis*, quorum naturam *beneficia eccleſiaſtica* habent, ſimilis diſtinctio obtinet, quæ per *inueſtituram* conferuntur, cum *inſtitutio* nihil aliud ſit quam *inueſtitura*. Hæc duplex eſt, vel *abuſiua* vel *realis*: per *illam* vaſallus *ius in feudum*, non *actualem poſſeſſionem* conſequitur; per *hanc* vero traditur vaſallo feudum, et *actualem poſſeſſionem* nanciſcitur. *Illa ſimilis eſt*, ait ESPENIVS *P. II. iur. eccl. tit 26. c. 2. §. 2. inf.* ex GVDELINO, *inſtitutioni ſeu inueſtiturae, quae ſit de beneficiis eccleſiaſticis, quippe per hanc clericus quidem ius in beneficio acquirit, ſed nondum poſſeſſionem, donec in eam ſeparato actu fuerit introductus. Sicuti autem*, pergit, *ad dominum ſpectat, inueſtire vaſallum, ſeu in poſſeſſionem mittere; ita quoque ad beneficiorum collatorem ſpectat, beneficiatum in poſſeſſionem mittere.* Inde quoque IOANNES VIII. in *c. 1. C. 16. q. 1.* aperte diſtinguit, *poſſeſſionem dare, et inueſtituram facere*, aiens: *maius fuit poſſeſſionem dare, quam ſit inueſtituram concedere.* conf. GONZALEZ *ad c. 4. X. de conceſſ. praeb. et eccleſ. non vac. n. 2. in f.*

ad imitationem inueſtituræ feudalis.

§. III. Scilicet, apud gentes quam plurimas, et imprimis apud Germanos veteres, olim admodum ſolenne fuit, in *translatione iuris* in alterum adhibere certa *ſolennia ſignaque*, quibus euidentiſſime *voluntas transferentis ius ſuum in alterum* declararetur. Neque enim in ſola promiſſione, vnde *nuda obligatio* perſonæ naſcitur, quæque dubia eſſe poterat, ſibi ſubſiſtendum eſſe, gentes crediderunt, præſertim penes quas vſus ſcripturæ non adeo eſſet excultus, et ad memoriam rerum geſtarum conſeruandam accommodatus. *Signo* ergo euidentiſſimo *ſymbolisque* opus fuit, quibus intentio contrahentium perſpicue explicaretur; ſecurius aliquod vinculum commerciis mutuis addendum, et fides, egregium illud humani generis ligamen, tali munienda erat nexu, ne facili ratione quis falli, decipi et circumueniri poſſet. Antiqui Romani iam ſub regibus certis ſignis mentem ſuam circa commercia exprimebant: acceſſit *ius Flauianum*, ſecundum quod in antiqua reipublicæ ruditate nihil ratum erat, niſi quod ſuis ritibus eſſet expeditum, quod pluribus declarat GRAVINA *de orig. iur. ciu. lib. II. c. 79.* Aliæ gentes quoque ſimilibus vſæ ſunt ſignis, maxime penes quas vſus ſcripturæ non adeo fuit cognitus. Non

Vſus gentium per certa ſigna ius in alterum transferendi.

Digitized by Google

ergo mirandum, ſi etiam maiores noſtri huiusmodi ſymbolis vſi ſunt. Duo ex huiusmodi *ſymbolica translatione* potiſſimum naſcebantur emolumenta: (1) ne, quod perfidis et ad fraudem faciendam aptis natis admodum ſolenne eſt, amplius allegari poſſet, actum nondum fuiſſe perfectum, ſed in finibus ſimplicium tractatuum ſubſtitiſſe: (2) ne contractu perfecto, ad alium amplius aliquid iuris in re, alteri promiſſa, transferri poſſit. Planum vtique eſt, quamdiu tantum res promiſſa, ſed non translata eſt, debitorem ius in re illa adhuc retinere, adeoque facile induci poſſe, vt contra datam fidem alteri, pinguiorem conditionem offerenti, rem tradat, et ius ſuum reſignet. Quia vero plura interuenire poterant obſtacula, quo minus ſtatim *poſſeſſio actualis* iuris vel rei in alterum transferri poſſet, conſultius gentibus viſum fuit, interim *ſymbolicam translationem* promiſſioni addere, et hac ipſa liquidiſſime declarare, ſe ius ſuum, quod in promiſſionem erat deductum, in alterum transtuliſſe. Hoc vtilitas commerciorum deſiderabat, et imprimis *ratio ciuilis*, quæ potiſſimum iurgia inter ciues præcauet, poſtulabat.

Talis traditio ſymbolica dicta fuit inueſtitura,

§. IV. Francos, Alemannos, Saxonesque hunc actum *veſtituram* vel *inueſtituram* vocaſſe, ex infinitis rerum documentis liquet; imo Romanos etiam, ſi genuina eſt formula, quam exhibet BARNABAS BRISSONIVS *lib. VI. de formulis p. 501.* Conf. TELLERI *miſcellan. Leibnitian p. 423. n. 30.* Vnde forſan a *veſte*, quæ non raro inter ſolennia translationis adhibita fuit, nomen accepit, non ab appellatione germanica feſt, vel befeſtigen, vt quidam volunt, quia ſic per F *veſtitura* exaranda fuiſſet. Quicquid ſit, ſi etiam a voce feſt deriuatio eius petenda eſt, ſatis indigitat, actum hunc ad firmanda et corroboranda promiſſa inuentum fuiſſe. Aliquando coniunguntur *inueſtire* et *inſtituere*, vt illud verbalem, hoc realem denotet. Vid. VGHELL. *Ital. ſacr. tom. I. p. 163.* Duplex autem *veſtitura* fuit, altera *ſymbolica*, qua certis ſignis adhibitis ius promiſſum in alterum transferebatur, non actualis poſſeſſio; altera *realis*, qua mediante quis in ipſam poſſeſſionem deducebatur, quod multis documentis illuſtrat CANGIVS *in gloſſar. voce veſtitura*, et ab antiquiſſimis temporibus in *conceſſionibus feudorum* quoque vſitatum fuit. Per ſymbolicam tantum *ius in re*, per realem vero *actualis poſſeſſio* transferebatur. Conf. B. STRYKIVS *de inueſt. abuſiua c. III.* Non ergo mirandum eſt, ſi vtraque *inueſtitura* etiam in conceſſionibus beneficiorum et officiorum ſacrorum adhibita fuit.

eaque vel ſymbolica, vel realis.

Symbolæ naturæ congruæ adhibebantur,

§. V. Symbola ipſa erant varia, et quamuis arbitraria eſſent, vtplurimum tamen talia, quæ *naturæ rei* congrua erant, adhibebantur. De inueſtituris diuerſis *in eccleſia* vſitatis id obſeruat BERNHARDVS *ſerm.*

in

Digitized by Google

in cœna Dom. et, *variæ ſunt*, ait, *inueſtituræ, ſecundum ea, de quibus inveſtimur, verbi gratia, inueſtitur canonicus per librum, abbas per baculum, epiſcopus per annulum et baculum ſimul.* Generatim obſeruat MABILLONIVS *ad ſeeul. IV. act. Benedict. P. I. p. 763.* olim donationes plures factas fuiſſe eccleſiis *ſine vlla ſcriptura* authentica, *tum quia ſolennis illa ſeculi abdicatio*, vt loquitur, *ſufficiens erat argumentum factæ donationis, tum quia teſtes, qui interfuerant, id conteſtari poterant in annos triginta, quo temporis ſpatio legitimæ poſſeſſionis inducebatur titulus poſſeſſione firmatus. Ideoque in huiusce donationis monumentum ſufficiebat priuata notitia, quæ rem geſtam et teſtium nomina poſteris commendaret.* Erat ergo *notitia priuata* quædam regiſtratura, cui adiungebatur olim in futuram rei memoriam teſſera ſeu ſymbolum, mediante quo *translatio iuris* facta erat. Talem *notitiam priuatam* de anno 1092. IDEM *cit. l.* adducit, vbi RADVLFVS quædam donauerat per *cauillam caiſniam* (une cheville de chesne) domino abbati Bernardo. Similem *p. 765.* de anno 1107. adfert huius tenoris: *Qui videlicet Gambertus dedit ei dono duo paria pellium vulpinarum: vt, ſi forte, (vt fit) prædictus confirmator paterni beneficii obliuioni tradiderit, hanc conceſſionem* (terræ, aquæ et ſyluæ) *ſe feciſſe, ſint pro interſignio pelles illæ.* Hæ teſſeræ et ſymbola in archivis eccleſiæ diligentiſſime *aſſeruabantur*, vt præter CANGIVM etiam obſeruat AVBERTVS MIRAEVS *lib. I. diplom. Belgic. c. 18. in notis*, aiens: *Per terræ ceſpitem olim fieri ſolebat traditio fundi, quando is eccleſiæ donabatur ſeu tradebatur. In eius memoriam etiamnum in quibusdam eccleſiis terræ ceſpites aſſeruantur, qualem me vidiſſe memini Traiecti ad Moſam in ſacrario eccleſiæ S. Seruati.* Quid? quod ipſis diplomatibus annectebantur, prout obſeruat MABILLONIVS *ſec. III. P. 2. act. Benedict. p. 341. ſq. circa annum 780.* vbi adfert FVLRADI abbatis teſtamentum, in cuius autographi extremi inferiori margine inſerta erat traditio vſitata apud veteres.

etiam ſine ſcriptura.

Sufficiebat ſola notitia priuata,

cum aſſeruatione ſymbolorum.

§. VI. Extantiora *ſymbola*, in translatione iuris olim adhiberi ſolita, plura fuerunt, quæ enarrat et illuſtrat CANGIVS *in gloſſ. voce inveſtitura.* Per hæc etiam donationes in eccleſiam aliæue confeſſiones fiebant, quæ nouis exemplis, a CANGIO prætermiſſis, ex antiquitatibus deductis illuſtrabo. Illuſtris inter ceteros modos (1) eſt inueſtitura per *annulum* tantum, vel etiam per *annulum et baculum.* Hac olim *epiſcopatus* et *prælatura* ab imperatoribus et regibus concedebantur; ſimplices præbendæ vel canonicatus autem per *annulum* duntaxat conferebantur, ceu

Symbola erant varia.

(1) per annulum et baculum.

Digitized by Google

liquet ex *c. 4. de conceſſ. præb. et eccleſ. non vac.* ibi: *et eum de ipſa* (præbenda) *per annulum inueſtiuit*, et diplomate apud VGHELLVM *in Ital. ſacr. tom. I. p. 134.* Annulus aureus erat olim ſignum *dignitatis eccleſiaſticæ*, qui in *conſecratione* epiſcopis olim tradebatur, teſte ISIDORO *de offic. eccl. lib. I. c. 5.* aiente: *Datur et annulus propter ſignum pontificalis honoris vel ſignaculum ſecretorum, ne indignis ſacramenta Dei aperiantur.* De antiquiſſimo huius teſſeræ vſu agunt THOMASSINVS *P. I. de diſcipl. eccl. lib. 2. c. 58. n. 3.* cardinal. BONA *lib. I. rer. liturg. c. 24. n. 13.* Dn. SCHMIDT *diſſ. de annulo paſtorali §. 4. ſeqq.* Varias myſticas ſignificationes *annuli* adſert DVRANDVS *in ration. offic. lib. III. c. 9.* quæ tamen prorſus inanes videntur, cum vel ſola hæc ſufficere poſſit, quod ab antiquiſſimis temporibus *aurei annuli* ad *dignitatis* ſingularis inſignia relati fuerint, etiam apud Romanos, teſtibus SAMVELE PITISCO *in lexic. antiq. Roman. voc. annulus*, et THEODORO HOEPINGIO *de iur. inſign. c. XXII. n. 265.* Abbates diu *annulo* abſtinuerunt, donec etiam ſeculo XII. vſum pontificalium variis artibus ſibi quæſiuerint, et ſic etiam *annuli* et *baculi* vſum a papa acceperint. PETRVS Bleſenſis *ep. 90.* hoc ſuo tempore reprobauit, inquiens: *Mitra enim et annulus atque ſandalia in alio, quam in epiſcopo, quædam ſuperba elatio eſt et præſumtuoſa oſtentatio libertatis.* Conf. Dn. SCHMIDII *diſſ. cit. §. 7.* qui plenius fata abbatum, annulorum aureorum ius ambientium, illuſtrat. Ceteris clericis *vſus annulorum aureorum* eſt denegatus, vt conſtat ex *c. 15. X. de vita et honeſt. cleric.* vbi clericis prohibetur, annulos habere, *niſi quibus ex officio dignitatis* hoc ius competebat. Similiter *pedum paſtorale* ſeu *baculus* ordinatis epiſcopis in manus ab antiquo dari ſueuit, docente ISIDORO *lib. II. de offic. eccl. c. 5. Huic*, ait, *dum conſecratur, datur baculus, vt eius iudicio ſubditam plebem vel regat, vel corrigat, vel infirmitates infirmorum ſuſtineat.* Forma eius aliquid myſtici ſpirat, quod explicat HVGO A S. VICTORE *in ſpec. eccleſ. c. VI.* aiens; *baculus paſtoralis rectitudine ſui rectum regimen ſignificat, quod autem vna pars curua eſt, et altera acuta, monſtrat, præeſſe ſubiectis et debellare ſuperbos.* Forſan pedum hoc paſtorale *ſceptrum regni eccleſiaſtici* dixeris, quod epiſcopi per plura ſecula ſibi aſſeruerunt. Nam apud Francos baculus etiam *imperii* nota fuit, et traditione *haſtæ* imperium traditum fuiſſe conſtat. Inde ratio petenda, quare cæſares epiſcopos *annulo et baculo* inueſtiuerint, ſcilicet, quod *epiſcopalem dignitatem* ita in eos transtulerint, quæ inueſtitura tot lites et contentiones peperit, alibi iam enarratas, et plenius explicatas a CONRINGIO *de conſtit. epiſcop. per German.* Ceterum non ſemper epiſcopalem

Baculi paſtoralis character.

Digitized by Google

palem dignitatem per *annulum* et *baculum*, ſed etiam nonnunquam aliis ſignis adhibitis, translatam fuiſſe, obſeruat ANTONIVS MATTHAEI *lib. II. de nobil. c. 41. p. 665.* Similiter *baculus* quoque in teſſeram aliarum rerum transferendarum adhibebatur, veluti in translatione villæ. AVCTOR *translat. S. Gorgon. martyr. p. 212.* apud MABILLON. *ſec. III. P. 2. act. Benedict.* hoc confirmat his verbis: *Facto mane, accito eodem ſeniore, qui prius eum de præfata villa interpellauerat, vna cum abbate, iuſſit ſibi deferri baculum ſuum, quem ad caput S. Gorgonii poſuerat. Qui cum delatus ſuiſſet, accipiens illum dedit abbati monaſterii, dicens: Ecce habetote villam, pro qua ſero petieratis*, et *p. 212. ſtatim baculo ſuo villam cum omnibus appendiciis ſuis reddidit.* Per baculum etiam aliæ res translatæ.

§. VII. Nouiſſima quoque eſt inueſtitura de canonicatu (II) per *biretti impoſitionem*, iam olim vſitata. Adfert in huius rei illuſtrationem chartam de *anno 1380.* ANTON. MATTHAEI *lib. II. manud. ad ius can. tit. II. p. 202.* huius tenoris: *Dn. Fridericus de Maerne, canonicus memoratus, canonicatum et præbendam eccleſiæ S. Ioannis - - nouiſſime vacantes - - Ioanni de Reneſſe præſenti et recipienti pure et ſimpliciter propter Deum contulit atque dedit, et per biretti ſui traditionem ſibi prouidit de iisdem.* Birettum eſt *tegumentum capitis*, clericis olim proprium, maxime autem clero cathedralium eccleſiarum aſſignatum. Communicatum idem quoque *magiſtris artium* et *doctoribus*, vtpote canonicis non abſimilibus, qui itidem in ſolennibus promotionibus iam olim de dignitate hac ſcholaſtica per *biretti impoſitionem* inueſtiti ſunt, teſte ill. LEIBNITIO *tom. II. ſcript Brunſuic.* vbi *in introduct.* ex IOANNIS BVSCHII relatione adfert, *Erfordiæ doctori iuris canonici birettum brunum, doctori iuris ciuilis vero rubrum impoſitum fuiſſe.* Vſus *birettorum* pluribus in conciliis imperatus eſt clericis, tanquam ordini eorum conueniens, quo a laicis diſtinguerentur. In concilio Salisburgenſi *de anno 1386. c. 6.* interdicitur clericis, *ne ſine caputio capitis, biretto capello vel pillo cooperto præſumant in eccleſia ſeu in publico incedere, cum hoc honeſtatem non deceat clericalem.* In concilio Turonenſi *de anno 1583. c. 14.* iubentur *vti birettis, non vero galeris, præſertim in eccleſia.* Forma *birettorum* deſcribitur in *concilio Toloſano de anno 1590.* edicente, *vt nusquam aut in eccleſia, aut per vrbem abſque quadrato biretto clerici conſpiciantur.* Similiter in *concilio Bituricenſi de anno 1584. tit. 12. c. 3.* de canonicis edicunt patres: *Horas canonicas dicturi, cum tunica talari, ſuperpelliceis mundis, almutiis, pileis quadratis - - vtantur.* Eſt ergo *birettum* tegumentum ſpe- (1) Per biretti impoſitionem.

ciale

Digitized by Google

ciale clericorum, et hac de cauſa in *inueſtituris canonicorum* adhiberi ſolitum, quem morem adhuc hodie ſeruant eccleſiæ cathedrales. Etiam decanus hodie a *ſeniore* inueſtitus in eccleſia cathedrali, ſub pulſu campanarum duarum maiorum, et celebratione diuinorum, per impoſitionem biretti et aſſignationem ſtalli, decano aſſignati. De *canonicis* poſtea ſpeciatim agam.

(3) per oſculum.

§. VIII. Præterea (III) alii ritus adhibiti in conferendis canonicatibus, veluti (α) per *oſculum*, quod ſicuti inter chriſtianos primitiuæ eccleſiæ admodum vſitatum fuit, ad *vnionem* et *pacem* denotandam, ita potiſſimum in *ordinationibus clericorum* ex antiqua praxi retentum eſt, quod *ritualia*, quæ MORINVS *de ordinat.* exhibet, paſſim docent. Idem ritus quoque adhibitus ab antiquo, quem et hodie adhuc obſeruant, in inueſtituris canonicorum de præbendis et beneficiis, vt tempore poſſeſſionis adipiſcendæ *ad oſculum* ceteri canonici nouum admitterent fratrem, et hac teſſera *iura fraternitatis* ei communicarent. Probare ex hoc ſigno voluit inter alia poſſeſſionem præbendæ canonicus, cuius mentio fit in *c. 25. X. de præb. et dign.* docuitque, ſe cum reliquis canonicis ab epiſcopo Trecenſi ad oſculum admiſſum fuiſſe. Conf. GONZALEZ *ad cit. c. 25. n. 6. in f.* Illuſtrant hunc modum egregie diplomata apud ANTON. MATTHAEI *lib. II. de nobil. c. 49. p. 758.* ex quibus patet, poſt *biretti impoſitionem*, neo-canonicum a ſingulis in con-canonicum et fratrem *per oſculum* aſſumtum fuiſſe.

(4) per panem et librum.

(β) Per *panem et librum* quoque præbendæ tradebantur. Liquet hoc ex inſigni diplomate HENRICI, Stampenſis eccleſiæ abbatis, quod ANDREAS DU CHESNE dans *l'hiſtoire genealogique de la maiſon royale de Dreux p. 225.* exhibuit, vbi ita: *Eccleſiæ B. Mariæ de campis præbendam vnam in eccleſia S. Mariæ Stampenſis hoc ordine dedi. Dominus Albertus cantor in illa eccleſia præbendam habebat. Eam in manibus meis PER PANEM ET LIBRVM reddidit, et EGO conſequenter ſimiliter PER PANEM ET LIBRVM in manibus prioris de campis eam repoſui, et per illum eccleſiæ, cui præerat, in perpetuum poſſidendam contradidi.*

Ratio huius ritus.

Conſtabant olim potiſſimum præbendæ in *panum* quotidiana perceptione, qui *quotidie* inter canonicos diſtribuebantur. Teſtis eſt IVO, Carnutenſis epiſcopus, *in epiſt. 219.* ſcribens: *Cum in quamplurimis canonicorum Carnotenſium deſueuiſſet diſciplinæ regularis obſeruantia, vt de negligentibus facerem diligentes, de tardis aſſiduos, ad frequentandas horas canonicas, deliberaui apud me, vt darem eis dimidiam præpoſituram, vt inde fieret quotidianus*

Digitized by Google

nus panis, quem acciperent assidui, amitterent tardi, vt ad quod eos panis interni dulcedo non mouebat, panis corporei refectio prouocaret, quamvis eorum annua præbenda eis ad hoc sufficiens esse deberet. Inde *preces primariæ*, quæ nil aliud sunt, quam *præsentatio ad præbendam*, dicuntur *Panis-Briefe*, et canonici percipientes, die *Panis-Herren*. Inde quoque vsus antiquus inuestiendi canonicos *per panem et librum* ortum traxit, cuius formulam antiquam ex IVRETO *ad epist. Ioan. 185.* tradit ANTON. MATTHAEI *lib. II. manud. ad ius canon. tit. II. Frater in nomine Domini ego te reuestio per hunc librum et per istum panem de hac præbenda, iussu prælatoris et canonicorum istius ecclesiæ.* Aliquando (γ) solius *libri porrectione* inuestitura facta; canonicis admodum commendandi, vnde psallerent, legerent, meditationesque instituerent. Testis est IVO *epist. 182. Nuper*, scribens, *cum in capitulo, PORRECTO LIBRO, inuestituram subdecaniæ Fulcani clerico strenuo, et in agendis causis ecclesiasticis valde necessario facere vellem.* (δ) Accessit in quibusdam locis *denarii traditio*, quæ in capitulo Vltraiectino S. Ioannis olim vsitata fuit, ceu docet charta de *anno 1380.* relata ab ANTONIO MATTHAEI *lib. II. de nobil. c. 49. p. 709.* vbi hæc habentur: *Et in signum veræ possessionis canonicatus et præbendæ ipsi Ioanni de Renesse canonico prædicto recipienti quendam denarium argenteum, vulgariter dictum plagghe, tradidit atque dedit.* Hæc *denarii* traditio successisse videtur in locum *panum traditorum*, postquam canonici, solis panibus haud contenti, colligendis et corradendis *denariis* ex reditibus ecclesiasticis incumbere inceperunt. Denique (ε) accessit solennis *installatio*, seu *deductio in sedem consuetam* canonicorum in choro, quam *stallum* vocant. Fit huius ritus mentio in *c. 22. et 25. X. de præb. et dignit.* ex quibus apparet, indeptæ possessionis argumentum non leue inde desumi posse, ritumque hunc esse antiquissimum, quem adhuc hodie ecclesiæ cathedrales inter protestantes obseruant. Ritum hunc charta de *anno 1579.* ab ANTONIO MATTHAEI *cit. l. p. 762.* relata, delineat his verbis: *Ex tunc præfatus dominus vice-decanus eundem dominum Conradum Strick ad chorum dictæ ecclesiæ duxit, ibique in sinistro latere eiusdem chori posuit et installauit, in signum realis et effectualis possessionis canonicatus et præbendæ prædictorum, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus S. Amen, et rediens ad capitulum egit dominis gratias de dictis prouisione et admissione, et præstitit eisdem dominis osculum pacis.*

(γ) per librum tantum.

(δ) per traditionem denarii.

(ε) Deductio in stallum.

Digitized by Google

Officia quoque variis ritibus conferuntur.

§. IX. Sunt etiam inter canonicos distributa certa *officia particularia*, quæ (IV) *peculiaribus ritibus* conferuntur. Thesaurario prouinciam olim collatam fuisse per *traditionem clauis*, ex actis Vltraiectinis de *anno 1592.* docet ANTON. MATTHAEI *lib. II. manud. ad ius canon. tit. II. p. 203.* his verbis: *Admissus est ad possessionem thesaurariam Fridericus van Renesse van Wulven, et in signum possessionis prædictæ idem Renesse, recepto ab eodem primitus iuramento solito, ductus est per decanum tam suo, quam capituli sui nominibus ad sacristiam, tradendo illi claves sacristiæ, præsentibus van der Hœuen, Wolff et Wiel testibus, et vlterius procedendo ad turrim post meridiem traditæ sunt etiam illi claues turris eiusdem, et testes campanarum per Ottonem de Bloys de Treslong, tanquam ibidem seniorem capitularem prædictæ ecclesiæ propter imbecillitatem decani prædicti.* Ostiarium quoque olim ordinatum fuisse per *traditionem clauium*, liquet ex *c. 19. D. 23.* cum olim *ordinatio* reuera esset ipsa *institutio* et *inuestitura*, quæ deinceps ab ea separari cœpit, vt tamen adhuc ritus solennes ordinationi cohæreant, quippe quæ *potestas quædam sacra* vulgo tradi creditur. Ordinatio presbyterorum sola olim absoluebatur *manuum impositione.* Circa annum millesimum in ecclesia latina *instrumentorum traditio* demum accessit, h. e. *traditio calicis cum vino, et patenæ cum hostiis*, additis verbis solennibus: *Accipe potestatem offerre sacrificium Deo, missamque celebrare tam pro viuis, quam pro defunctis in nomine Domini*, vt plenius docet MORINVS *de ordinat. ex. 7. c. 1. §. 13. sqq.* In hoc ritu solennem inuestituram de *officio sacerdotali* consistere, nemo negabit.

Possessio officii rite apprehendi debet.

§. X. Possessio ipsius officii sacri exercenda in certa ecclesia, quæ proinde rite quoque apprehendenda est. Colligi hæc solennia possunt ex *formula XIII.* apud BARBOSAM *lib. I. de offic. et potest. paroch. c. 2. in f.* quam illustrationis gratia adiiciam: *In nomine Domini, Amen. In mei notarii publici etc. constitutus R. D. N. rector abbas nuncupatus parochialis ecclesiæ S. N. tenens in suis manibus quasdam patentes literas, sigillo illustrissimi Dn. Roderici a Cunha, archiepiscopi ac domini Bracharæ, Hispaniarumque primatis cera viridi sigillatas, vel alias debite roboratas super collatione et prouisione dictæ parochialis ecclesiæ, vice et auctoritate ipsius illustriss. D. factas præfato N. de dicta parochiali ecclesia confectas, me notarium publicum infra scriptum debita cum instantia requisiuit, quatenus vigore et auctoritate literarum prædictarum, ac mandati per eos mihi facti ponerem et inducerem in corporalem, realem et actualem possessionem dictæ*

Digitized by Google

dictæ parochialis ecclesiæ cum suis iuribus et pertinentiis vniuersis. Ego vero notarius prædictus, vt præmittitur, requisitus in vim mandati ex parte illustriss. D. præfati in hac parte mihi facti volens et cupiens obedienter parere, præfatum D. N. in corporalem, realem et actualem possessionem prædictæ parochialis ecclesiæ S. N. iuriumque et pertinentium prædictorum per ingressum maioris portæ siue ianuæ dictæ ecclesiæ, tactu annuli eiusdem et per tactum chordarum campanarum et missalis, calicis, et ornamentorum clauium sacrarii et fontis baptismalis dictæ ecclesiæ, et subsequenter per accessum domus presbyterialis eiusdem ecclesiæ, et per tactum vectis anterioris portæ, et per introitum dictarum domorum, nemine contradicente in Dei nomine posui et induxi.

§. XI. Sed quia longum, imo pene infinitum est, ire per singula, paucis adhuc declarabo, quibus tesseris symbolisque rerum ecclesiasticarum aliarum inuestitura facta fuerit. Decantatus antiquitus tradendi præbendas modus fuit per *cespitem* tantum, vel per *cespitem* et *ramum*, aliquando etiam addita *festuca*, aliisque tesseris, si ratio rei tradendæ id suadebat. vid. AVBERTVS MIRAEVS *lib. I. diplom. Belg. c. 18.* Auctor *vitæ S. Gertrudis abb. Niu. circa ann. 678.* apud MABILLON. *in actis Benedict. secul. II. p. 474.* id confirmat his verbis: *Niuellam petiit sanctissimæque Gertrudi, quicquid habebat in prædiis, cum cespite et ramo cultelloque cum manubio albo tradidit, ac filiam omni hereditatis iure priuauit.* Similiter *secul. III. p. 1. in vita S. Berlendis p. 17. ad ann. 702. Quicquid habebat in prædiis, cum omni familia seruorum ancillarumque, cum cespite et ramo cultelloque cum manubio albo tradidit.* Paria fere habentur in *vita eiusd. Berlendis*, relata a BOLLANDO *in act. sanct. ad diem 3. Febr. p. 379.* Porro *sec. IV. act. Benedict. p. 2. de S. Adone episc. Vienn. p. 270. ad ann. 875.* hæc habentur: *Rodstagnus autem res suas in ea villa existentes tradidit Adoni eiusque clero, accipiens ostium et cespitem et andelanc.* Quid *Andelanc* denotauerit veteribus, cespitat. CANGIVS *in gloss.* hac voce, et quidni cespitaret, cum Teutonicæ Saxonicæque linguæ gnarus haud fuerit? Meo iudicio hæc vox *ansam* denotat, quæ communiter quidem eine Handhabe, ein Handgriff, alicubi etiam Handlang, vocatur. Addo alium locum, quem MABILLON. *ad secul. V. act. Benedict. in vita S. Geroldi eremitæ p. 554. n. 2.* habet: *Cum autem S. Geroldus persensit, appropinquare sibi vitæ terminum, euulsis aliquot terræ, quam incolebat, cespitibus et in peram coniectis, comitantibus filiis ad domum diuæ virginis vulgo einziedel concessit,*

Rerum aliarum ecclesiasticarum traditio symbolica per cespitem, ramum, festucamque.

Digitized by Google

et ad altare deiparæ ſe, liberos et fundum, de quo ceſpites erant deportati, ſedemque dedit et dicauit. Quandoque plures teſſeræ ſimul adhibitæ ſunt, quod colligo ex *lib. I. donat. Belg.* AVBERTI MIRAEI *c. 36.* quo diploma de *anno 1102.* occurrit huius tenoris: *Quæcunque autem iſta mea bona iuris mei ſuperius dicta, vna cum acceſſionibus et ingreſſibus, ſeu cum ſuperioribus, et inferioribus ſuorum, qualiter ſupra legaui, in integrum ab ea die in eadem eccleſia dono et offero, inſuper per cultellum, feſtucam nodatam, gantonem, et guascionem terræ* (Waſen) *atque ramum arboris, et me exinde foras expuli, garpiui et abſentem me fieri, et a parte ipſius eccleſiæ habenda reliqui.* *Garpire* alias quoque dicitur *werpire*, vel *guerpire* a voce **werpen** vel **werffen**, *iactare*, cuius in *traditionibus* ſæpius mentio fit. vid. BOLLANDVS *in act. ſanct. ad diem 3. Ian. p. 116. lit. c. in not.* Proxime hiſce ritibus accedere videtur *ſcotatio*, olim in Dania vſitata, cuius mentio iniicitur in *c. 2. X. de conſuet.* et hoc modo depingitur, quod, qui in eccleſiam aliquid conferre voluerunt, *modicum terræ conſueuerint aſſumere, aut in extremitate pallii, quod manu epiſcopi vel cuiuslibet alterius prælati eccleſiæ ſuſtinetur, aut ſuper ipſum altare aliquo inuolutum panniculo cum debita humilitate ponendum, ſub teſtimonio audientium et videntium.* Admodum rurſus hæſitat CANGIVS *voce ſcotatio* in euoluenda huius vocis vera ſignificatione. Certiſſimum omnino eſt, hanc vocem eſſe *Danicam*, nec Germanis incognitam, quibus ſchütten, Schüttung denotat *coacernare*, *iacere*, *collocare*, Danisque dicitur *Scott*, Schott, verſchoten, vt oſtendit STRAVCH. *in amæn iur. canon. ecloga III. c. 4.*

per cultellum et gantonem.

Scotatio quid?

§. XII. Quandoque inueſtitura fiebat per *cultellum*, prout locus, ex MIRAEO *§. antec.* adductus, docet. Similem habet MABILLON. *ſec. IV. P. I. act. Benedict. pag. 763.* ibi: *Poſuit etiam cultellum donum ſuper dominicum altare.* IDEM *ſeculo V. pag. 769. n. 21. in f. in eclog. S. Maioli* hunc addit locum: *Anno ſexto, regnantibus in Italia Ottone et Ottone filio, Ingelbandus quidam, filius Anſegiſi, viuens lege ſaliga, donat quædam prædia in comitatu Viennenſi ad monaſterium Cluniacum per cultellum, feſtucam nodatam, per wantonem, et waſonem terræ in manus domini Maioli abbatis.* Wante *chirothecam* denotat, qua mediante etiam inueſtitura facta, quod etiam colligitur ex *vita S. Stadalini de anno 690.* apud MABILLON. *ſec. II. act. Benedict. p. 1016.* et BOLLANDVM *in act. ſanct. ad diem 3. Febr. p. 376. et 377. lit. g.* *Cumque Wantum* (h. e. chirothecas) *in manu, vt moris eſt, legaliter tradenda teneret, et viri differretur aduentus, exſpirauit.* Nota etiam fuit inueſtitura

Perenltellum tantum.

per chirothecam.

per vrceos.

Digitized by Google

ſtitura per *vrceos*. Locus notabilis occurrit apud MABILLONIVM, *ſec. III. P. I. act. Bened. p. 44. ad ann. 704. Quidam vir illuſtris, Goſcelinus nomine, transmarinis degens in partibus, B. Auſtrebertæ ſui iuris decimas dedit, atque in ſignum donationis duos ex ære vrceos, quos vulgo bachinos vocamus, eius eccleſiæ miniſtris transmiſit.*

§. XIII. Præterea facta fuit inueſtitura per *pallium* et *pannum*. Loca duo occurrunt apud MABILLON. *ſec. III. P. II. act. Bened. p. 314. et ſec. V. p. 432. n. 31.* Priorem habet CANGIVS voc. *inueſtitura*, poſteriorem addo huius tenoris: *eccleſiæ aduocationem firmiter legitimo heredi panno impoſito commendauit.* Similiter per *libros*, ſpeciatim per *librum Benedicti*. In *translat. S. Hilarii* apud MABILLON. *ſec. V. p. 552. n. 5.* hoc modo libertatis datio facta legitur; *cum oſſa S. viri eſſent ſuper altare repoſita, præfatus princeps ſua cum coniuge, accepto libello regale remiſit in manibus epiſcopi et abbatum, ita dicens: ab hora hac nullum cenſum nullumque ſeruitium hoc reddat monaſterium.* Regulam hanc cum aliis inſtrumentis pro ſigno traditionis adhibitam fuiſſe, plenius docet MABILLONIVS *de re diplom. lib. III. et VI.* Facta quoque eſt inueſtitura per *expulſionem ſui ipſius*. In §. *XI.* iam adductum eſt antiquitatis monumentum, huius teſſeræ mentionem faciens. Addi poteſt alius locus ex *mirac. S. Berehardii abb. Deruenſ.* apud MABILLON. *ſec. II. act. Benedict. p. 851. circa ann. 685. Ipſe autem vt Samaritanus DEO gratias reddens, ob memoriam tanti beneficii medietatem terræ - - SS. Petro et Paulo et B. Berehario martyri dedit, ipſemet eo pergens, atque ad confirmationem largitionis inde ſe expelli a quodam noſtro monacho, nomine Albuino, fecit.*

per pallium et pannum.

per expulſionem ſui ipſius.

§. XIV. Plura exempla addere poſſem, niſi hac in re mihi otium feciſſent CANGIVS *in gloſſar. voc. inueſtitura*, HIERONYMVS BIGNONIVS *in not. ad formul. Marculfi lib. I. c. 13.* ALTESSERA *ad c. 2. X. de conſuetud.* aliique. Sufficiat, ex adductis conſtare, teſſeras quasdam adhibitas fuiſſe, vt vel his ipſis *ius* tantum, ſine actuali tamen poſſeſſione, in alterum transferetur, quam inueſtituram vocant *abuſiuam*, qualis erat, quæ per *annulum* et *baculum* fiebat; vel per eas *actualis poſſeſſio* in alterum tranſiret, qualis eſt illa, quam §. *X. de parochorum inueſtitura, et canonicorum inſtallatione* attuli. Vtraque ab antiquo vſitata fuit in *beneficiis eccleſiaſticis*, et a maioribus *feudalibus* repetita: vtramque quodammodo eccleſiæ hodiernæ conſeruant, quod poſt expediam. Liceat cauſam hanc adhuc exornare verbis ZIEGLERI, optimi iuris eccleſiaſtici interpretis, qui *lib. III. c. 16. de epiſc. §. 1.*

Illuſtrantur hactenus dicta.

Digitized by Google

ita cenſet: *Vti iure feudali inueſtitura alia ſtatuitur eſſe abuſiua, alia propria; ita hæc vocabula etiam applicari poterunt ad inueſtituras eccleſiaſticas, propter eundem ſcilicet procedendi modum, et easdem inueſtiendi rationes.* In ſequentibus ex ſcitis feudalibus vtramque inueſtituræ ſpeciem explicat, et §. 2. addit: *Haud aliter etiam in eccleſiaſticis beneficiis inueſtitura, quam abuſiuam dicerent feudiſtæ, diſtingui cœpit ab inſtitutione, quæ (in ſtricto ſignificatu) inueſtituræ propriæ æquipollet. Sic enim ſtatuunt iuris canonici doctores, per inueſtituram poſſeſſionem beneficii non acquiri, ſed per inſtitutionem ſiue inductionem in poſſeſſionem beneficii, quæ ipſius inueſtituræ veluti quædam executio eſt*, quamuis, prout antea iam obſeruaui, *inſtitutio* latiori in ſenſu vtramque comprehendat ſpeciem. Potiſſimum vero vtraque adhibetur in eccleſiis patronatis, *abuſiua* quidem, ne patronus officium ſacrum contuliſſe, ſed epiſcopus per eam illud tradidiſſe cenſeatur; *realis* vero, vt poſſeſſio ipſa acquiratur. Vnde obſeruaui, parochos nonnunquam in antiquis diplomatibus *inueſtitos κατ' ἐξοχήν* dictos fuiſſe. Teſtis eſt AVBERTVS MIRAEVS *lib. I. donat. Belgic. c. 137.* adducens diploma *de ann. 1457.* in quo hæc reperi: *In qua præter rectorem eccleſiæ, communiter* INVESTITVM *vocitatum - - - cum ſuis iuribus et pertinentiis rectoriæ ſeu* INVESTITVRAE *ex vſu competentibus - - inprimis quod* INVESTITVS *eccleſiæ ſit et cenſeatur præpoſitus eccleſiæ, - - habeatque primam vocem nomine* INVESTITVRAE, h. e. officii parochialis ſeu rectoriæ.

Parochi quandoque inueſtiti κατ' ἐξοχήν dicuntur.

§. XV. Inueſtituræ *abuſiuæ* hodie in eccleſiis noſtris reſpondet partim *ordinatio*, partim *confirmatio* et *litterarum vocationis extraditio*. *Ordinatione* primitus omnis actus conſtituendi miniſtros eccleſiæ abſolvebatur, vti *lib. I. tit. XIX. ſqq.* oſtendi. Poſtquam vero hæc *extra eccleſiam*, cui candidatus præficiendus, fieri cœpit, hæc nihil aliud denotauit, quam *ſolennem quandam officii ſacri collationem, adhibita manuum impoſitione aliisque ſolemnibus.* Quid vero hæc in effectu aliud eſt, quam *inueſtitura abuſiua*? Quia vero hoc ritu *in genere* tantum officium ſacrum conferri dicitur, non *ſpeciale officium ad certum titulum ſeu eccleſiam reſtrictum*, ordinatio amiſit nomen *inueſtituræ*, et hæc illi attributa eſt actui, quo *titulus* ſeu *eccleſia peculiaris* alicui confertur, id quod recentioris inſtituti eſt. Atque hic actus hodie in noſtris eccleſiis expeditur per *confirmationem* et *literarum vocationis extraditionem*, mediante qua ius in certam eccleſiam candidatus conſequitur eſtque *inueſtitura abuſiua* ſeu *verbalis*. Hanc canoniſtæ vocant *inſtitutionem authorizabilem*, eamque ſoli epiſcopo vindicant per *c. 4. X. de offic.*

Olim loco inueſtituræ abuſiuæ erat ordinatio.

Sed hodie in noſtris eccleſiis expeditur per confirmationem et literarum vo-

Digitized by Google

offic. archidiac. et *synod. Trident. seſſ. 14. de reform. c. 13.* niſi aliis conſue- cationis tra-
tudine vel præſcriptione acquiſita ſit. *c. 6. X. h. t.* Equidem prote- ditionem.
ſtantes etiam *confirmationem conſiſtorii* deſiderant, patrono tamen vt-
plurimum permittunt, vt *literas vocationis* præſentato dare poſſit, qui-
bus reuera confertur eccleſia parochialis, et ſic hæc proxime ad *inue-*
ſtituram abuſiuam accedit. Similiter in capitulis hæc per *ſolenne colla-*
tionis diploma fit vel a principe territorii, vel a capitulo, quam dein-
ceps ſubſequitur *inueſtitura realis*, de qua iam ſpeciatim agendum.

§. XVI. REALIS alias dicitur *introductio* et *inthroniſatio*, quæ Inueſtiturę
non tantum epiſcoporum, ſed etiam presbyterorum inſtitutioni et in- realis varia
veſtiturę tribuitur, obſeruante CANGIO *voce inthroniſatio*, die intro- denomina-
ducirung, Einweiſung, Belehnung, Einſetzung. Poſterior appel- tio
latio etiam in antiquis feudorum chartis occurrit, et *inueſtiturę reali*
tribuitur, quod illuſtrat SCHILTER. *in iure feud. Allem. ad c. 20. §. 3.*
Definiente CARPZOVIO *lib. I. iurispr. conſiſt. def. 54.* eſt *actus eccleſiaſti-* et definitio.
cus ſolennis, quo perſona ad miniſterium legitime vocata et ordinata gregi,
cui præficienda eſt, per ſuperintendentem ſiſtitur, in eccleſiam ſuam inſti-
tuitur, et in poſſeſſionem officii ſui actualem deducitur, et quidem palam
ac publice, vt omnis euitetur ſuſpicio. Pleniorem adfert SCHILTER.
lib. I. inſtit. iur. canon. tit. 16. §. 8. quæ tamen ſimul accidentia, quæ
eſſentiam *inſtitutionis* huius non intrant, continent. Paucis: eſt *ſo-*
lennis et publica miſſio in poſſeſſionem officii et beneficii eccleſiaſtici.

§. XVII. Ipſa *poſſeſſionis adeptio* et *apprehenſio* eſt neceſſaria, Vtilitas eius.
quia in ea conſiſtit officii ſacri delati executio. Ad quid enim con-
ducit *collatio?* quid prodeſt *ordinatio*, niſi poſſit in actum deduci et
ad effectum perduci? Officia ſine adminiſtratione frigent, nec hono-
raria in eccleſiis admittenda, nulli vſui futura, niſi ad ambitionem
inanem promouendam. Sed non æque abſolute neceſſaria eſt *inſtitu-* Solennis ta-
tio, h. e. *ſolennis et publica miſſio* ad hunc effectum, vt ſine ea nullo men non ab-
prorſus caſu exercitium officii ſacri ſuſcipi legitime queat. Admitto, ſolute neceſ-
regulariter illam hodie eſſe neceſſariam, ex præſcripto ordinationum ſaria eſt.
eccleſiaſticarum; ſed ex ratione et natura ipſius officii ſacri non deſi-
deratur. Neque enim priſtinis ſeculis cognita aut adhibita fuit, qui-
bus ſufficiebat ſola ordinatio, in illa eccleſia facienda, cui ordinan-
dus præficiendus erat. Hac ipſa cura eccleſiæ ei committebatur, of-
ficium ſacrum deferebatur, et præfectura eius concedebatur. Rebus
ita ſtantibus, nulla *ſpecialis inſtitutio* amplius deſiderabatur, quod et-
iam agnoſcit ESPENIVS *P. II. iur. eccleſ. tit. 26. c. 2. §. 1.* et ſuccincte
inter

Digitized by Google

inter noſtrates nouiter docuit CHRISTIANVS FRIDER. KOEHLERVS *in diſſ. de inueſtit. eccleſ. §. 7. ſqq.* quam præſide D. SCHROETERO habuit, et ſic merito inter noſtrates quoque omitti poſſet, ſi *ordinatio in ipſa eccleſia vacante* fieret. Sed poſtquam opima emolumenta, quæ *beneficia eccleſiaſtica* dicunt, officiis ſacris adiecta ſunt, ad quorum perceptionem certatim candidati ruunt, currunt, ne dicam impetum faciunt, e re eorum viſum fuit, poſſeſſionem ſolenniter indipiſci, vt eo ſecurius fructus percipere ſuosque facere poſſent. Ita iudicat *de iure inſtituendi* ZIEGLERVS, 1Ctus limatæ eruditionis *in tr. de epiſcop. lib. III. c. 16. §. 9.* aitque: *Hæc omnia manifeſte probant, totum iſtum inſtitutionis et inueſtituræ actum in eccleſia latina ſolum propter miniſtrum eccleſiæ, qui inſtituitur, et propter temporales reditus, qui ei aſſignati fuerunt, haudquaquam propter gregem, cuius cura ei committitur. Hoc enim eſt, quod iam ſæpe dixi, in officiis eccleſiaſticis non tam id quæri hodie ſolere, vt eccleſiæ bene ſit, et vt cultus diuinus promoueatur, quam vt bene ſit illi, qui ad hoc officium conſtituitur.*

Quem vſum eccleſiæ proteſtantes ei tribuant?

§. XVIII. Maior huic actui *vtilitas* tribuitur in eccleſiis noſtris a theologis pariter ac 1Ctis. Hoc enim, aiunt, perſonam legitime ad miniſterium vocatam et ordinatam gregi, cui præficienda eſt, ſiſti per ſuperintendentem, ac prælectis literis confirmationis ſolenniter introduci, adiunctis ſeriis adhortationibus, quibus tum nouus miniſter, tum auditores officii ſui admonentur, ac ſtipulata manu ad ſedulam eius executionem obligantur. ZIEGLER. *cit. l.* GERHARD, *loco de miniſter. eccleſ. §. 170.* CARPZOV. *cit. l.* Tria tamen obſeruo, quæ oſtendunt, praxin eccleſiarum noſtrarum non adeo multum differre ab eccleſiæ Romanæ vſu. Prima obſeruatio eſt, *potuiſſe hunc ritum*, ſi vnice ob prædictum finem fit, *commodius omitti*, ſi maiores noſtri ordinationem paſtorum priſtinæ integritati reſtituiſſent, operamque dediſſent, vt in *eccleſia vacante* illa in poſterum peracta fuiſſet, more primitiuæ eccleſiæ. Hac ipſa enim ſtatim ordinatus eccleſiæ viduatæ præfici, eique officium ſacrum in illa committi potuiſſet, niſi in illo ſubſtitiſſent errore, per *ordinationem* tantum *in genere*, non intuitu certæ eccleſiæ, ſacerdotium deferri, quod ab intentione maiorum in primitiua eccleſia alienum eſt. Quod itaque præter *ordinationem* adhibeamus *inſtitutionem*, rebus aliter ſtantibus, id quidem fit *gregis gratia*, cui paſtor nouus ſiſtendus, ſed non vnice: intereſt etiam miniſtri, propter bona parochialia, quæ ita ei traduntur ad effectum agendi ex interdicto retinendæ poſſeſſionis, vt ait SCHILTER.

Omitti poſſet, ſi ordinatio fieret in eccleſia vacante.

TER. *lib. I. inſtit. iur. canon. tit. 16. §. 12.* Meo iudicio rei eccleſiaſticæ conduceret, morem primæuum chriſtianorum ſimplicem ſincerumque magis, quam Romanæ eccleſiæ inſtituta admodum deprauata ſequi, vt tum *ordinationis* legitima ratio reſtitueretur, tum *ſuperflua* omitterentur. Cui vſui enim amplius eſt *ordinatio* extra eccleſiam viduatam, poſtquam *inſtitutio* demum paſtorem coniungit eccleſiæ, ad quam vocatus eſt? Dicis, ante omnia vocato primo *ſacerdotium*, et deinceps eidem *peculiaris eccleſiæ cura* tradenda: illud per *ordinationem*, hoc per *inſtitutionem* expeditur. Sed erras ſine dubio, qui Romanæ eccleſiæ tradita ſuſcipis, defendis, vrges. *Sacerdotium* noſtris miniſtris eccleſiæ haud defertur, ſed *miniſterium verbi diuini* in certa eccleſia peragendum, id quod ſola *vocatione* et *inſtitutione* peragitur, ſicuti olim *electione* et *ordinatione*. Fiat ergo *ordinatio*, ex ratione ſua primæua, in eccleſia vidua, quo facto, *inſtitutio* ſuperflua eſt, cum poſſeſſio redituum ſine longo circuitu facile poſtea tradi queat, et ipſi *ordinationi traditio officii ſacri*, in certa eccleſia peragendi, reuera inſit. Dicis: aſt ita, facta paſtoris translatione ad aliam eccleſiam, noua eius ordinatio deſideraretur, quia per primam tantum ad certam ordinatus eſt eccleſiam. Regero, hoc dubium admodum leue eſſe. Non extimeſcimus hodie crimen, quod Romanæ eccleſiæ doctores reiterantibus ordinationem imputant, cum hæc reiteratio non abhorreat a moribus primitiuæ eccleſiæ. Præterea vero annon, ſtante praxi contraria, hodie translatus in ea eccleſia, ad quam vocatus eſt, de nouo inſtituitur, *per manuum impoſitionem*, adhibitis precibus? Quid vero hæc in ſenſu primitiuæ eccleſiæ aliud eſt quam *noua ordinatio ad eam eccleſiam*, cui de nouo præficiendus eſt? Vocabulis ludimus more pontificio, cum tamen rem, quam Romanæ eccleſiæ doctores ſub *ordinatione* adumbrant, vtplurimum negemus.

§. XIX. Altera obſeruatio eſt, *inſtitutionem fieri debere, antequam vocatus miniſter eccleſiæ officium eccleſiaſticum ſuſceperit.* Fit enim potiſſimum, vt antea obſeruaui, in hunc finem, vt *in poſſeſſionem officii ſacri actualem* deducatur, id quod omnino tunc faciendum, quando nondum officii ſacri poſſeſſor eſt. Neque enim, qui iam officio ſacro fungitur, et in eius poſſeſſione eſt, denuo in poſſeſſionem conſtitui poteſt. Hoc monendum eſt contra morem quarundam eccleſiarum, in quibus paſtores, poſtquam ordinati ſunt, mox admittuntur ad ſolennem concionem, qua officium ſuum auſpicantur, die Antritts-Predigt, ad ædium parochialium poſſeſſionem, ceteraque commoda, et ſæpe per plures hebdomadas officium ſacrum peragunt, et tunc demum actus *inſti-*

Ante ſuſceptum officium inſtitutio facienda.

ſtituræ vel *inſtitutionis* publice et ſolenniter ſubſequitur. Ordine inuerſo hanc peragi, nemo negabit. Quid enim opus eſt *inſtitutione* eius, qui iam officium ſacrum publice ſuſcepit, et in poſſeſſione omnium iurium et redituum conſtitutus eſt? Hæc rurſus facile emendari et in melius reformari poſſent, niſi forſan *vſus longæui* et *conſuetudinis antiquæ* amor obſtaret, cuius tamen tanta non debet eſſe vis, vt vel legem vel rationem vincat. *l. 2. C. quæ ſit long. conſuet.*

Adeoque ſi ob belli vel peſtis impedimentum hactenus fieri non potuit, non præciſe poſt plures annos facienda eſt.

§. XX. Vltima obſeruatio eſt, *non adeo inhærendum eſſe inveſtituræ*, vt, ſi forſan per belli aliarumque calamitatum publicarum iniurias fieri haud potuerit, et paſtor ordinatus ſine illa per plures annos eccleſiæ iam præfuerit, ſedata tempeſtate, adhuc facienda ſit. Quid enim hoc aliud eſt, quam eum, qui per plures annos iam quiete et cum fructu officio functus eſt, ac poſſeſſionem rerum iuriumque parochialium tenuit, de nouo in poſſeſſionem mittere, id quod nullum vſum nullumque finem legitimum habet, niſi vt oſtendatur, nos auare nimis ritibus inſiſtere, qui tamen, vt alia quæuis negotia, commodam deſiderant occaſionem. Et tamen contrariam adſtruxit ſententiam MEVIVS *P. III. deciſ. 133.* quam adduxi, examinaui et reprobaui in *iure paroch. ſect. III. c. 1. §. 53.* conf. B. TITIVS *in ſpecim. iur. eccleſ. lib. II. c. 8. §. 42.*

Ius inueſtiendi tribuitur epiſcopo,

§. XXI. Ius inueſtiendi *radicaliter* pontificii tribuunt *epiſcopo*, *c. 4. X. de iure archidiac.* et *ſynod. Trident. ſeſſ. XIV. de reform. c. 13.* Poſtquam enim epiſcopi a pluribus ſeculis in ſua diœceſi omnia ordinarunt, eccleſiaſtica direxerunt, et iura ſacra exercuerunt, maxime vero in *officiis* et *beneficiis* eccleſiaſticis conferendis ſolliciti fuerunt, non mirandum eſt, eos quoque curam ſuſcepiſſe, vt prouiſi in poſſeſſionem mitterentur. Acceſſit noua ratio, quod ordinatio mox *reſeruatis epiſcopalibus* adſcripta fuerit, cuius olim vel ſequela vel pars inueſtitura erat, prout antea monui. Inde ius inſtituendi et a canoniſtis et doctoribus proteſtantibus *iuribus epiſcopalibus* accenſetur CORVIN. *P. II. de benef. eccleſ. lib. 5. tit. 8. n. 4.* ESPEN. *P. II. iur. eccleſ. tit. 26. c. 1. §. 4. ſqq.* LEVRENIVS *P. II. for. benefic. q. 169.* WIESTNER. *ad h. t. n. 4.* ZIEGLER. *de epiſc. lib. III. c. 16.* LYNCK. *de iur. epiſc. c. 9. n. 29.* Dixi, *radicaliter* hoc ius epiſcopo tribui: quia enim plus *laboris* et *oneris*, quam *honoris realis* inueſtitura continet, *archidiaconis* tandem ab epiſcopis hæc prouincia delegata eſt, qui eam tanquam *vicarii epiſcopi nati* expediunt, adeoque non *iure proprio*, ſed magis *vicario*; quamuis hodie adeo illis hoc *ius proprium* factum ſit, vt per eos fere vnice peragatur, vt non diffitetur ESPEN. *cit. l. n. 9. et c. 2. §. 5.* Satis notum eſt, etiam inueſtituram in aliis feudis per

quod per archidiaconos exercet,

procu-

Digitized by Google

procuratorem fieri poſſe, quidni ergo in feudis eccleſiaſticis? *c. 7. X. de offic. archidiac.* WIESTNER. *h. t. n. 47.* Sicuti vero archidiaconi magis tanquam *vicarii epiſcopi* inſtituunt, ita poteſtas eorum non vbique eadem eſt, nec ad omnia extenditur beneficia. In *cathedralibus* et *collegiatis* eccleſiis non vbique inueſtituram faciunt: a *decanis* vtplurimum hæc ſparta exercetur, etiam inter proteſtantes. Quid? quod archidiaconi, poſtquam hanc inueſtituram quaſi ſui iuris fecerunt, eam rurſus per alios, per notarios apoſtolicos, aliosque expedire ſolent. Eſt ergo *inueſtitura*, tam *verbalis* quam *realis*, reuera *iuris clericalis* in eccleſia Romana.

vel decanos.

§. XXII. Quid ad hæc proteſtantes ICti? Ait CARPZOVIVS *lib. I. iurispr. conſiſt. def. 55. n. 2.* inueſtituram noui paſtoris eſſe *actum epiſcopalem*, eumque exerceri per *ſuperintendentem*. Addit SCHILTER. *lib. I. inſtit. iur. canon. tit. 16. §. 11.* inueſtire regulariter eum, qui ipſe eſt *inueſtitus*. Plerique in eo conueniunt, ius inueſtiendi *radicaliter* competere *principi*, vigore *iuris epiſcopalis*, eiusque auctoritate expediri per ſuperintendentes et inſpectores. Ergo qui ita philoſophantur, ſubſiſtunt mordicus in principiis iuris canonici, et *inueſtituram* iuris clericalis et partem *hierarchiæ eccleſiaſticæ* eſſe contendunt; principi enim illam attribuunt, non qua tali, ſed qua *epiſcopo*, qua *clerico*. Ingemiſcendum eſt, ne quid grauius dicam, quod noſtrates in puriori doctrinæ ſalutaris et naturalis luce adhuc tenebras ſectentur, et pro Iunone nubem. Iam *lib. I. tit. XXXI. §. 19. ſqq.* plenius hunc errorem denudaui, et quanta cum iactura hoc *ius epiſcopale* principibus noſtris aſſeratur, demonſtraui. Scilicet eccleſiæ in quauis republica exercent vel *publica* vel *priuata* ſacra. Priori caſu *publicum* aliquod dicuntur conſtituere *collegium*, ſub tutela et inſpectione ſpeciali *imperantis* conſtitutum. Huius intereſt, vt omnia in tali collegio *ordine* et *decenter* fiant, et ſic quoque vt doctores et miniſtri eccleſiæ rite et debito modo inſtituantur et inueſtiantur. Merito ergo huius *auctoritate* et *directione* inueſtitura fit per eum, cui hoc munus delegandum eſſe cenſuit, idque facit qua *ſummus imperans* intuitu *reipublicæ*, non qua *epiſcopus*, qualis non eſt. Neque præciſe neceſſe eſt, vt *inueſtito* hunc actum committat: poteſt *inſpectionis* munus etiam *non inueſtito*, vt theologo in academia, delegare, cui ordinarie cohæret ius faciendæ inueſtituræ realis. In iis vero eccleſiis, quæ tantum vſum *priuatorum ſacrorum* habent, in ædibus priuatis, principes ne quidem hoc iure vtuntur, cum horum curam non adeo habeant. Inde aliquoties iam obſeruaui, hiſce cœtibus maiorem liberta-

Proteſtantes etiam inueſtituram iuris epiſcopalis eſſe aiunt, et hoc reſpectu principi adſcribunt.

Quod reprobatur.

Cum potius princeps qua talis de inueſtitura decernat.

Digitized by Google

tem esse relictam, vt *priuata auctoritate* illa expedire possint, quæ in cœtibus publicis *publica* expediuntur. Habet hoc omnis cœtus, maxime sibi relictus, vt *sua auctoritate* perficere queat, quæ ordini et fini conueniunt. Quid itaque impediret, quo minus inuestituræ actum alicui demandare, vel illis committere posset, qui ecclesiam repræsentant? Hi nomine *ecclesiæ* agunt omnia, quæ ad eius ordinem requiruntur. Nec iis obiici potest, quod *laici* sint, quales vtplurimum tales repræsentantes sunt, quid enim? an *missio in possessionem*, an *introductio* actus præcise *clericalis* est? et annon illa, quæ diuina, ope ministri ecclesiæ, in ea peragenda sunt, a tali collegio, quod totum repræsentat cœtum, ei committi possunt?

In priuatis ecclesiis etiam laici inuestiunt.

§. XXIII. Quæ cum ita sint, planum est, *ius inuestiendi*, quod principi adscripsimus, *aliis* quoque communicari posse, quorum auctoritate in ecclesiis peragatur. Hoc vt eo euidentius fiat, distinguendum esse censeo inter *ius inuestiendi principale*, et *ministeriale*. Illud tribuendum ei, cuius *auctoritate*, *ordinatione*, *directione* et *delegatione* totus actus inuestituræ peragitur, quod principi debetur *regulariter*, qui vel *immediate*, vel *mediate* per *consistorium*, actui inuestituræ auctoritatem interponit, eam mandat, et personas ad actum peragendum delegat: neque enim princeps *per se* instituit inuestiendos: hæc adscribitur illis, quorum ministerio actus inuestituræ *auctoritate superioris* peragitur, quem vtplurimum *superintendens* aliique verbi diuini præcones expediunt. Cum enim, interueniente concione, solennibus precibus, adhortationibus, et manuum impositione, in ecclesia inuestitura quoad maximam partem peragatur, æquum et conueniens visum fuit, ad peragendos hos ritus sacros non alios, quam theologos, siue fuerint inuestiti siue non inuestiti, adhibere.

Potest quoque aliis communicari,

veluti consistorio.

§. XXIV. Quando itaque quæritur, an *ius inuestiendi* aliis v. c. *senatui oppidano*, patronisque communicari possit? vel an hi *præscriptione immemoriali* illud sibi acquirere queant? de *principali*, non *ministeriali* quæstio est. Et quin hoc omnino fieri possit, saluo supremo iure principis circa sacra, nullus dubito, et iam *lib. I. tit. XXXI. §. 55.* contra MEVIVM adstruxi. Vnica fere ratio dubitandi, quæ MEVIVM in deuia deduxit, fuit: quod ius inuestiendi sit *ius episcopale*, h. e. *clericale*, adeoque a laicis, quales sunt nobiles et senatus oppidanus, possideri non possit, quæ tamen ex antea adductis facile dilui et conculcari potest. Princeps æque laicus est, cui hoc *ius inuestiendi principale* tribuunt, nec sub alia qualitate hoc exercet. Proinde non reprobandi sunt mores

Etiam senatui oppidano.

loco-

Digitized by Google

locorum, in quibus auctoritate patronorum fit inueſtitura, vt oſtendit KOEPPEN. *dec. 1. enucl. 2. n. 5.* cum ipſimet etiam miniſterio præconum verbi diuini vtantur in ritibus ſacris peragendis. Aliud exemplum adducit L. B. de LYNCKER. *deciſ. 895.* de ſenatu Naumburgenſi, ſitque: Bey der Stadt iſt von Anfang der *reformation* hergebracht, daß der Rath dergleichen *inueſtituren* verrichte, *ex quo tacita ſuperioris conceſſio præſumi poſſet: niſi facies eccleſiarum, prout tum fuit, peculiare quid introducere potuiſſet. Imo ex ſtatuto etiam, vel priuilegio æſtimandum eſt, quid patroni poſſint in eccleſiis.* FR. PFEIL. *II. conſ. 183. n. 4.* KLOCK. *III. conſ. 146. n. 66.* Bey welcher Gewohnheit denn es auch diesfalls, wie ſonſt überall in Kirchen-Sachen, vermöge Fürſtl. Befehls und *receſſen de dato 3. Nou. 1683.* ferner zu laſſen, zumahl die *inueſtitura* ein bloſſes *externum* iſt, und in einer *ſolennität* beſtehet. M. A. DE DOMINIS *VI. de republ. eccleſ. c. 7. n. 72.* ſonſten aber an vielen Orten, einigen Land-Städten und andern *mediatis*, etliche *iura epiſcopalia* zuſtändig ſeyn, und dieſelbe dabey nicht unbillig gelaſſen werden ꝛc. Acceſſit nouiter huic ſententiæ Dn. SCHROETERVS *in diſſ. de inueſt. miniſtr. eccleſ. §. 18.* et *§. 21.* contendit, etiam *per laicos* fieri poſſe inueſtituram, præſertim iis in locis, vbi in ſolenni inueſtitura non eſt oratio quædam ad populum facienda, quam ægre laicis concedunt, quamuis leges prohibitiuæ non adſint.

§. XXV. Aliam præterea qualitatem deſiderat SCHILTERVS *cit. l.* in inueſtiente, *vt orthodoxus orthodoxum inſtituat.* Addit tamen, *valere inueſtituram ab heterodoxo factam orthodoxo, ſi eſſentialia obſeruauerit, orthodoxum vero heterodoxum inueſtire non debere, quia non debet eum commendare eccleſiæ, quem nouit puræ fidei non eſſe addictum.* Addit IACOBVS HEILBRVNNERVS apud DEDEKENNVM *vol. I. P. III. lib. 1. n. 2. ſect. 7. Qua fide et conſcientia epiſcopus orthodoxus ſciens et volens gregi Chriſti, filii DEI, pretioſo ſanguine acquiſito, lupum pro paſtore commendabit?* Wunderlich iſt es zu vernehmen, pergit, daß die Caluiniſten dem reinen Superintendenten ſolches zuzumuthen ſich unterſtehen dürfen, und läßt ſich anſehen, als ob ihnen ihre religion ſelbſt kein rechter Ernſt ſey, wenn ſie ihrer Gewohnheit nach immer mit ernſten Befehlen in cauſis religionis et conſcientiæ fortdringen wollen, deſſen die wahre Chriſtliche Kirche und orthodoxi theologi bis dato nicht gewohnet geweſen oder ſeyn wollen. Duriora ſunt argumenta, quæ *cit. l.* conſiſtorium Stutgardenſe habet, quæ referre tædet. Qui ita ſentiunt, dictatoria poteſtate definiunt, ſe duntaxat eſſe puros, rectiori et ſaniori

An ab heterodoxo fieri poſſit inueſtitura?

Imo an orthodoxus heterodoxum inueſtire poſſit?

Digitized by Google

fidei addictos, dissentientes hæreticos, lupos, seductores, impuros. Est hæc cantilena antiquissima, qua Romanæ ecclesiæ doctores protestantes, et hi illos reprobant, damnant, diiudicant. Nullo modo nostræ religioni puritatem verbi diuini abiudico, sed firmiter, priuata mea conscientia, assero credoque, eam doctrinæ Christi conformem consonantemque esse; sed neutiquam tam impudens sum, vt priuatum meum iudicium, more cleri dominantis, velim esse decisiuum et irrefragabile. Si duriorem meam sententiam esse opinaris, cape exemplum. Sunt ecclesiæ Lutheranæ, vti vocantur, sub magistratu reformato, cui *ius inuestiendi* debetur. Delegat hic actum institutionis *inspectori*, reformatorum principiis imbuto, an hic recte inuestit? Affirmas sine dubio, quia, respondes, hoc casu orthodoxus commendatur ecclesiæ, quod omnino a *quocunque* etiam fieri potest. Ita vero determinas, constituis, decernis iudicio priuato, quoad publicos effectus iuris solam ecclesiam Lutheranam esse orthodoxam, quod tamen dissentientes negant, tuumque iudicium respuunt. Si mutamus scenam, ex eadem *potestate dictatoria* negas, sacris nostris addictum inuestire posse præconem verbi diuini, qui castra reformatorum sequitur. Et tamen hi nobis errores imputant, sicut nos illis. De hac *imperiosa methodo*, inter omnes fere religiones vsitata, conferri potest RICHARD STEELE *in tr. de l'etat present de l'eglise Romaine*, et quidem in *præfat.* ad pontificem, qua admodum satyrice morem hunc depingit.

Fundamenta sententiæ rectioris.

§. XXVI. Scilicet 1) qui inuestiunt, id primario agunt, vt ex legum præscripto ordinatos in *possessionem* officii sacri, ad quod legitime vocati sunt, mittant et collocent. Si ergo per leges legitime sunt vocati, legitime quoque inuestiri possunt. 2) Commendatur quidem *ecclesiæ*, sed non aliter, quam vt verbum DEI doceant proponantue, id quod si non agunt, de eo ipsimet aliquando Deo rationes reddituri sunt. 3) Quod nobis præstandum esse existimamus, aliis quoque denegare non debemus. Denique 4) priuato iudicio religionem heterodoxam reputare haud debemus, quæ publicis legibus approbata, recepta et tolerata est, quales sunt *dominantes* in republica. Errores erunt, donec homines. Mutuum autem societatis vinculum hanc singulis præscribit legem, vt, quos errantes credimus, patienter feramus, et DEO emendationem committamus, qui demum supremus conscientiarum iudex arbiterque est.

Patroni quoque intersunt inuestituræ,

§. XXVII. De *patronis* quoque quæritur, an hi ad actum investituræ concurrere debeant? Principaliter patronum *ius inuestiendi*

non

Digitized by Google

non habere, vtplurimum asserunt, quod *iure episcopali* destituatur, interim ad actum hunc omnino eum vocandum esse, ex aliquot rationibus euincit CARPZOV. *lib. I. iurispr. consist. def.* 55. inter quas principalis ex *merito* et *iure honorifico*, quod ei debetur, petitur, sed meo iudicio inadæquata est. Olim, vt suo loco adstruam, patroni ecclesiis a se fundatis, præficiebant ministros; ipsi erant *collatores*, nec adeo dubitabatur, laicos etiam ecclesiis ministros eodem iure, quo totum collegium, præficere posse. Offerebant tamen præficiendum seu præsentabant episcopo ad examen, et, si dignus repertus fuerat, ad ordinationem. Hac simul inuestiebatur, nec præter illam alia accedebat *institutio;* interim alimenta ei suppeditabat patronus, et horum nomine quandoque ei certos reditus assignabat, in quorum possessionem a patrono mitti debebat, quamuis iam circa finem seculi V. pontifices Romani id egerint, vt patronos prorsus excluderent. vid. *c. 26. C. 16. q.* 7. In concilio Toletano IX. *anno 655.* celebrato pristinum ius patronis adhuc assertum est in *§. 2.* quem refert GRATIANVS in *c. 32. ibid.* *Decernimus*, aiunt patres, *vt, quamdiu fundatores ecclesiarum in hac vita superstites extiterint, pro iisdem locis curam permittantur habere sollicitam, atque rectores idoneos in eisdem basilicis iidem ipsi* OFFERANT *episcopis* ORDINANDOS. Hæc ordinatio sufficiebat et erat implicata institutio. Addunt enim patres: *Quodsi tales forsitan non inueniantur, ab eis tunc, quos episcopus loci probauerit Deo placitos, sacris cultibus* INSTITVAT, h. e. ordinet, *cum eorum conniuentia* seu assensu *seruituros. Quodsi spretis eiusdem fundatoribus rectores ibidem præsumserit episcopus ordinare, et ordinationem suam irritam nouerit esse, et ad verecundiam suam alios in eorum loco (quos iidem ipsi fundatores condignos elegerint) ordinari.* Sicuti ergo concurrebant ad *ordinationem*, quæ tunc erat ipsa *institutio*, ita, postquam hæc ab illa separata est, omnino quoque concurrere debuere ad *inuestituram*, eosque episcopo instituendos offerre. Præterea vero eorum maxime interfuit, adesse inuestituræ, propter *bona ecclesiastica*, quæ in ecclesiam suam contulerunt. Horum legitimi erant collatores, domini feudi, horum cura eis erat commissa in eodem concilio, *c. 1.* relato in *c. 31. C. 16. q.* 7. vt præcauerent, ne quid detrimenti ecclesia caperet.

vt collatores.

Quod iuri antiquo conueniens est.

§. XXVIII. Obseruauit id ipsum iam olim SCHILTERVS *lib. I. instit. iur. canon. tit. 16. § 10.* statuitque, concurrere etiam in inuestitura patronum vel collatorem, inuestientem parochum cum parochialibus bonis, etiam per literas inuestituræ et quodam laudemio exacto. Quod vero addat, hanc inuestiendi consuetudinem paulatim in desuetudi-

Qui de bonis ecclesiasticis pastorem inuestit.

Digitized by Google

tudinem poſt reformationem abiiſſe, non vniuerſaliter accipiendum, ſed forſan de *Saxonicis eccleſiis* intelligendum. In multis adhuc, præſertim in Marchia et Weſtphalia alibique, hoc ius vſitatum eſt, adeo vt *exactio laudemii* hinc inde adhuc obtineat, vt oſtendi *in iure paroch. ſect. III. c. 1. §. 23.* In *ordin. March. tit. 8.* diſertis verbis cauetur, daß kein angenommener und præſentirter Pfarrer ſich ſelbſt in ſein Amt ſetzen, ſondern durch die *Patronen* und nahiſtgeſeſſene Pfarrer, denen ſolches unſer gemeiner Superintendent und conſiſtoriales befehlen, angewieſen werden. In Vinarienſi ducatu ſuperintendens inueſtituram faciens ſimul *patroni* mentionem facere debet, vti liquet ex *ordin. eccleſ. lib. II. c. 4.* vbi præmittit, daß ihm, als dieſer Zeit Superintendenten der Kirchen und Schulen des Sächſiſchen Weimariſchen Fürſtenthums, nebſt dem geſtrengen *N. N.* Gerichts-Junckern, als Inhabern des *iuris patronatus* alhier, gnädigſt befohlen und aufgetragen, ihn förderlichſt zu inueſtiren und einzuweiſen ꝛc. Non ergo tantum inueſtituræ interſunt patroni vt *κωφὰ πρόσωπα*, ſed potius ſimul actum inueſtituræ peragunt, et inprimis *de bonis eccleſiaſticis* eos inueſtiunt, et hoc ſenſu verum eſt, ius patronatus probari per *inueſtituram*, obſeruante AVCTORE *de inueſt. miniſtr. eccleſ. §. 28.* ſupra laudato. In *ordin. eccleſ. Magdeb. c. XV. §. II.* de more harum eccleſiarum hæc referuntur: Und pflegen auf die ordination auch wohl zu folgen ſchriftliche Belehnung oder prouiſion, ſo vom patrono dem ordinato gegeben wird, quæ ſunt ipſæ literæ inueſtituræ, vt in aliis feudis moris eſt. Interim catholicos quoque patronos in nonnullis locis *traditionem temporalium* ſibi vindicare, teſtatur ENGEL *ad h. t. n. 6.* licet principiis iuris communis id minime conuenire arbitretur, quod potius de corrupto iure communi accipiendum, ſecundum quod etiam imperatoribus *inueſtitura per annulum et baculum* per ſummam iniuriam extorta et ademta eſt.

Solenni ritu in eccleſia peragitur,

§. XXIX. Forma *inueſtituræ realis* in pleriſque ordinationibus eccleſiaſticis eſt præſcripta et determinata, et vel *officii ſacri*, vel *bonorum eccleſiaſticorum* traditionem concernit. Iſta præcedit in *eccleſia*; hæc ſubſequitur in *ædibus parochialibus*, et per traditionem inuentarii bonorum parochialium, et eorum aſſignationem, quibusdam quandoque ſymbolis interuenientibus, peragitur. Solennior illa eſt, quæ fit in ipſa eccleſia, quam ſi ſecundum omnes circumſtantias conſidero, reuera mihi nouam *ordinationem* videre videor, hac tantum admiſſa differentia, quod, quæ præcedit, et ſtricte *ordinationis* appellatione gaudet, ſit *generalis*; hæc vero *ſpecialis inſtitutio*, intuitu eccleſiæ, cui præficitur.

quæ eſt reuera noua ordinatio.

Vt

Digitized by Google

Vtplurimum auditores admonentur ſui officii, iisque nouus paſtor commendatur: huic quoque præleguntur, quæ ad ipſius officium ſpectant, et tandem denuo manus ipſi imponitur a ſuperintendente, addito voto: *Benedicat tibi Dominus ex alto, vt facias fructum multum et copioſum. Amen!* vid. *ordin. Vinar. cit. l.* In Saxonia electorali euidentius *nouæ ordinationis ritus* in inueſtitura exprimitur, vti docet die Chur-Sächſiſche Kirchen-Ordnung *tit.* gemeine Form und Weiſe etc. vbi præmiſſis præmittendis tandem ſuperintendens paſtori, quem inſtituit eccleſiæ, manus imponit, et ita fatur: Dieweil wir im Heiligen Geiſt verſammlet, GOtt unſern himmliſchen Vater durch JEſum Chriſtum unſern HErrn und Heyland über dich angerufen und gebeten, und deshalben nicht zweiffeln, er werde uns, laut ſeiner göttlichen Zuſagung, gnädiglich erhöret und bewahret haben, demnach ſo ordne, confirmire und beſtätige ich dich, aus göttlichem Befehl und Ordnung, zu einem Diener und Seelſorger dieſer Gemeine, mit ernſtlichem Befehl, daß du ſolcher in wahrhaftiger Furcht GOttes ehrlich, ohne alle Aergerniß, mit höchſtem Fleiß und Treuen vorſtehen wolleſt, wie ſolches einem getreuen Hirten der Schäflein Chriſti gebühret, und wie du vor dem Gerichts-Stuhl unſers HErrn JEſu Chriſti an jenem Tage, dem ernſten geſtrengen Richter, zur Antwort derenthalben ſtehen, und ſeines Urthels gewarten muſt, im Nahmen des Vaters, und des Sohnes und des Heiligen Geiſtes, Amen! Non reprobo hunc ritum, ſed illud tantum repeto, conuenientius omnino eſſe, vt *ordinatio generalis* extra eccleſiam vacantem, die Prieſter-Weihe, omittatur, quæ reuera ex principiis illis fluit, quæ noſtræ eccleſiæ reprobant et reiiciunt. Vel hæc *ordinatio ſpecialis*, quæ ſtatui eccleſiæ primitiuæ conuenit, ſufficere, nec nobis *ordinationis* defectus obiici poſſet, cum reuera talis inſtitutio ſit *ordinatio*, nec talis requiratur, per quam *character quidam indelebilis* animæ ordinati imprimatur.

cum manus impoſitione.

Adeoque prima ordinatio generalis ceſſare poſſet.

§. XXX. Cum ergo per hanc inueſtituram nouus paſtor eccleſiæ commendetur, proponatur et præficiatur, neceſſe quoque eſt, vt cura adhibeatur, quo tali actui *parochiani præſentes* ſint, nec ante eius abſolutionem diſcedant. Quis vero non intelligit ignauiam hominum, qui vix, vt ad duarum horarum ſpatium ſacris interſint, induci poſſunt? Hoc vitium cum notorium manifeſtumque ſit, merito totus actus ita peragendus, ne, ſi nimium protrahitur, anſa auditoribus ſuppeditetur, ante actum *inueſtituræ* ex cœtu diſcedendi. Hoc incommodum obſeruavi in *inueſtituris*, quæ in hac vrbe fiunt. Vtplurimum inueſtiens inſpe-

Inſtitutio faciendа præſentibus omnibus parochianis.

ctor ſolennem concionem vltra tempus præſtitutum protrahit, qua finita demum venerandæ euchariſtiæ adminiſtratio peragitur, et hac finita, vbi plerique iam exceſſerunt, quorum animus in patinis eſt, demum ad *actum inueſtituræ* coram altari proceditur, quo ipſo fit, vt, quia iam dies ad tempus meridianum inclinat, vix viceſima pars auditorum tali actui interſit. Hæc notoria, plana et manifeſta ſunt, ac facile in melius mutari poſſent, ſi tam *prolixa concio* inueſtientis omitteretur, locoque eius breuis aliqua præparatio auditorum ad actum inſtantem præmitteretur, et ſtatim, ante adminiſtrationem euchariſtiæ, inueſtitura celebraretur. Sed vſus longæui auctoritas plerosque faſcinauit, vt huius magis, quam ſalutis eccleſiæ rationem habeant.

Inueſtitura realis canonicorum,

§. XXXI. In *inueſtituris canonicorum* hac ſolennitate non vtimur. His non committitur *cura animarum*, ſed potius redituum eccleſiaſticorum perceptio, quæ tot ritibus ſacris haud peragenda, ſed canonici ſatis ſuperque ſibi proſpectum eſſe credunt, ſi in *poſſeſſionem præbendæ* vel *beneficii eccleſiaſtici* miſſi ſunt. Ne tamen *ſacrorum* ratio prorſus neglecta eſſe videatur, ritus quidam ſymbolici etiam in hac poſſeſſionis datione adhibentur. Generatim monent canoniſtæ, poſſeſſionem *capitulariter* capiendam eſſe, de quocunque canonicatu, h. e. in capitulo, vel auctoritate et inueſtitura eiusdem, ſiue capitulum ad hunc actum ſit congregatum, ſiue nomine capituli ab alio, ad id ab eo deputato, inueſtitura facta fuerit. Nec enim *priuato ausu* quis poſſeſſionem occupare, ſed a capitulo, cui *ius inueſtiendi* competit, inueſtituram accipere debet, vt plenius illuſtrant BARBOSA *de canon. cap. 17. n. 1. ſqq.* cardinal. de LVCA *tom. I. theatr. ver. et iuſtit. de canon. diſc. IV. n. 4. ſqq.* FLAMINIVS PARISIVS *de reſign. benef. lib. X. q. 6. n. 42. ſqq.* LEVRENIVS *in foro benefic. P. II. qu. 808. ſqq.* Poteſt tamen poſſeſſio non rite capta, et ſic ratione originis inualida, confirmari et validari per *canonicorum patientiam* et *ſcientiam*, ſi capitulo, ſi foris canonicis, vt canonicus, interfuit, non contradicente, ſed patiente capitulo, quia etiam *ex poſt facto* capitulum voluntatem ſuam ipſo declarare potuit facto, BARBOSA *cit. l. n. 15. et 16.*

capitulariter facienda.

Ritus eiusdem,

§. XXXII. Adhibentur tamen etiam in hac poſſeſſionis datione nonnulla *ſolennia*, quæ maxime ex ſtatutis locorum et obſeruantia deſumenda. PARISIVS *cit. l. n. 43.* LEVRENIVS *cit. l. qu. 804. n. 1.*

ratione minoris præbendæ,

In eccleſiis Halberſtadienſibus poſſeſſio *præbendæ minoris* hoc modo apprehenditur, vt, ſoluto honorario ex ſtatuto debito, quod Statuten-Gelder vocant, et iuramento canonicorum in capella huic actui deſtina-

ta

ta præſtito, in ſolenni capitulo decanus neo-canonico, in genua procumbenti, birettum imponat, poſt eum ſub celebratione diuinorum in chorum deducat, vbi in præſentia camerarii et ſyndici, qui vt teſtes huic actui interſunt, choralem librum magnum digitis tangit; id quod etiam in apprehendenda poſſeſſione vicariatus obſeruatur. Poſ- maioris præ-
ſeſſio *maioris præbendæ* potiſſimum acquiritur per aſſignationem a de- bendæ,
cano factam *ſtalli in choro* apud canonicos, et *loci in capitulo*, qui ritus
in omnibus eccleſiis cathedralibus et collegiatis obſeruatur. LEVRE- curiæ.
NIVS *cit. l. q. 808. n. 1.* Similiter datio poſſeſſionis *curiæ* expeditur a decano, qui canonicum ad curiam vacantem deducit, claues ei tradit, ipſumque in curiam introducit. Denique, vt hac ſolennitate rite peracta publicum teſtimonium in promtu ſit, adhiberi ſolet notarius, deſuper ſolenne conficiens inſtrumentum, cuius formulam exhibet BARBOSA *cit. l. in f.*

TITVLVS VIII.

DE

CONCESSIONE PRAEBENDAE ET ECCLESIAE NON VACANTIS.

§. I.

Vtplurimum patres, grauiori zelo imbutos, nec laxiori diſciplinæ indulgentes, abhorruiſſe a conſtitutione *ſucceſſorum* vivente præſule, retuli *ad tit. VI.* Rem enarraui ex traditione patrum et ſanctione conciliorum, ſimulque addidi, quæ *fraudes* excogitatæ fuerint ad infringendum ius eccleſiaſticum, non quod *conſtitutio ſucceſſoris* morali quadam turpitudine notabilis ſit, ſed quod *iure poſitiuo eccleſiæ* illa prohibita fuerit. Patrum quidem et conciliorum ſententiæ, illam contra ius diuinum eſſe, vtplurimum euincunt; ſed vtplurimum rigoroſi hi cenſores magis abuſum, qui hinc inde in conſtituendis ſucceſſoribus inualuit, ob oculos habuerunt, et inde nonnunquam in alterum extremum dilapſi ſunt, vt res ipſa loquitur. Conſtitutio ſucceſſoris futuri per ſe non improbanda.

Digitized by Google

Inde exſpectatiuæ ortæ,

§. II. Spes hæc muneris eccleſiaſtici nondum vacantis alicui promiſſa in caſum, quo vacauerit, vocari cœpit *exſpectatiua*, *gratia exſpectatiua*, vel *exſpectantia*, de qua *hoc titulo* potiſſimum agitur, et praxis eius oſtenditur. Non repetam, quæ ſupra iam hac de materia ex *hiſtoria eccleſiaſtica* adducta ſunt, ſed tantum *concilii Lateranenſis* ſanctionem, ſub ALEXANDRO III. *anno 1179.* celebrati, referam. Continetur illa in *c. 2. X. h. t.* generatimque ita cauet: *Nulla eccleſiaſtica miniſteria, ſeu etiam beneficia vel eccleſiæ alicui tribuantur, ſeu promittantur, antequam vacent.* Rationes prohibitionis has adfert: (α) *Ne deſiderare quis mortem proximi videatur, in cuius locum et beneficium ſe crediderit ſucceſſurum.* Hæc ratio oſtendit, ALEXANDRVM III. loqui de *exſpectatiua* in *certum* beneficium, quod nondum vacat: generatim enim in *incerti* beneficium exſpectatiuam tribuere, non iniquum eſſe cenſuit, ſed potius ipſemet varia *mandata de prouidendo*, quæ ſunt *gratiæ exſpectatiuæ in beneficium incertum*, et quod primum vacauerit, dedit, vt obſeruat THOMASSINVS *P. II. de diſcipl. eccleſ. lib. I. c. 43. §. 3.* Suorum ſane præceptorum transgreſſor turpiſſimus fuiſſet, ſi has etiam abolere voluiſſet. Sed forte nemo papæ obloqui et dicere potuit: *quid facis?* (β) *Quod hoc etiam in legibus gentilium inhibitum reperiatur.* Forſan reſpexit ad communem Romanorum doctrinam, ſecundum quam *ob votum captandæ mortis* reprobantur pacta ſucceſſoria. (γ) *Quod turpe et diuini plenum animaduerſione iudicii ſit, vt locum in eccleſia Dei futuræ ſucceſſionis exſpectatio habeat, quam ipſi etiam gentiles homines condemnare curauerunt.* Hæc eſt philoſophia ALEXANDRI III. cui adhuc plura addi ſolent argumenta, pro turpitudine huius rei et negotii extollenda, quæ collegit MYLERVS ab EHRENBACH *in hyparchol. c. III. §. 2. ſqq.*

in concilio Lateranenſi prohibitæ.

Rationes prohibitionis.

Reſtringi cœpit hæc prohibitio ad exſpectatiuas expreſſas: tacite toleratæ, ſi quis recipitur in canonicum ſine præbenda.

§. III. Variæ huius concilii poſtmodum irrepſere interpretationes, mox laxantes, mox reſtringentes hanc prohibitionem. Prima eſt, quod *tacite* et *per indirectum* non cenſeatur prohibita præbendæ nondum vacantis exſpectatio. *Tacite* hæc conceſſa eſt, *quando quis recipitur in canonicum ſine præbenda, cum præciſe præbenda proxime vacatura illi debeatur.* Imo ad velandam exſpectatiuarum praxin hunc modum veteres excogitaſſe videntur, vt fucum facerent, et nihil-ominus exſpectatiuas concederent. Quid enim intereſt, vtrum promiſſio alicui fiat de præbenda primum vacatura? an vero quis ſtatim recipiatur in canonicum *ſine præbenda*, cum ſpe futuræ ſucceſſionis in præbendam vacantem? Cum tamen conſtet, canonicatus expeti, non propter ſe, ſed propter præbendam et reditus. Conſultus de hoc caſu

Iudicium Innocentii III.

fuit

fuit INNOCENTIVS III. in *c. 7. X. h. t.* quo recepto in fratrem et canonicum *ſine prælenda* obiiciebatur, receptionem factam fuiſſe contra Lateranenſe concilium. Non attendendam eſſe hanc exceptionem, cenſuit pontifex ex duplici cauſa: 1) quod illa probata haud fuerit: ergo admiſit, modum hunc concilii Lateranenſis ſanctioni haud repugnare, forſan ideo, quod *collatio actualis* canonici facta, non exſpectatio in officium ſacrum nondum vacans conceſſa: quod hoc modo receptus canonicus conſequatur ius *chori et ſtalli*, ſacris interſit, et tantum præbenda, accidentali re, careat: exſpectatio autem alicui facta *nudam ſpem* cum *voto captandæ mortis* præbeat, quæ merito reiici debuerit. Inuolucra mera hæc ſunt, et a ſanis rectæ rationis regulis recedunt. 2) Altera ratio eſt, quod canonici hac exceptione vti non poſſent, quia eo ipſo allegarent propriam turpitudinem. In aliis quoque caſibus ſimilibus INNOCENTIVS III. cenſuit, concilium Lateranenſe non infringi, per *receptionem plurium canonicorum ad vacaturas præbendas*, vt qui intra numerum ſunt, præbendas *cum integritate* percipiant, reliqui ſine præbenda in canonicos aſſumti, ſuo ordine et loco, h. e. quod vulgo *ſenium* vocant, ſuccedant, et ſi forſan *ſuperexcreſcentes reditus* ſint, interim hi illis aſſignentur. *c. 9. X. de conſtit.* Nec improbauit ALEXANDER III. in *c. 9. X. de præb. anno 1170.* hanc praxin, nondum quamuis edito concilio Lateranenſi, ſed diſpoſuit, vt recepto in canonicum præbenda aſſignetur, qui ab archiepiſcopo *habebat in promiſſis, de conferenda ſibi præbenda, cum in eccleſia ipſa vacaret*, quæ promiſſio *nuda* erat *exſpectatiua*.

de tali receptione ſine præbenda; Alexandri III.

§. IV. In alia omnia videtur iuiſſe INNOCENTIVS III. ſui immemor in *c. 19. X. de præbend.* vbi ſimilis occurrit caſus, quo quis receptus erat in canonicum, vt *tamen idem fructus præbendæ alicuius eiusdem eccleſiæ percipere non deberet, niſi loco proximo vacaturæ.* De hac receptione ita iudicat pontifex, quod 1) receptio in canonicum et fratrem canonicis non obuiet inſtitutis: 2) quod *vacaturam exſpectare præbendam*, Lateranenſi concilio obuiet. Addit: *non illicito reprobato, quod eſt licitum approbantes, quia videtur indignum, vt is, qui receptus eſt in canonicum, præbendæ beneficio defraudetur, mandamus, quatenus dictos epiſcopum et canonicos, vt ei præbendam,* CVM SE FACVLTAS OBTVLERIT, *non differant aſſignare, appellatione poſtpoſita compellatis.* Quid vero hoc rei eſt? annon pontifex, mutatis tantum verbis, idem iniungit, præcipit, iubet, quod epiſcopus canonico, ſine præbenda recepto, promiſerat? Hic præbendam promiſerat, *cum primum vacauerit*; pontifex iubet, vt ei præbenda

Innocentius III. tamen non ſemper hac in re ſibi conſtitiſſe videtur.

Digitized by Google

conferatur, *cum se facultas obtulerit*: facultas vero conferendi se non aliter offert, quam vbi præbenda vacat. Ita simul reprobat, quod factum est, et simul decisione sua approbat, imo in *cit. c. 7. et 9.* idem factum haud reprobat. Verum INNOCENTIVS III. in *c. 14. X. h. t.* subtilem *distinctionem* format inter has propositiones: *promittere præbendam, cum poterit*, seu *cum facultas se obtulerit*, et *promittere præbendam, cum vacabit.* Posterius putat pugnare cum concilii Lateranensis decreto, cum ita *exspectatiua* detur in beneficium vacaturum, non prius. Addit rationem diuersitatis, et, *cum in multis casibus*, ait, *se facultas offerre posset, in quibus collatio non esset in exspectatione vacaturi beneficii differenda*, veluti si per *testamentum* vel *aliam fundationem* interim noua erigatur præbenda, ad quam talis canonicus admitti debet, adeoque ex philosophia huius pontificis dici nequit, talem canonicum esse assumtum cum *exspectatiua* ad *vacaturum* beneficium. Hac subtili philosophia reuera destruitur, quod contra concilium Lateranense esse ipse adseuerauerat. Rarius forsan contingit, vt interim noua præbenda erigatur, frequentius vero, vt erecta vacet. Qui itaque sub hac clausula: *cum primum se facultas obtulerit*, receptus est in canonicum, magis *posteriorem* quam *priorem* exspectat casum, et in effectu *exspectatiuam* habet. Sed voluit forsan INNOCENTIVS III. vt praxin aulæ Romanæ eo magis colore iuris incrustaret, methodum reliquis episcopis præscribere, sub qua licite *exspectatiuæ* in præbendas concedi possent.

Subtiliter tamen distinxit, vt faceret.

§. V. Agnouit tandem ipsa curia Romana hunc inanem verborum lusum, nec amplius sub formula ab INNOCENTIO III. probata exspectatiuas admittere voluit. Testis est BONIFACIVS VIII. in *c. 2. h. t. in. 6.* qui prorsus hanc praxin damnat. Ait: *Sane licet olim* (tempore INNOCENTII III.) *fuerit canonica constitutione decretum, quod ii, qui promittunt aliquibus de beneficiis ecclesiasticis*, CVM POTERVNT, *vel* CVM FACVLTAS SE OBTVLERIT, *prouidere, promissiones suas, facultate se offerente, debeant adimplere; quia tamen, sicut experientia docuit, per promissiones huiusmodi, quæ per importunitatem nimiam, per quam non concedenda multoties concediuntur, et per ambitionem improbatam, vt plurimum extorquentur, aperitur via, sub tali* PALLIATIONE VERBORVM *ad promittenda damnabiliter contra Lateranense concilium beneficia vacatura, mortis aliene votum ingeritur, et ecclesiis ac prælatis et personis ecclesiasticis grauamina plurima inferuntur: nos malis huiusmodi et animarum periculis occurrere cupientes, promissiones easdem et alias quascunque, sub quouis modo aut forma verborum de cetero faciendas, per quas directo vel indirecte*

Quam distinctionem rursus reprobavit Bonifacius VIII.

Digitized by Google

recte aperiri via valeat ad beneficia vacatura, auctoritate apostolica penitus reprobamus. Declarat hanc sanctionem vlterius in *c. vlt. eod.* edocetque, in quos exspectiuarios illa quadrare debeat.

§. VI. Verum via, quam demonstrauerat prælatis capitulisque INNOCENTIVS III. tam trita iam erat, vsitataque, vt aboleri et euelli haud potuerit. Praxin enim hanc adhuc durasse *tempore concilii Tridentini*, liquet ex *sess. 24. de reform. c. 19.* vbi de nouo quæuis inuolucra, quibus *gratiæ exspectatiuæ* teguntur, sublata, damnata et reiecta sunt. Nec incognita sunt documenta, quibus paulo ante hoc concilium sibi hoc ius asseruere capitula, qualia adducit ANTON. MATTHAEI *in manuduct. ad ius canon. lib. 2. tit. 13.* et LVNICH. *in spicileg. eccles. P. II. p. 241.* vbi ex *statutis synodalibus de anno 1440. Frisingens. ecclesiæ* hoc adfert decretum: *Ne per receptionem canonicorum præbendis nondum vacantibus alienæ mortis votum turpiter ingeratur, statuimus, vt de cetero nullus recipiatur in canonicum ecclesiæ nostræ cathedralis, nec alicuius alterius collegiatæ nostræ diœcesis, nisi vacauerit præbenda, quæ illi, qui assumitur in canonicum, assignetur: alioquin receptio in contrarium facta nulla sit ipso facto, nisi facta fuerit de licentia nostra speciali.* Vtrum vero concilii Tridentini sanctio speratum habuerit effectum, subdubito, cum ipsi Romanæ ecclesiæ Dd. titubent. Ipsemet LEVRENIVS *in for. benefic. P. II. q. 3. n. 3.* id non videtur diffiteri, aiens: *Vnde eligi nequit canonicus supernumerarius cum exspectatiua ad præbendam proxime vacaturam, nisi forte in ea ecclesia, vbi immemorialis talis consuetudo vigeret.* At vero in plerisque ecclesiis cathedralibus et collegiatis talis immemorialis consuetudo, iam ab INNOCENTII III. temporibus traducta, viget, adeoque si talis consuetudo per concilium Tridentinum haud sublata dici debet, reuera inane et sine effectu futurum est, cum quodlibet fere capitulum se hac exceptione tueri possit, quod et reuera illa se tuetur, vt fatentur WAGNERECK. *ad c. 2. h. t. §. ne vero.* WIESTNER. *ad h. t. in f.* adeo, vt receptorum in numerum *supernumerariorum* canonicorum, seu *exspectiuariorum* et *in herbis* nomina publice calendariis inferantur. conf. LEVRENIVS *cit. l. qu. 630.* BARBOSA *de canon. c. 12. n. 23.* Vnde quoque non adeo mirandum est, quod in capitulis protestantium, siue *puris* siue *mixtis*, hæc praxis sit admodum frequens et vsitata, vt de illa eo magis nunc mihi dicendi locus sit.

Nihilominus vsus tacitarum exspectatiuarum non sublatus est.

Ne quidem per concilium Tridentinum.

§. VII. Liquet ex hactenus dictis, duplicem esse *exspectatiuarum* praxin, quarum aliæ *expresse*, aliæ *tacite* conceduntur. *Expresse* et *aperte* exspectatiuæ illis conceduntur, qui spem futuræ successionis in officium

Inde duplex exspectatiuarum vsus, expresserum et tacitarum.

Digitized by Google

ficium eccleſiaſticum et emolumenta ei annexa accipiunt, vt tamen interim numero clericorum non inſerantur, nec canonici aut paſtores fiant, ſed tunc demum, vbi officium vacare incipit. *Tacite* et *occulte* illis conceditur exſpectatiua, qui ſtatim quidem numero canonicorum inſeruntur, vel ad officium eccleſiaſticum promouentur, ſed *ſine præbenda*, cuius gratia potiſſimum id agitur, vt in canonicos aſſumantur. Tales canonici ſunt *in herbis*, imo etiam illi, qui vel *coadiutoris* aut *ſubſtituti* titulo viuenti adiunguntur, cum *ſpe futuræ ſucceſſionis*, qui non raro ad *exſpectatiuam* eo magis corroborandam, et ſpem in tuto collocandam loco, ſibi hoc modo proſpiciunt. Hoc enim planum manifeſtumque eſt, hos longe *certius* et *perfectius* ius, quam illos habere, quippe qui iam in ipſius officii poſſeſſionem ſunt collocati, et ſolenni ritu inueſtiti, cum illi ſola ſpe lactentur, quæ non raro deficit et emoritur.

Differentia harum exſpectatiuarum.

§. VIII. Neque tantum in hoc, ſed in plurimis aliis eſt differentia. *Expreſſe* et *aperte* non cuilibet integrum eſt, exſpectatiuam alicui dare, *ſolus pontifex* inter ſuos hac prærogatiua inclareſcere voluit, vt

Expreſſas ſolus pontifex concedit.

nulla lege ligetur, adeo vt nec concilii Tridentini diſpoſitionem ſe tangere credat, idque ideo, quod *ſeſſ. 25. de reform. c. 21.* a ſe decreta non aliter intelligenda eſſe, ſtatuerit, quam *ſalua ſemper auctoritate ſedis apoſtolicæ*. Ipſe INNOCENTIVS III. fatetur in *c. 4. X. h. t. ſecundum plenitudinem poteſtatis de iure ſe poſſe ſupra ius diſpenſare*, h. e. ſe hoc modo non violare *regulas iuſtitiæ*, vtut *honeſtatis* non raro infringantur, quarum tamen papa, vt paſtor fidelis, et omnibus ad exemplum propoſitus, omnino rationem habere deberet. Praxis antiqua *mandatorum de prouidendo* id demonſtrat, quæ cum ſint contra canones, ſtricte ab interpretibus accipiuntur, quod pluribus declarat CORVINVS *de perſon. et benef. eccleſ. P. II. lib. 6. tit. 4. n. 25. ſqq.* In Germania magis reſtricta ſunt, tum per *concordata*, de quibus *tit. antec.* egi, tum per *pacem Osnabrugenſem*, contra quam nihil audere poteſt, tum denique per *ſtatuta capitularia*, quæ

Non legati papales.

latius *tit. anteced.* expoſita ſunt. *Legatis papalibus* non idem indultum eſt, adeo vt nequidem *per indirectum* concilii Lateranenſis au-

Nec prælati aut patroni.

ctoritatem infringere poſſint. *c. 4. in f. de offic. leg. in 6.* Multo minus ceteri *prælati* ſeu ordinarii collatores *aperte* has, quas vocant, gratias concedere poſſunt, *c. 4. X. de donat.* quod potiſſimum concilium Lateranenſe in *c. 2. X. h. t.* prohibuit. De *patrono* eo minus dubitandum, qui adhuc minus habet iuris, quam ordinarius collator. *c. 8. X. de iure patron. c. f. X. h. t.* Denique et *principibus proteſtantibus* hic adſignant

Bene tamen principes proteſtantes.

ius papale, vt libere exſpectatiuas indulgere poſſint, B. STRYK. *de iur. pap.*

Digitized by Google

pap. princ. euang. c. III. §. 6. Dn. HORN. *de exſpect. eccleſ. §. 14. in f.* non quod ius ſuum a papa acceperint, aut in ius eius ſucceſſerint, ſed quod eadem in eccleſiaſticis vtantur libertate, qua papa, idque virtute *ſupremi imperii*, etiam in *eccleſiaſtica* ſe extendentis, ob quod legibus, inferioribus prælatis datis, haud ligantur. E contrario etiam inter proteſtantes exſpectatiuæ, a patronis aliisque collatoribus datæ, vim iuris non habent, quod præiudicio ill. facultatis iuridicæ Viteberg. illuſtrat. Dn. HORN. *cit. l. §. 18.*

§. IX. Mirum ſane eſt, proteſtantes omnes reiicere exſpectati- Nec hæ inter
vas quoad munera eccleſiaſtica, nec tamen eas improbare in *feudis*, cum proteſtantes
tamen collatio, quæ fit vigore *iuris patronatus*, ſit inſtar infeudationis, abſolute re-
feudique eccleſiaſtici rationem habeat. Nec in ſe reprobandæ ob *vo-* probandæ
tum captandæ mortis, quod *perſonæ*, et quidem non omni, neç *rei* cohæ- ſunt.
ret: imo cultari nequit, alioquin etiam *pacta ſucceſſoria*, *teſtamenta*, imo
omnes *ab inteſtato ſucceſſiones* eliminanda forent. Id vnicum forſan Quamuis in
momentum, quod has exſpectatiuas in ſacris diſſuadet, ſupereſt, quod eccleſiaſticis
tum graues *abuſus* inde ſint metuendi, quos in eccleſia Romana car- parum hone-
pimus, tum *ſcandalum* vix euitari poſſit, quod illi præbent, qui ante tem- ſtæ ſint.
pus currunt, officia ſacra ambiunt, et certam ſpem ſuccedendi ſibi conci-
liare intendunt. Tutius ad minimum eſt, vt, quantum fieri poteſt, omnes
præſcindantur in eccleſiis viæ, quibus abuſus oriri, diſciplina eccleſia-
ſtica corrumpi, multaque ſcandala dari ſolent. Neque enim tantum
illa recte prohibentur in eccleſiaſticis, quæ directo *regulis iuſtitiæ* repu-
gnant, ſed etiam *parum honeſta* ſunt, vt omnia candide, ſincere, et ordine
decente fiant. Conf. Dn. HORN. *cit. l. §. 11. et 12.*

§. X. Conceduntur exſpectatiuæ per *ſimplicem promiſſionem*, Formula re-
de cuius efficacia et obligatione non leues cieunt Dd. motus. Quidam ſcripti, quo
inde *ius perfectum*, quidam *imperfectum*, reuocationi et diſpoſitioni prin- exſpectatiua
cipis obnoxium, exſpectiuario tribuunt. De quo vt eo rectius conſtet, conceditur.
placet præmittere *formulam reſcripti*, qua eiusmodi exſpectatiuæ pro-
mitti ſolent. Talem in actis ad noſtram facultatem transmiſſis reperi
huius tenoris:

Von GOttes Gnaden R. A. und A. V. Gebrüdere, Hertzoge zu N. N. für uns und unſere Erben, thun kund, und gegen männiglichen bekennen, daß wir aus beſondern Gnaden, womit wir dem Hochgelahrten unſerm Hofrath in der Grafſchaft N. und lieben getreuen Lucio wohl zugethan, ihn ſelbſt, oder ſeiner Söhne ei-

Digitized by Google

nen, mit dem Canonicate zu Treuiſo bey dem Stiffte Sanct. S. et I. welches zu unſer Collation ſtehet, und ietzo von Sempronio genoſſen wird, auf deſſen künftigen Todes-Fall aber, auf Titii Söhne einen, nach der albereit von uns ertheilten gnädigſten Beanwartung gelangen wird, anderweit (ſaluo tamen iure iam poſſidentis, und darunter ſchon vorher exſpectirten) ferner prouidiret und angeſehen haben; thun auch ſolches, prouidiren und anſehen gemeldten unſern Hofrath, hiermit und in Kraft dieſes Briefes, wann hiernechſt über kurtz oder lang, ſothanes von uns zu conferirendes Canonicat im ermeldten Stifte zu Treuiſo, auf die ietztbenandte Fälle ſich erledigen wird, daß Wir alsdenn beſagtem unſern Hofrath Lucio, oder deſſen Söhne einem, auf gebührliches Anſuchen, unſere præſentation zu deſſen Erlangung und nießbarlichen Gebrauch, förderſt ertheilen, und ſonſten alle gnädige Beförderung und Vorſchub bezeigen und wiederfahren laſſen wollen. Deſſen zu Urkund haben Wir inzwiſchen dieſe prouiſion und Anwartung mit eigenen Händen unterſchrieben, und unſer Fürſtl. Cantzeley-Secret wiſſentlich darunter drücken laſſen; So geſchehen und geben in unſerer Veſtung Treviſo, am dreyßigſten Monaths-Tage Aprilis des ein tauſend ſechshundert ſieben und achzigſten Jahres.

R. A. (L. S.) A. V.

Talis promiſſio videtur obligationem perfectam producere.

§. XI. Adeſt in hac formula *promiſſio determinata*, quæ alias vim obligandi perfectam habet, et quidem eo magis in principe, cuius fides quaſi *publica* eſt, tanto grauius pondus habitura, quanto magis reliquis ad exemplum propoſitus eſt, de quo plenius ediſſerit MYLER AB EHRENBACH *in nomologia*. Accedit, quod hæc promiſſio *donatio* dicatur, eique æquiparetur in *c. 7. §. 16. X. h. t.* cuius natura et peculiaris ratio eſt, quod reuocari regulariter nequeat. Nec audiendi videntur adulatores, qui docent, principem ex ſuis promiſſis non obligari, quippe etiam iure naturæ tenetur et obligatur, quod *fidem*, quæ *iuſtitiæ fundamentum* recte a CICERONE *lib. I. offic.* dicitur, ſeruandam eſſe iubet. Et cum iniurius dicatur, qui lædit ius alteri quæſitum, vix absque iniuria hæc reuocatio fieri poteſt, cum exſpectiuario ius ex tali promiſſo ſit quæſitum: adeſt enim *promiſſio*, acceſſit *acceptatio exſpectiuarii*, ex qua ius *non reuocandi* acceptanti naſcitur. Conf. MYLER AB EHRENBACH *in hyparchol. c. III. §. 23. ſqq.*

§. XII.

Digitized by Google

§. XII. Hæc omnia argumenta in eo conueniunt, quod ſuppo- Sed contrarium oſtenditur, quod tantum imperfectam contineat.
nant, verum *pactum* vel *donationem* in *exſpectatiuis* latere, id quod tamen eſt, de quo quæritur. Quod *donationis* titulo quandoque in iure canonico exprimantur, non facit, vt effectum *donationis irreuocabilis* conſequantur, cum tantum certo reſpectu *donationis* rationem habeant, ſicuti quiuis actus *beneficii* et *gratuiti*, ſeu *gratioſi* ſenſu latiori *donationis* denominatione venire ſolent. Promiſſio porro iis adeſt, ſed talis, quæ magis *precarium* et *gratiam*, quam intentionem, ſe perfecte obligandi, et in alterum ius irreuocabile transferendi, continet. Vocari alias ſolet *imperfecta promiſſio*, qua quis voluntatem ſuam pro futuro tempore determinat, ad aliquid gratuito alteri præſtandum ſimulque declarat, ſe velle alteri obligari, vt tamen ei nullum ius collatum velit, ad eam rem exigendam. *Huc referuntur pollicitationes virorum potentum aut gratioſorum, quibus alicui non per verba honoris, ſed ſerio ſuam commendationem, interceſſionem, promotionem aut ſuffragium ſpondent, quæ tamen haud quicquam velut iure aliquo abs ſe volunt exigi, ſed in ſolidum ſuæ humanitati ac veracitati cupiunt imputari*, vt verba PVFFENDORFII *lib. III. iur. nat. et gent. c. 5. §. 6.* mea faciam. Reuera eandem naturam *exſpectatiuæ*, a principibus indultæ, habent, quæ in ſe mere *imperfectam promiſſionem* habent. Vnde etiam *gratiæ*, quæ eandem naturam habent, ſæpius vocantur, quæ in futurum euentum differuntur, et *meram ſpem* tantum exſpectiuario promittunt, quæ negotium adhuc imperfectum relinquunt, et ex *gratia* ſuperioris *perſeuerante* dependent. Imo ſi omnium *publicorum officiorum* regulariter hæc eſt ratio, vt ratione conferentis inſtar *precarii* eſſe videantur, prout plenius docui in *diſſ. de iure princip. circa dimiſſ. miniſtr. c. II.* multo magis hæc gratia, quæ adhuc *ſpem* continet, voluntati et arbitrio principis ſubiecta erit. Non nego, principem in reuocatione harum exſpectatiuarum peccare poſſe contra regulas *honeſti* et *decori*, id quod ex *cauſa* dependet, imo etiam contra leges *prudentiæ*, de quo ex circumſtantiis iudicandum, minime vero contra regulas *iuſtitiæ*: hoc eſt, non facit *iniuriam* exſpectiuario, gratiam reuocando; neque enim is læditur, qui *iure perfecto* deſtituitur. Plura alia adhuc coaceruat argumenta MYLER. AB EHRENBACH *in hyparchol. c. 3. §. 27. ſqq.* quæ tamen parum ſtringunt, ſi exceperis palmarium illud, quod *§. 31.* binis his verbis adfert: *quod promittens gratiam ſimpliciter et nude, ad impletionem vel traditionem præciſe non obligetur.*

Dependet ex mera principis gratia.

§. XIII. Inde fluit, (I) exſpectatiuas, ſimpliciter alicui conceſſas ad beneficium vacaturum, *morte concedentis exſpirare*, nec ſucceſſorem, Morte concedentis exſpectatiuæ exſpirant.

Nec ſucceſſor vniuerſalis ad eas implendas adſtringitur.

rem, etiam *vniuerſalem*, ſi caſus poſt mortem concedentis exſtiterit, ad illam implendam teneri; quod etiam pontificii admittunt, teſte LEVRENIO *P. II. for. benefic. qu. 637. n. 2.* De principibus imperii proteſtantibus idem dicendum eſt, nec diuerſitas rationis inde ducenda, quod ſucceſſorem vniuerſalem in territorio habeant, quod cum ill. facult. iurid. huius academ. *menſ. Nou. 1714.* ad quæſtionem:

Ob ein Teutſcher der Evangeliſchen Religion zugethaner Reichs-Fürſt, nachdem er ſeinem Herrn Vater in der Landesfürſtl. Regierung und alle deſſelben hohe Gerechtſame *iure hereditario ſuccediret*, nicht verbunden ſey, auf die geiſtl. *beneficia* von ſeinem hochſel. Herrn Vater ertheilte *exſpectantien* den *exſpectiuirten* genieſſen zu laſſen?

plenius enucleauerit, rationes ipſius hic adducere ſufficit, quæ ſunt ſequentes:

Ob wol die gemeine Meynung vieler Dd. angeführet werden möchte, daß ein ſucceſſor in territorio mehr pro herede vniuerſali, als ſucceſſore particulari anzuſehen, und dahero als heres verbunden ſey, die facta defuncti zu præſtiren,

KLOCK. *de contrib. c. 8. n. 71. ſqq.*

MYLER. AB EHRENBACH. *in nomol. c. 10. §. 1. et 7.*

welches nicht allein von denen pactis und conuentionibus, ſondern auch von denen priuilegiis mere gratioſis verſtanden wird, cum iuſtitiæ et æquitatis ordo ſuadeat, vt, qui ſua a ſucceſſoribus deſiderant mandata ſeruari, deceſſoris ſui procul dubio voluntatem cuſtodiant,

c. 15. C. 25. q. 1.

MYLER. *cit. l. c. 13. §. 3.*

welches abſonderlich alsdenn um deſto mehr ſtatt zu finden ſcheinet, wenn in denen exſpectantien, wie allhier geſchehen, die clauſula heredum zu befinden:

Vor uns, unſere Erben und Nachkommen an der Landesfürſtl. Regierung,

da bekant, daß ein ieder auch ſeine Erben verbinden kan; endlich auch hiebey wohl zu erwegen, daß in dem ſub lit. D. befindlichen extract der vormalige Landes-Herr in vim perpetui edicti ex certa ſcientia publicati et firmiſſimæ conuentionis conſtituiret, daß alle exſpectantien und Beanwar-

Digitized by Google

wartungen in ihren Kräften verbleiben, iedoch den effect und würcklichen Genieß ehender nicht haben ſollen, ehe und bevor nicht eine Vacantz aus dem numero reducto ſich ereuget.

Weil aber dennoch auch nach dem iure canonico dergleichen exſpectantien von dem ſucceſſore wol mögen reuociret werden;

c. 8. de conceſſ. præb. in 6.

abſonderlich, da ſolche exſpectatiuæ in Kirchen-Sachen als odioſæ anzuſehen,

c. 2. X. de conceſſ. præb.

und was de obligatione ſucceſſoris ex pacto et conuentionibus defuncti angeführet iſt, auf dergleichen actus gratiæ nicht wohl zu ziehen iſt, theils weil ſolche eigentlich ad claſſem pactorum et conuentionum nicht zu ziehen, theils quia decretum exſpectatiuum eſt mere gratioſum, ac idem operatur, quod priuilegium ad bene placitum conceſſum, quod morte concedentis exſpirat,

c. 5. de reſcript. in 6.
REGNER. SEXTIN. *de regal. lib. I. c. 6. n. 44.*
LEVRENIVS *de foro benefic. ſect. III. qu. 632. n. 1.*

adeoque gratia non conſummata ſub principe prædeceſſore, qui eam conceſſit, exſpirat morte concedentis, et deuoluto principatu ad proximum agnatum, in eiusdem voluntate conſiſtit,

SCHRADER. *de feud. P. III. c. 2. n. 27.*

nec poteſt anteceſſor diſponere in tempus, quo ipſe nullam in eo poteſtatem habiturus eſt;

MYLER. AB EHRENB. *in hyparchol. c. 3. n. 133.*

wie denn in gegenwärtigem Fall, daß dergleichen exſpectatiuæ auch von dem concedente ſelbſten reuociret werden mögen, daraus erhellet, daß der Rath, nach dem M. M. ſchon vor ſeinen Sohn 2. Jahr vorher eine generale exſpectantz erhalten, ſelbſten eine ſolche exſpectantz, und zwar cum clauſula anteferri, obtiniret, deren effectus ſeyn ſoll, daß er dem erſten in ſolcher exſpectantz vorgezogen, und alſo die erſte exſpectantz eo ipſo tacite reuociret, oder zum wenigſten mutiret ſeyn ſolle, dahero dem ſucceſſori um deſto mehr ſolches erlaubet ſeyn muß, dieſem auch die clauſula heredum nicht entgegen ſtehet, als welche ex ſubſtrata materia ihre interpretation nehmen muß, und gleichwie dieſelbe in conceſſione precarii die Erben gar nicht verbindet, eben ſo wenig auch in dergleichen gratioſis conceſſionibus, quæ precarii naturam imitantur, einen effectum obli-

Digitized by Google

gandi ſucceſſores erreichen mag, welches auch in den alten Teutſchen Lehn-Rechten ſelbſten in dergleichen exſpectiuariis verſehen iſt;

ius feud. Saxon. c. 5. n. 59.

mit welchen exſpectatiuis feudalibus die exſpectatiuæ in beneficia vacantia genau übereinkommen, da die beneficia eccleſiaſtica nicht anders als feuda eccleſiaſtica zu conſideriren; endlich auch der ſub lit. D. befindliche extract dieſen nicht entgegen ſtehet, als welcher denen ſucceſſoribus nicht præiudiciren kan, auch die Natur und Eigenſchaft ſolcher gratioſarum conceſſionum nicht ändert, und die facultas reuocandi exſpectatiuas darin nicht aufgehoben werden:

Als erhellet hieraus allenthalben ſo viel, daß ein Evangeliſcher Landes-Herr dergleichen *exſpectatiuas*, welche von ſeinem *anteceſſore* verliehen worden, zu *reuoci*ren wol befugt ſey.

Poteſt concedens inter plures concurrentes ſtatuere, quis alteri præferendus ſit;

§. XIV. Præterea (II) inde liquet, principem, diuerſo tempore pluribus gratiam talem indulgentem, ſtatuere poſſe, quis *alteri* in *concurſu* hoc *præferri* debeat, adeoque non impediri, quo minus vltimo exſpectiuario gratiam cum clauſula *anteferri* concedat, qui quamuis vltimus ſit, prioribus tamen ex *voluntate concedentis* præferendus, ita vt is ordo inter plures concurrentes obſeruandus ſit, quem concedens in ſcripto expreſſit. Liquet hoc ex *c. 7. h. t. in 6.* vbi papa in concurſu trium, qui exſpectiuam impetrauerant, ſecundum adducta fundamenta ſtatuit, quis alteri præferri debeat. Equidem B. STRYKIVS *de iur. pap. princ. euangel. c. III. §. 8.* dubitat, an eadem facultas quoque principi adſcribi debeat? ex hac ratione, quod priori iam ſit *ius quæſitum*, id quod ei adimi non poſſit. Et quidem ſi prior habet *ius perfectum*, non dubium eſt, quin hæc admitti debeat ſententia, quod tunc demum fieri

niſi exſpectatiua titulo oneroſo acquiſita ſit.

cenſeo, ſi *titulo* maxime *oneroſo* quis exſpectatiuam ad beneficium primo vacaturum impetrauerit: nam tunc princeps ex *regulis iuſtitiæ* ſtringitur, vt ius ex *titulo oneroſo*, et ſic *perfecte* quæſitum non adimat, nec alium huic præferat. Diuerſa eſt ratio, ſi ex *ſola gratia* exſpectatiuam quis impetrauerit, vnde impetrans tantum *ius imperfectum*, et ſic *reuocabile* conſequitur. Non *prudenter*, non *bene*, nec ſemper *honeſte* princeps agit, ſi *cum hac clauſula* alicui exſpectatiuam confert, non tamen *iniuſte* agit, non lædit ius prioris, quod ei non eſt *perfecte* quæſitum. Illuſtrationis gratia adiiciam reſponſum, quod in caſu antea adducto a facultate noſtra datum eſt.

Digitized by Google

Ob nun zwar eingewendet werden möchte, daß der Rath F. keine ſpecial, ſondern gleichfalls nur eine generale exſpectantz habe, alſo die bekante Rechts-Regul, quod ſpecialis exſpectantia deroget generali, ihm nicht zu ſtatten kommen könne, vielmehr die ältere exſpectantz ihm vorzuziehen ſey, abſonderlich da der M. M. eine geminatam exſpectatiuam vor ſich hat, in concurſu autem duorum exſpectantium ille prioritatem habet, qui decretum a principe geminatum accepit;

MYLER. *cit. l. c. 3. n. 19.*

zumahl auch in des Raths F. exſpectantz nur ſo viel zu befinden, daß ihm niemand, der etwa darnechſt eine general- oder ſpecial-exſpectantz erhalten möchte, vorgezogen werden ſolle, welche auf M. M. exſpectantz, als welche älter iſt, nicht wohl zu ziehen iſt.

Weil aber dennoch die exſpectantz des Raths F. nicht ſchlechterdings in generalen promiſſionen beſtehet, ſondern die würckliche præſentation ad beneficium primo vacaturum bey ſich hat, dergeſtalt, daß eueniente caſu, da ein canonicus abſterben ſolte, alsdenn derſelbe ſo fort bey dem Stiffte S. V. zur würcklichen poſſeſſion ſolcher vacanten Præbende, ohne anderweitige præſentation admittiret, und ipſo facto præſentiret, inzwiſchen auch die immunität von denen oneribus publicis gleich andern würcklichen canonicis haben ſolle, wodurch er ein ſtärckeres Recht als M. M. erhalten, und bereits pro præſentato vor ihm gehalten und ihm vorgezogen werden muß;

LEVRENIVS *in foro benefic. ſect. III. q. 632. in f.*
B. STRYK. *de exſpectant. c. 4. n. 51. ſqq. et c. 6. n. 46. ſq.*

und ob gleich des Raths F. exſpectantz gleichfalls general iſt, dennoch wegen angeführter Umſtände nicht geleugnet werden mag, hanc minus generalem eſſe, et ſic hoc intuitu priori generali præferendam,

MYLER. *cit. l. n. 150.*

abſonderlich da die clauſula anteferri in ſelbigen zu befinden, quæ prioritatem inter duos exſpectiuarios operatur,

BARBOSA *de clauſul. vſ frequent. clauſ. 8.*

alſo die von M. M. erhaltene confirmation nichts mehr als die erſtere generale exſpectantz würcken kan, welche auch keine geringe ſuſpicionem ſub- et obreptionis gegen ſich hat, und in übrigen gleichfalls in generalen terminis ohne alle præſentation beſtehen geblieben iſt:

So erhellet hieraus ſo viel, daß, wenn der Durchlauchtigſte *ſucceſſor* die *exſpectatiuas* nicht *reuociren* ſolte, alsdenn

denn der Rath *F.* billig *M. M.* vorgezogen werden müſſe.

Posterior specialis derogat generali priori.

§. XV. Inde quoque (III) in tuto collocatur loco deciſio pontificis in *c. 38. de præbend. in 6.* edicentis, *posteriorem specialem exspectatiuam derogare priori generali.* Nam ait, *primæ generali gratiæ tibi factæ derogat posterior specialis, licet de illa non fecerit mentionem.* Addit hanc rationem *in c. 14. eod. quod secundum canonicas et legitimas sanctiones per speciem generi derogetur, quanquam de genere in derogante specie mentio nulla fiat.* conf. *c. 1. et 14. X. de rescript. c. 34. de R. I. in 6.* Equidem generalis *hypotheca* prior præfertur ſpeciali poſteriori, ſed hoc ideo, quia prior afficit indiuiduo nexu omnia debitoris bona, cui non eſt integrum, in præiudicium creditoris ſpecialem ſecundo dare hypothecam. Tale *ius radicatum, perfectum, rem ipſam afficiens*, non habent exſpectiuarii, ergo qui poteſt priori derogare *expreſſe*, idem quoque *tacite* facere poteſt, id quod fit per *ſpecialem* exſpectatiuam. Equidem priori exſpectiuario ſemper eſſe *ius quæſitum*, contendit B. STRYKIVS *de concurſ. exſpect. gener. et ſpeciali n. 30. ſqq.* et quidem *irreuocabile*, id quod ſi verum eſt, regula adducta immutanda erit, quod tamen ex ante adductis corruit. MYLER. AB EHRENB. *in hyparchol. c. 3. n. 149. ſqq.*

Si princeps de prioritate nihil conſtituit, prior poſteriori præfertur.

§. XVI. Ceterum, quod dixi, exſpectatiuam tantum tribuere regulariter *ius imperfectum* exſpectiuario, id intelligendum eſt ratione *principis concedentis*, quoad facultatem reuocandi, vel alterum alteri præferendi: principe nihil, nec *expreſſe* nec *tacite*, hac de re conſtituente, inter ipſos concurrentes exſpectiuarios *prior* poſteriori præfertur, rurſus ex *voluntate* concedentis *præſumta*. Proinde quando *duo ſpecialem* habent *exſpectatiuam* ad certam præbendam, videndum, an eam diuerſo, an eodem tempore impetrauerint? Priori caſu priorem præferendum eſſe, cenſent per *c. 14. de reſcript. in 6.* ibi: *ſi non adpareat, quis prior impetrauerit ex iisdem.* Sed annon potius reſcribens præſumitur per poſteriorem reuocaſſe priorem? Id non ſine ratione aſſeri poſſet, niſi obſtaret, quod poſteriores literæ per *obreptionem* impetratæ præſumantur, in quibus non facta eſt priorum literarum mentio. *c. 3. X. de reſcript.* Ergo ſi in poſterioribus priorum literarum mentio expreſſe facta, prioribus derogatum eſt, et ſic rurſus de prærogatiua ſtatuendum eſt, ex *præſumta* principis *voluntate*, qui priori gratiam non ademiſſe, ſed potius a poſteriori circumventus creditur, dum ſpecialem impetrando gratiam tacuit, alteri iam priori loco eam collocatam eſſe. *c. 30. X. de reſcript.* Quanquam enim princeps eam *de iure* reuocari poſſit, *in dubio* tamen id feciſſe præſumi nequit.

Niſi in poſterioribus literis priorum literarum facta mentio.

c. 38.

Digitized by Google

c. 38. X. de reſcript. Priores autem literæ potiſſimum iudicantur ex tempore *dati. c. 7. X. de reſcript.* MYLER. AB EHRENB. *cit. l. n. 154.* Si *eodem die* duo ad idem beneficium impetrauerint reſcriptum, (quod facile fieri poteſt, ſi, duobus diuerſis interceſſoribus apud principem agentibus, gratiam princeps vtrique fecerit) qui in gratia æquales ſunt, poſſunt ex *præſentatione* diſtingui, vt is, qui prior præſentauit, ſit in præbenda potior. Si ſimul in *præſentando* concurrant, ordinarius collator alterutrum, *quem voluerit*, præferre poteſt. *c. 14. de reſcript. in 6.* Ita pontifex decernit, in remotiori loco conſtitutus, ad quem non facile datur recurſus. In prouinciis proteſtantium, emergente hoc caſu, principis, ad quem mox recurſus patet, eſt, decernere, quis in hoc concurſu alteri præferri debeat.

Quid ſi a diverſis eodem die impetrata exſpectatiua?

§. XVII. Ex *accidente* tamen contingere poteſt, vt *poſterior* exſpectiuarius vacantem præbendam obtineat, (1) ſi prior *mortuus* fuerit, quippe quæ non tranſit in heredes. Sed quid ſi *liberorum* ſimul facta mentio? Si exſpectatiua Titio conceſſa, ihm oder ſeinen Söhnen? Malo hic facultatis noſtræ ſententiam potius quam meam referre, quam *menſ. Mart. 1715.* ſequente reſponſo expreſſit:

Si prior mortuus, præfertur ſecundus.

Haben die beyden Hertzoge R. A. und A. V. in anno 1687. ihrem Hofrath Lucio eine exſpectantz auf die præbende in dem Stifte St. Simonis und Iudæ zu Treuiſo, welche Sempronius beſitzet, ex gratia gegeben, und in ſolcher prouiſion geſetzet, daß ſie ihm ſelbſt oder ſeiner Söhne einem mit ſolchem Canonicat prouidiret, darauf einige Jahre hernach, wie Sempronius noch gelebet, Lucius zum Decano von denen Herren Capitularen in ermeldtem Stift poſtuliret, und endlich in dieſer Dignität, ohne einen von ſeinen Söhnen zu benennen, auf welche er vorerwehnte exſpectantz gerichtet zu werden verlanget hätte, verſtorben iſt. Hat nach deſſen Abſterben Meuius in Anno 1707. eine anderweitige proviſion auf dieſe præbende erhalten, auch darüber von dem damaligen Herrn Erb-Printzen die confirmation bekommen, nachgehends in anno 1709. Lucii Sohn Caius die Erneuerung der alten auf ſeinen ſel. Vater gerichtet geweſenen exſpectantz geſuchet, ſelbige auch erhalten, wowieder Meuius ſeine Nothdurft vorgeſtellet, und in anno 1712. eine nochmalige confirmation ausgewürcket, alſo endlich zwiſchen Caium und Meuium die Sache zum ordentlichen Proceſs gerathen, und dabey gefraget wird:

Quid ſi exſpectatiua ad liberos directa?

1. Ob *Caius* die *in anno 1687. datirte prouiſion*, als eine ihm gegebene *exſpectantz*, vor ſich anführen könne?

2. Ob bey vorkommender *Vacantz Meuius* dem *Caio* vorzuziehen sey?

Ob nun wol bey der ersten Frage vor Caio zu militiren scheinet, daß die in anno 1687. datirte prouision eine gedoppelte exspectantz sey, und die in derselben befindliche Worte:

Ihm selbsten, oder seiner Söhne einem,

so wol auf den verstorbenen Lucium, als dessen Söhne einen, gerichtet gewesen, dergestalt, daß, so lang noch einer von denen Söhnen des Lucii im Leben, derselbe aus solcher exspectantz ein Recht zu haben scheinet, und Caius daher wohl befugt gewesen, in anno 1709. die Erneurung der alten auf seinen Vater gerichteten exspectantz zu suchen, und die vorige zu bestätigen, wodurch er eine exspectatiuam geminatam erhalten, quæ fortius ius exspectiuario tribuit, vt simpliciter aliis præferendus sit,

arg. l. 32. ad SCt. Trebell.

MYLER. AB EHRENB. *in hyparchol. c. 3. n. 159.*

also, ob gleich Lucius vor dem Sempronio, welcher die præbende besitzet, verstorben, dennoch Meuius nicht befugt gewesen, eine anderweitige exspectantz auf diese præbende auszuwürcken, als worauf einer von des Lucii Söhnen bereits exspectiuiret gewesen, dergleichen conceſſiones auch allemal, saluo iure tertii, in dubio verstanden werden müssen, cum princeps nemini ius suum tollere voluisse præsumatur.

Weil aber dennoch die prouisio de anno 1687. principaliter und vornemlich dem Lucio mitgetheilet worden, und solches nicht allein aus denen Worten:

Daß wir aus besondern Gnaden, womit wir dem Hochgelahrten unsern Hofrath und lieben getreuen *Lucio* wohl zugethan sind,

sondern auch daraus zu ersehen, daß die verba dispositiua prouisionis allein auf ihn gerichtet worden:

Thun auch solches, *prouidi*ren und ansehen gemeldten unsern Hofrath hiemit und in Kraft dieses Briefes,

hergegen nur eines seiner Söhne dergestalt dabey gedacht ist, daß dem principaliter prouiso Lucio bey erfolgter Vacantz der præbende frey bleiben solle, solche vor sich anzunehmen, oder einen seiner Söhne darzu zu benennen, also der exspectantiæ effectus vornehmlich von des Lucii Person und Tode dependiret, zumahl ohnedem dergleichen pro-

Digitized by Google

prouiſiones ein ius mere perſonale in ſich halten, und mit dem Tode des prouiſi exſpiriren, alſo, durch die Worte:

Ihm ſelbſt oder ſeiner Söhne einem,

mehr nichts, als daß er ſein Recht einem ſeiner Söhne abtreten könne, als welches ſonſten in den mere perſonalibus nicht zugelaſſen, angedeutet, mit nichten aber eine doppelte exſpectantz verliehen worden, weil ſonſten nöthig geweſen wäre, einen von des Lucii Söhnen ins beſondere zu benennen, und weil ſolches weder in der prouiſion geſchehen, noch Lucius bey ſeinen Lebzeiten iemand von ſeinen Söhnen an ſeine Stelle benant, die clauſula, worin ſeiner Söhne indefinite gedacht, ohne effect geblieben, cum nihil actum ſit, dum aliquid addendum ſuperfuit.

l. pen. in f. C. de his, quib. vt indign.

Dahero da Lucius verſtorben, ehe die qu. præbende vacant geworden, die prouiſion von ſelbſten exſpiriren müſſen, vtpote quæ ſub conditione, ſi Sempronius ante Lucium mortuus eſſet, conceſſa videtur, quæ demum per mortem poſſeſſoris purificatur;

MYLER. AB EHRENE. *in hyparchol. c. 3. n. 87.*

hiernechſt auch des Caii in ſolcher prouiſion gar nicht gedacht iſt, noch, daß ſein verſtorbener Vater ihm ſein Recht abgetreten, darthun mag, ohne welche ceſſion er ſich doch pro prouiſo nicht halten, vielmehr die in anno 1709. ertheilte ſo genante renouation und Erneuerung vor eine neue proviſion zu halten, welche dem Meuio nicht præiudiciren mögen:

So erhellet hieraus allenthalben ſo viel, daß *Caius* die *in anno 1687. datirte exſpectantz* als eine ihm gegebene *prouiſion* nicht anführen könne.

Bey der andern Frage möchte zwar dieſes einen Zweifel erwecken, daß gleichwol der hochſel. vormals regierende Hertzog in anno 1709. die alte exſpectantz, welche auf des Caii Vater gerichtet geweſen, wieder erneuret, und in des Caii Perſon alſo keine neue prouiſion gegeben, wie denn auch Meuius nicht befugt geweſen, eine neue prouiſion auf ſich auszubringen, da des Lucii Söhne noch gelebet, vielmehr ſeine exſpectantz vitio ſub-et obreptionis zu laboriren ſcheinet.

Dennoch aber und dieweil bereits bey voriger Frage dargethan iſt, daß des Lucii prouiſion mit deſſen Tode erloſchen, und die von Caio geſuchte ſo genante renouation vielmehr pro noua gratia zu halten, hiernechſt, wenn gleich dieſer Umſtand dabey ſich nicht befunden, und die exſpectantz durch den Tod des Lucii nicht gäntzlich erloſchen, den-

noch Caius insbesondere nicht eher ein Recht, als aus der in anno 1709. erhaltenen prouision, worin er zu allererst benennet, erhalten, anerwogen die erste auf ihn ins besondere nicht gerichtet gewesen, ihm also auch kein Vorrecht mittheilen mögen, maxime cum talis concessio indefinita nullum ius alicui tribuat, nisi acceptata fuerit;

LEVRENIVS *in for. benefic. P. II. q. 2. n. 2.*

Zu geschweigen, daß dergleichen exspectatiuæ morte concedentis ihre Kraft ohne dem verliehren, wenn die Vacantz bey Lebzeiten des concedentis, wie alhier, nicht erfolget,

LEVRENIVS *de for. benefic. P. II. qu. 637. n. 2.*

also der Caius aus seiner so genanten renouation, wenn gleich solche ihre priorität ratione temporis haben solte, nach dem Tode des hochsel. Landes-Herrn kein besonder Vorrecht sich mehr anmassen mag, vielmehr in des ietzo regierenden Landes-Herrn freyer Hand stehet, Meuium dem Caio vorzuziehen, cum omnes exspectatiuæ a successore reuocari queant,

c. 2. X. de conceſſ. præb.

et decretum exspectatiuum sit mere gratiosum, et naturam precarii contineat, adeoque morte concedentis exspiret ipso iure,

c. 5. de rescript. in 6.

solche auch alhier in der neuen am 11. Febr. 1714. in faueur des Meuii erfolgten declaration bereits würcklich geschehen, und von des ietzo regierenden Landes-Herrn Durchl. selbsten gnädigst adprobiret, und dabey erkant worden, daß Meuius dem Caio vorzuziehen, zumahl jenes exspectantz ohnedem ex titulo oneroso ihren Ursprung hat, und der ietzo regierende Landes-Herr, als Erb-Printz, darin anfänglich so fort consentiret, Caius aber ex mera gratia, quæ reuocabilis est, von dem verstorbenen Landes-Herrn allein prouidiret ist:

So halten wir davor, daß bey vorkommender *Vacantz* der *Meuius* dem *Caio* vorzuziehen.

Si prior inhabilis, posterior admittitur.

§. XVIII. Similiter (2) *ex accidente* posterior præferri potest, si prior, vacante præbenda, *nondum habilis* est, et qualitates, in statuto capituli desideratas, obtinet, quod supra *tit. I. huius libri §. LXXXVII. p. 128.* exemplo notabili illustratum est. Multo magis posterior præferendus, si prior *in totum inhabilis*, prout *mens. Sept. 1698.* pronunciauit ill. facult. iurid. huius loci.

Auf Leuterungs-Schrift und erfolgete Gesetze in Sachen D. H. Beklagten an einem, Actorn Vormunden, A. K. nachgelassener Wittwen

by Google

wen in Vormundſchaft ihres Sohnes, F. K. Klägers am andern Theil, erkennen ꝛc. ꝛc.

Nunmehro aus denen Acten ſo viel zu befinden, daß Beklagter von der angeſtellten Klage zu entbinden, es werden aber doch die beyderſeits aufgewandte Unkoſten billig gegen einander compenſiret und aufgehoben. V. R. W.

Rationes decidendi.

Obwohl die in rationibus decidendi, ſententiæ priori *fol. act. 108.* ſubiunctis, für die Klägerin angeführte momenta, daß nemlich Beklagtens Sohn ex promiſſione des Senioris von der A. kein ius reale erlanget, und derſelbe dahero reſignatione et collatione vicariæ filio actricis poſtmodum facta vor dieſem die præferentiam zu prætendiren nicht befugt ſey, ingleichen, daß die vom Beklagten vorgeſchützte poſſeſſio der libellirten Hufen, tanquam titulo deſtituta, nicht zu ſtatten kommen, da dasjenige, ſo Beklagter ex

BRVNNEM. *iur. eccleſ. l. 2. c. 4. n. 5.*

anführet, quod in præbenda alicui promiſſa, alteri vero tradita, regula iuris, quæ vult poſſeſſorem præferri, locum non habeat, ſed ille potior ſit, cui prius promiſſa, alhier nicht zu appliciren iſt, indem allegatus AVTOR

d. l. n. 2.

expreſſe ſich erkläret, daß er nur de præbendis ſeu beneficiis, quæ percipiuntur *ratione diuini officii*, nicht aber de præbendis *laicalibus* rede, und alſo es heiſſet, quod exceptio illa firmet regulam in caſibus non exceptis, hiernechſt auch quoad exceptionem inhabilitatis a reo oppoſitam, ſo wohl in dictis rationibus decidendi, als auch abſeiten der Klägerin geantwortet worden, daß die ex aduerſo allegirte

Magdeb. Policey-Ordn. *c. 6. §. 21.*

nur von denen damals verwüſteten Collegiat-Stiftern diſponire, dieſe Vicarie aber bey dem hohen Stifte vorhanden, und gebührend nicht beygebracht ſey, daß die Vicarien bey dem hohen Stifte ſchlechterdings und ohne Bedingung allein ad ſtudia gewidmet, überdis zu vermuthen wäre, daß mit reſignation und collation der ſtreitigen Vicarie denen Statuten und obſeruantz gemäß verfahren worden ſey, welches dem Anſehen nach ſeinen Grund darin hat, weil Klägerin vorgeben, daß, wenn

Digitized by Google

ja der angezogene Ort aus der Magdeb. Policey-Ordnung auch auf das hohe Stift gezogen werden könte, dennoch ermeldete Ordnung quoad hunc passum niemalen in obseruantz gekommen wäre, iedoch posito, daß sie ad obseruantiam gekommen, dennoch auch die Apothecker zu denen literatis gerechnet würden, und endlich solche exceptio inhabilitatis ex eo capite, quod sit de iure tertii, de quo excipere non licet, zu verwerfen zu seyn scheinet.

Dieweil aber democh die regula iuris, quod non liceat excipere de iure tertii, ihren kundbahren Abfall leidet, quando per exceptionem illam ius agentis infringitur vel in totum, vel pro parte,

ZANGER. *de except. P. III. c. 26. n. 235.*

tunc enim a reo, cui sufficit ius agentis peremisse, de defectu huius iuris recte ea opponitur,

BRVNNEM. *ad l. 4. ff. si seru. vind.*

und dann in gegenwärtigem Fall der Klägerin Sohn ius agendi, welches ihm sonsten zustehen möchte, gäntzlich durch die exceptionem inhabilitatis infringiret wird, solche exceptio aber daher gegründet ist, alldieweil in der

Magdeb. Polic. Ordn. *c. 6. §. 21.*

expresse disponiret, daß die Vicarien niemand conferiret werden sollen, er sey dann nach vorgehender exploration zum studiren tüchtig befunden und denen studiis würcklich ergeben, hingegen Klägerin in actis nicht leugnen können, daß ihr Sohn denen studiis nicht, sondern der Apothecker-Kunst obliege, die Apothecker aber unter dem Namen der literatorum und Studirenden, absonderlich in dem Fall, da denselben einige beneficia und stipendia zu gut angewendet worden, niemals begriffen worden, und wenn gleich in dem angezogenen §. 21. der Polic. Ordn. nur eigentlich von denen vormals verwüsteten Collegiat-Stiftern gehandelt wird, dennoch auch bey dem hohen Stift eadem, si non maior ratio vorhanden, und aus der ietztgedachten

Polic. Ordn. *d. c. 6.*

durch und durch zu sehen ist, daß Serenissimi intention dahin gegangen, damit dergleichen beneficia denen Studirenden zu gut kommen möchten; bey welcher Bewandniß Beklagter zu weitern Beweiß nicht verbunden gewesen, daß die Vicarien bey dem hohen Stift schlechterdinges und ohne Bedingung allein ad studia gewidmet wären, cum pro se habenti legem non incumbat probare, quod lex illa vsu obseruetur, sed alter, qui legem illam non obseruari dicit, ad hoc suum assertum probandum

Digitized by Google

dum teneatur, welche non-obſeruantiam Klägerin auch zwar vorgegeben, aber mit nichts erwieſen hat, und dannenhero nicht vermuthet werden kan, daß mit ſignation und collation der ſtreitigen Vicarie denen Statuten und obſeruantz gemäß verfahren worden, peremto autem hoc modo iure agendi actrici competente, alle momenta, welche ſonſten pro ipſa angeführet worden, von ſelbſten dahin fallen; ſo viel aber punctum expenſarum betrifft, obgleich nunmehro Beklagter abſoluiret worden, dennoch Klägerin das erſte Urtheil vor ſich, und auch ſonſt probabilem litigandi cauſam gehabt hat:

So iſt dergeſtalt zu erkennen geweſen.

§. XIX. Denique (3) ſi is, qui ius prioritatis prætendit, *nullum iuris fundamentum* pro ſe allegare poteſt, fruſtra prioritas, quæ *ius potius* præſupponit, obtenditur, vtpote ſi quis nude in *pacto cum poſteriore inito* ſe fundat absque vlla a ſuperiori obtenta exſpectativa. Quod rurſus iuuat declarare per ſententiam *menſ. Mai. 1693.* a facultate noſtra latam: Imo poſterior præfertur, ſi prior tantum ſe fundat in pacto cum poſteriori inito.

Auf Leuterungs-Schrift ꝛc. Nunmehro aus denen Acten und der Partheyen rechtlichen Einbringen ſo viel zu befinden, daß Beklagter von der angeſtellten Klage zu abſoluiren, immaſſen er hiermit abſoluiret und M. I. I. S. zur Probe-Predigt billig zugelaſſen wird. V. R. W.

Rationes decidendi.

Ob zwar Kläger deshalb eine præferentz bey der vacirenden Pfarre zu Schönbeck zu haben vermeinet, weil theils die obſeruantz des Kloſters unſer lieben Frauen mit ſich brächte, daß allezeit der älteſte conuentual oder procurator befördert werden müſte, theils Beklagter auch ſich per pactum gegen den Kläger darzu verbunden, und alſo fidem ſemel datam nicht brechen könte, wie ihm denn dieſes in ſein Gewiſſen geſchoben, und ſolche Eydes-Delation auch durch den Abſchied vom 19. Ian. 1693. approbiret worden.

Dennoch aber und dieweil die requiſita einer zu Recht beſtändigen obſeruantz durch die von dem Kläger *fol. 30.* und *31.* ad acta gebrachte Zeugniſſe nicht erwieſen, auch die delatio iuramenti ſuper facta promiſſione parochiæ unerheblich, denn wenn gleich ſolches pactum ſuper parochia nondum vacante zugeſtanden würde, ſo iſt doch eine Pfarr-Bedienung als ein officium ſacrum dergleichen obiectum nicht, darüber ein beſtändiges pactum, oder contractus geſchloſſen werden mögen, nulla enim

enim est ecclesiastici ministerii promissio, antequam vacet, potius turpe est, et diuina animaduersione dignum, si locum in ecclesia DEI futuræ successionis exspectatio habeat;

per c. 2. X. de conceſſ. præb.
GERHARD. *de miniſt. eccleſ. §. 117. q. 7.*
CARPZOV. *iurispr. eccleſ. lib. I. tit. 2. def. 16. n. 3. ſqq.*

hiernechst auch allerhand Beschuldigungen wider den Kläger darzwischen gekommen, dadurch Beklagter sein Gemüth zu ändern billig Ursach nehmen können, wie denn solche Beschuldigungen bey dem Schöppenstuhle zu Leipzig dergestalt releuant befunden, daß wider Klägern die specialinquisition deshalb erkant, und bey Besitzung solcher geistlichen Aemter vor allen Dingen dahin zu sehen, daß untadeliche und von allen Lastern befreyete Personen vor andern befördert werden, si enim de crimine inculpatus quis fuerit, non potest vocari, antequam innocentiam probet, et si antea ordinatus fuerit, omnino nullus est actus,

Nou. 6. c. 1. §. 10.
BRVNNEM. *iur. eccleſ. lib. I. c. 5. §. 14.*

und auch nicht verantwortlich, daß bis zu gäntzlicher Erörterung solcher Beschuldigung die vacirende Pfarre, zum Schaden der Zuhörer und Beschwehrung der benachbarten Prediger, unbesetzet bleibe, sondern weil M. S. einmahl ordentlich præsentiret ist, und er seine testimonia vitæ et doctrinæ ad acta gebracht:

So ist daher von uns beschehener massen erkant worden.

Qui statim recipitur in canonicum, est tantum exspectiuarius quoad præbendam, habetque ius perfectius,

§. XX. Pergo ad alterum casum, in capitulis visitatum, quando non *nuda* exspectatiua confertur, sed statim *electus* vel *nominatus* in numerum *canonicorum* recipitur, et installatur, vt loquuntur, qui quidem quoad *præbendam* est exspectiuarius, sed *canoniam* actu iam tenet possidetue, prout supra dictum, et *ius perfectius* et magis *radicatum*, ceteris paribus, habet. Conferendi tales quodammodo sunt cum *coadiutoribus* et *substitutis*, cum *spe succedendi* constitutis, officium ecclesiasticum interim exercentibus, si non *in totum*, *pro parte* tamen. Vnde etiam pluribus in locis canonici in numerum ordinariorum non recepti, seu *in herbis*, vt iam olim vocati sunt, teste BARBOSA *de canon. c. 12. n. 22.* exercent officia veri canonici, cantant in choro, habent stallum in eo etc. quod iuri canonico apprime conforme est: neque enim *canonia* aliud est, quam ipsum officium canonicorum, prout *tit. de præbend. §. LVII.* dixi, Conf. B. STRYK. *de exspectantiis c. 5. n. 16.* Secundum consuetudinem plurimarum ecclesiarum cathedralium *electi* simpliciter tantum recipiuntur

tur in numerum canonicorum, ſine obligatione officium reale exequendi, vt conſtat ex *c. 8. h. t. in 6.* et præterea IDEM *cit. l. c. 4. §. 8.* obſervat; nihilominus tamen ſunt ſuo modo *veri canonici*, non *ſimplices exſpe-* et verus eſt *ctiuarii*, quos capitulum eligere nequit, refragante iure canonico, ſed canonicus. ſolus papa vel princeps. Vnde *receptus* et *inueſtitus* plenum ius conſequitur in canonicatum, ſed non *in præbendam*, quin potius *ius ad præbendam* tantum habere dicitur. *c. 8. X. h. t. in 6.* IO. WAMES. *de iur. pontif. conſ. 16. n. 33.* B. STRYK. *cit. l. c. 5. n. 3.* Atque hoc ius, docente experientia, etiam alteri cedere, et *titulo oneroſo* in alterum transferre poteſt, prout ipſæ præbendæ, imo preces imperatoriæ, in proxima ſpe conſiſtentes, alienantur. STRYK. *cit. l. n. 43.*

§. XXI. Inde fluit, (1) in caſu, quo plures canonici *in herbis* diuerſo tempore recepti ſunt, vacante præbenda, iuxta *ſenium* ſucceſſionem vel aſcenſionem eſſe conſtituendam, ita vt ſenior ex *electis* ad *minorem*, ſenior ex *minoribus præbendatis* ad *maiorem* præbendam vacantem euehatur, id quod praxis omnium capitulorum docet. BARBOSA *de canonic. c. XII. n. 22. inf.* Neceſſe tamen eſt, vt ſenior *debito modo vigilauerit*, et intra ſtatutum tempus, a tempore vacantiæ computandum, ſe declarauerit, petieritque præbendam ſibi conferri, quod tempus adeo accurate obſeruandum, vt non-vigilans alioquin iure ſuo cadat. Nam et pontifex tum ratione beneficiorum, quæ *in curia* vacare dicuntur, tum quæ in *menſibus papalibus* vacant, tempora conſtituta obſeruare debet, alioquin, eis elapſis, ordinarius confert beneficium vacans, *c. 3. de præb. in 6. inſtrum. pac. art. V. §. 20.* ibi: *modo papalis prouiſio tempore legitimo inſinuetur*, quod ſecundum *concord. nat. Germ.* eſt faciendum *intra tres menſes a die notæ vacationis.* Confirmat id BONIFACIVS VIII. in *c. 11. de præb. in 6.* vbi de clerico, qui mandatum de prouidendo a papa impetrauerat, ſed, cum vacaret præbenda, eam petere neglexerat, ſcilicet intra ſtatutum tempus, quod pro more capitulorum variat, diſtinguit, vtrum *ſimplicem* tantum *exſpectatiuam* adhuc habuerit, an vero iam tum receptus fuerit in *canonicum?* Priori caſu decernit, exſpectiuarium prætextu illius mandati in eadem eccleſia poſtmodum vacaturam petere non poſſe, *cum facta ei gratia per ipſius negligentiam ſit exſtincta.* Poſteriori autem caſu cenſet, eum, negligentia non obſtante, petere poſſe præbendam aliam proximo vacaturam. Inde eſt, quod *negligentes* in capitulis *ſenium* præſens quidem, ſed non *ius ad futuram præbendam* amittant, cum ſimplices exſpectiuarii non eligantur a capitulo, ſed hi mox recipiantur in *canonicorum* numerum, et *ſtatum* canonicorum

Tales recepti canonici iuxta ſenium ad præbendam vacantem admittuntur; modo debito tempore vigilauerint.

Digitized by Google

induant, vt *ſuo loco* et *ordine* tandem ad præbendam peruenire poſſint, ſi modo *vigilauerint*, h. e. ſi intra tempus ſtatutum petierint, vt ad præbendam admitterentur. Tempus hoc, intra quod vigilare debent ſenium habentes, vtplurimum eſt *20. dierum*, quod ipſe BONIFACIVS VIII. in *c. f. de conſuet. in 6.* præſcripſit, ibi: *vt executores ſuper ipſis prouiſionibus deputati optare volentes* PER XX. DIES *duntaxat exſpectent.*

Quod eſt ſpatium viginti dierum.

§. XXII. Sicuti autem hæc *vigilantia* huc tendere debet, vt quis ad *præbendam vacantem* ſe ſiſtat, offerat, illamque ſibi conferri deſideret, ideo generalis dè *vigilantia* proteſtatio, ſi quod beneficium vacauerit, non videtur ſufficere, ſed *ſpecialis profeſſio* neceſſaria eſt ad beneficium, per mortem Titii vacans. Declarabo hoc ſingulari quodam reſponſo ab *Ill. facultate* noſtra concepto:

Intra hoc tempus ſpecialis declaratio ad beneficium vacans fieri debet.

Hat bey einem Evangeliſchen hohen Stift ein Canonicus N. N. bey dem Capitul angehalten, daß ſein Sohn inter canonicos exſpectantes, gegen Erlegung der gewöhnlichen præſtandorum, immatriculiret werden möchte, ſo auch erfolget, iedoch von dem Decano ſolches Stifts dabey erinnert worden, daß, wenn dieſes hierunter verborgen ſeyn ſolte, daß N. N. einen Todes-Fall wüſte, und ſeinen Sohn dadurch ſo fort zur præbende verhelfen wolte, ſo wolte er bedungen haben, daß ſolches ſeinem, des Decani Sohne, unſchädlich ſeyn ſolte, und wolte er deshalb vigiliret haben, desgleichen auch der Syndicus Capituli vor ſeine Principalen gethan. Iſt hierauf N. N. den 5. Ian. a. c. gewöhnlich immatriculiret, und ihm darüber ein Schein ohne eintzige eingerückte Bedingung und reſeruation ertheilet, dadurch er gleich andern immatriculatis ſecundum ſtatutum et obſeruantiam ein ius quæſitum erhalten; Hat ferner der Syndicus Capituli den 8ten eiusd. vor 25. immatriculatos, von denen er bevollmächtiget iſt, ingleichen der Actuarius Capituli wegen unterſchiedner anderer eine ſchriftliche vigilantz euentualiter und in genere ohne expreſſion eines gewiſſen caſus übergeben, darauf N. N. den 10. eiusd. da er durch einen expreſſen Nachricht erhalten, daß unter denen minoribus N. N. mit Tode abgegangen, in ſpecie auf dieſen Fall ſeine vigilantz an den Herrn Decanum Capituli überſandt, welcher darauf nebſt dem Stift-Syndico gleicher Geſtalt auf dieſen Fall die vigilantz wiederholet, und ietzo unter denen dreyen vigilantibus, welchen die poſſeſſio præbendæ vacantis ertheilet werden möchte, Streit entſtehet, ſo wird gefraget:

1. Ob die *general-vigilantz*, welche ſo wol bey verſamleten *Capitulo* den 5. *Ian.* als auch nachhero unter den 8. *eiusd.* ſchrift-

Digitized by Goo

ſchriftlich geſchehen, einigen *effect* haben könne, da bisher die unverrückte *Obſeruantz* eingeführet, daß keine *vigilantz cum effectu* geſchehen noch angenommen, wenn nicht auf einen gewiſſen Todes-Fall *vigiliret* worden?

2. Ob nicht vielmehr *ſecundum ſtatuta et obſeruantiam capituli* des *N. N.* Sohne, *tanquam primo vigilanti*, die *poſſeſſion* der erledigten *minor-præbende* vor allen andern zu ertheilen, gegen die gewöhnliche *præſtanda*?

3. Ob das *tempus canonicum* fernerhin *a die mortis præbendati*, und nicht *a die ſcientiæ* zu *computiren*?

4. Ob *N. N.* oder deſſen Sohne dieſes an ſeinem erlangten *iure prioritatis* ſchaden könne, wenn er gleich überführet werden möchte, daß er zu der Zeit, da er ſeinen Sohn *immatriculiren* laſſen, albereit den Todes-Fall gewuſt? Und

5. Ihm das *iuramen*t darüber *de iure deferi*et werden könte?

So viel nun die Entſcheidung der 1. und 2. Frage betrifft, ob gleich eingewandt werden möchte, daß derjenige, welcher eine general-vigilantz übergiebet, dadurch auf alle caſus ſpeciales ein Recht erlanget, cum genus ſub ſe comprehendat omnes ſpecies;

Weil aber dennoch eigentlich keine vigilantz ſtatt haben kan, wo noch kein caſus vorhanden, bey welchem eine vigilantz nöthig, hiemit auch die obſeruantz des Capituli übereinſtimmet, welche in ſolchen Fällen pro lege billig zu achten, auch an ſich ſehr rationabilis iſt, allermaſſen ſonſt ein iedweder neuer immatriculatus ſich mit ſolcher general vigilantz verſehen, und alſo der nachhero immatriculirte nimmermehr eine facultatem vigilandi überkommen könte, welches doch denen ſtatutis und obſeruantz des Capituli nicht gemäß, als woſelbſt, wenn 21. Tage nach des præbendati Tode, und alſo das tempus canonicum, darinnen die ordentliche adſcenſio ſecundum ſenium immatriculationis ſtatt findet, verlauffen, einem iedweden zu vigiliren frey gelaſſen iſt; hingegen dieſe 21. Tage a morte præbendati bereits ſchon längſt verfloſſen geweſen, als N. N. ſeine vigilantz auf dieſen caſum ſpecialem übergeben, und demſelben nicht præiudiciren kan, daß die andern bereits generaliter vigili-

Digitized by Google

ret, weil, wie gedacht, ſolche unkräftig iſt, idem enim eſt, non fieri, vel minus legitime fieri,

arg. l. quoties 6. D. qui ſatisd. coguntur.

COSTA *de iur. factique ſcient. et ignor. inſpect. 23.*

auch ſonſten aus denen Rechten bekant, quod in toto iure generi per ſpeciem derogetur, auch nicht hindert, daß ſie nachhero die general-vigilantz auf dieſen caſum ſpecialem gerichtet, indem ſolches geſchehen, da bereits N. ſpecial-vigilantz übergeben geweſen, und dieſer dadurch ein ius prælationis erhalten, welches ihm hinwieder nicht benommen werden können.

arg. l. nec auus 4. C. de emanc. lib.

So erſcheinet hieraus ſo viel, daß die general-vigilantz unkräftig, hingegen dem jungen N. tanquam primo vigilanti die poſſeſſion der erledigten minor-præbende, wenn er præſtanda præſtiret, vor allen andern zu ertheilen ſey.

Was die 3te Frage betrifft:

Ob wol ſonſt die præſcriptiones, præſertim breuioris temporis, ihren Anfang nicht zu nehmen pflegen, niſi a die ſcientiæ, cum ignoranti nihil imputari poſſit; quod non antea vigilauerit, wie denn auch deshalb das decendium ad interponendam appellationem nur allein a tempore ſcientiæ ſeinen Anfang nimmet,

BRVNN. *proc. ciu. cap. 28. n. 43.*

auch die Dd. generaliter dahin ſchlieſſen, quod, quando tempus a lege vel homine definitum, hoc non currat ignoranti vel legitime impedito.

per trad. BARBOSA *de iur. eccleſ. lib. 3. c. 27. n. 38.*

Weil aber dennoch mit denen vacantiis beneficiorum es eine andere Bewandniß hat, woſelbſt das tempus continuum iſt, ita vt currat a die vacationis,

cap. ſtatutum 5. de præbend. in 6.

ABBAS *in cap. cum eſſes n. 34. de teſtam.*

welches alles um ſo viel mehr ſtatt findet, ſi aliquis vacantiam ſcire debuerit et potuerit.

PETR. GREGOR. *ſyntagm. iur. part. 2. c. 9. n. 31. in fin.*

BARBOS. *de off. et poteſt. epiſc. p. 3. c. 126. n. 46.*

Dergleichen caſus hieſelbſt vorhanden, indem der Decanus gewuſt, wo ſich die würcklichen præbendati aufhalten, und alſo von deren Leben und Tode allezeit Nachricht einziehen können, zumal da der iezt Verſtorbene bereits

bereits vor drey Monathen Todes verblichen geweſen; Hiernechſt auch, wenn das tempus vacantiæ ſo genau nicht zu attendiren, vergeblich ſeyn würde, daß die præbendati ihre procuratores zur vigilantz beſtellet, weil die Seniores allezeit zu ihrem Vortheil, da ſie ſich zu ſpät anmelden ſolten, anführen könten, daß a die adeptæ ſcientiæ das tempus canonicum der 21. Tage noch nicht verfloſſen, auf welche Weiſe alle nachhero vigilirende zurück getrieben werden könten, iam autem in omni caſu illa interpretatio facienda, vt abſurditas euitetur:

Card. MANTIC. *de tac. coment. lib. 2. tit. 13.*
WESENB. *conſ. 199. n. 10.*

So erſcheinet hieraus ſo viel, daß das tempus canonicum a die mortis zu computiren ſey.

Die 4te Frage belangend: So ſcheinet zwar allerdings N. N. entgegen zu ſtehen, daß, da derſelbe den Tod bereits gewuſt, und er ſeinen Sohn deßhalb einſchreiben laſſen, damit er die andern Unwiſſenden præveniren, und ſeine vigilantz zuerſt übergeben möchte, er in dolo geweſen, indem er ſich mit der andern Schaden zu bereichern geſuchet, und ſolches um ſo viel deſto mehr, da der Decanus ihm ſolches bald anfangs vorgehalten, und er es nicht deſto minder verſchwiegen, ex dolo autem ſuo nemo commodum habere debet.

l. nec ex dolo. 12. D. de dol. mal.
GOEDD. *vol. 3. conſ. Marp. 26. n. 66.*

Weil aber dennoch einem iedweden erlaubet iſt, ſich ſeines erlangten Rechts zu ſeinem Vortheil zu gebrauchen, ohnerachtet dadurch per indirectum dem andern ein Schaden zuwächſet;

arg. l. flumimum 24. §. fin. et
l. Proculus 26. ff. de damn. inf.

Nam qui iure ſuo vtitur, nemini facit iniuriam;

l. 13. §. 1. ff. de iniur.
l. ſi in meo ff. de aqu. pluu. arcend.

Hiernechſt auch niemand iure externo obligiret iſt, ſeinem Nächſten einen Vortheil zu zeigen, deſſen er ſelbſt habhaft werden kan, und alſo da N. N. dem Decano dieſen Todes-Fall zu eröffnen nicht verbunden geweſen, er auf deſſen Befragen ſeine Wiſſenſchaft wohl diſſimuliren mögen; Endlich auch der dolus patris, wann er hieſelbſt vorhanden wäre, dem Sohne nicht ſchaden könte.

per tit. C. ne fil. pro patre.

Digitized by Google

l. 7. princ. ff. de dol. mal.

So erſcheinet hieraus ſo viel, daß, wenn gleich N. N. dieſen Todes-Fall wohl gewuſt hätte, ſolches dennoch ſeinem Sohne an ſeinem iure prioritatis nicht hinderlich ſeyn könte.

Auf die letzte Frage erachten wir:

Ob wol in quauis cauſa ciuili die delatio iuramenti ſtatt hat;

l. 9. C. de reb. cred.

Weil aber alhier die ſcientia patris, darüber der Eyd deferiret werden ſoll, zu der deciſion der Sache nichts beyträget, und es alſo billig heiſſet: quod, quæ probata vel iurata non releuant, ad probandum vel iurandum non ſint admittenda;

l. ad probationem 21. in fin. C. de probat.

GAIL. *l. 1. obſ. 81. n. 1.*

auch einem iedweden iudici oblieget, dahin zu ſehen, ne otioſis iuramentis profanetur nomen diuinum:

So kan daher ſolche Eydes-delation nicht verſtattet werden. V. R. W.

Remotior aliquando in capitulis mixtis ſuccedit, ſi proximior diverſæ religionis eſt.

§. XXIII. Fluit quoque (II) ex antea dictis, regulariter neminem, modo ſenior vigilauerit, et alias habilis ſit, *per ſaltum* in vacantem præbendam ſiue *minorem* ſiue *maiorem* ſuccedere poſſe. Exceptio tamen eſt in *capitulis mixtis*, in quibus nemo ad vacantem præbendam adſpirare poteſt, niſi illi religioni, quam vacans præbenda iuxta ſtatum *anni 1624.* deſiderat, addictus ſit. Inde, decedente catholico inter maiores præbendatos, non ſimpliciter *ſenior* inter *minores*, ſed is demum, qui inter minores catholicus eſt, licet *remotiori gradu* conſtitutus ſit, ſuccedit, et ſic *per ſaltum* plures tranſcendit. Id quod cum non leues concertationes in capitulo Halberſtadienſi mouit, *anno 1662. et 1675.* pactum inter canonicos initum eſt, vi cuius quidem, caſu prædicto contingente, catholicus *per ſaltum* ſuccedit, ita tamen, vt his, qui inter *minores* vel *electos* ius prioritatis habebant, illud reſeruetur, ſi poſtea ad *maiorum* ordinem aſcenderint. Nec dubium eſt, quin idem ſeruandum ſit, ſi A. C. addicti *per ſaltum* ad *maiorum* ordinem peruenerint, ſeniore forſan ſacris eccleſiæ Romanæ addicto, cum, quod vni iuſtum eſt, alteri quoque iuſtum eſſe debeat. Maioris illuſtrationis gratia id rurſus declarabo reſponſo ill. fac. iurid. *de menſ. Mai. 1712.*

Praxis Halberſtadienſis.

Fin-

Digitized by Google

Finden ſich bey dem Dohm-Capitul zu Halberſtadt drey Ordnungen der Canonicorum, als maiores, minores, und electi, welche alle regulariter iuxta turnum adſcendiren müſſen. Nachdem aber, vermöge inſtrumenti pacis Weſtphalicæ, in ordine maiorum vier Catholiſche und funfzehen Evangeliſche Canonicatus ſeyn, folglich bey ereigneter vacantz eines Catholiſchen Canonicatus, ex ordine minorum, oder aber ex electis auch ein Catholiſcher ſuccediren müſſen, welcher dann alle vor ſich noch gehabte evangelicos minores oder electos, als die ex ratione religionis in catholico canonicatu nicht folgen können, per ſaltum quendam überſpringen und ſelbigen vorgezogen werden wollen: Als haben ſich die Evangeliſchen Canonici hiedurch grauiret befunden, und anfangs nicht geſtattet, daß ein inferior catholicus vor einen oder mehrern Evangeliſchen, welche doch priores in turno geweſen, hervor gezogen, und ſelbigem dadurch die Euangelici in turno priores nachgeſetzet werden ſollen; dieſem nach iſt an. 1662. und 1675. mit denen Catholiſchen dieſer Vergleich errichtet, und a principe epiſcopo auch dergeſtalt confirmiret worden: daß zwar ein inferior catholicus, mortuo catholico, einem ſuperiori euangelico vorgezogen, dieſem aber nachhero ſein Vor-Recht dergeſtalt reſeruiret ſeyn ſolte, daß, ſo bald er bey ereigender vacantz auch ad ordinem maiorum käme, er ſo dann wieder über den catholicum canonicum geſetzet, und alſo ſeinen vorigen Platz über denſelben, wie er ſolchen vorhero inter minores oder electos gehabt, hinwiederum bekommen ſolte. Welcher Vergleich auch von der Zeit an in verſchiedenen Exempeln allemal dergeſtalt obſeruiret und beobachtet worden iſt.

Bey dieſen Umſtänden nun ſuchet auch der von B. anietzo, da er mortuo catholico ad maiores adſcendiret, ex identitate rationis den Platz über alle diejenige euangelicos canonicos in ordine maiorum zu nehmen, welche ehedem in ordine minorum unter ihm geſtanden, ihme aber, tanquam catholico, mortuis canonicis euangelicis, vorgezogen werden müſſen. Wie nun auf ſolche Weiſe der von B. auch über den Herrn translociret werden müſte, ohngeachtet derſelbe unter den von B. weil der Herr von Königl. Majeſt. prouidiret worden, niemals weder inter minores noch electos geſtanden, alſo entſtehet die Frage:

Ob und wie derſelbe dieſem Geſuch des von *B.* im Wege Rechtens am beſten begegnen möge?

Ob

Ob nun wol nicht zu läugnen, daß der anno 1662. und anno 1675. errichtete und nun a principe episcopo confirmirte Vergleich nicht von denen Catholischen redet, daß selbige die Euangelicos, welche ihnen, mortuis canonicis euangelicis, vorgezogen werden müssen, wiederum in ordine maiorum überspringen sollen, dahero, was der Vergleich nicht in dem Munde führet, auch nicht auf denselben erzwungen werden solle, absonderlich da derselbe nechst diesem denen canonischen Satzungen entgegen zu seyn scheinet, welche dergleichen saltum inter maiores nicht vertragen, pacta autem iuri communi derogatoria stricti iuris sunt, neque vltra casus expressos debent extendi; Uber dieses dergleichen interpretatio auch denen Evangelischen Canonicis dadurch zu nicht geringem Nachtheil gereichen würde, wenn die Catholische, deren nur 4. seyn, und die also die Ordnung ad maiores zu succediren langsamer und seltener treffen kan, über so viele Euangelicos, die ihnen ob pluralitatem euangelicorum canonicatuum vorgezogen werden müsten, wieder mit eines hinauf springen, und selbige herunter sitzen solten, wie denn eben hierdurch es kommen würde, daß die Catholici allezeit inter maiores die obersten und einträglichsten Stellen occupiren, die Euangelici aber um so viel langsamer adscendiren würden, welches der nach dem Religions-Frieden eingeführten paritati vtriusque religionis fast entgegen zu seyn schiene; Nechstdem die Catholische aus dem öffters genennten Vergleich dadurch bereits Vortheil genug hätten, weil ausser demselben es noch zweiffelhaftig geschienen, daß ein in turno superior Euangelicus einem Catholischen, vacante licet canonicatu catholici, weichen sollen, da vielmehr die Euangelici darauf bestehen können, daß, so lange die Ordnung keinen Catholicum getroffen, auch folglich canonicatus catholicus vaciren müssen, woraus vermuthlich die Ursache erhellet, warum der Vergleich mit keinem Worte der Catholischen gedächte, daß selbige in ordine maiorum die Euangelicos olim in turno posteriores wiederum überspringen solten; Ferner diese gantze Sache und alle Umstände derselben klar am Tage legten, daß der Innhalt des Vergleichs nicht auf den Herrn gezogen werden möchte, anerwogen der Vergleich de successione in mense Capituli, und nicht de prouisis ab episcopo handelte, bey diesen auch die Ursachen des Vergleichs cessirten, weil der Herr tanquam prouisus a principe gar nicht in dem turno minorum unter dem von B. iemals gestanden, sondern extra omnem turnum a principe prouidiret worden, folglich der von B. sich gar nicht grauirt zu seyn erachten möge, als wenn ihm der Herr vorgezogen worden wäre, weil alle diese

ſe Ordnung in turno nur auf menſes Capituli, nicht aber diejenige gerichtet iſt, welche a principe prouidirt worden; Endlich auch auf ſolche Weiſe dem Werth derer a principe verliehenen Canonicaten ein nicht geringes abgehen würde, wann ſelbige an den turnum Capituli gebunden, und dieſer wegen von Catholiſchen Canonicis überſprungen und præpoſterirt, folglich von der Hebung voller Reuenuen dadurch zurück gehalten werden ſolten; dawider auch nichts hindere, daß der princeps gleichwol den öfters gemeldten Vergleich confirmiret habe, theils, weil der Vergleich nur de ſucceſſione in turno capituli, nicht de prouiſis handelte; theils auch ſich nirgends fände, daß dem principi ſein hierunter verſirendes intereſſe vorgeſtellet worden, und alſo præuia cauſæ cognitione die confirmation geſchehen ſey; theils auch die bloſſe confirmatio nicht pro ceſſione oder renunciatione iuris angeſehen werden möge, weil alle confirmationes die clauſulam mit ſich führen, in quantum de iure, und iederman an ſeinem Recht ohne Nachtheil.

Dieweil aber Euangelici und Catholici in inſtrumento pacis paria iura haben, nachgehends man nicht abſiehet, warum denen Catholicis Canonicis die iura ſaltus huius, et locum, quem olim inter minores aut electos habuerunt, poſtliminio in ordine maiorum recuperandi, benommen ſeyn ſolten, wann dieſe dergleichen denen Euangelicis zugeſtehen müſſen; Ferner ſich auch in der wenigen Zahl der Catholicorum deswegen keine Ungleichheit findet, weil die Catholici, wann ſie über mehrere inter maiores aſcendiren, auch hingegen in turno minorum oder electorum deſto länger warten müſſen, bis ſich eine vacanz inter quatuor Catholicos findet; Uber dieſes dem inſtrumento pacis und den darinnen etabilirten vier Catholiſchen Canonicaten damit kein Genügen geſchehen wäre, wenn man ein Catholiſches Canonicat vacirend und ohnbeſetzt laſſen wollen; Zu geſchweigen, daß alsdenn ſolches auch denen Euangelicis wiederfahren, und ſelbige nicht weniger ein Catholicus, in turno minorum prior, an der ſucceſſion, ſaltu prohibito, hindern können; Nechſt dem eben deswegen die regulæ bonæ interpretationis erfordern, daß der Verſtand des Vergleiches identitate rationis und paritate iurium, ſo wol auf die Catholiſche, als Evangeliſche Canonicos gezogen werde, in mehrer Erwegung, daß das ius commune eccleſiaſticum, welches von Canonicatibus mixtæ religionis nichts weiß, auch darinnen nichts pro oder contra in fauorem vel odium huius iuris diſponiren können; wie denn, ſo viel auch die prouiſos betrifft, ſelbige ſich mit dieſem Vergleich um ſo viel weniger grauirt achten mögen, theils weil ihnen oblieget, ſich

um die pacta und ſtatuta capitularia, ehe ſie ſich mit einem Canonicat engagiren, zu erkundigen, und ſelbiges vorhero einzunehmen, theils auch, weil ſie gleichfalls gehalten ſeyn, wie andere Canonici, ſelbige zu beſchweren; Endlich da princeps, qua ſupremus epiſcopus, dieſe Ordnung des Vergleichs einmal beliebet, es nicht zu vermuthen iſt, daß er ſolche durch Ausnahme eines Canonici prouiſi hindern, und wieder aufheben wollen, weil es unmöglich iſt, daß, indem ſuperiores prouiſo, dem Canonico Catholico weichen, der prouiſus nicht zugleich auch mit weichen ſolte, nach der Regul: ſi vinco te vincentem, te ipſum vinco, *c. 7. de conceſſ. præb. et eccleſ. non vac. in 6.* folglich vielmehr die præſumtio pro principe iſt, vt, qui dat ius, det etiam illud, ſine quo ius exerceri nequit; Letztens auch die depretiorirung der a principe prouidirten Canonicaten ſchwerer zu erweiſen, aber doch von keinem ſonderlichen Gewicht ſeyn würde, weil dergleichen grauamen auf eine Perſon ankommet, welche in negotiis, vbi fortuna emitur, regnatque, ſo viel nicht ausmachet; Nicht zu gedencken, daß ohne dem der Anſchlag in Canonicaten in Gegenhaltung mit denen Reuenuen davon leidlich zu ſeyn pfleget, der princeps auch auf den ſo wol von der Landes-Regierung, als dem Dohm-Capitul beſchehenen Bericht, aller Gegen-Vorſtellung unerachtet, das Werck vor billig angeſehen, und dem Intereſſe principis nicht nachtheilig gehalten hat; Zu geſchweigen, dafern der Herr auf dergleichen Grund ſich beziehen ſolte, das Gegentheil leichtlich antworten würde, daß dieſe exceptio de iure tertii wäre, und alſo dem Herrn nicht zu ſtatten kommen könte:

Alſo halten wir davor, daß derſelbe in dem Wege Rechtens nicht befugt ſey, der præferentz, welche der von B. ſuchet, ſich entgegen zu ſetzen. V. R. W.

Succeſſio fit in vltimum locum præbendæ,

§. XXIV. Vlterius (III) inde planum perſpicuumque eſt, regulariter in *effectu* tantum vacare locum *vltimum*, ſiue inter *maiores*, ſiue inter *minores* præbendatos, quisquis demum reſignauerit vel deceſſerit. Sed id quidem diſtinctionem recipit, cum non vna ſit præbendarum ratio. Sunt enim in quibusdam capitulis præbendæ diſtinctæ, in quibusdam non diſtinctæ, ita vt omnia bona capituli in communi, vt *vnum quoddam corpus*, poſſideantur, et ex iis ſinguli portionem capiant vel *æqualem* vel *inæqualem*. Hoc caſu, ſi *æqualem* accipiunt, nec *aſcenſio* ſequentium, nec *ius optandi* locum habere poteſt, vtpote omnes æquali iure fruentes, niſi forſan diſtincti ſint canonicorum ordines, et in claſſem *maiorum* et *minorum* diuiſi. Vtut enim *minores* commune quoddam *corpus* bonorum habeant,

niſi omnium portio ſit æqualis.

quod

Digitized by Google

quod inter eos æqualiter diuidatur, multum tamen refert, quo ordine inter se constituti sint, vt tandem ad *maiorum classem* deuenire possint. Imo etiam eatenus *successionis* ratio habenda, vt, quo ordine et gradu inter se incedere debeant, inde constet. Hoc enim naturale est, vt, quo ordine inscripti sint in album canonicorum, eodem etiam *stallum* in choro *votumque* in capitulo habeant, aliisque prærogatiuis ratione proedriæ fruantur. Maior est *successionis* ratio, si in *inæquales* portiones corpus bonorum diuiditur ob maius lucrum, quod successor inde sperat. Illo vero casu, vbi præbendæ sunt *distinctæ*, et vna alteri pinguior, quæ cuiuis canonico assignata est, tunc inprimis *successioni* locus est, vt sequens, anteriore mortuo, eius præbendam *optare* possit, quæ consuetudo in plerisque ecclesiis inualuit, et in *c. f. de consuet. in 6.* approbata est. Conf. BARBOSA *de canonic. c. 30. n. 4.* CORVINVS *de pers. et benef. eccles. P. I. lib. 3. tit. 2. n. 64.* Est enim nihil aliud OPTIO, quam *ius, vi cuius antiquiores gradatim vacantem præbendam, propria dimissa, intra certum tempus eligere queunt.* CORVINVS *de person. et benef. eccles. P. I. lib. 3. tit. 2. n. 61.* Fit hæc optio *gradatim*, intra tempus 20. dierum, *c. f. cit.* nisi tempus a capitulo vel coarctatum vel dilatatum fuit, ita vt, cessante antiquiore, sequens intra tempus statutum admittatur. CORVINVS *cit. l. n. 66.* BARBOSA *cit. l. n. 6. sqq.* Sicuti itaque *optio* consuetudine in capitulis introducta est, ita ex eadem ratione quoque inualescere potest, vt sine optione *ipso iure* sequentes in ordine succedant, quo casu nullum tempus, quod *optioni* præfixum, attendendum; in *optione* autem locum habet regula: *vigilantibus iura sunt scripta.* Quamuis enim BARBOSA *cit. l. n. 6.* asserat, non currere tempus *ignorantibus*, id tamen vel inde dubium est, quod BONIFACIVS VIII. *in cit. c. f.* expresse asserat, quod *executores super ipsis prouisionibus deputati optare volentes, per viginti dies duntaxat exspectare debeant*, ita vt, his elapsis, libere mandatum exequi possint. Ipso iure ergo currit hoc tempus a *tempore vacantiæ*, non *scientiæ*, quia alioquin finis, quem pontifex intendit, *ne prouisiones vltra debitum differantur*, non obtineretur, nec in gradu sequens optare posset.

Aliud est, si inæquales portiones habeant, vel præbendæ sunt distinctæ, vbi ius optandi obtinet, gradatim, vel ipso iure ascensio fit.

§. XXV. Aliunde quoque (IV) contingere potest, vt *successioni* et *optioni* locus esse nequeat: (1) si præbenda *in curia* vacat, quod quomodo fieri possit, *tit. de præbend. §. CXVIII. sqq.* explicui; hunc enim casum ipse excipit pontifex in *c. cit. f.* quia ita in locum vacantem *præcise* papa alium collocat, qui præbendam decedentis capit: (2) in præbendis *reseruatis*, quorsum etiam pertinent, quæ iuxta concordata nationis Germanicæ, iuxta seriem mensium, sedi papali reseruantur. BARBOSA *cit.*

Cessat successio senioris, si præbenda in curia vacat; vel reseruata est;

Digitized by Google

cit. l. n. 12. Idem obſeruandum eſſe cenſeo in capitulis, ditionibus principum proteſtantium ſubiectis, quippe qui vel ipſos *menſes papales* exercent, vel loco eorum *alternatiua* vtuntur. Quodſi ergo vel in menſe principis, vel in caſu, quo *alternatiua* ius conferendi ei indulget, præbenda vacat, id nec *electis* a capitulo, nec aliis prodeſt, ſed proviſus a principe *immediate* vacantem præbendam, ſine aliorum ſucceſſione vel optione, ſi abſtrahamus a pactis, conſequitur. (3) Maior ratio dubitandi eſt de *precibus primariis imperialibus*, de quibus, an impediant ſucceſſionem? paucis videndum. Dictum eſt *tit. V. de præbend. §. CI.* eas originem traxiſſe ex *mandatis papalibus de prouidendo*, et ad earum exemplum paulatim introductas eſſe. De his mandatis vero pontifex in *c. f. de conſuet. in 6.* decernit, quod, huiusmodi non obſtante mandato, poſſint antiquiores *optare*, ergo idem quoque dicendum videtur de *precibus primariis*, vt illa, quæ optata non fuerit, ſit preciſtæ conferenda. Atque id quidem admitti poteſt, vt preciſta imperialis ad non-optatam præbendam perueniat, ad minimum tamen ad præbendam admittendus eſt, adeoque hoc itidem planum manifeſtumque eſt, ei cedere debere omnes antiquiorem exſpectantiam habentes; preces enim principales deſtituerentur effectu, ſi preciſta ad *beneficium proxime vacaturum* peruenire non poſſet, adeoque exſpectatiuæ omnes intelliguntur, *ſaluo iure precum primariarum*, vt ait B. STRYKIVS *de iure papali princ. euangel. c. IV. n. 6.* conf. KLOCK. *vol. 1. conſ. IV. n. 12. ſqq.* ſi modo intra menſem a die notæ vacationis preces capitulo inſinuatæ fuerint. KLOCK. *cit. l. n. 46.* Nam id etiam iuris eſt in prouiſis a ſede papali, quod hi omnibus, qui inter *ſupernumerarios* canonicos a capitulo recepti ſunt, quique ita exſpectatiuam habent, præferantur, *c. 12. de præb. in 6.* KLOCK. *cit. l. n. 60.* multo magis quoque idem dicendum erit de preciſtis imperialibus. Recipiendus ergo eſt preciſta inter *præbendatos*, et ſic inter *maiores*, qui in pluribus capitulis tantum præbendati ſunt. Quid vero, ſi in ordine maiorum quidam tantum ſint *plene participantes*, quidam *minus plene?* Vtrum inter illos, an hos recipiendus eſt, ſi in capitulo *ius optandi* receptum? inter *illos* puto, quia preces cum *pleno effectu* ſunt intelligendæ, quem haud conſequerentur, ſi inter hos tantum eſſet recipiendus, quippe qui *plenam integramque præbendam* non habent, ſed *exiguam* tantum quandam *portionem*, quæ proprie præbenda non eſt. Quamuis enim preces primariæ poſſint intelligi *ſaluo* iure optandi, tamen tantum intelligendum de his, qui *plene præbendati* ſunt, quia, ſi vel maxime preciſta vltimus inter *plene participantes*, ſeu *præbendatos* fiat,

vel preces primariæ obtentæ ſint.

Quo caſu recipiendus eſt preciſta inter plene participantes.

Digitized by Google

fiat, præbendæ tamen particeps factus eſt, et preces imperiales effectu non ſunt deſtitutæ.

§. XXVI. Sicuti vero (V) ſupernumerarii canonici per *receptionem* et *inueſtituram* ius ad *præbendam* ſuo ordine et gradu acceperunt, ita exſpectatiua hæc, quam in præbendam reuera habent, *reuocari* nequit a capitulo ad inſtar eius, quæ ſimpliciter data eſt a *papa* vel *principe*. Ex iure canonico plures occurrunt rationes, quæ id euincunt, quæ an ad *electos canonicos* in capitulis proteſtantium applicari queant, poſtea inueſtigandum, vbi rationes iuris canonici ſunt præmiſſæ. Generatim (1) decernunt pontifices, non carere debere præbenda, qui in *canonicum* eſt cooptatus in *c. 9. et 19. X. de prabend. c. 8. X. h.* ibi: *ex quo receptus es in canonicum, non debes carere præbenda*, cum qua regula iuris etiam (2) illa convenit, quod, quem epiſcopus ordinauit, ei de neceſſariis vitæ proſpicere debeat. *c. 4. et 16. X. de præb.* Tam enim *receptio in canonicum*, quam *ordinatio* adſcribit receptos et ordinatos eccleſiæ, eiusque ſeruitiis deputat; *dignum autem eſſe dicitur, vt eccleſiæ ſtipendiis ſuſtententur, in qua diuinis obſequiis adſcribuntur.* Sicuti itaque (3) non poteſt reuocari RECEPTIO *in canonicum* et *ordinatio;* ita vtriusque conſequens reuocari nequit, quod ex *iure perfecto* recepto debetur, *cum ſe facultas obtulerit. c. 19. de præb.* Vnde tales canonici recepti dicuntur habere *ius ad rem*, quod vtique *perfectum* eſt reſpectu *ordinarii* collatoris, *c. 8. h. t. in 6.* nec cum *ſimplici* papali *exſpectatiua* æquiparari poteſt. Imo plus dico, poſſe quidem (4) papam etiam tales exſpectatiuas reuocare, ex *plenitudine poteſtatis*, quam ſibi adſcribit, quod BONIFACIVS VIII. ſolenni exemplo in *c. 8. h. t. in 6.* declarauit; aſt talem *exorbitantem poteſtatem*, ſoli papæ propriam, ordinarii collatores exercere nequeunt, qui ligantur legibus, nec ius perfectum alicui auferre poſſunt. Firmatur (5) horum exſpectatiua ex *modo recipiendi*, qui *modo inueſtituræ ſolennia* in pleriſque capitulis peragitur, et recepto *ius irreuocabile* in *canonicam* ſeu *officium canonicale* aſſignat, et conſequenter in iura ei cohærentia, quæ vel *præbendam actualem*, vel ſpem *certam radicatam-que* conſequendi illam, coniunctam habent. Nec diuerſitatem conſtituendam eſſe credo inter *ſimpliciter receptos*, ſub *exſpectatione præbendarum*, et inter eos, qui iam realiter canonicorum officia præſtant, in choro pſallunt, aliaque illis propria expediunt, quod diſcrimen alias innuitur in *c. 8. h. t. in 6.* Illud enim quoad *ordinarios collatores* diuerſitatem nullam iurium inducere poteſt, cum vtroque caſu *ſolennis receptio in canonicum* adſit, quæ ſpem certam in beneficium vacaturum tribuit. Hæ rationes etiam noſtris canonicis *electis*

Hæc exſpectatiua in præbendam reuocari nequit.

Quod ex variis rationibus declaratur.

Tales recepti in canonicos ius ad rem habere dicuntur,

quia iam inveſtiti ſunt.

Digitized by Google

et *receptis* prodeſſe poſſent, ſi non omnes, quædam tamen. Nam etiam hi recipiuntur ſolenniter, et ex ipſa receptione *ius ad rem* radicatum conſequuntur, quod *irreuocabile* eſt.

Nec hæc exſpectatiua qualificata morte concedentis exſtinguitur.

§. XXVII. Hinc conſequens eſt, (VI) vt hæc exſpectatiua, qua canonicus *receptus* gaudet, *morte concedentis exſtingui ne queat.* Aut enim a *capitulo* eſt receptus, aut ab *epiſcopo*, aut coniunctim ab *vtroque.* In primo caſu res liquida eſt, quia capitulum mori non poteſt. Idem quoque dicendum de poſteriori propter concurſum capituli, quod, exſtincto licet prælato, durat. Secundus tantum ſupereſt caſus, qui dubium mouere poterat. Supra *§. XIII. h. t.* adſtruxi, *ſimplicem exſpectatiuam* morte concedentis exſtingui, nec ſucceſſorem ad eam implendam teneri, niſi ab illo firmata fuiſſet. *c. 5. de reſcript. in 6.* MYLER. AB EHRENBACH *in hyparchol. c. III. §. 45.* Proinde ſi poſterior ex pluribus exſpectiuariis confirmationem a ſucceſſore impetrauit, hic, vacante præbenda, reliquis erit præferendus. Diuerſa eſt ratio in *canonicis iam receptis* ab epiſcopo, quibus *ius ad rem*, idque *perfectum radicatum que*, eſt quæſitum, quod ſicut reuocari nequit, vt antea dixi, ita quoque nec morte concedentis exſpirat, quin potius ſucceſſor quoque ad præbendam conferendam compellitur. *c. 16. X. de præb.* Equidem negari nequit, receptos canonicos ſub *exſpectatione præbendæ* tantum habere *ius ad rem*, intuitu *præbendæ proxime vacaturæ*, quod in promittente meram producit *obligationem*, quam implere ſucceſſor ſingularis non tenetur: *2. F. 26. §. moribus*, merito tamen ad illa ſucceſſor adſtringitur, quæ prælatus anteceſſor ex *officio* ſuæ *dignitatis* egit in eccleſia cathedrali, in qua canonicos ei recipere, ex more, integrum fuit, quibus neceſſario de *præbenda*

Sed ſucceſſor obligatur ex lege ad præbendam conferendam.

prouidendum eſt, poſtquam recepti ſunt. Quod autem neceſſario perficiendum eſt, ex *diſpoſitione legis*, ad id etiam tenetur ſucceſſor. Breuiter: ſi ſucceſſor non obligatur *ex facto receptionis* ſui anteceſſoris, ad minimum tamen obligatur *ex lege*, quæ conſtituit, prouidendum eſſe de præbenda iis, qui *recepti* ſunt in canonicos, qui alioquin rurſus numero canonicorum a ſucceſſore expelli poſſent, quod canones non permittunt.

Idem dicendum eſt de receptis in ordines militares.

§. XXVIII. Idem quoque dicendum eſſe arbitror de *receptis in ordines militares*, qui itidem ſub *exſpectatione commendæ* recipiuntur a magiſtro ordinis, quippe quæ iure *beneficiorum eccleſiaſticorum* cenſetur, et ſic etiam ſucceſſor *commendam vacantem* ſeniori in ordine conferre tenetur, maxime ſi *capitulum* ſimul ad collationem concurrit. Controuerſia ea de re non leuis mota fuit *an. 1693.* in caſu iamiam referendo, vbi facultas noſtra *menſ. Aug.* dicti anni cenſuit, commendam vacantem a ſucceſſore

Digitized by Google

sore esse conferendam ei, cui a defuncto ordinis magistro promissa, quique *sub illius exspectatione* in ordinem receptus erat. Displicuit hæc sententia illustri COCCEIO in *dissert. de titulor. et commendar. conuenientia §. 28. sqq.* in quo ICto celeberrimo rationes responsi nostri sub examen reuocare placuit. Non iniucundum aut inutile erit, hanc controversiam rursus repetere, et doctrinam hactenus excussam ita paulo penitius illustrare. Præmittam prius responsum huius tenoris:

Hat weyland Fürst Johann Moritz zu Nassau, Meister des Jo- Responsum.
hanniter-Ordens in der Marck, anno 1667. den 20. May Herrn Moritz Ludewig von Isselstein in den Ritterlichen Orden durch gewöhnlichen Ritterschlag in der Kirchen auf- und angenommen, auch demselben die Anwartung auf die Commenturey Lagau, als regierender Meister für sich und Dero Nachkommen die Meister, mit consens des Capituli dergestalt ertheilet, daß, wenn die vor ihm prouidirte abgehen würden, er als ein gevollmächtigter und bestätigter Comter solche Commenturey einnehmen, und Zeit Lebens ungehindert nutzen und geniessen solte. Hat ferner anno 1671. den 10. April der Churfürstl. Brandenburgische würckliche Geheimte Rath, Herr Otto Freyherr von Schwerin, auf eben diese Commenturey auch eine Anwartung erhalten, iedoch dergestalt, wenn dieselbe, durch des von Isselsteins und anderer damit prouidirten und designirten Absterben, oder resignation an den Orden sich erledigen möchte. Da nun der Fürst von Waldeck zum Heermeister erwehlet, und dadurch die Commenturey Lagau ipso iure vacant worden, nicht desto minder durch S. Churfürstl Durchl. zu Brandenburg, als Patroni ordinis, gnädigste dispensation und des Capituls consens beschlossen worden, daß derselbe nebst dem Meisterthum auch die Commenturey Lagau Zeit Lebens behalten möchte, nach dessen Absterben aber derjenige Ritter, so nach Erkäntniß des gantzen Capituli das meiste Recht auf gedachte Commende hätte, darinnen succediren solte. Worauf, als Ihro Durchl. der Fürst von Waldeck im Decembr. 1692. Todes verblichen, der Frey Herr von Schwerin sich, in Abwesenheit des Obersten von Isselstein, gemeldet, auch durch einen general-Capitul-Schluß erhalten, daß er in gedachte Commenturey introduciret worden, dabey aber dennoch dem Obristen von Isselstein 3. Monath zu Beybringung seines Befugnisses pro termino beraumt, und nunmehr gefragt wird:

Ob der Frey-Herr von Schwerin, oder der Obriste von Isselstein bey der *Commenturey* Lagau zu *præferiren* sey?

Ob

Ob nun zwar dem von Isselstein entzegen zu seyn scheinet, daß derselbe zur Zeit der erledigten Commende durch Beybringung seiner Ahnen sich noch nicht legitimiret; hiernechst auch die dem von Isselstein von dem sel. Heer-Meister, Fürst Johann Moritzen zu Nassau, ertheilete exspectantz dadurch erloschen, daß die Commende bey dessen Leben nicht erlediget worden, immassen die collatio beneficii nondum vacantis entweder gar zu Recht unbeständig,

c. 2. et 4. X. de conceſſ. præbend.

oder doch ratione concedentis die tacitam conditionem mit sich führet, wenn solches bey Lebzeiten des Prælati concedentis erlediget wird, in Entstehung dessen aber ein succeſſor clericus collationem beneficii nondum vacantis ab anteceſſore factam genehm zu halten, nicht verbunden ist;

2. Feud. 26. §. moribus.

der von Isselstein auch solche confirmation bey dem succeſſore niemals gesuchet, vielweniger erhalten, welches iedennoch nach dem neuen capitul-Schluß erfordert wird; Uberdem der Frey-Herr von Schwerin conſenſu et communi decreto capituli die poſſeſſion der Commende übernommen, und also in caſu dubio vor demselben als titulato et iudicialiter immiſſo poſſeſſore commendæ zu erkennen.

per *l. quoties 15. C. de rei vindicat.*

Dennoch aber und dieweil der von Isselstein einmal in den Ritterlichen Orden auf- und angenommen, und sein Geschlechts-Register, mit exprimirung der gewöhnlichen Anzahl seiner Ahnen, bey dem Orden übergeben, und darinnen bis dato kein beständiger defectus gezeiget worden, ihm auch ferner mit conſens des gantzen Capituli die Commenturey Lagau, wenn solche durch Absterben derer vorhero prouidirten Ritter erlediget würde, solenniter conferiret worden, daß also der Frey-Herr von Schwerin unstreitig nicht allein tempore poſterior ist, sondern ihm auch expreſſe die Commenturey nur auf den Fall conferiret worden, wenn der von Isselstein abgehen solte, daher demselben nicht allein die general-Verordnung der Rechte, quod prior prouiſus, prior etiam sit in beneficio,

GONZALEZ *ad reg. 8. cancellar. gloſſ. 15. n. 17.*

PETR. DE MARCA *tr. de benefic. eccleſ. Q. 3. ſect. 2. n. 28.*

sondern auch die beständige obseruantz des Ritterlichen Johanniter-Ordens, als woselbst der ältere Ritter allezeit das erste Recht zur Commenturey hat, endlich seine eigene ihm ertheilte collation entgegen

stehet,

Digitized by Google

ſtehet, als worinnen ihm auf Lagau kein Recht vor Abgang des von Iſſelſteins zur Commenturey gegeben worden, collatio ergo in certum euentum ſuſpenſa ante illius exiſtentiam ius nullum tribuere poteſt, ſed conditio adiecta præciſe ſeruanda;

PETR. DE MARCA *tr. de benefic. eccleſ. Q. 3. §. 4. n. 1000.*

Hierwider auch nichts verfangen kan, daß dieſe Commenturen bey Lebzeiten des Heer-Meiſters, Fürſt Johann Moritzens, nicht eröffnet, immaſſen die diſpoſitio iuris canon. *de conceſſione beneficii nondum vacantis* hieher nicht gezogen werden mag, theils weil ſolche per obſeruantiam contrariam längſt gehoben, theils weil die commendæ keine beneficia ſpiritualia ſeyn, ſondern vielmehr beneficia ſecularia. Commendas enim has accipiunt titulo militari, qui omnino ſecularis eſt,

AVGVSTINVS BARBOS. *de iure eccleſ. lib. 3. c. 7. n. 12.*

ea propter etiam commendæ non ſunt materia ſimoniæ, quia ſunt quid temporale, et conferuntur titulo laico;

BARBOS. *d. c. 7. n. 19.*

Hiernächſt auch, was ex iure feudali angeführet, quod ſucceſſor epiſcopi inueſtituram feudi nondum vacantis ratihabere non teneatur, auf ſolchen Fall, da das gantze capitulum in die collation conſentiret, nicht zu appliciren;

ROSENTHAL. *de feud. cap. 6. concl. 16. n. 7.*
HARTM. PISTOR. *lib. 2. Q. 27.*
TABOR. *de oblig. ſucceſſ. in offic. c. 6. n. 12.*

Capitulum enim nunquam moritur,

REDOAN. *de rebus eccleſ. non alienand. Q. 2. cap. 28. n. 31.*

eiusque obligatio perſeuerat, licet fuerit mortuus, qui eo tempore prælatus erat.

STRVV. *ſyntagm. feud. c. 7. §. 9. n. 6.*
SCHRADER. *de feud. P. 3. cap. 2. n. 37.*

Vnde, ſi conſenſu capituli contractus celebratus, ſubſiſtit ille, licet eccleſia ſit læſa;

REDOAN. *d. tr. Q. 78. n. 4.*

Und weil dergleichen commendas nondum vacantes zu ertheilen, bey allen Heer-Meiſtern üblich iſt, muß auch alhier billig ſtatt finden das concluſum Dd. quando prædeceſſor fecit ea, quæ ſunt de natura vel conſuetudine officii ſui, tunc ſucceſſor illud ratihabere tenetur.

BOCER. *de regal. c. 4. n. 16.*

Digitized by Google

SCHRADER. *de feud. P. 4. c. 1. n. 21.*
RVMELIN. *ad A. B. P. 1. dissert. 7. th. V.*

Zu geschweigen, daß ein ieder Heer-Meister secundum statuta ordinis seines antecessoris concessiones et primaria genehm zu halten verbunden ist, wie solches die beygelegten Reuerss. und Capitul-Schlüsse *sub n. 28. et 29.* bezeugen; darwider vergeblich angeführet wird, daß nur alsdenn der successor zu solcher ratification gehalten, wenn der prouisus bey demselben um confirmation ordentlich angesuchet, immassen solches so wenig in Rechten als in denen capitulationibus der Heer-Meister erfordert wird, sondern vielmehr bekant, daß dasselbe, was an sich Rechtens, oder wann einer de iure verbunden, keines absonderlichen Ansuchens bedarf; wie denn auch der zu solchem Ende angeführete neue Capitul-Schluß, weil solcher niemals publiciret, und ad notitiam derer Ritter gekommen, wenig dieselbe verbinden kan, als der hohen Landes-Obrigkeit Gesetze selbst, quæ non nisi post publicationem intra spatium bimestre vim obligandi habent.

Nouell. 66. cap. 1.
MATTH. STEPH. *ad d. Nou. n. 9.*

Zu geschweigen, daß der von Isselstein vor und nach solchem Capitul-Schluß in beständigen Krieges-expeditionen wider den gemeinen Reichs-Feind gewesen, und daher probabilem et iustissimam ignorantiæ causam vor sich hat, zumalen vor der Zeit die designirten commendatores in casum vacantiæ auch bey der Commenturey Lagau selbsten, ohne einige contradiction, zur würcklichen possess zugelassen worden, ob sie gleich von dem folgenden Heer-Meister keine confirmation gesuchet. Es hat auch der von Isselstein die tacitam confirmationem des folgenden Heer-Meisters Ihrer Fürstl. Durchl. von Waldeck vor sich anzuführen, weil an denselben diese einzige controuersia von dem Orden würcklich gebracht, auch der defectus, daß er keine confirmation gesuchet, vrgiret worden, dennoch S. Fürstl. Durchl. diese Ursache nicht vor releuant erachtet, sondern vielmehr die Sache zu Rechtlicher Entscheidung verwiesen. Wie nun tacita remissio feloniæ verhindert, daß ein Lehn-Guth nicht vor verlustig erkannt werden möge,

SCHRADER. *de feud. P. 9. sect. 14. n. 23. vers. 4. concludo.*
ROSENTHAL. *de feud. c. 6. concl. 61.*

so muß dieses im gegenwärtigem Fall um so viel mehr statt finden, da auch nach denen neuen nicht publicirten Capitul-Schlüssen selbst keine pœna priuationis auf nicht gesuchte confirmation gesetzet, wiewol auch diese

contra

Digitized by Google

contra abſentem militiæ cauſa ohne dem nicht erkant werden mag, oder es müſte demſelben zum wenigſten das beneficium reſtitutionis in integrum intra quadriennium a tempore ceſſantis impedimenti militaris zu ſtatten kommen,

per tot. tit. ff. in quibus cauſis maior. l. 3. C. de reſtit. milit.

abſunt enim milites reipublicæ cauſa, et ſic pariter cum reliquis neceſſario abſentibus reſtituendi.

l. ſi qua militi 40. ff. ex quibus cauſ. mai.

et Dd. *in l. fin. C. de reſtit. milit.*

Darwider vergeblich eingewandt wird, daß der von Iſſelſtein eben ſub militia des Heer-Meiſters geweſen, und alſo bey demſelben die confirmation ohne Verhinderniß ſuchen können, immaſſen daſelbſt ſo wohl der Heer-Meiſter, als der von Iſſelſtein, mit wichtigern affairen überhäuft geweſen, als daß Sie an die Ihr priuat-intereſſe concernirende Sachen gedencken mögen, vnde etiam militibus in patria militantibus, ſi res ſuas durante militia neglexerint, reſtitutionem in integrum competere certum eſt,

per *l. milites plane 7. ff. ex quib. cauſ. mai.*

SFORT. ODDVS *tr. de reſtit. in integr. P. 1. qu. 6. art. 4. n. 11.*

dergeſtalt auch das erfolgte decretum capituli die poſſeſſionem des Frey-Herrn von Schwerin zwar wohl endlich in ſummariiſſimo, iedoch gar nicht in ordinario vel petitorio legitimiren kan, indem der von Iſſelſtein weder vorher gebührend gehöret, noch ad audiendam ſententiam citiret, ſondern nach deſſen publication ihm erſtlich davon Nachricht gegeben iſt, daraus die nullitas ſententiæ contra non auditum nec citatum latæ an ſich offenbar; über dem auch, wenn er gleich citiret wäre, und das decretum völlige Kraft Rechtens ergriffen, er dennoch, wie oben erwehnet, ex capite militiæ in integrum reſtituiret werden müſte; auch endlich das beneficium *l. quoties C. de rei vindic.* hieſelbſt, wenn derjenige, welcher die poſſeſſion ergriffen, davon Wiſſenſchaft hat, quod alter prius emerit vel contraxerit, vel hoc caſu ius primæ prouiſionis acquiſiuerit, ſeinen bekanten Abfall hat,

GAIL. *lib. 2. obſ. 55. n. 11.*

MOLINA *de I. et I. tr. 2. diſp. 369. n. 9.*

GVTIEREZ *de iuram. confirm. P. I. c. 30. n. 8.*

auch ſonſten ad conceſſiones eccleſiaſticas et beneficia nicht gehöret.

GAIL. *d. obſ. 55. n. 12.*

BARBOS. *ad l. quoties C. de R. V. n. 14.*

So erſcheinet aus dieſen und andern in der überſandten facti contingentia weitläufftig und gründlich ausgeführten rationibus allenthalben ſo viel, daß der Herr Obriſte von Iſſelſtein Sr. *Excell.* dem Hrn. Geheimten Rath von Schwerin in der Commenturey Lagau zu *præferiren* ſey.

Status controuerſiæ in adducto caſu rite formatur;

§. XXIX. Ita cenſuit ill. Facultas iuridica huius loci. In alia omnia iuit illuſtr. COCCEIVS *cit. l.* et ſtatus controuerſiam ita mouit: *Quodſi prælatus, conſentiente capitulo, beneficii eccleſiaſtici, ſiue titulati ſiue commendati, nondum vacantis exſpectatiuam, vt vocant, duobus conceſſerit, beneficium autem mortuo demum prælato vacare incipiat, et prior exſpectiuarius a ſucceſſore prælato confirmationem petere neglexerit, poſterior autem rite et debito tempore eam obtinuerit, quæritur: an nihilominus prior præferri debeat, et poſteriorem excludere poſſit?* Circa hanc quæſtionem neceſſario addendum, non hic quæſtionem eſſe de *ſimplici exſpectatiua*, vtpote quam *prælati* nullo iure concedere poſſunt, quam ſolus papa, ſolus princeps ſibi reſeruauit; ſed de *qualificata*, eius ſcilicet, qui iam vel in *canonicum*, vel in *ordinem militarem* et commendatorem ſolenni inueſtitura et ritu eſt receptus, prout *facti ſpecies* adducta innuit. Reſpondet vero lCtus illuſtris, *priorem, qui ſtatuto legibus feudalibus vel canonibus tempore confirmationem neglexerit, non poſſe excludere illum, qui eam petiit et obtinuit.*

In quo quæritur de efficacia qualificatæ exſpectativæ eius, qui iam receptus eſt.

§. XXX. Rationes eius ſunt: (I) quod prælatus, qui beneficium *nondum vacans* confert, nihil ſuum conferat, quia totum adhuc *poſſeſſoris* et ſic *alienum* eſt, adeoque nec ex ea collatione ius vllum quæratur exſpectiuario, quod ipſe conferens nunquam habuit, neque ex eius promiſſione obligetur ſucceſſor, qui heres eius non eſt. (II) Quod officium prælati cum omni iure, quod ei cohæret, adeoque et *ius conferendi* beneficia, mere *perſonale* ſit, et proinde totum cum perſona intereat, cum ſola perſonæ *electione*, non vero *ſucceſſione* prælatus conſtituatur. *Cum igitur*, infert, *prælatus beneficium, quod nunquam ipſo viuo apertum eſt, conferre non potuerit, adeoque collatio eo viuente nulla ſit, non poteſt poſt mortem ea incipere, vbi omne ius conferendi iam morte exſpirauit.* (III) Quod differentia ſit *beneficiorum eccleſiaſticorum* et *ſecularium*, quodque in *his* quidem dominus heredem habeat, qui factum eius præſtare tenetur, et ſic ius domini morte non pereat, non vero in *eccleſiaſticis*, quæ heredem in beneficio non habent. (IV) Quod diſertiſſimis verbis in *iure feudali* hoc diſcrimen agnitum ſit. Nam *2. F. 26. §. moribus* ita cauetur: *Moribus receptum eſt, dominum de feudo militis ſui, quod poſt mortem ipſius ad dominum reuerti ſperabatur, in alium militem inueſtituram facere poſſe, quæ*

Rationes contra adductam reſponſi deciſionem.

inue-

inueſtitura tunc demum capiet effectum, cum feudum domino aut heredi ſuo fuerit apertum. Secus eſt in eccleſiaſticis perſonis: nam ſi ille talem faciat inueſtituram, non aliter valebit, niſi ſibi non etiam ſucceſſori aperiatur. Similiter 2. *F.* 35. *Si ante decesſerit inueſtitor, quam feudum ad eum reuertatur, ſucceſſor non cogitur eam habere ratam.* Et *in* 1. *F.* 3. *Si ante deceſſerit archiepiſcopus, quam ille, qui feudum poſſidebat, ſucceſſores non coguntur eam inueſtituram facere vel confirmare.* (V) Quod in hunc ſenſum ſæpe deciſum fuerit, teſtibus CARPZOVIO *P. II. C.* 45. *def.* 7. PFEIL *cent. I. conſ.* 7. FINCKELTH. *controu. feud. diſp.* 7. *th.* 22. (VI) Quod *iure canonico* cautum ſit, beneficium, niſi vacans, conferri non poſſe, *c.* 2. 3. 4. *X. h. t. c.* 27. *X. de præbend.* adeoque talis collatio pro inualida habenda ſit. (VII) Quod ineptum ſit dicere, hæc eſſe erronea principia, quæ ad commendam applicari non poſſint, cum tamen commendæ nullibi exceptæ ſint a communi *beneficiorum eccleſiaſticorum* conditione. (VIII) Quod argumentum de *ſeculari qualitate* commendarum deſumtum non ſtringat, cum etiam *ad bona ſecularia* fundamenta adducta applicari poſſint, quod textus iuris feudalis docent; interim omnino etiam negandum ſit, commendas eſſe *beneficia ſecularia*, quæ ordinibus religioſis accenſentur. (IX) Quod naturaliter quilibet tantum ex ſuo, non ex alieno facto teneatur, excepto ſolo herede; imo (X) quod tale factum, quale eſt *collatio beneficii non-vacantis*, nec heres quidem præſtare teneatur, quod negotium tale, etſi conſenſu capituli roboratum, prorſus inualidum ſit, vtroque iure conſentiente, adeoque nemo inde obligetur, niſi quod *moribus* in feudis exſpectiuarum praxis inualuerit, effectumque nacta fuerit, ſi viuente promiſſore eiusdemque herede vacauerit feudum, id quod non videtur trahendum ad beneficia eccleſiaſtica. (XI) Quod collationi præbendæ tacite inſit conditio: *ſi viuo ipſo aperta fuit*, quæ demum tales collationes ab omni abſoluit vitio. (XII) Quod capitulum *iuſtitiæ* leges non violet, non ſeruando pacta, quæ ſunt contra canones, nec committat contra pactum, qui ex eo non obligatur. (XIII) Quod, licet capitulum non moriatur, ex tali pacto obligari nequeat, quod nullum eſt, niſi forſan ad ſolius capituli collationem tale beneficium ſpectet, cum *moribus* tali conceſſioni etiam adducta conditio inſit. (XIV) Quod textus in reſponſo adducti loquantur vel de *reſcripto pontificis*, vel de *conceſſione beneficii* non *certi*, ſed *primum vacaturi.* (XV) Quod conſuetudinem in contrarium alleganti non credendum ſit, niſi eam ſpecifice probauerit. (XVI) Denique quod poſterior exſpectatiua in

Digitized by Google

adducta ſpecie facti quidem ſub conditione, wenn durch der *anteriorum prouiſorum* Tode oder *reſignation* die Commenthurey *vacant* worden, data, illam tamen extitiſſe dicendum ſit eo ipſo, quod primus defecerit.

Generalis obſeruatio ad has rationes contrarias.

§. XXXI. Hæ ſunt potiores *rationes*, quas illuſtri ICto opponere contra noſtrum reſponſum placuit. Equidem meum non eſt, tueri quæuis *noſtræ facultatis* reſponſa, cum facile contingere queat, vt etiam in eodem collegio alter ab altero diſſentiat, in quo, vt conſtat, *maiora* præualent. Quia tamen hæ adductæ rationes non parum ſententiam, quam antea iuxta mentem iuris canonici, quod capitula noſtra ſequuntur, infringere et labefactare videntur, non ægre feret ICtus magni nominis, cuius merita alias in rem literariam admodum veneror, vt ab hiſce dubiis doctrinam antea propoſitam liberem, et ſimul quoque reſponſi facultatis noſtræ patronum quodammodo agam. In quo verus controuerſiæ ſtatus collocandus ſit, iam præmiſi in §. *antec.* et hoc neceſſario præmittendum, quia ex circumſtantia, neceſſario *ſtatui controuerſiæ* addenda, plura argumenta ita comparata eſſe videntur, vt ad præſentem ſpeciem applicari non poſſint. Non hic quæritur de *nuda* et *ſimplici* exſpectatiua, qua quis ſine vlla receptione in numerum vel canonicorum vel commendatorum eligitur, ſed de *qualificata*, qua quis reuera iam *commendator* vel *canonicus* ſolenni ritu et inueſtitura factus eſt, et ſic non amplius *ſpem* habet quoad *commendaturam* aut *canonicatum*, ſeu ipſum *officium*, quippe quod ſolenni inueſtitura iam obtinet, ſed tantum *exſpectationem quoad beneficium ei annexum*, h. e. quoad *vtile*, quoad commodum beneficio ſacro vel quaſi annexum. Ad illum caſum pleraque argumenta pertinent, quæ et ipſe *in theſi* admitto, prout ſupra dixi; ad hunc vero ægre applicari poſſunt, prout §. *XVIII.* iam oſtendi. Hoc quippe caſu callatio præbendæ vacantis magis *neceſſitatis* eſt, quam illo, cum naturali rationi admodum conueniens ſit, vt ſolenniter promoti et inſtituti ad officium qualecunque, etiam commodum eius, vbi ſe occaſio eius offert, conſequantur, ſub qua conditione eis officium ſolenniter collatum eſt. Illo quidem caſu res adhuc eſt integra, non hoc, et quod illo erat *voluntatis*, hoc magis eſt *neceſſitatis*. Imo et illud ſupra oſtendi, illum caſum nequidem in capitulis et prælatis concipi poſſe, ad ſolius papæ vel principis *reſeruata* ſpectantem, ſed tantum hunc, quem licet pontifices et patres Tridentini quoque improbaſſe videantur, conſtanti tamen praxi capitulorum vtriusque religionis in ius conſtans abiit, prout occaſionem eius ſupra fideliter recenſui, et teſtimoniis pontificiorum quoque roboraui.

Quæritur hic primario de exſpectatiua eius, qui iam in ordinem militarem receptus eſt;

ad quem caſum argumenta adducta applicari nequeunt.

§. XXXII.

§. XXXII. Quæ cum ita ſint, ſpeciatim, quid ad argumenta adducta regeri poſſit, demonſtrabo. Primum et ſecundum admitto in exſpectatiua *ſimplici nudaque*, non in *qualificata*, vbi habet locum regula pontificis: *ex quo receptus es in canonicum, non debes carere præbenda: c. 8. X. h. t.* item: *non eſt congruum, vt præbenda careat, qui in canonicum noſcitur eſſe receptus. c. 9. X. de prab.* item: *videtur indignum, vt receptus in canonicum præbendæ beneficio defraudetur. c. 19. X. de præbend.* Receptio ergo in *canonicum* et *commendatorem* imponit *neceſſitatem*, præbendam vacaturam conferendi, quæ ſi defuiſſet, ſola ſpes promiſſa nullum *iuſtitiæ debitum* induxiſſet. Nec obſtat, quod tales canonici recepti magis *nomine* quam *re* canonici ſint, et proinde *in herbis* canonici dicantur; id enim potiſſimum intuitu *prabendæ* ita dicitur, cum alias etiam hi, qui præbendam obtinent vel *coadiutores* conſtituuntur, hodie *nomine* quam *re* tales ſint, ſi ad primæuum ſtatum conſiderantur. Iam olim in *reform. eccleſ.* SIGISMVNDI *de anno 1436. c. 19.* apud LVNICH. *P. I. ſpicil. eccleſ. n. 140.* relata, grauiter depinguntur canonici illius temporis. Pauca inde referam: Sie ſind nun GOttes Junckherrn worden ... Sie heiſſen nun von Recht Müßiggänger ... Sie haben auf allen Thümen Caplan, die heiſſen ſie ſchweren zu allen Zeiten ſingen und leſen. Was ſchweren ſie? Sie ſchweren müßig zu gehen, und zu dem Wein, und nimmer zu der Metten gehen. .. Die Caplan müſſen ihnen ihre Pfründe verdienen, und darzu vielleicht ihre Knechte ſeyn ꝛc. An mores hodiernorum canonicorum ab illis, qui hic deſcripti ſunt, difformes ſint, non diſquiram, cum *titulo I. huius libri* mentem meam iam declarauerim: ad minimum hodie magis *nomine* videntur canonici, ſi cum *primæuis* conferantur. Quicquid demum huius rei ſit, ipſa *receptio* in canonicos et commendatores, hos, qui etiam *in herbis* vel *nomine* tales eſſe dicuntur, euidenter diſtinguit a ſimplicibus *exſpectiuariis*, quæ ideo accedit ex priſco vſu et praxi capitulorum inueterata, tum ne ideo in dubium poſſit vocari, quod *exſpectatiuam* conceſſerint, quod directo capitula facere nequeunt: tum ne recepti poſſint præteriri, vbi præbenda vacauerit. Etiam clerici, *ſimpliciter*, i. e. ſine *titulo*, ordinati, neceſſario de beneficio eccleſiaſtico ſunt prouidendi, licet non *re*, ſed *nudo nomine* ſint clerici. *c. 16. X. de præbend.* Status clericatus, quem tum per *ordinationem*, tum per *receptionem* in canonicorum numerum ſpecialiter induunt, id poſtulat, ob dignitatis prærogatiuam, *c. 16. cit.* propter quam in iure canonico a regula paſſim receditur. Nec diuerſum in noſtris *commendatoribus* et *canonicis* obtinet, qui cenſentur iure *clericorum* et *religioſorum*, ſi *effectus iuris* conſideras

Reſponſio ad argumenta primum et ſecundum.

Nec nocet, quod recepti magis nomine quam re canonici ſint.

Receptio inſignem habet efficaciam,

æque

et ius radicatum tribuit.

æque vt hi, qui Romanæ eccleſiæ addicti ſunt. In adducta facti ſpecie euidentiſſime hæc *ſolennis receptio* occurrit, quæ *ius radicatum* ad præbendam proxime vacaturam dediſſet, ſi nequidem promiſſa foret, cum talis prouiſio ſicuti *ordinationi* ita *receptioni* inſit. Ait GONZALEZ *ad c. 2. X. h. t. n. 11. Tacite nondum vacans beneficium promittitur, cum quis recipitur in canonicum absque præbenda, nam præciſe præbenda proxime vacatura illi debetur. c. 9. X. de conſtit.* Ait ſimiliter pontifex in *c. 13. de præb. in 6. Eo ipſo, quod canonicus auctoritate apoſtolica fuiſti effectus, ius ad obtinendam præbendam proximo vacaturam ibidem tibi acquiſitum extitit.* Breuiter: talis exſpectatiua recepto in *commendatorem* vel *canonicum* magis debetur ex *lege*, quam *homine*. GONZALEZ *ad cap. 9. X. de præb. num. 3.* Sollicite proinde capitula in ſtatutis ſuis cauerunt, vt electi mox intra certum tempus ſe recipi facerent in *canonicos* et *fratres*, tum ne viderentur *nudam* dediſſe *exſpectatiuam*, quod canonibus aduerſatur: tum etiam, ne poſtea lites emergerent circa *exſpectatiuæ*, huiusmodi *qualificatæ*, quam concedere duntaxat poſſunt, vigorem. Id obſeruaui ex actis ad facultatem noſtram transmiſſis, quibus atteſtatum capituli Halberſtadienſis huius tenoris adiectum erat: *Anno Domini 1426. ſtatuerunt canonici, quod omnes et ſinguli canonici futuris temporibus in ipſa eccleſia electi teneantur et debeant per ſe vel per procuratores idoneos electioni de ipſis factæ infra vnum menſem a die electionis computandum adhibere conſenſum, ſeque facere* RECIPI IN FRATRES ET CANONICOS, *alioquin prædicta electio quoad eligentes huiusmodi ſit ea vice nulla.* Hæc *receptio in fratres canonicos* euidenter diſtinguit huiusmodi canonicos electos a nudis exſpectiuariis, quod pontifex in *c. 33. X, de præbend.* innuit, oſtenditque, iura de *nuda exſpectatiua* loquentia ad hunc caſum applicari non poſſe.

Reſponſio ad tertium, quartum et quintum argumentum.

§. XXXIII. Tertium, quartum et quintum fundamentum eſt ex *iure feudali* petitum, non parui ſane ponderis. Quamuis enim de *feudis* ſtricte dictis, non de *beneficiis eccleſiaſticis* loquatur, iam tamen ſupra obſeruaui, ab illis ad hæc valere conſequentiam, cum hæc *iure feudorum* cenſeantur. Circa hæc duo argumenta obſeruo: (I) *inueſtituram feudi nondum vacantis facere*, hic denotare *ſimplicem exſpectantiæ promiſſionem*, prout in iure feudali hæc acceptio admodum ſolennis eſt, obſeruante STRVVIO *in ſynt. iur. feud. c. 7. aph. 4. n. 2.* vel magis *promiſſionem de inueſtiendo* quam *inueſtituram.* (II) Non dubium eſt, poſſe etiam exſpectatiuam concedi per *abuſiuam inueſtituram*, per quam *ius in ipſum feudum* radicatum conſequitur inueſtitus, qui per talem *inueſtituram* in

va-

Digitized by Google

vaſallum iam eſt receptus. *Eſt enim*, ait B. BORNIVS, *hic effectus etiam inueſtituræ abuſiuæ, vt per eam dominium vtile et ius feudi transferatur, ita quidem, vt in exſpectatiua ſit traditio conditionalis, in caſum aperturæ contingentis facta, quæ tamen eo ipſo momento, quo vacantia aut apertura contigit, effectum ſuum exſerit.* Conf. B. STRYK. *de abuſ. inueſtit. c. IV. §. 13.* SCHILTER. *ad ius feud. Allem. c. 12. p. 118. ſqq.* EYBEN. *in elect. feudal. c. 5. §. 21.* (III) Hæc *abuſiua inueſtitura* reuera occurrit in receptione ſolenni in *commendatorem*, prout ex *tit. de inſtit.* liquet, et cum per hanc ipſum feudum afficiatur, non amplius hic quæſtio eſt de *ſimplici promiſſione* a ſucceſſore auferenda, ſed de *iure in feudum per abuſiuam inueſtituram quæſito* a ſucceſſore ſingulari auferendo. Hoc non æque illi permiſſum eſt, quam illud, cum in *obligationem ſimplicem* non ſuccedat. (IV) Equidem huic inueſtituræ videtur ineſſe conditio: *ſi viuente concedente apertum fuerit;* ſed vix videtur. Ineſt illa *promiſſioni nudæ*, et quidem ideo ineſt, quia prælatus ſua promiſſione obligare nequit ſucceſſorem: aſt ſi *traditio ſymbolica* acceſſit, plus tribuitur inueſtito, *ius in ipſum ſeruitium feudale*, ſeu *officium* vel *aulicum* vel *militare*, cuius ſtipendium erat feudum, quod ſimul ſub exſpectatione recipit, id quod domino directo, vi *dominii directi*, integrum eſt. (V) Corroboratur eo magis hæc *inueſtitura abuſiua*, ſi *conſenſu capituli* facta, quam circumſtantiam in ſpecie facti adducta animaduertimus. B. BORNIVS *cit. l. §. 24.* ROSENTHAL. *de feud. c. 6. concl. 16. n. 7.* STRVV. *cit. l. aph. 9. n. 6.* VVLTEIVS *lib. I. de feud. c. 10. n. 16.* BORCHOLT. *de feud. c. 7. P. I. n. 21.* Quæ contra capituli conſenſum mouentur dubia, paulo poſt eruam.

Effectus inueſtituræ abuſiuæ in exſpectatiua feudali.

Inprimis reſpectu ſucceſſoris ſingularis.

§. XXXIV. Sextum argumentum rurſus *de ſimplici*, non de *qualificata exſpectatiua* intelligendum. Id ſatis in antecedentibus ex hiſtoria *exſpectatiuarum* probatum, et vſu omnium capitulorum Germaniæ conſtat, tales exſpectatiuas *vim iuris perfecti* habere. Forſan grauior ratio dubitandi inde deſumi potuiſſet, quod iure canonico non abſolute prohibeatur ſpes beneficii *incerti*, bene tamen *certi*, quale in adducta facti ſpecie promiſſum erat. Verum hoc ipſum argumentum quoque *ſecundo*, quem *primo* præferendum eſſe exiſtimat ICtus eximius, obſtitiſſet, nec inde præ primo ius aliquod præferentiæ adiudicari potuiſſet. In ſimili fere caſu philoſophatur pontifex in *c. 8. X. h. t.* aiens: *nec ipſi canonici videbantur tibi hoc opponere poſſe de iure, qui ſe fatentur, te contra ſtatuta præfati concilii recepiſſe.* Septimum et octauum facile prætereo, quæ vim rei non tangunt, ſed rationes quasdam *ſecundarias* noſtri reſponſi reiiciunt. Nam, cum ſequentibus, tangit præcipue du-

Sextum argumentum diſſoluitur,

vt et ſeptimum et octauum,

item nonum cum ſequentibus.

Digitized by Google

dubium, *an factum prælati, consensu capituli munitum, stringat successorem prælatum*, prout §. 37. *sqq.* prælaudatus ICtus indigitat. Censuere id ordinis nostri assessores; et quidem ex ea ratione, quod capitulum haud moreretur, imo etiam idem censuere HORNIVS, VVLTEIVS, STRVVIVS, ROSENTHAL, et plerique interpretes iuris feudalis. Illa tamen ratio viro illustri displicuit, ad cuius argumenta paucis hæc regerenda esse censeo. 1) Naturaliter neminem, maxime electum, teneri præstare factum antecessoris, si in *nudis conuentionum terminis* adhuc versamur, nec tale quid accesserit, quod etiam successorem *ex lege* stringere possit, quale est *receptio in commendatorem* et *canonicum*. Facilius *ex lege* successor potest obligari, qui *ex facto* antecessoris non tenetur. *c. 16. X. de præbend.* 2) Talis receptio in canonicum et commendatorem *sub exspectatione beneficii vacantis*, nec absolute canonibus est contraria, nec *moribus* aut *praxi* capitulorum aduersatur, nec turpitudinem naturalem alit, adeoque stringit heredem. Textus ab illustri Auctore in §. 40. adducti de *simplici exspectatiua* loquuntur, et rationes, quæ quoad *moralitatem* eiusmodi negotii adducuntur, supra iam examinatæ sunt. Inde 3) capitulum *tali modo*, quem omnium fere capitulorum in Germania vsus approbat, recipiens vel *commendatores* vel *canonicos*, obligatur suo facto, quod reuocare nequit, vt plenius antea ostendi. Vnde adsentire non possum viro illustri, capitulum ex tali facto non obligari, asserenti, quod omnium *electorum* canonicorum et commendatorum, sine præbenda vel commenda receptorum, spem frustraret, vt nullum agendi ius haberent, cuius contrarium ipsa capitula publice profitentur, tales canonicos *in herbis* calendariis capitularibus inserendo. Sane quos semel in hunc numerum receperunt, eos rursus ab eo excludere nequeunt; sed iis, secundum *ordinem* et *gradum*, prouidere tenentur, et quidem *ex lege*. 4) Recte obseruat vir illustris in §. 49. *videndum esse, quid natura negotii vel re contineatur, atque id necessario præstandum esse ab eo, qui in negotium illud vel rem succedit, quia vtrumque cum causa sua transit.* Imo vero *ipsa receptione* in *canonicum* vel *commendatorem* id necessario continetur, vt recepto de beneficio, suo ordine et gradu, prouidendum sit, idque eo magis, 5) si capitulum simul consensit. Neque tantum in pacto, cui capitulum assensit, est factum prælati, sed etiam *factum proprium*, prout Feudistæ supra allegati obseruant, solenni *receptione* commendatoris corroboratum, propter quam tenentur ad interesse, et quidem *ex lege*, si promissum præstare nequeunt. Reliqua argumenta

De efficacia consensus capitularis,

et obligatione capituli,

menta reſoluunt tum ipſum reſponſum, tum obſeruationes antea adductæ. Denique etiam illud, quod ſecundum adductam facti ſpeciem prior commendatarius *confirmationem* petere neglexerit, inde infringitur, quod in iis, quæ *ex lege* debentur, hæc non ſit neceſſaria, vt in ipſo reſponſo ſatis declaratum eſt.

§. XXXV. Denique (VII) non aliter hi, qui *ſenium* habent, ad *minores* vel *maiores* ordines adſcendere poſſunt, quam ſi tempore vacantis præbendæ ſe ad eam *legitimare* queant, probando ætatem ſtatuto præſcriptam, auitam nobilitatem, abſolutionem curſus triennii, peregrinationem, aliaque, ſupra paſſim notata. Ad hæc enim, quod plane inuerſo ordine fit, tunc demum vtplurimum quis ſe legitimare debet, ſi ad præbendam vacantem adſpirare intendit. Olim a maioribus hæ leges datæ primario ſunt *canonicis*, non *præbendæ*, adeoque nemo in canonicum eſſet aſſumendus, niſi qualitatibus debitis inſtructus foret. Sed quia poſtea magis *beneficii*, quam *officii*, ratio habita eſt, præbendæ aſſignata ſunt, quæ ad *officium* et *canoniam* pertinent. Vnde ſi proximior in turno ſe ad præbendam legitimare nequit, ſequens debitis qualitatibus inſtructus admittitur, quod ſupra *lib. III. tit. IV. §. 7.* reſponſo illuſtraui. Multum quoque in *reſidentia primi anni* ſitum eſt, vt, quem ordo iuxta *ſenium* tangit, locum inter præbendatos obtineat. Hæc enim ſi *ad vnguem* non fuit peracta, magnum ſane præiudicium incurrit, et ſpe ſua fruſtratur, quod tamen ſupra *cit. tit. §. XIII. p. 225. ſq.* declaraui, oſtendique, non adeo *μοναςικῶς* et *acerbe* inter proteſtantes hæc inſtituta vere monaſtica exigenda eſſe.

Qui in vacantem præbendam aſcendere volunt, ſe ad illam legitimare debent,

et reſidentiam primam accurate obſeruare.

TITVLVS IX.

NE SEDE VACANTE ALIQVID INNOVETVR.

§. I.

Ad *collationem* beneficiorum non raro *capitulum* concurrit, quia etiam huic, *vacante ſede*, plura indulta ſunt, inde *hoc et ſequentibus titulis* euoluendum erit, quid capitulo iuris competat *ſede vacante*, et *ſede non vacante?* Vtrumque ex cognitione *ſtatus capitulo-*

Ratio connexionis et tractationis.

Digitized by Google

rum potiſſimum dependet, qui a primæua origine repetendus, cum ſtatus cuiuscunque collegii iura eiusdem illuſtret, determinet, arguatque. Denique cum etiam hodie poſt I. P. capitula in Germania dentur, in quibus *ſedes nunquam vacat*, de horum ſtatu et iuribus quoque infra agendum erit.

Origo capitulorum,

§. II. Capitulorum *forma antiqua* eosdem natales, quos eccleſia, habuit; *hodierna*, recentioris æui; imo et *appellatio capituli* ad illa demum tempora referenda, quibus clerus *canonice* in clauſtro more monaſtico viuere cœpit. De his tribus ordine dicendum, ne Iu-

a forma presbyterii primæui repetenda,

nonem pro nube habeamus. *Forma antiqua* capitulorum repetenda a ſtatu primæuo *presbyterii*. Ab initio, ſub ipſis apoſtolis, in quibusvis eccleſiis *presbyteri diaconique* erant. *Epiſcopos* ſpecialiter et realiter diſtinctos ignorabant eccleſiæ, mox tamen inualuerunt, vt plenius docent BLONDELLVS et SALMASIVS *de epiſc. et presbyt.* Ab hoc tempore in quibuscunque eccleſiis *miniſterium eccleſiaſticum* erat, conſtans ex *epiſcopo*, *presbyteris et diaconis*, cuius *communi conſilio* res eccleſiæ adminiſtrabantur, iuxta ſententiam HIERONYMI in *c. 5. D. 95.* *Diaconorum* non facit mentionem, et admodum probabile, ab initio

quod olim senatum eccleſiaſticum conſtituit,

tantum *presbyterium cum epiſcopo* directionem negotiorum habuiſſe, et illud ipſum *capitulum*, quod hodie vocamus, conſtituiſſe. *Diœceſes* erant incognitæ, nec plures, ſed vna ſub hoc *miniſterio* erat eccleſia. Vid. IENKINVS THOMASIVS *de regim. eccleſ. trium prim. ſecul. eccleſ. Chriſt. c. 2.* Epiſcopus quidem, vt *præſes*, vt *director* huius *concilii* ſeu *ordinis eccleſiaſtici*, primum tenebat locum, *auctoritate* quadam prædi-

præſidente epiſcopo.

tus, teſte TERTVLLIANO *de baptiſmo c. 17.* ſed cum *presbyterio* pleraque negotia diſponebat, accita ad grauiora negotia in conſilium eccleſia, prout pluribus oſtendi in *diſſert. iur. eccleſ. antiq. ad Plin. et Tertull. diſſ. III. §. 41. ſeqq.* Hinc etiam hi ſimul *præſidere* dicuntur, teſte TERTVLLIANO *in apol. c. 39.* Præpoſiti cum *clero* ſæpe conueniebant, vt ait CYPRIANVS *epiſt. 44. edit. Oxon.* contrahebant *presbyterium*, eiusque *voluntatem*, h. e. ſententiam requirebant, IDEM *epiſt. 49. p. 92.* BLONDELLVS *de epiſc. et presbyt. p. 89. ſeq. iudicium ſacerdotum* adhibebant. IDEM *epiſt. 52. p. 97. in f.* Plura *epiſcopus cum clero* coniunctim agebat, IDEM *epiſt. 15. 16. 17.* vtut hæc nonnunquam ſoli epiſcopo tribuantur, ob *auctoritatem*, quam in conſeſſu *ordinis eccleſiaſtici* habebat, teſte TERTVLLIANO *de exhort. caſtit. c. 7.* Hic conſeſſus *ordinis eccleſiaſtici*, *presbyterium*, vel *clerus* vna cum epiſcopo *concilium* quoddam ſeu *peculiare collegium* conſtituebat, quod inſtar *ſenatus eccleſiaſtici*

ſiaſtici erat. In *concil. Carthag. IV. c.* 22. epiſcopi ordinare clericos prohibentur *ſine conſenſu clericorum ſuorum.* In *c.* 23. eiusdem concilii ita cautum: *Vt epiſcopus nullus cauſam audiat absque præſentia clericorum ſuorum, alioquin irrita erit ſententia epiſcopi, niſi clericorum ſententia confirmetur. c.* 6. *C.* 15. *q.* 7. In eandem ſententiam iuit GREGORIVS, relatus in *c.* 23. *D.* 68. et, *ſi quid vero*, ait, *de quocunque clerico ad aures tuas peruenerit; quod te iuſte poſſit offendere, facile non credas, nec ad vindictam te res accendat incognita; ſed,* PRAESENTIBVS SENIORIBVS ECCLESIAE, *diligenter eſt veritas perſcrutanda.* Vocat hoc capitulum *ſenatum*, *cœtum presbyterorum* HIERONYMVS in *c.* 7. *C.* 16. *q.* 1. conf. BLONDELL. *cit. l. p.* 201. *ſeq.* Quod declaratur ex antiquitatibus.

§. III. Seculo IV. in ciuitatibus nobilioribus, mira hominum copia ſtipatis, plures eccleſiæ præter illam, quam rexit epiſcopus, exſtructæ ſunt, quibus ex *ſenatu eccleſiaſtico* presbyteri et diaconi præficiebantur, qui tamen membra *ſenatus* huius omnino remanebant, quia hi ipſi cœtus inſtar *coloniarum* erant, a *principali*, ſeu *matre*, dependentes. Illuſtrat hoc ipſum elegans locus INNOCENTII I. in *epiſt. I. c.* 5. ſcribens: *De fermento vero, quod die dominica per titulos* (h. e. per eccleſias minores ciuitatenſes) *mittimus, ſuperflue nos conſulere voluiſti, cum omnes eccleſiæ noſtræ* INTRA CIVITATEM *ſint conſtitutæ, quarum presbyteri, quia die ipſa propter plebem ſibi creditam nobiſcum conuenire non poſſunt, idcirco fermentum a nobis confectum per acolythos accipiunt, vt ſe* A NOSTRA COMMVNIONE *maxime illa die non iudicent ſeparatos.* Signum *communionis particularis* ab antiquo vſitatum erat *miſſio eulogiarum*, de qua iam mentionem iniicit EVSEBIVS *lib. IV. H. E. c.* 25. Vt ergo conſtaret, ceteros presbyteros, titulis præpoſitos, a corpore cleri integro haud eſſe auulſos, ſed adhuc eadem ſocietate ſpeciali reliquis coniunctos, mos adductus inualuit. Ad parochias rurales *eulogiæ* non deferebantur, vt IDEM *cit. l.* mox his innuit verbis: *quod per parochias* (h. e. eccleſias rurales, quæ tunc ſpeciali in ſenſu ita vocabantur) *fieri debere non puto, cum non longe portanda ſint ſacramenta*, vel etiam quia *clerus ruralis* non vocabatur ad *ſenatum eccleſiaſticum* epiſcopi, quem quouis modo ſupprimere ſtudebant, vt hiſtoria *chorepiſcoporum* ſeculi IV. docet. Hæc ipſa *presbyterii* ratio quoque liquido docet, qua de cauſa BASILIVS *epiſt.* 319. capitula eccleſiaſtica vocet *ſynedrium presbyterii ciuitatenſis*, quia putabat, presbyterium hoc referre ſynedrium magnum Hieroſolymitanum, et quia ex *clero ciuitatenſi* tantum conflatum erat. Atque hi ipſi quoque *matriculârii* dicebantur, quod *matriculæ* eccleſiæ Status capitulorum ſeculi IV. ad quæ clerus omnis ciuitatenſis pertinebat; non ruralis.

Digitized by Google

cathedrali inserti essent, alimenta iuxta eam acciperent, vt ad *tit. I. huius libri* dixi. Euidentissimum huius rei argumentum adhuc hodierna facies ecclesiæ Romanæ præbet, quæ hunc morem fideliter custodiuit, vt *clerus ciuitatensis* consistorium sacrum constitueret. Loquor de *cardinalibus*, qui ab antiquis temporibus *clerum ciuitatensem* constituerunt, quemque episcopus Romanus in causis maioribus, vt mos ecclesiæ vniuersalis ferebat, in consilium adhibuit. Hi ipsi, vt in aliis ecclesiis cathedralibus, non nude sunt ecclesiæ *Petrinæ* aut *cathedralis* clerici, sed singuli adhuc suos dicuntur habere *titulos*, h. e. *ecclesias parochiales*, quibus olim cum *cura animarum* præfecti, et vnde adhuc hodie denominantur. Liquet hoc *ex c. u. X. de maior. et obed.* vbi fit mentio cardinalis, titulo seu ecclesiæ S. LAVRENTII adscripti, et *c. 2. X. de cler. non resid.* vbi fit mentio cardinalis presbyteri tituli B. MARCELLI, qui etiam *parochia* vocatur, simulque additur, eum fuisse canonice depositum, quod *parochiam* suam per annos quinque deseruisset. Tenebantur ergo olim residere in propria sua parochia, rem diuinam facere, et ad capitulum ab episcopo euocati comparere. Equidem, aucta cardinalium dignitate, titulus quoque, eis adscriptus, a statu *ceterarum parœchiarum* prorsus est distinctus, vt in *episcopatum* fere degenerauerit, si iura, quæ iis in suis titulis in *c. u. cit.* tribuuntur, intuemur, obseruantibus LOTHERIO *lib. I. de re benef. qu. 8. et 16.* et CORVINO *P. I. de pers. et benef. eccles. lib. I. tit. 4. n. 3.* interim tamen prisca capitulorum facies, ex his antiquæ ecclesiæ Romanæ ruinis, facile conspicitur.

Quod declaratur ex hodierna Romanæ ecclesiæ facie.

Quamuis status ecclesiarum cardinalibus subiectarum mutatus sit.

§. IV. Sub PIPINO ex instituto CHRODOGANGI clerus cathedralis ecclesiæ quidem in arctiorem coaluit societatem, capitula tamen faciem suam primæuam haud mutarunt. In *c. VIII.* regulæ CHRODOGANGI canonicis, vt quotidie ad *capitulum* conuenirent, iniunctum est. Die vero dominico et festis solennioribus *clerus omnis ciuitatensis* ad nocturnas et matutinas laudes et ad capitulum conuenire iubetur *cum planetis*, seu vestimentis officialibus, adeo vt absentes ab archidiacono vel primicerio disciplinæ ecclesiasticæ subiici debeant. vid. *tit. I. huius libri §. XIII. p. 62.* Admodum placuit plerisque ecclesiis hoc episcopi Metensis institutum, publica lege sub LVDOVICO pio receptum, quam integram refert LVNICH. *P. I. spicil. eccles. n. 39. p. 41.* et cuius mentionem supra *tit. I. huius libri §. XXIV. p. 72.* inieci. Nec hic subsistit hæc noua congregationis ratio, sed mox omnis ciuitatensis clerus ita coadunari cœpit, ceu liquet ex *concil. Turon. III. de anno 813. c. 23. Canonici et clerici ciuitatum, qui in episcopiis conuersantur*, (oppositi illis, qui

Capitulorum status sub Pipino,

quæ claustris sunt inclusa,

Digitized by Google

qui in monaſteriis ſub abbate conſtituti erant, de quibus *can. ſeq.* agitur) *conſideranimus, vt in claustris habitantes ſimul omnes in vno dormitorio dormiant, ſimulque in vno reficiantur refectorio* etc. In tali rerum ſtatu *clerus ciuitatenſis* adhuc concurrebat ad capitulum, qui cum clero cathedralis eccleſiæ arctius adhuc coadunatus fuerat. Nec erat, quod huic ſocietati obeſſet, cum communem omnes agerent vitam, nec præbendæ eſſent cognitæ in clero ciuitatenſi. Vnum nonnunquam obſtabat, quo minus omnes in eandem ſocietatem cooptari poſſent, multitudo ſcilicet eorum, qui conſortio clericorum ſeu canonicorum inſeri optabant. In promtu mox erat remedium: noua inſtituta collegia, ex liberalitate magnatum, quibus hæc vita communis admodum curæ cordique erat, quæ *eccleſiis collegiatis* originem dederunt, quæ tamen ad capitula *cathedralis eccleſiæ* haud concurrebant.

et arctius coadunata.

excluſo clero eccleſiarum collegiatarum.

§. V. Si coniecturis locus eſt, facies hæc capitulorum priſtina videtur immutata eſſe ex diſſolutione *vitæ communis*, quæ ſeculo XI. contigit, vt *tit. I. huius libri §. XXV. ſqq.* obſeruaui. Paſſim enim hi, qui olim communi vtebantur menſa, quales erant *clerici ciuitatenſes*, ſeparatim habitare, et de propriis bonis, iis aſſignatis, paſci cœperunt, quo ipſo pedetentim factum, vt clerus reliquarum eccleſiarum ciuitatenſium a *clero cathedralis eccleſiæ* diſtingueretur, et hi nomen *canonicorum* priſtinum retinerent, illi vero amitterent. Res admodum obſcura eſt, nec forſan vbique eadem occaſio ſeiungendi *clerum ciuitatenſem* fuit. Imo fieri etiam potuit, vt non vbique vniuerſus clerus ciuitatenſis in hanc vitam canonicam coaleſceret, ſed tantum *clerus cathedralis eccleſiæ* proprius eam amplecteretur, quo ipſo ciuitatenſis clerus facilius a deliberationibus eccleſiaſticis excludi potuit. Seculo XII. iam magna canonicorum, qui ſeorſim agebant, erat potentia præ reliquo clero, quem facile ſupprimere potuerunt. Teſtis eſt CRANZIVS *in metrop. lib. VI. c. 12.* aiens: *Magdeburgenſis eccleſia ad initium regni Lotharii* (qui *anno 1125.* electus eſt, teſte ALBERICO *ad cit. ann.*) *tumultuabatur ſuper epiſcopis. Tres enim de eius epiſcopatu contenderunt. Adeo* INTVMVERVNT *canonici, iam liberam electionem nacti. Sperabat ſibi quisque et amicis, et infinita ambitione contenderant pro epiſcopatu.* Hoc tumore æſtuantes facile quæuis iura, etiam *electionis*, quæ tamen, transactione HENRICI V. cum pontifice, *clero et populo* reſtituta, vel potius cæſari extorta erant, ſibi vindicare, et non tantum populum, ſed reliquum clerum excludere poterant. Euidens argumentum *electionis*, a ſolo capitulo iam vſurpatæ, *anno 1183.* exhibet *magnum chron. Belgic. ad cit. ann.* referens diſſenſionem circa electionem

Status capitulorum mutatus ſeculo XI.

quo clerus eccleſiæ cathedralis tantum admiſſus eſt.

Iam ſeculo XII. potiores partes canonici in electionibus habebant.

Digitized by Google

ctionem in ecclesia Treuirensi ortam. *Defuncto Arnoldo Treuirensi archiepiscopo*, ait, *a capitulo domini Tolmarus archidiaconus et Radolphus praepositus in archiepiscopos erant nominati, ad quod schisma sopiendum hora nona fuerat assignata.* Equidem etiam in hac electione adhuc prouocatum fuisse ad *maiorem cleri populique partem*, narrat BROWERVS *in annal. Treuir. lib. XIV. §. 170.* non tamen negat, canonicos potiores partes in ea habuisse, et electionem præcipiti consilio suscepisse, forsan ideo, quod iam *capitulum* soli constituerent. Certius extat documentum in A. B. FRIDERICI II. *anno 1213.* de *libertate ecclesiastica* condita, qua electiones prælatorum canonice fieri iubet, *quatenus is viduatæ præficiatur ecclesiæ, quem* TOTVM CAPITVLVM *vel maior et sanior pars ipsius duxerit eligendum.* Iam antecessor eius OTTO IV. in ecclesia Monasterienſi constituit, iussitque, vt, exclusis nobilibus et ministerialibus, libera *penes canonicos* esset electio. Vid. SCHATEN. *in annal. Paderborn. ad ann. 1203. p. 939.* Apud PHILIPPVM LABBEVM *in biblioth. nou. libr. MSCt. p. 482. et 483.* agitur de electione *archiepiscopi Senonensis*, anno 1206. celebrata, quae ostendit, potissimum *in capitulo* de electione tractatum fuisse. In Anglia pariter iam *anno 1196.* capitulo potiores deferuntur partes in negotiis ecclesiasticis, vt constat ex transactione, quam ROGERIVS HOVEDENVS *in ann. Anglic.* qui circa ea tempora claruit, recenset, his conditionibus constante: *quod magister Simon Apulus, Eboracensis ecclesiæ decanus, et* CAPITVLVM *eiusdem ecclesiæ, concessione et voluntate prædicti Adæ receperunt Petrum de Dinant in archidiaconatum de Westriding, et in* STALLVM *miserunt tam in* CHORO *quam* IN CAPITVLO.

Imo seculo XIII. soli.

Capituli denominatio desumta ex institutis monasticis,

§. VI. Non leue hisce coniecturis accedit momentum, si rationem *denominationis* intuemur. Assumta haec quoque, sicuti pleraque alia canonicæ vitæ instituta, ex *monasteriis*, vt aliquoties dixi. Generatim id fatetur ODO, monachus Cantuarienſis, *in epist. ad Adam fratrem circa ann. 1160.* apud MABILLONIVM *in analect. p. 345.* scribens: *Nam cum eius* (Benedicti) *institutio monachorum sit propria; praterea tamen eandem ceteræ conditiones canonicorum, clericorum, sanctimonialium etiam laicorum in magna parte sequuntur.* Speciatim vero *capitulorum* appellationem ex *monasticis institutis* in cathedrales ecclesias translatam fuisse, vel inde constat, quod monachi singulis diebus conuenire consueuerint in certo monasterii conclaui, vbi *capitulum* regulæ Benedictinæ illis prælectum fuit, vt eo magis mores suos ad eam componerent. Id docent monachi Fuldenses in libello supplice CAROLO M. oblato, apud BRO-

a capitulo regulæ Benedictinæ quotidie lecto.

WERVM

WERVM in *antiquit. Fuldenſ. lib. III. c. 12.* aientes: *Quam mane, quando in vnum conuenimus, et* CAPITVLVM DE REGVLA *coram fratribus legebatur etc.* Generatim hæ lectiones dicebantur *capitula* ſeu *breues ſectiones*, prout adhuc hodie diſtributio noui teſtamenti indigitat. Conf. CANGIVS *in gloſſar. voc. capitulum.* Ab his *lectionibus* ſeu *capitulis* locus ipſe, quo monachi conueniebant, *capitulum*, die Capitul-Stube, vocari cœpit, *quod capitula ibi exponerentur* ſeu *regulæ*, vt ait PAPIAS relatus a CANGIO *cit. l.* Idem inſtitutum recepit CHRODOGANGVS, clericos ſuos ad mores monaſticos efformare admodum ſtudens. In *regula VIII.* apud HARDVINVM in *act. concil. tom. IV. p. 1186.* hæc ſtatuit: *Neceſſe eſt, vt quotidie omnis clerus canonicus ad capitulum veniat, et ibidem verbum Dei audiat, et illam inſtitutiunculam noſtram - - vnoquoque die* ALIQVOD CAPITVLVM *exinde relegant.* Quod indicium præbet, certum *conclave* quoque hiſce lectionibus fuiſſe deſtinatum, cui nomen *capituli* ex *inſtitutis monaſticis* inditum. Huc quoque collineant *ſtatuta canonicorum Brunſuic.* adducta ab HIMMELIO *de canonic. c. V. n. 20. p. 75.* Dat is dat rechte capitulum, von oldes alſo benemet, dar man tracteret, nicht ein gantz caput ſanctæ ſcripturæ, ſundern allene, (ſo vel id de Stunde liden will) ein capitulum, i. e. partem capitis vnius, alſo de Papen in ören horis canonicis ein capitulum leſen, doch leider ane Uthleginge, ſö könen mit einen DEO gratias davon kamen. Sicuti ergo monachi quotidie *conuentus* ſuos in *capitulo* agebant, vnde etiam *conuentuales* dicti, et abbas cum *conuentu* ſuo de rebus monaſterii decernebat; ita quoque canonici, arctiori fœdere conſociati, quotidie, et, laxata vita communi, ſæpius ad capitulum veniebant, in quo epiſcopus quoque de *grauioribus cauſis* cum iis deliberationes inſtituebat; vnde, qui votum in *capitulo* habuere, *capitulares* dicti, et ipſe canonicorum cœtus tandem *capituli* denominationem accepit. Ad huius imitationem etiam *collegia canonicorum* in *collegiatis* eccleſiis, et canoniſſarum in monaſteriis capitula ſua habuerunt, ad quorum differentiam *capitula cathedralis eccleſiæ* vocata ſunt a ſcriptoribus *capitula in ſummo*, et membra eorum *decanus in ſummo, præpoſitus in ſummo, canonici in ſummo.* vid. BVSCHIVS *de reform. monaſt.* apud LEIBNITIVM *tom. II. ſcript. Brunſuic. p. 492.* Fallit ergo LEVRENIVS *de vicar. epiſc. qu. 446. n. 1.* quod collegia canonicorum ſint et dicantur *parua capitula* eccleſiæ, poſt *principale caput*, quod eſt *eccleſia*, quæ deriuatio vix alluſionem quandam continet.

Vnde locus ipſe tandem denominatus eſt.

In quo epiſcopus cum canonicis conuenit.

§. VII. Hoc modo tandem ex *inſtitutis monaſticis* ad pauciores ſunt reſtricta, exſtructa et denominata CAPITVLA *eccleſiarum cathedralium*

Ex hoc inſtituto monaſtico capitula ad

Digitized by Google

pauciores redacta sunt.

lium, quæ nihil aliud sunt, quam *collegium canonicorum ecclesiæ cathedralis*, *sub episcopo quidem*, *sed separatum corpus tamen sub directione præpositi et decani constituens*, *et peculiaribus suis iuribus gaudens*, *episcopo in adiutorium datum*, *et de regimine ecclesiastico participans*, *constans ex iis*, *qui vel ratione prabendæ suæ*, *vel alias de consuetudine votum sessionem habere in capitulo acceperunt.* Quod olim *presbyterium*, id hodie *capitulum* sibi vindicat, imo in plerisque cathedralibus ecclesiis ad maiorem adspirauit libertatem, vt, quamuis *sub episcopo* constitutum sit, *peculiare* tamen *corpus* constituat, sine episcopo conuentus instituat, et de rebus ad se pertinentibus deliberet. Equidem ALEXANDER III. in *c. 4. X. de his*, *quæ fiunt a prælato sine cons. capit.* ait, episcopum et fratres eius *vnum corpus* constituere, quod ille *caput*, hi vero *membra* esse probentur; verum hæc coniunctio tantum pertinet ad *negotia ecclesiastica publica*, quæ episcopus sine capituli sui consensu peragere nequit: extra hæc seorsim agit, separatum corpus constituit, et potissimum per *decanum* vel *præpositum*, quibus pro diuersa consuetudine ius indicendi capitulum competit, regitur. Imo dantur hodie capitula canonicorum libera, *immediate* imperio subiecta, teste GAILIO *lib. I. obs. 30. n. 9.* quædam etiam propriam iurisdictionem habent, aliasque immunitates, quas inprimis per *capitulationes* cum episcopis initas sibi acquisiuerunt.

Quorum ratio traditur.

Separatum ab episcopo corpus constituunt.

Quod ex diplomatibus illustratur, ex quibus capitulorum auctoritas exorbitans liquet.

§. VIII. Infinita documenta id euincunt, ex quibus selectiora adferam. In *statutis ecclesiæ Vltraiectinæ*, relatis ab ANTONIO MATTHAEI *lib. II. de nobil. c. 39.* hæc habentur: *Episcopus noster vocem in capitulo nostro non habet*, *quamuis canonicus noster præbendatus existat.* *Vocatus tamen per decanum nostrum vel vices eius gerentem ad capitulum venire tenetur.* *Et cuicunque de ipso iustitiam petenti coram decano et capitulo nostro*, *vocatis ad hoc per decanum prælatis et capitulis quatuor ecclesiarum collegiatarum*, *secundum sententiam et decretum huiusmodi capituli satisfacere et parere tenetur.* *Appellare tamen potest.* *Et si episcopus non venit tertio euocatus*, *capitulum potest*, *eo absente*, *proferre sententiam.* *Et si non paruerit sententiæ*, *etiam procedet contra eum ad cessationem.* *Et capitulum mandabit omnibus ministerialibus ecclesiæ*, *quod nullus eorum ad ipsius episcopi requisitionem sententiam dicat*, *vel auxilium præstet*, *donec sententiæ paruerit.* Exorbitans hæc *decani* auctoritas et maius imperium, quod per ipsum simul *capitulo* acquisitum est, ab initio defuit, et lento gradu demum enatum est. Disciplina monastica *decano* quandam *censuram* in canonicos peperit. Abbates in monasteriis *ius casti-*

Per decanum exercita.

gandi

Digitized by Google

gandi erga monachos reprobos exercebant, et forsan etiam decani. Nec *præpositorum* imperium aut auctoritas impar, alibi etiam maior. In *chron. mont. seren. ad ann. 1213.* præposito etiam *disciplinæ ius*, vnde *iurisdictio* nata, tribuitur: *cuius motum ille mitigare cupiens nudis pedibus in veste nigra scopam ferens cum priore et quodam alio fratre seniore pedibus eius prostratus petebat, vt, si quid peccasse ostensus fuisset, de hoc eum in claustro pœnitentiam agere pateretur.*

§. IX. Hinc nata in capitulis *censura canonica*, etiam virgis exercenda, de qua luculentum testimonium perhibet EKKARD. *iun. de casib. monast. S. Gall. c. 3. Cui ille, cum sibi solita vsque ad conuicia respondisset proteruia, Waldramus decanus in proximo fratrum capitulo regulari vindictæ subiecit.* conf. IO. CHAPEAVILLI *gesta pontif. Tungrens. Traiect. et Leod. tom. I. p. 282.* vbi ANSELMVS refert vitam WAZOLONIS, Leodiensis episcopi, qui, dum adhuc decani munus gereret, præpositi IOANNIS nimiam auctoritatem et præpotentem potestatem admodum ægre ferebat, eamque literis scriptis *c. 84.* ad suos limites reducere intendebat. Alibi decani nimia auctoritate adeo intumuerunt, vt *censura canonica* tandem iis pepererit *iurisdictionem* et *maius* aliquod *imperium*, quemadmodum episcopi *forum suum pœnitentiale*, quod vocant, in *forum criminale* tandem erexerunt. Illustrius testimonium huius amplissimæ auctoritatis circa initia *seculi XIII.* sistit *historia episc. Antissiodorensium*, relata a PHILIPPO LABBEO *in biblioth. nou. MSCt. libr. tom. I. p. 481.* vbi mores GVILIELMI, decani ecclesiæ Antissiodorensis, referuntur. Hic tanta egit auctoritate, vt, quod mireris, etiam episcopo se opponeret. *Sacerdotes quidam*, ait AVCTOR *histor. cit. qui parochias regebant ciuitatis, quandam interdicti sententiam in ciuitate Antissiodorensi prolatam, quam decanus ipse præceperat obseruari, episcopo iubente contrarium, non seruarunt, ac propter hoc a decano suspensi, ipsos absoluente episcopo, sua propter decani sententiam taliter ab episcopo relaxatam non prætermiserunt officia exercere, episcopi auctoritate suffulti, tandem, eorum inobedientiam episcopo defendente, tanta est Senonensis sedis metropolitanæ examini per appellationem victrice constantia prosecutus, quod, dictante iustitia, succumbenti in iure episcopo, decano de inobedientia satisfacere sunt compulsi, qui in virga visitans iniquitates eorum et in verberibus peccata eorum, ipsos in capitulo Antissiodorensi virgarum fecit publicam solemniter excipere disciplinam, inter quos vnus magnæ grauitatis et nominis magister, videlicet Robertus, prior B. Mariæ, extra muros, licet opinione magnus existeret apud omnes, et propter hoc magis, dum verecundaretur*

Ex censura canonica nata.

Ipsis episcopis admodum grauis.

Digitized by Googl

ſuccumbere, contumacior fuerat et rebellis, apud S. Mariamum retruſus in clauſtrum, et ab adminiſtratione prioratus ſui remotus ad tempus, ad nutum ipſius decani in pane et aqua per aliquot dies exegit pœnitentiam, multatus pœna per abbatem ſuum, quæ rebellibus et inobedientibus conſueuit inſtigi: quosdam etiam canonicos B. Mariæ intra muros, quos absque præſentatione decani epiſcopus ordinauerat, facta ſibi ab ordinatis pro illo exceſſu emenda, pœna a ſe dictata multauit.

Et in ipſos extenſa laicos,

§. X. Extendit etiam hanc cenſuram erga *laicos*, qui ab hac diſciplina haud fuere immunes, quod decani poteſtatem exorbitantem arguit. Pergit idem ſcriptor poſt pauca: *Rempublicam capituli ſtrenue ac fideliter gubernabat aduerſus quorumlibet iniurias, murum inſuperabilem ſe opponens, nec ſuis parcens laboribus, nec ſuorum, in tanta virtute eccleſiæ amplectens negotia, quod comitem ipſum propter irrogatas eccleſiæ iniurias excommunicationi, et ciuitatem eius ſuppoſuit interdicto, et ſic tandem compulit venire in capitulum, et iniurias capitulo emendare.*

Imo etiam reges.

Nec hoc adeo mirandum, cum nec *regibus* pepercerint. Hanc diſciplinam ob necem THOMAE archiepiſcopi ſubire debuit HENRICVS II. rex Angliæ, qui *ab epiſcopis, qui tunc præſentes erant, abſolutionem petens, carnemque ſuam nudam diſciplinæ virgarum ſupponens, a ſingulis viris religioſis, quorum multitudo magna conuenerat, ictus ternos vel quinos excepit*, vt ait MATTHAEVS Pariſienſis *ad ann. 1174. p. 108.*

Capitulum, ſede vacante, olim rexit eccleſiam, quod presbyteri fere epiſcopo æquales eſſent.

§. XI. Quæ cum ita ſint, venas facile inuenire poſſumus, vnde tandem tam ampliſſima poteſtas in capitulum, *ſede vacante*, deriuata fuerit. Olim *communi conſilio* presbyterorum epiſcopos negotia eccleſiæ diſpenſaſſe, omnemque poteſtatem eccleſiaſticam exercuiſſe, ſupra dictum eſt. Mortuo ergo, vel depoſito vel abſente epiſcopo, hæc cura clero propria erat, præſertim cum primis eccleſiæ temporibus tam ampliſſimo gradu epiſcopi a presbyteris haud diſtarent, ſed inter presbyteros tantum *primi* eſſent, ſeu in conſeſſu eccleſiaſtico *primum* tenerent *locum*, vt HILARIVS *in comm. ad 1 Tim. III.* ait, et *c. 35. concil. Carthag. IV.* relatus in *c. u. D. 95.* confirmat, vbi ita: *vt epiſcopus in eccleſia et in conſeſſu presbyterorum ſublimior ſedeat, intra domum vero collegam ſe presbyterorum eſſe cognoſcat.*

Quod exemplis illuſtratur.

Eandem ergo curam, quæ presbyterio vna cum epiſcopo viuente pro commodis eccleſiæ incumbebat, continuabant et propagabant, epiſcopo mortuo vel impedito. Cum MARCION ſeculo II. poſt mortem HYGINI ſede vacante, a patre ſuo ob ſtuprum eſſet eiectus, Romam ſe contulit, *et ſtatim presbyteros adiens, vt in communionem ab iis admitteretur, fruſtra petiit.*

Nobis

Digitized by

Nobis iniuſſu venerandi patris tui, aiunt, *facere iſtud non licet. Vna ſquidem fides eſt et animorum vna conſenſio; neque contra ſpectatiſſimum collegam, patrem tuum, moliri quippiam poſſumus.* EPIPHANIVS *hæreſ.* 42. Extincto *anno* 250. Deciano furore FABIANO, clerus Romanus ſede vacante interim negotia eccleſiæ direxit. Similiter CYPRIANO eodem tempore, cum iam ad leones depoſtularetur, diſcedente, ſedes quoque Carthaginenſis vacabat, et ſimili ratione clerus Carthaginenſis interim rebus eccleſiæ operam dedit. Hic clero Romano cauſas receſſus ſui prælati manifeſtauerat, quem in finem hic reſpondet clero Carthaginenſi, ſcribitque: *Et cum incumbat nobis, qui videmur præpoſiti eſſe, et vice paſtoris cuſtodire gregem, ſi negligentes inueniamur, dicetur, quod et anteceſſoribus noſtris dictum eſt, qui tam negligentes præpoſiti erant.* Ipſa epiſtola *cleri Romani* ad *clerum Carthaginenſem* in operibus CYPRIANI *epiſt. VIII. edit. Oxon.* refertur. Varias poſtmodum ipſe CYPRIANVS dedit ad clerum Romanum literas, in ipſius operibus apparentes, quibus communicato cum iis conſilio *cauſam lapſorum* tractauit. Ea tamen modeſtia presbyterium, ſede vacante, ſibi vtendum eſſe credebat, vt, quæ *differri* poſſent, potius ſuſpenderet, quam temere perageret. Neque enim de capituli poteſtate et auctoritate ſtabilienda et amplianda cogitabatur, ſed de ſalute eccleſiæ. Ea de cauſa clerus Romanus *epiſt. 30.* apud CYPRIANVM *edit. Oxon.* in hæc ſcribit verba: *Quanquam nobis differendæ huius rei neceſſitas maior incumbat, quibus poſt exceſſum nobiliſſimæ memoriæ viri* FABIANI *nondum eſt epiſcopus propter rerum et temporum difficultates conſtitutus, qui omnia iſta moderetur, et eorum, qui lapſi ſunt, poſſit cum auctoritate et conſilio habere rationem.* Addunt in fine eiusdem epiſtolæ: *Ante conſtitutionem epiſcopi nihil innouandum putamus, ſed lapſorum curam mediocriter temperandam eſſe credidimus; vt interim, dum epiſcopus dari a DEO nobis ſuſtinetur, in ſuſpenſo eorum, qui moras poſſunt dilationis ſuſtinere, cauſa teneatur etc.* Interim quæ commode differri non poterant, a presbyterio ſedula fidelitate peragebantur, ad quod etiam clerum Carthaginenſem adhortatur CYPRIANVS in receſſu adhuc exiſtens *epiſt. 14. vt vice eius fungantur circa gerenda ea, quæ adminiſtratio religioſa deposcit.*

§. XII. Facies rerum magnopere immutata ſeculo IV. quo tot turbæ ab hæreticis, et eorum profligatoribus et debellatoribus eccleſiis et reipubl. datæ ſunt, vt recte huc applicari poſſit, quod GROTIVS *epiſt.* 22. ſcribit: *Qui eccleſiaſticam hiſtoriam legit, quid legit, niſi epiſcoporum vitia?* Sede vacante, ſingulorum ſtudia huc directa erant, vt

Seculo IV. ſede vacante, presbyterii regimen decreuit.

Digitized by Google

vt ſuæ ſectæ addictus eccleſiæ præficeretur præpoſitus, quæ in varias factiones eccleſiam diuidere ſolebant. vid. *ius parochiale ſect. 8. c. I. §. 10.* Huic vt ſuccurreretur malo, quod inprimis a Donatiſtarum factione imminebat Africanis, ad vacantem ſedem epiſcopum ſolebant mittere, quem *interceſſorem*, *interuentorem*, μεσίτην, appellabant, qui electioni intereſſet, et interim ſedi vacanti præeſſet. Hi interim vices defuncti epiſcopi gerebant, nec ſolus *ſenatus eccleſiaſticus*, vt quidem antea, rei eccleſiaſticæ proſpiciebat, quo ipſo non raro contingebat, vt *interceſſor* ſedem vacantem ad ſe rapere conaretur. Occurrit huic abuſui *c. 74. eod. canon. eccleſ. Afric.* quem GRATIANVS *c. 22. C. 7. q. 1.* refert, conſtituens: *vt nulli interceſſori licitum ſit, cathedram, cui interceſſor* (a concilio epiſcoporum comprouincialium) *datus eſt, quibuslibet populorum ſtudiis vel ſeditionibus, retinere, ſed dare operam, vt intra annum eisdem epiſcopum prouideat: anno exemto, interuentor alius tribuatur.* Nondum eo tempore concilio generali certum electioni datum erat tempus, adeoque ſæpius contingebat, vt ad longius tempus protraheretur electio, maxime quod interceſſori non incommodum accideret, duobus interim præeſſe epiſcopatibus. Dicebantur etiam *viſitatores*, imo et *commendatores*, quippe quorum curæ et præfecturæ interim vacans ſedes commendabatur a metropolitano, vnde *commiendarum*, de quibus *tit. V.* actum eſt, vſus inualuit, ſimulque docet, ſede vacante, presbyterium vices epiſcopi non amplius, vt per ſecula priora et hodie, geſſiſſe. Concilium Valentinum II. *anno 524.* celebratum, facit horum *commendatorum epiſcoporum* mentionem, qui curam exſequiarum defuncti epiſcopi ſuſcipiebant, et rem eccleſiæ commendatæ gerebant. Eadem praxis mox ab Africanis aliis communicata eſt eccleſiis, quod vel AMBROSII *epiſt. 34.* docet: *commendo tibi, fili, eccleſiam, quæ ad forum Cornelii, quo eam de proxima interuiſas frequentius, donec ei ordinetur epiſcopus.*

Interceſſoribus ad eccleſiam vacantem miſſis.

Quorum curæ commendabatur interim eccleſia.

§. XIII. In *occidente* praxin hanc admodum promouit GREGORIVS, vti tot eius epiſtolæ docent, ſimulque horum *viſitatorum*, *interuentorum* vel *commendatorum* poteſtatem determinant. In *c. 16. D. 71.* qui deſumtus eſt ex GREGORII *lib. II. epiſt. 16.* hæc referuntur: *Obitum Victoris, Panormitanæ ciuitatis antiſtitis, directa relatio patefecit. Quapropter* VISITATIONIS DESTITVTAE ECCLESIAE *fraternitati tuæ* OPERAM *ſolenniter delegamus: quam ita te conuenit exhibere, vt nihil de prouentibus clericorum, reditu, ornatu, miniſteriisque, vel quicquid eſt in patrimonio eiusdem, a quoquam præſumatur eccleſiæ. Et ideo*

Gregorius in occidente hunc morem admodum promouit.

Digitized by Google

ideo dilectio tua ad prædictam ecclesiam properabit, et assiduis adhortationibus clerum plebemque eiusdem ecclesiæ admonere festinet, vt, remoto studio, vno eodemque consensu talem sibi præficiendum expetant sacerdotem, qui et tanto ministerio dignus valeat reperiri, et a venerandis canonibus nullatenus respuatur. In fine hæc addit: *Monasteria autem, si qua sunt in ipsius constituta parochia, sub tua cura dispositioneque, quousque illis proprius fuerit ordinatus episcopus, esse concedimus.* Hoc ipso capitulo vel senatui ecclesiastico ea, quam hodie sibi asserit capitulum, iurisdictio denegabatur, et omnis cura in visitatorem transfundebatur, quamuis hæc adhuc videretur esse *gratuita*, non *mercenaria.* Expressius hanc episcopalem curam, visitatori interim demandatam, IDEM depingit in *c. 19. D. 6.* vbi visitatori ante omnia iniungit, ne quid de reditibus in suos vsus transferat, *vel quicquid præfati loci esse patuerit, a quoque præsumi patiatur, sed omnem vigilantiam atque cautelam circa clerum plebemue eiusdem ecclesiæ exhibeat, vt in vigiliis obsequioque ecclesiastico sedulo ac deuote debuit deseruire.* Similiter IOANNES II. *in epist. III. ad episc. Gall.* hunc morem confirmat, et, *ne eius ecclesia*, scribit, *destituta videatur, in eius locum visitatorem dari decernimus, qui a se noverit omnia exhibenda, vt nihil de ordinibus clericorum, nihil de ecclesiastica facultate præsumat, sed ea, quæ ad sacrosancta mysteria pertinent, exequatur.* Rem diuinam adhuc eo tempore ipsi episcopi strenue faciebant, simulque bonorum' redituumque dispensationem habebant, quod negotium *procuratorem episcopum* desiderare videbatur.

Similiter Ioannes II.

§. XIV. Non tamen omni *lucro* semper carebat *commendatus episcopus;* quandoque etiam ipsi pars de tunica expresse assignabatur. Ipse GREGORIVS M. *lib. VII. epist. 74.* episcopoPanormitano lucrum aliquod assignat: *Sollicitudinem vos conuenit adhibere, vt, quicquid de possessionibus ipsius in qualibet re accedere potuerit, vobis, vel in reparationem eiusdem ecclesiæ siue cleri ipsius subuentione proficiat; quatenus et vos remedium pro labore vestro capere, et illi aliquod valeant sustentationis habere solatium.* Vtplurimum vel *vicino*, vtpote commodissimam vacanti ecclesiæ prospiciendi occasionem habenti, vel *vacantibus* episcopis, qui propriis sedibus expulsi erant, ecclesiæ vacantes a metropolitano commendabantur, quod in *iur. paroch. sect. VIII. c. 2. §. 31.* plenius illustraui, quandoque etiam a pontifice, quando sedes maior in occidente vacabat. vid. BROWER. *in annal. Fuldens. lib. 7. ad ann. 719. §. 117.* Superuacuum esse credo, pluribus testimoniis hanc disciplinam antiquam illustrare, cum satis perspicuum planumque sit, ab

Erat hæc commendatio quandoque lucrosa.

Vicinis vel vacantibus iniuncta.

hac

Digitized by Google

hac praxi, ecclesiis salutari, introductam fuisse *commendarum* rationem, parum ecclesiis proficuam, de quibus supra *tit. de præb. §. CXXXIV. sqq.* actum est.

Ratio harum commendationum noua, vbi inuestitura per annulum et baculum inualuit.

§. XV. Noua paulatim successit huius disciplinæ *mutatio.* In Germania, Gallia aliisque regnis, non sine ratione, electiones prælatorum fieri cœperunt cum *regis consensu;* imo tandem tota electionis vis ad *reges*, vi *iuris patronatus*, transiit, episcopatusque, mediante *inuestitura per annulum et baculum*, a regibus collati sunt, qui etiam interim reditus vacantis ecclesiæ, nomine *regaliarum*, sibi vindicarunt. Hoc rerum statu, quia episcopatus in *manu regia* erant, visitatores seu *commendatores*, vel cum *regis consensu*, vel *ab ipsis regibus* interim ecclesiis præfecti sunt, apertissimo sane documento, capitula, seu canonicorum, iam tum in commune viuentium, collegia administrationem sedis vacantis non habuisse. Nonnunquam tamen *metropolitani* ecclesiæ vacanti de *visitatore* adhuc prospiciebant, sed, vt existimo, non aliter, quam cum regis consensu. Testis est HINCMARVS *tom. I. p. 408.* scribens: *In provincia si fuerit defunctus episcopus, ego, et non tu, visitatorem viduatæ designabo ecclesiæ.* Ille ipse tamen, Siluanectense ecclesia vacante, ad regem CAROLVM Caluum literas dirigit, quibus petit, vt clero et plebi eiusdem ecclesiæ noui episcopi permittat electionem, et visitatorem designet, qui præsit electioni. *Dignetur mihi*, inquit, *dominatio vestra, literis suis significare, quem vultis de episcopis nostris, vt ei,* EX MORE, *literas canonicas dirigam, et visitatoris officio fungens in eadem ecclesia electionem canonicam faciat.* PHILIPPVS LABBEVS *tom. VIII. concil. p. 1866.* Nouo argumento id probat HINCMARVS epistola ad HILDEBERTVM, episcopum Siluanectensem, apud EVNDEM *cit. l. p. 1868.* qua visitatoris munus in ecclesia vacante Bellouacensi post obitum episcopi ODONIS ei demandat, et, *officio*, scribit, *visitatoris consensu domini nostri Ludouici regis, nostræ humilitatis metropolitana delegatione susceptо, ad eandem ecclesiam quantocyus studeas properare.* CAROLVS Calvus anno 877. profectionem in Italiam meditans, statuendum duxit, qua ratione vacantibus sedibus interim prospiciendum esset. Aiunt episcopi ad regem, apud STEPHANVM BALVZIVM *tom. II. capitul. p. 263. Si, antequam iuuante Domino reuertamini, aliquis archiepiscopus defunctus fuerit, vicinus episcopus ipsius diœceseos cum comite ipsam sedem prouideat, vsque dum obitus ipsius archiepiscopi ad vestram notitiam perueniat. Si aliquis episcopus interim obierit, archiepiscopus ipsi sedi visitatorem secundum sacros canones deputet, qui vna cum comite ipsam ecclesiam,*

A regibus constitutæ.

Digitized by Google

am, ne prædetur, cuſtodiat, vsque dum ipſius epiſcopi obitus ad veſtram notitiam perueniat. Conf. NATALIS ALEXANDER *in hiſtor. eccleſ. ſec. XIII. et XIV. diſſ. VIII. art. 2. §. 7. et 8.* DARTIS *comment. ad C. 25. q. 2.*

§. XVI. Erat ergo *viſitatoribus* ex praxi antiqua hoc præcipue muneris datum, 1) vt interim *negotiorum ſpiritualium prouiſores* eſſent, prout antiquitus vocati ſunt, obſeruante CANGIO *in gloſſ. med. æu. voce viſitatores*, 2) electioni præeſſent, 3) cuſtodirent iura futuri epiſcopi, præcauerentque, ne quid innouaretur, quem in finem ſæpe *œconomi* conſtituebantur, qui vel reditus in *emolumentum regis*, vel futuri epiſcopi colligerent. Id ipſum illuſtrat egregie vetus *formula electionis*, quam ex ACHERIANO *ſpicilegio* CANGIVS *cit. l.* adfert, ſimulque docet, parum poteſtatis, ſede vacante, per ea tempora *capitulo* vel *corpori canonicorum* ſuperfuiſſe.

Viſitatores vel commendatores eccleſiæ vacanti præerant, non capitula.

§. XVII. Quemadmodum vero *canonici* ſeculo XI. abiecta vita communi, ob affluentiam omnium rerum intumeſcebant, et maiorem pauliſper nacti auctoritatem, imperium quacunque ratione ſub *decanis* et *præpoſitis*, prout ſupra *§. VIII. ſqq.* dictum, affectabant, viresque eius indies incrementa capiebant, maxime cum anno 1122. HENRICVS V. *inueſſituram per annulum et baculum* dimittere cogeretur; ita tandem ad capitulum, *ſede vacante*, ſumma rerum rediit, præſertim cum ab hoc tempore, licet populus ab electione non prorſus excluſus eſſet, penes *capitulum* tamen potiores circa eam partes eſſent, prout ſupra obſeruaui. Indeante hæc tempora de *poteſtate capituli*, ſede vacante, in collectione decretalium pauca reperiuntur: GRATIANVS fere nihil habet, quod hanc rem illuſtrare poſſet, quia tunc demum iura capituli, ſede vacante, efflorescere inceperant, et monachus hic in antiquis collectionibus, vnde ſua hauſit, parum præſidii pro iis reperiebat. Vnde meo iudicio ſallun-tur, qui originem poteſtatis capituli, ſede vacante, a *tribus prioribus ſeculis* petunt; quæ hic reperiuntur exempla, de *cura ſimplici* circa eccleſiam vacantem intelligenda ſunt, iurisdictione eccleſiaſtica, et multo magis ſuperioritate territoriali incognita, imo per praxin ſeculi IV. et ſequentium ad *viſitatores* adeo delata, vt presbyterio parum poteſtatis relictum fuerit, ne dicam, capitulum non amplius, vt olim, ex vniuerſo clero, ſed tantum *canonicis* eccleſiæ cathedralis compoſitum eſſe. Breviter, iura capituli hodierni, ſede vacante, a *ſexcentis demum annis*, non a priſca eccleſiæ diſciplina repetenda ſunt.

Tandem ad canonicos, ſede vacante, præfectura priuatiue rediit.

Quæ demum a ſeculo XII. non primis Chriſtianismi initiis, repetenda.

§. XVIII. Ante omnia hic deſideratur *ſedis vacantia*, quæ variis contingit modis: (I) *Morte naturali*, niſi epiſcopo vel prælato *co-*

Sedis vacantia contingit 1) morte imprimis.

Digitized by Google

adiutor cum ſpe ſuccedendi datus ſit, qui ſtatim defuncto ſuccedit. Aliunde tamen ſucceſſio impediri poteſt, quale exemplum in epiſcopatu Hildeſienſi ante aliquot annos vidimus, poſt mortem IODOCI EDMVNDI, cui quidem archiepiſcopus Colonienſis *coadiutor* datus, ſed ob ſocietatem cum rege Galliæ contra imperium contractam faſces ſacros huius epiſcopatus capeſſere non poterat, effeceratque, vt ſedes per multos annos *impedita* diceretur. Aliunde quoque ab ordinario curſu reuocari poteſt electio, vt ſedes ad diuturnum tempus vacet, quo caſu ob interueniens impedimentum vocatur *ſedes impedita*. Ordinaria vacantia in prælaturis tantum durat *ad tres menſes*, ſed ſæpe ob inopinata obſtacula ad plures protrahitur. Eius rei memor fuit pontifex in concilio Lateranenſi, relato in *c. 41. X. de elect.* ſtatuendo, *ne vltra tres menſes cathedralis eccleſia epiſcopo vacet, intra quos* (IVSTO IMPEDIMENTO CESSANTE) *ſi electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi poteſtate careant ea vice.* Currere enim hoc trimeſtre ſpatium non potuit iuſte impeditis, cum *illa Lateranenſis concilii ſanctio contra negligentes tantum introducta fuerit*, vt dicitur in *c. 5. X. de conceſſ. præb. vel eccleſ. non vac.* vel vt *c. 12. eod.* dicitur, *quod canon Lateranenſis concilii contra negligentes editus*, quemadmodum etiam ius devolutionis *negligentiam prælatorum* præſupponit, vt rubrica *de ſupplenda negligentia prælat.* innuit. Quæ autem *iuſta impedimenta* ex ſchiſmate, bello vel aliunde oriri poſſint, in compendio dixi *ad tit. de ſuppl. neglig. prælat. §. II. in f.* Inde naſcitur *ſedis*, quam vocant, *impeditæ* definitio, quod ſit *ſtatus eccleſiæ epiſcopo deſtitutæ, vltra ſtatutum canonibus tempus impedimento iuſto interueniente, quod efficit, vt, ceſſante iure deuolutionis, interim penes capitulum regimen publicum tum ſacrum tum profanum ad diuturnius tempus exiſtat.* Per naturam ſuam *ſedes impedita* ad certum tempus reſtringi nequit, vt quidem *vacans*, eaque de cauſa liberius pauliſper agit, vt *vacans*, cum, impedimento ad plures annos duraturo, plures caſus emergere poſſint, qui dilationem non recipiunt, qui alias capitulo denegari ſolent, vt infra explicabo.

quæ a ſede impedita diſtinguitur.

§. XIX. Vacat præterea ſedes (II) *renunciatione*, de qua ſupra *lib. I. tit. IX.* actum eſt. (III) *Translatione*, de qua itidem egi *lib. I. tit. VII.* (IV) *Depoſitione* vel *degradatione*, de qua *lib. V.* locus agendi erit. (V) *Reſeruato eccleſiaſtico* ſeu *mutatione religionis*, ita vt ſtatim capitulo cura regiminis publici debeatur per *I. P. art. V. §. 15.* ſiue prælatus, eiuratis ſacris Romanæ eccleſiæ, confeſſioni proteſtantium nomen ſuum dederit, ſiue, repudiata confeſſione Auguſtana, ritus Romanæ

Vacat præterea ſedes variis aliis modis, imprimis reſervato eccleſiaſtico.

manæ eccleſiæ receperit. Atque hoc adeo extenſum eſt, vt, ſi *prælatus* cum *vniuerſis capitularibus*, nemine excepto, religionem mutauerit, *omnes ſtatim ſuo iure excidant*, *honore tamen famaque illibatis, fructuque et reditus citra moram cedant.* Inſolita hoc caſu oriretur vacantia, non tantum *ſede*, ſed *vniuerſo capitulo* vacantibus, eodem fere modo, ac ſi omnes omnino capitulares cum capite vna eademque inuoluiſſet ruina. Rarum omnino et vix dabilem ſuppoſuerunt caſum pacificatores, vt, ſi vnquam extiturus ſit, portenti et prodigii ſimilis cenſeri deberet. Interim tamen ſuppoſuerunt, nec tamen determinarunt, quibus faſces ſacri et profani interim, in tam inuſitata et omnimoda vacantia, obuenire debeant? Sunt, qui adhuc dubitant, vtrum deciſio pacis Oſnabrugenſis applicari poſſit, caſu licet tali emergente, forſan quod nullius hoc caſu amplius interſit, ſi omnes vno acti ſpiritu ad ſacra diuerſa acceſſerint, quod cenſent REVSNERVS *de reſeruat. iur. compet. c. XIII. n. 27.* et AVTOR *meditat. ad I. P. p. 256.* Verum horum caſtra non ſequor. Conſtituunt in imperio ſtatus duas partes, vel *catholicorum*, vel *A. C. addictorum*: ſingulæ vires ſuas augere intendunt, quæ diminuerentur, ſi permitterent, prælatum cum capitulo, ſaluo iure, ad diuerſos ritus et ſacra ſe conferre poſſe. Hoc ſi ritibus Romanis addictum capitulum faceret, vniuerſum catholicorum corpus inſurgeret, idque ageret, vt religionem mutantes ſolum eccleſiæ vertere cogerentur. Eadem prorſus ſcena luderetur, ſi capitulum, A. C. addictum, more Romano viueret, eiusque religionem induceret. Nec aliter corpus euangelicum procedere poſſet, cum, quod vni iuſtum, alteri quoque iuſtum eſſe debeat. Gum ergo et epiſcopus et capitulum *ſtatim* ſuo *iure* excidant, quis *interim* clauum rei et ſacræ et profanæ tenebit? Rationi iuris conueniens, meo iudicio, eſt, vt, capitulo catholico Auguſtanam confeſſionem profitente, *archiepiſcopus*, cui *ius deuolutionis* debetur, interim rebus communibus eccleſiæ huius, omni regimine deſtitutæ, conſulat, donec hic cum ſuffraganeis ſuis alium epiſcopum, more antiquo, conſtituerit. *Papæ* enim hoc caſu nullum ius competere, prorſus arbitror, vtpote cui in hoc extraordinario caſu nullibi vlla data eſt prærogatiua. Electus autem epiſcopus ſuo iure deinceps capitulares conſtituet. Maior difficultas appareret, ſi prælatus cum capitulo, eiuratis noſtris ſacris, Romanos ritus amplecteretur. Deeſt inter proteſtantes ſuperior, qui interim præfecturam diœceſeos gerat, quique antiquis ritibus addictum conſtituat prælatum. Interim cura huius rei ad *corpus euangelicum* tranſiret, quod, more antiquo, *viſitatorem* vel *commendatorem* conſtituere poſſet, donec ab

Quid iuris, ſi epiſcopus cum capitulo religionem mutauerit.

Digitized by Google

ipso proprius ecclesiæ vacanti datus esset episcopus, et hic capitulum nouum itidem suo iure constituisset. Hæc probabiliter meo iudicio in tam inusitato casu constitui possent, si, quod non sperandum est, mutantes religionem sponte secederent, et nulla tergiuersatione vterentur. Sed forsan de Hippocentauro disputo, adeoque meditationem abrumpo, et in viam reuertor. Referunt huc præterea Romanæ ecclesiæ doctores (VI) *permutationem*, in qua tamen reuera mutua est translatio: (VII) *Matrimonium*, quod exemplo archiepiscopi Colonienſis GEBHARDI, Agnetem comitis Mansfeldici GEORGII filiam ducentis, constat. Vid. AVTOR *histor. pac. Westphal lib. I. §. 6.* (VIII) Denique etiam de nouo vacantia renascitur, *si electus tempora neglexerit*, intra quæ consensum electioni dare, et confirmationem petere debuisset, de quo ad *tit. de elect.*

Alii modi referuntur, quibus vacantia inducitur.

Sedis vacantia secundum quid: episcopo absente; vel capto;

§. XX. Potest etiam vacantia sedis *secundum quid* esse, quando quidem adest episcopus, sed vel ob *facti* vel *iuris* impedimentum præfecturam diœceseos gerere nequit. Huc pertinet, si (1) ob *persecutionem* ad tempus *secedere* cogitur, quod CYPRIANO olim contigit, quales episcopi olim *vacantes* dicti fuerunt. *c. 8. D. 92.* (2) Si *captus* sit vel ab hostibus vel a piratis, *c. 3. de supplend. neglig. prælat. in 6.* vbi dicitur: *Si episcopus a paganis aut schismaticis capiatur, non archiepiscopus, sed capitulum, ac si sedes per mortem vacaret, illius in spiritualibus et temporalibus ministrare debebit.* (3) Si alia ratione *diutius abesse* cogatur, FERMOSIN. *de capit. sed. vacant. tr. 1. q. 2. n. 7.* maxime si nullum constituit vicarium, vel constitutus interim decessit. IDEM *cit. l. n. 17.* (4) Si ecclesia quidem habet præsulem, sed *inutilem* et *desidiosum*. Ait pontifex in *c. 2. X. de translat episc. Iuxta communem modum loquendi illa dicitur ecclesia viduata, quæ, licet episcopum habeat, inutilem tamen perhibetur habere.* Equidem in eiusmodi casu, quo omnem curam regiminis sacri episcopus deponit, capitulum nunquam succedere in illius iurisdictionem, sed ex *iure deuolutionis* illam ad *archiepiscopum* deferri, contendunt interpretes, prout ad *tit. de supplend. neglig. prælat. in f.* obiter obseruaui, et vlterius contendit FERMOSINVS *cit. l. n. 29.* sed non satis probant. Sane si viduata eo casu dicitur et est ecclesia, idem ius, quod alias, *sede plane vacante*, capitulo competit, hoc casu quoque denegari nequit, si modo ita iners, somni plenus, et ἀπραγτότατος est, vt fere indormiisse quoad *curam publicam* videatur. Neque huc recte refertur *ius deuolutionis*, quod collationi beneficiorum, certo tempore inclusæ, adiectum est. Verum quinam *inutiles* et *inertes* habendi sint, in

vel inutili existente,

tan-

Digitized by Google

tanta ſtatus eccleſiaſtici corruptione vix definiri poteſt, cum, ſi ad regulas officii epiſcopalis primæuas et genuinas prælati conferendi eſſent, plurimi in claſſem *inutilium* referri deberent. Poſſet tamen huc trahi caſus, ſi, diſpenſante pontifice, poſtularetur *natu minor* epiſcopus, et ad certum ætatis terminum capitulo adminiſtratio reſeruaretur. (5) Si præſul *ſuſpenditur*, quod operatur, ne interim ſuo officio præeſſe poſſit, adeoque cura deuoluitur ad capitulum. Vid. *ius paroch. ſect. VIII. c. 2. §. 13. ſqq.* (6) Si ob *belli* tempeſtatem, quo implicitus eſt, fuga ſalutem quærere cogitur, maxime in illis regnis, quo *iura ſuperioritatis* ſimul habent epiſcopi, quo caſu non raro vim belli in ipſa viſcera regni vel imperii conuertere poſſunt, vt ante pacem factam non reſtituantur, et ſic interim capitulum præfecturam habeat, quod exemplum capitulorum Colonienſis et Hildeſienſis recentiſſimum luculenter docet. Neque enim in imperio noſtro ſtatus eccleſiaſticus, qui vel banno imperii ſubiectus, vel regalibus priuatus eſt ab imperatore et imperio, ſtatim dignitate eccleſiaſtica et epiſcopatu priuatur, quod hodie contra antiquam imperii praxin papæ relictum eſt.

vel ſuſpenſo;

vel belli iniuria confugiente.

§. XXI. Ad *capitula proteſtantium immediata* non æque omnes adducti caſus applicari poſſunt. Vſitatior eſt modus *ſedis vacantis* per *mortem* epiſcopi aliusue prælati, quo caſu etiam *ſedes* fieri poteſt *impedita*, ſi, obſtaculo interueniente, tempore conſtituto ad electionem procedi nequit, quod recentiſſimum exemplum abbatiæ Quedlinburgenſis docet. Imo cum in nonnullis capitulis, vt Misnenſi, Naumburgenſi et Merſeburgenſi, *poſtulatio perpetuo* introducta fuerit, rarius *ſedes vacans* contingere poteſt, cum ſucceſſor certus mox adſit, qui ſtatim ipſo momento mortis prædefuncti in epiſcopatum ſuccedit, niſi aliunde ſucceſſio impediatur, forſan ob minorennitatem ſucceſſoris principis, quo caſu ſedes ſit *impedita*, et capitulo interim *quædam adminiſtratio* ſimul competit, prout iam obſeruaui *lib. III. tit. III. §. 37.* Potiſſimum ad *capitulationes* hoc caſu reſpiciendum, indeque, quid capitulo, ſede ita impedita, relictum ſit, iudicandum. Exemplum recentiſſimum eſt in *epiſcopatu Merſeburgenſi*, vbi anno 1694. capitulum poſtulauit ſereniſſimum principem, MAVRITIVM WILHELMVM, ſimulque propter eius minorennitatem electorem Saxoniæ implorauit, vt interim regimen ſuſciperet. Ipſum *decretum poſtulationis* refert LVNICH. im Teutſchen Reichs-*Archiu. P. ſpec. contin. II.* unter dem Chur- und Fürſtl. Hauſe Sachſen. *p. 702.* quo ipſo capitulum, ſede ſecundum quid vacante, præfecturam non geſſit, et forſan, rebus ſic ſtantibus, gerere non po-

Ad capitula proteſtantium non omnes modi applicari poſſunt.

potuit. Alii caſus vacantiæ vix exiſtere poſſunt; neque enim noſtri prælati transferuntur, aut permutant, epiſcopatus; rarius aut nunquam reſignant, et quis eos ſuſpenderet? Denique ſi ob captiuitatem, calamitatem bellicam, aliamue iuſtam cauſam eos abeſſe contingeret, capitulo in tali impedimento ius ſuum integrum foret.

Sede vacante capitulum præeſt diœceſi.

§. XXII. Vacante itaque hoc modo ſede, ad *capitulum* deuolvitur ius epiſcopale cum omnibus acceſſoriis, ſpeciatim non exceptis. Neque hoc tantum in *cathedralibus* obtinet eccleſiis et prælaturis *immediatis*, ſed iis etiam eccleſiis commune eſt, quæ inſtar ſedium epiſcopalium ſunt, quales ſunt *tituli cardinalium*, in quibus hi archiepiſcoporum priuilegiis gaudent, adeoque, vacante tali eccleſia, iura defuncti cardinalis ad clerum illius eccleſiæ tranſeunt. *c. u. X. de maior. et obed.* Vt vero de *poteſtate* capituli eo rectius conſtet, præiudicialis ante omnia excutienda eſt quæſtio, *quo iure capitulum, ſede vacante vel impedita, iura epiſcopalia exerceat, an proprio, an vero nudo adminiſtratorio nomine?* Proprio nomine agere dicuntur, qui poteſtatem exercent *vi officii*, quod gerunt, ex legis vel canonis diſpoſitione, non vero alterius *nomine, commiſſione* aut *beneficio*, quo in ſenſu epiſcopi *proprio nomine* gerere dicuntur iura epiſcopalia, quæ *vi officii*, quod gerunt, et cui hæc cohærent et inſunt, exercent. *Adminiſtratorio* autem *nomine* agere dicuntur, qui ex alterius commiſſione et beneficio, eiusque nomine aliquid agunt, cui etiam rationibus reddendis ſunt obnoxii, vt mandatarii, vt procuratores, vt tutores et œconomi. His fere adiungere videtur capitulum FERMOSINVS *cit. tr. q. 1. n. 7. et q. 7. n. 1.* aſſerens, capitulum ſede vacante eſſe ad inſtar *tutoris, adminiſtratoris legitimi, et œconomi*, quod eccleſia, deſtituta paſtore, vidua ac orphana dicatur exiſtere, et ita iura pupillorum habeat. Verum ſi proprio et ſtricto in ſenſu hæc accipienda ſunt, approbari nequeunt. Debetur ſane capitulis *ius epiſcopale* cum omnibus ſpeciebus non exceptis, ex legis prouiſione, non ex alterius commiſſione et mandato, et ita *proprio*, non alterius nomine omnia expedit, prout idem quoque publici iuris doctores de *vicariis imperii* obſeruant. Hi, quamuis itidem dicantur *prouiſores*, Fürmünder, Verweſer und Pfleger, *in A. B. c. V. §. 1.* minime tamen nudis adminiſtratoribus accenſendi ſunt, cum adminiſtrationem publica ex lege habeant, ſintque *adminiſtratores neceſſarii*, ſi hac voce vti velimus. Sic quoque capitulum *ex lege* vices epiſcopi quidem gerit, ſed cum reliquis *vicariis*, ab epiſcopo viuente datis, minime æquari et conferri poteſt, vt recte cenſet PETRVS LEVRENIVS *de vicar. epiſc. tr. 3. c. 1.*

et quidem iure proprio.

c. 1. q. 48. Et hoc ſenſu quoque accipienda ſunt verba *I. P. art. V. §. 17.* vbi capitulo, *ſede vacante, adminiſtratio et iurium epiſcopalium exercitium* adſcribitur. Longe enim talis *adminiſtratio*, quæ *ex legi* alicui debetur, differt ab illa, quæ *procuratori* ab homine dato aſſignatur. Accedit, quod ab antiquis temporibus epiſcopus cum ſenatu eccleſiaſtico ſeu capitulo ſuo omnem poteſtatem exercuerit, vnumque cum eo corpus conſtituerit, vt ait pontifex *in c. 4. X. de his, quæ fiunt a prał.* adeoque, exſtincto epiſcopo, capitulum ſolum ſuo iure exerceat poteſtatem, quam antea cum epiſcpo in plerisque exercebat. Quod itaque corpus *proprio iure* ad regimen eccleſiæ concurrit, viuente epiſcopo, illud ſolitarie *proprio iure* habebit præfecturam, mortuo epiſcopo, præſertim cum huius ius ſit exſtinctum, et nemo adſit, cuius nomine et beneficio illam poteſtatem exercere queat. Dicis: *pontificis* nomine. At vero ſic quoque epiſcopi nudi erunt adminiſtratores, quod curia Romana non obſcure nonnunquam innuere ſolet; ſed a ratione alienum eſt. In hoc hodie melior eſt conditio capitulorum, ſorte viſitatorum et commendatorum antiquorum, qui olim vel a metropolitanis, vel a regibus ſedibus vacantibus dari ſolebant, qui reuera *nudi* erant *adminiſtratores*, et alieno ex beneficio ac commiſſione agebant, prout ſupra obſeruaui. Tales commendationes poſtea in hoc caſu ceſſarunt, et pedetentim ad capitulum, ſede vacante, omnis cura epiſcopatus delata et lege confirmata eſt. Quæ cum ita ſint, facile tum (1) *ſtatum capituli*, ſede vacante, tum (2) *poteſtatem* eius et *iura* in *ſaeris* et *profanis* euoluere, et iis, quos leges præſcripſerunt, limitibus includere poſſumus, ſimulque determinare, quæ (3) a *iurium epiſcopalium* exercitio ſpeciatim *exemta*, et futuro ſucceſſori reſeruata ſunt, quæ tria potiora capita in ſequentibus trutinanda, et capitulis noſtris vtrum adoptari poſſint? ſimul indagandum eſt.

§. XXIII. (1) Quia capitulum dicitur *ſuccedere* in ius epiſcopi, eiusque perſonam induere, vt docet LEVRENIVS *cit. l. qu. 447.* inde quoad *ſtatum* quoque hoc præcipuum conſequitur, quod *immediate* ſubeſſe incipiat imperio, quem *ſtatum* ipſe epiſcopus viuus habuit. Habet ergo *iura ſtatuum immediatorum* Germaniæ, imo recte *ſtatus imperii* dici poteſt, maxime, vbi ſedes eſt impedita ad pluresannos. Id quidem negat GAIL. *l. obſ. 30. n. 13.* ſed male argumentum ducit a ſtatu capituli *ſede non-vacante* ad ſtatum eius *ſede vacante.* Illo caſu quidem ſtatus imperii dici nequit, bene tamen hoc, vt recte contra eum aſſerit defenditque PETRVS FRIDERVS *de proceſſ. lib. I. c. 19.* §. 7. Capitulum ſede vacante fit immediatum, et ſtatus imperii.

Digitized by Google

§. 7. Docent id ipſum effectus, qui hanc qualitatem aperte arguunt.

Vocatur ad comitia.

Nam I) ſede vacante, *vocatur ad comitia imperii* tam vniuerſalia, quam particulares conuentus, quod antiqua imperii praxi et legum publicarum ſanctione conſtat. Sic receſſui imperii de *anno 1555.* ſubſcripſit Dechant und Capitul zu Minden, ſimiliter receſſui de *anno 1559.* Probſt, Dechant und Capitul des Thum-Stifts zu Freyſingen, et receſſui de *anno 1654.* Dechant und Capitul des Stifts Worms. Speciatim de capitulis A. C. addictorum diſponit *I. P. art. V. §. 21.* quod *ſede vacante capitula, et quibus adminiſtratio cum iis coniunctim competit, ad vniuerſales aeque ac particulares deputationum, reuiſionum, aliosque conuentus imperiales litteris ſolitis euocari, et iure ſuffragii frui debeant, prout quisque ſtatuum ante religionis diſſidia eorum iurium particeps fuit.* Comparent ergo capitula in comitiis per deputatos, illisque integrum eſt, quas et quot perſonas mittere velint, vt ſtatim *cit. l.* ſubiungitur: *Quae vero et quot perſonae ad eiusmodi conuentus mitti debeant, de eo praeſulibus cum capitulis et conuentualibus ſtatuere liberum eſt.* Fit etiam hic mentio *conuentualium*, qui in abbatiis immediatis *capitulum* conſtituunt, et ita, ſede vacante, *iure ſtatuum* quoque fruuntur.

Habet ius Auſtregarum.

§. XXIV. Fruitur II) porro *iure Auſtregarum*, quod itidem quidem in dubium vocat GAIL. *cit. l.* ſed ſine ratione. Concedit enim, quod immediate imperio ſubſit; quibus hoc forum denegari nequit, licet ne quidem *iure ſtatuum* gaudeant, quale exemplum eſt in nobilibus immediatis imperii B. STRYK. *de for. Auſtreg. §. 29.* ill. COCCEI. *de Auſtreg. q. 4.* Concedit inſuper, quod in camera conueniri poſſit, in qua nemo niſi immediate ſubiectus in prima inſtantia conueniri poteſt, quod ipſum ſimul ius Auſtregarum arguit. Denique non leue praeiudicium inferretur epiſcopo poſtea electo, ſi capitulum immediate in camera conueniendum eſſet, quia hic eo ipſo, amiſſo priuilegio primae inſtantiae, litem ibidem coeptam continuare cogeretur. Ad dubia, quae leuis momenti ſunt, reſpondetur in *cit. diſſert.* Dn. COCCEII. Conf. PRVCKMAN. *vol. I. conſ. 20. n. 84.* LIMNAEVS *in iur. publ. c. 5. n. 29.* FRIDERVS *cit. l.*

Superioritatem territorialem exercet.

§. XXV. Ea de cauſa quoque capitulum III) *ſuperioritatem territorialem*, ſede vacante, exercet, vt praxis quotidiana confirmat. Improbaſſe hoc videtur CONRINGIVS *de conſtit. epiſc. German. §. 68. in f.* aiens: *Imo vero ſede epiſcopali vacante non dubitant vulgo cathedralia collegia ſibi vſum et poſſeſſionem regalium bonorum arrogare, quaſi illa*

Digitized by Google

illa ne quidem morte eius, cui fuerint collata, in imperatorum potestatem queant recidere. Idem prorsus negat B. HEROLDVS *obseru. forens. decis. 6. p. 159. seq.* eiusque sententiæ accedit B. HERTIVS *de special. Rom. Germ. imp. rebuspubl. §. 36.* ex his rationibus: 1) quod superioritas territorialis sit potestas ab imperatore et imperio, mediante inuestitura imperiali, dependens, ista vero nunquam capitula, neque ab imperatore, neque ab alio eius nomine sint inuestita: 2) quod iura territorialia statim recidant in imperatorem: 3) quod tantum status prouinciales sint, adeoque superioritas territorialis ad eos relabi non possit. Miror omnino, ob hæc dubia capitulo ius sublime territorii denegatum fuisse, cui tamen *ius status* denegari nequit, vnde recte in contrariam iam olim abiit sententiam TABOR *de metat. P. I. c. 6. §. 11. in f.* *Primum* sane argumentum facile hac instantia dilui potest, quod ciuitates immediatæ superioritate hac gaudeant, vtut a cæsare ea haud inuestiantur. Superioritas hæc *territorio* inhæret, et sicuti huius administrationem interim capitulum gerit, ita quoque *iura superioritatis* similiter exercet, quod praxis imperii quoque confirmat. Nemo erit, qui episcopis, ante omnem inuestituram, vnquam *sublime ius territorii* in dubium vocaturus sit, cum aliunde satis constet, quid *inuestitura* ad translationem huius iuris conferat, de quo plenius MONZAMBANO *c. s. §. 28.* edisserit. *Altera* ratio itidem erronea est, nec liquet, quomodo iura territorio inhærentia ad imperatorem deuolui queant. Quodsi ad eum transirent, constituere posset vicarium, qui interim iura hæc sublimia exerceret, quod tamen hactenus factum non fuisse constat. Denique *vltima* tantum loquitur de capitulo, *sede non vacante*, quo casu nec immediatus imperii status est, nec huic cohærentia iura habet. Rectius philosophatur KVLPISIVS *ad Monzamban. P. II. c. 5. §. 35.* et, *capitulum*, ait, *imperii consuetudine, defuncto episcopo, iurisdictionem, regalia, superioritatisque iura omnia retinet, in eaque quodam accretionis modo succedit.* Breuiter: capitulum continuat ius episcopi, donec nouus electus fuerit, qui demum *ex more* inuestituræ renouationem petere debet, sibique merito applicat verba *I. P. art. VIII. §. 1.* quibus cautum, quod *omnes et singuli electores, principes* et *STATVS IMPERII ROMANI* (quibus etiam *capitula* accensenda sunt) *in antiquis suis iuribus, prærogatiuis, libertate, priuilegiis, libero iuris territorialis, tam in ecclesiasticis quam politicis, exercitio, ditionibus, regalibus, horumque omnium possessione stabiliti firmatique esse debeant.*

Digitized by Google

Functiones quoque personales capitulo adscribunt, vt archiofficia cum iure eligendi ea sarem.

§. XXVI. Præter hæc iura hodie IV) territorio cohærent aliæ *prærogatiuæ* et *functiones* grauissimæ, quæ in quemuis electum transeunt cum reliquis iuribus, interim sede vacante per capitulum continuatis. Vnde quoque has *prærogatiuas* et *functiones* capitulum sibi vindicat. Notum est, quod *eligendi ius* electoribus ecclesiasticis potissimum debeatur propter *archi-officia*, quibus coruscant: secularibus electoribus illud assignatur *virtute principatuum suorum*, in *A. B. tit. VII. §. 2.* vbi clare seculares in hoc ab *ecclesiasticis* distinguuntur, vtpote qui diœcesin *aliunde* habent. Speciatim Moguntinus *archicancellarius* est, virtute cuius officii et *ius conuocandi coelectores* ad actum electionis, et *directorium* in comitiis exercet. Eadem sibi iura vindicat capitulum, sede archiepiscopali vacante, nec desunt ICti, qui huius causam agunt. Vid. CRVSIVS *ad A. B. tit. I. §. 18. p. 344.* GOLDASTVS *lib. III. de Bohem. c. 6.* qui exemplum capituli Colonienfis anno 1562. ad electionem MAXIMILIANI II. vocati adfert. De *directorio* in comitiis præsentibus imperii, sede Moguntina vacante, aliquoties litem motam fuisse, acta publica docent, capitulo præsertim anno 1675. et anno 1678. hoc ius strenue contra Treuirensem et Saxoniæ electorem prætendente, et ad exemplum anni 1647. prouocante. Vid. FRITSCHIVS *ad Limn. lib. IX. c. 1. §. 131.*

et directorio Moguntini.

Quod in dubium vocatur ex sex argumentis.

§. XXVII. Verum capitulis a plerisque ICtis harum functionum iura denegari, in propatulo est, quorum intentio ex his fundata est rationibus: 1) quia huiusmodi functiones *personales* sunt, singularem *prærogatiuam* et *iura amplissima* continentes, quæ non æque in capitulum transeunt, sicuti in eum non transeunt *iura ordinis*, quæ certam *qualificatam personam* requirunt. Saltim 2) non videtur intentio hæc archiofficia conferentium fuisse, vt ab aliis, quam ipsis *archiepiscopis*, quorum insigni dignitati hoc datum est, administrentur. Quanta ab antiquis temporibus archiepiscopi dignitate, veneratione, et gradus eminentia ab aliis ecclesiasticis personis distincti fuerint, res ipsa loquitur. Huic præeminentiæ hæc *archiofficia* accessere, et sicuti 3) illa in capitulum non transit, vtpote quod *archiepiscopalem dignitatem* et *gradum* sibi vindicare nequit, ita nec functiones, quæ *archiepiscopis* ob summum atque altissimum in ecclesia gradum concreditæ sunt, sibi tribuere potest. Decus sane illud non habet, nec sibi vindicat, quod *archiepiscopali muneri* datum est, sed *simplicem iurisdictionem* cum suis speciebus: proinde etiam 4) in *A. B. tit. I. §. 18.* ius conuocandi coëlectores ARCHIEPISCOPO *Moguntinensi* nominatim tribuitur, sub hac præterea restrictione, *qui fuerit pro tempore:* capitulum *pro tempore*, sede vacante, *archiepiscopali* non fulget *dignitate* et splen-

ſplendore, qua tamen is gaudere debet, qui collegas ad actum eminentiſſimum, totius imperii ſalutem continentem, inuitat et conuocat. Quid? quod 5) aliæ *functiones eccleſiaſticæ*, hereditariæ quamuis ſint, capitulo denegantur, quorſum refero *vicariatus papales*, quibusdam archiepiſcopis competentes, propter quos *vicarii nati* dicuntur. Quis autem hanc *patriarchalem dignitatem* et *vice-papatum* capitulo adſcriberet, quod ornamentum ſolius *præſulis* intuitu conſtitutum, et poſteris quoque aſſignatum eſt? Conf. ARVMAEVS ad *A. B. diſſ. II. §. 12.* THVLEMARIVS *de octouir. c. 24. n. 14. et 20.* MONZAMBANO *de ſtatu imp. Germ. c. 4. §. 4.* KVLPISIVS *ad b. Aut. P. II. c. 5. §. 26. p. 163.* Denique 6) quamuis capitulum ſuccedere dicatur epiſcopo, ſunt tamen alia iura ſingularia et varia *ornamenta*, epiſcopis qua talibus propria, quæ ex *dignitate* eorum fluunt, et in capitulum haud tranſeunt. LEVRENIVS *de vicar. epiſc. qu. 459. 462.*

§. XXVIII. Atque hæc quidem ad *ſtatum capituli*, ſede vacante, pertinent. Pergo (II) ad *iura eiusdem*, quæ conſiſtunt *in iurium epiſcopalium exercitio*, vt dicitur in *I. P. art. V. §. 17.* non *abſoluto* et *libero*, quod epiſcopo ipſi competit, ſed *reſtricto* et *limitato*, prout hic ipſe titulus indicat, vbi cauetur, ne, ſede vacante, quid innouetur. Quamuis enim ſupra dictum ſit, quod capitulum *iure proprio* iura epiſcopalia interim adminiſtret, id tamen non impedit, quo minus *exercitium poteſtatis* eiusdem variis modis *reſtringi* et coarctari queat, quemadmodum *vicarii imperii* interregni tempore cæſaris vicem gerunt, nec tamen indiſtincte, quæ cæſaris ſunt, ſibi vindicare poſſunt. Generatim hanc regulam conſtituit BARBOSA *de canon. c. 42. n. 16.* NICOLAVS ZALOSZOVVSKI *de poteſt. capitul. ſede epiſc. vac. P. I.* CORVINVS *de perſ. et benef. eccleſ. P. I. lib. 1. c. 26. n. 14.* cum pluribus aliis, *capitula omnia facere poſſe, quæ ſunt ordinariæ iurisdictionis, niſi expreſſe prohibita reperiantur*, quam regulam pluribus exemplis illuſtrat, et magno Dd. aſſenſu exornat FERMOSINVS *cit. l. tr. 1. c. 1. n. 6. et 7.* Ipſe FERMOSINVS in alia omnia ire videtur, capitulique poteſtatem ad ea tantum reſtringere, quæ ſunt *iurisdictionis contentioſæ* et *neceſſitatis*. Alii regulam a BARBOSA aliisque adductam plané inuertunt, contendentes, capitulum epiſcopo tantum ſuccedere in ea, quæ in iure reperiuntur expreſſa, quorſum collineant in ſcenam producti a FERMOSINO *cit. l. n. 9.* Sic fit, vt,

Dum vitant ſtulti vitia, in contraria currant.

Hæc incertitudo aliunde haud nata eſt, quam quod in iure canonico non ſatis determinatum ſit, quo iure gaudeat capitulum. Eadem incertitu-

Capitulum ſede vacante exercet iura epiſcopalia.

Sed limitate et ſub reſtrictione incerta.

Digitized by Google

dine fluctuant iuris publici conſulti, de *vicariorum* poteſtate, tempore interregni, agentes, vbi itidem alii hanc ponunt regulam: *Vicarios omnia illa facere poſſe, quæ illis expreſſe legibus publicis non ſunt ademta;* e contrario alii contendunt, *eos nihil plus ſibi arrogare poſſe, quam quod vel A. B. iis conceſſum, vel obſeruantia obtinuere.*

Fundamentum reſtrictæ poteſtatis ponitur.

§. XXIX. Sicuti vero quoad *vicarios imperii* priorem regulam magis fundatam eſſe arbitror, id quod etiam euidentia rei Germanicæ docet, quæ *ἀναρχίαν* pro parte non admittit; ita quoque quoad *capituli poteſtatem* primam certo modo in iure magis fundatam, hoc tamen modo circumſcribendam eſſe, arbitror: *Sede vacante in capitulum exercitium iurisdictionis epiſcopalis cum omnibus ſpeciebus et acceſſoriis tranſit, quatenus* 1) *hæc in capitulum tranſire poſſunt, nec* 2) *iurium epiſcopalium diminutionem et innouationem continent.* Prior limitatio excludit *iura ordinis*, quæ ex *conſecratione* fluunt, et *functiones perſonales*, quæ *dignitati* archiepiſcopali cohærent, imo et illa, quæ ex *delegatione* pontificis ad eius perſonam reſtricta ſunt. Poſterior *hoc titulo* continetur, et hac ſine dubio ratione fundatur, quod *innouatio* non poſſit non præiudicium graue continere, a qua merito abſtinendum, præſertim cum hæc vacantia ad breue duret tempus, intra quod tales actus facile ſuſpendi, et cognitioni futuri epiſcopi reſeruari poſſint. Certe ſi *ſedes impedita* eſt, et ad *plures annos* vacantia eius extenditur, plura etiam ex his capitulo indulgeri poſſunt et debent *iure* prorſus *extraordinario*, quæ alias ei haud competerent, ſi *neceſſitas quædam* euidens talem *innouationem* deſiderat. Hanc enim ſub regula non contineri, prorſus exiſtimo, quæ de *ordinaria vacantia* tantum intelligenda eſt, et ſicuti ſedes impedita eſt maxime *extraordinaria*, ita quoque quod eidem *extra ordinem* maior poteſtas pro re nata tribuatur, ratio *præfecturæ diuturnioris* ſuadet.

Quædam in capitulum tranſire nequeunt, quædam reſtringunt poteſtatem capituli, vt quæ ad innouationem iurium epiſcopalium tendunt,

nisi ſedes impedita ſit ad longius tempus.

Innouatio ideo prohibetur capitulo, quia legitimo defenſore interim deſtituitur ſedes.

§. XXX. Eſt ergo capitulo, ſede vacante, *innouatio* omnis interdicta, ſeu iurium epiſcopalium *imminutio* et *mutatio, cum non ſit, qui ius epiſcopale tuetur*, vt ait INNOCENTIVS III. in *c. 1. X. h. t.* et *eccleſia legitimo defenſore careat*, *c. f. X. h. t.* Habet quidem interim defenſorem, *capitulum* ſcilicet, conſtat tamen ex adductis circumſtantiis, capitula vbique fere inſidias ſtruxiſſe iuribus epiſcopalibus, et hac occaſione varia iura inſignia, epiſcopis propria, ſibi vindicaſſe. Reuera ergo deeſt, qui iuribus epiſcopalibus inuigilet, et pro iis conſeruandis laboret. Quamdiu mos, mittendi ad eccleſiam vacantem *viſitatorem* vel *commendatorem*, vigebat, talis defenſor non deficiebat; his vero potentia capitulorum excluſis, omnino prouidendum fuit, ne capitulum quid innouaret,

Digitized by

ret, et in *cauſa ſua* arbitrium ſibi tribueret. His moribus plerique vivunt, vt, quod ſibi *vtile* et *conducibile* videtur, appetant, et data occaſione, inuadant arripiantque, et leges poſtea ſuis cupiditatibus applicent, vt verum ſit illud HORATII:

Cum ventum ad verum eſt, ſenſus moresque repugnant,
Atque ipſa vtilitas iuſti prope mater et æqui.

Atque hæc omnia *prætextu iuris* incruſtamus, *exemplum aliorum* iuſtificamus, et denique *obſeruantia* quadam, non ſatis fundata, excuſamus, in alios rigidi, in nosmet ipſos leniſſimi mitiſſimique cenſores. *Eheu*

Quam temere in nosmet legem ſancimus iniquam!

§. XXXI. Continuare ergo capitulum iura epiſcopalia, quæ et quatenus ſunt conſtituta, non *mutare*, futuro epiſcopo præripere, aut ſtatum præſentem *innouare* debet. Proinde I) quos prælatus defunctus *ſpecialiter exemit*, et ſibi *immediate* ſubiecit, vt vnice a ſe, non ab aliis ſubalternis inſpectoribus, dependerent, capitulum aliis ſubiicere non debet, ſed cauſæ deciſionem futuro prælato, quæ iura eius propria concernit, reſeruare. Ita cenſuit *menſ. Septembr. 1705.* illuſtr. facult. iurid. huius loci in caſu ſequenti: Exemtionem mutare nequit.

Hat die Frau Abbatiſſin zu Kayſerburg, als ein immediater Reichs-Stand, ein zahlreiches Miniſterium in ihrer diœceſi unter ſich, in welchem die Paſtores nicht nach ihrem Alter, wie ſie angenommen, ſondern nach ihren Kirchen rangiret ſeynd, über welche Prediger von Zeit der reformation die Stifts-Hof-Prediger die Inſpection gehabt, bis anno 1647. die damalige Fr. Abbatiſſin ihren Hof-Prediger wegen eines wider ihn gefaſten Unwillens, bey vacirender Paſtorats-Stelle in der Stadt, dahin transferiret, und ihm dabey die Superintendur gelaſſen, und ſolcher geſtalt zuerſt die Hof-Prediger-Bedienung von der Inſpection ſepariret worden, dadurch auch der Stadt-Superintendens den Rang vor dem Hof-Prediger erhalten. Hat hierauf die nachfolgende Abbatiſſin ihrem neuen Hof-Prediger das prædicat eines Ober-Hof-Predigers zugeleget, und mit dem Bedinge anhero beruffen, daß er von niemand als von Deroſelben und dem Conſiſtorio dependiren, noch an den Superintendenten gewieſen ſeyn ſolte, wie Er denn auch dergeſtalt in die poſſeſſion würcklich geſetzet worden, und die bey vorkommendem Buß-Tage benöthigten Texte, Er ſo wol als der Superintendens vorgeſchlagen, und die Wahl der Abbatiſſin überlaſſen worden. Da nun, ſede vacante, der Superintendens ohne Communication mit dem Conſiſtorio und zeitigen Ober-Hof-Prediger den damals reſidirenden hohen

Digitized by Google

Capitularinnen einige textus vorgeſchlagen, und ſolche ſo wol an den Ober-Hof-Prediger als andere, nebſt einer ohne Commiſſion des Conſiſtorii concipirten Gebets-Formul, herum geſendet, der Ober-Hof-Prediger aber daſſelbe nicht annehmen wollen, hingegen der Superintendens den Ober-Hof-Prediger ſo wol, als andere Prediger, unter ſeiner inſpection zu haben prætendiret, ſo wird dahero gefraget:

Weil hierüber bey Regierung einer *Abbatiſſin* nie *lis in Conſiſtorio mouiret* iſt, ob, ohne Abſicht auf einer Hoch-Fürſtl. Herrſchaft hiebey *verſirenden reſpects*, und da kein *periculum in mora* iſt, *ſede vacante* dieſe Sache abzuthun, oder vielmehr bis zu einer neuen *Abbatiſſin* auszuſetzen?

Ob nun gleich aus denen Canoniſchen Rechten bekant, quod ſede vacante eadem poteſtas et iurisdictio competat capitulo, quæ viuo epiſcopo competebat;

c. 11. X. de maior. et obed.

CORVIN. *in elem. iur. can. lib. I. tit. 19. §. 1.*

Weil aber dennoch ein groſſer Unterſcheid iſt inter continuatam adminiſtrationem epiſcopalem vacante ſede, et inter innouationem illius, quod a defuncto epiſcopo iam conſtitutum et ordinatum eſt, immaſſen nur das erſte, nicht aber das letztere bey der ſedis vacantz erlaubet iſt, nihil enim innouandum eſt, ſede vacante;

c. 1. X. ne ſede vac. aliq. innou.

Zumahl da hieraus kein præiudicium dem Stifte zuwachſen kan:

So halten wir davor, daß hierin a Capitulo keine Neuerung vorzunehmen, ſondern die Sache bis zur Wahl einer neuen Abbatiſſin auszuſetzen ſey. V. R. W.

Feuda epiſcopalia ſuis vſibus redimere nequit.

§. XXXII. Similiter II) ad *innouationem* pertinet, ſi tempore ſedis vacantis, defuncto epiſcopo, etiam A. C. addicto, capitulum *feuda territorii epiſcopalis*, quorum dominium directum ad epiſcopum ſpectaret, *ſibi redimere*, et in ſuos vertere vſus vellet. Hunc caſum B. HEROLDVS *in obſeru. forenſ. deciſ. 6.* plene excutit, quem tantum hic *in theſi* allego, interim non negans, multas in eo occurriſſe circumſtantias, quæ prægnantes rationes dubitandi formare potuerint. Multa enim, quæ ab initio inualida ſunt, ex poſtfacto aliun-

Digitized by Google

aliunde conualeſcere et ſubſiſtere poſſunt, quæ pondera hic examinare non vacat.

§. XXXIII. Porro III) bona eccleſiæ vacantis alia ratione *alienare*, aut ſtatum eius immutare nequit; LEVRENIVS *cit. tr. qu. 493.* niſi talis emergat caſus, vt alienatio ſit neceſſitatis, et differri non poſſit, quod maxime in caſu ſedis ad plures annos vacantis contingere poteſt. Huc quoque referunt, quod capitulum, ſede vacante, pro iuribus epiſcopalibus ne quidem *in iudicio contendere*, multo minus *tranſigere* poſſit, *c. f. X. h. t.* niſi rurſus caſus *magnæ* et *manifeſtæ neceſſitatis* id vrgeat. Plura ante annum 1711. erant grauamina ſtatuum prouincialium epiſcopatus Hildeſienſis contra capitulum eiusdem eccleſiæ, ſede impedita iura epiſcopalia diſpenſans. De his, contra ſubditos A. C. addictos, iuxta inſtrumentum pacis exercendis grauiſſimæ vtrinque erant enatæ lites, quæ aliter quam forti manu, ad ductum I. P. componi non poterant. Tandem capitulum anno 1711. cum ſtatibus prouincialibus, interuenientе auguſtiſſimo magnæ Britanniæ rege, et iura ſtatuum prouincialium defendente, de obmotis controuerſiis ſolenniter tranſegit, et quidem tranſigere debuit potuitque. Erat iam ſedes vacans per plures annos; futuri epiſcopi ſucceſſio adhuc in ſuſpenſo erat, interim morbo quotidie latius ſerpenti occurrendum, et vigor inſtrumenti pacis neceſſario conſeruandus. Sub hiſce imminentibus periculis futuri epiſcopi ſucceſſio exſpectari non poterat; ſed maturis remediis diſſenſionum ſemina eradicanda, et querelæ amputandæ. Quamuis vero hic ſolennis receſſus præſentem epiſcopum ſine omni dubio, rebus ſic ſtantibus, obſtrinxiſſet, placuit tamen vberioris cautelæ gratia eidem hanc annectere clauſulam: Allermaſſen dann auch das Thum-Capitul hiemit verſpricht, nicht allein ſelbſt über dieſen receſs zu halten, ſondern auch den künftigen Landes-Herrn zu obſeruirung deſſen in der aufzurichtenden Capitulation mit allem Ernſt und Kräften zu verbinden.

Alienare nequit, nec tranſigere de iuribus epiſcopalibus.

§. XXXIV. Ad innouationem IV) quoque recte refertur *vnio* beneficiorum ad epiſcopi collationem pertinentium, quam capitulum facere nequit, *c. 1. X. h. t.* vt ſupra *p. 436.* iam dixi, cum collationes ad epiſcopum ſpectantes inde minuantur, maxime ſi per vnionem ſupprimitur titulus, vt recte cenſet FERMOSINVS *tr. de capitul. ſed. vac. qu. 16. n. 6.* BARBOSA *de canon. c. 42. n. 99.* Idem applicat FERMOSINVS *cit. l. n. 1.* ad *dismembrationem beneficiorum*, vtpote quæ alienationem in ſe continet, cum ſolennitate perficiendam. Concedere eandem videtur capitulo PETRVS LEVRENIVS *de vicar. epiſc. qu. 535.* qui etiam *vniendi*

Vnio capitulo prohibita eſt.

Digitized by Google

endi poteſtatem ei haud abiudicat, in qua opinatione quoque eſt WIESTNERVS *h. t. n. 34.* Equidem quoad *vnionem* a priori ſententia me non poſſunt retrahere argumenta diſſentientium, cum omnino innouet, qui vnit, et collationes præbendarum minuat, denique ius canonicum hic reclamet. *c. 1. X. h. t.* Aſt in *dismembratione* eorum ſententiam approbo, non quod capitulo ius vniendi competat, ſed quod in dismembratione maxime *præbendarum epiſcopalium* collationes epiſcopales magis augeantur, quam minuantur, et numerus earum creſcat. Occurrit quidem quædam in *dismembratione* alienatio, ſed 1) non extra vſum et patrimonium eccleſiæ: 2) non in præiudicium epiſcopi: 3) nec cum innouatione iurium epiſcopalium: 4) denique *neceſſitate* et *vtilitate* ſuadente, absque qua facilius *vniones*, ſed non *dismembrationes* fiunt. Hæc tamen ſententia trahi nequit ad dismembrationem bonorum menſæ epiſcopali incorporatorum, quippe quæ in euidentem epiſcopi tenderet perniciem, innouationemque prohibitam contraheret. Breuiter, quæ tendunt ad *diminutionem*, *mutationem* et *graue præiudicium* iurium epiſcopalium, *regulariter* capitulum ſibi arrogare nequit, cetera iuris epiſcopalis capita cum omnibus ſpeciebus exercere poteſt, quæ exemplo LEVRENII aliorumque non neceſſe eſt, ſigillatim referre, cum ſufficiat, quod in capitulum *iurium epiſcopalium exercitium* tranſeat, illudque ei inſtrumento pacis confirmatum ſit. Plus dico, aſſeroque, etiam hæc, quæ *innouationem* quandam iurium epiſcopalium in ſe continent, capitulo permiſſa eſſe, ſi ſedes vacans eſt ad plures annos, iuſto interueniente impedimento, quatenus cauſa moram non patitur, ſed neceſſitas eandem ſuadet, iubetque. Hanc *limitationem* interpretes ſingulis capitibus, capitulo prohibitis, ſubiungere ſolent, non alia de cauſa, quam quod, quæ capitulo prohibita ſunt, ideo prohibita ſint, quia ob *breue vacantiæ tempus* differri poſſunt, et, cum præiudicium aliquod futuro epiſcopo adferant, merito eius diſpoſitioni reſeruari debeant.

non dismembratio,

niſi in præiudicium epiſcopi tendat.

§. XXXV. Denique quod (III) vltimum membrum concernit, quamuis *collatio beneficiorum* quoque ad *iura epiſcopalia* pertineat, conſtat tamen ex *c. 2. X. h. t.* quod hæc *capitulo* ſpeciatim denegata ſit, *cum nunquam*, ait pontifex, *in iure cautum*, *quod capitulum*, *vacante ſede*, *fungatur vice epiſcopi in collationibus.* Videlicet collatio beneficiorum, epiſcopo competens, actum merum *gratiæ* continet, moram admittit, et futuri epiſcopi diſpoſitioni commode reſeruari poteſt. Nec obſtat, quod diuturna vacantia beneficiorum officiorumque ſacrorum præcauenda ſit, illud enim incommodum aliunde auerti poteſt, tum ſi interim fidu-

Non confert beneficia epiſcopi collationi debita.

fiduciæ alterius clerici vacans officium commendetur, tum ſi electio epiſcopi vel prælati maturetur. Conf. LEVRENIVS *cit. tr. qu. 525.* FERMOSIN. *cit. l. qu. 23. n. 3. ſqq.*

§. XXXVI. Quæ cum ita ſint, euidens eſt, (I) capitulum non poſſe *recipere reſignationem præbendarum in fauorem tertii*, quippe quæ in ſe tacitam collationem continet, cum ei, in cuius fauorem fit, præbenda conferatur. FERMOSINVS *cit. l. qu. 25.* Equidem FLAMINIVS PARISIVS *lib. VII. c. 23. n. 20.* in alia omnia iuit, ex ea ratione, quod *receptio reſignationis* ad iurisdictionem epiſcopi pertineat, nullibi capitulo interdicta. Verum aut loquitur de *ſimplici reſignatione*, aut de ea, quæ fit *in fauorem tertii.* Si de *poſteriori*, oppido falſa eſt eius doctrina, cum omnis collatio beneficiorum, ad ius epiſcopi ſpectantium, capitulo ſit interdicta, nec *per indirectum* a capitulo fieri poſſit: ſi de *priori*, admitto eius ſententiam, quia in *admiſſione reſignationis ſimplicis* ius futuri epiſcopi non minuitur, ſed augetur, eique gratiam conferendi occaſio ſuppeditatur, multo minus vero actus conferendi exercetur. Proinde beneficium, reſignatione vacans, collationi epiſcopi futuri reſeruari debet.

Nec recipere reſignationes beneficiorum in fauorem tertii.

§. XXXVII. Fluit quoque (II) exinde, capitulum, ſede vacante, non poſſe *admittere reſignationem beneficiorum ex cauſa permutationis*, quippe in qua latitat mutua in fauorem alterius reſignatio, et neceſſitas conferendi beneficia permutata. Nec admitti debet capituli exceptio, quod talis collatio *ex neceſſitate* fiat, non *voluntate libera;* illa enim neceſſitas ex ipſius capituli facto naſcitur, dum talem reſignationem, quæ *mutuam collationem* continet, admittit. (III) Illud minus dubii habet, poſſe capitulum, ſede vacante, conferre beneficia, eorumque reſignationes recipere, et permutationi auctoritatem præbere, ſi ad *ſolius capituli collationem* ſpectant. Imo idem quoque dicendum, ſi ad *capituli et epiſcopi collationem æqualiter* pertinent, quia ſic, defuncto prælato, ius conferendi beneficia capitulo *ſolitarie* accreſcit, nec ius epiſcopi, ſed proprium exercet. *c. 1. h. t. in 6.* Dixi *æqualiter:* quandoque enim collatio *principaliter* epiſcopo debetur, vt tamen ad *conſilium* et *conſenſum capituli* adſtrictus ſit, hoc effectu, vt, ſi capitulum iuſtas diſſentiendi adferre poſſit cauſas, collatio fieri non debeat; quandoque *principaliter* capitulo competit, vt tamen itidem explorari debeat *conſilium* epiſcopi. Priori caſu capitulum ſede vacante talia beneficia conferre nequit, bene tamen poſteriori, *c. cit. 1.* cum diuerſa ſint, *coniunctim conferre cum aliquo beneficium*, et *cum aſſenſu et conſilio alterius conferre.* Hic enim epiſcopus perſonam eligit, nominat, et tantum *conſilium*

Nec permutare beneficia;

nisi beneficia ad collationem capituli ſpectent.

ſuum aperit capitulo, vt, ſi iuſtas contradicendi cauſas habeat, eas allegare poſſit, quibus deficientibus nominato beneficium *ſuo*, non ſimul capituli *nomine* confert; ibi vero capitulum cum epiſcopo *ſimul* perſonam eligit, nominat, et *vtriusque nomine* collatio reliquique actus ei cohærentes expediuntur.

Vel ſedes ad longum tempus impedita ſit;

§. XXXVIII. Sede *ad plures annos* impedita, (IV) ratio iuris poſtulat, vt capitulo *ius conferendi beneficia vacantia*, et ad ius epiſcopi pertinentia, integrum eſſe debeat. Neque enim pontificem ad hunc caſum *irregularem* reſpexiſſe, probabile eſt, quin potius ratio rei eccleſiaſticæ poſtulat, vt potius officium eccleſiaſticum interim conferatur habili, quam *fiduciario* ad tam longum tempus commendetur. Multo magis hoc (V) dicendum, ſi *per culpam ipſius epiſcopi* vacantia nata eſt, forſan quod ſuſpenſus ſit, et ipſe moram in petenda relaxatione ſuſpenſionis committat *c. 1. verſ. cum vero h. t. in 6.* Denique (VI) idem quoque applicant ad *feuda vacantia*, et capitulo *nouam* eorum *collationem* denegant, de quo ad *tit. de feudis* locus agendi erit.

vel culpa epiſcopi vacantia nata.

De vacantia in capitulis mediatis ſeu collegiatis.

§. XXXIX. Atque hæc quidem pertinent ad *ſtatum* et *iura capitulorum*, ſede vacante, *immediatorum*. Dantur præterea etiam *capitula*, in quibus *cathedra epiſcopalis* deeſt, et ita *ſedes* in ſenſu adducto *vacans* concipi nequit, et quamuis forſan in ipſa diœceſi *ſedes vacans* ſit, ſtatus tamen et iura horum capitulorum inde haud mutantur, ſed priſtino more adhuc viuunt, adminiſtrant et agunt. Talia ſunt (I) *capitula collegiatarum eccleſiarum*, (II) *capitula epiſcopatuum ſeculariſatorum*, vel alias in territoriis proteſtantium principum aut ciuitatibus imperii exiſtentia, et veteri iuri epiſcopali ſubducta. *Illa* quod concernit, vtplurimum ſubſunt *epiſcopo*, ſicuti ceteræ eccleſiæ, monaſteria, aliaue pia corpora, adeoque, ſede vacante, ſubſunt *capitulo ſupremo*, eius iuriſdictionem agnoſcunt, et, vt binis verbis dicam, quam epiſcopus poteſtatem in eccleſias collegiatas exercuit, eandem, eo mortuo, exercet capitulum, niſi aliunde reſtricta ſit. Reguntur tamen etiam hæc capitula per *decanum* vel *præpoſitum*, cui non raro quoque *iuriſdictio* quædam *inferior* competit, cum pluribus aliis iuribus eminentibus. Mortuo ergo tali prælato, ad *capitulum eccleſiæ collegiatæ* exercitium iurisdictionis aliorumque iurium, prælaturæ huic cohærentium, in *praxi* redit, quod etiam *rationi iuris* conueniens eſt. Etenim prælatus, qui capitulo tali præeſt, itidem *vnum corpus* cum capitulo conſtituit, et tanquam *præſes capituli*, adeoque intuitu *capituli*, primario iura ſua exercet, imo admodum veriſimile eſt, capitulum talia iura in prælatum ſuum transtuliſſe.

Per mortem decani vel præpoſiti.

Quo caſu eorum iura redeunt ad capitulum.

Con-

Conſtat ſane ex fide diplomatum, quorum ingens moles in promtu eſt, plura eximia iura *generatim* et *indefinite* olim capitulis conceſſa, ab epiſcopis et imperatoribus confirmata, quandoque etiam aucta fuiſſe. Horum adminiſtrationem vel *decani* vel *præpoſiti* paulatim ad ſe traxerunt ex conceſſione capituli *expreſſa* vel *tacita*, cum admodum conueniens erat, iura capituli per vnum, eumque membrum capituli præcipuum et caput, regi. Equidem tractu temporis *inſeparabiliter* eadem prælaturæ annexa fuere, merito tamen, vacante prælatura, interim redire debent ad collegium, cuius intuitu a prælato poſſidentur et exercentur.

§. XL. Ad *epiſcopum* ſane hæc iura interim redire non poſſunt, cui quidem capitulum ſubeſt, interim tamen cum prælato ſuo arctius coniungitur, et res ſuas *ſeparatim* habet. Nec aliunde, quam ex his cauſis praxin hanc originem traxiſſe credendum eſt, quam nec diſſentientes, VT FELINVS, PIRHINGIVS, FAGNANVS, a LEVRENIO *cit. l. q. 457.* relati, negant. Argumenta eorum in contrarium ducentia hæc ſunt: I) Quod *deuolutio iurisdictionis* a prælato induci non debeat, niſi in caſibus a iure expreſſis. *c. 18. de elect. in 6.* Verum hic non agitur de iure *deuolutionis* ex capite *negligentiæ* exercendo, quod odioſum, ſtricti iuris, nec facile extendendum; ſed de *ſucceſſione in ius prælati*, prælatura vacante. Deinde quod ius *deuolutionis* in caſu epiſcopi indigni electi, vel forma non ſeruata, ad ſuperiorem ceſſet, in *cit. tx.* ſpecialem habet rationem, quod papa hoc caſu conſtitutionem prælati ſibi reſeruauerit. II) Quod non eadem adſit ratio eccleſiarum *cathedralium* et *collegiatarum*, ſede vacante; cum ibi præter *capitulum* nemo adſit, qui poſſit in ius defuncti ſuccedere; hic vero *epiſcopus* adſit, qui huic rei providere poſſit. Hoc argumentum ſpecioſum eſt, ſed minus ſtringens. Etiam in *eccleſiis cathedralibus* non deficit ſuperior, qui hunc defectum ſupplere poſſit, *archiepiſcopus* ſcilicet, qui et olim *viſitatorem* ſeu *interuentorem* ſedibus vacantibus dedit, quem tandem capitulum, auctoritate maiori munitum, excluſit, et adminiſtrationem iurium epiſcopalium ſibi aſſeruit. Deinde capitulum *cathedrale* fere ex eodem fundamento ſibi aſſeruit, ſede vacante, exercitium iurium epiſcopalium, quo capitulum *collegiatæ eccleſiæ*, prælato exſtincto, prælaturæ iura interim exercet, quod ſicuti ibi ſit arctiſſimum quoddam inter epiſcopum et capitulum vinculum, ita idem obtineat in collegiatis eccleſiis.

Non ad epiſcopum.

Quod contra diſſentientes adſtruitur.

§. XLI. Capitulorum A. C. in *ditionibus proteſtantium* vel *epiſcopatibus ſeculariſatis* exiſtentium non eſt eadem ratio. Vt plurimum ſunt *mediata*, ſub domino territorii, et iure ſtatuum prouincialium

De ſtatu capitulorum in A. C. terris ſitorum.

Digitized by Google

lium gaudent. Dantur etiam quædam *immediata*, quæ *immediate* imperio ſubſunt ex antiquo cæſarum priuilegio, de quibus illud ante omnia inquirendum, *an per I. P. ſtatum priſtinum amiſerint?* Non leve enim dubium inde emergit, quod *art. V. §. 25.* hæc collegia et eccleſiæ, quæ in terris proteſtantium ſunt, ſuperioritati territoriali ſubiecta ſint, exceptione nulla obſtante, quod non *de territorio*, aut aliter exemta ſint. Mota eſt hæc controuerſia *anno 1694.* capitulo Simonis et Iudæ, Goslariæ conſtituto, quod quidem priuilegiis cæſarum antiquiſſimis *immediatum* fuit, ſed cum hæc ciuitas imperii ſit, illa vi *ſuperioritatis* iurisdictionem in capitulum ſibi adſeruit, ſeque in *I. P. art. V. cit.* fundauit. Cardo controuerſiæ potiſſimum in eo vertitur, vtrum *cit. art. V. §. 25.* etiam ad proteſtantes *inter ſe* applicari debeat? De hoc cum *menſ. Aug. anni prædicti* facultas noſtra iuridica conſulta fuiſſet, ſequentem reſpondit in modum:

Vtrum immediata per I. P. ſtatum ſuum amiſerint?

quorſum pertinet capitulum Simonis et Iudæ Goslariense.

Quod reſponſo illuſtratur.

Iſt das Stift SS. Simonis et Iudæ zu Goßlar von langen Zeiten her, abſonderlich aber vom Käyſer Friderico anno 1188. und Henrico anno 1234. nebſt Ertheilung anderer priuilegien, auch mit dem priuilegio exemtionis verſehen, und zu einem freyen Käyſerlichen exemt-Stift gemachet worden, auch bishero in ruhiger poſſeſs immedietatis et exemtionis blieben; Hat vor wenig Jahren der Magiſtratus der Reichs-Stadt Goßlar über beſagtes Stift eine iurisdiction ſich angemaſſet, und als man dieſerwegen bey dem ſupremo iudicio aulico zu Wien klagbahr worden, auch allergnädigſte reſcripta pro manutenenda poſſeſſione erhalten, denen aber doch auf Seiten des Raths nicht nachgelebet werden wollen; hat ſich endlich einige Hoffnung hervor gethan, die Sache in Güte zu heben, und wollen dieſelben berichtet ſeyn:

Ob *ſenatus* oder *capitulum* in dieſer *controuers fundatam intentionem* habe?

Ob nun wol auf Seiten des Magiſtrats angeführet werden möchte, daß die Stadt Goßlar ein unmittelbarer Evangeliſcher Reichsſtand ſey, der mit der ſuperioritate territoriali und der davon dependirenden iurisdiction, in geiſt- und weltlichen, ciuil- und criminal-Sachen über alle und iede Bürger und Einwohner in territorio begabet ſey; hiernechſt nicht nur, vermöge Paſſauiſchen Vertrags und darauf erfolgten Religions-Friedens, iurisdictio eccleſiaſtica contra Auguſtanæ confeſſioni

zed by Google

feſſioni addictos ſuſpendiret, und iure ſuperioritatis ad ſtatus imperii deuoluiret worden, ſondern auch inſtrumentum pacis Cæſareo-Suecicum *art. V. quæcunque monaſteria*, in dieſer controuers klare Maaß gebe, indem darin ausdrücklich verordnet, daß, welche Klöſter, Stiftungen und andere geiſtliche Güter, die der Augſpurgiſchen Confeſſion verwandte Stände den 1. Ian. 1624. in Beſitz gehabt haben, ſie dieſelbe auch hinführo in Beſitz behalten, und hierwieder keine exemtion weder vor dem Paſſauiſchen Vertrag und Religions-Frieden, oder nach demſelben vorgeſchützet, oder die diſtinction, ob ſolche Güter in oder de territorio wären, attendiret werden ſolte, und aber ſenatus Goslarienſis d. 1. Ian. 1624. in poſſeſſione iuriſdictionis über das Stift zu Goßlar geweſen wäre; ferner beſage capitul. Leopold. §. und zum dritten, Käyſerl. Majeſtät denen Ständen des Reichs ſich verbunden, niemand ein priuilegium wider der Stände Hoheit zu concediren, und da einige vor oder bey währendem Kriege dawider ertheilet worden, dieſelbe gäntzlich zu caſſiren; auch endlich denenſelben das vom Käyſer Ferdinando III. ertheilte protectorium wenig zu ſtatten kommen möchte, indem dergleichen protectoria auch unmittelbaren Unterthanen aus gewiſſen Urſachen pflegen ertheilet zu werden, auch ohnedem die in ihrem protectorio ſub F. erhaltene Worte: auch dawider auſſerhalb ordentlichen Rechtens nicht bekämmern, *arreſtiren* ꝛc. ſelbſten dahin weiſen, daß die protectoria nur wider unrechtmäſſige Gewalt, et ſalua iuriſdictione conſueta, gegeben werden.

Dieweil aber dennoch das Stift quæſtionis ſchon vor langen Jahren, und da man bey denen heutigen freyen Reichs-Städten von der ſuperioritate territoriali wenig oder nichts gewuſt, zu einem unmittelbaren und eximirten freyen Reichs-Stifte gemachet worden, und was ſo wol in dem Religions-Frieden, als inſtrumento pacis de ſuſpenſa iuriſdictione eccleſiaſtica, eaue ex poſſeſſione d. 1. Ian. 1624. enthalten, nur auf ſolche caſus, wann zwiſchen unterſchiedenen Religions-Verwandten Streitigkeiten vorfallen, zu ziehen iſt, dergleichen aber alhier nicht zu ſagen, indem ſo wol die Stadt, als das Stift, der Evangeliſchen Religion zugethan; zu geſchweigen, daß beſagter §. *quæcunque monaſteria*, de bonis mediatis eccleſiaſticis ausdrücklich redet, und wie von denenſelben angeführet worden, ſenatus die gerühmte poſſeſſionem d. 1. Ian. nicht erweislich machen können, vielmehr ſenatus das Stift, und deſſen capitulares poſt inſtrumentum pacis lange Zeit für

Digitized by Google

Käyſerl. Majeſt. und dem H. Reich unmittelbar unterworffen gehalten und tractiret, und endlich durch beſagten *S. capitul. Leopold.* Käyſerl. Maj. ſich nicht obligiret, alte unmittelbare Reichs-Unterthanen wider das intereſſe der Reichs-Stände bey ihren alten priuilegiis und exemtionibus nicht zu ſchützen:

So erſcheinet hieraus allenthalben ſo viel, daß dieſelbige in ihrer *intention* wider den *Magiſtrat* zu Goßlar ſo wol *ratione poſſeſſorii* als *petitorii* wohl *fundiret*, und da ſich die Güte zerſchlagen ſolte, ſich *contra ſenatum* denen Rechten nach eines erfreulichen Urtheils zu getröſten haben. V. R. W.

Et plenius ex rationibus discutitur,

§. XLII. Eadem in hoc caſu obmota ſunt dubia, quæ *tit. V. §. CXXXI. p. 373.* in caſu redituum ex alterius territorio debitorum inter ſtatus, eiusdem religionis conſortes, in ſcenam producta, et *cit. l.* diſcuſſa ſunt. Peculiaris tamen hic ratio dubitandi occurrere poterat, tum de *ſtatu* huius capituli, tum de *iurisdictione eccleſiaſtica*, quam ſenatus in illud ſibi aſſeruit. Status *libertatis*, in quam hoc capitulum FRIDERICVS I. vindicauit, potiſſimum colligi poteſt ex ipſo diplomate, a pl. reuerend. Dn. HEINECCIO *in antiq. Goslar. ad ann. 1188.* relato.

et inprimis ex verbis priuilegii.

Primario hunc capitulo tribuit honorem, vt *fratres Goslarienſis eccleſiæ in ea libertate et honore permaneant, quod videlicet in domibus eorum et curtibus clauſtralibus nullus aduocatus, nec aliqua perſona ſecularis, præter noſtram propriam perſonam, aliquid iuris vel iudicii habeat, ſiue in poſterum ſibi vſurpare præſumat - - nec aliquis præter ipſum canonicum aliquem de familia canonici iudicet. - - Cum igitur iam ſupra dicta eccleſia, cuius libertatem gloriam coronæ noſtræ reputamus, ſolummodo ad nos habeat reſpectum, ideo ſtabilius in ſuo iure deſideramus eam permanere, nolentes, vt aliquis in eam poteſtatiuas manus extendat, et vt nullus epiſcoporum aliquem de canonicis eccleſiæ Goslarienſis excommunicandi vel diuina ibidem prohibendi, ſine conſilio et conniuentia noſtra poteſtatem habeat, decernimus, et inuiolabiliter obſeruari præcipimus.* Adeo vero hanc *libertatem* extendit, vt etiam a pontificis Romani attentatis hanc eccleſiam intactam prorſus et immunem præſtare voluerit. Pergit enim hoc modo: *Veruntamen culpis prædictorum canonicorum aliquando merentibus dignam erga ipſos indignationis materiam inde concepimus, quod antiquam et conſuetam Goslar. eccleſiæ libertatem de nouo turbare præſumſerunt, ſeruam et tributariam illam facere volentes, dum legatum domini apoſtolici tanta,*

vt

Digitized by Google

vt audiuimus, reuerentia in eadem eccleſia receperunt, pecuniam ſuam illi conferentes, (intelligit *procurationes*, olim a legatis Romanis per extremam auaritiam et nefandas exactiones extortas) *diuina quoque auctoritatis eius interdicto dimittentes. Quia vero Goslar. eccleſia, vt dictum eſt, ad nullum in mundo, niſi ad imperatorem vel regem Romanorum, debet habere reſpectum, et nullus in ea interdicendi diuina poteſtatem habeat, niſi prius habita noſtræ permiſſionis licentia, ſuper hoc facto graviter merito commoti fuimus, quod ita nunc primum per ipſos fratres fuerit ancillata, et ne de cetero tale quid eis contingat, omni, qua dignum eſt, diſtrictione prohibemus.* Strenue adhuc imperator *iura ſacra* ſibi hoc diplomate aſſerit, et aulæ Romanæ inſidiis obicem ponit, ſimulque documentum euidentiſſimum præbet, imperatoribus quauis occaſione, etiam poſt amiſſam inueſtituram per *annulum* et *baculum*, non defuiſſe animum, iura ſua contra auſus papales vindicandi, quibus tamen tandem ſuccumbere debuere. Diploma HENRICI VII. imperatoris prælaudatus Dn. HEINECCIVS *ad ann. 1234.* itidem refert, quo libertas capitulo eſt confirmata, ſed eccleſiaſticæ iurisdictionis nihil fere imperatori reſeruatum. Ex his interim ſatis planum expeditumque eſt, *immediate* hoc capitulum cæſari ſubiectum eſſe, vt in cauſis ſecularibus ſenatus nullam ſibi arrogare potuerit iurisdictionem.

§. XLIII. Cum vero iam olim et pontifex et epiſcopi iurisdictionem quandam ſibi in capitulum hoc arrogauerint, quod docet diploma VICTORIS *de anno 1056.* apud Dn. HEINECCIVM *ad cit. ann.* illa vero per *I. P. art. V. §. 48.* ſuſpenſa ſit, iuſte dubitari poterit, *cui* hæc accreuerit, an *imperatori* iure quodam poſtliminii? an *ſenatui* vigore *I. P. cit. §. 48.*? an vero capitulum in ſacris iure eodem cenſeri debuerit, quo reliqua *capitula immediata* poteſtate territoriali inſtructa? *Poſterius* vel inde dubium, quia capitulum *ius territoriale* non habet, cui *ius ſacrorum* vigore inſtrumenti pacis cohæret. *Senatui* vel ideo illud adiudicari nequit, quia non eſt capitulum *mediatum*, de quo vnice loquitur *art. V. §. 25.* *Imperatori* quoque obſtare videtur, quod illi nullibi in I. P. *ius ſacrorum* antiquum ſit reſtitutum, nec illud hactenus in *capitula immediata* more antiquo exercuerit, niſi quatenus pro conſeruando inſtrumenti pacis vigore inter diuerſæ religionis conſortes ipſe vigilare debeat. Grauiſſimæ itaque cauſæ fuere, quæ capitulum ad *amicabilem compoſitionem* inducere potuere, quæ an ſecuta fuerit? mihi non ſatis conſtat.

Dubia de iurisdictione eccleſiaſtica in capitulum.

§. XLIV.

Digitized by Google

Status capitulorum mediatorum in diœceſibus ſeculariſatis,

§. XLIV. Manſere etiam capitula ſuprema *in diœceſibus ſeculariſatis*, vt Magdeburgenſe, Halberſtadienſe, Mindenſe etc. quæ capitulorum *mediatorum* ſtatum induerunt, ad inſtar ceterarum *prælaturarum mediatarum* ſub principe. Et quia epiſcopum, qui olim præerat eccleſiæ et territorio, non habent caput, vel potius quodammodo collegam, iura potiora antiqua amiſere. Liquet hoc ex *I. P. art. XI. §. 1.* vbi epiſcopatus Halberſtadienſis domui Brandenburgicæ *cum omnibus iuribus, priuilegiis, regalibus, territoriis et bonis ſecularibus et eccleſiaſticis quocunque nomine vocatis, nullo excepto, in perpetuum et immediatum feudum* traditus, cum hac clauſula, vt *capitulo nullum ius in eligendo et poſtulando, vel etiam in regimine epiſcopatus, et iis, quæ eo pertinent, reliquum ſit, ſed modo dictus dominus elector, et iuxta ordinem ſucceſſorum reliqui ſupra nominati ea poteſtate in hoc epiſcopatu vtantur, qua reliqui principes in ſuis territoriis vtuntur.* Nec enim potuit capitulo vllum ius in *regimine publico*, quod antea habuit, ſupereſſe, poſtquam *principatus* nomen aſſumſit epiſcopatus, ſed domino territorii ſubeſt, ad inſtar ceterarum prælaturarum mediatarum, quod etiam de ſtatu reliquorum capitulorum mutato dicendum eſt. Ius *collegii* tamen retinuere, et ſic *capitulares* certis ſtatutis temporibus in capitulum coeunt, beneficia conferunt, et de iis, quæ ad ius capituli et bona eccleſiaſtica, aliaue iura pertinent, deliberant, decernuntque, ſaluo iure ſupremo principis. Reguntur per decanos, et de cetero præbendis ſuis fruuntur more antiquo, de quarum iure hinc inde ſpecialius actum eſt.

quæ a regimine publico excluſa.

TITVLVS X.

DE HIS, QVAE FIVNT A PRAELATO SINE CONSENSV CAPITVLI.

§. I.

Epiſcopus olim cum conſenſu clerirexit eccleſiam.

De iure capituli, ſede non vacante, *hoc titulo* agitur, cuius fundamenta ex iis, quæ *titulo anteced.* dicta ſunt de *intima inter epiſcopum et capitulum coniunctione*, fluunt. Fuit olim *presbyterium*, in cuius locum hodie ſucceſſit capitulum, ſenatus eccleſiaſticus,

Digitized by Google

fiaſticus, cuius cum conſilio potiora negotia eccleſiaſtica epiſcopus peragebat. Hunc morem retinuerunt quidem eccleſiæ, ſed negari nequit, epiſcoporum poteſtatem maiora quotidie cepiſſe incrementa, adeo vt pleraque fere ſibi ſolitarie vindicarent, et rarius, niſi in *cauſis grauioribus*, conſenſum capituli expeterent. Inde tot controuerſiæ natæ ſunt inter *epiſcopum* et *capitulum*, quæ ad varia iura determinanda occaſionem dederunt. Generatim fundamentum vniuerſæ huius doctrinæ occurrit in *c. 4. X. h. t.* vbi ALEXANDER III. ita: *Nouit tuæ diſcretionis prudentia, qualiter tu et fratres tui vnum corpus ſitis, ita quod tu caput, et illi membra eſſe probantur; vnde non decet te, omiſſis membris, aliorum conſilio in eccleſiæ tuæ negotiis vti, cum id non ſit dubium, et honeſtati tuæ, et ſanctorum patrum inſtitutionibus contrarie.* In *c. 15. X. de teſtam.* INNOCENTIVS III. ait, *magnam eſſe communionem inter epiſcopum et eccleſiam cathedralem, cui eſt ſpirituali coniugio copulatus.*

§. II. Equidem ante ſeculum XII. tot miniſtris et officialibus non erant muniti epiſcopi et prælati, et quamuis *vicarios* quosdam haberent, archidiaconum videlicet, archipresbyterum aliosque, *clerus cathedralis* tamen fere loco *ſenatus intimi* erat in cauſis grauioribus et ſtatum eccleſiæ concernentibus. Seculo XII. creari cœperunt *officiales*, iudicia epiſcopalia ad formam *iudiciorum ciuilium* efformata, et pedetentim alii *miniſtri intimi* aſſumti, quorum conſilio negotia *ſtatus* tam *ſecularia* quam *eccleſiaſtica* peracta ſunt, ad exemplum aliorum imperii principum. Inde capituli auctoritas paulatim decreſcere cœpit, cum præter capitulum alius ſenatus intimior epiſcopo in *cauſis grauioribus* a conſiliis eſſet, cuius primario epiſcopi, maxime Germaniæ, rationem habebant, quod varios mouit fluctus, *capitulo* priſtinam ſuam auctoritatem defendente, *epiſcopo* vero more ceterorum imperii principum agente, nec, vt ſibi a capitulo limites ponerentur, permittente. Inde tandem capitulum conſultius ſibi fore exiſtimauit, ſi epiſcopum electum in certa pacta, quibus poteſtas eius determinaretur, adſtringeret, et determinaret negotia, quæ absque conſenſu capituli epiſcopus valide peragere nequeat. Atque hinc nata eſt occaſio, *capitulationes* epiſcopo electo præſcribendi, iuxta quas hodie potiores controuerſiæ decidendæ, et potiſſimum iudicium ferendum eſt, an et quatenus *capituli conſenſum* epiſcopus adhibere debeat? Neque tantum in epiſcopatibus, ritibus Romanis addictis, ſed etiam euangelicorum, mos capitulationes electo præſcribendi receptus eſt, quarum mentionem facit *I. P. art. V. §. 17.* de quibus actum *tit. de elect. §. LXXIII. ſeqq.*

Qui epiſcopo loco ſenatus intimi erat.

Aſſumtis aliis officialibus, decreuit auctoritas capituli.

Digitized by Google

In capitulationibus determinatur, quid absque consensu capituli episcopus agere nequeat.

§. III. Imprimis vero in his determinari solet, quidnam *absque consensu capituli* valide agere nequeat episcopus. Equidem hoc euidens est ex praxi ecclesiæ antiqua, adhibuisse episcopus *in consilium* senatum ecclesiasticum in causis pluribus, quod tamen eos non semper stringebat, vt ab eo recedere, et, quod sibi conducibilius videretur, sequi non possent. *Consilium* quippe non necessitat. *c. 7. X. de arbitr.* Maior adest obligandi efficacia, si *consensus* desideratur *capituli*, absque quo actus gestus prorsus nullus est. Facit huius diuersitatis mentionem BONIFACIVS VIII. *in c. vn. ne sede vac. in 6.* Inde inualuit, in quibusdam *consilium* capituli, in aliis vero præcise *consensum* desiderari, quod cum rursus admodum sæpe ambiguum esset, capitulo *consensum* suum, episcopo vero *consilium* nudum desiderante, necesse fuit, speciatim casus singulos in *capitulationibus* exprimere, et, in quantum *consensus* capituli *necessarius* sit, determinare. Si ergo nec in iure canonico, nec capitulationibus præcise *consensus* capituli exigitur, *consilium* eius sufficit, quod episcopus, more antiquo, expetere debet in quibuscunque causis *arduis* et *grauioribus*, nisi consuetudo in contrarium adsit, quæ episcopum etiam ab hac necessitate absoluat, quæ non improbanda esse dicitur in *c. 3. de consuet. in 6.* Conf. BARBOSA *de canon. c. 42. n. 29. sq.* FERMOSINVS *de potest. capit. sed. vac. tr. 2. q. 1. n. 4.* TAMBVRINVS *de iur. abbat. tom. III. disp. 1. q. 6. et 7.*

Consensus capituli desideratur in alienationibus.

§. IV. Quamuis itaque in causis grauioribus *consilium* capituli necessarium sit, *consensus* tamen capituli, qui ex maioris partis suffragiis elicitur, speciatim desideratur (1) in *alienationibus rerum ecclesiasticarum.* Prouocant vtplurimum pontifices in suis epistolis ad decretum LEONIS, quod GRATIANVS in *c. 52. C. 12. q. 2.* refert. *Sine exceptione*, ait, *decernimus, ne quis episcopus de rebus ecclesiæ suæ quidquam donare, vel commutare, vel vendere audeat, nisi forte aliquid horum faciat, vt meliora prospiciat, et cum totius cleri tractatu atque consensu id eligat, quod non sit dubium profuturum ecclesiæ.* Subiicitur porro ratio: *episcopus rebus ecclesiæ tanquam commendatis, non tanquam propriis vtatur. Irrita enim episcoporum venditio et commutatio rei ecclesiasticæ absque consuentia et subscriptione clericorum.* Idem inculcatur in *c. 3. C. 10. q. 2.* et *c. 1. X. h. t.* decernitur que, irritam esse alienationem, quæ fit *absque collaudatione et subscriptione clericorum* seu *discussione sacerdotali.* In *c. 7. et 8. X. h. t.* INNOCENTIVS III. itidem prouocat ad decretum LEONIS, et inde casum propositum decidit, declaratque, illud minime pertinere ad casum, quo, quæ detinentur a laicis iniuste, ad ecclesiam reuocantur, cum ita consulatur ecclesiæ, sicut pupilli meliorem conditionem suam facere possunt

Digitized by Google

poſſunt ſine tutoris auctoritate, non item deteriorem. Sufficit tamen, ſi ex poſtfacto *conſenſus* capituli acceſſerit; cum *ratihabitio* eius conſenſum inducat, ſi modo in capitulo cauſa alienationis maturo examinata eſt iudicio. *c. 2. et 3. X. h. t.* Epiſcoporum *proteſtantium* poteſtatem in hoc caſu quidam itidem reſtringunt ad *capituli conſenſum*, vt absque eo ſuſcepta alienatio nulla ſit. Hac de re dubitaui, et eius rei declarandæ gratia adduxi reſponſum *lib. I. tit. XXXI. §. 57.* præſertim cum *epiſcopi proteſtantes* non ita *dependentes*, vt catholici, ſint, et ita liberius agant, quatenus iis capitulationes non obſtant. Sunt quidem epiſcopi, ſed tamen ſimul principes et *domini territorii*, et hoc ſub charactere plus iuris, quam epiſcopi catholici, a præſule Romano dependentes, habent; imo ſunt *epiſcopi*, vt ita loquar, *independentes*, ad inſtar epiſcopi Romani, qui itidem liberius agit. CARPZOV. *lib. V. reſp. 52. n. 28. ſeqq.* Sed de hac materia ſpeciatim agetur *tit. XIII.*

Quid de praxi proteſtantium dicendum ſit?

§. V. Magni quoque præiudicii cauſa (II) cenſetur *vnio eccleſiarum*, quam epiſcopus itidem haud valide *ſine capituli conſenſu* peragit, cum quædam diminutio iurium eccleſiaſticorum, ſolerti indagatione ſuscipienda, in ea contineatur, *c. 8. et 9. h. t. Clem. 2. de reb. eccleſ. non alien.* BARBOSA *de canon. c. 42. n. 8.* prout etiam obſeruaui *tit. V. huius libri §. CXCVIII.* Conf. FERMOSIN. *cit. l. tr. 2. q. 3.* Olim (III) etiam *inſtitutiones* et *deſtitutiones* clericorum irritæ iudicatæ ſunt, quæ ab epiſcopo factæ ſine capituli conſenſu. *c. 4. X. h. t.* Verum rarius hodie capituli conſenſus deſideratur, præſertim ſi inferiores clericos concernant; ad eos, qui in aliqua dignitate eccleſiaſtica vel prælatura reperiuntur, facilius applicatur. Conſenſum quoque capituli (IV) requirunt in *noua collatione feudi eccleſiaſtici* ad epiſcopum reuerſi, niſi ſint bona ab antiquo infeudari ſolita, de quo late agit FERMOSINVS *cit. l.* et infra *tit. de feudis* ſpeciatim de eo agetur. Imo (V) olim epiſcopus nullius *ſententiam audire* poterat absque præſentia ſuorum clericorum, adeo vt irrita eſſet ſententia epiſcopi, prout ex *concilio Carthag. IV.* GRATIANVS in *c. 6. C. 15. q. 7.* refert. Scena hodie prorſus mutata eſt, poſtquam iudicia eccleſiaſtica per *vicarios* et *officiales* epiſcoporum reguntur, ad quæ capitulum non concurrit. Sane olim in *iudiciis eccleſiaſticis*, quæ maxime pœnitentiam eccleſiaſticam, electionem et abſolutionem lapſorum concernebant, concurrebat cleri populique conſenſus, prout in *diſſ. iur. eccl. antiq. ad Plin. II. et Tertull. diſſ. 3.* obſeruaui, a quibus tamen paulatim *plebem*, mox reliquum *clerum* quoque excluſerunt. Præterea etiam (VI) cum conſenſu fratrum, *quæ ſtatuenda erant, ſtatuere*, errata corrigere, et euellenda diſſi-

Vnio eccleſiarum fieri nequit absque capituli conſenſu.

Item inſtitutio et deſtitutio.

Infeudatio.

Sententiæ latio.

Statuta eccleſiaſtica.

Digitized by Google

pare et euellere debebant, *c. 5. X. h. t.* quod imprimis ad *statuta ecclesiastica* condenda applicant, quippe quæ *statum ecclesiæ* potissimum concernunt, et non raro quoque iura ipsius capituli. Conf. FERMOSINVS *cit. l. q. 4.*

Collatio nonnullorum beneficiorum.

(VII) Sunt etiam quædam, quæ coniunctim ab episcopo et capitulo exercentur, vt *collatio nonnullorum beneficiorum*, vbi itidem *consensus* necessarius est. *c. vn. ne sede vac. in 6. c. 6. X. h. t.* In ecclesiis collegiatis itidem prælati *præsentare* non possunt sine capituli sui consensu, nisi consuetudine aliud obtineat. *c. 6. cit.* Denique (VIII) generatim in *c. 4. X. h. t.* in *causis ecclesiæ*, scilicet *grauioribus*, ALEXANDER III. desiderat consensum capituli, quod ad varia plura negotia applicari potest.

Causæ arduæ.

De concursu capituli quoad illa, quæ superioritatem territorialem concernunt.

§. VI. Sunt præterea hodie episcopi *domini territorii*, a cæsare de regalibus inuestiuntur, et ita *superioritatem territorialem* exercent, rem sane arduam et magni momenti. Quæ partes capituli in huius administratione sint, non adeo planum est, siquidem eam exercent, qua *principes*, qua *seculares domini*, non qua *episcopi*. Capitulum tantum episcopo coniungitur intime, quatenus vt *episcopus* agit, h. e. in *causis ecclesiasticis*. Inde iusta dubitandi subnasci potuit ratio, an etiam in *regalium* et *regiminis secularis exercitio*, et inde dependentium iurium, ad capituli consensum adstringatur? Id quidem vtplurimum capitulum adstruere solet. Notum est, episcopos iam dudum ab imperatoribus de *regalibus* inuestitos fuisse, quæ *superioritatem* tandem produxerunt. Interim alio olim senatu haud erant instructi episcopi, quam *consessu cleri cathedralis*; huius cum consilio omnia, maxime *grauiora*, peragebant negotia, et ita etiam in his, quæ *regimen seculare* concernunt, admitti desiderauit capitulum, et admissum est. Verum postquam vt alii *principes imperii* proprio, et politico quidem, senatu secretiori instructi fuere, ad hunc causæ regiminis publici plerumque delatæ, et capitulum exclusum, quod tamen, provt supra dixi, per *capitulationes* postmodum sibi prospexit, et ad capituli consensum in his quoque, quatenus capitulationibus determinata sunt, episcopos adstrinxit. In eiusmodi leges fidem suam adstringere debet *archiepiscopus Colonienſis* vigore der Erb-Landes-Vereinigung, de *anno 1590.* relata a THVCELIO *tom. II. act. publ. seculi XVIII. p. 566.* et ab ANTONIO FABRO in der Staats-Canzley *tom. VI. p 440.* vbi *art. 12.* cauetur, ne bellum suscipiat absque consilio et voluntate capituli, ordinis equestris et ciuitatum diœcesis Colonienſis; *art. 15.* ne confœderationem ineat absque scitu et voluntate capituli et ordinis equestris ciuitatumque; *art. 23.* vt capitulo integrum sit, ordinem equestrem, et ciuitates patriæ in causis ecclesiasticis vel secularibus grauioribus, totam diœcesin concernen-

nentibus, conuocare; *art. 24.* vt diætas prouinciales conuocandi ius non exerceat epiſcopus absque ſcitu et voluntate capituli etc. *Epiſcopi Lubecenſes* ſimiliter *ſolemni capitulatione* adſtringuntur, quam refert LVNICH. *tom. II. ſpicil. eccleſ. p. 471.* in qua in plerisque negotiis, *regimen publicum* reſpicientibus, ad conſenſum capituli adſtringuntur. Capitulationem *Osnabrugenſis eccleſiæ* IDEM im Teutſchen Reichs-*Archiv P. ſpec. contin. I. p. 240.* refert. *Naumburgenſis epiſcopi* capitulatio idem illuſtrat apud EVNDEM *cit. l. P. II. p. 792.*

§. VII. *Ordinum militarium* ſodalitia, prout ſupra dixi, ad formam capitulorum *eccleſiarum cathedralium* compoſita ſunt, ſuisque capitulis conſtant, in quibus de bonis iuribusque ordinis deliberationes inſtituuntur, et, ſede vacante, interim præfectus balliuiæ conſtitui ſolet, qui regimini præſit. Commendatores prouinciales capitulum conſtituunt cum ceteris commendatoribus ſimplicibus, ſicuti magnus magiſter ordinis in capitulum conuocare ſolet commendatores prouinciales, quæ plenius ex ſtatutis ordinum, et ſpeciatim *ordinis Teutonici* de anno 1606. a LVNICHIO *in contin. P. I. ſpicil. eccleſ. in f. p. 49.* relatis, cognoſci queunt. De capitulis ordinum militarium.

TITVLVS XI.
DE
HIS, QVAE FIVNT A MAIORI PARTE CAPITVLI.

§. I.

Conſenſum capituli in pluribus eccleſiæ negotiis deſiderari, vel ex *iure canonico*, vel ex *ſpeciali* cum capitulo inito *pacto*, *tit. antec.* dictum et declaratum eſt. Conſenſus autem *legitime* et *modo*, legibus conformi, interponi debet; neque enim de conſenſu vnius aut ſingularis perſonæ hic agitur, qui facilius declarari poteſt, ſed *corporis* alicuius, quandoque ex multis conſtantis membris, vbi plures adhibendæ ſunt cautiones, vt legitime interpoſitus eſſe dicatur, quod *hoc titulo* explicandum. Potiſſimum vero hic ad ſequentia reſpici- Conſenſus capituli in cauſis capitularibus legitime interponendus.

Digitized by Google

ſpiciendum requiſita: (I) vt *capitulum legitimo modo congregatum fuerit:* (II) vt *vocentur omnes, qui vocem in capitulo habent, vel de præſenti habere poſſunt:* (III) vt *capitulares tractatus præcedant:* (IV) *vt maior pars, reſpectu ipſius capituli, conſenſum ſuum interponat.*

Capitulum ſit legitime congregatum.

§. II. Cum capitulum ſit collegium quoddam ordinatum, requiritur, PRIMO, *vt legitime congregatum et conuocatum ſit.* Vt legitime congregetur, ratio habenda eſt *perſonarum* id conuocantium, *modi*, *loci* et *temporis.* Dirigitur capitulum per prælatum, tum clericis omnibus *communem*, tum *proprium.* Ille eſt *epiſcopus* vel alius prælatus, qui toti diœceſi præeſt; hic *decanus*, vel alicubi *præpoſitus.* Vtrique, ſed diuerſo modo, *ius conuocandi capitulum* competit. Quandoque enim capitulum et epiſcopus vnum velut conſtituunt corpus, *c. 4. X. de his, quæ fiunt a præl.* in his videlicet, quæ vtrique communia ſunt: POSTIVS *de manut. dec. 658. n. 3.* quandoque vt duo corpora diuerſa conſiderantur, quoad iura ſingulis ſeorſim propria, FLAMINIVS PARISIVS *de reſign. benef. lib. VII. q. 23. n. 39.* FERMOSIN. *de poteſt. capit. ſed. vac. tr. 3. q. 6. n. 5.* quæ maxime inualuere, poſtquam capituli epiſcopique bona ſeparata ſunt, vt quædam ad huius, quædam ad illius menſam pertinerent, quo ipſo capitulum res ſuas ſeparatim habere cœpit, et hoc intuitu etiam in cœtum coire poteſt absque epiſcopo.

Epiſcopus conuocat capitulum in cauſis, vbi conſenſus vel conſilium eius deſideratur.

§. III. Conuocant ergo capitulum *epiſcopus*, vel *decanus. Epiſcopus* quidem in cauſis, cum *conſenſu* vel *conſilio* capituli peragendis, vel quæ alias *coniunctim ad epiſcopum et capitulum* pertinent, quorſum collationes beneficiorum ſæpius referri debent. Aiunt Tridentini *ſeſſ. XXV. de reform. c. 6. Qui ſi aliquid canonicis ad deliberandum proponat, nec de re ad ſuum vel ſuorum commodum ſpectante agatur, epiſcopi ipſi capitulum conuocent, vota exquirant, et iuxta ea concludant.* Hoc caſu ergo 1) conuocant capitulum, 2) ei præſident, 3) ad deliberandum proponunt, 4) vota exquirunt, et 5) iuxta ea concludunt. Si de *commodo epiſcopi* ipſius agitur, in quo neutiquam iudex eſſe poteſt, conuocat quidem capitulum, ſed ipſemet nullam vocem habet, nec cum illis deliberat, ſed ſolum capitulum, abſente epiſcopo. BARBOSA *de canon c. 35. n. 9.* LEVRENIVS *in for. benef. P. II. qu. 671. n. 1.* FERMOSINVS *cit. l. n. 1.*

In aliis negotiis capitularibus decanus.

In ceteris negotiis capitularibus, quæ capitulum tangunt, iura, cauſas et bona eius concernunt, *decanus* conuocat capitulum vel *tempore ſtato* vel *extraordinario*, pro re nata. Mores capitulorum hic variant. Alicubi certo tempore, tribus vel quatuor vici-

Digitized by Google

vicibus anni, *generalia* habentur *capitula*, quibus omnes canonici interesse tenentur, sub pœna certæ partis redituum; reliqua sunt *specialia*, quibus tantum præsentes intersunt, vel ad *indictionem* decani *extraordinariam*, vel *stato die* habenda. Etiam hoc nonnunquam iuramento præpositi, vel canonicorum inscribitur: *vocatus ad capitulum a decano meo veniam.* MATTHAEI *lib. II. de nobil. c. 24. p. 438.* Decanus etiam ipsum episcopum aliosque ad capitulum vocare potest, non vt interfint tanquam suffragium ferentes, sed tanquam rei, vel aliam ob causam. IDEM *cit. l. c. 39. p. 616.* Regulariter hæc conuocatio *decano* tanquam *capiti capituli*, qua tali, debetur, adeo, vt si alius conuocauerit, nihil actum censeatur. Cardin. de LVCA *tom. I. de canonic. disc. 27. n. 8. sq.* Mortuo tamen eo, *senior* ius conuocandi habet, quod supra *tit. VII. §. IX. p. 554.* illustraui, nisi vicedecanus defuncto datus sit *cum spe succedendi*, quod itidem exemplo supra *tit. VI. §. XIX.* declaraui. In capitulis femininis quandoque *præposita* ius conuocandi habet, vid. *tit. de elect. §. XLIV. et tit. de præb. §. LXV. in f.* Conuocat decanus capitulum *suo iure*, sine licentia episcopi, BARBOSA *de canon. c. 35. n. 4.* modo clerici *ius capituli* habeant. Qui non ita vnum corpus, vt *capitulum*, constituunt, nec proprium sigillum habent, id quod imprimis character *capituli*, qua talis, est, vid. Dn. HEINECCIVS *de sigill. lib. I. c. 14. §. 7.* liberam hanc congregationem non habent. *c. 14. X. de excess. prælat. c. 2. X. de solut.* ibique GONZ. *n. 3. c. 5. X. de probat. c. 48. de appell.* Vnde etiam est, quod, quando citatur capitulum in iudicium, decano insinuatio fieri debeat, qui capitulo deinceps causam proponit, et cum eo deliberat.

Et quidem sine licentia episcopi.

§. IV. Conuocatur capitulum iussu decani, vtplurimum *per sonum campanæ*, vt liquet ex *c. 30. X. de elect.* vbi pontifex ita: *Capitulum vero illorum absentiam admirantes, cum tota die illa illorum præsentiam exspectassent, subsequente die campanam pulsari fecerunt,* SICVT MORIS EST, *ad capitulum congregandum.* MARANTA *de ordin. iudic. p. 6. m. 1. n. 21.* POSTIVS *de manut. decis. 660. n. 2.* Modus hic conuocandi capitulum *moribus* adscribitur, qui *contrariis moribus* aboleri possunt, adeoque etiam *viua voce* vel *per literas* conuocatio fieri potest, vbi id receptum. Videlicet distinguendum est, vtrum *absentes* etiam sint citandi, an vero sufficiat vocare *praesentes?* Hoc casu sufficit vocatio per campanæ sonitum. PASSERINVS *de elect. canon. c. 11. n. 49.* Illo vero necesse est, vt absentes ad capitulum vocentur *per literas* vel *nuncium.* IDEM *cit. l. n 42.* Ad quos actus autem speciatim etiam absentes vocandi sint, infra indicabo.

Conuocatur capitulum per sonum campanæ.

Nisi absentes quoque speciatim sint vocandi.

§. V.

Digitized by Google

Conuocatur capitulum ad locum capituli consuetum,

§. V. *Locus* ad congregationem capituli solet esse *certus et determinatus*, die *Capitul*-Stube, ad quem ordinarie capitulum est convocandum. Imo quamuis episcopus alias illud conuocare possit in aula sua, aliud tamen dicendum, si controuersiam cum capitulo habet; tunc enim ad locum congregationis ordinarium accedere debet. FERMOSIN. *cit. l. qu. 6. n. 12.* Ceterum, si alibi, modo in loco honesto, conuenerint capitulares, actus propterea impugnari nequit, ideo forsan, quod in *loco consueto* non possint conuenire. TAMBVRINVS *de iure abbat. tom. III. decis. 31. n. 4. seq.* PASSERINVS *de elect. canon. c. 12. n. 12. seq.* LVCA *tom. III. de regular. disc. 52. n. 12.* Conuocandum capitulum *temporibus consuetis*, FERMOSIN. *cit. l. q. 6. n. 9.* non eis, quibus diuina celebrantur, GARCIAS *de benef. P. III. c. 2. n. 519.* alias capitulares impune non comparent. LEVRENIVS *in for. benef. tom. I. qu. 420. n. 5.*

tempore solito.

Vocantur soli canonici.

§. VI. ALTERVM requisitum est, *vt vocentur omnes, qui vocem in capitulo habent, et de præsenti habere possunt.* Voce *capituli* regulariter *soli canonici*, qua tales, intelliguntur, qui olim *communem vitam* egerunt, quales erant clerici in *ordinibus* constituti, h. e. presbyteri, diaconi, et subdiaconi, vt supra aliquoties dictum est, BARBOSA *de canon. c. 37. n. 15.* et sic hi regulariter tantum *vocem* in capitulo habent. Vnde

Non episcopus,

(I) *episcopus*, qua talis, non habet vocem in capitulo, a decano congregato. *c. 31. X. de elect.* Si simul est *canonicus*, forsan quod præbenda canonicalis mensæ episcopi vnita sit, tanquam *canonicus* capitulo interest. *c. 15. X. de conces. præb. c. 11. de appellat. in 6.* Apud AVBERTVM MIRAEVM *lib. I. donat. Belgic. c. 146.* occurrit diploma PII IV. *de anno 1560.* episcopatum Antwerpiensem confirmantis, quod optime rem illustrat. Statuit pontifex, *quod idem episcopus vnum vel duos* (canonicatus) *omnium primo vacaturos, tanquam mensæ episcopali perpetuo vnitos obtinere, illorumque ratione personæ capitularis esse, vocemque et auctoritatem etiam in capitulo super decanum et canonicos habere debeat.* Hoc casu itaque suffragium fert ad instar ceterorum canonicorum, neque hoc plus roboris habet, quam vnius de ceteris canonicis, LVCA *tom. I. de benefic. disc. 28. n. 13.* BARBOSA *cit. l. c. 36. n. 6.* quamuis proedriam vtplurimum etiam præ decano habeat, quod ex moribus *dignitati* eius datum est, vt plenius declarat BARBOSA *cit. l. n. 3. sq.* (II) Nec *præpositi*, qua tales, vocem in capitulo habent, nec ad actus capitulares vocantur, si carent præbenda canonicali, cum *dignitates* in genere non dicantur esse de capitulo, BARBOSA *cit. l. n. 14.* LVCA *tom. I. de benef. disc.*

nisi qua canonicus.

Non præpositi, qua tales.

Digitized by Google

disc. 46. n. 1. quippe quæ ad clerum, in communi degentem, non pertinuerunt, sed olim merum *officium*, in administratione simplici consistens, sine *dignitate ecclesiastica* et *munere clericali* proprie dicto, denotarunt. Vid. *tit. de præb. §. XXXVIII. sqq. et LXVI.* Ex fundatione tamen et instituto primordiali sæpe etiam iis vox in capitulo data est, vt *cit. l. §. XL. p. 287.* ex AVBERTO MIRAEO illustraui. Conf. GARCIAS *de benef. P. XI. c. 13. n. 206. seq.* LVCA *cit. l. n. 9.* Nec (III) *alii extra canonicos* sunt de capitulo, nec ad illud conuocantur, nisi de *consuetudine* vel *obseruantia* tale ius acquisiuerint, quæ quomodo probari possit, docet GARCIAS *cit. l. n. 209.* Huc respexit *I. P. art. V. §. 17.* de electione prælatorum agens, quam tribuit *capitulo, et quibus id præterea pariter cum capitulo* PRO MORE *competit.* Proinde si tales canonicatum assequuntur, *duplicem* quoque *vocem* in capitulo habent, tum ratione *canonicatus*, tum respectu *obseruantiæ*, qua *dignitati* eorum vel *officio* hoc ius cohæret. Quamuis vero non-canonici quoque *vocem* in capitulo habeant, non tamen propterea *de capitulo* absolute dici possunt, vt omnia et quæuis emolumenta, iura, et alia commoda illis assignanda sint. Cardin. de LVCA *tom. I. de canon. disc. 18. disc. 19. n. 5. disc. 20. n. 6.*

Nec alii præter canonicos, nisi consuetudine vocem in capitulo acquisierint.

§. VII. Rursus tamen nec omnes *canonici* vocem in capitulo habent, sed 1) tantum *præbendati*, quique intra numerum, et 2) *in sacris* constituti sunt *ordinibus.* Equidem olim omnibus canonicis *stallum chori* et *vocem capituli* assignari debuisse, constat ex *c. 19. 22. et 25. X. de præb.* cum canonia, h. e. *officium canonici* in his duobus consistat; postquam tamen distinctio inter *canonicos in herbis* et *in floribus* inualuit, simul quoque genus canonicorum innotescere cœpit *honorarium*, h. e. qui in numerum canonicorum recepti sunt, sine exercitio præsenti iuris canoniæ cohærentis. Obseruaui *tit. de conces. præb.* plures *supernumerarios* in capitulis assumtos fuisse canonicos cum spe assequendi præbendam, si secundum senium de numero eorum esse cœperunt, qui sunt præbendati. Hi interim vocem in capitulo non habent, canonici *electi* dicuntur, *in herbis*, seu exspectatione constituti; imo etiam vbi *maiores* et *minores* præbendæ sunt, vtplurimum capituli ius demum consequuntur, si de numero *maiorum* præbendatorum esse cœperunt. In hoc mirifice est turbata praxis antiqua capitulorum; non aliunde tamen hæc immutatio petenda, quam ex more recipiendi quosdam vltra numerum statutum, qui quidem ad *ius*, canonicis competens, non tamen ad *actuale eius exercitium* assumuntur, de cuius ratione plenius actum *tit. de conces. præb. et eccles. non vac.* Hac de causa qui vocem in capitulo ecclesiæ cathe-

Præbendati tantum vocem habent.

Imprimis maiores canonici,

Digitized by Google

capitulares dicti.

dralis habent, *capitulares* dici maluerunt, quam *canonici*, quod nomen reliquis, etiam ad capitulum nondum concurrentibus, et his, qui in *collegiatis eccleſiis* reperiuntur, tribuunt. Imo in appellatione *capitularium*, der hohen Capitularen, tam ſingularem *prærogatiuam* et honoris gradum præeminentem quærunt, vt capitulo cathedrali ius aſſignent Dd. prohibendi, ne collegia alia inferiora nomen *capituli* aſſumant. Cardin. de LVCA *tom. VIII. de præmin. diſc. 7. n. 4.* Olim ſane etiam congregationi *monachorum* hoc nomen inditum, nec vlla ſingularis præeminentiæ ratio inde petita. Aſt verba valent ſicut nummi, et ſignificatus nouos ex mutatis moribus hominum accipiunt, prout ſupra de *appellatione cardinalium* obſeruaui. Bene HORATIVS *de arte poet.*

Vt ſyluæ foliis pronos mutantur in annos,
Prima cadunt: ita verborum vetus interit ætas,
Et iuuenum ritu florent modo nata, vigentque.

Et paulo poſt:

Multa renaſcentur, quæ iam cecidere, cadentque,
Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet vſus,
Quem penes arbitrium eſt, et vis et norma loquendi.

Debent eſſe conſtituti in ſacris ordinibus.

§. VIII. Sed etiam præterea canonici in *ſacris ordinibus* eſſe debent, neque enim otioſum canonici nomen olim fuit: hoc illis, qui ſacris vacabant in eccleſia cathedrali vel collegiata, et in commune vivebant, tributum, prout *tit. I. huius libri* plenius dixi, quales erant *presbyteri*, *diaconi* et *ſubdiaconi*. Nec enim ſine receptis ordinibus ſacris, clericis propriis, vacare poterant. Cum vero poſtmodum per abuſum canonici ſolius lucri cauſa primario canonicatus ambirent, factum eſt, vt *ordinum* receptionem ſæpe diutius differrent. Emendare hoc inſtituit CLEMENS V. in *Clem. 2. de ætat. et qual. et ord. præf.* conſtituendo, nemini vocem in capitulo permittendam eſſe, niſi ad minimum in *ſubdiaconatus ordine* conſtitutus ſit. In capitulis *proteſtantium* et *mixtis* diuerſo vtuntur iure proteſtantes, quibus defectus *ordinis* non obeſt, cum prorſus *ordines* non recipiant, ſed vtplurimum ſoluto pretio eos redimant. Præterea quoque aliis qualitatibus inſtructi eſſe debent, de quibus *tit. I. huius libri* actum eſt.

Exceptis proteſtantibus.

Abſentes quandoque vocandi,

§. IX. Atque hi ipſi, qui vocem in capitulo habent, *ad capitulum vocandi*, præſentes per *campanæ ſonitum*, abſentes per *literas* vel *nuncium*. Verum non ad quoscunque actus *abſentes* euocandi, id quod capitulo admodum graue et oneroſum foret: ſufficit, ſi ad ponderis maioris

Digitized by Google

ioris negotia euocentur. Huc pertinent (1) *electio prælati*: *c. 42. X. de elect.* PASSERIN. *de elect. canon. c. XI. n. 42. seqq.* (2) *receptio canonicorum* aut *præbendarum collatio*, quando videlicet hæc ad capitulum spectat, *c. 33. de præb. et dignit. in 6.* SPERELLVS *P. I. decis. 52. n. 15. 16.* adeo vt hæc in quorundam absentia facta irrita sit ad eorum instantiam. *c. cit. 33.* Hoc tamen sine dubio ad eum restringendum casum, vbi a maiori parte capituli eliguntur canonici: secus, si electio fiat secundum *ordinem* ab vno ex capitularibus, quam quidem in *capitulo* facere debet, vt tamen reliqui capitulares haud concurrant, nec absentes euocentur, prout *tit. de præb. et dign. §. LXXV.* obseruaui et illustraui. (3) *Cessatio a diuinis* a capitulo indicenda. *c. 8. de offic. ordinar. in 6.* WIESTNER. *ad h. t. n. 13.* BARBOSA *de canon. c. 39.* Hos vtplurimum casus, tanquam notabiles, adferre solent, in quibus *absentes* sunt vocandi: extra hos sufficit, si *præsentes* et *residentes* ad capitulum vocentur: absentium non habetur ratio, nisi consuetudo adhuc alios addiderit casus, in quibus absentes quoque euocandi sunt.

ad electionem,

ad receptionem canonicorum,

ad cessationem a diuinis indicendam.

§. X. TERTIVM requisitum est, *vt tractatus capitulares præcedant*, seu vt negotium *capitulariter* expediatur. Quæ negotia expediuntur a capitulo, non aliter expediri possunt, quam *congregato capitulo*, auditis singulorum votis, et deliberatione a congregatis facta. Neque enim singuli extra congregationem capitulum constituunt, et ita nec *singulorum* consensus, *extra capitulum* interpositus, sufficit in negotiis a capitulo expediendis, id quod ex *natura collegiorum* fluit. Ideo enim hæc congregantur et in cœtum coëunt, vt, auditis singulorum suffragiis, rationibus, et consultationibus subductis, certi quid constitui et determinari queat, quod ita commode fieri nequit, si extra congregationem singulorum vota exquiruntur. Sæpe vltimus in collegio, rationibus propositis, omnes, in diuersa alias inclinantes, in suam trahit sententiam; commoda ibi adest occasio, denudandi præconceptas opiniones, quibus forsan quidam infecti sunt, et extra collegium secundum illas suffragia ferunt, quæ in collegio facilius iis adimi possunt. Id ipsum in actibus *capitulariter* expediendis accurate obseruatur. Non sufficit maioris partis consensus, nisi hic *capitulariter* interpositus sit, quod de apprehensione possessionis, *capitulariter* faciendæ, illustrat POSTIVS *de mand manut. obs. 30.* idem *decis. 95. n. 1. et 175. n. 4.* Deliberandum enim ab antiquis temporibus semper fuit in capitulo, an neo-canonicus præstanda præstiterit, anni clausralis leges obseruauerit, nullumue aliud adsit impedimentum, quod ei ad

Negotia capitulariter expedienda,

nec singulorum consensus extra capitulum sufficit.

Digitized by Google

poſſeſſionem hanc adipiſcendam obſtet? Sic quoque non valet rei eccleſiaſticæ alienatio, in quam extra capitulum conſenſerunt canonici, vt *tit. XIII.* ſpeciatim declarabo. Vota enim data extra capitulum non ſuffragantur, cum dari debeant vt ab *vniuerſis*, non vt a *ſingulis*. TAMBVRINVS *de abbat. tom. III. deciſ. 18. n. 4.* LVCA *tom. I. de benefic. diſc. 30. n. 3. et 5.*

Vota maioris partis reſpectu capituli ſufficiunt.

§. XI. Denique VLTIMVM requiſitum eſt, *vt maior pars capituli, reſpectu totius collegii, conſenſum ſuum interponat.* Hoc rurſus ex natura omnium collegiorum et vniuerſitatum fluit, cum non eſſet ratio expediendorum negotiorum, niſi maiora concluderent. Sunt homines ad diſſentiendum maxime procliues propter diuerſas animorum inclinationes et motus; vix vnquam certi quid conſtitui poſſet, ſi vnanimis deſideraretur conſenſus. Hinc *maioris partis conſenſus* habet rationem totius, quæ æſtimanda eſt intuitu totius collegii, vt *tit. de elect. §. LVI.* declaraui: extra ordinem duæ partes capituli conſentire debent, vt quandoque in *poſtulatione*, ſemper vero in *electione pontificis*.

Non item ſaniora.

Quæ de *votis ſanioribus* in *hoc tit.* et paſſim alibi traduntur, ex eorum numero ſunt, quæ in praxin deduci nequeunt, tum quia maiora præſumuntur ſaniora, tum etiam, quia, quæ ſint *ſaniora*, in hoc ſtatu corrupto accurate determinari nequit. Imo ſi, præter *maiora*, etiam *ſaniora* requiruntur, rurſus incidimus in easdem difficultates, ad quas præcauendas recta ratio *maiora* præferenda, et pro conſenſu totius collegii accipienda eſſe voluit.

Singulorum conſenſus quandoque neceſſarius.

Id quoque in capitularibus deliberationibus, vt in aliis collegiis, attenditur, vt *ſingulorum conſenſus* requiratur, ſi cauſa ſingulos tangit, veluti ſi de *religionis mutatione* agitur. *l. P. art. V. §. 15.* FERMOSIN. *de poteſt. capit. ſede vac. tr. III. q. 1. n. 5. 15. ſqq.* Denique ſi negotium quoddam *coniunctim* ad epiſcopum et capitulum ſpectat, vt quandoque *collationes beneficiorum*, *epiſcopus* vnum ſuffragium, et *capitulum* collectiue ſumtum itidem vnum ſuffragium habet, id quod ex maioribus eorum votis colligitur, quo caſu contingit, vt, quando epiſcopus a capitulo ſuo diſſentit, maiora haberi nequeant, niſi forſan ex accidente epiſcopus duo vota habeat, alterum tanquam epiſcopus, et alterum tanquam canonicus, et ita inter ipſos canonicos, paria vota ferentes, maiora efficere poſſit. Conf. Cardinalis de LVCA *tom. I. de benefic. diſc. 30.*

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS XII.

VT ECCLESIASTICA BENEFICIA SINE DIMINVTIONE CONFERANTVR.

§. I.

Sunt ecclesiastica beneficia officiis sacris perpetuo affixa, et in sustentationem eorum, qui officio sacro vacant, constituta, vnde etiam *mensalia*, vel *bona mensae*, vel *dotalia* vocantur, quae a reliquis bonis ecclesiasticis *communibus*, certo officio non ita destinatis, in plurimis differunt. Vid. *tit. de praescript. §. XXV.* Aequum proinde est, vt, quia semel a maioribus officio certo destinata sunt, *integre* et *sine diminutione* conferantur, nec successori subtrahantur, quibus antecessores gauisi sunt. Equidem non adeo a praxi antiqua abhorret, iusta de causa aliquid de reditibus alteri assignare, *pensionem* alicui constituere ad vitam, et successorem adstringere, vt partem de tunica alteri concedat. Verum id ad *regulam* non pertinet; extraordinarium hoc fuit, exceptionem constituit, nec fraudi ecclesiae aut publico fuit. Ast hoc artificio ab antiquo inclaruerunt clerici, vt *extraordinaria iura* in sui commodum in *ordinaria remedia* transformarent, et eo, quod ex *iusta causa* admissum est, *necessitate* vel *vtilitate* suadente, in fraudem legum abuterentur. Res inuidiae plena et odiosa; interim vera, non dissimulanda. Proinde

Aequum est, vt beneficia sine diminutione conferantur.

Tu, quid ego et populus mecum desideret, audi.

§. II. Beneficia diminutionem accipiunt, vel quod *possessores* eorum *aliis pensiones soluere* cogantur, vel quod *collatores* eorum *partem sibi retineant*, et de quota cum prouisis paciscantur. Vtrumque prohibitum. Magis tamen posterius, quam prius, de quo prius agendum. Sunt collatores beneficiorum vel *clerici*, h. e. episcopi, capitula aliiue praelati, vel *laici*, h. e. patroni. Hi quod exstruxerint et dotauerint ecclesiam, illi, quod bonorum ecclesiasticorum ab antiquo fuerint administratores. Cum ergo reuera prouisis *gratiam* et *beneficium* darent, inde auari collatores occasionem nacti, cum prouisis varia ineundi pacta, eosque adigendi, vt partem reddituum, ab antiquo officio sacro assignatorum, sibi cederent, promitterentque, se modico contentos fore, se-

Collatores eorum nihil sibi pacto retinere possunt,

Digitized by Google

paratos ſemper futuros, vt cum patrono diuidant; ſe has vel illas præ-
Ob iacturam, quæ eccleſiæ infertur, ſtationes remittere. Equidem huiusmodi pacta *auaritiæ* malitiam ſapiunt, ea tamen de cauſa omnis iis efficacia ſubtrahi non poſſet, niſi graue eccleſiæ vulnus infligerent, et ſaluti eius manifeſtiſſime officerent. Hac de cauſa merito damnata, et tanquam inualida iudicata ſunt. Quodſi enim talia pacta vim iuris haberent, 1) raro reperirentur *idonei et habiles*, qui officia ſacra talia ſuſciperent; vix enim eſt, vt donis neceſſariis et egregiis præditi in talia conſentirent pacta, quibus congrua ſuſtentatio ipſis ſubtrahitur; quærendi ergo ieiuni, inepti, imperiti, famelici, quauis mercede conducibiles, modico contenti, cum omnibus meritis deſtituti ſint. Quis vero aſſereret, ſub eiusmodi paſtoribus gregem eſſe ſalvum et tutum? Laborat vtique eccleſia inutilibus inſtructa præfectis. 2) Paulatim patroni aliique collatores *bona dotalia* ſibi vindicarent, et in ſuos vſus conuerterent, quod tot eccleſiarum depauperatarum hodiernus ſtatus docet. Olim pluribus bonis easdem inſtructas fuiſſe, inuentaria earum et antiqua documenta vtplurimum docent, quæ tamen variis artibus, v. c. vnionibus, commendis, et imprimis his pactis, de quibus ago, iis tandem ſubtracta, et aliorum vſibus, peſſima fide, applicata ſunt.
et ambitus eccleſiaſtici reatum. Addunt 3) ineſſe huiusmodi pactis *ſimoniam*, quod quidem non dixerim, interim ab *ambitus eccleſiaſtici reatu* non adeo recedit. Quid enim refert, vtrum patrono vel collatori pecunia pro *collatione* detur, an vero tale pactum cum eo ineatur? Cum prius ergo leges improbent, poſterius quoque merito damnaſſe cenſendæ ſunt.

Proinde legibus antiquis hæc pacta ſunt prohibita, §. III. Proinde in concilio Toletano IX. *c. 1.* in *c. 31. C. 16. q. 7.* relato, generatim hoc prouiſum eſt: *Ipſis tamen heredibus* (patronis) *in eiusmodi rebus non liceat, quaſi iuris proprii poteſtatem præferre, non rapinam, non fraudem ingerere, nec violentiam quamcunque præſumere, ſed hoc ſolum in ſalutarem ſollicitudinem adhibere, quod aut nullam noxam operatio nocens attingat, aut multam* (in *collect. concil.* HARDVINI *tom. III. p. 975.* legitur: *in multam*) *vel aliquam partem ſalutaris mercedis* (vel potius *merces*, vt in HARDVINI *collectione* legitur) *aſſumat.* In *c. 15. C. 1. q. 3.* hoc ſimoniacum eſſe iudicatur, additurque, quemlibet *libere et abſque diminutione aliqua collata ſibi dignitate atque beneficio perfrui debere.* Idem conſtituit pontifex in *c. 22. C. 16. q. 1.* additque hanc nouam rationem, *vt, quando melius poſſit* (prouiſus) *iuxta poſſibilitatem ſuam, quando neceſſitas exſtiterit, ad opera eccleſiaſtica et ipſam reſtaurandam eccleſiam, adiutorium faciat.* Euidentius *damna*, quæ ex huiusmodi *pactis improbis* in eccleſiam redundant, deſcribit INNOCENTIVS III. in *c. 30. X. de præb.* ſimul-

Digitized by Google

ſimulque docet, talem conſuetudinem paſſim inoleuiſſe. *Exſtirpandæ*, ait, *conſuetudinis vitium in quibusdam partibus inoleuit, quod ſcilicet parochialium eccleſiarum patroni, et aliæ quædam perſonæ, prouentus ipſarum ſibi penitus vindicantes, presbyteris, earum ſeruitiis deputatis, relinquunt adeo exiguam portionem, quod ex ea nequeant congrue ſuſtentari. Nam (vt pro certo dicimus) in quibusdam regionibus paræciales presbyteri pro ſua ſuſtentatione non obtinent, niſi quartam quartæ, i. e. ſextam decimam decimarum.* Vitia et incommodæ, quæ inde nata, grauiora fuerunt, quam vt eiusmodi conſuetudo, eccleſiæ inimica, et ſaluti populi prorſus aduerſa, tolerari poſſet. *Vnde fit*, pergit, *vt in his regionibus pene nullus inueniatur ſacerdos paræcialis, qui vllam aut modicam habeat peritiam literarum.* Noui, paſtores non quæ ſua, ſed quæ IESV CHRISTI ſunt, ex iuſtiſſimis rationibus. quærere, et populo præeſſe debere non turpis quæſtus gratia, ſed ſpiritu prorſus ſpontaneo; *1 Petr. V, 2.* aſt tales non vbique naſcuntur et deprehenduntur, qui et cum ſumma egeſtate certare, et pro nullo quaſi ſtipendio populo præeſſe velint. Nec PAVLVS miniſtris eccleſiæ indigentibus *neceſſaria vitæ* hoc ipſo denegat; *turpis quæſtus ſtudium* tantum præcauere intendit, quæ duo admodum diuerſa ſunt. Si deſunt vitæ neceſſaria miniſtris eccleſiæ; ſi alii, quæ illis a maioribus deſtinata, præripiunt: miſera et contemtibilis eorum redditur conditio. Olim vbi epiſcopi per potentiam omnia in ſuos vſus redigebant, et omnia rapiebant, clericorum ceterorum ſtatus admodum laceratus et abiectus erat. *Mendicat infelix clericus*, dicitur in *c. 23. D. 93. in plateis et ciuili operi mancipatus publicam a quolibet depoſcit alimoniam. Et quidem ex eo deſpicitur cunctis ſacerdotale officium, dum miſericordia deſolatus iuſte putatur ad hanc ignominiam deueniſſe.*

§. IV. Manauit ſine dubio hæc conſuetudo, cuius facit mentionem INNOCENTIVS III. *in c. 30. cit.* ex antiquis illis temporibus, quo monaſteria, et eccleſiæ *laicis* in *beneficium* et *feudum* a cæſaribus dabantur, virtute cuius iuris potiores reditus ſuos facere poterant, aſſignata tantum portione exigua *clerico* indigenti. Paſſim in capitularibus CAROLI M. et LVDOVICI pii huius moris fit mentio, qui in eum deuenerat abuſum, vt etiam eccleſiæ inter heredes diuiderentur, qua de re *lib. I. c. 104.* apud STEPHANVM BALVZIVM *tom. I. p. 724. in f.* ita cauetur: *Et de eccleſiis, quæ inter coheredes diuiduntur, et tali occaſione proprio honore carent, ſiue de his eccleſiis, quæ nimium rebus propriis ſunt attenuatæ; vel certe de his rebus, quæ ſuper neceſſitate compel-* Olim hac in re magnopere peccatum fuiſſe, oſtenditur,

Digitized by Google

pellente a nonnullis ecclesiis sunt ablatæ, et si qua sunt alia, siue in ecclesiasticis, siue in publicis rebus emendatione digna, quæ pro temporis breuitate efficere nequiuimus, in tantum differendum illud iudicauimus, donec, Domino fauente, consultu fidelium, facultas nobis in definiendo eo tribuatur.

vt patroni etiam oblationes et decimas sibi vindicarent.

Adeo vero reditus ecclesiasticos sibi vindicabant, vt etiam *oblationes* et *decimas* sui iuris esse crederent, et tandem hac occasione *decimas* in suam redigerent proprietatem. Grauissimæ fuerunt clericorum querelæ contra hæc potentiorum attentata, et, quantum in ipsis fuit, hæc per concilia emendare studuerunt. In concilio Romano *anno 904.* prohibitum fuit, *vt plebs nullatenus aut comitibus, aut episcoporum vasallis, aut vllis laicis in beneficium tribuatur*, qua de re pluribus agit ZIEGLERVS *de dote eccles. c. vlt.* Verum vix aboleri hi potuerunt abusus, quin semper vestigia hinc inde supererent: ad minimum *per indirectum* patroni reditus ecclesiasticos se obtinere posse credebant, si *de quota* cum prouisis paciscerentur, quod rursus prohibitum est in *concilio Lateranensi*, relato in *c. 7. X. de censib.* Speciatim hic episcopis aliisue prælatis iungitur, *ne partem reddituum suis vsibus appropriare præsumant, sed libertatem, quam sibi maiores conseruare desiderant, minoribus suis bona voluntate conseruent.* Ad hoc concilium prouocat INNOCENTIVS III. in *c. vn. X. h.t.* et, *quia non licuit*, ait, *ex pactione vel conuentione quacunque sub modo vel tenore præscripto concedere nudum officium, et tibi retinere prouentus, cum in Lateranensi concilio prohibitum sit, ne quis conferendo ecclesiasticum beneficium, partem prouentuum suis vsibus retinere præsumat, et alibi cautum reperiatur in canone, quod ecclesiastica beneficia sine diminutione debeant conferri.* Addit pontifex, tale pactum esse simoniacum, quod supra declaraui.

vel de quota reddituum cum pastoribus transigerent.

Eadem doctrina merito quoque in nostris obtinet ecclesiis.

§. V. Pleræque rationes, quæ talia pacta improbant, ita comparatæ sunt, vt *in nostris quoque ecclesiis* obtinere debeant. Magis laborandum esse, supra *tit. de præb. §. LII. sqq.* dixi, de salario ministrorum ecclesiæ augendo, quam minuendo, præsertim cum patronis libera de bonis ecclesiæ dispositio haud sit indulta. Proinde iam in *iure paroch. sect. VII. c. 1. §. 28.* obseruaui, nec inter protestantes tales pactiones valere, quod adducto præiudicio illustraui. Placet nouo eandem rem responso facult. nostræ de *anno 1708. mens. Ianuar.* exornare:

In Sachen ꝛc. Daß beklagte Gemeine dem Kläger die jährlich zurück behaltenen 5. Schl. Roggen, so lang Kläger daselbst sein Amt

Digitized by Google

Amt verwaltet, zu entrichten, auch künftig damit zu continuiren, verbunden seyn, und hat die geschehene Eydes-Delation nicht statt.

Rationes decidendi.

Ob wol Beklagte vorwenden, wie sie in den Gedancken gestanden, daß die im Visitations-Register angesetzte 30. Schl. nicht allein dem Prediger zugehöret, sondern des Schul-Meisters sein Gehalt mit darunter stecke; Kläger auch bishero mehr nicht als 25 Schl. prætendiret, ja sich mit der Gemeinde, welche nur 22. und einen halben Schl. geben wollen, bis auf 25. Schl. verglichen, darüber sie dem Kläger sein Gewissen gerühret; welchen Vergleich er sub prætextu documentorum noviter repertorum nicht impugniren könte.

per *l. 19. C. de transact.*

Weil aber dennoch Kläger durch den extract des Visitations-Buchs, *fol. act. 21.* wann solcher mit dem Original-Buch bestärcket worden, gnugsam beygebracht, daß ihm jährlich 30. Schl. Korn gebühren, und nicht gebräuchlich, daß ein Prediger von dem ihm beygelegten Gehalt dem Küster etwas abgeben müsse, weil solches distincta officia seyn, und also ein ieder seinen absonderlichen Unterhalt haben muß; der allegirte Vergleich auch theils nicht erwiesen, theils auch der Magdeburgischen Consistorial-Ordnung entgegen ist, als woselbsten expresse verordnet, daß die Gerichts-Herren und Patroni, und dahero um so viel weniger die Gemeinde, nicht befugt seyn sollen, mit dem Prediger sich zu vergleichen, etwas an ihrem Sold und Accidentien, oder sonst, auf eine Zeitlang, oder gar, fallen zu lassen;

Ordin. eccles. Magd. c. 19. art. 19.

bey welcher Bewandniß darüber der Eyd zu deferiren, gantz vergeblich ist, weil es heisset, quod, quæ iurata non releuant, ad iurandum non sint admittenda:

So ist dahero von uns beschehener Massen erkannt worden.

Accurate obseruauit *ordin. Magd. eccles. c. 19. §. 19.* doctrinam iuris canonici, prout adductæ rationes docent, magis vero ipsa verba illustrant: Gleichwie nun die Gerichts-Herren und Patroni mit denen Pfarr-Gütern nichts neues vornehmen sollen, als seynd sie auch nicht befugt, mit denen Predigern sich zu vergleichen, etwas an ihrem Sold und Accidentien, oder sonst auf eine Zeitlang, oder gar fallen zu las-

Digitized by Google

ſen, ſondern es ſoll zu dem Gottesdienſt, und zu der Prediger Beſoldung bleiben, was vormals darzu verordnet worden. Pari ratione in *ordinat. Vinar. lib. II. c. 20. tit. 12.* von Abzug und Schmälerung der Pfarr-Güter, eadem ſententia confirmata eſt: Nachdem auch Bericht eingelanget, ob ſolten vor dieſem etzliche Collatores die Pfarr-Güter zum theil an ſich gezogen, zum theil auch wol mit den Pfarrern, ſo bey ihnen um Dienſt anhalten, paciſciret, und ſich mit ihnen verglichen haben, daß ſie an der Pfarr-Nutzung etwas haben ſchwinden laſſen; und aber ſolch unchriſtlich Fürnehmen GOtt und allen Rechten zuwider, und die Kirche durch dergleichen Parthiererey mit untüchtigen Dienern beſchweret worden: als wollen Wir vor Uns und Unſerer freundlich geliebten Brüder L. L. Ld. Kraft dieſes alle dergleichen Handelung, unter was prætext und Schein auch dieſelbe geſchloſſen werden möchten, gäntzlich verbothen, auch da iemand, wer der ſeyn möchte, heimlich oder öffentlich hiewider gehandelt, beyde den Pfarrer und Collatorn ernſtlich zu beſtrafen, Uns vorbehalten haben. Wie dann Unſere geſamte Conſiſtoria, Superintendenten, Decani und die Adiuncti hierauf ein wachſames Auge haben, und zuſehen ſollen, damit die Pfarr-Einkommen, auf dieſe oder andere Weiſe, nicht geſchmälert werden mögen. Idem fere iisdem verbis repetitum in *ordin. eccleſ. Coburg. c. 21. p. 221.* et nimis longum foret, per ſingulas ire, earumque conſenſum adducere.

Pacta tamen talia admiſſa in vniombus improbis.

§. VI. Admiſſæ tamen ſunt huiusmodi pactiones ex *iuſta cauſa*, ſed rurſus admodum in *abuſum* tractæ. Huc pertinet (I) caſus *vnionis* factæ, ob quam principali rectori permiſſum eſt, in beneficio vnito *vicarium* conſtituere, et cum eo de *quota reddituum* paciſci. *c. 30. in f. X. de præbend.* Eadem vero incommoda, quæ in *§. III.* adduxi, etiam in hoc caſu affixiſſe eccleſias, ſupra *tit. de præb. §. CLXXXIII. p. 418. ſq.* demonſtraui, quæ ipſa *vnionum improbarum* ratio produxit.

Rectius in ſubſtitutionibus quæ emeritis fiunt.

(II) Si paſtori emerito, ægrotanti, vel ſenectute confecto *ſubſtitutus* vel *adiunctus* dandus eſt, cui de *parte reddituum*, auctoritate conſiſtorii, prouidendum eſt, quod æquitatis rationem habet, vt dixi *tit. de cleric. ægrot. vel debilit. §. XXV. p. 545.* et confirmat *c. 4. X. de cleric. ægrot. vel debilit.* Nec hoc ab antiqua eccleſiæ praxi alienum, adeo, vt quandoque *depoſitis* ex auctoritate concilii neceſſaria vitæ alimenta cum charactere epiſcopali relinquerentur, de quo plenius agit THOMASSINVS *P. III. de diſc. eccleſ. lib. II. c. 29. ſeqq.*

§. VII.

Digitized by Google

§. VII. Sed hæc exempla parum prosunt iis, qui hodie (III) *resignationes* facere solent, reseruatis sibi fructibus vel certa eorum parte. Ex iusta et probabili causa si fiunt, veluti ob *morbum*, *aetatem* etc. tales reseruationes admitti, iam dixi. Sed plures excogitatæ sunt *causæ spuriæ*, ex quibus *in fraudem legis* fiunt. In morem quippe abiit, vt canonicus, ad pinguius beneficium electus, cum priori incompatibile resignare soleat beneficium, reseruata sibi fructuum redituumque parte, quasi in compensationem *resignationis*, quæ tamen est *necessitatis*, qua nihil perdit, sed ad pinguius officium et beneficium ruit, vt ipse fatetur ESPEN. *P. IV. tr. de simon. et pension. c. 7. §. 2.* Plures ambiunt beneficia ecclesiastica, non ea intentione, vt officium clericale præstent, aut ecclesiæ inseruiant, sed vt *per indirectum* reditus beneficii acquirant. Ait ESPENIVS *cit. l. §. 3. Nihil quotidiana experientia est euidentius, quam beneficia ecclesiastica auide quæri ab iis, qui nihil minus in animo habent, quam ratione beneficii officium præstare, imo ne quidem statum ecclesiasticum assumere resoluerunt; sed beneficium tamen quærere et acceptare non dubitant, certi, quod, nullo etiam præstito seruitio, nec vlla quidem in loco beneficii facta residentia, ipsos nihilominus non incerta aut dubia spes manet, recipiendi via resignationis notabilem pecuniæ pensionem ex beneficio vel modico tempore possesso. Hinc etiam videmus, quod mox beneficia, pensione retenta, dimittant, signum non incertum, quod in beneficii acceptatione vnice pensionem respexerint.* Originem traxit hoc commercium circa reditus beneficiorum ex praxi introducta resignandi beneficia *in fauorem tertii*, cum quo de quota reddituum paciscí, vel pro certo honorario beneficium dimittere solent, quæ praxis etiam in nostris capitulis satis vsitata est. Est quidem hæc praxis manifestissime contra canones; sed episcopi illam improbare non possunt, quod suis consanguineis, quibus pinguissima conferunt beneficia, hanc licentiam indulgere soleant, adeoque in aliis improbare nequeant, quod suis consanguineis permissum esse iudicant. Imo in aula Romana facile redimí possunt tales bullæ, quibus omnes etiam in resignatione fructus reseruantur, de quo plenus est FLAMINIVS PARISIVS *lib. VI. de resign. benef. c. 1.* adeo, vt nequidem *iusta causa* requirenda sit, CORVIN. *de person. et benef. eccles. P. II. lib. 4. tit. 11. n. 23.* in quo pontificis singularem prærogatiuam constituunt, quia

Male hoc applicatur ad resignationes hodiernas, reseruatis fructibus.

Intererit multum, Dauusne loquatur, an herus.

Digitized by Google

Diminuuntur beneficia per penſiones,

§. VIII. Verum præter huiusmodi pacta etiam diminutionem accipiunt beneficia ex *penſionibus*, quæ iis imponuntur a collatoribus, et aliis a præbendatis ſoluendæ ſunt, de quarum *praxi et abuſu* canoniſtæ copioſe admodum agunt, quia admodum frequentes ſunt. vid. MARCVS ANTONIVS DE DOMINIS *lib. IX. de republ. eccleſ. c. 11.* BARBOSA *de praxi penſion.* LEVRENIVS *in for. benef. P. III. q. 428. ſq.* ESPENIVS *P. IV. tr. de ſimon. et penſion.* CORVINVS *cit. loc.* DARTIS *de benefic. ſect. V. c. 3.* LVCA *in theatr. verit. iuſtit. tom. II. de penſion.* Sunt PENSIONES *annua pecuniæ quantitas, ſuper prouentibus alicuius beneficii, auctoritate ſuperioris reſeruata, in eius vitæ ſubſidium per poſſeſſorem præſtanda.* Has in claſſem *beneficiorum* minime eſſe collocandas, cenſent, quia *laicis* etiam concedi poſſunt, nec propter *officium eccleſiaſticum* præſtantur, ſed ob nuda alimenta, vnde etiam olim *militibus valetudinariis* conceſſæ, commendatione principum inſtructis. De moribus Galliæ ait ALTESERRA *lib. II. de ducib. prouinc. c. 11. Moribus noſtris regii iuris eſt, veteranum militem cœnobiis in alimentarium offerre, nec iniuria. Cum enim res ſacræ æque ac profanæ militum præſidio ab hoſtibus tutæ ſint, haud iuſtum fuerit, veteranis vulneribus confectis pro republica extremum vitæ ſubſidium negari in monaſteriis, principum liberalitate dotatis, et ipſa, quorum cenſus eſt pauperum, abundare monachis, egere pauperibus.* Sunt plura huiusmodi exempla obuia, plenius congeſta a Dn. a LVDEWIG *diſſ. de iure valetud. milit. emerit.*

quæ a beneficiis diſtinguuntur, et laicis etiam præſtantur,

Eas pontifex libere impo nit extra Germaniam.

§. IX. *Pontifici* liberrimum attribuunt arbitrium, penſiones, etiam *ſine cauſa*, imponendi beneficiis, quod ſit omnium beneficiorum dominus. Verum *in Germania* talis exorbitans poteſtas ei haud indulgetur, reſtricta per *concordata nationis Germanicæ.* Beneficiis non reſeruatis nullum onus imponere poteſt *per quamcunque diſpoſitionem, ſub quacunque verborum forma:* eſt enim horum collatio ei ademta, ergo quoque *penſionum* impoſitio, cum, qui beneficium conferre nequeat, nec illud penſionibus grauare poſſit, ne per indirectum beneficium ſcinderet, et ſic partem eius conferret. Poteſt demum pontifex beneficia conferre, quæ in *menſibus papalibus* vacauerint; vtrum autem in tali menſe vacatura ſint, ante mortem præbendati non conſtat, ergo nec de collatione *totali*, aut *partiali* interim diſponere poteſt. In fraudem concordatorum ſine dubio ageret, ſi penſiones beneficiis pro lubitu et de facto imponeret, quod Germani ei nullo modo indulgere poſſunt. Ipſe pontifex ſibi quoque hac in re legem ſcripſit in *c. 30. in f. X. de*

Digitized by Google

de præb. et dignit. Illud autem penitus interdicimus, ne quis INFRAVDEM de prouentibus eccleſiæ, qua curam habere debet proprii ſacerdotis, penſionem alii pro beneficio conferre præſumat. Si dicis, poſſe ad minimum pontificem, dum *in ſuo menſe* vacans beneficium confert, ei ſimul penſionem in fauorem tertii impɔnere, quia, dum illud confert, eidem quoque onus imponere poteſt: regero, admitti hoc poſſe, vt tamen hoc onus ſucceſſorem huius beneficii non ſtringat, ſi beneficium hoc poſtea in menſe ordinarii collatoris vacauerit: neque enim plus iuris in penſionarium transferre potuit, quam ipſe circa beneficium pro præſente ſtatu habuit. Idem forſan applicari poſſet ad *principes proteſtantes*, qui, quatenus conferunt, eatenus penſiones beneficiis imponere eadem poteſtate poſſunt. *Epiſcopis* eandem poteſtatem indulgent, ſed *reſtrictiorem*, ex iuſta et magna cauſa, *c. 32. X. de reſcript.* forſan concordiæ et pacis intuitu, *c. 21. X. de præb. et dignit.* adeo, vt hoc caſu etiam ſucceſſorem illius beneficii penſiones ſtringant, CORVINVS *cit. l. n. 33.* Plures aliæ obſeruationes circa hanc materiam occurrunt, hic eo minus recoquendæ, quod earum vſus rarior ſit in Germania, maxime in noſtris proteſtantium foris, vnde easdem in examen reuocare non vacat.

Reſtricte in Germania.

Etiam quoad principes et epiſcopos.

TITVLVS XIII.

DE

REBVS ECCLESIAE ALIENANDIS VEL NON.

§. I.

Doctrina *huius tituli* infinitas peperit lites, et auaritiam clericorum magnopere auxit, quippe qui a pluribus ſeculis hoc imbuti fuere dogmate, bona eccleſiæ eſſe conſeruanda, retinenda, non alienanda; nec hoc ſine *ſacrilegio* ſuſcipi poſſe. Imo quo magis hanc ſententiam in ſuccum et ſanguinem verterent, in morem tandem abiit, canonicos, ceterosque præbendatos ſolenni iuramento adſtringendi *de bonis non alienandis*, et plura ſuperſtitioſa, falſa et erronea

Generatim doctrina huius tituli proponitur.

Digitized by Google

ronea dogmata inculcandi, quibus omnis rerum ecclesiasticarum alienatio præcaueri et auerti posset. Hac arte clerus ecclesiæ Romanæ innixus officium optimi patrisfamilias peregit, docendo, bona hæc *prudenter* esse *augenda, conseruanda*, et *expendenda*.

Leonis constitutio de hac doctrina,

§. II. Generatim *hoc titulo* traditur antiquum dogma iuris canonici, *bona ecclesiastica non esse alienanda*, cuius variæ rationes producuntur. In *constitutione* LEONIS imper. quæ in *l. 14. C. de SS. eccles.* refertur, hæc assignatur ratio: *Ea enim, quæ ad beatissimæ ecclesiæ iura pertinent, vel posthac forte peruenerint, tanquam ipsam sacrosanctam et religiosam ecclesiam intacta conuenit venerabiliter custodiri, et sicuti ipsa religionis et fidei mater perpetua est, ita eius patrimonium iugiter seruetur illæsum.* Ratio hæc nec obscuritate, nec superstitione caret. Dicitur

cuius ratio euoluitur.

ecclesia Constantinopolitana *religionis et fidei mater*, quod aut de *templo*, aut *cœtu fidelium*, aut *clero* intelligendum est, quibus omnibus prædicatum attribui solet. *Templum* hic non intelligi, vel inde liquet, quia hoc minime *mater fidei* dici potest: *cœtus fidelium* tempore LEONIS vix amplius nomine *ecclesiæ* veniebat, nec laici, ex quibus *cœtus* constituitur, vbibi dicuntur *mater fidei* et *religionis*. Restat ergo, vt dicamus, *ecclesiæ beatissimæ, sacrosanctæ et religiosæ* nomine intelligi *patriarcham Constantinopolitanum cum clero*, vtpote qui κατ' ἐξοχὴν hoc prædicatum iam eo tempore sibi tribuerat, quique est *fidei et religionis mater*, cum ab eo vnice petendum, quid ad *fidem et religionem* spectet, iuxta *l. 1. pr. C. de SS. Trinit.* Hoc posito, planior fit sensus huius adducti asserti. Ad *vtilitatem cleri* Constantinopolitani respexit LEO, voluitque, vt, sicuti hoc *collegium clericorum* debet esse perpetuum, ita quoque *eius patrimonium* in posterum sit perpetuum, vt semper adsit, vnde se pascere possit. Bona enim ecclesiæ censeri *patrimonium cleri*, iam supra *tit. de præbend. §. XV. et XXIX.* obseruaui.

Noua ratio,

Altera ratio est petita ex *qualitate horum bonorum*, quæ dicuntur *DEO oblata, dicata, relicta, data et sacrata, patrimonium DEI et Iesu Christi, possessiones ipsius Dei*, prout obseruaui *tit. de præb. §. XVI. sq.* Inde collegerunt: *Quicquid semel fuit consecratum, sanctum sanctorum Domino erit, et ad ius pertinebit sacerdotum*, vt dicitur in *c. 3. C. 12. q. 2.* quo ipso argumentum traxere ex veteri fœdere; quia semetipsos constituere *sacerdotes*, more Mosaico, ergo etiam *iura huius sacerdotii* non poterant non ambire. Erant olim hæc sacerdotii præcipua commoda et iura, vt, quæ ad altare offerrentur, ad *ius sacerdotii* pertinerent. *Tertio* sub his insolitis appellationibus fere prolapsi sunt in

maxime a sacerdotii antiqui iure petita,

et quod bona ecclesiastica

vete-

Digitized by Google

veterem gentiliſmum, et bona talia *nullius* eſſe crediderunt, imo *iuris diuini* et *res ſpirituales*, vt rurſus obſeruaui *cit. l. §. XIX.* Inde manauit noua regula: *Quicquid iuris diuini aut ſpiritualis eſt, non debet vſibus mundanis deputari. c. 4. X. de relig. domib. c. 51. de R. I. in 6.* Eandem philoſophiam amplectuntur REINKING *de regim. ſec. et eccleſ. lib. III. cl. 1. c. 8. n. 4.* et CARPZOV. *lib. II. iurispr. conſiſt. def. 298. in f.* aientes: *Quis tam audax et temerarius eſſet, vt patrimonium Chriſti et pauperum bona diminueret, quæ ſemper amplificari et augeri æquum eſt?* Ex quo *quartam* rationem efformant, talem venditionem rerum eccleſiaſticarum eſſe *ſimoniam* et *ſacrilegium;* quicquid autem delictum grauiſſimum eſt, merito prohibitum cenſeri debet. Prius conſtituit VRBANVS II. *in epiſt. 17.* cuius verba *tit. de prab. §. XIX. p. 271.* adduxi. Poſterius inculcaſſe videtur LEO in *l. 14. §. 1. C. de SS. eccleſ.* ibi: *Sacrilega mente*, quod etiam repetiit PIVS papa in *c. 5. C. 12. qu. 2.* Imo etiam *homicidio* æquiparatur: *Qui enim Chriſti pecunias et eccleſiæ rapit, aufert vel fraudat, homicida eſt*, iuxta *c. 6. ibid.* Euidentius in *c. 21. ibid.* doctrina maiorum exprimitur: *Valde iniquum ergo et ingens ſacrilegium eſt, vt, quæcunque vel pro remedio peccatorum, vel ſalute, vel requie animarum ſuarum vnusquisque venerabili eccleſiæ contulerit, aut certe reliquerit, ab iis, quibus hæc maxime ſeruari conuenit, i. e. chriſtianis et Deum timentibus hominibus, et ſuper omnia a principibus et primis regionum, in aliud transferre vel conuerti permittatur.* Nouam et quidem *quintam* hæc verba ſuppeditant rationem, quod eccleſiis relicta, cenſeantur relicta *pro redemtione animæ*, quæ ideo alienari nequeunt, quod *ſpeciatim* in *pios vſus* ſint deſtinata, nec finem adductum obtinere poſſint, ſi alienatio promiſcua permitteretur.

essent iuris diuini.

Imo quod eorum alienatio ſimoniam ſaperet et ſacrilegium,

quia pro redemtione animæ eccleſiis oblata ſunt,

§. III. Hæc eſt doctrina *corruptæ eccleſiæ*, quoad *res eccleſiaſticas*, quæ cum praxi primitiuæ et purioris eccleſiæ non conſpirat, ſed magnopere ab ea recedit. Ab iis adhuc diſtinguunt *res ſacras*, ſolenni ritu ad cultum ſacrum et liturgiam conſecratas, id quod *rebus eccleſiaſticis* deeſt, quæ in *patrimonio eccleſiæ* eſſe dicuntur, vt ex eorum reditibus alantur clerici et pauperes. De illis ait AVGVSTINVS *in Pſ. 113. Pleraque inſtrumenta et vaſa ex auro et argento habemus in vſum ſacramentorum, quæ, ipſo miniſterio conſecrata, ſancta dicuntur.* Hæ res ſolenni ritu confecrantur, quorſum pertinent *calices aliæque vaſa ſacra*, de quorum *conſecratione* agit ANDREAS DV SAVSSAY *in panopl. ſacerd. P. I. lib. 8. c. 10. art. 1. ſeqq.* item *pallia aliaque veſtimenta*, quæ IDEM *P. I. lib. 1. ſeqq.* plenius explicat. De *patena* IDEM *P. I. lib. 9.* pleniſ-

Ab eccleſiaſticis rebus diſtinguunt res ſacras,

Digitized by Google

pleniſſimus eſt, et quis tot aliarum rerum ſacrarum, vt *templi*, *baptiſterii*, *altarium*, *campanarum* etc. ſufficientem catalogum exhiberet? Sufficit tantum pro inſtituti mei ratione, illud vnicum hic obſeruaſſe, ritum hunc *conſecrationis* ſpecialem rationem præbuiſſe, ob quam *rerum ſacrarum alienatio* prorſus interdicta eſt. Audiamus AMBROSIVM *lib. II. de offic. c. 28.* in *c. 70. C. 12. qu. 2.* relatum, hoc modo differentem: *Opus eſt, vt de eccleſia myſtici poculi forma non exeat, ne ad vſus nefarios ſacri calicis miniſterium transferatur. Ideo intra eccleſiam primo (inſtante graui neceſſitate) quæſita ſunt vaſa, quæ initiata non eſſent, deinde comminuta, poſtremo conflata, per multas erogationes diſpenſata egentibus, captivorum quoque pretiis profecerunt. Quodſi deſunt noua, et quæ neque initiata videantur in eiusmodi vſus, quos ſupra diximus, arbitror omnia pie poſſe conuerti.* OPTATVS MILEVITANVS *lib. VI.* graviſſime Donatiſtas increpat, quod calices fregerint. *Hoc tamen immane facinus*, ait, *geminatum eſt, dum fregiſtis etiam calices Chriſti corporis portatores, quorum ſpecies reuocaſtis ad maſſas, mercedem nefariis nundinis prouocantes, ad quam nec emtores eligere voluiſtis ſacrilegi, dum inconſiderate vendidiſtis. - - - Emerunt forſitan in ſuos vſus ſordidæ mulieres, emerunt pagani facturi vaſa, in quibus incenderent idolis ſuis, o ſcelus nefarium! o facinus inauditum! auferre DEO, quod idolis præſtes; ſubducere Chriſto, quod proficiat ſacrilegio.*

quæ prorſus alienari prohibentur.

§. IV. Recte vero cenſuit ZIEGLERVS *de epiſc. lib. III. c. 28. §. 8.* demum *ex hypotheſi ſequiorum temporum plurium interfuiſſe, res eccleſiaſticas ſaluas habere, neque imminui bona acquiſita;* nec diffitetur MARC. ANT. DE DOMINIS *lib. IX. de republ. eccleſ. c. 3. n. 3.* eccleſiaſticos *bona quidem intentione, ſed peſſimo euentu aliquando prædia ipſa retinere cœpiſſe. Quæ, ſi exemplum*, pergit, *apoſtolorum imitari, vt tenebantur, voluiſſent, vendenda fuiſſent, et ex pretio accepto neceſſitatibus ſuis et pauperum occurrere debuiſſent.* Docet facies *primitiuæ*, maxime *apoſtolicæ* eccleſiæ, *res ſacras* eccleſiis defuiſſe, in ſenſu ad minimum papali, ſine vlla pompa et ſuperſtitione in ſumma ſimplicitate omnia peragebantur, nec, quamdiu euchariſtiæ *ſacrificium* ignorabatur, tali *ſacrato apparatu* opus erat, cum huic actui *ſimplices menſæ*, aut alia *vaſa lignea* ſufficerent. *c. 44. de conſecr. D. 1.* Ergo nec opus fuit, lege eccleſiaſtica horum alienationem prohibere, cum ratio prohibendi, quam ſuperſtitio ſequiorum temporum produxit, ceſſaret. *Patrimonium* quidem quoddam eccleſiis erat, ſed non *ſtabile* aut *permanens*, verum maxime alienationi obnoxium.

Ob intereſſe clerici ſequioribus temporibus demum alienatio eſt prohibita.

Olim ſacræ res deficiebant.

Cæteræ res alienabantur libere.

Digitized by Google

Bona immobilia, ecclesiarum vsibus oblata, vendebantur, et pretium inde redactum inter pauperes et clericos indigentes diuidebatur. Exemplo posteris ipsi praeiuerant apostoli, ceterique fideles Hierosolymis subsistentes. *Habebant omnia communia, possessiones et substantias vendebant, et diuidebant illa omnibus, prout cuique opus erat. Act. II, 44. 45. Neque enim quisquam egens erat inter illos. Quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum, quae vendebant, et ponebant ante pedes apostolorum. Diuidebatur autem singulis, prout cuique opus erat. Act. IV, 34. 35.* Sed quid γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας? Notiora haec sunt, quam vt multis rerum argumentis exornari debeant. Neque vero existimandum est, ideo primitiuae ecclesiae christianos praedia ecclesiis oblata alienasse, quod ecclesiis talia possidere haud permissum fuerit. Absolute negari hoc nequit, illud tamen simul planum et liquidum est, magis eos sollicitos fuisse de alendis pauperibus, quam corradendis bonis iisque conseruandis, cum commodius, illo rerum statu, ex pretiis rerum venditarum, quam ex reditibus bonorum sustentari possent. Nulla ad minimum *lex* erat, quae distractioni harum rerum obstitisset, si vel maxime libere bona talia possidere potuissent. Ignorabantur illae ficulneae rationes, quae §. *II.* adductae, et ex *intima superstitione* seculorum subsequentium sunt desumtae, vt clerici, pro conseruatione bonorum ecclesiasticorum admodum solliciti, eo facilius finem suum obtinere possent. Vnice *pauperum* curam habebant; horum vsibus bona offerebantur, vendebantur, applicabantur, nec quisquam tam insolens aut ieiunus erat, qui crederet, *sacrilegium* eum commissurum, qui patrimonium hoc, quod *sacrum* vulgo appellant, venderet, vtut interim praecauerent, ne quid pauperibus subtraheretur. Aliam adhuc addit rationem PSEVDO-ISIDORVS sub nomine MELCHIADIS papae in *c. 15. C. 12. q. 1.* et, *futuram ecclesiam*, ait, *in gentibus apostoli praeuidebant: idcirco praedia in Iudaea minime sunt adepti, sed pretia tantum ad fouendos egentes.* Fallitur vero impostor, non cogitans, infinitas fuisse ecclesias extra Iudaeam, in quibus haec cessabat ratio, quamuis itidem praedia, vsibus pauperum oblata, venderent.

Nec vlla lex in contrarium aderat.

§. V. Qui delectantur quisquiliis PSEVDO-ISIDORI, facile inducuntur, vt credant, iam seculo II. et III. legem pontifices dedisse *de bonis ecclesiae non alienandis.* PIVS papa, qui seculo II. sedit, haec fingitur scripsisse, *epist. II.* apud BLONDELIVM *in Pseudo-Isidoro p. 197. Ad sedem apostolicam perlatum est, quod --- praedia, diuinis vsibus tradita, quidam humanis applicant vsibus, et Domino Deo (cui tradita sunt) ea subtrahant, vt suis vsibus inseruiant. Quapropter ab omnibus illius vsurpationis*

Nequidem seculo II. et III. alienatio prohibita fuit.

Digitized by Google

tionis contumelia depellenda eſt, ne prædia, vſibus ſecretorum cæleſtium dicata, a quibusdam irruentibus vexentur. Quodſi quisquam præſumſerit, ſacrilegus habeatur, et ſicut ſacrilegus iudicetur. Potiora verba huius epiſtolæ deſumſit impoſtor ex *l. 5. C. de SS. eccleſ. et l. 40. C. Theod. de epiſc.* et poſteris imponere voluiſſe videtur, HONORIVM in *adductis LL.* verba PII ſua feciſſe. Quis vero, qui ſtylum ſeculi II. nouit, crederet, PIVM epiſcopum cenſuiſſe, bona eccleſiaſtica *Deo tradi*, *et*, dum alienantur, *Deo ſubtrahi?* Quis ſibi aliisque perſuadebit, iam ſeculo II. cogitatum fuiſſe de bonis immobilibus non alienandis, ſed aſſeruandis? Magis impudens eſt impoſtor, dum eadem etiam verba VRBANO apud BLONDELLVM *cit. tr. p. 268.* attribuit, a GRATIANO relata in *c. 13. C. 17. q. 4.* et verba *cit. l. 5.* ab epiſcoporum more prorſus aliena, ſubiicit: *Quodſi quis fecerit, poſt debitæ vltionis acrimoniam (quæ erga ſacrilegos iure promenda eſt) perpetua damnetur infamia, et carceri tradatur, aut exilio perpetuæ deportationis vtatur* (vel potius *vratur.*) Verba hæc ſunt *imperatoris*, leges pœnales ſancientis, non epiſcopi Romani ſeculo III. ſedentis, cum nequidem poſt hæc tempora epiſcopis in more poſitum fuerit, pœnam *exilii* dictandi. Addit tamen, vt verba hæc eo magis ſuo VRBANO applicet impoſtor, hanc rationem: *quoniam iuxta apoſtolum tradere oportet huiusmodi hominem ſatanæ, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini.* En philoſophiam hominis inſani! qui noua prorſus interpretatione ex verbis apoſtoli epiſcopis tribuit poteſtatem, criminales ſanciendi pœnas, a quibus eo tempore abhorruit eccleſia.

Plerique falſam ideam de qualitate bonorum eccleſiaſticorum earumque alienatione ſibi formant.

§. VI. Nulla itaque lex per tria priora ſecula adfuit, quæ horum bonorum aſſeruationem perpetuam iniungeret, nec ratio *rei* aut *eccleſiæ alienationem* impediebat. Id ipſum plurimi hodie ſibi aliisque perſuadent, ab ineunte ætate forſan erroneo dogmate de *ſingulari* rerum eccleſiaſticarum *qualitate* adeo decepti, vt ſine graui labore in veritatis viam reduci nequeant. Ita ſane comparata eſt plerorumque hominum natura; falſa et erronea facilius quam vera arripimus, et menti adeo firmiter imprimimus, vt inde euelli non poſſint: ſecundum illa de *præteritis* iudicamus, credimus, et *præſentia* æſtimamus. Imo licet nonnunquam veritate rerum conuincamur, in contraria tamen fertur animus, præiudiciis deprauatis imbutus, quæ difficillime deponuntur. Quid enim vulgatius adhuc hodie eſt, quam in ſcriptis et ſcholis hæc dogmata tradi, *bona eccleſiaſtica* eſſe Deo dicata, ſacrata, data, eſſe extra commercium hominum, nullius, diuini iuris, illa eſſe *ſua natura* inalienabilia, cum, quod ad vſus diuinos deſtinatum, in profanos transferri nequeat; ſalutem eccleſiæ in hoc

Digitized by Google

hoc ipſo verſari, eumque periclitari, ſi eccleſiæ *manus mortuas* habere deſinerent. Imo hanc eſſe rerum eccleſiaſticarum ex ipſo iure diuino *immunitatem* et *priuilegium*, vt prorſus a ciuili et mundano vſu exemtæ ſint, nec vllum amplius reipublicæ vſum præſtare poſſint, etc.

§. VII. Et tamen omnes hæ rationes ſunt corruptiorum temporum argumenta, a veritate aliena. Tempore CONSTANTINI M. demum in morem abiit, *immobilia* aſſeruandi, et patrimonium ſtabile eccleſiis tribuendi, prout alii patresfamilias immobilia ægre dimittere ſolent, licet non impediantur. Neque ſtatim, vbi bona aſſeruabantur, *vtilitatis ſolius gratia*, alienandi facultas iis ademta erat, ſed potius adhuc hinc inde epiſcoporum arbitrio ſubiecta. Imo vbi tandem hæc reſtricta eſt, *ſolius vtilitatis* cauſa et ex *ratione œconomiæ eccleſiaſticæ* a veteri more diſceſſum eſt, non ex *intrinſeca* quadam *rei ratione*, vel iuris diuini diſpoſitione, vt creduli arbitrantur. Quod ſolummodo ex *maioris vtilitatis* cauſa ſuſcipitur ſtatuiturque, id non abſolute neceſſarium eſt, ſed variam mutationem recipit. Vſum habet hæc obſeruatio egregium in doctrina de *ſeculariſatione*, quæ non aliunde quam ex argumentis ſpuriis, et qualitate rerum eccleſiaſticarum imaginaria deſumtis, impugnari et reprobari ſolet.

Tempore Conſtantini demum eccleſia immobilia poſſidere cœpit, facultate alienandi tamen haud ademta.

§. VIII. Ipſe ISIDORVS, tot falſarum mercium venditor, non aliunde praxin, res eccleſiaſticas aſſeruandi, deriuat, quam a *ſola vtilitate*, in quo quidem vera narrauit, ſed inſigni mendacio ſequentia VRBANO apud BLONDELLVM *in Pſeudo-Iſid. p. 266.* et GRATIANVM *c. 16. C. 12. qu. 1.* affinxit: *Videntes autem ſummi ſacerdotes et alii atque Leuitæ*, PLVS VTILITATIS *poſſe conferre, ſi hereditates et agros, quos vendebant, eccleſiis, quibus præſidebant, epiſcopi traderent, eo quod ex ſumtibus eorum tam præſentibus quam futuris temporibus* PLVRA ET ELEGANTIORA *miniſtrare poſſent fidelibus communem vitam ducentibus, quam ex pretio ipſorum, cœperunt prædia et agros, quos vendere ſolebant, matricibus eccleſiis tradere, et ex ſumtibus eorum viuere.* Nec aliunde GONZALEZ ad *c. 5. b. t. n. 10.* morem hunc deriuat, quam ex ſola *vtilitate*, docetque repudiatis falſis rationibus, ſupra relatis, *eam huic prohibitioni occaſionem præbuiſſe. Eſt enim*, pergit, *valde conueniens eccleſiæ, vt ei conſeruentur bona propria, ex quibus ſumtus exhibeat, ad alendos miniſtros, et inſtaurandæ ædificia, cum ſine bonis temporalibus ſtare non poſſint.* Obſeruat præterea, poteſtatem prælatorum certis finibus coërceri debuiſſe, *ne ſub prætextu adminiſtrationis in vitium diſſipationis irruerent.* Rationes hæ tum demum auditæ et admiſſæ ſunt, vbi luxus et auaritia in eccleſia creuerunt.

Sola vtilitatis ratio induxit epiſcopos, vt non ſtatim immobilia alienarent.

Quin etiam vt tandem alienationem prohiberent ob muratos epiſcoporum mores.

Digitized by Google

Ante ſeculi IV. initia de ſumtibus in ædificiorum reparationem et inſtaurationem aſſeruandis non erant ſolliciti epiſcopi, quorum cura non diſtringebantur: quicquid offerebatur, erogabatur in pauperes, et fiducia in Deum radicata non permittebat, vt de *ſtabili patrimonio* colligendo cogitarent. Aberat luxus et diteſcendi pruritus, nec vlla in epiſcopos cadebat ſuſpicio ſiniſtra, ob quam certis limitibus poteſtatem eorum circumſcribere neceſſum fuiſſet. Mutatis vero moribus epiſcoporum et cleri, alia ſententia conciliis plerisque placuit.

Seculo IV. tantum ſede vacante alienatio prohibita,

§. IX. In *concilio Ancyrano*, anno 314. celebrato, *c.* 15. presbyteris, *ſede vacante*, hæc lex nouiter ſcripta eſt, ne quid innouarent. *De his, quæ pertinent ad dominicum*, (h. e. ad eccleſiam) *quæcunque, cum epiſcopus non eſſet, presbyteri vendiderint, dominicum revocare: in iudicio autem epiſcopi eſſe, an oporteat pretium recipi, an non, propterea quod ſæpe rerum venditarum reditus maius pretium his ipſis reddiderit.* Presbyteris hic tantum libera alienatio interdicitur, *epiſcopis* autem nulla lex ponitur, quin potius horum iudicio illa committitur. Id vnice tantum præcauebatur, ne epiſcopi, ſub colore *adminiſtrationis*, illa diſſiparent, ſed fideliter cuſtodirent. In *concil. Antiocheno* anno 341. *c.* 24. hac de re ita cautum eſt: *Recte habet, quæ ſunt eccleſiæ, eccleſiæ ſeruari*, (Φυλάττεσθαι, cuſtodiri) *cum omni diligentia et bona conſcientia, et fide, quæ in Deum eſt, qui omnia inſpicit et iudicat.* Ne hoc quidem canone epiſcopis facultas alienandi ademta, ſed tantum *fidelis cuſtodia* et *adminiſtratio* commendata eſt. Circa finem ſeculi IV. demum in *concilio Carthaginenſi IV*, anno 398. celebrato, *c.* 32. circumſcripta eſt epiſcoporum poteſtas, vt nihil alienent, ſine conſenſu cleri, quamuis ita alienatio in totum non ſit prohibita. Edicunt Africani: *Irrita erit donatio vel venditio, vel communicatio rei eccleſiaſticæ absque conniuentia et ſubſcriptione clericorum.* vid HARDVINI *collect. concil. tom. I. p. 981.* Hoc nouum ius ad refrenandam licentiam epiſcoporum inualuerat, qui ſe *dominos* rerum eccleſiaſticarum eſſe pene exiſtimabant, et ita pro lubitu de iis diſponebant. Licita ergo adhuc fuit alienatio, modo non *clanculum*, ſed *bona fide* et cum conſenſu cleri eſſet ſuſcepta. De *plebis conſenſu* nihil additur, cuius auctoritas iam pene conſenuerat, quamuis æquum fuiſſet, vt bona, ad *vniuerſitatem* ſpectantia, cum *conſilio vniuerſitatis* adminiſtrata fuiſſent. Verum eo tempore alia obtinuit philoſophia. *Pauperum patrimonium* hæc bona dicebantur, cuius arbitrium ſoli *clero* commiſſum erat. Maior adhuc cautio præſcripta eſt in *concilio Carthaginenſi V*, anno 400. celebrato, *c.* 4. qui in *codic. canon. Afric. eccleſ.* eſt *c.* 26.

non epiſcopis,

quorum poteſtas tamen reſtringi cœpit in concilio Carthaginenſi IV.

et Carthaginenſi V.

huius

Digitized by Google

huius tenoris: *Placuit etiam, vt rem ecclesiæ nemo vendat. Quodsi aliqua necessitas cogit, hanc insinuandam esse primati prouinciæ ipsius, vt cum statuto numero episcoporum, vtrum faciendum sit, arbitretur. Quodsi tanta vrgeat necessitas ecclesiæ, vt non possit ante primatem consulere, saltem post factum, curiositatem habeat, et vicinis episcopis indicare et ad concilium referre. Quodsi non fecerit, reus Deo et concilio venditor, honore amisso, teneatur.* Quis non animaduertit, hoc modo in *Africanis ecclesiis* alienationem rerum ecclesiasticarum adeo difficilem iam factam fuisse, vt rarissime in effectum deduci potuerit? Idem fere repetitur in *c. 33. codic. alleg.* his verbis: *Item placuit, vt presbyteri non vendant rem ecclesiæ, vbi sunt constituti, nescientibus episcopis suis, quomodo et episcopis non licet vendere prædia ecclesiæ, ignorante concilio vel presbyteris suis.*

§. X. In aliis ecclesiis potestas episcoporum tantis limitibus circumscripta non legitur, nec in *codice canonum vniu. eccles.* vestigia huius restrictionis deprehenduntur. Equidem in *canon. apostol. c. 37.* apud HARDVINVM *tom. I. collect. concil. p. 18.* vestigium aliquod occurrit, vbi episcopo indulgetur, vt res ecclesiæ in pauperes distribuat, sed cum hac limitatione: *Sed non eorum* (pauperum) *prætextu vendat, quæ sunt ecclesiæ.* In *collectione* DIONYSII *c. 39.* apud HARDVINVM *cit. loc. p. 37.* refertur sententia *canonis 37.* adducti, quæ tam directo non prohibet alienationem. Si genuini hi forent canones, lex antiquissima *de non alienandis bonis ecclesiasticis* ab ipsis esset apostolis repetenda, id quod tamen horum canonum falsitatem euidentissime arguit, ostenditque, vel eos falli, qui putant, ad minimum *ante canones Nicænos* hos ipsos fuisse collectos, cum tamen longe post canones Nicænos hæc lex bonis ecclesiasticis data sit. Id sane miror, in aliis *cōciliis seculi IV.* de hac prohibitione nihil fere deprehendi, vt forsan *patres Africani* primi fuisse videantur, qui hanc legem suis ecclesiis scripserint, ab alia postea tandem receptam, et repetitam, quamuis non eodem tempore, nec vbique. *Morem Romanæ ecclesiæ hunc esse*, ait THEODORVS lector *lib. II. p. 567. tom. III. script. græc. eccles. vt res immobiles non possideat, sed si forte possessiones ei obuenerint, confestim eas vendat, et pretium in tres portiones distribuat, quarum vna quidem tradatur ecclesiæ, altera episcopo, tertia vero clero. Id etiam fit*, pergit, *in reliquis rebus, quæ non sunt soli.* Ita vertit locum THEODORI, non adeo perspicuum, HENRICVS VALESIVS, additque in notis, *Romanam ecclesiam apostolicorum temporum morem in hac parte imitari studuisse. Primi enim*, pergit, *illi Christia-*

In aliis ecclesiis prisca libertas alienandi salua manfit;

Imprimis in Romana.

Digitized by Google

ſtiani poſſeſſiones ſuas vendere ſolebant, earumque pretia offerebant ad pedes apoſtolorum.

In oriente circa finem ſeculi IV. tenaciores fuere in alienatione horum bonorum.

§. XI. In *oriente* circa finem ſeculi IV. diuerſum obtinuiſſe morem, docet CHRYSOSTOMVS *in homil. LXXXVI. in Matth. c. 27. p. 893. edit. Pariſ.* ſimulque vicem præſulum eccleſiaſticorum dolet, quod rerum harum cura admodum diſtringantur inſtar villicorum, et tenaciſſime iis aſſeruandis inuigilent. Lege aliqua eccleſiaſtica id ipſis iniunctum fuiſſe, minime docet, quin potius ſua ſponte plerique id egiſſe, et huc omnem direxiſſe videntur curam, vt ſtabile patrimonium eccleſiis

Sed ſine obligatione.

acquirerent. Improbat enim id ipſum in epiſcopis, et, *annon enim*, ait, *poterant etiam tempore apoſtolorum domus et agri ab eccleſia poſſideri? Cuius igitur rei gratia vendentes pecuniam offerebant? Quia id multo melius erat profecto.* Locum integrum attuli in *diſſert. VI. ad Plin. II. et Tertull. §. 26. p. 362.* quem, quia prolixior eſt, huc repetere non placet, ſed pauca tantum adhuc ex eodem ſubiiciam. Poſt multa tandem ita concludit: *Illud enim euangelicum: Vade, et vende vniuerſa, quæ habes et da pauperibus, et veni et ſequere me, opportune nunc ad eccleſiæ præſides propter latas eccleſiarum poſſeſſiones, et merito, dici poteſt.* Si leges eccleſiaſticæ alienationem harum rerum iam interdixiſſent, nunquam earum conſeruationem tenaciſſimam improbaſſet aut improbare potuiſſet, legum quippe eccleſiaſticarum ſtrenuus aſſertor et cuſtos.

Leo imperator primus in eccleſia Conſtantinopolitana alienandi facultatem ademit,

§. XII. Primus LEO imperator fuiſſe videtur, qui ſacro patrimonio *eccleſiæ Conſtantinopolitanæ* hanc legem *anno 470.* dedit, *ne quid inde alienaretur*, quæ refertur in *l. 17. C. de SS. eccleſ.* Fuiſſe hanc legem *particularem*, ipſa verba procœmialia innuunt: *Iubemus, nulli poſthac archiepiſcopo, in hac vrbe regia ſacroſanctæ orthodoxæ eccleſiæ præſidenti, nulli œconomo, cui res eccleſiaſtica gubernanda mandatur, eſſe facultatem* etc. Præterea IVSTINIANVS in *nou. 7. præf.* idem obſeruat, aitque, quod *lex* LEONIS *de alienationibus concluſa in ſola huius feliciſſimæ ciuitatis* (Conſtantinopolitanæ) *ſanctiſſima maiore eccleſia* fuerit, vnde indicium capi poteſt, *aliis eccleſiis* eandem legem haud poſitam, ſed epiſcoporum arbitrio rerum eccleſiaſticarum alienationem relictam fuiſſe.

non aliis in vniuerſum eccleſiis. Extenſio Anaſtaſii.

ANASTASIVS poſtea in fine ſeculi V. eandem legem repetiit, et ad alias eccleſias et pia loca eiusdem ciuitatis et confinium eius, et quæ ſub ordinatione eiusdem epiſcopi fuerunt, extendit, adeoque rurſus non *vniuerſalis*, ſed *particularis* fuit, ad ſolam diœceſin archiepiſcopi Conſtantinopolitani reſtricta, vt rurſus obſeruat IVSTINIANVS in *nou. cit. 7. præf.* Quod nouum indicium præbet, alibi adhuc alienationes

rerum

rerum eccleſiaſticarum fuiſſe permiſſas, adeo vt nequidem Romæ bona immobilia conſeruarentur, vt THEODORETVS *cit. l.* circa hæc tempora obſeruat.

In Romana eccleſia circa finem ſeculi V. ab Odoacre rege alienatio prohibita.

§. XIII. Equidem circa *annum 483.* ſede vacante per mortem SIMPLICII papæ, ſub ODOACRE rege quædam conſtituta fuiſſe de *prohibita rerum eccleſiaſticarum alienatione*, annales referunt. BASILIVS enim præfectus prætorio, regis ODOACRIS vicem agens, in conſeſſu publico negotia eccleſiæ ordinans, inter alia hanc legem rogauit: *Ne vnquam prædium, ſeu ruſticum ſeu vrbanum, vel ornamenta aut miniſteria eccleſiarum, quæ nunc ſunt, vel quæ ex quibuslibet titulis ad eccleſiarum iura peruenerint, ab eo, qui nunc antiſtes ſub electione communi fuerit ordinandus, et illis, qui futuris ſeculis ſequentur, quocunque titulo et commento alienentur. Si quis vero aliquid eorum alienare voluerit, inefficax atque irritum iudicetur, ſitque facienti vel conſentienti accipienti anathema.* Recitata eſt hæc lex in *ſynodo Romana* ſub SYMMACHO *anno 502.* cuius acta collectioni DIONYSII exigui ſunt addita apud IVSTELLVM et VOELLIVM *in biblioth. ant. iur. can. p. 261.*

De cuius legis valore dubitatum fuit ſeculo VI. ſub Symmachio.

De *valore* et *obligatione* huius legis inprimis quæſtio mota fuit, cum, lege hac recitata, MAXIMVS, epiſcopus Bledenæ eccleſiæ, mox dixerat: *Modo ſancta ſynodus dignetur edicere, licuit laico homini anathema in ordinem eccleſiaſticum dictare, aut ſi potuit laicus ſacerdoti anathema dicere, et contra canones, (quod ei non competebat) conſtituere? Dicite, vobis quid videtur de me? Licuit laico homini legem dare?* Egregia ratio dubitandi, quam praxis eius et ſequentium temporum facile deſtruere potuiſſet. Sed audi ſententiam ſynodi, in propria cauſa, more dictatorio edicentis: *Non licuit.* Hoc facto, perfecta ſunt reliqua huius legis capitula, vlterius prohibitioni huic arctiſſime obicem ponentia, quo facto LAVRENTIVS, epiſcopus Mediolanenſis eccleſiæ, dixit: *Iſta ſcriptura nullum Romanæ ciuitatis potuit obligare pontificem, quia non licuit laico, ſtatuendi in eccleſia, præter papam Romanum, habere aliquam poteſtatem, cui obſequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi, maxime cum nec papa Romanus ſubſcripſit, nec alicuius ſecundum canones metropolitani legatur conſenſus.* Reliqui, vt facile coniectura aſſequi poſſumus, eiusdem opinationis, ſimulque SYMMACHO auctores fuere, vt ipſemet legem eccleſiaſticam pro poteſtate apoſtolica ferret.

Noua lege lata a Symmacho in concilio Romano.

§. XIV. Repudiata ergo lege ODOACRIS regis, quamuis fana, et commodis clericis inſeruiente, hanc legem, quaſi nouam, eiusdem tamen tenoris tulit, ſtatuendo, *vt nulli apoſtolicæ ſedis præſuli a præſenti*

Digitized by Google

senti die, (antea ergo licuit, quod etiam THEODORETVS lector observat) *donec disponente domino catholicæ fidei manserit doctrina salutaris, liceat, prædium rusticum, quantacunque fuerit vel magnitudinis vel exiguitatis, sub perpetua alienatione vel commutatione ad cuiuslibet iura transferre, nec cuiusquam excusentur necessitatis obtentu*, quod in sequentibus subinde declarat, vt nequidem in vsumfructum dare liceat, sub pœna, vt venditor, donator vel alienans honoris sui amissione puniatur. Repetit hanc SYMMACHI sanctionem GRATIANVS in *c. 20. C. 12. q. 2.* et in *c. 1. C. 17. q. 4.* Sed in *c. 20.* vel ab alio deceptus est, cuius scrinia pro more compilauit, vel non egit bona fide. Addit enim *in f. c. 20. quod non modo in apostolica seruandum est ecclesia, verum etiam vniuersis ecclesiis per prouincias quidem dicitur conuenire.* Spuria hæc sunt, imo falsissima, quod vel hæc SYMMACHI verba genuina docent: *Huius autem constitutionis legem in apostolica tantum volumus sede seruari, vniuersis ecclesiis per prouincias secundum animarum considerationem, quem proposito religionis conuenire rectores earum viderint, more seruato.* Se et posteros tantum SYMMACHVS in ecclesia Romana adstringere voluit; legem aliis *ecclesiis occidentalibus* nec scripsit nec scribere potuit, quibus proprii mores propriumque ius erat. Ne quidem ergo hoc tempore, h. e. ineunte seculo VI. *lex vniuersalis* condita fuit, quæ alienationem prædiorum ecclesiasticorum restringeret, facilius tamen aliæ ecclesiæ hanc legem receperunt, quæ et ecclesiis vtilis, et praxi Romana corroborata erat.

Quam Gratianus falsificauit.

Nec Symmachus alii quam Romanæ ecclesiæ hanc legem scripsit.

§. XV. Imo tandem hæc lex *omnibus ecclesiis necessaria* fuisse videtur, audacia episcoporum et œconomorum adeo erumpente, vt pauperes et clerici reliqui, quibus pro parte bona ecclesiastica distribuenda erant, debito destituerentur subsidio, soli autem episcopi bonis incubarent, et de his pro lubitu, tanquam eorum domini, disponerent, *c. 23. D. 93.* ISIDORVS PELVSIOTA *lib. V. epist. 21.* episcopos sui temporis, h. e. seculi V. ita depingit: *Recèdisse iam sacerdotii dignitatem ad regnandi cupiditatem, apparet; ab humilitate ad superbiam, a ieiunio ad delicias prolapsam; a dispensatione denique ad dominium venisse. Non enim vt dispensatores administrare rem volunt*, (in vsum debitum et præfinitum) *sed vt domini sibi propria vindicant.* Hi episcoporum plurimorum mores induxerunt tandem et *cæsares*, qui ecclesiæ supremam adhuc gerebant curam, et *episcopos* paulo prouidiores, vt paulatim alienandi facultatem tollerent, et conseruandis immobilibus studerent.

Prohibitio generalis tandem necessaria fuit.

§. XVI. IVSTINIANVS hunc in finem leges LEONIS et ANASTASII particulares, supra relatas, in *nou. 7.* ad *generalem* obseruantiam

Hinc Iustinianus generaliter alienationem prohibuit.

Digitized by Google

tiam deduxit, et omnibus ecclesiis aliisque piis corporibus, *in oriente, Illyrico, Aegypto, Lycaonia, Lycia, Africa*, imo et *in occidente ab ipsa seniori Roma vsque ad oceanum*, potestatem *alienandi* et *oppignorandi* res immobiles ademit, insimulque plura alia *declarationis gratia* addidit, quæ iustam dubitandi rationem afferre possent. Hac lata lege, tandem pristinus mos, bona ecclesiastica vendendi et pretia inde redacta diuidendi, paulatim consenuit, præsertim cum etiam Romani pontifices strenui huius legis executores essent, vt scripta GREGORII M. docent, et *canones Africani* codici DIONYSII circa hæc tempora insererentur, in quibus iam olim libertas alienandi episcopis ademta erat. Ipse GREGORIVS M. infinitis locis dogma hoc de bonis ecclesiasticis non alienandis confirmauit, et simul ad leges ciuiles prouocauit. *c. 14. et 15. C. 12. qu. 2.* Ad episcopum Panormitanum *lib. II. epist. 49.* ita scribit: *Mobilia in tua retineas potestate: Immobilia autem ecclesiasticis reditibus aggregentur, vt multiplicata quantitate clericorum tuorum vsibus, DEO largiente, proficiant.* Accesserunt varia conciliorum statuta, idem inculcantia, quæ GRATIANVS *C. 12. q. 2.* et RAYMVNDVS in *c. 3. 4. 5. 6. X. h. t.* collegerunt, quæ hic repetere non vacat. Interim vel binis verbis illud tantum adiicere licet, LEONIS constitutionem, quæ tamen non fuit vniuersalis, fundamenti loco in *c. 5. X. h. t.* adductam, pœnasque constitutas, *quas*, vt *cit. tx.* ait, *Leonina constitutio comminatur*, repetitas fuisse.

Ad quam legem vniuersæ ecclesiæ sese composuere.

§. XVII. Quæ cum ita sint, euidenter ex fatis huius legis adductis manifestum planumque est, falsas omnino esse omnes rationes, quæ in *§. II.* ex canonistarum imperitorum doctrina adductæ sunt, quas tamen adhuc hodie adferre solent, quando vel de *alienatione* vel *secularisatione* bonorum ecclesiasticorum quæstio emergit. Ex sola *lege ciuili*, et quidem *maioris vtilitatis* gratia, restricta est alienandi facultas; non qualitas quædam essentialis, quod sint *res spirituales*, vt imperiti docent, quod sint *patrimonium Dei vel Christi*, quod commercio seculari seu profanis vsibus *sua natura* exemtæ, quod DEO sint sacratæ et dicatæ, et si quæ sunt aliæ huius farinæ formulæ, alienationi resistit, quam per aliquot secula praxis ecclesiastica ignorauit, quam tamen *abusum* nominare non licet. Fuere adductæ rationes *piæ fraudes*, quibus decipiendi erant laici, et constringendi credu!i, nec res ecclesiasticas, etiam bona fide et iusto titulo acquisitas, retinerent, salutis æternæ iacturam sibi imminere credentes, si hæc dogmata in dubium vocarent. Auditæ passim sunt hæ sententiæ, hæc axiomata, postquam *tempore reformationis*, destructis fundationibus superstitiosis, bona, quibus otiosi pascebantur,

Inde prohibita rerum ecclesiasticarum alienatio fluxit ex sola lege ciuili, maioris vtilitatis gratia.

Falsæ rationes huius prohibitionis fuere piæ fraudes.

Digitized by Google

ad *ciuiles vſus* reuocata et tracta ſunt, quod *ſeculariſationem* vocant, quam tamen noſtrates facile defendere potuiſſent, ſi originem doctrinæ *de non alienandis et ad vſum ciuilem trahendis bonis eccleſiaſticis* detexiſſent, ex qua deinceps quoque hanc materiam illuſtrabo. Equidem proteſtantes quoque *iuſtis de cauſis* in lege ipſa ſubſiſtunt, nec temerariam fundorum eccleſiaſticorum alienationem permittunt; admodum tamen cauendum eſt, ne ſpuriis decipiamur rationibus et foſculis ex doctrina canoniſtarum decerptis, nobisque occinatur, quod poëta canit:

Quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur.

Liceat ergo genuinum *huius tituli* vſum inter proteſtantes paucis ſecundum adducta fundamenta delineare.

Regulariter hodie alienatio rerum eccleſ. eſt prohibita.

§. XVIII. Scilicet rerum eccleſiaſticarum alienatio *regulariter* eſt prohibita, quam regulam interpretes pleniſſimis commentariis, magna concluſionum varietate refertis, illuſtrant, imprimis REDOANVS *de rebus eccleſ. non alien.* PETRVS REBVFFVS *de reb. eccleſ. non alien.* IO. BAPTISTA TVRRICELL. *de reb. eccleſ. non alien.* WIESTNER. *de alien. canon. rer. eccleſ. temp.* TAMBVRINVS *de iure abb. tom. III. diſp. 13. et 14.* CORVINVS *de perſon. et benef. eccleſ. tom. II. lib. 7. tit. 4.* Inter proteſtantes etiam paſſim ICti hanc doctrinam, ſed non ſine contradictione, illuſtrant, vt BRVNNEM. *lib. II. iur. eccleſ. c. 3.* KLOCK. *vol. I. conſ. 35.* L. B. de LYNCKER. *reſp. 2. et 50.* HARPRECHT. *reſp. 57. et vol. nou. conſ 4.* LINCK. *de iur. epiſc. c. 10. n. 35. ſeqq.* CARPZOV. *lib. V. reſp. 52.* BESOLD. *conſ. 30.* Subiectum huius regulæ reſpicit *bona eccleſiaſtica;* prædicatum *alienationem.* Illa quascunque *res immobiles*, non tantum ad eccleſias, ſed etiam ad monaſteria, aliaue pia ſodalitia, vt et ordines militares pertinentes, complectuntur, vt §. *ſeq.* ſpecialius declarandum. Hæc, *alienatio* videlicet, comprehendit omnem actum, per quem ad translationem *dominii*, ſiue *in totum*, ſiue *pro parte*, ſimilisque *iuris in re* devenitur, *c. 5. X. h. t. l. 14. C. de SS. eccleſ.* adeoque ne quidem in rebus eccleſiaſticis permiſſum eſt conſtituere pignus, aut ſeruitutem realem, aut vſumfructum etc. CORVIN. *cit. l. n. 3.* Verum cum *in ſeqq. tit.* potiſſimum de iis contractibus agi debeat, quibus *alienatio* ineſſe cenſetur, de ſingulis ſuis locis agendum erit.

Et piarum cauſarum in genere.

Siue bona ſint dotalia, ſiue communia.

§. XIX. Sunt bona eccleſiæ, vt *tit. de præſcript. §. XXV. p. 1351.* dixi, in duplici differentia, vel *communia* vel *dotalia* ſeu *menſalia.* Illa in genere ad patrimonium eccleſiæ ſpectant; hæc deſtinata ſunt ſpecialim ad ſuſtentationem eorum, qui eccleſiis inſeruiunt, et officio ſacro anne-

Digitized by Google

annectuntur, Tiſch- und Tafel-Güter, imo eiusdem quoque iuris puto eſſe die Pfarr Güter, quæ parocho ſpeciatim deputata, vel alias ab antiquo ad quodlibet *beneficium eccleſiaſticum* relata ſunt. Vſum huius diſtinctionis non tantum quærunt in doctrina de *præſcriptione*, quem *cit. l. §. XXVI.* adduxi, ſed etiam in hac materia, aſſerentes, facilius *illa* quam *hæc* alienari poſſe. Vnde tantopere deſudant in inueniendis criteriis, vnde *bona menſalia* cognoſci et a *communibus* diſtingui poſſint. Quidam *de menſa* epiſcopi eſſe dicunt ea, quorum directum et vtile dominium eſt penes eccleſiam. MODESTIN. PISTOR. *vol. I. conſ. 40. n. 1.* HARPRECHT. *reſp. 57. n. 24.* Verum hanc definitionem recte reiicit L. B. de LYNCKER. *reſp. 2. n. 49.* quia alioquin reuera illa tantum ab his bonis excluderentur, quæ quoad *directum* dominium ad eccleſiam ſpectant. Olim iam hac de re quæſtio mota fuit, vt oſtendit *c. 8. X. h. t.* vbi conſultus eſt pontifex, vtrum bona, ad eccleſiam reuerſa, quæque rurſus aliis in feudum non ſunt data, dici poſſint *de menſa epiſcopi?* Pontifex illam haud decidit, adeoque nihil ſolidi ex illo textu euinci poteſt.

Dotalium et menſalium propria ratio et natura.

§. XX. Scilicet ex natura *beneficiorum* vnice ratio huius rei deſumenda. Hæc denotant *bona eccleſiaſtica in perpetuum certo officio eccleſiaſtico deputata et affixa, vt inſtar ſalarii perpetui ſint.* Olim bona quæ vis eccleſiaſtica erant eiusdem generis, eiusdemque vſus. Pauperum et clericorum ſuſtentationi, vt et fabricæ eccleſiæ inſeruiebant, et hoc intuitu in quatuor partes obuentiones, imo etiam pretia rerum diſtractarum, diſtribuebantur, vt ſupra dixi. Canonica vita introducta, bonisque ſingulis eccleſiis applicatis, mira rerum metamorphoſis facta eſt. Diſtributio in quatuor partes fere deſiit. Singulæ eccleſiæ propria bona ſua habere cœperunt; imo in eccleſiis ipſis cathedralibus, deſerta vita communi, epiſcopi et capitulum res ſuas *ſeorſim* habere cœperunt, ita vt quædam dicerentur de *menſa epiſcopi*, quædam de *menſa capituli*, cuius diſtinctionis mentionem facit *c. 10. X. h. t.* quam etiam hinc inde *tit. de præb.* adduxi. Inualuit poſt hanc ſeparationem, vt nonnunquam epiſcopis, quandoque vero capitulo ſpeciatim liberalitate laicorum vel etiam clericorum quædam relinquerentur, quæ de *menſa epiſcopi* vel *capituli* eſſe dicebantur, quod ſpeciatim ad eorum deſtinata eſſent ſuſtentationem. At vero hoc ſenſu rurſus bona eccleſiarum cathedralium vnius eiusdemque erant generis, et *communia* deficiebant, quæ *menſalibus* hodie opponuntur. Tandem quoque diuiſio bonorum introducta, et in plerisque capitulis ſingulis officiis et canoniis certa bona ſunt aſſignata, *perpetua*, et *ſtabilia*, quæ *præbendas* et *beneficia* dixere, quæ conſuetudo

Quæ plenius explicatur.

Imprimis quæ dicta ſint de menſa epiſcopi vel capituli.

Digitized by Google

etiam occaſionem præbuit, *ſpeciatim* menſæ prælati et epiſcopi quædam aſſignandi, quæ ad perpetuam eius ſuſtentationem eodem modo pertinerent, vt beneficia aliis officiis eccleſiaſticis deſtinata. Extra hæc plura alia poterant epiſcopis obuenire bona, quæ quidem etiam ad epiſcoporum commoda pertinebant, et ita generali in ſenſu *de menſa epiſcopi* dici poterant, non tamen ſtatim *ſpeciali* tali *deſtinatione* in perpetuum ad menſam eius deputabantur, quæ illa ipſa ſunt, quæ *communia* vocantur, velvti ſi bona eccleſiaſtica, feudo aperto, ad epiſcopum reuertuntur, nec rurſus in feudum dantur, non tamen ſpeciatim menſæ epiſcopali incorporantur. Hoc in ſenſu plane nouo et ſpeciali *bona menſæ* dicuntur, *quæ ad fundationem epiſcopatus deſtinata primordialiter fuere, quæque dehinc ex reditibus vel oblationibus piorum, ad ſuſtentationem epiſcopi ſtatusque eius accеſſere, eique retenta ac deputata ſunt*, vt ait L. B. DE LYNCKER. *reſp. 2. n. 50.* conf. LINCKIVS *de iur. epiſc. c. XIV. n. 162.* HARPRECHT. *reſp. 57. n. 27.*

Communia bona quæ dicantur.

§. XXI. Inde declarari poteſt ſententia *c. 8. X. h. t.* Reuerſa erant ad archiepiſcopi Rauennatenſis prædeceſſorem quædam bona feudalia, aliaque nouiter acquiſita, quæ ipſemet, *quousque diem clauſit extremum, ad manus ſuas tenuerat, et in proprium vſum exceperat, vel expenderat.* Succeſſor eius hæc alienare, vel in feudum dare deſtinauerat; quia vero ſolenni iuramento ſeſe obſtrinxerat, quod bona *de menſa ſua* nullo modo alienaturus eſſet, dubitare cœpit, vtrum ſalua conſcientia id audere poſſet? Rationes in vtramque partem aderant prægnantes; *quia enim*, ait INNOCENTIVS IV. *in comm. ad cit. c. 8. prædeceſſor toto tempore vitæ ſuæ poſſedit eas res, videbatur, quod deberent dici de menſa epiſcopi: quia vero de nouo ad eccleſiam erant deuolutæ, videbantur, quod non deberent de menſa epiſcopi dici.* In hoc dubio cenſuit COELESTINVS III. conſultius tutiusque eſſe, vt non alienarentur, *ſiue intelligerentur de menſa ſiue non*, h. e. quia ignorabatur, vtrum a prædeceſſore ad menſam epiſcopi eſſent deſtinata nec ne, conſultius eſſe, vt ab alienatione abſtineret, ne contra iuramentum ſuum ageret. Forſan etiam hæc ratio dubitandi adeſſe poterat, vtrum *ad menſam archiepiſcopi*, an non potius *ad menſam capituli* referenda eſſent, in quam ſententiam inclinare videtur GONZALEZ *ad cit. c. in f.* quo poſito, textus parum conferret ad bona *menſalia* a *communibus* diſtinguenda. Vix enim *communia* eo in ſenſu cognita erant, quem hodie, forſan ex interpretatione Dd. huius textus, iis tribuunt, cum omnia bona eccleſiæ cathedralis eſſent, vel *de menſa epiſcopi*, vel *capituli*, vt *c. 10. X. h. t.* teſtatur. Hinc conſi-

Declaratur hæc diſtinctio ex c. 8. X. h. t.

lium

Digitized by Google

fium dat pontifex, ne in hoc dubio, *vtrum essent de mensa episcopi, annon,* (sed potius de mensa capituli) alienarentur. Dico, pontificem *consilium* tantum suggerere, adeoque minime *excit. tx.* colligendum est, statim illa esse *bona mensæ*, quæ a prædecessore retenta, et interim ad vsus proprios expensa sunt, quamuis quædam suspicio inde emergere possit, aliunde tamen elidenda. Potuit alia ratio adesse, quæ antecessorem mouit, vt hæc bona *interim* sibi reseruaret, nec rursus in feudum daret. *Destinatio* ergo et *incorporatio* specialis hæc bona constituit mensalia. Verum non tantum in his subsistendum esse reor, sed huc etiam referenda sunt in genere quæuis beneficia, quæ de *mensa* sunt *parochorum* aliorumque clericorum, h. e. speciatim eorum sustentationi destinata, vt *communia* dicantur, quæ extra hæc bona habet ecclesia, quæ ad ærarium ecclesiasticum spectant, vel sub cura sunt præfectorum ærarii ecclesiastici, vt obseruaui in *iure paroch. sect. VI. c. I. §. 1. et c. II. §. 8. sq.* quia horum beneficiorum eadem est ratio cum illis, quæ dicuntur *de mensa episcopi.*

§. XXII. Vsum huius distinctionis in eo quærunt, quod *communia* facilius alienari possint, quam *mensalia* seu *dotalia*, quamuis adhuc admodum hac de re interpretes dissentiant, cespitentque. Adferam paucis diuersarum sententiarum fundamenta. Bona *mensalia* et *dotalia* absolute *inalienabilia* esse, et quidem *ex legis dispositione*, statuunt, nisi is mediante dispensatione consentiat in alienationem, qui huius legis arbiter est. Legem hanc hisce bonis dedisse VRBANVM II. colligunt ex *l. F. 6.* vbi de rebus ecclesiarum, quæ prælatis subiectæ, et *tituli* vocantur, omnis prohibita est infeudatio, *secundum hoc, quod constitutum est a papa Vrbano, in sancta synodo.* Tituli sunt ipsa bona *dotalia*, *mensalia*, vel certo officio sacro affixa, adeoque non tantum, prout supra dixi, subsistendum est in bonis, quæ dicuntur *de mensa episcopi.* In tantum vero hanc prohibitionem extendunt, vt ne quidem cum *solennitate canonica* alienari possint, REDOANVS *cit. tr. qu. 3. n. 31.* L. B. de LYNCKER. *resp. II. n. 71. sqq.* WIESTNER. *cit. tr. P. III. art. 8. n. 9.* partim quod *absolute* alienari prohibeantur, partim etiam quod plerumque sub hac *expressa lege*, additis grauissimis exsecrationum formulis, a donatoribus piis in ecclesiam et ad mensam clericorum collata fuerint, ne vllo alienentur modo, quod tot infinita diplomata, vbiuis obuia, demonstrant. Est enim huius pacti ea efficacia, vt ne quidem pro redemtione captiuorum, cuius alias ingens fauor est, alienatio admittatur, per *nou. 120. c. 9. pr.* cum tale pactum cum ecclesia initum sancte seruandum sit. SCHRADER *de feud. P. IV. c. 2. n. 7.* HARPRECHT. *resp. 57. n. 59.* Accedit, quod pontifex EVGE-

An communia facilius alienari possint quam mensalia?

Vrbanum II. mensalia absolute inalienabilia fecisse aiunt.

Vtne quidem cum solennitate canonica alienari possint,

Digitized by Google

NIVS *anno 1431.* et CALIXTVS *anno 1453.* generatim imperauerint reuocationem bonorum mensalium quoquo modo alienatorum, non obstantibus iuramentis, renunciationibus, pœnis, confirmationibus, in tantum, vt etiam renitentes possessores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, ad *restitutionem* eorundem compelli debeant, prout docet HARPRECHT. *cit. l. n. 69.* Non ergo sufficere aiunt *consensum capituli, decretum*, ceteraque requisita; vnice rem conficere posse *consensum pontificis aut cæsaris*, maxime si hic episcopatum fundauit, *auth. hoc ius porrectum C. de SS. eccles.* imo in hoc casu, fundato a cæsare episcopatu, nequidem sufficere consensum *papæ*, sed *imperatoriam concessionem* præcise desiderari, nec tamen etiam hanc solam sufficere, sed papam quoque consentire debere, vi iuramenti, quod prælati eo nomine præstare debent. Falsum esse, quasi episcopi nostri et prælati papæ ipsi æquiparentur, cum *reseruata pontificis* neutiquam ad episcopos nostros pertineant, imo et falsum esse, quod episcopi Romani imperii pontificem Romanum non agnoscant, et quod in his, quæ iuris ecclesiastici sunt, eum respicere non teneantur, cum omnino in bonis mensalibus, decimis aliisque auctoritatem pontificis adhibere necessum habeant. Addunt, deficiente consensu pontificis, alienationem ne quidem tempore immemoriali conualidari, cum obiectum habile ad alienandum desit, et hic defectus *insanabilis* videatur. Hæc argumenta sunt L. B. de LYNCKER *cit. l.* quibus addi possent, quæ scriptores *iurium domanialium* in doctrina de *domaniis* coaceruare, et contra hanc alienationem adferre solent.

nisi consentiat pontifex vel cæsar.

§. XXIII. Ab hac sententia magno argumentorum apparatu diuortium facit HARPRECHT. *resp. 57. n. 75. seqq.* docetque, quod etiam bona mensalia, *accedente solennitate canonica*, hodie *valide alienari* possint, maxime *in Germania*, et quod alia solennia contraria consuetudine abrogata sint, teste KLOCKIO *in vot. camer. relat. II. n. 130.* Ait, VRBANI II. constitutionem non excludere iustam alienandi causam, sed de *regula* tantum intelligendam esse; ad *exceptionem* pertinere illam alienationem, quæ canonica solennitate adhibita sit: PAVL. PIASECVS *in prax. epis. P. II. c. 5. n. 31.* stante sententia contraria, in effectu omnem rerum ecclesiasticarum alienationem *absolute* prohibitam censeri, cum pleraque sint de mensa cleri, quod iniquissimum et intolerabile videtur: nec iuramentum excludere iustam alienandi causam, sed tantum temeritatem restringere: magis in hac materia ad iuris *canonici*, quam *ciuilis* doctrinam in vsu fori respiciendum esse: donatorem quoque, qui omnem alienationem prohibuit, de tali casu, quo iusta causa alienandi adest, cogitasse

Contraria Harprechti sententia refertur.

Digitized by Google

gitaſſe non videri, ne id, quod in fauorem eccleſiæ conceſſum, in eius odium detorqueatur: non adeo ſtricte etiam in terris pontificiorum conſenſus pontificii haberi rationem, alioquin tot rerum eccleſiaſticarum alienationem in dubium vocatum iri, cum ſummo totius Germaniæ detrimento etc.

§. XXIV. Calculum poſteriori huic ſententiæ quoad *Germaniam*, in cuius vſum vnice ſcribo, addere, non tantum adducta, ſed alia quoque argumenta me cogunt, vbi tamen eccleſias *catholicas*, in quibus maior dubitandi ratio adeſt, ab *A.C. addictis* ſeparabo, et de illis primo ediſſeram loco. Olim, vt ex antecedentibus conſtat, vna erat bonorum eccleſiaſticorum ratio, et ſic prohibitio *de bonis non alienandis* in genere bona eccleſiaſtica reſpexit, ſiue in *titulum* eſſent conceſſa, ſiue non. Seculo XI, vbi epiſcoporum et canonicorum menſa ſeparari cœpit, plurimi ſunt *tituli* conſtituti; aſt adhuc manſit generalis illa prohibitio, nec ſpecialis quædam de *titulis* emerſit, et quamuis de *bonis menſalibus* poſtmodum quædam ſpeciatim adferantur, vt ab INNOCENTIO III. in *c. 10. X. h. t.* nihil noui tamen ibidem ſtatuit, ſed *generalem legem* ad bona menſalia *epiſcopi* et *capituli* applicat. Equidem VRBANI II. *conſtitutio*, qua *tituli* in feudum dari prohibentur, *l. F. 6.* adfertur, quæ ad finem ſeculi XI. pertinet, ſed adhuc ignoratur, ex quo concilio hæc deſumta ſit. Plura habuit, in neutro vero diſertis verbis eius fit mentio: interim ex hiſtoria temporum liquet, eccleſias et altaria a laicis variis titulis fuiſſe poſſeſſa, vel iure *commendæ*, vel iure *feudi*. Vnde in *concilio Claramontano c. 20.* hac de re ita cautum eſt: *Interdictum eſt omnibus laicis, ne amplius altaria vel eccleſias ſibi retineant.* Conſtat ex his, quid nomine *tituli* feudiſta intellexerit, non *bona menſalia*, quæ ſpeciali in ſenſu hodie ita dicuntur, ſed *eccleſias parochiales*, quæ ſtricte voce *tituli* veniunt, vt ſupra *tit. de præb. §. CXXXIII.* obſeruaui. Per *vſum* inualuerat, vt laicis tales eccleſiæ concederentur, ſæpe citra iuſtam cauſam, ſolius quæſtus inde percipiendi gratia: hunc abuſum taxat et improbat VRBANVS II. non vero nouam legem de *abſoluta* alienationis bonorum menſalium *prohibitione* adferre voluit; vnde facile liquet, VRBANI II. conſtitutionem nihil iis præſidii adferre, qui alienationem bonorum menſalium, nequidem adhibitis ſolennitatibus, conualidari et permitti poſſe cenſent, in qua tamen primarius argumenti vigor conſiſtit. Ait quidem IAN. de ARCEDVRA *concl. feud. c. 1. concl. 2. n. 14.* in EO, ne quidem ſolennitate canonica adhibita, hæc bona alienari poſſe, quod alias nihil operaretur decretum VRBANI; aſt ſatis efficax fuit contra abuſus illius temporis, qui-

Quæ probatur

ob generalem iuris canonici diſpoſitionem.

Vrbani II. conſtitutio refertur.

Verus ſenſus conſtitutionis Vrbani II.

con-

Digitized by Google

contra leges ecclesiasticas irrepserant, iidem fere, qui circa *decimas*, laicis pro lubitu conferri solitas, euenerant, qui etiam tot coërcentur conciliis, et in laudato *concil. Claramont. c. 20.* reprobantur, cum per *altaria* decimas intelligant. Vid. STEPHAN. BALVZ. *in addit. ad Petr. de Marcalib. VI. de C. S. et I. c. 31.* Præterea cum pleraque bona ecclesiastica sint *de mensa clericorum*, pauci *communia*, si exceperis illa, quæ ab antiquo in *feudum* vel *emphyteusin* dari solita fuere, quæ tamen solennitatem canonicam nequidem desiderant, frustranea foret iuris canonici dispositio de *solennibus in alienatione adhibendis*, si ad *communia* tantum restringi deberet, quod a mente *iuris canonici* alienum est. Regulam hoc ius in quæuis bona ecclesiastica constituit, eaque alienari prohibet. Ergo quoque *exceptionem*, qua modus alienandi determinatur, de quibusuis debet intelligere bonis. Et reuera etiam intellexit, vti colligo ex *c. 1. h. t. in 6.* in quo occurrit casus, vbi Dulmensis episcopus archidiaconatui certas decimas concesserat, quæ erant *de mensa* alterius ecclesiæ, prout sua natura ab antiquo fuere. Nihilominus eas restituendas esse decernit pontifex, quod non præcesserit tractatus diligens, quod iusta causa defuerit, quæ si adfuisset, reuocatio sine dubio cessasset. Conf. infra *tit. XX. de feud. p. 811. sqq.*

Argumentum ex nou. 120. c. 9. petitum diluitur.

§. XXV. Duo adhuc pondera supersunt: alterum, quod ex *nou. 120. c. 9.* alterum vero, quod a *necessitate adhibendi consensum pontificis vel cæsaris* petitur. Circa *primum* præmitto, vsque ad tempora IVSTINIANI bona quæuis ecclesiastica libere alienata, et pretium in vsus pauperum, clericorum alimenta, aliamue necessitatem versum fuisse, excepto solo casu, si quid *ea lege, ne alienaretur*, ecclesiis fuisset concessum, cui simpliciter standum erat, vt ne quidem ob *redemtionem captiuorum* distrahi posset. Interdixit postea lege generali alienationes huiusmodi, eas tamen permisit redimendorum captiuorum gratia, et rursus casum adductum excepit, hoc scilicet sensu, vt potius alia, quæ hac lege ecclesiis non erant oblata, quam hæc alienarentur. Quid si ergo ea lege, ne alienarentur, quæuis ecclesiis data fuissent, vt postea vtplurimum factum est? Rariora huiusmodi exempla fuisse videntur tempore IVSTINIANI, quo adhuc ante *nou. 7.* alienatio promiscua vsitata erat: frequentiora postea emerserunt, vbi in morem constantem abiit, donationum chartis hanc subiicere clausulam cum formulis exsecrationum. Vnde postea facile contingere potuit, vt ecclesia nulla alia quam hæc bona habuerit, ad quem casum non pertinet *cit. nou. 120.* vt recte obseruat GOTHOFREDVS *in not. sub. lit. l.* Imo *ius canonicum* postmodum huius circumstantiæ nullam amplius rationem habuit, quia alioquin fere nulla amplius bona possent distra-

Digitized by Google

diſtrahi, iuſta etiam concurrente cauſa, cum omnia fere bona non alia conditione eccleſiis oblata fuere, quam ſub hac conditione expreſſa, vel tacita. Hac de cauſa omnino illis aſſentior, qui in hac doctrina non *iuri ciuili*, ſed *canonico* potius ſtandum eſſe aſſerunt, quod hanc limitationem ignorat. Conf. HARPRECHT. *cit. l. n. 164. ſeqq.* IO. A SANDE *de probib. rerum alien. c. 7. §. 3. n. 11.* GILCKEN. *ad auth. hoc ius porrectum C. de SS. eccleſ. n. 8.*

§. XXVI. *Alterum* argumentum, quod præciſe *conſenſum papæ* et *cæſaris* in epiſcopatibus a cæſaribus fundatis deſiderat, parum ſtringit. Noui, *pontificis* conſenſum deſiderari in *c. vlt. h. t. in 6.* et *c. 1. in extrau. comm. h. t.* minime vero hoc reſtringitur ad *bona menſalia*, quod diſſentientes ſingulariter intendunt, ſed generatim de quibusuis bonis eccleſiaſticis intelligitur, vt in hoc requiſito nihil iuris ſingularis in *bonis menſalibus* occurrat. Ignorat vero Germania hoc requiſitum, et conſenſum pontificis inſuper habet, vt docent ENGEL. *h. t. n. 15.* ZYPAEVS *in iur. nou. h. t. n. 2.* ESPEN. *P. II. iur. eccleſ. tit. 35. c. 4. n. 28.* SARMIENTO *de redit. eccleſ. P. I. c. 3. n. 20.* WIESTNER *in inſtit. iur. can. h. t. n. 114.* præſertim cum principes eccleſiaſtici noſtri liberius in ſuis diœceſibus agant, ac quidem epiſcopi et prælati in Italia, et ſic nunquam ad pontificem recurrere ſoleant, ſiue alienatio concernat bona *menſalia* ſiue *communia*, cum non tantum illis, ſed his quoque lex data ſit.

Nec pontificis conſenſus in menſalibus per Germaniam deſideratur.

§. XXVII. Conſenſum *cæſaris* in epiſcopatibus, ab imperatoribus antiquitus fundatis, ne quidem iura canonica deſiderant, aut aliæ leges imperii. Magis hunc, quam papæ conſenſum, in Germania deſiderarem, ſi illi inueſtitura per annulum et baculum adhuc ſalua foret: hanc non alio, quam *patronatus* iure, olim cæſares exercebant, vt *fundatores* prælaturarum, vt dotantes; ſi ergo *priuati cuiusuis patroni* conſenſus deſideratur in alienatione bonorum, a ſe vel maioribus ſuis in eccleſiis profectorum, vt recte notant interpretes, vid. ESPEN. *cit. l. §. 34.* multo magis quoque *cæſarum* conſenſus foret neceſſarius, ſi epiſcopus de bonis quibuscunque, a cæſarum liberalitate profectis, quid alienare vellet. Aſt hæc inueſtitura per inſidias paparum cæſari eſt erepta et prorſus ſublata, quo ipſo fere omne ius patronatus negligere coacti ſunt. Inde vnice ratio petenda, quod epiſcopi quoque per plura ſecula imperatorum conſenſum neglexerint, nec hodie alienationes, olim ſine eorum conſenſu factæ, ſtante hoc rerum ſtatu, impugnari poſſint. E re Germaniæ et cæſaris foret, ſi ius ſuum patronatus primæuum in vſum reuocaret, et quamvis *inueſtituræ ius* vix repetere poſſit, alia tamen iura patronatus, quibus

Nec conſenſus cæſaris.

Digitized by Google

expreſſe haud renunciatum, in epiſcopatibus et prælaturis, ſedi papali ſubiectis, poſtliminio reduceret, quod illi integrum eſſe credo. Sueuerunt hactenus epiſcopi et prælati, bonorum et priuilegiorum ſuorum confirmationem a cæſaribus nouiter electis exigere, et ita eo ipſo fatentur, ſe hæc ipſa liberalitati eorum accepta ferre debere, eos fundaſſe et dotaſſe eccleſias, (quod facta recognitione non poſſunt non agnoſcere,) cæſaribus adhuc, ſi iure ſuo vti volunt, integrum eſſe, illa iura, quæ dotationi et fundationi cohærent, in vſum reuocare. Quamdiu poſſident hæc bona, vt *dotalia*, vt *fundationi cæſarum debita*, tamdiu quoque ſolo animo ſibi aliam poſſeſſionem acquirere nequeunt, nec illis obſtat, quod per tantum temporis lapſum iure ſuo non fuerint vſi.

Multo minus hic defectus inter proteſtantes allegari poteſt.

§. XXVIII. Quæ cum ita ſint, expeditum eſt, nec *bona menſalia*, *in terris proteſtantium* ex hoc defectu, quod olim conſenſus papæ vel cæſaris adhibitus haud fuerit, reuocari poſſe. Defectus hic in genere hodie minime attenditur, et ſi vel maxime attendendus eſſet inter *Romanæ* eccleſiæ aſſeclas, bonis tamen, olim alienatis ante reformationem, inter *proteſtantes* applicari haud poſſet. Grauiter meo iudicio errant, qui *regulam Catonianam* huc trahere volunt, inprimis vero hi, qui noſtros prælatos ex iure eorum, qui adhuc Romanæ eccleſiæ addicti ſunt, æſtimant et metiuntur. Sunt prælatorum proteſtantium immediatorum faſces ſacri, pedo epiſcopali catholicorum maiores reſpectu *dependentiæ papalis*, qua ſunt ſoluti, et fere quoad ſacra eandem, quam papa, exercent poteſtatem, quatenus hæc nec pace Osnabrugenſi, nec capitulatione reſtricta eſt. Duo fere ſecula effluxere, vbi *reformationis* initium factum. Intra hoc temporis ſpatium poſſeſſores *optimo iure* et *bona fide* ea bona poſſederunt, nec defectus *conſenſus papalis* eorum conſcientiam turbare potuit, poſtquam hunc adorare deſierunt. Et quis crederet, vllum poſſeſſorem in hunc incidere potuiſſe ſcrupulum, et de ſua poſſeſſionis iuſtitia ideo titubare, quod olim papa haud conſenſerit? Sint priuati doctores, qui hanc hæreſin fouent, illi tamen ſua opinatione aliorum conſcientiis normam præſcribere nequeunt, quin potius illis quilibet magis adhærebit, qui huiusmodi bonæ fidei in hac doctrina magnum pondus attribuunt. Vid. BRVNNEM. *ad auth. hoc ius C. de SS. eccleſ. n. 16.* LAVTERB. *de domicil. pauper. th. 38.* HARPRECHT. *cit. l. n. 293.* Temerarium denique foret, inter proteſtantes ad hunc defectum prouocare, quem pontificii hodie inſuper habent, vt §. *antec.* obſeruaui. Imo ſi ex hoc defectu argumentum quoddam deſu-

Digitized by Google

desumi posset, illud tamen iam dudum suppleuisset episcoporum nostrorum silentium papali consensui respondens.

§. XXIX. Quæ cum ita sint, de bonis ceteris, quæ *communia* dicuntur, vt speciatim agatur, non est necesse. Regula de prohibita *rerum ecclesiasticarum* alienatione quæuis bona tangit, et sic etiam exceptio, qua licite et valide alienantur. De *mobilibus* potius et *iuribus* videndum, an et quatenus sub regula comprehendantur. *Immobilium* primario prohibita est alienatio, *c. 5. 10. X. h. t.* et sic quoque earum rerum mobilium, quæ immobilibus, ex destinatione perpetua ad vsum immobilium, accensentur; *c. 4. X. h. t.* imo etiam *iurium*, quæ *iuri spirituali*, vt loquuntur, annexa sunt, vt *mortuaria*, *c. 12. X. h. t.* annui reditus, nisi sint redimibiles decimæ etc. Nequidem ecclesiastica *mancipia* in permutationem deduci possunt, ex illa futili ratione, vsque ad IVSTINIANI tempora ignorata, *quod semel Deo consecratum, ad humanos vsus transferri non decet. c. 3. X. de permut.* Forsan clerici non sunt *homines*, quibus mancipia ecclesiastica inseruiunt, sed plus quam homines, *Dii* scilicet, quod olim ex sententia CONSTANTINI magis placuit, *c. 5. C. 11. q. 1. c. 41. C. 11. q. 1. c. 15. C. 12. q. 1.* et ita operæ, quæ exhibentur clericis a mancipiis, sunt *diuinæ*, non *humanæ*. Ecce egregiam philosophiam, quam *spiritualium* et *diuinarum* rerum conceptus erroneus produxit! Res aliæ *mobiles*, ad cultum diuinum haud destinatæ, alienari non prohibentur, si sunt *fungibiles*, quarum alienatio vtplurimum necessaria est. Rerum *sacrarum*, vt loquuntur, diuersa est causa, quæ prorsus alienari prohibentur, nisi ex causa *pietatis*, *c. 13. 14. 70. C. 12. q. 2.* vel *necessitatis*, imo quandoque etiam *vtilitatis*, si olim ad *vsum superstitiosum* sunt consecratæ, nunc vero *inutiles* et *superfluæ*, vti censuit ill. Facult. Viteberg. teste Dn. BERGERO *in supplem. ad electa proc. matrim. p. 181. sqq. et p. 184.* has rationes subiungens: Dennoch aber und dieweil göttliche und weltliche Rechte hiebey die dringende Noth ausnehmen, auch wol zulassen, daß, wenn eine augenscheinliche Verbesserung des Zustandes der Kirchen zu gewarten, dergleichen bey derselben befindliche Sachen, absonderlich wenn sie überflüßig da seyn, und zu keinem Gebrauch gebracht werden können, wol veräussert werden mögen; und, eurem Bericht nach, die Kirche dergestalt beschaffen, daß binnen 10. Jahren 2721. Thlr. davon verbauet werden müssen, und noch vielmehr daran zu repariren stehet, welches aus derselben ærario zu nehmen nicht möglich; hingegen am Tage, daß unter denen Sachen, so in dem offt angeregten Gewölbe verwahret liegen, viel derselben aus Aberglauben und falschen Gottes-

Quæ res alienari prohibeantur.

an mancipia?

an aliæ res mobiles?

an sacræ?

dienſte angeſchaffet worden, und weder von dieſem noch von dem andern allen die Kirche ſo viele lange Jahre einige Ergötzlichkeit oder Nutzen gehabt: So mögen dieſelbe, geſtalten Sachen nach, gar wohl verkauffet, und zu Gelde gemachet werden ꝛc.

Admittitur rerum eccleſiaſticarum alienatio adhibitis ſolennitatibus.

§. XXX. Illuſtraui *regulam* de prohibita rerum eccleſiaſticarum *alienatione*: *exceptio* quoque illuſtranda, et quidem eo maiori ſollicitudine, quo grauioribus a Dd. inuolui ſolet dubiis, vt fere nulla alienatio harum rerum tam caute ſuſcipi poſſit, quæ non patiatur impugnationem, adeoque talium acquiſitio diſſuaderi ſoleat. Vid. SEISELLIVS *lib. I. de republ. Gallic. p. 27. et 279.* Generatim hæc tradi ſolet regula: *res eccleſiaſticas ſine ſolennitatibus canonicis non eſſe alienandas.* Tales ſunt 1) *iuſta alienandi cauſa*: 2) *cauſæ cognitio, et præcedens tractatus, in capitulo vel iudicio eccleſiaſtico inſtituta*; 3) *conſenſus capitularium*; 4) *conſenſus ſuperioris*, & denique 5) *decretum legitime et ſpecifice confectum.* Hiſce 6) alii addunt, *omnia fideliter protocollo inſerantur*, et 7) tandem *alienatio mediante ſubhaſtatione fiat.* KLOCK. *vol. I. conſ. 35. n. 35. ſqq. n. 49. ſqq.* Hæc requiſita copulatiue deſiderant, vt vnius alteriusue defectus alienationem annullet. KLOCK. *cit. l. n. 49.* SARMIENTO *de redit. eccleſ. c. 2. n. 1. ſeqq.* Primum requiſitum ad *eſſentiam* alienationis ſeu *inter ſolennitatem*; reliqua ad *externam* referunt, COTHMAN. *vol. I. conſ. 28. n. 4. et 5.* cuius obſeruationis vſum in doctrina, *quod in antiquis omnia ſolenniter acta præſumantur*, quærunt, eamque ad *externam* ſolennitatem reſtringunt, L. B. de LYNCKER. *reſp. II. n. 55.* de quo infra dicendi locus erit.

(f) Iuſta cauſa requiritur neceſſitatis vel vtilitatis.

§. XXXI. Primum requiſitum eſt IVSTA CAVSA. Quatuor vtplurimum tradunt, *neceſſitatem, pietatem, vtilitatem*, et *incommoditatem.* KLOCK. *cit. l. n. 35. ſqq.* WIESTNER. *cit. tr. P. III. art. 8.* Duas tantum, *neceſſitatem* ſcilicet *euidentem* et *vtilitatem*, refert INNOCENTIVS IV. in *c. 1. h. t. in 6.* et ex eo TVRRICELLIVS *cit. l. c. 16. n. 1.* Nec diffiteri poſſum, has duas cauſas reliquas comprehendere. Si magna *incommoditas* ex poſſeſſione rerum quarundam eccleſiæ imminet, *vtilis* earum eſt alienatio; ſi *pietas* vrget alienationem, *neceſſaria* eſt, quia finis bonorum eccleſiaſticorum vnice in *pietatis cultu* quæri debet, et ſic neceſſitas finis mediorum quoque neceſſitatem arguit. *l. 21. C. de SS. eccleſ. in f.* ibi: *Si neceſſitas fuerit in redemtione captiuorum.* Præterea in infinitis quoque aliis iuris eccleſiaſtici articulis ob *neceſſitatem* et *vtilitatem eccleſiæ*, quæ ſuprema lex eſſe debet, receditur a regulis ordinariis, quidni ergo etiam in hac doctrina? Ad *neceſſitatem* euidentem referunt *aris alie-*

Caſus neceſſitatis referuntur.

Digitized by Google

alieni admodum grauantis cauſam; *auth. hoc ius porrectum C. de SS. eccleſ.* ſi ad cultum diuinum, ſalutem animarum, et egentium *alimenta* impendenda ſunt, WIESTNER. *eit. l. P. I. art. 1. n. 12.* cum eccleſia primario pauperum curatelam ſuſcipere debeat. Id conſtituit IVSTINIANVS *in l. 21. C. de epiſc. et cler.* permiſitque, vt, ex *cauſa captiuitatis* et *famis*, etiam rerum ſacrarum alienatio valide fieri poſſit, *quoniam non abſurdum eſt, animas hominum quibuscunque vaſis vel veſtimentis præferri.* Hanc cauſam *ab antiquis canonibus ordinatam* fuiſſe, cenſuit *ſynodus œcumenica VIII.* relata in *c. 15. C. 12. q. 2.* quia *aurum habet eccleſia, non vt ſeruet, ſed vt eroget et ſubueniat in neceſſitatibus*, ait AMBROSIVS in *c. 70. C. 12. q. 2.* et addit: *Nonne melius conflat ſacerdos propter alimoniam pauperum, ſi alia ſubſidia deſint, quam ſacrilegus contaminata aſportet hoſtis.* Reſpondet in ſequentibus ad dubium ex *ſacramentorum ratione* deſumtum, aitque: *Aurum ſacramenta non quærunt, neque auro placent, quæ auro non emuntur. Ornatus ſacramentorum redemtio captiuorum eſt, et vere illa ſunt vaſa pretioſa, quæ redimunt animas a morte.* Hæc erat philoſophia illorum temporum, quibus eccleſia id vnice agebat, vt miſericordiam erga pauperes et captiuos exerceret, etiam in ipſa eius paupertate; quæ hodie emortua eſt, in rerum omnium abundantia, qua illa turget. ACACIVS, Amydenus epiſcopus, teſte SOCRATE *lib. VII. hiſt. eccleſ. c. 21.* egregium *pietatis* documentum hac in re edidit, cum circiter ſeptem hominum millia a Romanis capta eſſent, qui fere fame conſumebantur. *Conuocatis igitur clericis, qui ſub ipſo erant, Deus, inquit, noſter nec lancibus indiget, nec poculis. Nam neque comedit, neque bibit, quippe qui nulla re opus habeat. Cum igitur multa vaſa partim aurea, partim argentea poſſideat eccleſia, ex beneuolentia et liberalitate eorum, qui in ipſam adſcripti ſunt; conſentaneum eſt, vt illorum pretio captiuos a militibus redimamus, eisque cibos ſubminiſtremus. Cum hæc aliaque eiusmodi diſſeruiſſet, vaſa quidem ſacra conflari iuſſit: deinde, pro ſingulis captiuis pretio militibus perſoluto, aliquamdiu eos aluit, tandemque viatico inſtructos ad regem Perſarum dimiſit.* In *vita S. Ethelwoldi, epiſcopi Winthonienſis*, apud MABILLONIVM *in act. Bened. ſec. V. p. 616.* circa *ann. 984.* hiſce ſimilia referuntur de fame acerbiſſima Britanniæ: *Cum pecunia deficeret, tolli iuſſit ornamenta quoque et argentea vaſa perplurima de theſauro eccleſiæ, eaque præcepit minutatim confringi, et in pecunias redigi, intimo cordis ſuſpirio ſic proteſtabatur: Se æquanimiter ferre non poſſe, muta metalla integra perdurare, hominem vero, ad imaginem Dei creatum et pretioſo ſanguine Chriſti redemtum, mendicitate et*

Ob quam etiam res ſacræ alienari queunt.

Exemplo Acacii,

aliorumque.

Digitized by Google

inedia perire. Pariter in *actis ſanctor.* apud BOLLANDVM *d. 1. Ian. in vita S. Odilonis abb. Cluniac. p. 68. §. 26. circa annum 1409.* hæc traduntur: *Tali tunc temporis ac deinceps per multos annos, incumbente miſeria, in vſus pauperum confregit plurima vaſa eccleſiaſtica et ornamenta inſignia, inter quæ etiam imperialem Henrici imperatoris coronam, indignum iudicans, talia denegare pauperibus Chriſti, pro quibus effuſus eſt ſanguis Chriſti.*

Cauſa vtilitatis explicatur.

§. XXXII. *Vtilitatem* fere vnice æſtimant ex vberioribus *reditibus*, qui ex alienatione in eccleſiam redundare poſſunt, vel ex magno incommodo, quod eccleſia inde ſuſtinet, forſan ſi in ſingulos annos plus fere expendendum in *reparationem*, quam ex emolumentis accipiatur; *c. 20. C. 12. q. 2.* ſi prædia ſunt nimis remota, et quæ non ſine magno incommodo et ſumtibus excoli queunt, WIESTNER. *cit. tr. P. II. art. 1. n. 13.* ſi pretium inde redactum in ſingularem eccleſiæ vtilitatem verſum eſt etc. Res in *theſi* vtplurimum expedita, ſed in *hypotheſi* magis inuoluta, cum vtplurimum poſt longiorem temporis tractum in dubium vocari ſoleat, an tempore alienationis *iuſta* adfuerit *cauſa?* quæ manifeſta quidem fuit tempore alienationis, ſed obſcurior facta per vetuſtatem, qua memoria rei geſtæ facile perire potuit.

Iuſta cauſa præſumitur ex adhibitis ſolennitatibus;

§. XXXIII. Præſumtio tamen vrgens pro ea militat, (I) ſi conſtat, *cauſæ cognitionem* ceteraque *ſolennia* interueniſſe. Ideo enim hæc deſiderantur, hic eorum finis eſt, vt per illa de *iuſta cauſa* conſtare poſſit. HARPRECHT *reſp. 57. n. 292.* Proinde ſi aliunde ſatis de ea conſtat, ne quidem ſolennia ſunt neceſſaria, quæ non propter ſe, ſed propter aliud requiruntur. MENOCH. *de A. I. Q. caſ. 1. n. 4.* HARPRECHT. *cit. l.* (II) Si quis in *antiquiſſima* rei eccleſiaſticæ, olim alienatæ, *poſſeſſione* ſit, cum regulariter ex *vetuſtate* ingens præſumtio pro poſſeſſore militet, quod vel *recta ratio* poſtulat. Nec audiendus HUNDEDAEVS II. *conſult. 80. n. 24.* præſumtionem hanc magis iuri *ciuili* quam *canonico* conformem eſſe, quod valde ieiunum eſt. Neque enim ius canonicum hic rectam rationem, ex qua *præſumtiones* fluunt, eiurari iuſſit. Interpretes, qui clero, quæuis ad ſe trahenti, fauent, talia ſuauia fingunt ſomnia, litibus propullandis accommoda, a iuſtitiæ curſu deuiantia. Pariter aſſenſum non merentur, qui *vetuſtati* nullam vim tribuunt quoad *cauſam iuſtam*, eamque vnice operari *præſumtionem* credunt quoad interuentum ſolennium. GAIL. *II. obſ. 71. n. 7. ſeqq.* Talia qui aſſerunt, vix a *contradictione* abſolui queunt. Admittunt, *vetuſtatem* temporis operari præſumtionem, omnia ſolen-

ex antiquiſſima poſſeſſione rei olim alienatæ.

niter

Digitized by Google

niter fuiſſe peracta, h. e. tractatu præuio de alienatione in capitulo deliberationem fuiſſe inſtitutam, adhibitum eius conſenſum, ſuperioris acceſſiſſe voluntatem et alia, et tamen negant, ex lapſu tanti temporis non induci præſumtionem, quod *iuſta cauſa* adfuerit, cum tamen rurſus ex ſolennibus adhibitis, quæ vetuſtate temporis interueniſſe præſumuntur, *iuſtitia cauſæ* omnimodo colligatur et inferatur; poſito ergo vno per legitimas præſumtiones, ponitur etiam alterum. CYRIACVS *contr. for. III. n. 7. ſeqq.* BARBOSA *de offic. et pot. epiſc. P. III. all. 95. n. vlt.* FABER. *in C. lib. IV. tit. 4. def. 7.* Atque in hanc iuit ſententiam in caſu illuſtris facultas noſtra iurid. *menſ. Febr. 1707.* ex cuius reſponſo tantum hæc excerpere liceat:

Dieweil aber in rebus antiquis, darinnen man hieſelbſt verſiret, leuiores, adminiculatiuæ et præſumtiuæ probationes genug ſeyn,

MASCARD. *de probat. vol. I. concl. 103. n. 12.*
BRVNNEMANN. *in conſil. 131. n. 134.*

abſonderlich, wenn ſich reus derſelben ad abſoluendum bedienet;

MYNSINGER *cent. III. reſp. 21. n. 34. in fin.*

nachgehends ſolennia contractus, eumque canonice et legaliter factum eſſe, zu præſumiren ſtehet, wenn nur eine Zeit von 10. oder 20. Jahren nach demſelben verſtrichen iſt,

BEROIVS *vol. I. conſil. 89. n. 24.*

quamuis aliquam ſolennitatem interueniſſe, neque ex actis, neque litteris contractus appareat;

FELINVS *ſub fin. in cap. Albericus X. de teſtib. et atteſtat.*

welche præſumtio poſt longiſſimum tempus viel ſtärcker wird; ex longiſſimi enim temporis lapſu omnia ſolennia iuris canonici in contractu cum eccleſia habito interueniſſe cenſentur,

MENOCH. *lib. I. conſ. 90. n. 30. ſeq.*

etiamſi agatur de graui præiudicio tertii, puta eccleſiæ;

RVINVS *vol. I. conſil. 86. n. 5.*
ANTON. FABER. *in Cod. l. 6. tit. 30. def. 7. n. 3.*

abſonderlich wenn der Beſitz von undencklichen Jahren darzu kömmt, welches noch vor dem Verlauf einer Zeit von 100. Jahren nothwendig geſchehen muß.

HONDEDAEVS *conſ. 17. n. 57.*

ſi autem

Digitized by Google

ſi autem res excedit hominum memoriam, ob id omnia ſolenniter et canonice acta præſumuntur,

ANT. TESSAVR. *lib. II. forenſ. quæſt. 27. n. 18.*
ROSENTHAL. *c. 5. concl. 28. lit. o.*

maxime accedente quaſi poſſeſſione temporis immemorialis,

BALD. *conſ. 511. quidam prælat. lib. II. col. 2.*
KLOCK. *tom. II. conſil. 17. n. 55.*

adeo vt in antiquis non admittatur probatio in contrarium;

FELIN. SAND. *in c. 14. cum vobis n. 7. de præſcript.*
ROLAND. A VALLE *conſ. 2. n. 118.*
MASCARD. *vol. I. concl. 108. n. 4. 5.*

ſolche præſumtiones ſolennium auch ex antiquitate temporum nicht allein überhaupt ihre Richtigkeit haben, ſondern auch ins beſondere Rechtens iſt, quod ex temporum antiquitate diligens inquiſitio, et cauſæ adeo cognitio præſumatur,

DECIVS *conſil. 36. n. 6. et 7.*

præſumitur etiam ex temporis longinquitate cauſa iuſta et legitima neceſſitatis vel vtilitatis;

RVIN. *vol. I. conſil. 86. n. 2.*

wie nicht weniger conuocatio capitularium abſentium, wenn gleich ſelbige auſſer dieſen nicht zu erweiſen ſtünde,

IASON. *conſil. 54. n. 1. 2.*

imo conſenſus capitularium, welches noch mehr iſt, ex ſola temporis diuturnitate præſumitur;

COTHMANNVS *vol. I. reſp. 28. n. 78.*

ja, ſo doch hier unnöthig, autoritas pontificis, aut, quod hic in quæſtionem venit, conſenſus ſupremi in Germania magiſtri, præſumitur ex temporis diuturnitate;

KLOCK. *conſil. 131. n. 139.*
TRENTACINQ. *lib. III. reſol. 1. tit. de alien. n. 31.*

es auch ſehr hart ſeyn würde, nach einer Zeit von weit mehr als 100. Jahren, in den Beſitzer wegen aller Umſtände, welche in, bey und nach dem Contract vorgegangen, zu dringen, quoniam per tantum ſeculi magis quam temporis ſpatium nec documentis integritas, nec actis fides, nec ætas valet teſtibus ſuffragari,

Nouel. III. præfat. ſub fin.

oder dem Beſitzer anzumuthen, ſich darauf einzulaſſen;

IO. MEISCHNER. *tom. II. deciſ. 4. n. 83.*

über:

Digitized by Google

über dieſes der Beklagte, wozu er doch nach bisher angeführten Gründen nicht gehalten wäre, verſchiedene erhebliche Umſtände und Zeugniſſe, daß mit der alienation des quæſtionirten Gutes canonice verfahren worden, beygebracht hat, welche in rebus antiquis zu einem vollkommenen Beweiß genug ſeyn, maſſen die formula contractus ausdrücklich saget, es wäre der contractus capituls-weiſe mit Einwilligung der Capitularium und nach reifer Uberlegung zum Beſten des Ordens geſchehen: Statur autem verbis enunciatiuis etiam propter antiquitatem, ita vt plenam fidem faciant et plene probent, etiam in præiudicium tertii,

MOLIN. *de conſuet. Pariſ. tit. I. §. 8. n. 77.*

PELAEZ A MERES *de maior. Hiſpan. p. 4. q. 20. n. 318.*

et contractus quis et qualis initus, ex verbis contrahentium dignoſcitur,

SVRDVS *conſil. 366. n. 6. et conſil. 450. n. 3.*

idque procedit, quamuis in contrarium aliquæ adſint coniecturæ vel præſumtiones:

CRAVETTA *conſ. 20. n. 4.*

KLOCK. *tom. III. conſ. 81. n. 13.*

Solchem nach mit eins wegfällt, was ſich Kläger dargegen aufzubringen bemühet hat, welches alles, ſo ſcheinbar es auch ſcheinet, vor nichts anderſt, als daß es nicht zu vermuthen, es nicht zu glauben, es ſchwehrlich würde geſchehen ſeyn, es noch dahin ſtehe, man ſich nicht einbilden könnte, und für dergleichen, zu achten, ſo doch in hoc caſu, da man in re antiqua verſiret, und da der Contract ein anders in dem Munde führet, bedeuteter maſſen gar keine ſtatt findet.

§. XXXIV. Operatur hæc præſumtio, vt *neganti incumbat probatio*, quæ ei de iure, hoc inprimis caſu, vbi præſumtio in contrarium militat, imponi poteſt, vt nec FABER *cit. l.* negat. Nec impoſſibilis eſt huius *negatiuæ* probatio, quin potius hæc inde ſatis inſtruitur, ſi acta et inſtrumenta producuntur, ex quorum inſpectione *defectus cauſæ iuſtæ liquido* apparet, veluti ſi adducta cauſa ita comparata eſt, vt nullo probari poſſit modo, ſi manifeſtum inde redditur, priuati lucri cauſa alienationem fuiſſe ſuſceptam, qualem caſum KLOCK. *tom. I. conſ. 35. cit.* enucleat. Si *cauſa* ſpecifice non eſt expreſſa, ſi nulla ſolennium mentio in inſtrumento facta, facilius eſt, vt ex vetuſtate temporis in adducta præſumtione ſubſiſtamus, cum conſtet, ex incuria ſcribentium, non raro ea, quæ neceſſario exprimenda erant, omiſſa fuiſſe, nec archiua capitularia ſemper in ea perduraſſe integritate, vt omnium geſtorum antiquorum accurata haberi poſſit notitia. HARPRECHT *vol. nou. conſ. 5. n. 117.* Sufficit, quod

Inde defectum cauſæ allegans probare debet.

Digitized by Google

capitulum contrarium probare non poſſit, id quod minime ex eo, quod acta huius alienationis deficiant, et quod de iuſta cauſa et ſolennibus non conſtet, euinci poterit.

(II) Requiritur cauſæ cognitio.

§. XXXV. Alterum requiſitum eſt TRACTATVS SOLENNIS DILIGENS, vt dicitur in *c. 1. h. t. in 6.* ſeu *cauſæ cognitio*, de qua deliberandum eſt in *capitulo*, eo modo, quo *tit. XI.* dictum eſt. KLOCK. *cit. l. n. 35.* TVRRICELLIVS *cit. l. c. 4.* WIESTNER *cit. l. P. II. art. 6. n. 1.* Et huius defectu *inſanabilis* oritur *defectus*, vt ſimplex conſenſus capitularium, extra capitulum forſan collectus, alienationem ratihabere minime poſſit. WIESTNER. *cit. l.* Nec ſufficit conſenſus ſuperioris, aut decretum, vbi cauſæ cognitio non præceſſit, quin potius hoc per ſub-et obreptionem interpoſitum fuiſſe dicendum eſt. Quodſi tamen de euidente eccleſiæ *vtilitate* vel *neceſſitate* conſtaret, ex hoc defectu ſolo alienatio impugnari non poſſet, ſicuti transactio, quæ ſuper alimentis teſtamento relictis facta eſt, in commodum legatarii tendens ſubſiſtit, ſi vel maxime cauſæ cognitio et decretum prætoris deficiat. *l. 8. §. 6. de transact.* ALEXAND. RAVDENS. *in tr. de anal. iur. c. 38. n. 19. ſeqq.* Ideo enim *cauſæ cognitio* deſideratur, ne eccleſiæ inde damnum inferatur, quod vnice præcauere voluerunt pontifices. Maius eccleſiæ commodum non inuident eccleſiæ, ſed vbique eccleſiæ vtilitatibus inuigilant. Hoc vnicum præcauent, ne epiſcopi bona eccleſiaſtica temere in ſuos conſanguineos, amicos, paraſitosque, qui adulatione ſua fauorem eorum facile captare poſſunt, alienent, quod vbi factum, alienatio nulla eſt.

(III) Conſenſus capituli,

§. XXXVI. Tertium requiſitum eſt CONSENSVS CAPITVLI, ſeu *ſententia plurimorum*, vt dicitur *in c. f. X. de his, quæ fiunt a mai. part. capit.* Quæ enim in capitulo ad deliberandum ſunt propoſita, tandem per vota maiora expedienda, quæ habent rationem totius. Hæc quomodo accipienda ſint, colligi poteſt ex dictis *ad tit. XI.* Si res monaſterii alienanda eſt, conſenſus *conuentualium* ſeu *monachorum* deſideratur, præuia deliberatione conuentuali. TVRRICELLIVS *cit. l. c. 5. n. 2. ſqq.* Equidem in terris ſeculariſatis proteſtantium hodie *capitula eccleſiarum cathedralium* tales deliberationes inſtituere, et conſenſum in alienationem rerum ad ſe pertinentium interponere poſſunt; ſed de aliis rebus eccleſiaſticis non deliberant, nec princeps ad capituli deliberationem negotia publica reiicit, quoniam non amplius hodie ad regimen eccleſiaſticum in terris ſeculariſatis concurrit. Vtplurimum *conſiſtoriis* hæc prouincia demandata eſt, vt in iis de his rebus alienandis deliberatio inſtitua-

vel conſiſtorii.

Digitized by Google

ſtituatur, vt praxis notoria docet, et conſenſus fere omnium *ordinationum eccleſiaſticarum* ſatis declarat.

§. XXXVII. In *prælaturis immediatis*, A. C. addictis, vtplurimum adhuc hodie *conſenſum capituli* deſiderant, adeo vt ſine ea ſuscepta alienatio ipſo iure nulla ſit, quod illæ ipſæ adhuc regantur iure communi canonico, nec his prælatis aut epiſcopis plus iuris, quam catholicis indultum ſit. Ita fere cenſuit KLOCK. *tom. I. conſ. 35. n. 84.* Ob nun wol, aiens, vermöge des Religions-Friedens das ius epiſcopale et eccleſiaſtica iurisdictio, wie es bey denen Catholiſchen im Gebrauch geweſen, in ſuſpenſo ſchwebt, und dahero oberzehlte ſolennitates, in alienationibus rerum eccleſiaſticarum requiſitæ, faſt mehrentheils in deſuetudinem und Abgang kommen, und dißfals die apices iuris pontificii nicht ſo ſtricte obſeruiret und in acht genommen werden; ſo iſt doch gewiß, daß die fürnehmſte requiſita, als da ſeyn tractatus, cauſæ cognitio, conſenſus capituli et auctoritas ſuperioris noch heutiges Tages attendiret, und da dieſelbe in modum formæ et ſolennitatis nicht interponiret und ertheilet, alle ſuper alienatione rerum eccleſiaſticarum geſchloſſene contracte und andere Verfaſſungen ipſo iure null, nichtig und kraftlos ſeyn. Quamuis KLOCKIVS ab apicibus iuris canonici alienus eſſe videatur, reuera tamen nihil omittit, quod ius canonicum deſiderat, excepto ſolo *conſenſu pontificis*, quem ne quidem cathiolici prælati in ſuis alienationibus hodie per Germaniam adhibent. Equidem *capitulationibus* hodie vtplurimum adſtringuntur *prælati* de bonis eccleſiæ ſine conſenſu non alienandis, ſub pœna nullitatis, obſeruante KLOCKIO *cit. l. n. 85.* quo facto, merito ex hoc defectu alienatio impugnari poteſt.

In prælaturis immediatis A. C. conſenſus capituli vtpluriimum deſideratur.

§. XXXVIII. Quemadmodum vero hoc eo pertinet, ne *temere* et vnice hunc in finem alienationes fiant, vt agnatos ſuos præda eccleſiaſtica auctiores reddant, quod optime obſeruauit KLOCK. *cit. l.* Denn wenn hierüber itzt angedeuteter maſſen nicht rigoroſe und ſteiff gehalten werden ſolte, würden die Canonici, Clerici und andere, ſo geiſtliche Güter haben, ſich ſtarck bemühen, wie ſie dieſelbe auf ihre Kinder und nechſte Freunde bringen und vererben möchten: ita quoque non prorſus negligendæ ſunt eorum traditiones, qui *apices iuris canonici* non rigoroſe hodie deſiderant, et attendendos eſſe ſtatuunt, quamuis nec hi cum L. B. de LYNCKER. *reſp. 50. n. 12.* ad ſolum papæ conſenſum reſtringi debeant. Nam (1) magna omnino eſt differentia inter *epiſcopos catholicos*, qui *dependentes* ſunt, reſtrictamque admodum gerunt poteſtatem; et *proteſtantes prælatos*, qui nullam a papa dependentiam agnoſcunt,

Quod cum grano ſalis accipiendum,

quia proteſtantes prælati liberius agunt;

Digitized by Google

ſcunt, ſed fere ſimili libertate, vt ipſe pontifex, vtuntur, niſi quatenus hæc capitulationibus legibusque publicis imperii fuerit reſtricta, quod idoneo reſponſo in hac materia illuſtratum eſt *lib. I. tit. XXXI. §. 57. p. 761.* Ipſum pontificem vero quis ad hæc adſtringeret ſolennia? quis, papa quid facis? diceret? Huius auctoritas vel ſola ſufficit, ſi vel maxime capituli deſit conſenſus. Cardinal. de LVCA *tom. I. de benef. diſc. 45. n. 9. et diſc. 47. n. 11.* CARPZOV. *lib. V. reſp. 52. n. 55.* Præterea (II) epiſcopi proteſtantes non nudi ſunt epiſcopi, aut iure *clericorum* cenſendi; ſunt etiam *domini territorii*, et virtute *ſuperioritatis territorialis* plus iuris obtinent in ſacris, quam epiſcopi catholici, qui, quamuis domini territorii ſint, qua tales tamen in eccleſiaſticis nihil fere iuris ſibi arrogant. Fere vnice (III) *capitulationes* eos adſtringunt, ne ſine *conſenſu capituli* bona eccleſiæ cathedralis alienent. Nihilominus tamen aſſeri nequit, conſenſum capituli præciſe ea *forma* et *ratione* adhibendum eſſe, quam ius canonicum præſcribit; vt præcedat videlicet tractatus, capitulum ſolenniter conuocetur, in loco conſueto deliberationes ſuſcipiantur, *capitulariter* negotium peragatur, et ad vnguem illa, quæ *tit. XI.* dicta ſunt, ſeruentur. Quid enim ſi *ex poſtfacto* capitulum conſentiat? Iſtud inter proteſtantes ſufficere, recte cenſet CARPZOV. *cit. l. n. 33.* Quid ſi conſenſus capituli neglectus, cauſa tamen rationabilis et idonea alienationem ſuaſerit vrſeritque? Ideo videlicet alienatio ad *conſenſum capituli* adſtricta fuit, ne *temere* et absque *iuſta cauſa* ſuſciperetur, qua probata, *præſumtus* conſenſus capituli ſufficere videtur, æque ac in mutuo filii familias, quod absque *patris conſenſu* non valet, ex ſolo tamen conſenſu patris *præſumto* validatur. Quin etiam *conſenſus capituli* factis declarari poteſt, ſi *ſcienter* tale quid egit, ex quo non poteſt non ratihabitio fluere. Et hoc modo ſine dubio intelligendi ſunt, qui prælatos noſtros ab apicibus iuris in hac materia abſoluunt, vt CARPZOV. *lib. V. reſp. 52.* COTHMAN. *vol. I. reſp. 28. n. 111. ſqq.* MEVIVS *conſil. 95. n. 27.* WESEMB. *vol. V. conſ. 56. n. 3.* B. HARPRECHT. *reſp. 57. n. 295. ſqq.* qui quidem *promiſcuam* et *temerariam* alienationem haud defendunt approbantue, nec, quæ *ambitioſe*, et vnice in fauorem et gratiam proximorum, vt cum iniuria eccleſiæ inde locupletentur, fit, a reuocatione alienam pronunciant, eam tamen minime impugnandam cenſent, quæ ex *iuſta* et *rationabili cauſa* ſuſcepta eſt, welche nicht ohne vernünfftige Urſachen, und zu der Kirchen und Gottes-Häuſer Verderben geſchehen, vt ait MEVIVS *cit. l. n. 28.*

iure territoriali ius ſacrorum habent,

et per capitulationes tantum ad conſenſum capituli adſtringuntur,

etiam ex poſtfacto interpoſitum.

§. XXXIX.

Digitized by Google

§. XXXIX. Denique rationes, quæ *ius canonicum* in hac doctrina paſſim allegat, nobis merito euitandæ ſunt, quæ tamen in hac doctrina omne ſolent ferre punctum. Non eſt hodie is capitulorum ſtatus, vt, ſi vel maxime veræ eſſent, ad illa applicari poſſint. Bona canonicorum et capitularium quis diceret patrimonium pauperum, Chriſti, in vſus diuinos conſecratum et dicatum? Si vel maxime talia ab initio fuerunt, hodie tamen nouum prorſus induerunt ſtatum, et magis commodiori vitæ canonicorum, diuina ſegniter et dicis gratia agentium, inſeruiunt, quam cultui diuino. Vnica prohibitionis ratio inde petenda, quo prælati *capitulationibus* ab horum alienatione prohibeantur, nec eorum *domini abſoluti* dicendi, vt, ſi temere alienantur, ſucceſſor ſingularis factum anteceſſoris præſtare haud teneatur. Hanc in ſententiam etiam iuit ill. facult. iurid. huius loci *anno 1707. menſ. Febr.* his de cauſis: Proteſtantes abſtinere debent a rationibus iuris canonici,

Ferner, wenn auch in ſolennitatibus iure canonico requiſitis etwas verſehen wäre, davon doch das Gegentheil zur Gnüge gezeiget worden, ſich doch gröſſere Gründe bey denen Doctoribus finden, welche dafür halten, daß an ſelbige die proteſtirende Stifter nicht mehr verbunden, indem ſelbſten die Doctores in dem Pabſtthum der Meynung ſeyn, daß ſelbige contraria lege auch bey päbſtlichen Stiftern aufgehoben werden möge;

SVRD. *conſ. 245. n. 36.*

zu geſchweigen, daß auch in päbſtlichen Stiftern darüber ſo ſteif nicht mehr gehalten zu werden pfleget,

CHRISTINAEVS *vol. V. deciſ. 173. n. 15.*

ſondern genug, wenn es ſonſten mit dem Tractu aufrichtig zugegangen iſt,

MOLIN. *conſ. 44. n. 3.*

und daraus conſenſus prælati et capituli erhellet:

GVIDO PAPA *deciſ. 147.*

weil ſelbſten die päbſtliche Stifter befunden, daß dergleichen ſcrupulöſe Art zu contrahiren iedermann abſchrecket, und Ihnen öffters den Weg zu vortheilhaftigen Contractibus verleget, quam rationem allegat

MANTICA *de tacit. et ambig. conuent. lib. VIII. tit. 14. n. 13.*

quod ſi omnes ſolennitates obſeruandæ eſſent, vix vlla maneret ratæ rerum eccleſiaſticarum alienatio;

WESEMBEC. *conſil. 59. n. 23.*

weßwegen deſto mehrern Beyfall diejenigen verdienen, welche die proteſti-

Digitized by Google

teſtirende Stifter von der obligation dergleichen päbſtlichen ſolennium in Teutſchland losſprechen,

GYLMANN. *ſymphorem. l. II. deciſ. 57. n. 18. et deciſ. 15. n. 19.*
PETR. HEIG. *p. I. qu. 34. n. 19.*
KLOCK. *conſil. 131. n. 130.*

abſonderlich nachdem der Religions-Frieden, da die proteſtirenden Stifter von denen abergläubiſchen päbſtlichen Geſetzen, wohin ſonderlich die ſcrupulöſe Umſtände ſolennium in contractu eccleſiæ gehören, frey gemachet worden, iedem Stift anheim gegeben, entweder bey der natürlichen und in gemeinen Käyſer-Rechten üblichen Art zu contrahiren zu verbleiben, oder aber ſich einer andern Art zu gebrauchen;

COTHMANN. *tom. I. reſponſ. 23. n. 114.*
BRVCKNER. *de doman. regn. Germ. c. 9. n. 24.*

abſonderlich aber fallen alle ſolennia weg, wenn der Landes-Herr den Contract mit dem Stift gut heiſſet und confirmiret.

CARPZ. *lib. V. reſp. 52. n. 30. 33.*

(IV) Requiritur conſenſus ſuperioris.

§. XL. Quartum requiſitum eſt CONSENSVS SVPERIORIS. *Epiſcopi* auctoritas præcipue deſideratur, vtpote qui ab antiquiſſimis temporibus curam bonorum eccleſiaſticorum habuit, eorumque *legitimus* fuit *adminiſtrator*. REDOAN. *de rebus eccleſ. non alien. rubr. 23. n. 31. ſq.* TVRRICELLIVS *cit. l. c. 6.* Nequidem ſolius *capituli*, ſede vacante, epiſcopalia adminiſtrantis, ſufficit auctoritas, vtpote quod nihil innouare poteſt. In bonis *ordinum militarium* eadem fere ratio eſt, quippe quæ ſuos prioratus baliuiasque habent, in quibus commendatores, ſub ſuo proprio *commendatore magno*, capitula inſtituunt, et ſic ad eius conſenſum adſtricti ſunt: vt autem *magni ordinis magiſtri* conſenſum adhibeant, non eſt neceſſe, ſicuti nec archiepiſcoporum deſideratur auctoritas, quando epiſcopus cum capitulo de alienatione bonorum eccleſiaſticorum decernit. Ordo Ioanniticus in Germania habet *ſupremum ordinis magiſtrum*, den Obermeiſter, vt ſupra *p. 387.* dictum, ſub quo eſt baliuia Brandenburgica, quod *magiſterium domini*, des Herren Meiſterthum vocatur, et *capitulum proprium* conſtituit. Huius vt et patroni ordinis conſenſus potiſſimum deſideratur in alienatione bonorum, ordini ſub hoc magiſterio adſcriptorum, non, quantum mihi quidem conſtat, ſupremi per Germaniam magiſtri auctoritas. Sane apud BECMANNVM *in hiſt. ord Ioan. c. IV. §. 9. p. 92.* diploma occurrit, in quo hypothecæ bona ordinis ſubiecta ſunt, non deſiderato conſenſu ſupremi ordinis per Germaniam magiſtri.

Digitized by Google

giſtri. Nec ratio iuris canonici hunc exigit, cum magni commendatores, aut baliuii, inſtar *epiſcoporum* ſint, prout antea dixi. Pontificis conſenſum magis pontificii deſiderant, de quo plenius TVRRICELLIVS *cit. l. c. 7. ſqq.* agit, ſed non per Germaniam, prout ſupra iam oſtendi.

§. XLI. In *prælaturis mediatis* conſenſus *epiſcopi* neceſſarius eſt, vt non ſufficiat, ſi vel maxime abbas cum conuentu ſuo in alienationem conſenſerit. TAMBVRIN. *de iur. abb. P. III. diſp. 13. q. 5.* REDOAN. *cit. tr. qu. 27.* cum bona etiam monaſterii ſubſint iurisdictioni epiſcopali et legi diœceſanæ, iam a temporibus IVSTINIANI *l. 42. et 46. C. de epiſc. et cler.* quod etiam paſſim iure canonico confirmatum eſt. *t. t. X. de relig. domib. Clem. 2. eod.* LINCK. *de iur. epiſc. c. X. n. 41.* Exemtorum abbatum diuerſa eſt ratio, qui epiſcopali fere poteſtate inſtructi ſunt. TAMBVRIN. *cit. l.* In terris proteſtantium monaſteria, pia ſodalitia, aliæue eccleſiæ nihil itidem alienare poſſunt, ſine *principis* auctoritate, non quod *epiſcopi* vices teneat, ſed quod ſupremus ſacrorum arbiter ſit, ſupremamque inſpectionem in bona eccleſiaſtica habeat, vti epiſcopi inter catholicos. Dn. HORN. *claſ. 1. conſ. 21.* L. B. de LYNCKER. *reſp. 98.*

In mediatis conſenſus epiſcopi, vel principis territorii.

§. XLII. Remittunt tamen interpretes, nec ſine ratione, hanc neceſſitatem, adhibendi auctoritatem epiſcopi, quando monaſterium bona eccleſiaſtica alienat in *aliam eccleſiam* vel *monaſterium in eadem ſitum diœceſi*, quia ſic bona epiſcopi iuri diœceſano haud ſubtrahuntur, nec ad vſus profanos applicantur, ſeu ſeculariſantur, quod inprimis iura eccleſiaſtica præcauere voluiſſe videntur, id quod reſponſo facult. iurid. huius loci, *menſ. Iun. 1704.* concepto, illuſtrabo:

Niſi in aliam eccleſiam in eadem diœceſi ſitam fiat alienatio.

Ob wol ſonſten in denen canoniſchen Rechten verſehen, quod abbas res ſui monaſterii tantum ad modicum tempus locare poſſit,

Clem. 1. de reb. eccleſ. non alien.

TAMBVRIN. *de iur. abb. P. III. diſp. 14. q. 1.*

minime vero in perpetuum, vel aliud ius in re concedere, quod ſapit alienationis ſpeciem,

extrau. ambitioſæ de reb. eccleſ. non alien.

TAMBVRIN. *cit. l. qu. 6.*

REDDAN. *de rebus eccleſ. non alien. q. 2. c. 22.*

abſonderlich, da ein Abt, der nicht exemt iſt, dergleichen Gewalt, als einem epiſcopo zukommt, ſich nicht anmaſſen mag, vielmehr dergleichen alienation cum conſenſu epiſcopi de neceſſitate geſchehen muß;

TAM-

Digitized by Google

TAMBVRIN. *cit. l. disp. 13. q. 5.*
REDOAN. *cit. tr. qu. 26.*

welches iedoch in gegenwärtigen conceſſionibus gar nicht zu finden; ſondern nur der abbatum und conuentualium conſenſus dabey vorhanden, deßwegen denn ſolche conceſſiones einige nullitäten bey ſich zu führen ſcheinen.

Dieweil aber dennoch 1) diejenige alienatio rerum eccleſiaſticarum, quæ fit in aliam eccleſiam, ab illa, quæ fit in ſeculares, zu unterſcheiden iſt, zumal die ratio prohibitæ alienationis hauptſächlich darin beruhet, vt conſuleretur indemnitati vniuerſalis eccleſiæ, et ne bona eccleſiis ſemel deſtinata rurſus in ſeculares vſus conuertantur;

extrau. ambitioſæ de reb. eccleſ. non al.
ALOYS. RICCIVS *in pr. aur. P. I. deciſ. 28.*

und ſolche auf den Fall nicht wohl appliciret werden kan, vbi eccleſia in eccleſiam, monaſterium in monaſterium aliquid confert; ſunt namque et manent adhuc bona alienata eccleſiaſtica, nec ad vſus ſeculares applicantur; dannenhero auch die bewährteſten Canoniſten in ſolchen Fällen keine ſolennia ordinaria erfordern, quia finis prohibitionis de non alienandis rebus eccleſiæ conſiſtit in conſulendo indemnitati eccleſiæ vniverſalis, non particularium,

LVDOVICVS ENGEL *in coll. iur. can. tit. de reb. eccleſ. non al. n. 18.*
RICCIVS *c. l. P. I. deciſ. 35.*

adeoque prohibita alienatione non videtur prohibita, quæ fit ad pias cauſas,

REDOAN. *cit. tr. qu. 21. n. 41.*

et qui prohibitus eſt alienare, poteſt alienare in eccleſiam, cum eccleſia alteri eccleſiæ indigenti ſuccurrere teneatur;

REDOAN. *cit. l. qu. 51. n. 6.*

zumahl auch 2) die Güter der Kirchen und Klöſter darzu anfänglich deſtiniret, vt pauperibus et egenis inde conſuleretur;

ABB. *in c. 1. in f. X. de reb. eccleſ. non al.*

vnde bona eccleſiæ dicuntur indigentium ſubſtantia et bona pauperum,

c. 2. X. eod.
c. 59. c. 66. C. 16. q. 1.
Nou. 36.

daß

Digitized by Google

daß dannenhero, weil das Nonnen-Kloſter zu B. anfänglich auf keine gewiſſe Güter geſtifftet, und deſtomehr die abbates monaſterii H. ex miſericordia erga ſorores laicas verbunden geweſen, von ihren Gütern, ſo viel ſie davon entbehren können, zu ihrem Unterhalt ihnen etwas mitzutheilen, und ihre indigentiam zu ſuppliren, in welche alienation um deſto ehender epiſcopi Halberſtadienſis conſenſus zu præſumiren ſeyn wird, weil ſub eius auctoritate ſolches geſtifftet, und er alſo ſonder Zweifel in alle dasjenige conſentiret haben wird, was zu des Kloſters Aufnehmen gereichen können. Wobey denn 3) dieſer Umſtand ſonderlich zu obſeruiren, daß beyde Klöſter unter einem Biſchoff gelegen, und alſo demſelben kein præiudicium daraus erwachſen mögen, ſi monaſterium in aliud monaſterium eidem epiſcopo ſubiectum quædam bona transtulerit, in welchem Fall die Canoniſten ſelber die alienationem absque omni ſolennitate zulaſſen;

ASCANIVS TAMBVRIN. *de iur. abb. P. III. diſp. 13. q. 2. n. 19.*

wobey denn 4) denen ſororibus laicis billig lapſus tot annorum zu ſtatten kommt, innerhalb welche ſie bona fide, quæ ordinarie præſumitur, ſolche H. Güter beſeſſen, welche præſcriptio alleine ſuffiſant wäre, ſie bey ſolchen Gütern zu ſchützen, wann gleich die alienatio alias inualida ſeyn möchte;

ALOYS. RICCIVS *cit. tr. P. I. reſ. 32.*
BARBOSA *in iur. eccleſ. lib. II. c. 28. n. 16.*
ENGEL *cit. l. n. 22.*

wodurch denn die angeführte rationes dubitandi von ſelbſten wegfallen:

So halten wir davor, daß ſolche conceſſiones, da ein Kloſter das andere begnadiget, absque ſolennitatibus ordinariis gar füglich geſchehen können.

§. XLIII. Quintum requiſitum eſt DECRETVM LEGITIME ET SPECIFICE CONFECTVM, h. e. vt in inſtrumento ſuper alienatione confecto ſpecifice, quantum fieri poteſt, omnes circumſtantiæ exprimantur, addaturque, cauſam alienationis neceſſariam, de ea deliberationem initam, eamque maioribus votis decretam fuiſſe, quale *decretum ſpecificum* etiam in bonis *pupillorum minorumque* alienandis neceſſarium eſt, cuius requiſita ſpecifice explicat SIMONCELL. *de decret. in alien. min. alien. lib. I. tit. I. n. 17. ſeqq.* Regulariter enim cauſa, quæ deſiderat cognitionem maturam, decretum quoque exi- (V) Requiritur decretum ſpecificum.

git, nec *simplex confirmatio* sufficit. L. B. de LYNCKER. *resp. 50. n. 14.* Præterea in illo instrumento *singulorum nomina* esse exprimenda docent, vt *nominis collectiui* expressio non sufficiat, sed singulorum subscriptio necessaria sit. *c. 52. C. 12. q. 2. c. 8. X. de his, quæ fiunt a præl.* vbi diserte dicitur: *Irrita episcoporum donatio, venditio, et commutatio rei ecclesiasticæ erit, absque consuentia et SVBSCRIPTIONE clericorum.* Singulorum desiderant subscriptionem, vt eo euidentius de *consensu maioris partis* constet, quia subscribens alienationi rei ecclesiasticæ perinde habetur, ac si ipsemet alienasset. MASCARD. *vol. III. concl. 1341. n. 10.* Subscriptio *collectiua* et appositio *sigilli* capitularis eiusdem roboris esse non videtur. Ceterum quo tempore et modo a singulis subscriptio fiat, parum refert, vt recte obseruauit fac. nostr. iurid. *mens. Febr. 1707.* et rationibus decidendi hæc inseruit: Hiernächst auch ein grosser Unterschied inter consensum et consentientium subscriptionem zu machen ist, da jener vorhergehet, und in dem Capitul geschehen muß, dieser aber hernach folget; da gar nichts daran gelegen, ob in oder extra capitulum, zugleich oder eintzelner Weise, in loco consueto, oder extra illum, über kurtz oder lang, nach eines iedweden Ordens-Gliedes seiner Gelegenheit, was Capituls-Weise resoluiret ist, unterschrieben werde,

REBOAN. *de reb. eccles. non al. c. 26. n. 3. 4.*

so gar, daß verschiedene Dd. sich in dem angeführten Orte befinden, welche, daferne der consensus prælati et capituli sonsten zu erweisen stehet, als aus obigem zur Gnüge erhellet, nicht einmal einen schriftlichen Aufsatz oder Unterschrift dererjenigen, welche darin consentiren, erfordern wollen.

Quod tamen declaratur,

§. XLIV. Meo iudicio recte ita censuit facultas iuridica, approbauitque eorum sententiam, qui defectum *instrumenti* vel *subscriptionis*, nullam inducere nullitatem statuunt. Subscriptio est vnice propter *consensum capitularium*, et instrumentum alienationis seu decretum in *futuram rei memoriam* perficitur, vt, qua ratione alienatio facta fuerit, constet. Aiunt, omissionem solennium probari eo ipso, quod in instrumento alienationis haud sint expressa. KLOCK. *cit. l.* vt magis vtile quam necesse sit. *n. 67. seqq.* SIMONCELL. *cit. tr. lib. III. tit. 7. insp. 3. n. 35.* Vtilissimum ergo est et omnino consultum, vt tale instrumentum adhibeatur, non absolute necesse. Rarius alio modo de legitima alienationis ratione, quam ex diplomate constare potest, quod potissimum in antiquis probat, vbi deficiunt testes aliaque probandi argumenta. Verum 1) si lapsus temporis, prout supra obseruaui, pro possessore mili-

Digitized by Google

militat, vel ex hoc præſumtio maxima capitur, legitime olim omnia eſſe peracta, nec defectus inſtrumenti nocet. 2) Si aliunde argumenta indubitata adeſſent, nihil in alienatione eſſe peccatum, quis ad hunc decreti defectum imprudens confugeret, quod non *propter ſe*, ſed *propter aliud* deſideratur?

§. XLV. Sextum requiſitum quærunt in PROTOCOLLO. Id ſtylo omnium iudiciorum et capitulorum conforme eſt, vt, quæ *capitulariter* peraguntur, cauſa cognita, maxime ſi ardua et maiora ſunt, *protocollo* fideliter inſerantur, ne deſit in poſterum harum rerum memoria. L. B. de LYNCKER. *reſp. II. n. 41.* Rurſus hoc requiſitum tantum ad *vtilitatem* refero, non vero abſolute *neceſſarium* eſſe iudico, præſertim cum ex poſtfacto vtplurimum ignoretur, vtrum tempore alienationis actus protocollo inſertus, diligenter notatus, atque hoc ipſum forſan vetuſtate conſumtum ſit, an vero plane omnis regiſtratura, quam veteres *notitiam* vocabant, omiſſa fuerit? Multa rerum monumenta perierunt in archiuis capitulorum, quæ ex poſtfacto in dubium vocantur, et vix ſaluari poſſent, ſi nulla vis lapſui temporis ineſſet. Ita rurſus cenſuit facult. iurid. in adducto reſponſo: Daß endlich keine Ordens-Regiſtratur über dem Contract ſich findet, hier gleichfalls wenig ſchaden mag, weil das inſtrumentum alienationis ſelbſten vorhanden, vnum vero inſtrumentum in antiquis ſufficit,

ALEXAND. *vol. VI. conſ. 90. n. 50.*

et in antiquo referenti creditur, licet de relato non appareat,

SVRD. *conſ. 245. n. 24.*

imo regiſtratio inſtrumenti præſumitur ſolenniter facta propter temporis antiquitatem;

CRAVETTA *de temp. antiq. P. III. n. 12.*
RIMINALD. *conſ. 339. n. 52.*

ſondern auch, weil es wohl geſchehen können, daß ſelbige, in ſo langer und unruhiger Zeit, kan abhanden kommen, und verlohren gegangen ſeyn, daß alſo der Schluß a non extare ad non extitiſſe ſo ſicher nicht iſt.

(VI) Deſiderant regiſtraturam, quæ tamen tantum vtilis eſt.

§. XLVI. Vltimum requiſitum collocant in SVBHASTATIONE. Hæc in omnibus regulariter eſt neceſſaria alienationibus, quæ auctoritatem ſuperioris et decretum deſiderant. LVDOVIC. POSTIVS *de ſubhaſtat. reſp. 14. n. 1. ſeqq.* Proinde etiam in *diſtractione rerum eccleſiaſticarum* requiritur in *auth. hoc ius porrectum C. de SS. eccleſ.* ibi: *Quo ſubſecuto, per viginti dies rem eccleſiæ venalem eſſe, publice notum ſit, vt plus offeren-*

(VII) Deſiderant ſubhaſtationem.

Digitized by Google

ti detur. POSTIVS *cit. l. resp. 3.* PHILIPPI *de subhastat. c. II. sect. 3. seqq.* BRVNNEM. *ad cit. auth. n. 8.* In iure canonico huius requisiti nulla iniicitur mentio, secundum quod hodie in alienandis rebus ecclesiasticis proceditur. Quocirca interpretes hodie huius requisiti nullam habent rationem, sed iustam causam, cognitionem causæ, et consensum superioris tantum desiderant. BRVNNEM. *cit. l. n. 14. et 15.*

Multis difficultatibus talis obnoxia est alienatio,

§. XLVII. Hæc est doctrina communis interpretum circa *alienationem bonorum ecclesiasticorum*, cui infinitas declarationes et limitationes subiungunt, vt vix vlla rerum ecclesiasticarum possit suscipi alienatio, quæ non ex traditis Dd., sibi maxime contrariis, impugnari, et rursus eadem defendi possit, vt non mirandum sit, in eodem casu diversissima omnino reperiri Dd. responsa et consilia. Id tamen simul constat, has præcautiones, cautelas et requisita *primario* inuenta et excogitata fuisse, ne bona ecclesiastica ad *seculares vsus* rursus reuertantur, qua de causa etiam ecclesia *manum mortuam* habere dicitur, quod illa, æque vt hæc, bona possessa reddere haud possit aut debeat, et si ecclesia bona acquirit, maxime præuia *amortizatione*, vbi hæc desideratur, illa dicuntur venisse in *manum mortuam*. Facilius alienatio permittitur ab vna ecclesia in aliam, prout responso §. *XLII.* adducto declaraui, quia sic bona ad vsus profanos non reducuntur, sed adhuc Deo, vt putant, dicata manent. Prius si fit, effectus alienationis est *secularisatio*, vt loquuntur, a qua grauiter abhorrent, tanquam a re pestifera et maxime repudianda, ecclesiis scilicet noxia.

De iure principis circa secularisationem quæstio formatur,

§. XLVIII. Verum de hac *SECVLARISATIONE*, h. e. *translatione bonorum ecclesiasticorum ad vsus ciuiles et seculares*, paulo penitius et specialius agendum est. De hac potissimum id quæritur: an non summa reipubl. potestas vel princeps *ex iusta causa* bona monasteriorum, ecclesiarum aliarumue fundationum piarum, neglecto consensu cleri, ad vsus ciuiles reipublicæ trahere, et necessitatibus publicis impendere possit? Id sane est, quod potissimum in contentionem

et status controuersiæ declaratur.

trahitur. *Status controuersiæ* satis planus est, in quo I) desidero *iustam causam*, veluti si ecclesiæ inutiles et superfluæ adsint; si fundationes superstitione reprobata nitantur, quarum vsus abolitus et prorsus exstinctus est; si alias iniuria belli destructæ sunt, vt prorsus restitui nequeant; si monachi eiecti, si finis, in quem destinatæ, prorsus exaruit etc. II) Præsuppono *bona ecclesiastica*, sub quibus comprehenduntur bona monasteriorum, capellis et altaribus, in quibus olim quotidie missæ dictæ sunt, destinata, ordinum militarium reditus, anniuersa-

riorum

Digitized by Google

riorum lucra, et quæcunque alias antiqua ſuperſtitio bona peperit. III) Requiro *neglectum cleri conſenſum.* Ad hunc per *leges eccleſiaſticas*, hierarchiæ vnice inſeruientes, et a proteſtantium principiis alienas, alienatio adſtricta eſt, prout fuſius in antecedentibus obſeruaui, quia bona eccleſiaſtica *bona clericorum* eſſe dicuntur, prout *tit. de præbend. §. XXIX.* obſeruaui. Inde ergo primario ratio dubitandi petitur, quia ſi hic conſentit, ſi papa, ſi epiſcopus cum clero ſuo auctoritatem alienationi impertit, valet, quod actum eſt. IV) *Summam reipubl. poteſtatem* in quæſtione præſuppono: *patronis ſimplicibus* (quo ipſo immediatam nobilitatem, iure ſacrorum gaudentem, excipio) idem ius haud eſſe datum, vt de bonis eccleſiaſticis disponere queant, adeoque de his quæſtio fruſtra formatur. V) Vlterius quæſtio formatur de caſu, quo bona, quæ generaliter eccleſiaſtica dicuntur, *ad vſus ciuiles et ſeculares* trahuntur, et patrimonium cleri et monachorum eſſe deſinunt. Id enim conclamatum eſt, nec a quoquam inter proteſtantes in dubium vocatur, poſſe principem talia bona ad vſus ſimiles, et meliores applicare. Denique VI) quæſtio de *iure* et *validitate alienationis* tantum proponitur. Non dubium enim, quin princeps poſſit in hac alienatione peccare contra *regulas honeſti*, et *pietatis*, ſi rem, quam in *vſus ciuiles* trahit, potuiſſet ad meliores et æque pios vſus applicare, id quod ſi factum eſt, quæſtio ſupereſt, an alienatio valeat, an vero hac de cauſa res alienata reuocari poſſit? Prius aſſero, poſterius nego, cum, quæ contra *leges honeſtatis* fiunt, non ſint nulla aut inualida, quod etiam obſeruauit ill. THOMASIVS *diſſ. de nat. bon. ſeculariſ.*

§. XLIX. Si *rationes decidendi* ex penu iuris canonici eſſent deſumendæ, abſolute quæſtio neganda foret, et ſane manifeſtum eſt, arma, quibus noſtrates ſeculariſationem vtplurimum impugnant, non aliunde, quam ex hoc ipſo peti. MAVRITIVS *in diſſ. de ſeculariſ. c. III.* ex his cauſis ſeculariſationem *illicitam* eſſe iudicat: I) quod ei obſtet communis regula: *ſemel DEO et eccleſiæ dicatum, ad vſus humanos non eſt transferendum vlterius.* Hanc communi gentium et naturæ lege niti, arbitratur cum ERNESTO COTHMAN. *reſp. iur. 100.* additque, ethnicos idem dogma inculcaſſe, et Deum quoque in populo iudaico ſeuera lege muniuiſſe. *Leu. VII, 25. XXVII, 28.* Horum exemplo ductos pios imperatores idem ſanciuiſſe in *l. 14. et 17. C. de SS. eccleſ. auth. hoc ius porrectum C. eod. auth. multo magis C. eod. Nou. 7.* Præcipue vero iura canonica grauiſſimis pœnis eos, qui hæc bona in ſeculares vſus trahunt, ſubieciſſe, ipſasque leges imperii ſeculariſationes improbaſſe, *R. I. de an-*

Rationes dubitandi pro negatiua, petitæ ex natura harum rerum ſacra.

Digitized by Google

no 1530. §. etliche haben Klöſter, *de anno 1548. §.* und damit etc. quibus ICti proteſtantes, quos magno numero *cit. l. §. 7.* recenſet, calculum ſuum ſubiecerunt. II) Quod ob concurrentes *exſecrationes*, quæ fundationibus antiquitus appoſitæ ſunt, poſſeſſores vereri debeant, ne *maledictiones* fundatorum tandem experiantur, et eiusmodi bona propria ipſorum, velut rubigo ferrum et ignis conſumens, comedant, quod plenius illuſtrat KLOCK. *tom. I. reſp. 35. ab init.* et imprimis *n. 100. ſeqq.* vbi vulgatos refert verſus:

Ex formulis exſecrationum.

Fabula priſca refert, aquilæ ſi penna propinquet,
Penna (quod eſt mirum) iunctas abſumere pennas.
Sic et chorda lupi chordas prædatur ouillas.
Non aliter bona ſacra, bonis ſi quando profanis
Miſcentur, contra fas et ius, omnia perdunt,
Extremumque malum raptoribus inſuper addunt.

Ex neceſſitate mutandi tales res in ſimiles vſus.

III) Quod relicta ad vſum impium et ſuperſtitioſum, quem maiores ex *errore* pium et ſalutarem credidere, non mox commoditatibus profanis principum cedere, ſed potius *ad alium vſum meliorem* transferri debeant, ne in totum pereat intentio eorum, qui illa *ſacris* deſtinarunt, quod ipſi gentiles æquum iudicarunt in *l. 16. D. de vſu et vſufr. et red. leg.* Pauperes vbique præſto ſunt in ampliſſima copia, quorum ſuſtentationi cedere deberent, ſi miniſtri eccleſiæ aliunde, vnde viuant, ſatis habeant.

Ex concurrente ſacrilegio.

Addit IV) KLOCK. *cit. l n. 107.* ex IOACHIMO MORLINO, quod graviſſimum *ſacrilegium* illi committant, qui hæc bona ad ſe trahunt, quod variis argumentis exaggerat.

Ex poteſtate deficiente.

Primario vero V) domino territorii obſtare videtur, quod *non ſit dominus bonorum eccleſiaſticorum*, ſed tantum eius curam ſupremam habeat, præcauendo, ne in abuſum aut vſum ſuperſtitioſum trahantur, quod argumentum vrget B. HARPRECHT. *conſil. 13. n. 19. et 20.*

Ex peculiari harum rerum qualitate, quod ſint ſpirituales.

Forſan VI) ICti plures in pectore gerunt rationes, quas proferre non audent, quibus tamen ex lectione librorum pontificiorum imbuti, et ſic præiudicio quodam circumuenti ſunt, veluti quod bona eccleſiaſtica ſint *res ſpirituales*, *iuris* prorſus *diuini*, vt vocantur *in c. 72. C. 12. q. 2. nullius*, *commercio exemtæ*, et ſic *ſua natura inalienabiles*. Pauciores genuinum conceptum ſibi de his bonis formare potuere, poſtquam vnice ex *iuribus ciuili* et *canonico* omnem ſapientiam et eruditionem hauriendam eſſe credidere, in quibus tamen hic conceptus admodum deprauatus eſt. Ex his rationibus tot moti ſunt fluctus tempore pacis Osnabrugenſis, quo, pro *pace reducenda*, de *ſeculariſatione bonorum eccleſiaſticorum* actum eſt.

§. L.

Digitized

§. L. His præiudiciis reguntur, qui *secularisationem* damnant, quæ si proſtrata fuerunt, facilius inoffenſo pede progredi poſſumus. *Primum* fundamentum hinc inde iam examinatum eſt. Obſeruaui in antecedentibus, regulam adductam vsque ad tempora IVSTINIANI incognitam, et bona eccleſiaſtica libere alienata fuiſſe. Quis vero aſſereret, per aliquot ſecula proceres eccleſiæ impie, et contra ſcripturæ ſacræ præcepta, hæc bona alienaſſe? Κατ' ἄνθρωπον diſputo, vt eo magis infirmitatem vulgatæ huius regulæ, *bona eccleſiaſtica ad profanos et ciuiles vſus non eſſe conuertenda*, mentibus hominum inſinuare poſſim. IVSTINIANI præceptum *de bonis his non alienandis* anſam poſteris dedit, vt hac regula laicos eo magis deterrerent ab acquiſitione horum bonorum. Inſtituta veteris teſtamenti et cultus leuitici male trahuntur ad noui teſtamenti œconomiam, toto cœlo ab illis diuerſam, quod patres per tot ſecula agnoverunt, dum vel nullos, vel admodum raros limites alienationibus bonorum eccleſiaſticorum conſtituerunt. Præterea, quando de *poteſtate principis* diſputamus, *iuris ciuilis* et *canonici* placita, quibus, intuitu ſummæ poteſtatis, non ligantur, ſequeſtranda eſſe ducimus, vt nihil ad rem faciant, quæ ex iuribus hisce in ſcenam producuntur. Denique nec hoc prætereundum eſt, ipſos Romanæ eccleſiæ doctores excipere caſum *vtilitatis* et *neceſſitatis*, h. e. iuſtam et probabilem cauſam, qua exiſtente alienatio etiam ad vſus profanos haud impeditur. In hoc tantum diſcrepantia ſupereſt, quod *principi* hanc poteſtatem adimant, eamque, iuxta ſtatum hierarchiæ præſentis, clero ſuo, h. e. *epiſcopo cum capitulo*, præuia cauſæ cognitione, tribuant. Non aliter ex ſuis principiis iudicare poſſunt, quia ſupremæ poteſtati ciuili omne ius in ſacra et patrimonium eccleſiaſticum ademerunt. Solus *clerus* huic incubat, dominium eius ſibi vindicat, ergo etiam de eo disponit, et de *alienatione* decernit. Huius auctoritas eam confirmat, non illius. Hæc vero principia inter proteſtantes damnata ſunt. Bona eccleſiaſtica haud ſunt *patrimonium cleri* ex noſtra ſententia. Epiſcoporum iurisdictionem cum omnibus ſpeciebus inter nos non agnoſcimus. Principi ius ſacrum et ſupremam poteſtatem in hæc bona tribuimus, non qua *epiſcopo*, vt vulgus opinatur, ſed *intuitu reipublicæ*, et tamen quis crederet? minus iuris eidem adſcribere intendimus, quam pontificii epiſcopis cum ſuis capitulis.

Regula, quod res eccleſiaſticæ ad profanos vſus non ſint trahendæ, examinatur et reiicitur.

§. LI. *Alterum* fundamentum eſt inane terriculamentum, et inventum eorum, quibus volupe fuit, mundum ſuperſtitione regi. Noui *exſecrationes*, quas maiores fundationibus ſuis adiecerunt, quæ tamen maximam partem ſuperſtitioſæ fuerunt. Etiam ICti antiquitus cenſuere,

Exſecrationum formulas iniquas eſſe oſtenditur.

Digitized by Google

re, ineptas voluntates non esse seruandas. *l. 14. §. 5. de relig. et sumt. fun. l. 113. §. 5. D. de leg. 1. l. 27. pr. de cond. et demonstr.*. Quis ergo assereret, principem obligari *intuitu reipublicæ*, cuius vsibus tot bona subtracta sunt, ad voluntatem eiusmodi seruandam, quæ ex postfacto inepta, superstitiosa et reipubl. noxia apparet? Sunt exsecrationes, tanquam species *maledictionum*, ita comparatæ, vt nullo iure defendi possint, et tamen nostrates vim quandam, nescio quam magicam, illis tribuunt. Pluribus hoc argumentum examinant ill. THOMASIVS *diss. de nat. bonor. secular. §. 13. et 14.* B. STRYK. *de exsecrat. vlt. vol. c. I. §. 14. seqq.* vt ei diutius immorari haud necesse sit.

Vsus ciuiles sæpe æquipollent vsibus ecclesiasticis, quibus bona ecclesiastica sunt destinata.

§. LII. *Tertium* plus roboris habet, interim *secularisationem* non tollit. Quæstio tantum supereſt, annon hæc bona *ad vsus ciuiles* retrahi possint? Hi aut sunt *mali*, aut *boni*. Priori casu vitio laborat *secularisatio*, quam merito repudiamus. Posteriori casu ad *vsus æque similes* applicantur. Aeque pium est, imo adhuc magis voluntati Dei conforme, si bona, otiosorum monachorum consortio, et sustentationi tot inutilium clericorum, qui tantum *numerum* faciunt, destinata, superstitionique dicata, necessitatibus reipubl. impenduntur, vnde tot hominum pendet salus, spiritum ducunt, defensionemque necessariam accipiunt. Quis magis consulit generi humano, quod DEO singulari curæ est, vtrum is, qui otiosos ventres pascit, tot vicarios superficiarie psallentes alit, canonicos intumescentes reditibus prospicit amplissimis, et in opus operatum expensas fieri permittit, iubet, mandat? an vero is, qui bona his olim dicata reipublicæ, in tot hominum salutem, applicat, et, quæ alias ad publicam defensionem necessaria sunt, inde procurat? Noui hinc inde peccatum, et bona hæc sæpe parasitis, adulatoribus, luxuriæ publicæ, militique haud necessario, sine iusta causa assignata fuisse. Sed exemplis haud iudicandum: rationibus pugnandum, hisque, quid veri rei insit, ostendendum. Deinde ad *officium boni principis* hoc quoque refero, vt etiam hæc bona, si commode fieri possint, nec necessitates publicæ vrgeant, ad *alia pia instituta*, maxime ad alimenta pauperum, ad scholarum sustentationem, aliaque instituta sana applicet, prout etiam in plurimis locis factum est. Interim non *iniuste* agit, si bona sacra superflua, inutilia, superstitioso cultui destinata, ad *ciuiles* trahit vsus, vnde multorum hominum salus dependet, quod plenius illustrat CONRINGIVS *in animaduers. ad bull. Innocentii X.* ex quo potiora excerpsit ill. THOMASIVS *cit. l. §. 9. in not. lit. b.*

§. LIII.

§. LIII. Reliqua tria fundamenta parui, meo iudicio, momenti ſunt, præſuppoſitis his, quæ hactenus dicta ſunt. *Quartum* enim, quod *ſacrilegium* in *ſeculariſatione* quærit, potius *rapinam*, quam illud ſupponit. Conſiſtit *ſacrilegium*, in ſenſu latiori ſumtum, in *iniuſta occupatione* horum bonorum, de qua non loquor: ſermo mihi eſt de revocatione bonorum eccleſiaſticorum, ſuperfluorum, inutilium, ſuperſtitioſo cultui deſtinatorum, ad ciuiles vſus vtilium, humano generi proficuorum neceſſariorumque, prout in antecedentibus declaraui. Dicant mihi diſſentientes, vtrum illa alienatio alat delictum, quam clerus, h. e. epiſcopus cum capitulo, ex *cauſa vtilitatis*, *maiorisque commoditatis* ſuſcipit? Quod omnes ad vnum negant, licet res *ad ſeculares vſus* reuocetur. Nullum ibi adeſt delictum, nullum ſacrilegium. Cur? quia eccleſia ſeu clerus plus commodi inde ſentit. Tunc ergo tantum eſt crimen, ſi eccleſia inde læditur, et tota ratio formalis huius criminis in ſolo *quæſtu* et *lucro* cleri quæritur. Argumentum a ſacrilegio concurrente deſumtum euertitur.

§. LIV. *Quintum* fundamentum admitto, imo plus dico, quod ſupra iam ſuppoſui, bona *eccleſiaſtica* proprie non eſſe *publica*, *in patrimonio fiſci*, ſed potius *vniuerſitatis* ſeu *communitatis*, non clericorum tantum, quod in effectu plerique canoniſtarum docent, ſed omnium eorum, qui in eum cœtum ſunt congregati. Verum poſſunt fieri bona hæc *publica* ex accidente, 1) deſtructis *fundationibus*, vtpote eiectis monachis, monaſteriisque prorſus deſolatis: 2) diſſoluto et exſtincto *cœtu*, vt templum iam ſuperfluum ſit: 3) ſacro *officio* abrogato, vtpote *ſuperſtitioſo*, *inutili* et *inepto*, ſaltim ſecundum noſtram hypotheſin etc. Hisce et ſimilibus caſibus dominium priuatum *vniuerſitatis eccleſiaſticæ* deſinit, et intuitu priuatarum rerum ad ἀδεσπότων claſſem tranſit, quæ in dominio ſunt reipublicæ. Præterea vero, licet bona eccleſiaſtica *per ſe* non *publica*, ſed intuitu reipublicæ æque in *priuata* ſint *poſſeſſione*, non minus ac quæuis alia bona profana, vt CONRING. *cit. l. p. 284 ſeqq.* optime docet; non tamen principi *ſupremum ius* in hæc bona negari poteſt, vi cuius præcauere debet, ne iis reipublicæ noceatur, damnumque inferatur. Impium et abominabile foret, ſi princeps ſub hoc colore bona pauperibus eorumque ſuſtentationi vnice deſtinata; ſi cultui ſacro neceſſaria; ſi paſtoribus, quibus carere non poſſumus, inſeruientia diripere vellet. Sed ſalutare et rectæ rationi conforme eſt, ſi, quæ homines inepte, perdite et ſuperſtitioſe applicant, in magis neceſſarios vſus ciuiles vertit, maxime ſi vſibus ſacris veris et genuinis ſatis iam aliunde proſpectum ſit. HARPRECHT. *conſ. 13. n. 43.* CONRING. *cit. l. c. 6.* *Vltimum* denique Quatenus princeps ius in bona eccleſiaſtica habeat?

De qualitate erronea horum bonorum.

argumentum petitiones principii plures continet. Nulla *qualitas ſpiritualis* his ineſt bonis, quam canoniſtæ iis affinxere, vt ad forum et monopolium *ſpiritualium*, h. e. cleri, ea trahere, et laicos a ſuis præſepibus arcere poſſent. Non ſunt *nullius*, aut *iuris diuini*, aut *patrimonium Ieſu Chriſti*, prout ſupra *tit. de præb. §. XIV. ſeqq.* oſtendi. Dubitauit de hac ſuperſtitioſa appellatione ipſe HARPRECHTVS *reſp. 714. n. 327.* quæſtionemque formauit: *Vtrum illa immenſa eccleſiæ bona patrimonium Dei, Chriſti et pauperum appellari mereantur?* in cuius deciſione maluit prouocare ad RHETIVM *de ſeculariſat. c. 1. §. 23. ſeqq.* quam proprium addere iudicium. Denique illas eſſe *ſua natura inalienabiles*, prorſus ex fatis huius doctrinæ antea propoſitæ corruit.

Auguſtini philoſophia ſeculariſationi fauere videtur.

§. LV. Poſſet forſan quis pro illuſtratione eorum, quæ diſputata ſunt, addere philoſophiam AVGVSTINI in *c. 1. D. 8.* aientis: *Quo iure defendis villas eccleſiæ?* (ſeu bona eccleſiaſtica) *diuino an humano? Diuinum ius in ſcripturis habemus; humanum ius in legibus regum. Vnde quisque poſſidet, quod poſſidet? Nonne iure humano? Nam iure diuino* (*Domini eſt terra et plenitudo eius*) *pauperes et diuites Deus de uno limo fecit. Iure tamen humano dicitur: hæc villa mea eſt, hæc domus mea, hic ſeruus meus eſt. Iura autem humana iura imperatorum ſunt; quare? quia ipſa iura humana per imperatores et reges ſeculi Deus diſtribuit generi humano. Tolle iura imperatorum, et quis audet dicere: mea eſt illa villa, aut meus eſt ille ſeruus, aut domus hæc mea eſt.* Denique addit epiphonema: *Per iura regum poſſidentur poſſeſſiones.* Hæc ſi vera ſunt, certe *ſeculariſatio* nullis amplius ſubiecta eſt dubitationibus, quia AVGVSTINVS non de patrimonio profano, ſed *ſacro*, de *villis eccleſiæ*, loquitur, illudque liberæ diſpoſitioni imperatorum principumque ſubiicit, quia eccleſia hæc poſſidet *iure humano*, quod principis arbitrio ſubiectum. Sæpe miratus ſum, GRATIANVM hoc AVGVSTINI dogma ſuis inſerviſſe centonibus, ab hodierna clericorum doctrina prorſus alienum, imo vt veritati locum dem, nec rectæ rationi conforme, ſed craſſiſſimum *Hobbeſianiſmum* ſapiens. Id ipſum enim eſt, quod HOBBESIVS potiſſimum docuit, quodque ſanioribus displicet. Etiam ante omnem legem ciuilem *meum* et *tuum* intelligi poteſt, quia *pacta* et *conuentiones* in ſtatu naturali et concipi poſſunt, et hodie ſuperſunt. Pacta autem ſervanda eſſe, non ius ciuile, non lex imperatoris, ſed rectæ rationis dictamen, quod vinculum inter omnes conſtituit homines, docet, præcipit, iubet. Tolle *fidem humanam*, et ſimul tolles vinculum humani generis, ſine quo illud conſiſtere nequit, quod tamen *prouidentiæ diuinæ* aduerſatur.

Sed illa falſa eſt, et Hobbeſianiſmo prauo infecta.

Digitized by Google

ſatur. Poſſident hodie gentes et principes regna, territoriaque non ſane *iure ciuili*, quod inter eos deficit, ergo *iure diuino* ſeu *naturali*, quod qui negare auſus fuerit, huius iuris exiſtentiam vel negat, vel annihilat. Interim ex hoc ſpecimine philoſophiæ AVGVSTINI perſpicuum eſt, quam turpiter lapſi ſæpe fuerint patres ex odio et feruore erga hæreticos, quos ſi non rationum momentis, tamen alio quouis conatu opprimere ſtuduerunt. Proinde hoc argumento *in totum* non vtar, *in tantum* tamen eo me vti poſſe credo contra eos, qui villas eccleſiæ aſſerunt eſſe nullius, iuris diuini, et extra humanum commercium poſitas, quas tamen recte AVGVSTINVS in *priuata poſſeſſione* et *dominio* eſſe cenſet, licet de cetero reliqua eius ratiocinatio ieiuna et peſſima ſit.

§. LVI. Concludo ergo ex hactenus dictis iuxta doctrinam CONRINGII *cit. l. ex iuſta cauſa* omnino *ſeculariſationem* illorum bonorum fieri poſſe, quæ ſuperflua ſunt, quæ falſo numini aut ſuperſtitioſo cultui ſunt dicata, imo, ſi multorum hominum ſalus et incolumitas hoc exigit, etiam illa, quæ tantum *vtilia*, non neceſſaria ſunt, cùm illa his bonis longe ſit præſtantior: hæc ſi deeſt, ne quidem quæ *ornamento* tantum ſunt, aut *vtilia*, profanare licet. Atque ex his fundamentis defendi poteſt ſeculariſatio illorum bonorum, quæ *pro pace reducenda* in *I. P.* confirmata et ſtabilita eſt, quæ aperte neceſſitatibus publicis inſeruit. Fuit illa duplex, *vniuerſalis* et *particularis*, prout bona eccleſiaſtica ſunt vel *vniuerſalia*, vel *particularia*. Illa comprehendunt vniverſitatem rerum et iurium, epiſcopatum, prælaturas, et ſimilia; hæc particularia bona eccleſiaſtica. In illis primario *regimen publicum*, quod olim clericis aſſignatum fuit, mutatur, et *archiepiſcopatus* in *ducatum*, *epiſcopatus* in *principatum* transformatur, vt reditus, ante regenti epiſcopo aſſignati, principi ſeculari obuenire debeant; quod eo facilius fieri potuit, poſtquam *epiſcopale regimen* inter nos plane ſublatum, et *legitimæ poteſtati* vindicatum. In his ipſa bona ad *ciuiles vſus* applicantur, et dominio eccleſiæ ſubtrahuntur, de cuius iure hodie ex poſſeſſione *anni 1624.* reliquaque *I. P.* diſpoſitione vnice iudicandum.

Concluſio de iuſtitia ſeculariſationis,

tam vniuerſalis, quam particularis.

§. LVII. Circa hæc ſeculariſata bona duæ admodum *controverſiæ* ante aliquot annos enatæ ſunt, quas intactas haud dimittam. *Prima* eſt: Si *bona* monaſteriorum vel eccleſiaſtica *ſeculariſata*, et anno 1624. ab *euangelicis* poſſeſſa fuerunt, poſtea autem, interueniente alienatione, in *catholicum* transferantur, vel poſſeſſor præſens ad Romanos ritus transeat, an *monaſterio*, a catholicis monachis vel Ieſuitis poſſeſſo, *integrum ſit*, *ea poſtliminio reuocare?* Ita cenſuere *patres e ſocietate Ieſu*, poſ-

Vtrum bona, quæ anno 1624 iam ſeculariſata fuere, poſtea a poſſeſſore catholicæ religionis reſtitui debeant eccleſiis?

poſſeſſores Echenbronnenſis monaſterii in Palatinatu, cuius patrimonium iam olim anno 1555. ſeculariſatum, et in priuatos poſſeſſores translatum fuit, donec tandem poſſeſſor eius anno 1707. religionem ſuaſu Ieſuitarum mutauerit, in cuius remunerationem hi poſtea actionem reuocatoriam inſtituerunt ex hoc principio: Daß der Weſtphäliſche Friedens-Schluß nur prouiſionaliter und in ſo lang errichtet worden, als lang ein der Augſpurgiſchen Confeſſions-Verwandter immediater Reichs-Stand oder Glied bey ſolchem Glauben verbleiben, und nicht ad fidem catholicam zurück kehren werde, nach deſſen indiuidual-mutation aber die occaſione reformationis occupirt- und ſeculariſirte Güter, Gülten und Gefälle ſo gleich wieder von der Catholiſchen Geiſtlichkeit, ungehindert des Weſtphäliſchen Friedens-Schluſſes, als contra ius canonicum et ciuile alieniret und ſeculariſiret, nulla obſtante præſcriptione, vtvt temporis plus quam immemorialis, vindiciret werden mögen. Vid. ANTON. FABER. *tom. XIX.* der Staats-Cangley *p.* 5. Hæc Ieſuitarum fuit philoſophia, pro more plus quam ſophiſtica. Quæ ad hanc regeſſerint poſſeſſores horum bonorum, IDEM *cit. l. p.* 32. *et p.* 115. adducit, inſimulque *reſponſum Tubingenſe p.* 44. adfert, ex quibus, quæ in vtramque partem diſputata ſint, apparet. Aiunt Ieſuitæ: *alienationem* non eo, quo decet modo, factam, nec adhibito conſenſu prælati et capituli ſusceptam fuiſſe: primos emtores ſecundum ius canonicum pro *raptoribus* et *ſacrilegis* habendos: bona contra ius diuinum in *ſeculares* vſus transfuſa, nec inſtrumentum pacis, quod tantum inter diuerſæ religionis conſortes vigorem obtineret, hic applicari poſſe: hic adeſſe litem inter *catholicos*, eiusdem religionis conſortes: fuiſſe primum emtorem in *mala fide*, vtpote qui ſcire potuerit et debuerit, talem alienationem contra conſcientiam et iura canonica fieri: de iure diuino nulli principi, ſub prætextu iuris epiſcopalis, ius eſſe, bona eccleſiaſtica ſibi vindicandi, et de iis diſponendi: *iuſtum* defeciſſe *titulum*, ipſamque alienationem nullam: bona ſemel *Deo dicata* in vſus profanos non eſſe conuertenda, et quæ ſunt alia huius farinæ argumenta.

Rationes pro reuocatione.

§. LVIII. Verum ICti Tubingenſes ad hæc *cit. l. p.* 69. regeſſerunt, iam anno 1555. et ſic tempore *alienationis*, ipſum monaſterium Echenbronnenſe reformationi ſubiectum fuiſſe, dominumque territorii, ſacris euangelicorum addictum, ex iure territoriali, ius illa ſeculariſandi habuiſſe: vulgata brocardica contra ſeculariſationem ex iure canonico eſſe *teſtimonia domeſtica*, vnice in quæſtum cleri inuenta, minime in hac controuerſia attendenda: inane eſſe fundamentum ab *intentione funda-*

Rationes decidendi.

fundatorum petitum: illorum *exſecrationes* eſſe fulgur ex pelui, *cum diſpoſitio ſubditorum, quæcunque fuerit, extendi non debeat vltra, quam vtilitas reipubl. patitur, ſed expediat reipubl. ne quis re ſua male vtatur*: ex privilegio ciuilis iuris res has tantum commercio humano eſſe exemtas, quod ob *iuſtam cauſam* tolli poſſit, proinde fruſtra primo emtori *malam fidem* aut *defectum tituli* imputari: ceterum controuerſiam hanc clare eſſe deciſam in *I. P. art. V. §. 15.* ibique cautum, vt, quoscunque *reditus* monaſteriorum A. C. ſtatus *anno 1624. d. 1. Ian.* poſſederint, eadem *omnia et ſingula* iidem in poſterum poſſideant, nullis attentis exceptionibus, quod illa non de vel in territorio A. C. ſtatuum vel aliis ſtatibus quauis ratione obligata fuiſſe dicantur: fruſtra quæſtionem moueri de *titulo poſſeſſionis*, cum *ſola obſeruantia et poſſeſſio* anni 1624. inſtar *optimi tituli* ſit, lege publica ſtabilita, *art. V. §. 25. et 33.* ex hac poſſeſſione naſci perpetuam *litis finitæ* exceptionem, actionis peremtoriam: proteſtationes contra I. P. olim factas fuiſſe inanes, nec hodie in iudicio allegari poſſe: abſurdam eſſe interpretationem I. P. a patribus Ieſuitis factam, indeque inferendum, nullo modo a poſſeſſore proteſtante, qui anno 1624. eiusmodi bona poſſedit, ea in catholicum alienare, aut, hoc facto, hunc nouum poſſeſſorem obſtrictum eſſe, ad bona hæc clericis dimittenda contra ſtatum anni 1624. imo hanc interpretationem vtilitatibus cleri pontificii officere, weil durch ſolches ungereimte Procedere vornemlich auch ein und dem andern Proteſtirenden, der etwa gewillet ſeyn möchte, die pontificiam religionem anzunehmen, die Luſt vergehen ſolte, wenn er mercken und ſehen würde, daß er ex ſola hac mutatione et tranſitione ad hanc religionem, ſolcher von langen Jahren her von ſeinen Anteceſſoribus, und ihrer gantz vor eigen und frey beſeſſenen Güter alsdann ſo ſchlechter Dinge verluſtiget und beraubet ſeyn müſte, wodurch dann der Päbſtlichen Religion wider die eigene principia, da man einem ſolchen lieber giebet als nimt, mehr ein groſſer obex und notorium impedimentum, als eine Beförderung und Ausbreitung derſelben von ſelbſten zugezogen würde: ꝛc. ita per indirectum, religionem catholicam fore nouum amittendi dominii modum · imo poſito, eiusmodi poſſeſſorem ad bona hæc monaſterio dimittenda teneri, illud tamen rurſus eadem reſtituere debere, ſi poſſeſſor prædii, cuius acceſſorium *anno 1624.* bona vindicata fuere, rurſus ad noſtra ſacra reuerteretur, vnde non poſſet non ſumma rerum incertitudo et confuſio introduci: cauſam fuiſſe ſemel per I. P. ſopitam et deciſam, nec eam ideo hodie reſuſcitari poſſe, quod ex poſtfacto inter ſolos catholicos controuerſia ſuperſit: manere priſtinam poſſeſſionis cauſam, et excep-

Digitized by Google

ptionem ſemel quæſitam perpetuam et realem eſſe omnibus poſſeſſoribus profuturam etc.

Confirmatur hæc ſententia aliorum conſenſu,

§. LIX. Iam tetigit quodammodo hanc controuerſiam AVTOR *meditat. ad I. P. art. V. §. 25. p. 326.* aiens: *Poſſeſſio ſtatuum A. C. firma eſt, et ſine vllius reclamatione, etiamſi alicubi contigerit mutatio quædam religionis, atque adeo dicere ego auſim: et ſi princeps, abiectis prioribus ſacris, ad catholicam religionem tranſiuerit, non modo ſubditis integra omnia fore, quæ pro ſecuritate conſcientiæ ſuæ, et religionis e pace Weſtphalica habent, verum etiam ne ipſum quidem principem illum, ſi ſponte illud noluerit, ad reſtitutionem bonorum eccleſiaſticorum teneri, quorum poſſeſſionem ſemel ex hac lege nactus eſt, quia conſtitutum eſt, vt, quæ dicta die annoque poſſedit, ita ſemper poſſideat, donec de religionis controverſiis vniuerſali compoſitione fuerit transactum. Ex quo hoc etiam ſequitur, licet princeps ille, in gratiam cleri catholici, quibusdam bonis eccleſiaſticis ceſſerit, ſucceſſorem tamen eius, ſiue eiusdem ſit religionis, ſiue diverſæ, facto deceſſoris ſui ſtare non teneri, ſed reuocare bona ad vſus ſuos iterum poſſe, quia nemo a quoquam poſthac in habita vel recuperata poſſeſſione vllo modo turbari debet.* In eandem ſententiam iuit *ill. facul iurid.* huius loci *menſ. April. 1710.* conſulta, ſuamque mentem ſequente reſponſo expreſſit:

et reſponſo facultatis iurid. Hallenſis.

Iſt von dem Abte Leonhard und Conuent-Brüdern des Kloſters zu Eichenbronn anfänglich an einen Bürger zu Ulm der Hoff zu Bergen nebſt andern Gütern und Gefällen gegen gewiſſe præſtationes a. 1449. verkauffet, anno 1478. an Hrn. Gabriel von Harbach durch einen neuen Kauff transferiret, bis endlich bey erfolgter reformation und ſeculariſation anno 1555. von dem Pfaltz-Graf Otto Heinrich und Dero gemeinnen Landſchafft der Hof zu Bergen, nebſt andern Gütern, welche vordem obgedachtem Kloſter zugeſtanden, an Wolff Caſpar von Horckheim zu Hauensheim, vor 2156. Fl. verkaufet, und dabey verſprochen worden, daß im Fall, da ein Prælat, oder das Kloſter Eichenbronn, ihm die obgemeldte Güter abdringen würde, die obbeſchriebene Kauff-Summe, ſamt allen erlittenen Schaden und Unkoſten, dem Kauffer reſtituiret werden ſolte, auch von ſolcher Zeit bis 1700. der quæſt. Hoff, nebſt den pertinentien, bey dem Beſitzer des Gutes zu Hauensheim geruhig genutzet worden. Wollen aber anietzo die Patres Soc. Ieſu zu Neuburg, welche das Kloſter Echenbronn ex donatione in Beſitz haben, ſolche Güter wieder vindiciren, und vermeintlich redimiren, und entſtehet alſo darüber die Frage:

Ob

Ob der Kläger *intention fundiret*, und der Beſitzer des Hoffes Bergen ſchuldig ſey, gegen Erlegung der Kauff-Summe die Güter und Lehnſchafft abzutreten?

Wenn nun gleich von Seiten derer Herren Patrum angeführet worden, daß (1) alhier die quæſtio de alienatione bonorum eccleſiaſticorum ſey, welche, denen bekanten Canoniſchen Rechten nach, ſine debitis ſolennitatibus nicht veräuſſert werden mögen, einfolglich, da ſolche hier nicht zu finden, die alienation billig vor null und nichtig zu achten;

t. t. X. de reb. eccleſ. al. vel non.

welches Recht auch (2) bey den Kloſter-Gütern ſtatt finden muß, als welche denen Kirchen-Gütern in allen Stücken æquipariret ſind, vt nec res monaſterii ſine ſolennitatibus iuris alienari poſſint;

ENGEL. *de priuil. monaſter. priuil. 32.*

mithin auch ſolches alhier gelten müſſe, da die Aebte anfänglich die Güter ſimpliciter veräuſſert, keine gehörige ſolennitates dabey in acht genommen, und alſo gleich ab initio die alienatio unkräfftig geweſen; hiernächſt (3) der quæſt. Hoff anno 1555. von dem damaligen Lutheriſchen Fürſten und Pfaltz-Graffen, dem Kloſter nulliter entzogen und verkaufft worden, zumahl die Kloſter-Güter in dispoſitione principis nicht geſtanden, auch das Kloſter weder ausgeſtorben, noch ausſterben können; dadurch denn (4) dieſe Güter ſo gar ſeculariſiret worden, welches nach der Proteſtirenden eigenen principiis nicht wohl geſchehen mögen;

REINKING. *de regim. ſecul. et eccleſ. lib. III. claſ. 1. c. 3. n. 15.*

dawider auch (5) keine præſcription ſtatt finden möchte, in welcher es alhier allenthalben an dem bona fide ermangelte, indem der erſte emtor anno 1555. Catholiſcher Religion zugethan geweſen, und erſt anno 1603. ein Evangeliſcher ſolche Güter zu beſitzen angefangen, mithin bis dahin mala fide ſeyn beſeſſen worden, und gleichwie der neue poſſeſſor das inſtrumentum venditionis mit dem Gute Hauensheim überkommen, alſo es wol das Anſehen gewinnen möchte, als ob er dadurch in ſcientiam rei alienæ, et conſequenter in malam fidem geſetzet, auch ſolcher auf ſeine Succeſſores, als welche das inſtrumentum venditionis in Händen gehabt, transferiret worden ſey; wenigſtens (6) ein error iuris bey ihnen

ihnen vorhanden geweſen, qui non parit vſucapionem; abſonderlich aber (7) es alhier an dem titulo und legitima poſſeſſione zu mangeln ſcheinet, da die emtio venditio null und nichtig geweſen, auch kein Laicus geiſtliche Güter beſitzen, mithin nicht præſcribiren könne; dahero (8) die itzige Beſitzerin der Güter, ohne Gefahr in die excommunication zu fallen, den quæſt. Hoff nicht behalten könne, cum peccatum non remittatur, niſi reſtituatur ablatum;

c. 4. de R. I. in 6.

zu geſchweigen (9) quod tempore belli et ſchismatis non currat præſcriptio contra eccleſiam;

c. 19, X. de præſcript.

und da (10) auch die proteſtirende Stände ſich dahin bemühen, daß die Kirchen-Güter, ſo in weltlichen Händen ſich finden, refuſo pretio wieder ad vſus pius mögen redimiret werden, ſolches um deſto mehr auch in dieſem Fall ſtatt finden möchte, da das Kloſter wieder in manus catholicas gekommen; welches man auch (11) vielleicht vorher geſehen, da in dem anno 1555. errichteten Kauf-Recels die bedenckliche clauſul hinein gerückt, daß, wenn ein Prælat dem Käuffer die quæſt. Güter wieder abdringen würde, man alsdenn ihn ſchadloß halten wolte, worin zugleich die reluitio mit reſeruiret zu ſeyn ſcheinet; und ob gleich (12) das inſtrumentum pacis die poſſeſſionem dergleichen Güter, wie ſolche anno 1624. d. 1. Jan. geweſen, confirmiret, doch bekant ſey, daß der damalige Biſchoff zu Augſpurg in ſolchen Friedens-Schluß nicht gewilliget, und da nun die Güter in deſſen Diœces gelegen, es das Anſehen gewinnen will, daß ſolche, non obſtante inſtrumento pacis, revociret werden möchten; beſonders da (13) ſolches nur de caſu zu verſtehen, quando lis eſt inter poſſeſſores diuerſæ religionis, da doch im Gegentheil die ietzige Beſitzerin der Catholiſchen Religion zugethan ſey, mithin keine exception aus dem inſtrumento pacis vor ſich anführen könne.

Dieweil aber dennoch dieſe Schein-Gründe theils in theſi unrichtig, theils aber auf den ietzigen ſtatum controuerſiæ inapplicabel ſind, und die Herren Patres ihr gantzes fundament entweder auf eine imaginariam æquitatem ſetzen, oder auch dieſes als eine eingebildete Gewiſſens-Frage tractiren, und doch dabey nicht bedencken, daß, wenn alle Klöſter-Güter ſecundum primordialem acquiſitionem betrachtet werden ſolten, alsdenn man vielleicht mehr Urſache finden würde, ſich einen Scrupel im Gewiſſen zu machen, ob man ſolche ſub ſpecie pietatis acquirirte Güter

mit

mit gutem Gewiſſen behalten könte, da bekant, quod omnia bona eccleſiaſtica, et ſic etiam monaſteriorum, ratione ſuæ primæuæ originis ſint, et debeant eſſe *bona pauperum*, et in horum vſus vnice convertenda,

AMBROSIVS *epiſt. 31.*
LVDOVICVS THOMASSINVS *de vet. et noua eccleſiæ diſcipl. P. III. lib. 3. c. 26. ſeqq.*
IO. LAVNOIVS *de cura eccleſiæ pro miſer. et pauper.*

mithin alſo darzu nicht geſtifftet, daß die Herren Patres ſich dadurch bereichern, und unter dem Schein, daß es GOtt-gewidmete Güter wären, andere davon wieder abdringen ſolten; vielmehr billig die Hrn. Patres bedencken ſolten, quod melius ſit, nihil habere, quam pecunias corradere et deponere.

HIERON. *epiſt. II. ad Nepot.*

Qui enim conſiderat in multis eccleſiis talium Chriſtianorum peccata, qui arbitrantur, quæſtum eſſe pietatem, et cum deberent de euangelio viuere, ſecundum quod viuere decet ſeruos Dei, hoc non faciunt, ſed diuitias et multas poſſeſſiones acquirunt, nonne dicet ſpeluncam factam eſſe ſub illis eccleſiam?

ORIGENES *homil. 15. ad c. 21. Matth. relatus in c. 9. C. 16. q. 7.* Conf. *c. 6. C. 1. q. 3.*

und alſo eine quæſtio præiudicialis iſt, ob dasjenige, was die Herren Patres zu ihrem Vortheil vindiciren, ad vſus pios vindiciret werde? welches alles nur der von ihnen gemachten Gewiſſens-Frage entgegen geſetzet, und dabey zu überlegen anheim geſtellet wird, ob und wie weit ſie die Kloſter- und andere geiſtliche Güter, quæ ſunt patrimonia pauperum, ſalua conſcientia beſitzen und nutzen können, cum peccatum non remittatur, niſi id, quod pauperibus ablatum eſt, reſtituatur. Im übrigen was die Sache ſelbſt betrifft, ſo haben ſich die Herren Patres zu dieſer Klage noch nicht zur Gnüge legitimiret, angeſehen ſie ihr gantzes fundament auf den titulum donationis ſetzen, wodurch ſie das Kloſter Echenbronn beſitzen, gleichwol nicht zu erweiſen ſtehet, daß ihnen auch ſolche bereits dem Kloſter entzogene und ſeculariſirte Güter mit geſchencket worden, als welche um deſto weniger ihnen geſchencket werden mögen, da ſie nicht mehr in dominio et proprietate monaſterii geweſen, auch über dem nicht anfänglich vor das Collegium der Herren Patrum, ſondern pro conuentu monachorum Benedictini ordinis geſtiftet worden, ſie dahero nicht mehr Recht prætendi-

tendiren mögen, als welches damals auf sie hat können transferiret werden, da zumal dergleichen commutation der Klöster in alios ordines selbsten dem instrumento pacis zuwider;

art. V. I. P. §. 26.

mithin nicht zu erweitern, noch in præiudicium tertii extendiret werden mag, ja die Herren Patres selbsten das quæst. Kloster nicht iure proprio an sich gebracht, sondern ex nouo titulo, per gratiam principis, contra primordialem destinationem besitzen, welches der Landes-Herr ihnen wol einräumen, gleichwol in præiudicium tertii kein mehrer Recht geben können, als was princeps concedens damals gehabt; und wie sie allein ex iure a principe concesso ihren Grund der Klage herziehen, so mögen sie auch nichts mehr prætendiren, als was sie ex gratia principis concedentis erhalten, und wenn auch gleich die concessio principis sich auf die reuocation der dem Kloster entzogenen Güter erstrecken solte, so mag doch solche contra sanctionem pragmaticam instrumenti pacis nichts operiren, zumal daselbst ein vor allemal wegen solcher Kloster- und Kirchen-Güter generaliter verordnet, daß es schlechterdings bey der possessione vel quasi des *anni 1624. die 1. Ian.* verbleiben solte, non attentis exceptionibus quibuscunque;

I. P. art. V. §. 23.

deßwegen auch der Herren Patrum exceptiones, als gantz irrelevant, alhier keines weges zu attendiren, anerwogen offenbar, daß das quæst. Kloster anno 1624. d. 1. Ian. bereits secularisiret, und die Güter in fremden Händen gewesen, also durch dieses pactum publicum dessen Besitzer vor alle unbefugte Anfechter geschützet werden müssen; und da solches instrumentum pacis nicht mit eintzeln Personen, sondern mit dem gantzen Reiche gemachet ist, und die Ruhe des Reichs davon dependiret, dagegen wenig verfangen mag, daß der Bischof zu Augspurg darin nicht gehellen wollen, als von dessen bloßer contradiction diese sanctio pragmatica ihre Kraft nicht verliehren können, deßwegen auch solche prægnantes clausulæ demselben adiiciret, und speciatim allen iudicatis transactis und andern exceptionibus renunciiret werden; dabey dann abermal derjenige Befehl von keiner Wichtigkeit ist, daß nunmehro die possessio der Güter in einen andern Stand gerathen, und sie von einer Person besessen werden, welche der Catholischen Religion zugethan, anerwogen man alhier bey der possessione anno 1624. stricte verbleiben muß, weil sonsten viele absurditäten daraus erfolgen würden, zumal bekant, daß bißweilen ein und andere hohe Potentaten zu der

Ca-

Catholiſchen Religion übergetreten, welche deßwegen die ſeculariſirten Klöſter, und andere fremde veräuſſerte Güter abzutreten weder ſchuldig ſind, noch ſolches bishero attentiret haben, auch ſolches dem Sinn des inſtrumenti pacis gantz entgegen iſt, welchen die Herren Patres zu verdrehen nicht vermögen, als welchen gleichfalls in inſtrumento pacis præcauiret worden, daß keine aus einem priuato arbitrio hergenommene interpretatio dagegen gelten ſolte; welches alles um deſto mehr alhier ſtatt finden muß, da die ietzige Beſitzerin die quæſt. Güter cum onere fideicommiſſi beſitzet, und ſolche ihren Söhnen, die noch der proteſtirenden Religion zugethan, reſtituiren muß, dahero denn dieſelbe billig hiebey zu hören, und ſich um deſto mehr in inſtrumento pacis fundiren mögen, und was de inualiditate fideicommiſſi ex *iure Bauarico* dagegen angeführet werden wollen, alhier gantz inapplicabel iſt, anerwogen ſolches dem iuri communi gantz entgegen lauffet, und alſo vltra limites territorii nicht extendiret werden mag, da bekant, quod omnia ſtatuta ſint ſtrictæ interpretationis; im übrigen ein falſches præſuppoſitum iſt, daß die ſeculariſirte Güter wieder eingezogen, und ad pios vſus angewendet werden müſten, weil ſolches theils in inſtrumento pacis nirgends gebothen, theils auch dem domino territorii die Macht nicht genommen werden mag, ex iuſta cauſa dergleichen ſeculariſation zu thun, cum etiam res dicatas in caſu neceſſitatis vendere non ſit prohibitum,

l. ſancimus 21. C. de SS. eccleſ.

nec vnquam poſſeſſiones a regia poteſtate ita elongari poſſint, quin, ſi ratio poſtulauerit et neceſſitas, et illis ipſa poteſtas debeat patrocinium, et illi ipſæ poſſeſſiones debeant in neceſſitate obſequium,

HVGO DES. VICT. *lib. II. de ſacr. fid. P. 2. c. 7.*

und wie nun die Umſtände der Zeiten es geben, auch ſelbſten das inſtrumentum venditionis dieſes im Munde führet, daß ſereniſſimus venditor damals wegen groſſer Krieges-Laſt in groſſen Schulden geſtecket, und auf keine andere Art dem Publico habe können geholfen werden, ſo iſt ſolche ſeculariſation um deſto billiger und gegründeter geweſen.

Dahero denn alle gegenſeitige Schein-Gründe von ſelbſten hinweg fallen, zumal es alhier auf den erſten und andern Schein-Grund nicht ankömmt, gleichwol, wenn es darauf ankommen ſolte, niemals der defectus ſolennium wird erwieſen werden können, cum potius ex lapſu tanti temporis ſolennitas interueniſſe præſumatur, auch ſelbſten

die præſcriptio von faſt zweyen ſeculis her, ſolchen defectum heilen kan, da ſonſt auch 40. Jahr gnug ſeyn können;

ALOYS. RICCIVS *in praxi aur. P. I. reſ. 32.*
BARBOSA *in iur. eccleſ. lib. II. c. 28. n. 16.*
ENGEL *in coll. iur. canon. de reb. eccleſ. alien. n. 22.*

wie denn auch die dritte und vierte ratio dubit. auf falſchen principiis beruhet, da denn zwar nicht zu leugnen, quod bona eccleſiaſtica non ſint temere in vſus profanos conuertenda, gleichwol ſolches ſeine limitation hat, wenn die ratio neceſſitatis publicæ ſolches erfordert, abſonderlich bey Kloſter-Gütern, als welche ohne dem a fine bonorum eccleſiaſticorum gantz decliniren, wie bereits gezeiget iſt; und gleichwie die Kloſter-Güter noch intra terminos territorii verbleiben, alſo mögen ſie auch wol ex iuſta cauſa ad neceſſitates publicas verwandt werden, welche cauſa eben ſo pia, ja noch wichtiger iſt, als wenn ſie denen Herren Patribus oder andern Monachis gegeben werden, wie denn auch die Herren Patres ſelbſten keinen andern titul als gratiam et conceſſionem principis vor ſich anführen mögen, und iſt vor die ietzige Beſitzerin gnug, daß ſie per præſcriptionem quadrupliciter completam ſicher ſeyn kan, mithin die fünfte, ſechſte, ſiebende, und neunte rationes dubit. hinweg fallen, anerwogen der defectus bonæ fidei nicht erwieſen, welcher vielmehr ex lapſu tanti temporis herzunehmen iſt, tametſi omnino nullus titulus allegetur;

COVARRVV. *ad C. poſſeſſor. P. II. §. 8. n. 3. et 4. de R. I. in 6.*

gleichwie auch in ſolchen præſcriptionibus longiſſimi temporis nicht ſcrupuloſe nach dem titul gefraget werden mag, vtpote qui nequidem requiritur,

l. 3. l. 4. l. 7. l. 8. C. de præſcr. 30. vel 40. annor.
MENOCH. *conſ. 887. n. 33.*

da zumal auch nach dem Friedens-Schluß über 50. Jahre verfloſſen, ehe dieſe actio mouiret worden, und würde die præſcriptio keinen effect weiter haben, wenn man nach einer ſo langen Zeit die alten prætenſiones wieder aufwärmen wolte, dabey man auch ja ſelbſt gegenſeitig nicht in Abrede ſeyn mag, daß bald nach anno 1603. ein Proteſtirender die Güter in Beſitz bekommen, welchem um deſto weniger mala fides mag beygemeſſen werden, da man verſichert geweſen, daß die Güter mit Recht ſeculariſiret worden; wie denn auch quoad *octauam* rationem der metus excommunicationis vanus iſt, und darzu nicht eingeführet iſt, daß

daß man den rechtmäßigen Beſitzer ſub prætextu iuris vel pietatis von dem Seinigen verdringen ſoll, und was in *rat. dub. 10.* angeführet worden, weiter nicht, als auf die temere et inualide alienata bona, et quorum reuocatio adhuc ſalua et integra eſt, mag verſtanden werden, dergleichen aber alhier keines weges zu befinden iſt; wie denn auch, quoad *rat. dub. 11.* nichts mehr als die gewöhnliche clauſula euictionis in dem inſtrumento venditionis zu befinden, gantz ſophiſtiſch aber ein pactum reluitionis daraus inferiret wird, da den klaren Worten nach dasjenige nur exprimiret worden, worzu die Rechte einen iedweden Verkäuffer verbinden, welches in den damaligen Zeiten noch nöthig war, da man noch keine Sicherheit wegen der zukünftigen Begebenheit haben konte, auch nur der Caſus darin enthalten iſt, wenn ein Prælat dem Käuffer ſolche abdringen würde, wodurch keine rechtmäßige vindicatio, ſondern vielmehr eine de facto ſuſcepta ablatio verſtanden wird, welche man auch mit begreiffen wollen, worzu ſonſten die Rechte keine Gewehrs-Leiſtung ſtatt finden laſſen;

l. 11. de euict.

und endlich, ſo viel die beyden letzten rationes betrifft, ſolche keiner beſondern Antwort bedürffen, nachdem vorhin ſchon aus dem inſtrumento pacis das contrarium erwieſen, und der Behelf von der prouiſional-diſpoſition hier nicht ſtatt finden mag, da weder die amicabilis compoſitio geſchehen, noch rebus ſic ſtantibus gehoffet werden kan, und daher, poſita conditione moraliter impoſſibili, mehr vor eine beſtändige Regul und Richtſchnur erachtet werden muß, non obſtante, was ſchon von vielen Zeiten die ICti Dillingenſes dagegen eingewandt haben.

So erſcheinet hieraus allenthalben ſo viel, daß der Patrum Soc. Ieſu zu Neuburg intention nicht gegründet ſey. V. R. W.

§. LX. *Altera* quæſtio tangit *qualitatem* et *naturam bonorum ſeculariſatorum*, quæ in priuatos haud ſunt alienata, ſed in patrimonio principis ſubſtiterunt, vtrum *allodialibus* an *feudalibus* accenſeri debeant? Aliquoties iam motam fuiſſe hanc quæſtionem, liquet ex HARPRECHTI *conſil. XII.* et facultatis noſtræ reſponſo *anno 1710. menſ. Iul.* in ſimili cauſa concepto, et infra ſubiiciendo. Primaria ratio dubitandi hæc eſt, quod bona talia ſeculariſata fuerint non in hunc finem, vt in *priuatum principis patrimonium* tranſirent, ſed vt *vſibus publicis* applicarentur, et reipublicæ inſeruirent, quo poſito, in eum quoque, qui habenas reipubl. ſuſcipit, h. e. qui ſucceſſor feudalis eſt, non vero in *heredes allodiales* de-

Vtrum bona ſeculariſata ſint allodialia, an feudalia?

deuolui debent, præſertim cum ipſa ſeculariſatio facta ſit ex *iure territoriali*, ex quo ICti Tubingenſes *cit. l. n. 22.* inferunt: *Licet enim bona illa eccleſiaſtica feudalia non ſint: quia tamen cum ipſo territorio feudali ad ſolos filios, fratres vel agnatos, ius territoriale transit, et conſequenter etiam cura circa ſacra, ſiue poteſtas eccleſiaſtica externa, et ius epiſcopale eidem annexum, proinde etiam ad illos ſolos huiusmodi bona eorumque adminiſtratio vi iuris illius territorialis ſiue ſuperioritatis ſpectat: filia vero vel aliæ cognatæ, licet in allodialibus et patrimonialibus vna cum filiis ſeu agnatis ſuccedant; quia tamen ipſæ de territorio feudali et iure territorii, eique annexo iure epiſcopali nihil participant, eapropter nec de bonis illis eccleſiaſticis eorundemque adminiſtratione quidquam petere poſſunt, quippe quæ, vt dictum, iuri territoriali et epiſcopali annexa eſt.* Excipiunt tamen prælaudati ICti *cit. l. n. 35. ſeqq.* caſum, ſi non amplius ſub qualitate priſtina detineantur, ſed plene in *patrimonium priuatum* iam olim transiuerint, poſſeſſores eorum de illis libere diſpoſuerint, et eccleſiis aliunde iam ſatis proſpectum fuerit, vt ea omni iure in *priuatum* principis *patrimonium* transire potuerint, quia hoc modo mere allodialia ſunt.

Vera deciſio, quod ſint allodialia.

§. LXI. Reaſſumſit eandem controuerſiam ill. Dn. THOMASIVS diſſ. *de natura bonor. ſecular. §. 16. ſqq.* eademque magis *allodialia* quam *feudalia* exiſtimanda eſſe ait, cuius argumentorum pondera mea facio. Ait §. 17. *Ea, quæ non ſunt feudalia, eo ipſo, quo non ſunt feudalia, et tamen in dominio ſtatuum ſunt, eſſe allodialia, quia tertiam ſpeciem inter res allodiales et feudales mediam agnoſcere non poſſumus, nam allodiales omnes res dicuntur, quæ non feudales.* His præmiſſis §. 18. ſubſumit, *quicquid eſt in patrimonio, tamdiu haberi pro allodiali, donec probetur eſſe feudale, quod ex natura rei omne prædium ſit liberum tamdiu, donec pactis et conuentionibus ſeruitus, vel qualitas feudalis imponatur*, id quod *in facto* conſiſtit, et ſic præſumi nequit. Ad obiectionem, quod petitio principii ſit, illa eſſe in dominio ſtatuum, §. 19. reſpondet: *Effectum teſtari de patrimonio et iure ſtatuum;* notorium eſſe, *ea fuiſſe a ſtatibus alienata, et laicis vel in allodium vel feudum conceſſa, adeoque neceſſe eſſe, vt ſtatus alienantes ea bona in patrimonio vel dominio habuerint*, minime vero demonſtrari poſſe, *quod piis cauſis dari debuerint.* Subiungit tamen §. 21. hanc diſtinctionem, rectequc obſeruat, *bona ſeculariſata a ſtatibus imperii proteſtantibus tempore reformationis vel ablata fuiſſe propria auctoritate, vel iis in ſatisfactionem conſenſu publico imperii conceſſa: priora plerumque mediata, poſteriora immediata fuiſſe. Haec intuitu ſtatuum acquirentium regulariter feudalia ſeculariſata; illa regulariter allodialia, et*

vel

Digitized by Google

vel ad fiſcum principis, vel cameram relata, vel ad pios vſus eccleſiæ euangelicæ deſtinata, vel miniſtris ſecularibus, aut in allodium donata, aut in feudum data. Inde §. 23. recte infert, *talia bona ſeculariſata allodialia a domino pro lubitu alienari poſſe*, absque neceſſario conſenſu imperatoris et agnatorum. Ad rationem dubitandi §. *antec.* propoſitam facilis eſt reſponſio, quippe quæ videtur mutare controuerſiæ ſtatum. Non hic quæritur de bonis ea intentione catholicis ſubtractis; vt rurſus *in vſus pios* conuertantur; ſed de his, quæ ſtatum priorem amiſerunt, et *ſeculariſata* ſunt, quæ ſane non neceſſario ad vſus pios conuerti debent, quia alioquin omnis ſeculariſatio eſſet prohibita, quod praxi imperii et ratiõnibus antea adductis repugnat. Sunt quidem ſeculariſata *ex iure territoriali*, inde tamen minime fluit, quod de iis ſtatus imperii pro lubitu disponere non poſſint, cum ex eadem territoriali poteſtate *bona vacantia*, aliaque plura acquirant, de quibus tamen liberum iis relinquitur arbitrium.

Remouentur dubia, §. antec. mota.

§. LXII. Aliunde tamen *libera diſpoſitio* de his bonis ſeculariſatis principi adimi poteſt, ſi pacto maiorum in ſortem *fideicommiſſi* conuerſa fuerint, quod omnem alienationem extra familiam impedit. Ita cenſuit *ill. facult. iurid.* huius loci, in reſponſ. *menſ. Iul. 1710.* dato, huius tenoris:

Libera diſpoſitio aliunde impediri poteſt.

Suchet ein gewiſſer Fürſt des Reichs Autharius, indem er unbeerbt, und daneben groſſen Aufwand hat, ſich Mittel zu ſchaffen, und da er wegen des pacti vnionis von andern Stücken des territorii nichts veräuſſern kan, bewirbet er ſich um Käuffer zu einigen Gütern, welche hiebevor Kloſter-Güter geweſen, bey der reformation eingezogen, und in die Cammer gebracht worden, aus der Meynung, als wenn ſolche unter dem *anno 1522.* errichteten pacto vnionis nicht begriffen wären, und darüber gefraget wird:

> Ob derſelbe deſſen berechtiget, oder ob nicht die *Agnaten* ſolches zu widerſprechen Fug haben, und wenn es *de facto* geſchiehet, ob daſſelbe nicht *ipſo iure* nichtig und von Unkräfften ſey?

Wann nun gleich eingewandt werden möchte, daß, (1) obgleich in dem pacto vnionis *de anno 1522.* und erfolgten confirmation, und declaration, die alienatio immobilium etiam acquirendorum gäntzlich verboten, dennoch ſolches pactum auf die ſeculariſirte Kloſter-Güter nicht wohl zu extendiren ſey, anerwogen daſſelbe nicht weiter gezogen und verſtanden werden mag, als dazumahl die paciſcentes ſich verbunden, gleich-

Digitized by Google

gleichwol nicht præſumirlich, daß ſie zu der Zeit auch de acquirendis bonis eccleſiaſticis ſolten gedacht haben, als welche nach der damaligen paciſcentium Meynung nicht haben acquiriret werden können, iam autem pacta intelligi debent ſecundum tempus, quo facta ſunt, nec vltra cogitata extendenda;

MANTICA *lib. III. tit. 15. n. 20.*

zumal da (2) nicht einſten expreſſe obgedachtes pactum auf die Kirchen-Güter hat können gezogen werden, cum rei ſacræ ſtipulatio non poſſit valere, etiamſi ſub conditione facta fuerit, ſi ſacra eſſe deſierit;

§. 2. I. de inutil. ſtipul.

alſo (3) daraus um deſto eher zu præſumiren, daß man damals von dieſen ſeculariſirten Kloſter-Gütern nicht werde gedacht haben, cum pactum omne ita interpretandum ſit, vt iuri conueniat; wozu noch (4) kommt, daß die Fürſtl. Linie berechtiget geweſen, dergleichen ſeculariſation nach der erfolgten reformation zu thun, gleich wie auch per inſtrumentum pacis dieſelbe confirmiret und beſtätiget, auch ferner in der declaration de anno 1694. paciſciret worden, daß der Fürſt in exercitio euangelicæ religionis nicht turbiret werden ſolle, mithin auch das ius circa ſacra, et bona eccleſiaſtica ſeculariſandi darunter zu verſtehen, und ipſo facto von dem pacto vnionis excipiret zu ſeyn ſcheinet, weil ſonſten der Fürſt liberam diſpoſitionem, die ihm doch reſeruiret iſt, in ſacris nicht behalten würde, ſo er von ſeculariſirten Gütern nicht frey zu diſponiren berechtiget ſeyn ſolle, als welche (5) nach der ſeculariſation naturam allodialium annehmen, und (6) der Catholiſchen Gräfl. Linie dabey keine præiudiz zuzuwachſen ſcheinet, anerwogen dieſelbe ex principiis catholicæ religionis dergleichen Güter nicht beſitzen und behalten mögen, ſondern zu deren reſtitutionem in priorem ſtatum verbunden, dahero die exceptio deficientis Intereſſe ihm entgegen ſtehet; wie denn auch (7) in dem pacto vnionis §. 4. nicht alle alienatio gäntzlich aufgehoben, ſondern auf gewiſſe Fälle zugelaſſen iſt, und wenn ja (8) endlich die quæſt. Güter unter dem pacto vnionis mit begriffen ſeyn ſolten, doch noch billig gezweiffelt werden möchte, ob deßwegen die dagegen vorgenommene alienation ipſo iure null und nichtig ſeyn würde, cum pactum de non alienando non impediat translationem dominii,

TOMING. *deciſ. 14.*
MODEST. PISTOR. *I. conſ. 21. n. 3. ſeqq.*

RICCI-

Digitized by Google

RICCIVS *decis.* 471.
GAIL. 2. *obs.* 16. *n.* 4.

Dieweil aber dennoch (1) die in anno 1522. errichtete Erb-Vereinigung deutlich im Munde führet, daß keine von denen Erbvereinigten die Nutzungen und Güter, die sie ietzo hätten, oder hernach überkommen möchten, ohne Noth zu veräussern Fug und Macht haben solten, ja gleich in §. 1. eine generale Erklärung geschiehet, daß das pactum vnionis auf alle Güter gehen solle, cum hac clausula:

Die wir ietzo haben, oder hernach ererben, oder überkommen möchten, gar nichts ausgenommen;

welche Worte so general sind, daß sie keinerley Art Güter, die nur quocunque modo et titulo an die Familie kommen könten, ausschliessen: wie denn auch ferner in dem folgenden §. eben diese Erklärung wiederholet, und im §. 8. gleiche declaration angeführet wird, aus welchen vielen geminatis declarationibus voluntas enixissima billig geschlossen werden muß;

l. 22. *D. ad SCt. Trebell.*
CRAVETTA *conf.* 201. *n.* 42.
ANELL. AMAT. *conf.* 71. *n.* 2.

und da (2) es vornemlich alhier darauf ankommt, ob die secularisirte Kloster Güter sub hac prohibitione mit begriffen sind, so muß solches um desto mehr asseriret werden, da keine prægnans ratio exceptionis alhier zu finden, und also billig pro generalitate regulæ, welche das pactum vnionis ist, so lange die præsumtio stehet, donec exceptio euidentissime probetur, vbi enim exceptio non reperitur posita, non est a regula recedendum;

BARBOS. *thes. lib. V. c.* 23. *n,* 27.

zumal da (3) dieses pactum vnionis zum besondern Aufnehmen der Gräfl. Familie von uhralten Zeiten gestifftet, und durch so lange Jahre heilig gehalten worden, qualia pacta gentilitia, ad conseruationem agnationis et prosapiæ spectantia, fauorabilia habenda sunt, et in dubio in eorum fauorem pronunciandum est;

BETSIVS *de pact. famil. illustr. c.* 4. §. 22.
WESENB. *conf.* 51. *n.* 27.

absonderlich da (4) dergleichen pacta vnionis in der That nichts anders sind, als fideicommissa familiæ conuentionalia,

KNIPSCHILD. *de fideic. famil. c.* 6. *n.* 31. *seqq.*

Digitized by Google

welche nach ihrem Endzweck, darzu ſie geſtiftet, höchſt fauorabel ſind, und deßwegen latiſſime interpretiret werden müſſen, et ſic in dubio pro fideicommiſſo eſt reſpondendum,

IDEM *cit. tr. c. 7. n. 98.*

et quando eadem ratio in caſu dubio militat, ad hunc quoque extendi debet;

IDEM *cit. l. n. 105.*

und da nun (5) die ratio prohibitæ alienationis generalis iſt, und ſo wol auf die ſeculariſirte Kloſter-Güter, als auf andere quomodocunque acquiſita appliciret werden mag, weil ſolche einmal zur Cammer geſchlagen, mithin zum Beſten der gantzen Familie billig beyzubehalten ſind, ſo mag nicht geſaget werden, daß ſolche inter non cogitata zu referiren, vielmehr im Gegentheil davor zu halten, daß ex ratione finali vnionis man auch ſolche ex poſtfacto zur Cammer geſchlagene Güter mit verſtehen wollen; und obwol (6) bey der geſchehenen ſeculariſation dem damaligen poſſeſſori es frey geſtanden, ſolche Güter ad alios vſus æque pios zu appliciren, ſo ſind doch ſelbige nunmehro, nachdem ſolche in Amts-Güter verwandelt, und alſo in die Cammer gebracht, unter die damals in pacto vnionis eingeſchloſſene acquirenda mit begriffen, anerwogen ſolche licite acquiriret ſind, und man die ſeculariſation billig pro iuſto titulo, abſonderlich unter denen Proteſtirenden, hält, auch was unter denen Catholiſchen davon ſonſten mag gehalten werden, ſolches der Gräfl. Linie nicht entgegen ſtehen mag, da lege publica imperii die ſeculariſation approbiret, und alſo dadurch die vorige Qualität denen Kloſter-Gütern entzogen, und reſpectu aller Intereſſenten pro legitime acquiſitis anzuſehen ſind; und wie (7) ſolche ſeculariſirte Güter bishero iure allodialium von Zeit der reformation ſind beſeſſen und genutzet worden, ſo hat man ipſo facto dieſe vor diejenigen, ſo ſub pacto vnionis begriffen, gehalten, und um deßwillen keine Veräuſſerung deßwegen vorgenommen; wie denn auch (8) aus der declaratione Leopoldi de anno 1675. dieſes noch deutlicher erhellet, als worinnen der Gräfl. Linie wegen des Fürſten Autharii Verſicherung geſchehen,

> alles und iedes, nichts ausgenommen, durchgehends nach Anleitung der Gräfl. *N.* Erb-Einigung, der üblichen *Obſeruanz*, und wie ſich ſolches alles bis auf Antretung Dero erlangten Fürſten-Standes befunden hat, *in ſtatu quo*,

Digitized by Google

quo, in Ewigkeit, ohne die geringſte Hinderung und Eintrag ohnveränderlich bewenden zu laſſen;

worunter denn nothwendig die in allodialia verwandelte Kloſter-Güter mit begriffen, und in ſtatu quo nach dem pacto vnionis gelaſſen werden müſſen; und weil (9) alle Agnaten von uhralten Zeiten zu ſolchem vnionis pacto per ſolenne iuramentum ſich verbinden müſſen, und dieſelben deſſen tenorem wohl gewuſt, ſo haben ſie auch eo ipſo darin conſentiren müſſen, daß die Güter, die nach der Zeit zur Cammer geſchlagen, zu dem pacto gehören ſollen, weil die generalitas pacti ſie darzu verbunden; und wenn man auch gleich (10) ſpecifice bey Errichtung dieſes pacti auf die nachgehends erfolgte ſeculariſation nicht geſehen haben möchte, ſo iſt doch ſolches unnöthig geweſen, da mon quemcunque titulum legitimum acquiſitionis in genere damals intendiret, auch da ſo offte in dem allegirten pacto vnionis, der quocunque titulo acquirendorum Meldung geſchiehet, um deſto weniger das dubium hiebey was verfangen kan, quod de his bonis eo tempore cogitatum non fuerit, quia geminata declaratio etiam ad incognita trahitur.

CARDIN. TVSCH. *lit. g. concl. 28. n. 95.*

ROMAN. *conſ. 403.*

Dahero denn die in rationibus dubitandi angeführte momenta von ſelbſten hinwegfallen, anerwogen, ſo viel das erſte dubium betrifft, bereits gezeiget worden, daß bey Errichtung des pacti vnionis nicht nöthig geweſen, daß die Intereſſenten in ſpecie auf dieſen modum acquirendi reflectiret, da ſie generaliter quemcunque titulum acquirendi verſtanden, mithin auch die ſeculariſation, ſo weit ſie zuläßlich, nicht ausſchlieſſen mögen, als welche auch ſecundum principia iuris canonici in gewiſſen Fällen geſchehen mag, und hier nur de acquiſitione bonorum eccleſiaſticorum et monaſterii, nicht aber de rebus ſacris die Frage iſt, und jene weit eher als dieſe ſeculariſiret werden mögen, cum etiam res monaſterii immobiles præſcriptione 40. annorum acquiri poſſint;

LVDOV. ENGEL *de priuil. et iur. monaſt. priuil. 30.*

und wann alſo das dubium etwas gelten ſolte, alsdenn auch, wenn der Höchſt-gedachte Fürſt Autharius gegen die Klöſter etliche Güter per præſcriptionem acquiriret hätte, ſolche ebenfals unter dem pacto vnionis nicht würden mit begriffen ſeyn, welches doch nicht wohl geſaget werden mag, da die præſcriptio ſo wol als ſeculariſatio ein iuſtus titulus acquirendi bona eccleſiaſtica iſt, abſonderlich da nunmehro dieſer titulus per inſtrumentum pacis beſtätiget und confirmiret worden, und alſo auch

Digitized by Google

dem Catholiſchen Herrn Graffen eben ſo wol zu gute kommen muß, wann gleich in iure canonico ein anders verſehen ſeyn ſolte; dahero auch die andere ratio dubit. hier keine ſtatt findet, indem de rebus ſacris hier nicht gehandelt wird, auch es ſonſten heiſt, quod multa tacite fieri poſſint, quæ, ſi expreſſe fiant, non ſubſiſtunt; ferner hieraus auch die ratio dubitandi *tertia* et *quarta* ihre Abfindung von ſelbſten hat, weil, obgleich dem Fürſten Authario das ius in ſacris vorbehalten, und das exercitium euangelicæ religionis zuſtehet, ſolches doch eigentlich hierher nicht gezogen werden mag, da nicht von ſeculariſirung der Kirchen-Güter, ſondern davon die Frage iſt, ob der Höchſtgedachte Fürſt ſeine Amts- und Cammer-Güter, welche von langer Zeit ſchon her ihre vorige qualität abgeleget, und per inſtrumentum pacis davor erkant und beſtätiget worden, gegen das pactum vnionis veräuſſern könne, und alſo die fünfte ratio dubitandi vielmehr vor die Herren Agnaten militiret, die ſechſte auch aus den iezt-angeführten Gründen inapplicabel iſt, indem ja einmal per inſtrumentum pacis die ſeculariſation beſtätiget, und keine ratio iuris ſich findet, die die Herren Graffen, wenn ſie einmal zur ſucceſſion kommen ſolten, zwingen ſolte, die ſeculariſirte Güter wiederzugeben, und was ex iure canonico darzu angeführet wird, nur auf diejenigen caſus abziehlet, da jemand unrechtmäßiger Weiſe etwas von Kirchen-Gütern in Händen hat und beſitzet, welches doch alhier nicht zu finden, da die ſeculariſation lege publica confirmiret, einfolglich auch denen Herren Agnatis per indirectum mit zu gute kommen müſſe; und obgleich, quoad *ſeptimum*, in dem pacto vnionis in caſu neceſſitatis die alienatio zugelaſſen, ſo iſt doch davon alhier die Frage nicht, gleichwie auch ſolche ſehr reſtringiret iſt; und endlich, ſo viel die letzte ration betrifft, iſt ſolche dahero alhier nicht wohl zu appliciren, theils weil hieſelbſt ein iuratum pactum vorhanden,

KNIPSCHILD *de fideic. famil. c. 11. n. 23.*

theils weil dieſes pactum pro fideicommiſſo familiæ zu halten, contra quod alienatio facta eſt ipſo iure nulla;

IDEM *cit. l. n. 26.*

BETSIVS *de pact. famil. ill. c. 4. §. 4.*

theils auch endlich dieſes pactum von Ihrer Käyſerl. Majeſtät cum clauſula irritante beſtätiget worden, quo caſu alienatio eſt ipſo iure nulla.

NICOL. BETSIVS *cit. l. §. 7.*

So

Digitized by Google

So iſt Höchſtgedachter Fürſt Autharius ſolche Güter zu veräuſſern nicht befugt, ſondern, wenn ſolches geſchehen, die alienation ipſo iure vor null und nichtig zu halten. V. R. W.

TITVLVS XIV.

DE

PRECARIIS.

§. I.

Connexio huius et ſequentium titulorum.

Generaliter *titulo præcedente* eſt explicata doctrina de *prohibita rerum eccleſiaſticarum alienatione:* quia tamen variæ *alienationis ſpecies* ſunt, tum *veræ*, tum *putatiuæ*, quemadmodum varia contractuum et translationum genera noſcuntur, ſpeciatim de variis contractibus alienationumque ſpeciebus tam *inter viuos*, quam *vltima voluntate*, in *ſequentibus* agitur *titulis*, ſimulque, an et qua ratione eccleſiæ a clericis præiudicium, vel per debita, vel per contractus, vel alia ratione fieri poſſit, vsque ad *tit. XXVIII.* oſtenditur.

Precariæ denotant generatim conceſſionem gratis factam clericis.

§. II. *Hoc titulo* de *conceſſione* bonorum eccleſiaſticorum ſub titulo *præcariæ*, olim vſitatiſſimo, agitur. Generatim titulus PRECARIAE olim denotauit *conceſſionem ad preces factam ex largitate epiſcoporum, qua oſtendebatur, res tales manſiſſe in dominio eccleſiæ, et reditus tantum detentori attributos fuiſſe.* Ea de cauſa olim, antequam beneficia eccleſiaſtica ita, vt hodie, ordinata fuere, clerici ab epiſcopo nonnunquam bona eccleſiaſtica, in vicem *ſalarii* fruenda, hoc titulo acceperunt, vt docet *concil. Toletanum VI. c.* 5. relatum in *c.* 72. *C.* 12. *q.* 2. *Sæpe fit, vt proprietati originis obſiſtat longinquitas temporis. Quapropter prouidentes decernimus, vt, ſi quis clericorum ſtipendium de rebus eccleſiæ cuiusquam epiſcopi percepit largitate, ſub PRECARIAE NOMINE debeat profeſſionem ſcribere, vt nec per detentionem diuturnam præiudicium afferat eccleſiæ, et quæcunque in vſu perceperit, debeat vtiliter laborare: vt nec res diuini iuris videantur aliqua occaſione negligi, et ſubſidium ab eccleſia, cui deſerviunt, percipere poſſint clerici.* Hoc modo eſt inſtar alicuius *vſusfructus*, ſed non *abſolute*, quia pro officio ſacro inſtar *ſtipendii* et *ſalarii* percipitur in adducto caſu. Magis inclinat ad *vſumfructus* naturam, ſi quis

Digitized by Google

ſibi in re eccleſiæ tradita per *precarias* perceptionem redituum reſeruavit, de quo loquitur *capit.* CAROLI M. apud BALVZIVM *tom. I. p. 347. Eidem tamen, ſi voluerit, vſumfructum per precariam res traditas vsque in tempus definitum poſſidendi ſit conceſſa facultas.*

Laici egentes etiam per preces bonorum eccleſ. reditus percipiebant.

§. III. Præterea etiam *laici* nonnunquam *per preces* ab epiſcopis obtinuere, vt rerum eccleſiaſticarum reditus vsque ad vitam ſuam perciperent, maxime qui *egeſtate* premebantur. Alendi olim erant pauperes ex penu eccleſiæ: vnice in hunc vſum bona eccleſiis collata, vnde *patrimonium pauperum* dicta fuere. Ipſa diſpenſatio earum erat ſub epiſcoporum arbitrio: illis liberum erat, vtrum pretium earum in pauperes diſtribuere, an vero certis perſonis, intuitu *indigentiæ*, ad earum preces reditus certorum bonorum *in alimenta* ad vitam aſſignare vellent. Parum enim referebat, qua ratione indigentes ex patrimonio eccleſiæ alerentur, vtrum ſoluto hebdomadario ſtipendio, an aſſignata certa redituum portione? LEO imperator in *l. 14. §. 5. C. de SS. eccleſ.* praxin non *vniuerſarum eccleſiarum*, ſed *Conſtantinopolitanæ* reſtrinxiſſe videtur, quæ tamen ſimul teſtimonium præbet, frequentem huius moris vſum fuiſſe *in oriente*, quod etiam facile ex adducta ratione liquet.

Noua precariarum forma ex Leonis lege.

Ait imperator: *Si quando igitur vir religioſus œconomus HVIVS REGIAE VRBIS eccleſiæ perſpexerit expedire, vt deſideranti cuiquam certarum poſſeſſionum atque prædiorum (vrbanorum ſc. ſiue ruſticorum) ad ius eccleſiaſticum pertinentium, temporalis vſusfructus poſſeſſio PRO IPSIVS PETITIONE PRAESTETVR, tunc temporis, quod inter vtrosque conuenerit, ſiue in diem vitæ ſuæ ab eo, qui deſiderat, poſtuletur, pacta cum eo, qui hoc elegerit, ineat œconomus, atque conſcribat, per quæ et tempus, intra quod hoc PRAESTARI placuerit, ſtatuatur, et manifeſtum ſit, quod quisque acceperit ab inuicem, huiusmodi beneficii gratia PRAESTANDO* (inde PRAESTARIARVM appellatio) *quidem eccleſiaſtici prædii pro tempore vſumfructum, poſt ſtatutum autem tempus et placitum, ipſorum redituum proprietate, ad dominium et ius eccleſiaſticum recurrente firmiter, ita ſcilicet, vt ſiue completo ſpatio, quod fuerit inter eos conſtitutum, ſiue mortis ſuæ tempore (ſi hoc quoque conuenerit) is, qui poſſeſſionem eccleſiaſticam et ceterorum redituum vſumfructum habendi gratia interueniente pacto ſuſceperit, non minus quam alterius tantæ quantitatis, quantæ acceperit reditus cum ipſorum prædiorum dominio, et rebus immobilibus eorumque colonis et mancipiis, eccleſiæ derelinquat.* Vt ex adductis liquet verbis, *particularis* fuit hæc conſtitutio ad ſolam *eccleſiam Conſtantinopolitanam* reſtricta, adeoque legem ceteris aliarum eccleſia-

Quæ tamen particularis, non vniuerſalis fuit.

Digitized by Google

cleſiarum epiſcopis nullam impoſuit, vt non alia quam hac *oneroſa conditione*, pro re nata, reditus prædiorum eccleſiaſticorum indigentibus, vel quos pro talibus habebant, concederent. Nec enim par fuit, omnibus hanc legem imponere, cum ſæpe preciſtæ, vt appellantur, omnium rerum inopia premerentur, vt huic conditioni ſatisfacere non poſſent, quibus interim ex *lege eccleſiaſtica* et fine horum bonorum ſuccurrendum erat. Forſan etiam nonnunquam *per abuſum* non adeo indigentibus, ex epiſcoporum gratia, tali modo bona eccleſiaſtica data ſunt, qui facilius in legem, a LEONE præſcriptam, conſentire potuere, quæ ratio probabiliter induxit LEONEM, vt eccleſia Conſtantinopolitana primum hanc reſtrictionem induceret, IVSTINIANVM VERO, vt in *nou. 7. c. 4.* diſpoſitionem LEONIS particularem ad *omnes eccleſias* extenderet, quo ipſo epiſcopis occaſio prærepta et ademta fuiſſe videtur, pro lubitu de reditibus eccleſiæ diſponendi.

§. IV. Verum ad *occidentales* eccleſias hoc onus quoad bona, per *precariam* conceſſa, non adeo tranſiiſſe videtur. *Precariarum* conceſſio in eccleſiis occidentalibus admodum frequens et decantata fuit, ſed, vt leges antiquiſſimæ patriæ noſtræ docent, non præciſe ad *formam Leoninæ conſtitutionis* effigiata. Nec hoc neceſſe fuit, cum eo tempore adhuc hinc inde ſuſtentatio pauperum ex patrimonio eccleſiæ in vſu eſſet, vnde *precariarum* conceſſio inualuit. Dicta fuit *precaria*, quod *precibus* ab eccleſia obtineretur inſtar *eleemoſynæ*, quæ per *preces* impetratur, item *præſtaria*, quod ab eccleſia *præſtaretur* petenti. Vtriusque appellationis fit mentio *in vita S. Ioannis, abb. Gorzienſis in act. ſanctor. d. 27. Febr. p. 711. n. 110. circa ſeculum X: Poſſeſſio erat monaſterii, longo iam retro tempore beneficii nomine ad comitem quendam palatii Hamedeum deuoluta, qui ſimul bona monaſterii ſub PRECARIA vel PRAESTARIA, quam dicunt, obtinebat.* Neque hæc olim interdicta erat eccleſiæ, licet alienatio omnis eſſet poſtmodum prohibita, quin potius illa diſertis excepta eſt paſſim verbis, ex ratione ſæpe iam data. In *capitular. Aquisgr. de ann. 803.* apud STEPHANVM BALVZIVM *tom. I. capitul. p. 379.* omnis alienatio rerum eccleſiaſticarum interdicta eſt, additum tamen: *ne ſine precaria poſſidere pertentet.* Ergo hæc licite fieri potuit, nec ſub prohibita alienatione comprehenſa eſt. In *c. 44. C. 12. q. 2.* tantum illæ precariæ reprobantur, quæ tempore viduatarum eccleſiarum factæ erant ab his, qui loca epiſcoporum occupauerant. In *capitul. Carol. M. lib. 7. c. 142.* apud BALVZIVM *tom. I. p. 454.* ita cauetur: *Præcipimus, vt nullus res eccleſiæ, niſi precario, poſſideat. Et poſtquam ipſæ precariæ finitæ fuerint, faciant poteſtatiue*

In occidente precariæ conceſſæ ſunt ſine onere a Leone impoſito,

quæ, præſtariæ etiam dictæ.

Olim non prohibitæ.

Digitized by Google

tiue ſpeculatores eccleſiæ, vtrum elegerint, aut vt ipſas res recipiant, aut poſteris eorum ſub precario et cenſu habere permittant. In ſequentibus LEONIS *conſtitutio* repetita et precariis impoſita fuiſſe videtur: *Ita tamen, vt ipſi proprias et vtiles res eisdem eccleſiis, de quarum iure eſſe videntur, legaliter tradant, et ſic a rectoribus earundem eccleſiarum precariæ, ſi renouandæ ſunt, canonice renouentur.* Hæc *renouatio* vtplurimum de quinquennio in quinquennium facta eſt, *ſecundum antiquam conſuetudinem*, vt dicitur in *c. 1. X. h. t.* et declaratur ex edicto CAROLI de anno 803. apud BALVZ. *tom. I. capitul. p. 332.* et capitul. EIVSDEM *de anno 803.* apud EVNDEM *cit. l. p. 411.* et *de anno 814.* apud EVNDEM *cit. l. p. 525.* etc.

quandoque tamen ſub lege Leonis conceſſæ,

renouatione interueniente.

§. V. Verum progreſſu temporis, quod *in egentium ſolatium* vnice introductum fuit, irrationabiliter et per *gratiam* epiſcoporum iniquorum in abuſum tractum eſt, qui, quod egentibus concedendum erat per *precariam*, ſæpe ſatis *locupletatis* conceſſerunt, vel quandoque concedere coacti ſunt, potentia magnatum inducti. In *c. 2. X. h. t.* hic abuſus iam notatus eſt, ſimulque iniunctum, vt precariæ *irrationabiliter* factæ a ſucceſſore reuocentur, quæ alias pro voluntate concedentium non ſunt reuocandæ. *c. f. X. h. t.* Datur in *cit. c. 2.* ſucceſſori poteſtas, *vt, ſi anteceſſor eius res eccleſiæ irrationabiliter diſtribuit, ab eo ad ius eiusdem eccleſiæ reuocentur.* Quid eſt *res eccleſiæ irrationabiliter diſtribuere* aliud, quam non indigentibus per *precariam* bona eccleſiaſtica concedere? Verum quod ab initio irrationabile fuit, tractu temporis in morem abiit, eidemque ſubiectum fuit abuſui, cui obnoxiæ factæ ſunt commendæ. Inde poſtmodum varia *pacta, conuentiones, legesque* precariis ſunt adiectæ, ex quibus diuerſiſſimam acceperunt naturam, vt ex formulis earum liquet.

Per abuſum poſtea precariæ etiam non indigentibus conceſſæ.

§. VI. Formulam *petitionis* antiquæ, ex qua natura *precariarum* varia cognoſci poteſt, habet MABILLONIVS *tom. III. analect. p. 84.* huius tenoris:

Formula precarum antiquarum.

Domino ſancto ac venerabile ſede apoſtolica Innocente, Cenomannicæ eccleſiæ præſule, vna cum ſancta congregatione ex ipſa vrbe conſiſtente, ego in Dei nomine Karileffus, indignus ſacerdos atque monachus, precator a vobis accedo. Dum et mea fuit petitio, et veſtra decreuit voluntas, vt illud monaſteriolum, quod eſt conſtructum in honore ſancti Petri et ſancti Martini, et eſt ſitum in territorio ſanctæ Mariæ, Dei genetricis, vel ſanctorum martyrum Geruaſii et Protaſii matris et Cenomannis ciuitatis ſenioris eccleſiæ, in pago Cenomannico, in loco quodam, qui ab antiquis dicebatur Caſo-Gaiani, ſuper fluuium Aniſolæ, quod ſecundum nomen ipſius fluminis nun-

Digitized by Google

nuncupatur Anisola, vbi dominus Turibius, eiusdem parochiæ pontifex, dudum in rebus senioris et matris ecclesiæ ciuitatis, cui præsidebat, ecclesiam in honore sancti Petri, principis apostolorum, fecerat, quæ tamen destructa propter imminentes vastationes fuerat, sed adhuc de ipsis maceriis aliqua pars ipsi erat, quam ego iam dictus Karilessus in vestram terram, cum vestra licentia et auditorium, ex vestris rebus, et aliorum bonorum virorum meo opere ædificaui; per vestrum beneficium, sub vsufructuario ordine temporum vitæ meæ, cum omnes res ad se pertinentes vel aspicientes mihi tenere permisistis, et censum annis singulis ad matrem ciuitatis ecclesiam, persoluere eius pontificibus atque rectoribus, id est, ad lumen ecclesiæ de cera lib. IIII, et ad opus episcopi cambutta I, et subtalares II, et ad opus canonicorum inibi Deo degentium buttículas duas paratas, plenas de optimo vino, et in cœna Domini plenum modium de ouis: et si negligens aut tardus de ipso censu apparuero, fidem exinde faciam, et ipsum monasteriolum tempore vitæ meæ non perdam; et alicubi nec vendere, nec donare, nec alienare pontificium non habeam, nisi sub iure et potestate ac dominatione sanctæ Mariæ et sanctorum martyrum Geruasii et Protasii, vel eorum pontificibus atque rectoribus permaneat. Et post meum quoque, Deo iubente, de hac luce discessum, absque vllius iudicis consignatione, aut heredum nostrorum contradictione, iam dictum monasteriolum cum omni integritate, et res ad se pertinentes et aspicientes, vos aut rectores successores vestri in vestram faciatis reuocare potestatem vel dominationem. Et vt precariæ vno tenore conscriptæ, vna, quæ in thesauro ciuitatis ecclesiæ recondita sit, et alia, quam ego Karilessus a vobis accepero, firmiorem obtineant vigorem, manus nostras proprias subterfirmauimus, et bonorum virorum decreuimus roborare. Actum Cenomannica ciuitate publice. Data XV. Kal. Februarii, anno XIIII. regnante Childeberto rege. Ego INNOCENS, ac si indignus episcopus, hanc precariam a me factam, subs. Hildemannus, indignus abbas subs. Roteredus, archipresbyter subs. Helenus, presbyter subs. Harigandus, diaconus subs. Odilo, presbyter subs. Bernericus, diaconus subs. Godiscalcus, abbas subs. Atto, diaconus subs. Winctmundus, leuita subs. Ostremundus, presbyter subs. Ebrenus, subdiaconus subs. Winegandus, diaconus subs. Berto, presbyter subs. Signum Harigando aduocato. Signum Bernhardo Vice-Comiti. Signum Wintemari. Signum Ionam. Signum Turpingo. Signum Ostreuino. Signum Hagamne. Ascuimus subs. Serulus, presbyter subs. Godalmandus, leuita subs. Ego Leodeualdus notarius hanc, præcipiente Innocente episcopo, scripsi et subscripsi.

Digitized by Google

Aliam similem formulam IDEM *cit. l. p. 237.* exhibet, quam itidem hic repetere placet.

Domino venerabili, et in Christo patri GAVZIOLENO, *episcopo rectori ecclesiæ Cenomannicæ, quæ est constructa in honore sancti Gervasii, nos enim Adalbertus seu Hagano. Dum non est incognitum, qualiter ante hos dies a vobis expetiuimus per iussionem domini regis Pipini, vt nobis beneficium de aliquibus rebus sancti Geruasii, de Arduno et Vertema in pago Pictauo, Sidariaco in pago Santonico, et Gauiriaco in pago Burdegalense, cum omnibus appendiciis vel adiacentiis earum facere deberetis, quod ita feciſtis. Ideo vobis precatores accedimus, vt ipsas res iam dictas tempore vitæ nostræ, vna cum gratia vestra et voluntate, absque præiudicio vestro et sancti Geruasii tenere et exstirpare faciatis. Et post nostrum quoque discessum ipsas res iam dictas, cum omni re immeliorata vel superposita, hoc est, cum terris, mansis, domibus, adificiis, mancipiis, accolabus, vineis, syluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, mobilibus et immobilibus, peculiis, pecuniis, præsidiis, et quidquid dici aut nominari potest, vel quidquid ad ipsa loca adharet, attrahere, parare vel immeliorare potuerimus, et transitus noster ad ipsa loca dereliquerit, vos, aut successores vestri, aut pars ecclesiæ præfatæ sancti Geruasii, absque vllius exspectata traditione, vel iudicum consignatione in vestram vel sancti Geruasii reuocare faciatis potestatem et dominationem; et nobis non liceat de ipsis rebus iam dictis alicubi nec vendere, nec donare, nec alienare, nec in vllo modo distrahere, nec ipsos vsus in alteram manum transferre, nisi sub vestro et sancti Geruasii prætextu nobis vsualiter liceat tenere. Vnde censuimus, vos vobis propter ipsos vsusfructus dare ad festiuitatem sancti Geruasii annis singulis, ad luminaria ecclesiæ sol. XII. Si nos ipsi, aut vllus de heredibus nostris, vel quilibet opposita, vel emissa persona, contra hanc precariam venire aut frangere tentauerit, vel litem intulerit; vna cum socio fisco auri libram I, argenti pondo quinque, partibus vestris aut successorum vestrorum, vel partibus ecclesiæ sancti Geruasii coactus exsoluat, et quod repetit, vindicare non valeat: sed hæc precaria, quam per quinquennium renouatam manus nostræ, vel bonorum hominum roborauerunt, cum stipulatione subnixa, per diuturna tempora valeat, inconuulsa per-*

permanere. Actum Iobuilla palatio publici in anno V. regnante Pipino glorioso rege, menſe Martio. Signum Adaberto. Signum Haganano, qui hanc precariam fieri rogauerunt. Ego Decorpus ſubſ. Widolaicus abbas ſubſcripſi. GVNTBERTVS ſcripſi et ſubſcripſi.

Plures ſimiles formulæ *precariarum* et *præſtariarum* occurrunt apud BALVZIVM *tom. II. capitul. p. 406. 428. 450. ſq. 472. 506. 588.* etc. quæ tum vſum earum frequentem, tum etiam variam conditionem innuunt. Conf. THOMASSINVS *P. II. de diſcipl. eccleſ. lib. III. c. 22.* CANGIVS *in gloſſar. voc. precaria.* ZIEGLER. *de epiſc. lib. III. c. 28. §. 13. ſeqq.* BIGNONIVS *ad Marculf. lib. II. c. 5.* apud STEPHAN. BALVZ. *tom. II. capitul. p. 931. et 950.* Sed cum hodie vſus *precariarum* rarior, imo inter proteſtantes fere nullus ſit, non neceſſe, pluribus huic doctrinæ immorari.

TITVLVS XV.

DE

COMMODATO.

§. I.

Vt *precaria* quoddam *beneficii* genus eſſe videtur, ita etiam *commodatum*, quo non transfertur dominium in commodatarium, et ſic ad regulam de *probibita rerum eccleſiaſticarum alienatione* non pertinet. Proinde non dubium eſt, quin ad vſus eccleſiaſticos alterius eccleſiæ indigentis commodari poſſint *res ſacræ*, eademque hic obtineat obligatio, quæ alias in commodato deſideratur. Quæ de præſtatione culpæ in *c. vn. X. h. t.* habentur, vulgaria ſunt, nec in hac doctrina exponenda. Commodari facilius res eccleſ. quam alienari poſſunt.

§. II. Poſſet tamen hic quæſtio incidere, an, ſi prælatus, paſtor, vel adminiſtratores eccleſiæ commodato ab alia eccleſia acceperint res ſacras, vel vaſa ad cultum diuinum neceſſaria, inde *eccleſia* obligetur. an vero prælati, paſtores et adminiſtratores *proprio nomine*, ſi forſan culpa An ex prælati commodato teneatur eccleſia?

Digitized by Google

leuiſſima perierint? Notum eſt, quod vulgo aſſerant, eccleſiam ex nullo contractu obligari, quam probata verſione. Cum vero haec doctrina altioris ſit indaginis, et commodius, perſpecta generali doctrina de *obligatione eccleſiæ ex contractibus initis*, explicari poſſit, eandem hic intactam relinquo, et ad *titulum ſequentem* vniuerſam hanc doctrinam reiicio.

TITVLVS XVI.

DE DEPOSITO.

§. I.

Agendum hic eſt de obligatione eccleſiæ ex contractibus in genere,

Ad *gratuitos contractus* quoque pertinet *depoſitum*, nec ſub *alienatione*, de qua ſupra actum, continetur. Natura eius ſtrictim explicatur in *c. z. X. h. t.* quæ doctrina tamen non inde, ſed ex propria ſede *iuris ciuilis* haurienda eſt. Primario tamen in *c. 1. X. h. t.* iniicitur quæſtio, *quatenus eccleſia ex depoſito apud clericum facto obligetur?* quæ ad plures alios contractus applicari poteſt. Quid? quod ſuperſunt alia plura iura ſingularia circa *debita eccleſiaſtica*, et contractus intuitu eccleſiæ initos, quæ commodius *coniunctim* quam *ſparſim* explicari poſſunt, adeoque paulisper hic a *doctrina ſpeciali*, de qua hic tantum agitur, deflectendum, et *generaliter* vniuerſam doctrinam de eccleſia *creditrice* et *debitrice* hic excutiendam eſſe exiſtimaui, ne in *ſequentibus titulis*, confuſa methodo, eam reſcindere, et hinc inde quædam infarcire et ſupplere tenear, quæ facili opera *coniunctim* tradi poſſunt.

vt et de eius creditis.

Eccleſia contrahere poteſt et obligari,

§. II. Scilicet eccleſia eſt quoddam *corpus*, *vniuerſitas* et *communitas*, vnius perſonæ vicem ſuſtinens, adeoque et *contrahere* et *obligari* poteſt ad inſtar aliarum *vniuerſitatum*. Sæpe iam inſinuaui, qualem conceptum proteſtantes ſibi de *eccleſia* formare debeant, quod etiam hic repeto, et in mentione *collegii* vel *vniuerſitatis* ſubſiſto. Valere ergo etiam de eccleſia debet aſſertum ICti in *l. 7. §. 1. quod cuiusque vniuerſ. nom.* vbi ita: *Si quid vniuerſitati debetur, ſingulis non debetur, nec quod debet vniuerſitas, ſinguli debent.* Verum rurſus videndum, ex quibus illa vniuerſitas conſtet? Vel etiam tantum complectitur *clericos*, vel

Digitized by Google

vel *vniuerſum cœtum* in Chriſtum credentium, et in particularem ſocietatem coëuntium. Prius videntur pontificii intendere, vt aliquoties iam obſeruaui, præſertim cum laicos ab hac ſocietate prorſus excludant, et patrimonium eccleſiæ cleri patrimonium eſſe aſſerant. Non recoquam, quæ *tit. de præbend.* §. *XXIX. ſqq.* hac de re iam fuſius dixi, ſed tantum vlterioris illuſtrationis gratia ſententiam *c. 3. C. 12. q. 2.* adiiciam: *Nulli licet ignorare*, ait papa, *omne, quod Domino conſecratur, ſiue fuerit homo, ſiue animal, ſiue ager, vel quicquid ſemel fuerit conſecratum, ſanctum ſanctorum Domino erit*, et *AD IVS PERTINEBIT SACERDOTVM.* Non *de rebus ſacris*, ſed de vniuerſo patrimonio eccleſiaſtico loquitur papa, cui etiam inſunt *nomina*, ergo etiam hæc ad *ius ſacerdotum* pertinebant, vt fere dicere poſſis in ſenſu iuris canonici: *Quicquid eccleſiæ debetur, corpori clericorum debetur.*

quo ipſo communiter ſocietatem cleri intelligunt.

§. III. Puriorem ſine dubio conceptum proteſtantes tribuunt *eccleſiæ*, nec eam *in ordine clericali*, ſed *in vniuerſitate chriſtianorum*, *ad eandem confeſſionem ſe adſtringentium*, quærunt, adeoque illis nomina eccleſiaſtica ſunt, quæ ſunt in *patrimonio vniuerſitatis alicuius eccleſiaſtica*, et ſic ſub diſpoſitione adminiſtratorum, quorum periculo quoque ſunt. Neque enim illorum reditus ſemper *miniſtris* illius eccleſiæ debentur: ad varia alia onera, ad quæ ſubeunda alias eccleſia obligata foret, deſtinati ſunt, et ſic toti vniuerſitati *per indirectum* proſunt, quod hæc alias talia onera ferre deberet. Vnde quoque toti vniuerſitati intereſt, hæc bene collocari, ne male contracta pereant.

Sed proteſtantes potius vniuerſitatem fidelium.

§. IV. Sed latius quoque vox *eccleſiæ* ſerpſit, nec in *vniuerſitatis*, de qua diximus, conceptu ſubſiſtit. Iam olim tempore IVSTINIANI, iura *eccleſiis* data communicata erant *domibus religioſis*, vti vocantur, h. e. *xenodochiis*, *ptochotrophiis*, *orphanotrophiis*, *monaſteriis maſculorum et virginum*, *brephotrophiis*, *gerontocomiis et noſocomiis*, iuxta *l. 23. pr. C. de SS. eccleſ.* Hæc inſtituta generatim *pia* vocantur, cum eundem olim ſcopum cum *eccleſiis* haberent, et in vniuerſum curam *pauperum* gererent, et ita communia iura acciperent. Proinde non dubium eſt, quin quæuis iura, quæ *nominibus eccleſiaſticis* vulgo tribuuntur, etiam ad *pia quæuis corpora* applicari poſſint, cum pari cum eccleſiis iure fruantur, modo caueamus, ne *ſpurias ſpecies*, more quorundam interpretum, huc referamus, quas a *veris* et *genuinis* non ſollicite TIRAQVELLVS *de priuileg. cauſarum piarum* diſtinguit, et promiſcue quoque congerit MANZIVS *in ſpecial. iur. commun. voce pia cauſa.* Neque enim cauſa *dotis*, *alimen-*

Vox eccleſiæ tamen latius patet, et ſic quoque nominum eccleſiaſtico-rum appellatio.

Digitized by Google

mentorum, libertatis, exſtructionis monumenti, et *eius, quod legatur meretrici*, vt ad frugem redeat, *piis cauſis* adnumerari debet, vtut plerique eas ſpecies quoque genuinis inepte adiungant. Rectius huc referuntur *ergaſteria* ſeu ſceleratorum, qui in republica quietem pacemque turbant, purgatoria, *valetudinariorum*, et morbo animi laborantium *receptacula*, invaliden-Häuſer, *ſcholæ*, *academiæ*, etc. Denique hoc addo, ipſam *eccleſiæ* appellationem variis inſtitutis, ipſisque diœceſibus et prouinciis eccleſiaſticis applicari, adeoque ſub appellatione *bonorum eccleſiaſticorum*, iura, reditus, penſiones, et ſic quoque *nomina* eorum inſtitutorum, comprehendi. Catalogum horum bonorum ſiſtit *pax Oſnabrugenſis art. V. §. 14. et 25.* vt ſunt *archiepiſcopatus*, *epiſcopatus*, *prælaturæ*, *abbatiæ*, *baliuiæ*, *præpoſituræ*, *commendæ*, *liberæ fundationes ſeculares*, *capitula*, *monaſteria*, *collegia*, *templa*, *fundationes aliæ*, *ſcholæ*, *hoſpitalia*, *ſodalitia varia etc.* quæ ſpecies nec inter proteſtantes reſpectum *eccleſiaſticum* amiſerunt, ſi exceperis, quæ ſecularem adſumſerunt qualitatem, et priſtina hoc modo priuilegia amiſere.

Fundamenta ſpuria, ex quibus nominibus eccleſiaſt. iura ſingularia tribuunt.

§. V. Ceterum *nomina eccleſiaſtica* ſeu quæ ex contractibus variis eccleſiæ debentur, plura cum *aliis nominibus* iura habent communia, quæ haud tangam. *Singularia* tantum enarrabo et examinabo iura, quæ magno quidem cumulo, ſed ſine ſufficiente ratione, a Dd. adferri ſolent. Nec hoc mirandum, cum generatim adſtruant axioma: *cauſas eccleſiaſticas eſſe fauorabiles*, *ſummam eſſe rationem*, *quæ pro religione facit*, *adeoque vbique eccleſiis et piis cauſis eſſe fauendum.* Ita cenſet TVSCHIVS *lit. A. concl. 333. lit. P. concl. 337. et lit. R. concl. 134.* additque has lepidas rationes, quod quæ *ſpiritu Dei reguntur*, *non ſint ſub lege*, *quod ſumma ratio ſit*, *quæ pro anima facit.* Inde infert, in dubio ſemper pro *pia cauſa* iudicandum, et quando ſumus in diuerſis opinionibus, illam præualere, quæ fauet piæ cauſæ; plus piæ cauſæ fauendum eſſe quam filiis, in iis, quæ liberis ſunt debita a parentibus; fauorem libertatis, fiſci, dotisque etiam pertinere ad *pias cauſas*, quarum fauor adhuc maior eſt. Magis lepide, ne quid grauius dicam, philoſophatur PAVLVS DE CASTR. *in l. ſancimus 22. C. de SS. eccl.* tradens hanc regulam: *Perpetuo mente tenendum, vt, quando allegatur contra te aliqua lex, quæ loquitur in eccleſia, ſi non occurrit aliqua congrua reſponſio, poſſis dicere, quod ſit ſpeciale in eccleſia.* Sed rarius allegantur leges, vt plurimum ſomnia, tradita et opiniones interpretum adferuntur, quæ vnice hac ſola ratione firmantur, *quod ſpeciale ſit in eccleſia*, quod vtilitas eccleſiæ, h. e. cleri, *ſit ſuprema lex eccleſiaſtica*, adeoque in eius commodum a regulis recedendum.

§. VI.

Digitized by Google

§. VI. Hæc ſententia monſtra opinionum peperit in *cauſis eccleſiaſticis*, et ſic etiam in *nominibus eccleſiaſticis*, quos ſcopulos vt euitemus, hæc pauca *fundamenta* præmittenda eſſe cenſui. Habent eccleſiæ et pia corpora, ſicuti aliæ vniuerſitates, ſua *priuilegia*, quæ *fauores* in iure nonnunquam vocantur. *l. 42. D. de adminiſt. et perie. tut. l. 74. de iure dot.* Hinc libertas omnibus rebus *fauorabilior* eſſe dicitur in *l. 122. D. de R. I.* et quia priuilegia, eccleſiis et piis cauſis data, opima et plura ſunt, eccleſiæ *omnibus rebus fauorabiliores* dici poſſunt, adeoque quæ in iure in genere de *cauſis fauorabilibus* aſſeruntur, ſuo modo ad eccleſiaſtica negotia et nomina applicari poſſunt. Huc pertinet, quod fauor earum *benigniores ſententias expoſcat et ſuadeat, l. 32. §. vit. ad l. Falcid. l. 17. §. 3. D. de manum. teſtam. l. 14. de legat. 2. l. 24. §. 10. de fideic. libert.* hoc eſt, quod, quoties *dubia* interpretatio *voluntatis* vel *diſpoſitionis* occurrit, illa arripi debeat, quæ magis fauet eccleſiis et piis cauſis, ſicuti idem obtinet in *libertate*: talem enim interpretationem *diſpoſitionum humanarum* expoſcit fauor rei: ſimiliter *fauore eccleſiarum* multa ſingularia in iure ſunt conſtituta, ſicuti fauor *libertatis* multa ſpecialia iura produxit. Aſt fauor hic non eo debet extendi, vt *noua iura ſpecialia* fingere, et vbique *extenſiones* a *regula* formare neceſſe vel permiſſum ſit, quoties in iure tale priuilegium deficit.

Fundamenta genuina in hac doctrina obſeruanda.

Quatenus eccleſiæ fauendum?

§. VII. Porro iura ſingularia ſua natura ſunt *exceptiones a regula*: huic autem tamdiu inſiſtendum, donec exceptio ex iure probata fuerit, quæ colligi minime poteſt ex *ſolo rei fauore*, quippe qui oſtendit, tale ius *conſtitui potuiſſe*, non autem *conſtitutum eſſe*, quod poſterius probandum. Præterea iura ſingularia ſunt *ſtrictæ interpretationis*, non admittentia *interpretationem extenſiuam. l. 14. D. de LL.* Quomodo ergo cauſis et ſpeciatim *nominibus eccleſiaſticis* dari poteſt priuilegium, de quo leges ſilent? Vnde reprobanda ſunt argumenta, quæ ducuntur a priuilegiis *fiſci*, *militiæ*, *libertatis*, *dotis*, *alimentorum* ad pias cauſas, et nomina eccleſiaſtica, niſi quatenus per leges hæc ſpeciatim illis communicata ſunt. Denique illud quoque non negligendum, rationes doctorum, qui iura ſingularia nominibus eccleſiaſticis attribuunt, eſſe ponderandas, quæ ſæpe ex peruerſo conceptu eccleſiæ fluunt, et quamuis in foro pontificiorum, hiſce principiis innutritorum, applauſum forſan inueniant, in foris tamen noſtris haud ſunt tolerandæ, ſed potius illæ rationes tantum admittendæ, quæ *ſtatui eccleſiarum noſtrarum* congruunt. Quis admittet in foris noſtris, pecunias eccleſiaſticas eſſe patrimonium pauperum, vel IESV CHRISTI! quamuis ab hac ratione non abſtineat CARPZOVIVS *in iurispr. eccleſiaſt.*

In iuribus ſingularibus non eſt facienda extenſio.

Quis

Quis aſſereret, eccleſiam eſſe rempublicam et habere ius fiſci? Quis admitteret, eccleſiaſtica nomina eſſe *nomina clericorum*, pro *anima* conſtituta, legata, data? qua ratione tamen ſæpe vtuntur canoniſtæ.

Vnde naſcantur nomina eccleſiaſtica.

§. IIX. Hiſce prælibatis, ad ipſorum debitorum ab *eccleſia* contractorum *iura* deueniam. Hæc naſcuntur variis ex cauſis, potiſſimum vero vel ex titulis *inter viuos*, vel *vltimæ voluntatis*. Illuc pertinent *contractus*, *quaſi contractus* aliaue *pacta*, tam *oneroſa*, quam *gratuita*, ſeu *lucratiua*, adeoque etiam nomina, quæ titulo *donationis* in eccleſiam conferuntur, huc pertinent. Huc vero referuntur legata nominis vel m. c. donata eccleſiis, quæ tamen communia legatorum ad pias cauſas priuilegia habent, de quibus *tit. XXVI.* ſpeciatim agam.

Contrahuntur debita vel ab ipſa eccleſia;

§. IX. Nomina hæc contrahuntur vel *ab eccleſia ipſa*, vel *per alios*. Prius contingit, quando hi, qui repræſentant eccleſiam, eiusque faciem et perſonam gerunt, nomen ex quacunque cauſa oneroſa contrahunt, ſiue pecuniam elocando fœnori, ſiue locando prædia eccleſiaſtica, et mercedem certam ſtipulando etc. Habent eccleſiæ plures talia collegia, ad exemplum *presbyterorum*, in primitiua eccleſia exiſtentium, quos *laicos* vocare ſolent, quoniam non docebant, ſed alias cœtui præerant. *1 Timoth. V, 17.* In Belgio potiſſimum aliisque eccleſiis reformatis huiusmodi *presbyteria* deprehenduntur, a *miniſterio* diverſa, quæ quidquid faciunt, *eccleſia* feciſſe intelligitur. Non eadem eſt ratio *paſtorum* et *miniſtrorum eccleſiæ*, qui *eccleſiam* apud nos non conſtituunt, vti apud pontificios, adeoque factum eorum non eſt factum eccleſiæ. Diuerſa forſan eſt ratio *prælatorum* et *epiſcoporum*; hi iam a tempore CYPRIANI eccleſiam conſtituere dicti fuerunt, quod dogma per ſecula ſequentia adeo propagatum eſt, vt inde epiſcopi circa bona et pecunias eccleſiaſticas liberiorem ac inſtar dominorum diſpoſitionem acceperint, et præterea *ius omne circa ſacra* ad ſe traxerint. Cenſetur hæc adminiſtratio pars *legis diœceſanæ*, quæ inſtar *ſuperioritatis territorialis eccleſiaſticæ* eſt, adeoque non mirandum, ſi nomina ab illis contracta, ab *eccleſia* contracta cenſeantur, cum ipſi ſecundum excellentiam vel potius per abuſum *eccleſia* dicantur; quamuis in *cauſis maioribus* et *arduis* ad conſenſum capituli hinc inde obſtricti ſint, prout ſupra *tit. X.* dixi. Eadem facies rerum fere in *eccleſiis cathedralibus* et *prælaturis proteſtantium* quoque eſt, vt factum prælati, conſenſu capituli munitum, præpoſitique alterius, in rebus et negotiis eccleſiæ habeatur pro facto eccleſiaſtico, niſi *capitulationibus* poteſtas eorum reſtricta ſit.

§. X.

§. X. Frequentius tamen eſt, vt nomina eccleſiaſtica *ab aliis* contrahantur. Sunt eccleſiæ, ceteraque pia corpora, *vniuerſitates*, quæ aliorum auxilio diriguntur, et ſuis adminiſtratoribus curatoribusque inſtructæ ſunt. Præter hos aliquando *particulares* ſunt *adminiſtratores*, quoad certa tantum nomina, veluti in teſtamento relicta legata, conſtituti, quos *executores teſtamentarios* vocant, vel ſimpliciter die Teſtamentarien. Multum ſane refert, quis nomen fecerit, præſertim quando de periculo eius quæritur. Hoc ſatis prouide in multis *ordinationibus eccleſiaſticis* conſtitutum, vt adminiſtratori cuicunque non ſit facultas, nomen contrahendi absque præſcitu paſtorum vel etiam patroni. Denique vbi *patroni* pecuniarum eccleſiaſticarum diſpenſationem habent, vti multi in Marchia, nomina ab iis contracta, merito quoque eorum periculo ſunt, cum plus iuris in bona eccleſiaſtica, quam ceteri adminiſtratores, ſi exceperis patronos nobiles immediatos imperii, ſibi arrogare nequeant. Vel ab adminiſtratoribus.

§. XI. Quemadmodum vero ad officium *tutoris* pertinet, pecunias pupillares fœnori exponere, adeo, vt, ſi commodam occaſionem nactus, id non fecerit, ipſemet ad vſuras, quas acquirere ab aliis omiſit, condemnetur; *l. 7. §. 11. l. 13. §. 1. et l. 15. de adm. et perie. tut.* ita quoque *adminiſtratores eccleſiæ* pecuniam eccleſiaſticam otioſam relinquere non debent, quin potius ex *neceſſitate* illis incumbit, vt eiusmodi nomina *ſub vſuris* contrahant. CARPZOV. *lib. II. iurisp. conſiſt. def. 319.* Ita quod olim prohibitum et vetitum erat, apud nos in neceſſitatem eſt tractum. Olim enim clericis et eccleſiis vſuras accipere plane interdictum erat, quamuis ſub his id, quod intereſt, nec annui reditus comprehenderentur. Poſtquam vero in receſſibus imperii vſuræ *iuris legitimi* effectum acceperunt, et præterea eccleſiæ pupillis in nonnullis exæquatæ, hæc nominum contrahendorum neceſſitas adminiſtratoribus impoſita eſt. Præterea in ea praxeos hodiernæ a primæua diſciplina eccleſiaſtica differentia eſt, quod ſecundum hanc pecuniæ eccleſiaſticæ vnice vſibus pauperum adplicarentur, non vero, vt hodie fit, corraderentur, vt plura inde nomina lucroſa contrahi poſſent; iamdiu enim deſierunt eſſe *patrimonium pauperum*, adeo, vt vix integrum adminiſtratoribus ſit, pauperibus, auxilio eccleſiæ egentibus, *gratis* elocare pecuniam. Adminiſtratores ærarii eccleſiaſtici fœnori exponere iubentur pecunias eccleſiaſticas.

§. XII. Equidem CARPZOVIVS *l. c.* praxin hodiernam inde legitimat, 1) quod *ordinationes eccleſiaſticæ* id iubeant; 2) quod curatores ærarii eccleſiaſtici *tutoribus* et *curatoribus* æquiparentur, et eccleſia horum iure gaudeat. Iam autem conſtat, tutores hodie contra *nou. 72. c. 6.* pecunias pupillares *fœnori exponere* debere: 3) quod eccleſia vſu- De cuius aquitate quæritur.

Digitized by Google

ras non vt tales, ſed vt *intereſſe*, accipiat, quod longe fauorabilius vſuris cenſetur, ex doctrina PANORMITANI, aliorumque canoniſtarum. Priores duas rationes admitto; ſed vt ad tertiam recurratur, non eſt neceſſe, quam pontificii eum in finem tantum excogitarunt, vt vſuras ſuas legitimare poſſent. Magnum vtique eſt diſcrimen inter id, *quod intereſt* et *vſuras*, ipſo fatente CARPZOVIO *l. IV. reſp. 50. n. 2. ſeqq.* nec hæ in nominibus eccleſiaſticis aliam induunt faciem, ac quidem in *nominibus aliorum hominum*, imo non neceſſe eſt, ad hoc ſubterfugium recurrere, poſtquam ſatis euictum et conclamatum eſt, vſuras per ſe iuri diuino non aduerſari, vt plenius oſtendunt GERHARDVS NOODT *de fœnore et vſur. lib. I.* et PETRVS HEIGIVS *lib. II. quæſt. 1.* Nec hæc obſeruatio caret vtilitate, cum iura eius, *quod intereſt*, ab *vſurarum* iuribus longe diuerſa ſint. Poſtquam ergo hodie facies rerum eccleſiaſticarum mutata eſt, iura eccleſiaſtica hodierna quoque ſecundum hanc ſunt accommodata.

Periculum nominum qua ratione incumbat curatoribus ærarii eccleſiaſtici.

§. XIII. Multum quoque prouidentiæ curatores adhibere debent circa *conſeruationem nominum eccleſiaſticorum*, exemplo tutorum, ad quorum periculum nomina, quæ ipſi contraxerunt, ſpectant. Vid. RICHT. *de iure et priuil. creditor. cap. I. ſect. 1. num. 104. ſeq.* Quodſi *negligentes in exigendis nominibus* fuerunt, et debitores interim non ſoluendo facti ſunt, eo nomine tenentur. Nec diſtinguendum hic eſſe arbitror, vtrum nomina ab *ipſo adminiſtratore*, an vero ab eius *prædeceſſore* contracta fuerint? Quamuis enim *tutor* in nominibus a ſe contractis *culpam leuem*, in iis autem, quæ a *patre* facta ſunt, *culpam* tantum *latam* præſtare, et priori caſu tutor probare debeat, ſe in culpa non fuiſſe, poſteriore autem probatio culpæ latæ pupillo incumbat; *l. 2. et 7. C. de arbit. tutel.* BRVNNEMANN. *ad l. 18. C. de admin. tut.* hoc tamen diſcrimen hic adplicari nequit. Nomina, quæ ipſe *pater* contraxit, *proprio nomine* fecit, et ita idoneum debitorem elegiſſe cenſetur, adeoque tutor excuſatur, ſi voluntati patris ſtetit. Aſt quæ nomina eccleſiaſtica a prædeceſſore adminiſtratore contracta, itidem *nomine adminiſtratorio* contracta ſunt, in quibus eadem præſumtio diligentiæ, vt in *patre*, non militat, cum plerique plus diligentiæ rebus *propriis* quam *alienis* adhibeant. Quæ cum ita ſint, generaliter concludo, indiſtincte curatorem ærarii eccleſiaſtici *culpam leuem* circa nomina, tam a ſe, quam a prædeceſſore contracta, præſtare et ſimul probare debere, ſua culpa hæc non eſſe facta inidonea. Hunc vnicum caſum excipiendum eſſe cenſeo, ſi non prædeceſſor eius, ſed *ipſa eccleſia*, vel qui eam repræſentant, nomen contraxerint, et deinceps

Digitized by Google

ceps curatori ærarii ecclesiastici curam huius nominis commiserint, quo casu distinctio antea adducta commode adplicari potest, vt præfectus ærarii vltra *culpam latam* non teneatur, et ecclesia simul probare debeat, eius culpa nomen interiisse. Habuit enim iustam credendi causam, nomen satis idonee ab ipsa *ecclesia* esse contractum.

§. XIV. Cum ergo *curatores* nomina quoque exigere possint, non immerito dubitatur, *an debitores etiam illis tuto soluere queant?* Quid enim, si exactam pecuniam in proprios vsus conuerterint, et postea bonis cesserint, vt ecclesiæ periculum amittendi nomen immineat? Hoc sane expeditum est, pupillos et minores contra talem solutionem in integrum restitui per *l. 1. C. si aduersus solut.* et *tot. tit. C. si tutor vel curat. interu.* et cum ecclesiæ quoque *beneficium restitutionis* habeant, et *iure minorum* fungantur, *c. 1. et 3. X. de in integr. restit.* iis quoque hoc casu *restitutio* denegari non posset. Vt ergo plenissima securitas solutionem sequatur, dispositum imperator in §. 2. *I. quibus al. licet vel non*, vt *iudicialis sententia* vel *decretum* solutionem præcedat, quo facto, debitor tutori secure solvit. Equidem alias decretum iudicis, *causæ cognitione* interueniente, restitutionem non tollit, vt plenius euincit SIMONCELLVS *de decretis in contract. minorum adhibend. l. 3. tit. 7. n. 8.* Sed hoc restringendum ad contractus, qui *libera voluntate* inter contrahentes celebrantur; in solutione nominis debitorem excusat *præceptum* ac *mandatum iudicis*, cui parere necessum habuit. BERLICH. *dec. 78. n. 4.* Proinde sola auctoritas iudicis non sufficit, sed *præceptum de soluendo* accedere debet. E contrario non necesse est, vt, post *mandatum de soluendo*, debitor iudici contradicat, resistat, et iudex denuo, contradictione non obstante, ei solutionem iniungat, prout contendit BERLICH. *l. c. n. 3.* cum id nec verba nec ratio constitutionis Iustinianeæ desiderent. Licet enim adserat, debitorem, si non contradixerit mandato iudicis, non videri *coacte* soluisse; talis tamen *irrationabilis coactio* in legibus non supponitur, quin potius, qui mandato iudicis simpliciter parent, non *sponte*, sed quodammodo *coacte* id feciisse, recte dicuntur. Hæc omnia ad eos, qui curatoribus ærarii ecclesiastici secure soluere volunt, etiam adplicanda sunt, quoniam aliter *restitutionem in integrum* contra factam solutionem euitare nequeunt, et sic necesse est, vt iudicis ecclesiastici *mandatum de soluendo* præcedat, cum huius cognitioni subiiciendum sit, vtrum solutio fieri debeat? Ceterum hoc decretum non est necessarium, 1) si debitor nomen soluat his, qui *repræsentant ecclesiam*, quia sic omnis restitutionis causa cessat, nec ecclesia læsa dici potest, quæ ipsamet pecuniam exegit. 2) Si soluenda

Quatenus nomina a debitore tuto solui possint?

ed by Google

ſunt illa debita, quæ *ſtatis temporibus* debentur, vel alias abſolutam præſtandi neceſſitatem habent, vt ſunt annui reditus, vſuræ, pretia rerum venditarum, penſiones ex prædiis eccleſiaſticis locatis, in quibus lex ſtatim ſolutionem vrget et iniungit.

An nomina eccleſiaſtica ſint contrahenda ſecundum ſtatuta loci?

§. XV. Variant vero *iura ſingulorum locorum* in contrahendis nominibus obſeruanda, dum in plurimis locis ſingularia quædam requiſita deſiderantur, absque quibus vel plane nullum, vel non plenum effectum habent. Sic in Saxonia alibique in *conſtitutione hypothecæ rerum immobilium* pro ſecuritate contracti nominis *confirmatio iudicialis* exigitur, qua deficiente, nec contra tertium poſſeſſorem valide agitur, nec, in concurſu creditorum, creditor inter hypothecarios collocatur. Inde quæſtio emergit, vtrum *nomina eccleſiaſtica* præciſe illa ſolemnia quoque deſiderent, quæ *ſecundum ſtatuta loci* contractibus celebrandis ſunt præſcripta? Negant hoc vno ore *pontificii*, obſeruantibus TVSCHIO *lit. F. concluſ. 87. n. 1.* et MANZIO *in ſpecial. iur. comm. voce: pia cauſa n. 8.* quod eo minus mirandum, cum etiam clericos ab his ſolennibus ſtatutorum laicorum liberant. Vid. FRANCISCVS NIGER CYRIACVS *in controuerſia forenſi 140.* ALEXANDER *vol. II. conſ. 211. n. 5.* Rationes has proletarias adducunt: 1) quod nulla ſit ſecularis poteſtatis iurisdictio in eccleſiam et clericos, adeoque lege ſua iſtos ſtringere nequeant: 2) quod ita iudices eccleſiaſtici cogerentur iudicare ſecundum leges ſeculares, cum potius 3) eccleſiarum cauſæ ex iure canonico ſint decidendæ. Equidem hæ rationes *proteſtantes* non ſtringunt, inter quos conclamatum eſt, eccleſiam, vt *corpus* aliquod, eſſe in et ſub republica; et ſic in negotiis ſecularibus, legibus ceterorum ciuium communibus et a principe latis ſtringi, niſi ſpeciatim excepta fuerit. Cum vero in *contractibus* rariſſime excepta inueniatur, nec nomina, ab ea contracta, plenum effectum aliter ſortiri queunt, quam ſi iuxta *leges prouinciales* facta fuerint. Diuerſum forſan eſſet dicendum, ſi tantum in *ſtatuto oppidano* illius loci, vbi eccleſia eſt, ius quoddam peculiare contrahendis nominibus eſſet præſcriptum, quod vel ideo non ſtringeret eccleſiam, quia magiſtratui oppidano non ſubeſt, ſed legibus principis prouincialibus. KLOCK. *de contribut. c. 12. n. 99.* L. B. de LYNCK. *de ſtatu ciuit. prou. §. 16. p. 46.*

Nominibus eccleſiaſticis vulgo tribuunt priuilegia fiſci.

§. XVI. Ante omnia vero de *priuilegiis*, quæ vulgo *nominibus eccleſiaſticis* tribui ſolent, diſpiciendum eſt. Inter hæc primum eſt, quod *prioritatem et priuilegia fiſci* habere credantur, ex ea ratione, quod eccleſia pari et æquali iure cum *fiſco* gaudeat, ita vt omnia priuilegia, quæ fiſco competunt, eccleſiæ quoque competant, et ab illis recte argumentum traha-

Digitized by Google

trahatur. Vid. SCHVLTES *in addit. ad Modeſt. Piſt. P. 3. quæſt. 129. n. 11.* MEV. *P. 5. dec. 319. n. 5.* TVSCHIVS *lit. F. concl. 395.* MANZIVS *cit. tract. voce: pia cauſa n. 55.* ANTONIVS FABER *in Cod. l. 1. tit. 9. def. 20. n. 10.* OLDENDORP. *de iure ſingular. ſub rubrica de priuil. piæ cauſ. priu. 17. et 28.* RICHT. *de priu. cred. c. 2. membr. 5. n. 50.* Ratio primaria a pontificiis, quos noſtrates incaute ſequuntur, ex *ſtatu eccleſiæ* deducitur. In eo quippe conſpirant omnes, eccleſiam peculiarem eſſe rempubl. a ſeculari diſtinctam, imo eadem ſuperiorem, et conſequenter eam habere *fiſcum*, *confiſcationem*, *familiam armatam*, *et territorium*, vt ait TVSCHIVS *lit. E. concl. 8. n. 7.* Hoc ſuppoſito, *ærarium eccleſiaſticum* ad inſtar *fiſci* eſſe videtur, eique iura fiſci communicanda ſunt. Et quamuis hæc ratio non ad ærarium quarumcunque eccleſiarum, ſed *cathedralium* tantum, in quibus epiſcopus reſidet, pertinere videatur, pro his tamen etiam alia in promptu eſt, quod eccleſiæ adhuc ſint favorabiliores ipſo fiſco, et ſic merito eius iuribus frui debeant.

§. XVII. Inde concludunt, 1) tametſi alias creditor, qui agit hypothecaria contra donatarium, probare debeat, rem ſibi prius fuiſſe obligatam, quam aduerſario donatam, qui alias hypothecam habere non poteſt; in *nominibus* tamen *eccleſiaſticis* donatarium probare debere, prius factam fuiſſe donationem, quam hypothecam pro nomine eccleſiaſtico conſtitutam, idque ideo, quod in *l. 1. C. de iure fiſci* idem in fiſco conſtitutum ſit. Vid. MANZ. *cit. tr. voc. pia cauſa n. 55.* Similiter 2) ſi reperiuntur duo inſtrumenta, eodem die confecta, nec conſtat, quodnam illorum ſit *prius*, quod poſterius? præſumendum tamen eſſe, inſtrumentum factum in fauorem piæ cauſæ, fuiſſe *prius* confectum, vt ius nominis eccleſiaſtici præferendum ſit, per *cit. leg. 1.* ideo, quod *pia cauſa* et fiſcus æquiparentur. Vid. TIRAQVELLVS *de piar. cauſ. priu. 126.* 3) Vti fiſcus in bonis omnium illorum, cum quibus contraxit, *hypothecam tacitam* habet, *l. 2. C. in quibus cauſ. pign. vel hypoth. tac. contrahitur*, ita et ſimiliter hypothecam eccleſiæ et piæ cauſæ in debitorum et illorum, quibuscum contraxit, bonis dari, cenſent TIRAQVELL. *cit. tr. priu. 140. et 141.* Dn. HORN. *claſſ. 11. reſp. 30.* Hoc ſuppoſito, etiam *ius prioritatis* eccleſiæ non denegandum iis in caſibus, in quibus fiſcus habet. 4) Licet vel maxime quis habeat anteriorem hypothecam generalem, in bonis præſentibus et futuris, in bonis tamen poſt contractum quæſitis, *eccleſiam præferendam eſſe* exemplo *fiſci*, cum argumentum hoc a fiſco ad eccleſiam frequentiſſimum ſit, et in omnibus procedat, niſi in iure contrarium reperiatur expreſſum. TIRAQVELL. *cit. l. priu. 143.*

Concluſiones plures inde tradi ſolent.

Digitized by Google

Argumentum a fisco ad nomina ecclesiastica reprobatur.

§. XVIII. Verum tædet congerere plures conclusiones, quæ ex hoc fonte putido fluunt. Iam animaduertit CASPAR KLOCK. *tom. II. cons. 40. n. 176.* æquiparationem *fisci* cum *ecclesia* nulla lege tam præcise factam esse, vt omnia, quæ fisco tributa sunt, ecclesiæ adscripta intelligantur, sed ex doctorum opinionibus proficisci, qui legis condendæ potestatem non habent, et *in prædicandis*, vt ait, *ecclesiæ prærogatiuis sæpe immodici fuerunt.* Pergit vero recte: *Quemadmodum etiam plerumque insigni amphibologia vsi nonnunquam decepti sunt, dum ea, quæ de fauore ecclesiæ, quatenus proprie cætum fidelium et membra Christi significant, recte dici possunt, ad particulares vt vocant ecclesias, imo ad bona earundem mere secularia adaptarunt, nobis vero certum sit, ecclesiam vti iure communi, nisi specialiter reperiatur priuilegiata ab eo, qui potestatem habet priuilegia conferendi; ita tacitam hypothecam non induci, nisi in casibus a lege expressis. Quin et Tiraquellus, qui ex professo congessit priuilegia piæ causæ, nullam huius priuilegii mentionem facit, et sine legum dispositione vel doctorum decisione non facile aduersandum quidpiam.* Inde porro *n. 179. exsibilandum esse Beutherum* existimat, qui ecclesiam generaliter omnibus creditoribus præfert, ineptissimo argumento a pupillis et minoribus ducto, cum tamen neque pupillus neque minor ratione pecuniæ suæ, aliis mutuo datæ, priuilegium habeat. Vid. HARTM. PISTOR. *obs. 68.*

Reiiciuntur fundamenta dissentientium, quibus hypothecam tacitam adscribunt nominibus ecclesiasticis.

§. XIX. Omni præterea robore destituuntur *dissentientium* argumenta: quæ in vno vel altero comparantur, non statim prorsus sunt eadem, iisdemque fruuntur iuribus, contra quam regulam tamen interpretes sæpissime peccant. Imo ne quidem *æquiparatio fisci* cum *ecclesia* in illis deprehenditur textibus, qui hunc in finem allegari solent, KLOCK. *cit. l. n. 176.* prouocat ad *cap. 8. X. de in integ. rest.* quod hanc æquiparationem non habet; inepte quoque fiscus ecclesiis tribuitur. Sunt hæ ex sua indole *vniuersitates* et *collegia æqualia*, in republica constitutæ, minime *species reipublicæ*, adeoque nec *fisci* priuilegia sibi vindicare possunt. Nec pontificiorum doctrina supra adducta vniuersalis est, cum, quod de *fisco* et *territorio ecclesiastico* adferunt, ad episcopos et prælatos, regimini ecclesiastico cum iure sacrorum præfectos, restringant, nec singulis capellis, ecclesiis parochialibus, aliisue piis corporibus fiscum tribuant, quemadmodum singulæ ciuitates, villæ et pagi aut alia sodalitia fisci iure non gaudent, ideo, quod princeps in republica illud sibi adserit. Proinde in terris protestantium ab hoc argumento prorsus abstinendum est, nisi summam velimus committere absurditatem. Neque iis assentiendum est, qui ad lubricum *consuetudinis* et *obseruantiæ* fundamentum confugiunt,

Nec obseruantia contraria hic adduci potest.

animad-

animaduertentes, se ad reiectum argumentum prouocare non posse. Id tamen nihilominus KOEPPEN *dec. 48. n. 25.* animis credulorum insinuare voluisse videtur, aiens: *Praterea quæ hactenus de prælatione fisci dicta sunt, eadem etiam ex generali consuetudine et obseruantia ad ecclesiæ, scholarum et xenodochiorum debita extenduntur, videmus enim quotidie, prædictas et similes causas pias, in bonis debitorum, aliis creditoribus non secus ac fiscum præferri, quamuis iure communi dispositum expresse non reperiatur, prædictas causas pias in bonis debitorum hypothecam vel priuilegium habere.* Facile liquet, auctorem in ea fuisse opinatione, communem doctorum sententiam *consuetudinem* et *obseruantiam* facere, quæ tamen non aliunde, quam ab incongruo, a *fisco* deducto, argumento, petenda est. Hæc obseruantia generalis hodie prorsus incognita est, vt ex tot iudicatis liquet, imo si vel maxime adesset, vim obligandi tamen ad instar *legis* non haberet, auctore CELSO *in l. 39. de leg.* hoc modo censente: *Quod non ratione introductum, sed errore primum, deinde consuetudine obtentum est, in aliis similibus non obtinet.* His tamen non obstantibus, putat KOEPPENIVS, habere hanc obseruantiam fundamentum ex eo, quod prædictæ causæ piæ æquiparentur *primipilaribus causis.* Nouum prorsus et insolitum fundamentum! In cerebro quorundam interpretum hoc natum esse video, quippe quod ius ciuile et canonicum ignorat, quamuis pro eius legitimatione prouocetur ad *l. 32. C. de episc. et cler. et cap. 16. X. de iudic.* qui textus tamen prorsus de hac æquiparatione silent. Imo si vel maxime quoddam argumentum *a pari* ibidem deprehenderetur, id tamen vniuersalem iurium æqualitatem non induceret, nec in iure singulari ad casus similes progressus fieri posset.

§. XX. Cum ergo plures animaduerterint, ecclesiæ et piis corporibus nec *hypothecam tacitam*, nec *prioritatem* generaliter adscribi posse, speciales quosdam adduxerunt casus, in quibus ad minimum *nominibus ecclesiasticis hypothecam tacitam* competere debere, persuasissimum habent. Primus est, si quis *violauit ecclesiam*, eique *damnum* intulit, quo casu hæc sine dubio ad eius *reparationem* aduersus violatorem agere potest. PAVLVS CHRISTINAEVS *vol. I. dec. 70. n. 1. et vol. II. dec. 16. n. 1.* Id quidem nemo in dubium vocabit. Grauioribus exposita est dubiis illorum traditio, qui in bonis illius, qui ecclesiam destruxit, violauit, diripuit, vel incendio deleuit, ecclesiæ non saltim *tacitam hypothecam*, sed præterea *prælationis priuilegium* in tantum adiudicant, vt in *concursu*, non tantum *vxori*, illata repetenti, sed etiam *fisco* præferri debeat, tum

An ecclesiæ competat hypotheca tacita in bonis eius, qui violauit eam.

quod

quod maior sit habenda ratio et fauor piæ causæ, quam mulieris vel vllius priuati creditoris; tum quod in ambiguis pro ecclesia iudicandum sit; tum quod omni iure diuino et humano violata ecclesia impensis violatoris reconciliari debeat; tum denique quod *c. vlt. X. de sepult.* huic sententiæ faueat. Ita censet CHRISTIN. *vol. II. dec. 16.* Sed hæc argumenta admodum ieiuna sunt, nec aliquid conferunt ad id probandum, quod probandum erat, vt recte sentit B. HARPRECHT *in trut. viginti pignorum tacit. spurior. vel dubior.* §. 2. nec vel per remotissimam consequentiam *ex cap. cit. vlt.* huic traditioni veritas conciliari potest. Idem ingenue fatetur GONZALEZ TELLEZ *ad cap. 1. X. de eccl. ædific. et restaurand. n. 7.* refutans PECKIVM *de ecclesiis reparand. cap. 4.* idem statuentem. *Sed frustra*, ait, *cum nulla lege pontificia seu ciuili hæc hypotheca inducatur, neque vllo alio idoneo argumento comprobetur.*

An ecclesia habeat hypothecam tacitam in bonis beneficiatorum pro eius reparatione?

§. XXI. Alter casus itidem *reparationem ecclesiæ* respicit, quam ex *decimis* ab illa ecclesia dependentibus, vel ab illis, qui *beneficium ecclesiasticum* in illa ecclesia tenent, faciendam esse, patet ex *c. 1. X. de eccl. ædif.* quia, cum habeant emolumentum, onus quoque hoc subire debeant. Iam olim, vt beneficio regum milites ecclesias in feudum recipiebant, ad *reparationem* earum obligabantur. Vid. *capit. de anno 813.* apud BALVZIVM *tom. I. capit. p. 504. c. 14.* et *de anno 801. ibid. p. 335. c. 52.* item *capit. Caroli calui de anno 868.* apud EVNDEM *tom. II. p. 205.* Idem onus postea beneficiis ecclesiasticis perpetuo cohæsit, postquam clericis concessa, et laicis ablata sunt. Præterea vero decimas has *tacite* obligatas esse pro reparatione ecclesiæ, imo ecclesiam *hypothecam tacitam* in bonis prælati ad refectionem obligati adeo habere, contendit CHRISTINAEVS *vol. II. dec. 25.* vt prælato mortuo, qui refectionem neglexit, contra *heredes* eius ad reparationem agi possit, eo quod bona defuncti possideant. In eandem quoque sententiam abit quodammodo CARPZOV. *lib. II. iur. consist. def. 338. n. 10.* ad minimum decimas pro reparatione ecclesiæ tacite obligatas esse sentiens. Ast vtrumque falsum esse, facile patet. Nullibi bonis prælati vel beneficiati hoc *pignus tacitum* iniectum est, quod *sine lege* ecclesiæ tribui nequit. Nec sequitur: qui reditus ecclesiasticos et decimas percipiunt, obligantur ad reparationem, ergo in his ecclesiæ *tacitum pignus* competit; quin potius *mera obligatio personalis*, ex *æquitate*, personis ecclesiasticis iniecta est, vt recte statuit B. HARPRECHT *l. c.* §. 1. Proinde, moto concursu, ecclesiam in his reditibus creditoribus hypothecariis haud esse præferendam, arbitror.

§. XXII.

§. XXII. Denique tertium casum *prærogatiuæ ecclesiasticæ* quidam constituunt in *decimis*, *censibus*, aliisque *pensionibus*, quæ instar *tributorum* quotannis ex bonis debitorum in certa quantitate ecclesiæ, scholis, aliisue piis locis sunt præstandæ, et ita inter *onera realia ordinaria* referendæ. Hoc expresse prouisum in *ordin. proceſſ. Sax. tit. 42. §. 5.* ibique referuntur: Was auf den Gütern zur Besoldung der Kirch- und Schul-Diener, oder andern milden Sachen zu entrichten, als decem, it. jährl. Zinsen von wiederkaufl. Haupt-Summen, und dergleichen *onera realia*, quæ *c. l.* cum tributis parem prærogatiuam acceperunt. Idem dispositum est in *ord. proc. Magd. c. 49. §. 15.* et in prima classe referuntur, der Kirchen- und Schul-Diener Gerechtsame, als da sind jährl. Zinsen, wiederkaufliche Haupt-Summen, *decimæ* und dergleichen *onera realia*, so zu Unterhaltung gemeldter Personen gewidmet, und auf die beschwerte Güter geleget sind, ingleichen die Lehn-Wahren, Erb-Zins-Gelder ꝛc. quamuis iuxta §. 17. hæc prærogatiua tantum restricta sit ad sex annos, von der Zeit an, da es verfallen, zu rechnen, denn was sie dem Schuldner länger getrauet und aufwachsen lassen, das haben sie ihrer Nachlässigkeit beyzumessen, und aus der fahrläßigen Administratoren Priuat-Vermögen, so davor unterpfändlich haften soll, zu fordern, nisi administratores probauerint, se in *mora exigendi* non fuisse. Plures alias locorum constitutiones, idem priuilegium ecclesiis idulgentes, adducit MARTINI *ad cit. tit. 42. proc. Sax. n. 87.* Conf. CARPZOV. *lib. IV. resp. 2.* et RICHTER. *de priu. credit. c. 2. membr. 5. cc. fin.* De iure communi hæ pensiones rebus cohærentes ius pignoris taciti habent, *l. 15. qui pot. in pign. hab. l. 31. de pign.* sed *prælationis ius* cum tributis eis adscribi nequit. Quæ cum ita sint, facile apparet, nec *remissioni* in his debitis locum esse, si vel maxime ob *publicas calamitates* fructus vel nulli vel rari nati sunt, vt respondit facult. iurid. *mens. Ian. 1717.*

An in decimis aliisque pensionibus ecclesia priuilegium habeat?

Non est locus in his debitis remissioni ob sterilitatem.

Haben dieselbe mit dem Closter zu B. und dem clero daselbst, in puncto einiger in denen Kriegs-Jahren unabgegebener Pächte und prætendirter remission, Streit geführet, und ob zwar die Königl. Schwedische Regierung ratione des 1714ten Jahres einige gewierige resolution ihnen ertheilet, gleichwol dieselbe anjetzo von der Königl. Dänischen Regierung condemniret sind, die restirende Pächte ohne die allergeringste decourtirung abzutragen, dahero dann gefraget wird:

Ob sie nicht in ihrer *intention* gegründet, und ihre Gegner mit der Hälfte friedlich zu seyn verbunden, absonderlich

da die Schwediſche Regierung auf ſolche bereits erkant, und die Gegner dagegen keine *remedia iuris interponiret?*

Ob nun wol beyde Partheyen darin einig ſind, daß dergleichen Clöſter- und Kirchen-Pächte ein ſolches onus reale ſey, welches ſchlechterdings von denen poſſeſſoribus abgetragen werden muß, gleichwol, weil ſolche Güter wegen dieſes oneris wohlfeiler gekauffet, und ſo viel vom Kauff-Gelde innen behalten wird, als die Pächte an Capital præſupponiren, es der Billigkeit gemäß zu ſeyn ſcheinet, daß, wenn keine revenuen von den Gütern per caſus ingruentes gehoben werden, alsdann auch ſolche Pächte, welche onera fructuum ſind, ceſſiren müſſen, wie denn ſolche Meynung in dergleichen Kirchen-Pächten von unterſchiedlichen Rechts-Lehrern behauptet wird;

apud STYPMAN. *de ſalar. cleric. c. 8. n. 45.*

abſonderlich da die Königl. Schwediſche Regierung bereits dieſes deſiderium dergeſtalt gegründet und billig gehalten, daß die remiſſion bis auf die Hälfte zu ſetzen ſey, wogegen das Cloſter B. nichts opponiret, und dahero eine res iudicata erwachſen zu ſeyn ſcheinet; welches alles auch denen producirten Königl. Däniſchen Patenten conform iſt, alſo nicht abzuſehen iſt, warum ihnen die appellation abgeſchlagen, und nicht vielmehr die vorige Urthel reformiret werden möchten.

Weil aber dennoch dieſe Pächte zum ſalario und Unterhalt des Cloſters und des cleri daſelbſt gewidmet, und dieſes alſo ſolche ſtatæ præſtationes ſind, welche ſchlechterdings præſtiret werden müſſen, dergeſtalt, daß ſie auch nicht einſten eine compenſation zulaſſen;

CARPZOV. *P. I. c. 8. def. 9.*
STRVV. *ex. 21. th. 23.*

ja von denen maioribus eben zu ſolchem Ende auf die immobilia gelegèt ſind, daß ſie um deſto gewiſſer und beſtändiger ſeyn, und jährlich abgetragen werden mögen, in Rechten auch nicht gegründet, daß ſolche onera realia nur conditionata, und alsdenn nur debita ſeyn ſolten, wenn die Güter ihre ordentliche revenuen geben, da vielmehr, wenn ſolches auch alſo ſich verhalten ſolte, der folgenden Jahre revenuen ſolchen Mangel erſetzen würden;

l. 26. quand. dies legat.
l. 12. de alim. et cibar. leg.

imo falſum eſt, quod ſalaria hæc habeant reſpectum ad fructus ex fundo

Digitized by Google

natos, quæ potius ipſi fundo vt onus reale incumbunt, ſiue fructus inde percepti fuerint, ſiue non, vt ait

STYPMAN. *de ſalar. cleric. cit. l. n. 158.*

welchem Auctori in gegenwärtigem caſu um deſto mehr zu folgen iſt, da er ins beſondere von Pommern und der Inſul Rügen dieſe Frage aufgeworffen, und *n. 71. ſeqq.* mit vielen argumentis, daß ſolche remiſſion nicht ſtatt finde, behauptet; wie denn auch keine res iudicata denen debitoribus zu ſtatten kommen mag, weil die Königl Schwediſche Verordnung vom 13. Iun. 1715. kein förmlich Urthel, und denen Rechten nach bekant iſt, daß dergleichen Verordnungen in rem iudicatam nies mals ergehen;

t. t. C. commin. epiſt. programm. ſubſcript. autor. rei iud. non habere.

hiernächſt die Königl Däniſche Patente nur von denen ruinirten Oertern reden, nicht aber von dieſem caſu, da wegen Mißwachs und Krieges-Läufften keine fructus ex fundis gehoben ſind, und dahero auf dieſen caſum nicht wohl gezogen werden mögen; endlich dergleichen præſtationes piæ und ſalaria clericorum dergeſtalt priuilegiret ſind, daß für dieſelben in dubio billig erkant werden muß:

P. MVLLER *de fauore ſalar.*

So erhellet hieraus allenthalben ſo viel, daß die B. debitores in ihrer intention nicht gegründet, und keine correctoriam ſententiam zu hoffen haben.

§. XXIII. Reſtat ergo, vt videamus, an non *nomina eccleſiaſtica*, ex *mutuo* vel alio contractu prouenientia, aliunde *prærogatiuam* quandam habeant? vbi rurſus diſtinguendum eſt inter *iura prouincialia* et *communia.* De *iure communi*, hoc eſt, *canonico* et *ciuili*, nomina eccleſiaſtica omni priuilegio deſtitui, perſuaſiſſimum habeo; neque enim hypotheca tacita vllo in textu munita ſunt, quod agnoſcunt KLOCK. *vol. II. conſ. 40. n. 78.* NEGVSANTIVS *de pign. membr. 4. p. 2 n. 121.* BRVNN. *conſ. 76. n. 66.* CARPZOV. *P. I. C. 18. def. 15.* MERCVR. MERLIN. *de pign. et hypoth. l. 3. q. 13.* AMAT. RODRIQVEZ *de concurſ. cred. 1. art 5. n. 13.* LAVTERB. *de hypoth. leg. §. 11. n. 71.* Nec *priuilegium perſonale* habent, vt chirographariis præponi debeant, vt rurſus recte ſentit KLOCK. *cit. l. n. 178. in fin.* deſtituimur enim lege, absque qua priuilegium nominibus eccleſiaſticis vindicari nequit. Equidem communiter *nomina eccleſiaſtica* ad *quartam claſſem* inter perſonaliter priuilegiatos reiicienda eſſe, contendunt exemplo *reipublicæ*, quæ aliis meris etiam chirographariis

An iure communi nomina eccleſiaſtica ex mutuo contracta prærogatiuam habeant?

phariis præfertur, *l. 38. §. 1. de rebus aut iud. possid.* imo aliquando etiam fisco, si antiquiorem specialem hypothecam præterea habet. *l. 8. qui pot. in pignor. vel hypothec. hab.* Hoc argumento vtuntur BRVNNEMANN. *de concurs. creditor. c. V. §. 60.* RICHTER. *de priuileg. cred. cap. 4. sect. 1. n. 113.* HABERKORN. *de concurs. et præfat. creditor. cap. 11. n. 262.* simulque prouocant ad *l. vlt. C. de SS. eccles.* inde inferentes, *ecclesiam* cum *ciuitate* a pari procedere. Sed facilius forsan ex pumice oleum, quam ex hac lege argumentum adductum elici potest, in qua ne vmbra quidem æqualis iuris inter *ciuitatem* et *ecclesiam* occurrit. Et cum præterea in iure singulari integrum haud sit, ab vna vniuersitate ad alteram extensionem facere, per *l. 14. D. de leg.* euidens quoque est, nec priuilegium *reipublicæ* creditricis extendi posse ad *ecclesiam.* Concludo ergo, de iure communi nomina ecclesiastica, nulla munita hypotheca, in quintam classem esse reiicienda. Ita pronunciauit *facultas iurid.* mens. Iun. 1712.

Würden die Kirchen-Iuraten binnen 4. Wochen beybringen, daß die obligation über die liquidirte 50. fl, so noch nicht ad acta gebracht, in anno 1657. gerichtlich ingrossiret sey, immassen ihnen solches vor allen Dingen zu thun oblieget, so sind sie dieser Forderung wegen nach dem dasigen Caland. sub n. 6. zu classificiren, in Verbleibung dessen, wenn sie zuförderst ihre Kirchen-Rechnungen produciren, und solche vermittelst Eides bestärcken werden, sind sie nach dem Armen-Hause St. Annen, so sub n. 10. gesetzet, zu classificiren ꝛc.

Rationes decidendi erant hæ: Weil aber dennoch, so viel die liquidation der quæst. Kirchen-Forderung betrifft, vornemlich es darauf ankommen wird, ob die Kirche eine obligation de anno 1657. worauf sich die Kirchen-Iuraten in actis bezogen, produciren, und daß solche in eben demselben Jahr gerichtlich ingrossiret sey, beybringen werden, zumahl der Kirchen ausser solchen gerichtlichen hypothec kein Vorzug vor andere Creditores, welche ihre gerichtliche hypothecas ad acta gebracht, zugeschrieben werden mag, neque enim ecclesia ratione mutui hypothecam tacitam de iure communi habet, sed in dubio vtitur iure communi;

MEV. *P. VII. decis. 299. n. 4.*
BRVNNEM. *in proc. concurs. cred. c. 8. §. 18.*

sondern unter die simplices hypothecarios, wie in sententia auf gewisse Weise geschehen, gesetzet werden muß, da, wenn die Kirchen-Register produciret, und daraus erwiesen werden solte, daß alle possessores des Dunckerschen Hauses die Zinsen abgetragen, eine vrgentissima præ-

sumtio

ſumtio daraus erwächſet, daß wenigſtens der Kirchen eine ſimplex hypotheca auf dem Dunckerſchen Hauſe conſtituiret ſey, ſo ꝛc.

§. XXIV. Quod vero iure communi his nominibus denegatum eſt, id *ſpecialibus locorum conſtitutionibus* illis conceſſum. De *iure Saxon. electorali* eccleſiæ, ſcholæ, hoſpitalia, vniuerſitates, et ſtipendia *hypothecam tacitam* habent, per *ordinat. proceſſ. tit. 45. §. 4.* adeo, vt ſecundum §. *14. cit. tit.* hypotheca tacita in defectu allodialium ad feudalia tracta ſit. Conf. RICHTER. *de priu. cred. c. 2. n. 5. in fin.* Idem conſtitutum eſt in *ord. proc. Magdeburg. c. 49. §. 55.* In *ducatu Megapolitano* hæc nomina eccleſiaſtica non tantum hypothecam tacitam habent, ſed etiam *prioritatem*, teſte BRVNNEMANNO *c. 5. §. 60. in fin.* Similiter in *republica Görlicenſi* his nominibus hypotheca tacita eſt data, teſte HABERKORN. *de concurſ. cred. prælation. c. 2. n. 268.* An etiam de iure communi Saxonico idem aſſerendum ſit, vulgo diſceptatur, obſeruante Dn. BERGERO *in electis diſcep. forenſ. ad proceſſ. Saxon. tit. 45. obſerv. 3. nota 4.* Qui id aſſerunt, argumentum a fiſco ad eccleſiam ducunt, quod tamen inane eſt, et recte reprobatum a SIMONE VLRICO PISTORIS *obſ. 68.* Hoc indicium præbet, extra *Saxoniam electoralem* ius commune obtinere. In *Marchia* per *receſſ. prouinc. de anno 1653. §. 7.* ius commune confirmatum eſt his verbis: In den übrigen Poſten, ſo debita chirographaria ſeyn, und ex cauſa mutui herrühren, können zwar die Kirchen keines priuilegii prælationis ſich anmaſſen, ſondern müſſen mit andern Creditoribus, ſo paria iura haben, in tributum gehen, conf. B. STRYK. *in not. ad Brunnem. ius eccleſ. l. 2. c. 16. §. 5. ad verb. mutuo.*

Iure prouinciali plurimorum locorum prærogatiuam quandam habent.

§. XXV. Cum vero non raro *adminiſtratores* bonorum eccleſiaſticorum quoad *reſidua* debitores eccleſiarum ſimiliumue piorum locorum fiant, denuo in diſceptationem venit, annon ad minimum hæc nomina iure *hypothecæ tacitæ* munita ſint? Id quod communiter ex his euincere conantur argumentis: 1) quod eccleſiæ *pupillis* et *minoribus*, quibus hæc hypotheca in bonis tutorum data eſt, æquiparatæ, et curatores ærarii eccleſiaſtici inſtar *tutorum* ſint; per *cap. 1. de reſtit. in integr. Clem. 2. de relig. domib.* vbi argumentum ab his ad illos ducitur, ibi: *Ad inſtar tutorum et curatorum iuramentum præſtare, et de locorum ipſorum bonis inuentaria conficere, et ordinariis, ſeu aliis, quibus ſubſunt loca huiusmodi, vel deputandis ab eis, ſingulis annis de adminiſtratione ſua teneantur reddere rationem.* 2) Quod *cap. 6. X. de pign.* huc collineare videatur. Hanc ſententiam tuentur HIERONYMVS ROCCA *in diſput. iur ſelect. c. 50. n. 91.* IOANN. FRANCISCVS ANDRAEOLI *controuerſ. 350. n. 9.* NOVIVS

An in adminiſtratorum bonis eccleſiæ ius tacitæ hypothecæ competat?

Digitized by Google

NIVS A COSTA *de priuil. credit. reg. 3. ampliata 23, n. 63.* MVNNOZ *de* ESCOBAR. *c. 39. n. 13.* NEGVSANZ. *de pign. P. 2. membr. 4. n. 120.* MERLINVS *de pignor. l. 3. qu. 33. n. 9.* aliique, quos magno numero allegat HARPRECHT. *vol. nou. conſ. 79. n. 110.* Mirum ſane eſt, ius pontificium eccleſiis expreſſe non proſpexiſſe, quod forſan inde factum eſſe videtur, quia ex hac doctorum traditione illis ſatis proſpectum eſſe crediderunt, quæ tamen admodum incerta et lubrica eſt, vt oſtendit B. HARPRECHT. *l. c. n. 25. et in trutin. vigint. pign. tacit. ſpurior. vel dub.* § 3. Etenim *capit. 6. X. de pign.* huius pignoris nullam mentionem facit, et quamuis eccleſiæ *minoribus* æquiparentur, quoad *reſtitutionem in integrum*, et *tutoribus* quoad *iuramentum, adminiſtrationem et rationum redditionem*, inde tamen quæuis iura pupillorum iis aſſignari nequeunt, cum iura ſingularia non ſint ad conſequentias producenda, et, in quantum tutoribus æquiparantur, omnibus adminiſtratoribus applicari poſſint, qui tamen nulla propterea gaudent tacita hypotheca. Nihilominus tamen in terris euangelicis iſtorum adminiſtratorum bona, non quidem ex iure *ciuili* vel *canonico*, bene tamen ex *iuribus* complurium ditionum *prouincialibus*, et fori tritura nexui taciti pignoris deuincta eſſe, contendit HARPRECHT. *cit. ll.* Huc etiam collineat *receſſus prouincial. Marchic. cit. l.* his verbis: Daferne aber der Patronus (qui in Marchia vtplurimum bona adminiſtrat) das debitum contrahirt, ſoll den eccleſiis nicht weniger in bonis patroni, als den pupillis in tutoris et reipubl. adminiſtratorum, et quidem a tempore, da der debitor patronus der Kirchen geworden, zuſtehen.

Quid ſi adminiſtrator pecuniam eccleſiæ ſuo nomine mutuam dedit?

§. XXVI. Ex eodem errore noua propullulauit concluſio. Conſtat, quod ſi quis pecuniam alienam *ſuo nomine* det mutuam, nomen non illi, cuius pecunia erat, ſed *contrahenti* acquiratur, cum debitor huius fidem ſecutus ſit; quemadmodum vero pupillo acquiritur actio, ſi tutor nomen pecunia pupillari contraxit, licet tutor ſemet ipſum in chirographo creditorem nominari curauerit, CARPZOV. *P. II. conſt. n. def. 38.* STRVV. *in iurispr. l. I. tit. 22. §. 5. in fin.* ita idem de *adminiſtratione eccleſiæ* dicendum eſſe arbitrantur. Vid. MANZIVS *in ſpec. iur. comm. voce eccleſiæ fauor. n. 56. et 87.* Vſus huius obſeruationis potiſſimum occurrit *in concurſu* ſuper bonis adminiſtratoris moto, quando quæritur, an eccleſia hoc nomen, quod ſua pecunia contractum eſſe contendit, ſibi aſſerere extra concurſum poſſit? Equidem ſi verba chirographi eam interpretationem admittunt, vt *adminiſtratorio nomine* illud contractum eſſe cenſeri poſſit, facile in affirmatiuam deſcendendum erit; aſt ſi nulla huius

ius rei veſtigia occurrunt, ſi ex manifeſtiſſimis indiciis apparet, adminiſtratorem *ſuo nomine* contraxiſſe nomen, iuri communi tamdiu inſiſtendum, donec probetur exceptio, quæ in eccleſia non occurrit.

§. XXVII. Addunt adhuc alia plura nominum eccleſiaſticorum iura ſingularia, inter quæ hæc palmaria ſunt: 1) quod valeant, ſi vel maxime *cauſa debendi* non ſit expreſſa, quæ alias in omni chirographo neceſſario exprimi, aut ad minimum probari debet, *l. 25. in f. de probat. c. 14. X. de fide inſtrum.* TIRAQVELL. *de priu. piar. cauſ. priu. 109.* Dn. HORN. *claſſ. XI. R. 93. p. 167.* BRVNNEMANN. *de iur. eccl. l. II. c. 14. §. 2.* In nominibus eccleſiaſticis autem vel ideo probationem *cauſæ debendi* non requiri tradunt, quod hæc adeſſe præſumatur: BRVNNEMANN. *l. c.* 2) quod quicunque poſſit eccleſiæ *ſtipulari*, et quilibet ſacerdos ei acquirere, cum alias alteri ſtipulari nemo poſſit: TVSCH. *lit. E. concl. 7. n. 10. ſeq.* MANZIVS *ſpecial. iur. comm. voce: eccleſiæ fauor n. 35. et voce: pia cauſa n. 20.* 3) quod *mulieri* non proſit exceptio *SCti Velleiani* contra nomina eccleſiaſtica, pro quibus fideiuſſit: MANZ. *cit. l. voce pia cauſ. n. 17.* 4) quod pro his nominibus fideiuſſor *ex nudo* obligetur *pacto*, cum alias fideiuſſio ſolennem deſideret ſtipulationem: TIRAQVELL. *cit. tr. priu. 141.* MANZ. *cit. l. n. 18. et 19.* 5) quod eccleſia, cui legatum eſt nomen, poſſit agere *ſine ceſſione*, absque qua alias legatarius agere nequit: *l. 18. C. de legat.* 6) quod nomina eccleſiaſtica demum *40. annis præſcribantur*, cum alias actiones perſonales tantum ad 30. annos durent: *l. 3. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.* 7) quod probatio horum nominum facilius poſſit inſtrui, veluti per *inuentarium* eccleſiaſticum, *arg. l. 57. de adminiſtr. et peric. tut.* per *libros antiquos* ſeu *regiſtra* eccleſiaſtica. MANZ. *d. tr. voc. eccleſiæ fauor n. 35.* Probata eſt hæc ſententia in der Fürſtl. Würtenberg. Raſten-Ordnung *p. 734. n. 206.* vbi ita: Zu deren Beweiſung auch alte Regiſter, ob ſchon weder Brief noch Siegel verhanden, vor ſufficient angenommen werden ſollen. Plura alia priuilegia nominibus eccleſiaſticis tribuuntur.

§. XXVIII. Pleraque ex his adductis ſingularibus nominum eccleſiaſticorum iuribus rurſus ita ſunt comparata, vt vel in cerebro interpretum nata ſint, vel ſingulare quid non contineant. *Primum* nulla lege fundatum eſt, absque qua exceptionem a iure communi tradere, interpretibus haud integrum eſt. Generatim in iure cautum eſt, *cauſam debendi*, in chirographo non expreſſam, non præſumi, niſi probetur, nec vlla ratio eſt, cur magis præſumi debeat in *nominibus eccleſiaſticis*, quam *priuatorum*; illa eodem modo contrahuntur ab hominibus quam hæc, et ſic æque Quæ examinantur.

Digitized by Google

æque in illis fraus committi poteſt, nec fauor pro *eccleſia* ſufficit, vbi lege, ſingulare quid conſtituente, deficimur. *Alterum* admitto, ſed ad ſolam eccleſiam non reſtringo, cum hodie alteri per alterum obligatio in genere acquiri poſſit, MENIVS *P. 4. dec. 112. n. 5.* B. STRYK. *in vſu mod. D. ad tit. de pact.* §. 12. quod quamuis B. HARPRECHT. *diſſertat. de fideic. comcut.* §. *16.* in dubium vocet, vel ideo tamen ei adhærendum haud eſt, quod pactorum efficacia hodie non æſtimetur ex iure Romano, ſed moribus Germanicis, et præterea interpretes iuris canonici ſentiant, hoc iure quempiam alteri ſtipulari poſſe, obſeruante MANZ. *cit. tr. voce: pia cauſa n. 20. in fin.* *Tertium* priuilegium petunt ex *l. f. C. ad SCtum Vell.* in qua *doti* hæc prærogatiua data, vt contra eam *SCti Velleiani exceptio* opponi nequeat, multo minus *eccleſiæ*, quæ *iura dotium* habet. Sed petit hæc ſententia id, quod eſt in principio: priuilegia *dotis* eccleſiis competere æque facile negari poteſt, ac aſſeritur, imo eo facilius negatur, quo magis conſtat, iura ſingularia non admittere extenſionem. *l. 14. de legibus.* Noui, bona, miniſtris eccleſiæ aſſignata, *dotis* appellatione venire, eique omnia priuilegia attribui, quæ in iure conceſſa reperiuntur *doti vxoriæ.* ZIEGLER. *de dote eccleſ. c. XII.* §. *64.* Sed 1) non quæuis nomina eccleſiaſtica ad *dotem eccleſiæ* ſpectant, ſed magis ad ærarium eccleſiaſticum, et *bona communia.* 2) ZIEGLER. *cit. l.* rationem a *matrimonio ſpirituali* deſumtam minus accommodam eſſe non diffitetur, addit tamen: *in theſi tamen ipſa, qua doti eccleſiaſticæ inſignis tribuitur fauor, et, ſi non maior, ſaltim æqualis illi, qui doti vxoriæ adſcribitur, nolimus diſſentire.* Verum ex eo ſolo, quod cauſa quædam *fauorabilis* ſit, non poſſe ei priuilegia absque iuris aſſiſtentia tribui, ſupra dictum eſt. *Quartum* admitto, ſed rurſus non ad ſolam eccleſiam reſtringo, cum hodie omnes fideiuſſores *ſolo conſenſu* accipiantur ſine ſtipulatione. De *iure ciuili* tamen ad minimum priuilegium hoc admittendum eſſe credunt ob *l. f. C. ad SCt. Vellei.* vbi idem in *dote* conſtitutum eſt, et ſic quoque ad *eccleſiam* trahendum, quod tamen rurſus impingit in ea, quæ antea adducta ſunt. *Quintum* rurſus ad omnia nomina adplicari poteſt, cum in *l. 18. C. de legat.* cuilibet legatario datum conceſſumque ſit, vt poſſit *ſine ceſſione* actionibus vtilibus ſuo nomine experiri. *Sextum* admitto, vt tamen non tantum ad nomina eccleſiaſtica reſtringi debeat, ſed aliis quibuscunque iuribus commune ſit, de quo plenius egi *tit. de præſcript.* §. *XLIX. ſqq.* *Vltimum* admodum dubium eſt. *Inuentario* quidem, ſi tenor chirographorum ei inſertus eſt, vim ſuam non adimo, ſed fidem ei habendam eſſe credo ob *l. 57. de admin. et peric. tut.* Verum *regiſtris priuatis eccleſiaſticis* æqualem probandi

Digitized by Googl

bandi vim non esse tribuendam, plenius demonstraui *tit. de fid. instrument. §. III.*

§. XXIX. Accessoria nominum ecclesiasticorum sunt *vsuræ*, quibus itidem noua et peculiaria adscribunt iura. Finiuntur alias vsuræ, si *vltra alterum tantum* excreuerint, quamuis, si particulariter soluantur, exceptio *alterius tanti* non obseruetur hodie. FINCKELTHAVS *observ. 40.* In *nominibus ecclesiasticis* autem vsuras vltra alterum tantum *indistincte* deberi iudicant, tum quod idem in *vsuris pupillaribus* obtineat; tum quod vsuræ nominum ecclesiasticorum, non vt *vsuræ*, sed magis vt *interesse* petantur, quod vltra alterum tantum peti potest, vt ait CARPZOV. *lib. II. iurispr. consist. def. 329. n. 15. 16. 17.* tum denique, quod ratio prohibitionis hic cesset, quæ est, ne immodicum quæratur lucrum, quod ab ecclesia et piis corporibus haud præsumendum. Hæc tamen argumenta satis infirma esse, iam ostendi *in iur. paroch. sect. VI. c. 2. §. 17. edit. nou.* Quod de *vsuris pupillaribus* adfertur, adhuc valde dubium est, et præterea sæpe iam notatum, non valere generale argumentum a *pupillis* ad *ecclesias*. Supra quoque inane refugium reprobatum iam est, vsuras ecclesiasticas magis vt *interesse* peti, quod a rei veritate alieniſſimum, et denique adducta præsumtio facto ipsi contraria est, dum immodicum lucrum reuera dicendum est, quod leges damnant et improbant. MEVIVM sibi hac in quæstione non satis constitisse, obseruaui *cit. loc.* simulque eius verba adduxi. Concludentior forsan ratio pro sententia contraria adduci posset, quod debitores ecclesiastici sine *interpellatione*, re ipsa, vel legis dispositione, *moram* contrahant, vt debitores pupillorum et minorum. *l. 3. C. in quib. caus. in integr. restit. necess. non est.* SPERELL. *dec. for. eccl. 130. n. 34. et 38.* COVARRVV. *lib. III. var. resol. c. 17. n. 4.* GRATIAN. *discept. forens. l. 3. c. 579. n. 9.* TIRAQVELL. *de priu. piar. caus. priu. III.* BRVNN. *l. 2. iur. eccl. c. 14. §. 6.* Quando autem debitor *in mora* est, indistincte currunt vsuræ, etiam vltra alterum tantum. STRVV. *exerc. 27. th. 53.* MEVIVS *P. 7. dec. 4.* COTHMANN. *vol. 2. resp. 52. n. 262.* Sed nec hæc ratio me in contrariam rapit sententiam. Nam 1) non admitto argumentum, a pupillis et minoribus ad ecclesiam tractum, quod in iure singulari non est permissum, et regulis logicis aduersatur. Ipsam thesin non nego, sed aliunde probandam esse censeo, scilicet ex *l. 46. §. 4. C. de episc. et cler.* vnde euidens est, moram quoad ecclesiam contrahi ex ipsa lege, seu *ipso iure*. Verum 2) hæc ratio dissentientibus parum prodest. Qui in casu moræ vsuras vltra alterum tantum creditori assignant, *veram* et *exorbitantem moram* ex *interpellatione*, maxime *iudi-*

An vsuræ deberentur vltra alterum tantum in nominibus ecclesiasticis?

An mora in his nominibus ex re contrahatur?

Digitized by Google

ciali, contractam ſupponunt, cum *ſimplex* non ſufficiat. *l. 19. C. mand.* MEV. *cit. l.* STRVV. *lib. 3. tit. 20. §. 23.*

An in Saxonia hæ vſuræ ſimul cum ſorte in concurſu creditorum debeantur?

§. XXX. Denique conſtat, quod in quibusdam *prouinciis*, præſertim *Saxonicis*, moto *concurſu*, vſuræ non aliter creditoribus ſoluantur, quam ſi omnibus *de ſorte* ipſa ſatisfactum eſt; vt plurimum tamen excipiunt *nomina eccleſiaſtica*, contenduntque, hæc vna cum *vſuris* ſtatim adiudicanda et ſoluenda eſſe, etiam antequam poſterioribus creditoribus de ſorte ſatisfiat. Ita olim in electoratu Saxonico cenſuit CARPZOV. *lib. IV. reſp. 46. et P. I. c. 28. def. 171.* effecitque, vt *deciſione electorali VIII.* firmaretur. Non deerant, quæ in vtramque partem olim adferebantur. Pro eccleſiis allegabant, fauori earum quid dandum eſſe; in dubio pro iis reſpondendum, et quouis modo curam adhibendam, ne ad ſuſtentationem miniſtrorum eccleſiæ, ſcholarum et pauperum deſtinata minuerentur, vel eſſent ſine fructu; non eſſe probabile, legislatorem, vſuras a ſorte ſeparantem, eccleſiis aliisque piis cauſis præiudicare voluiſſe; has potius vbique exceptas cenſeri, vſurasque eccleſiaſticas magis naturam eius, quod *intereſt*, habere. Vid. Dn. HORN. *diſſ. de priuil. iur. elect. Sax. piar. cauſ. circa vſur. in concurſ. credit. n. 10.* Non omnes tamen olim CARPZOVII ſententiæ ſubſcripſerunt, quin potius ei reſtitit RICHTER. *de iur. et priuil. credit. c. 7. n. 43.* ex rationibus, quæ ex principiis ante iactis facile colligi queunt. Sunt rationes CARPZOVII et eorum, qui pro eccleſiis ſcribunt, *ſuaſoriæ*, oſtendunt, humanum eſſe, vt tale priuilegium eccleſiaſticis nominibus vbique detur. Tale autem extra electoratum iis datum fuiſſe, haud probant, vt fere in Saxonia ducali RICHTERI ſententia prævaleat, imo iis quoque in locis, in quibus alias *ius Saxonicum commune* prævalet. In *principatu Halberſtadienſi* quid obtineat, colligi poteſt ex atteſtato regiminis, quod nuper admodum in actis, ad *inclytam facultatem iuridicam* transmiſſis, deprehendi, huius tenoris: Demnach bey Uns Chur-Fürſtl. Brandenburgiſchen zur Regierung des Fürſtenthums Halberſtadt verordneten Stadthalter, Præſident, Vice-Cantzler, und Räthe, der Aduocatus Friedrich Chriſtoph Bolmann ſupplicando einkommen und gebethen, ihm ein gerichtlich Atteſtat zu ertheilen, wie es bey hieſiger Regierung in concurſu creditorum wegen der Zinſen, wenn pia corpora capitalien dabey zu liquidiren und zu fordern haben, gehalten werde, und denn ſolchem ſeinem Suchen ſtatt gegeben; als wird hiermit atteſtiret, daß hieſiger obſeruanz nach in concurſu creditorum, ehe und bevor die capitalia abgetragen, die Zinſen ſo wenig denen piis corpo-

corporibus, als andern creditoribus zugetheilet werden. Signatum Halberſtadt den 13. Octobr. 1659.

§. XXXI. Ita diuerſo *in Saxonia* iure vtuntur, interim in ipſo electoratu ne ſic quidem omnis lis compoſita videtur, quin potius de eo adhuc diſceptatur, an etiam eadem definitio obtineat, ſi inter ipſas *diuerſas pias cauſas* de *prælatione* diſceptatur? Mouit hanc controuerſiam Dn. HORN. *cit. diſſ.* §. *11. 12.* variasque adduxit rationes in vtramque partem. CARPZOVIVS *dec. 277. n. 18.* eandem affirmandam eſſe cenſuit, et in ſupremo prouincialium ſenatu ita iudicatum eſſe refert. Sed anno 1652. per reſcriptum electorale aliud conſtitutum fuiſſe, docet Dn. HORN. *cit. l. n. 3.* ſimulque ipſum reſcriptum adducit, in quo hæc additur ratio: Weil der reſpect und fauor unterſchiedlicher geiſtlichen Schulden æqualis, und dennoch dahin zu richten, damit eines dem andern nicht zu Schaden und Nachtheil gereichen möge, geſtalt die priuilegia und favores gegen ebenmäßige priuilegirte Perſonen nicht zu gebrauchen, noch zu verſtatten ſeyn wollen. Quia tamen poſt illud reſcriptum *deciſio VIII.* §. *anteced.* allegata, publicata eſt, in qua huius diſcriminis nulla iniicitur mentio, ideo inclytus ICtorum ordo, referente Dn. HORNIO, cenſuit, huic reſcripto non eſſe inſiſtendum, ſed ſimpliciter *deciſionem VIII.* ſequendam, quæ *generaliter* hoc priuilegium *nominibus eccleſiaſticis* dedit, et forſan a priori reſcripto receſſit. Nec ratione deſtituitur hæc ſententia, quamuis enim priuilegiatus contra priuilegiatum vtatur iure ſuo, hoc tamen tantum reſtringendum ad *ius æquale:* vbi autem cauſa priuilegiata præ altera prærogatiuam habet ratione temporis vel hypothecæ, regula prædicta merito quieſcere debet.

Quid ſi cauſa pia cum æque pia concurrat?

§. XXXII. Atque hæc quidem priuilegia, quæ examinaui, vulgo adſcribere ſolent *eccleſiæ creditrici*: præterea vero etiam *debitrici* plura vulgo tribuuntur iura ſingularia, etiam *hoc titulo* perpendenda, ne confungenda diſiungam. Imprimis autem eccleſiæ debitrici aliisque piis corporibus, quæ debent, variæ *ſingulariter* attribui ſolent *exceptiones*, de quibus primario hic agendum. Prima eſt *exceptio* famoſiſſima *non factæ verſionis in rem eccleſiæ*, quæ in iure vtroque ſatis fundata eſt. In *nou. 120. c. 6. §. 3.* de ea ita cauetur: *Si vero quis aut epiſcopo aut œconomo, aut ordinatori, cuiuslibet venerabilis domus, ſiue in regia ciuitate, ſiue in prouinciis conſtitutæ, pecunias credidit, aut poſthac crediderit, iubemus, neque eis hoc reputari pro venerabili domo, niſi primitus oſtenderint, quod in vtilitates prædictæ venerabilis domus iſta profecerunt, neque ipſum creditorem aut heredes eius contra venerabilem domum habere aliquam pro ipſis actionem,*

Debitis eccleſiaſticis opponi poteſt exceptio non factæ verſionis, cuius fundamenta adducuntur.

niſi monſtrauerint, quod in vtilitatibus venerabilis domus competentibus pecuniæ profecerunt; ſed contra mutuas accipientem pecunias aut heredes eius proprias moueant actiones. Inde deſumta eſt *auth. hoc ius porrectum C. de SS. eccleſ.* vbi in fine ita: *Et is creditor hic intelligatur, qui, quod credidit, probat in vtilitatem diuinæ domus proceſſiſſe.* Amplexus eſt hanc deciſionem INNOCENTIVS III. *in c. 24. de fideic.* vbi cauetur, ne ab aliquo pecunia mutuo accipiatur, *absque maioris partis capituli ſui licentia, alioquin*, addit, *non tenetur conuentus pro his aliquatenus reſpondere, niſi forte in vtilitatem domus ipſius manifeſte conſtiterit redundaſſe.* Eam quoque ſuam fecit ALEXANDER III. in *c. 1. X. h. t.* aiens: *Cum enim non conſtet nobis, pecuniam tuam, quam ille vir Belial impia et deteſtabili ſurreptione furatus eſt, in vtilitates eccleſiæ conuerſam, non debemus de iure, nec poſſumus contra canones eiusdem eccleſiæ praciſe intentare iuſſionis inſtantiam, vt tibi eandem reddant, perſonæ, vt dicunt, non eccleſiæ commendatam.* His textibus ſatis firmata prædicta exceptio videtur, quæ eccleſiis piisque corporibus data eſt, nec præterea neceſſe eſt, confugere ad argumenta a *ciuitatibus*, *pupillis*, et *minoribus* petita, quamuis hi quoque eodem iure in hac cauſa fruantur; neque enim ideo hoc ius eccleſiis competit, quod *ciuitatibus* ac *pupillis* æquiparentur, id enim non vniuerſale eſſe antea demonſtraui; ſed quia leges ſpeciatim hoc ius iis in certis caſibus indulſere.

Videndum tamen, quomodo nomen contractum.

§. XXXIII. Sed paulo diſtinctius hic procedendum eſt, et videndum, an *quibuuis debitis eccleſiaſticis* hæc exceptio opponi poſſit? et vtrum aliquid referat, *quomodocunque* debitum contractum fuerit? Quod *mutuo* illa obiici queat, omnes ad vnum conſentiunt, ergo de hoc caſu, tanquam *indubio*, primo videndum eſt loco. Contrahitur autem mutuum (1) per hos, qui *eccleſiam repræſentant*; (2) per *prælatum* et *capitulum ſimul*; (3) per *prælatum* duntaxat; (4) per *adminiſtratores* eccleſiaſticos; vel denique (5) per *patronum* aut *aliquem ex clero*, certe alicuius eccleſiæ. PRIMVS caſus eſt, ſi *eccleſiam repraſentantes* mutuum contrahunt nomine eccleſiæ, id quod *in eccleſiis euangelicis* facilius contingere poteſt, in quibus præter *œconomos* et *adminiſtratores* certæ perſonæ conſtitui ſolent, totam repræſentantes vniuerſitatem, adeoque mutuum, per hos contractum, cenſetur ab ipſa contractum eccleſia, vt *ſimpliciter* obligetur, nec creditor opus habeat *verſionem* probare. BERLICH. *dec. 301. n. 31.* Huc etiam pertinet, ſi omnes de eccleſia ſimul, ſeu coniunctim mutuum acceperint, et chirographum ſubſcripſerint, vel procuratorem ad contrahendum mutuum conſtituerint, IDEM *l. c. n. 31.*

Si ab ipſa eccleſia nomen contractum, ſimpliciter eccleſia obligatur.

et 32. id quod etiam in mutuo ciuitati dato obſeruari ſolet, vt interpretes ad *l. 27. D. de reb. cred.* obſeruant.

§. XXXIV. Non deerunt, qui etiam hoc caſu eccleſiæ exceptionem prædictam profuturam eſſe aſſerent, forſan ideo, quod ſe libere obligare nequeat, ſed vel *conſiſtorii* vel *principis conſenſus* ſimul accedere debeat: neque enim *eccleſiæ*, maxime *parochiales* et *rurales*, ita in ſua poteſtate eſſe videntur, vt pro lubitu contrahere poſſint, ne alioquin occaſio detur, qua facile ad alienationem bonorum eccleſiaſticorum deueniri poſſit. Interim in iure firmum ſolidumque deficit fundamentum, ex quo tale mutuum adſtringatur ad *conſenſum principis*, vel *conſiſtorii*. Etiam *ciuitates municipales* non abſolute ſunt in poteſtate ſua, et tamen mutuum contrahere non prohibentur: eadem ratio eſt ceterarum vniuerſitatum, quibus nullibi mutuum interdictum eſt. *Alienatio* quidem eccleſiis eſt interdicta, ſed non ſimpliciter ſe *obligandi* facultas. Nec obſtat, quod ita *per indirectum* cauſa conſtituatur, ob quam nonnunquam ad *alienationem* deuèniri debeat, quæ tamen eccleſiis eſt interdicta; id enim per *mutuum* directo non intenditur, et ſi quando *ex accidente* ad alienationem deueniendum eſt, talem leges non improbant, ſed potius diſerte approbant, in *auth. cit.* TRENTACINQ. *lib. II. de action. reſol. 1. n. 2.* Vtrum vero eo caſu deſideretur, vt ante omnia *verſio* probetur? paulo poſt examinabo.

Nec enim eccleſia mutuum contrahere impeditur.

§. XXXV. Sed hoc reſtringendum ad *ſimplex mutuum*: ſi præterea in ſecuritatem crediti *pignus* in rebus eccleſiaſticis eſt conſtituendum, maiori præcautione opus eſt. Generatim non tantum prælatis, ſed etiam *ipſis eccleſiis* interdicta eſt omnis *alienatio*, cui etiam accenſenda eſt *ſpecialis pignoris*, quod creditori traditur, *conſtitutio* in *N. 7. c. 1. et c. 5. X. de reb. eccleſ. non alien. c. 1. et 3. X. de pign.* adeo, vt, ſi creditor talem rem acceperit, iure ſuo cadat, et mutuum lucro eccleſiæ cedat, ſaluo tamen regreſſu contra adminiſtratores, ſi horum auſu priuato pignus eſt conſtitutum. *nou. 7. c. 6.* Vt itaque tale mutuum, pignore ſpeciali munitum, ſubſiſtat, præter iuſtam cauſam neceſſaria ſunt illa ſolennia, quæ alias in *rerum eccleſiaſticarum alienatione* deſiderantur, quia per *pignus ſpeciale* facilius ad alienationem deueniri poteſt, per *auth. hoc ius porrectum C. de SS. eccl.* Conf. GONZALEZ *ad c. 1. X. de pignor.* vbi *n. 13.* adducit *concilium Lateranenſe* ſub INNOCENTIO III. habitum, quod clericis indulget ius, certo modo pignori obligandi beneficia ſua, quatenus expeditioni in terram ſanctam intererant. Si, his interuenientibus requiſitis, *prædium eccleſiaſticum* pignori creditori datum eſt, ſine dubio ſubſiſtit pignus,

Niſi mutuum pignoratitium contrahere velit, quod ſolennibus adhibitis fieri debet.

Digitized by Google

et creditori plena tribuitur ſecuritas, adeo vt is hoc caſu, in mora exiſtente eccleſia, pignus ſine nouis interuenientibus ſolennitatibus diſtrahere queat, cum, quæ in ipſa pignoris conſtitutione interuenere ſolennia antecedenter, in hunc caſum directa eſſe videantur. SIMONCELLVS *de decret. in contract. minor. adhib. lib. 2. tit. 5. inſpect. 4. n. 42.* *Conſtitutio generalis hypothecæ* eccleſiis haud interdicta eſt, ſi neceſſitas mutui contrahendi adſit, adeo vt ne quidem interuentus ſolennium hic deſideretur, per *nou. 7. c. 6. in fin.* tum quia per hypothecam poſſeſſio in creditorem non tranſit, tum etiam quia *generalis* hypotheca non tam ſtricte rem afficit, quam quidem *ſpecialis*. Conf. GALESIVS *de reſtit. in integr. comm. ad conſtit. Vrbani VIII. n. 146. p. 150.*

Poteſt tamen eccleſia contra mutuum reſtitui.

§. XXXVI. Nihilominus tamen ſi pecunia mutuo ab eccleſia accepta, in rem eius haud verſa, *reſtitutionem in integrum* eidem indulgent, BERLICH. *deciſ. 301. n. 30.* modo eccleſia doceat, verſionem factam non fuiſſe. Quando enim reſtitutionem quærit, *læſionem* probare debet, quæ hic vnice in eo, quod pecunia in rem ſuam non ſit verſa, collocanda eſt. GALESIVS *cit. tr. c. 2. n. 109.* In hoc differt ab illo caſu, vbi per *adminiſtratores* mutuum contractum, quo creditori onus probandi incumbit; hic vero eccleſiæ, quippe quæ ſimpliciter ex mutuo obligata fuit, et tantum ex capite *reſtitutionis* a vinculo liberatur. Neque hæc *probatio* reſtringenda ad *mutuum gratuitum*, vt in *fœnoratitio* creditori onus probandi incumbat, id quod contendit TRENTACINQ. *lib. 2. de action. reſ. 1. n. 3.* Neque enim in *l. 1. et 2. C. ſi aduerſus creditor.* aſſeritur, quod hoc caſu onus probandi creditori incumbat; ſed in genere tantum ſupponitur, liquidum eſſe, pecuniam non eſſe verſam in minoris vtilitatem; id autem, quis probare debeat, minime determinatur. Nec porro ipſa *reſtitutio* reſtringenda eſt cum BERLICHIO *cit. l. n. 37.* ad mutuum *fœnoratitium;* cum læſio non in *fœnore promiſſo*, ſed in *ceſſante verſione* quæratur, quæ contingere poteſt, etiam vbi mutuum haud eſt fœnoratitium, id quod ex *l. 17. §. 1. et l. 27. §. 1. de minor. l. 1. et 2. C. ſi adu. cred.* clariſſime liquet, in quibus ſola *læſionis* ratio in *ceſſante verſione* ponitur. Conf. ODDVS *de reſtit. in integr. p. 2. q. 52. art. 4. n. 37. et art. 7.* GALESIVS *de reſtit. in integr. c. 2. n. 108. ſeq.* Ex quo patet, veriſſimum eſſe, quod ait WILHELMVS ANTON. A FREVNDENBERG *de reſcript. morat. concl. 32. n. 14.* cauendum eſſe omnibus a *contractu cum eccleſia, tanquam re peſtifera et perniciosiſſima*, id quod tamen non poteſt non eccleſiæ admodum obeſſe. Proinde ad hoc præiudicium auertendum duo commendanda eſſe cenſeo: (1) vt creditor, qui cum ipſa eccleſia con-

Cautelæ ei commendandæ, qui cum eccleſia vult contrahere.

tra-

trahere vult, ad minimum curiosus sit, et videat, *in quem finem et vsum* ecclesia mutuum accipiat, vt postea restitutionem petenti ecclesiæ eo fortius se opponere possit: (2) ne iudex adeo facilis sit in concedenda *restitutione*, quod iam olim monuerunt ICti, circa restitutionem minorum in *l. 24. §. 1. de minor.* ibi: *Ne magno incommodo huius ætatis homines adficiantur, nemine cum his contrahente, et quodammodo commercium eis interdicetur*, et in *l. 17. §. 1. de admin. et peric. tut.* ibi: *Nam inutile est pupillis, si administratio eorum non seruatur, nemine scilicet emente.*

§. XXXVII. Pergo ad ALTERVM casum, si pecunia mutuo accepta per *prælatum et capitulum*, qui priori fere similis est. Nam quamuis iure veteri clerus tantum *administrationem* rerum ad ecclesiam pertinentium habuerit, adeoque non dubitandum, quin olim idem obtinuerit, quod locum habet, quando ab aliis administratoribus pecunia mutuo accepta: vid. *nou. 120. c. 6. §. 3.* scena tamen postea mutata est, et, quod supra iam monui, communis doctrina inualuit, clerum, hoc est, *prælatum cum capitulo*, repræsentare ecclesiam, adeoque in effectu habendum esse, ac si *ipsa ecclesia* immediate mutuum contraxisset, et consequenter exceptione *non factæ versionis* vti haud posse. Id colligo ex *c. 4. X. de fidei.* cuius verba §. *XXXII.* adducta, vbi demum *probatio versionis* desideratur, si *absque maioris partis capituli* licentia pecunia mutuo est accepta, quia nec *solus prælatus*, nec *capitulum solum* repræsentat ecclesiam, sed totus clericorum ordo coniunctim. TRENTACINQ. *l. c. n. 1. et 6.* Quamuis vero etiam hoc casu plures *probationem versionis in rem ecclesiæ* desiderent, quos allegant GONZALEZ *ad cit. c. 4. n. 1.* et BARBOSA *ibid. n. 8.* facile tamen ex adducta ratione liquet, id inuita iuris ratione fieri; posita enim sententia, quod clerus repræsentet ecclesiam, ponitur conclusio, quæ non potest non inde fluere. conf. B. STRYK. *in not. ad* BRVNN. *ius eccl. lib. 2. c. 15. §. 28.* verb. *prælato præsente capitulo*, vbi hanc rationem addit: *mediante capitulo enim tota censetur contrahere ecclesia.*

Si per prælatum et capitulum mutuum acceptum, itidem simpliciter ecclesia obligatur.

§. XXXVIII. Inter *protestantes* tamen merito ab hac hypothesi recedendum foret, penes quos clerus non repræsentat ecclesiam, etiam in ecclesiis *collegiatis* et *cathedralibus*, vt ut non ignorem, incaute sæpe ad huiusmodi erronea dogmata prouocari. Proinde satis prudenter seren. legislator in *ord. Magdeb. polit. c. 49. §. 22.* explosa adducta ratione, ita censuit: Es sollen weder die pia loca, wie sie Namen haben, noch die Städte hinführo, ohne unsere, oder unserer Magdeburg. Regierung ausdrückl. Bewilligung, Geld auf Zinse zu entlehnen befugt seyn; da aber solches vor publication dieser Ordnung geschehen wäre, soll so wol denen

Non tamen inter protestantes.

denen piis locis als Städten das *beneficium l. ciuitas ff. de reb. cred.* dergestalt zu statten kommen, daß die Zahlung ehe nicht wider sie erkant, noch vollenstrecket werde, bis die Gläubiger zur Gnüge beygebracht, daß das Anlehn in derer piorum locorum oder der Städte scheinbaren Nutzen verwendet worden, ob auch gleich bey Stifftern das ganze *capitul*, bey Clöstern die Aebte oder Pröbste und *comuentuales*, und bey denen Städten die Viertels- und Gemeinheits-Meistere in das Anlehn ihr Vollwort gegeben, zu dessen Beybringung denen Glaubigern die Raths- und andere Rechnung zu ediren sind.

Quid si ob tale mutuum ad alienationem rerum ecclesiasticarum deueniendum sit?

§. XXXIX. Vtplurimum tamen hi, qui in mutuo, a *prælato* et *capitulo* contracto, non desiderant versionis probationem, hoc limitant, *nisi ad exsolutionem mutui necesse sit alienare bona ecclesiastica.* B. STRYK. *in vs. mod. ad tit. de reb. cred. §. 37.* GRANNANIETTO *ad c. 1. X. de fideiuss. n. 3.* GONZALEZ et BARBOSA *cit. ll.* TRENTACINQ. *lib. II. de act. res. 1. n. 5.* Hanc limitationem deducunt ex *auth. hoc ius porrectum C. de SS. eccles.* in qua permittitur, ob vrgens æs alienum res ecclesiasticas vendi posse, additurque, eum hic creditorem esse intelligendum, *qui, quod credidit, probat, in vtilitatem diuinæ domus processisse.* Hæc sententia si vera est, obtinebit quoque in casu primo, de quo §. *XXXIII. seq.* dictum est. Verum euidens est, dictam *auth.* loqui de mutuo contracto ab *œconomis* vel *episcopis*, qui olim *administratores rerum ecclesiasticarum* simplices erant, vt *in iure paroch. sect. VI. c. 1.* pluribus docui; ergo ad eum casum commode applicari nequit, vbi *ipsa ecclesia*, vel quod idem est, *eam repræsentantes*, mutuum contraxere, quo casu ecclesiam *simpliciter* obligari, supra euictum, exemplo ceterarum vniuersitatum, quæ se *simpliciter* obligare possunt, quod etiam in *ciuitatibus* obtinet, nisi *prouinciali lege* prohibeantur, qualem §. *anteced.* adduxi. Nec argumentum a *prohibita alienatione* ad hunc casum trahi potest, cum, si æs alienum recte contractum, id quod hoc casu in dubium de *iure communi* vocari nequit, alienatio permitti debeat. Ast si *administrator*, *œconomus* vel *solus prælatus*, mutuum contraxit, merito dubitari poterat, vtrum in *propriam* an *ecclesiæ* vtilitatem illud contraxisset? id quod ante omnia per *probationem versionis* eruendum est: hoc vero dubium cessat, vbi *ipsa ecclesia*, qua talis, contraxit, h. e. qui eam repræsentant, der Ausschuß der Gemeinde, die Alterlinge, vti in nonnullis ecclesiis vocantur, quia sic euidens est, ecclesiam ipsam mutuum contraxisse. Breuiter, non tam ad *obligandi efficaciam* in genere desideratur versionis probatio, sed vt constet, hoc nomen

nomen *ecclesiam* tangere; id quod tunc certum est, si ipsa ecclesia contrahit, dubium vero, si *administratores*, quippe qui fingere possunt, se *nomine ecclesiæ* accipere mutuum, quod potius *proprio nomine* acceperunt.

§. XL. TERTIVS et QVARTVS casus est, si *prælatus* sine capitulo, vel *administratores* nomine *ecclesiæ*, pecuniam mutuam acceperint, quo casu omnes fere consentiunt, non aliter mutuum stringere ecclesiam, quam *probata versione*, TRENTACINQ. *l. c. n. 1.* ENGEL. *de priuil. monast. priu. 43.* BERLICH. *cit. dec. 30.* B. STRYK. *cit. l.* adeo, vt ab hac probatione non liberetur creditor, si vel maxime in chirographo administrator vel prælatus confessus fuerit, in *vtilitatem ecclesiæ* hanc pecuniam acceptum fuisse, TVRRICELLIVS *de reb. eccles. non alien. c. 30. n. 31.* TRENTACINQ. *l. c. n. 2.* quia tali confessione ecclesiæ præiudicare nequit, nisi alia adminicula concurrant. TVRRICELLIVS *cit. l. n. 32.* Equidem si indistincte argumentum a *ciuitatibus* et *pupillis* ad ecclesiam valeret, res omni careret dubio; ast quia contrarium sæpe iam adstruxi, ab hoc argumento abstinebo, ex legibus ipsis rem explicaturus. Secundum has duo distinguendi sunt casus: aut ecclesia est *obarata* admodum, vt ad alienationem bonorum ecclesiasticorum deueniri debeat, aut *aliunde* debitum solui potest. *Illo* casu certum est, creditores ante omnia versionem probare debere, id quod satis euidenter ex *cit. auth. hoc ius porrectum C. de SS. eccl.* colligitur, et sine dubio ideo constitutum est, ne facile ad *rerum ecclesiasticarum alienationem* deueniatur, quæ regulariter prohibita est. *Hoc* casu vel *administrator* aut *prælatus* habuit mandatum, vsque ad certam summam, pecuniam mutuo accipiendi, aut non; priori casu simpliciter ecclesia obligatur, quod colligitur ex *c. 4. X. de fideic.* vbi interdicitur religiosis, qui forsan res monasterii administrant, mutuam accipere pecuniam *vltra summam communi prouidentia constitutam*; ergo si ad eam summam, v. c. 200 thalerorum, acceperit mutuum, ecclesia inde vel ideo obligatur, quia *mandatum ad contrahendum habuit*: si summam excessit, non, nisi *probata versione* obligatur. Si deficit tale mandatum; aut *viuente* adhuc *prælato*, seu *administratore*, de *mutuo* in iudicio agitur, aut *eo mortuo*. Illo casu ipse administrator vel prælatus conuentus opponere nequit hanc exceptionem. B. STRYK. *cit. l.* §. *38.* TRENTACINQ. *l. c. n. 5.* Hoc vero probationem *versionis* necessariam esse arbitror, maxime ob *c. 1. X. de solut.* vbi dicitur, quod prælatus sui prædecessoris debita *pro ecclesiæ necessitate contracta* soluere debeat. Fundamentum obligandi successorem hic collocatur in eo, quod *debitum pro ecclesiæ necessitate*

Probanda est versio, si per administratorem vel solum prælatum mutuum acceptum.

Si ob debitum, ad alienationem bonorum ecclesiasticorum deueniendum.

Quid si talis casus non adsit?

ſitate contractum ſit, id quod *in facto* conſiſtit, et ab allegante probandum eſt, qui eſt *creditor*, id quod ſi in *prælato*, qui liberiorem adhuc habet contrahendi poteſtatem, iuris eſt, multo magis in *ſimplici adminiſtratore* obtinere debet, vt, ſi vel ipſe vel eccleſia ex mutuo anteceſſoris conueniatur, agenti exceptio obſtet. Non enim ratio iuris permittit, vt quis ex contractu alterius obligari poſſit, niſi præcedente eius *conſenſu* vel demonſtrata *verſione*.

Verſio quoque probanda, ſi patronus vel aliquis ex clero pecuniam mutuam ſumſerit.

§. XLI. Denique VLTIMVS caſus eſt, ſi debitum eſt contractum per *aliquem ex clero*, nomine *eccleſiæ*, qui tamen adminiſtrator haud eſt dicendus. Huc referri poteſt, ſi *canonicus* intuitu ſui beneficii, ſi *paſtor ruralis*, ſi *patronus*, vtut *intuitu eccleſiæ*, mutuam pecuniam ſumit, ex quo nullo modo eccleſia obligatur, quia non cum *eccleſia*, ſed cum *certa perſona* creditor contraxit, niſi forſan probatum fuerit, eam pecuniam in eccleſiæ vtilitatem conuerſam fuiſſe, qualis eſt ſenſus *c. 1. X. h. t.* obſeruante GRANNANIETO *ad cit. c. 1. n. 3.* Depoſuerat enim quis pecuniam apud clericum, qui *proprio nomine* illam ſuſceperat; pecunia fraude depoſitarii ſublata, deponens *eccleſiam* obligatam eſſe credebat. Hoc recte negabat pontifex, addita limitatione, *niſi de verſione in vtilitatem eccleſiæ conſtaret*, quo probato, eccleſia, meo quidem iudicio, non actione depoſiti *directa*, vt GRANNANIETO *cit. l. n. 4.* cenſet, ſed *de in rem verſo* tenetur.

An in aliis contractibus quoque verſio probanda.

§. XLII. Atque hæc quidem ſine dubio obtinent in *mutuo*; ad *alios contractus* an hæc doctrina extendi poſſit, non ſatis liquet. Qui hanc quibuscunque contractibus applicandam cenſent, potiſſimum ſe fundant in *c. 4. X. de fidei. et c. 1. X. h. t.* indeque inferunt, etiam *in depoſito* et *fideiuſſione* hanc exceptionem admitti, multo magis ergo in aliis contractibus, in quibus eccleſia ad ſuam vtilitatem contrahit. Sic compatans rem *eccleſiæ*, aiunt, non aliter in tuto verſari poteſt, quam ſi, obſervatis ſolennibus, ſollicitus ſit, vt pretium in eam neceſſitatem, ob quam venditio facta eſt, conuertatur, per *auth. hoc ius porrectum C. de SS. eccl.* TVRRICELL. *de reb. eccl. non alien. c. 30. n. 22.* GALES. *ad l. 1. C. de SS. eccl. n. 108.* Alii hoc loco diſtinguendum eſſe cenſent, vtrum alienatio fiat ex cauſa *voluntaria*, an *neceſſaria*? vt hoc caſu tantum emtor ſollicitus eſſe debeat de verſione in eius vtilitatem, non illo; ſi forſan ob ſolam eccleſiæ *vtilitatem* alienatio facta eſt. MERLIN. *dec. 119. n. 13.* BVRSAT. *dec. 714. n. 1.* Alii prorſus negant, ad alios contractus hanc doctrinam applicari poſſe, alii aliter. vid. TRENTACINQ. *l. c. n. 9. ſeqq.* B. STRYK. *in V. M. tit. de reb. cred. §. 25.* BERLICH. *dec. 302.* L. B. de LYNCKER. *in comm. ad ius ciu. tit. de reb. cred. §. 27.* Vt ex his ambiguita-

guitatibus me expediam, rursus casus *indubios* a *dubiis* distinguo. In casu alienationis, *ob æs alienum*, certo iure constitutum est, sollicitum et curiosum emtorem esse debere, vt pecunia in necessitatem eam, ob quam alienatio facta, vertatur, per *cit. auth.* ibi: *Pretio modis omnibus pro debito dando, aliter enim res emtori non conceditur, et hoc inscribatur ad emtoris securitatem, nihil esse factum in ea re ad damnum diuinæ domus.* Id sine dubio constitutum est, vt alienatio rerum ecclesiasticarum, quantum fieri possit, restringatur, et præcaueatur. Quoad alios contractus, si *ipsa ecclesia* vel *eam repræsentantes* contraxere, nullum dubium est, ecclesiam *simpliciter* obligari salua restitutione. Si *administratores* vel soli *prælati* contrahunt, et quidem *qua tales*, in re scilicet *ecclesiastica*, v. c. eam locando, frumentum ecclesiæ vendendo, emendo etc. ecclesiam ad hanc exceptionem haud esse admittendam, censeo, cum administratorum officio ordinario insit, vt tales contractus celebrent, et ita *voluntas ecclesiæ* præcedens concurrat. In *mutuo* vel ideo exceptio facta, tum quia iuste ignorari potuit, vtrum etiam *ex veritate* nomine *ecclesiæ* contractum sit, quod pessimi administratores fingere possunt; tum quia de *consensu ecclesiæ* in mutuum non constat; tum denique ne pessimis administratoribus occasio detur, pecuniam fide ecclesiæ corradendi, eamque postea dilapidandi, quod maxime in prælatis est metuendum, qui luxurioſe viuendo, ecclesiam grauissimo ære alieno facile obruere possent, si pro lubitu *fide ecclesiæ* mutuum contrahendi potestatem haberent. Tale periculum ex ceteris contractibus ecclesiæ non adeo imminet, qui proinde sub dispositione iuris communis relinquendi, quid? quod omne commercium cum administratoribus impediretur, si vbique ecclesia exceptione non *factæ versionis* tuta foret, quæ tantum locum habet, si de præcedente *consensu* ecclesiæ non constat. Quod de *depositi causa* ex *c. 1. X. h. t.* adfertur, ab hoc casu alienum est, neque enim depositum ab administratore, nomine *ecclesiæ*, sed a clerico *proprio nomine* erat susceptum, ex quo ecclesia obligari non potest, nisi *versio* probata sit. Nec causa *fideiussionis* huc recte trahitur ex *c. 4. X. de fideiuss.* quo religiosis prohibetur. 1) ne absque maioris partis capituli et abbatis sui licentia fideiubeant; 2) ne mutuam accipiant pecuniam vltra summam communi prouidentia constitutam, additurque: *Alioquin non tenetur conuentus pro his aliquatenus respondere, nisi forte in vtilitatem domus ipsius manifeste constiterit redundasse.* Non tam *casum fideiussionis* quam *mutuum* adducta limitatio tangit, cum vix concipi possit casus, quo *fideiussio*, quæ ordinarie grauat et onerat fideiussorem, possit in emolumentum ecclesiæ redundare, cui accedit, quod ex aliis textibus li-

queat, fideiuſſionem clericis eſſe interdictam, maxime vero *religioſis*; vtpote qui ne quidem liberam amplius voluntatem habent.

Verſionem probare debet creditor.

§. XLIII. Quando ergo exceptio *non factæ verſionis eccleſiæ* competit, 1) creditor ante omnia eam *probare* debet per *auth. cit. hoc ius porrectum*, quæ probatio quomodo ineunda ſit, plenius docet et illuſtrat B. STRYK. *in V. M. ad tit de reb. cred. §. 6. ſeqq.* Proinde 2) exceptio

Adeoque executiue proceſſus nequit.

hæc impedit, ne ex inſtrumento guarentigiato contra eccleſiam *executiue* procedi poſſit, quia, antequam *verſio* probata fuit, chirographum non eſt liquidum. Et quamuis DN. BERGER. *in elect. proc. execut. §. 14.* contendat, pupillum ex inſtrumento, a tutore ſubſcripto, executiue conueniri poſſe, quia pupillus regulariter ex facto tutoris tenetur; de hac ſententia tamen dubitandum, quia iuris certiſſimi eſt, pupillos ex mutuo, a tutore contracto, non aliter teneri, quam *verſione* probata, quæ exceptio tamdiu proceſſum executiuum impedit, et recognitionem ſuſpendit, donec creditor verſionem probauerit. Atque 3) hæc exceptio perpetuo *eccleſiæ*

Hæc exceptio eſt perpetua.

competit, tum, quia nullibi reperitur ad certum tempus reſtricta; tum quia exceptiones regulariter ſua natura perpetuæ ſunt. *l. 5. in f. D. de except. dol. mal. et met.* Neque enim, quod nonnulli contendunt, hæc conferri poteſt cum *non numeratæ pecuniæ exceptione*, quæ intra terminum biennii eſt incluſa, cum eccleſia, hac exceptione vtens, non neget, pecuniam eſſe ſolutam aut numeratam, ſed *verſionem* eiusdem in rem ſuam impugnet, quæ toto cœlo diuerſa ſunt. TRENTACINQ. *cit. l. n. 15. ſeqq.* Denique 4) ſi creditor in probatione *verſionis* deficit, eccleſia abſoluitur, et regreſſus illi ſeruatur contra adminiſtratores. *Nou. 7. c. 6.*

An exceptio non numeratæ pecuniæ eccleſiis perpetuo competat?

§. XLIV. Præterea *ſingulariter* (11) eccleſiis indulgent *exceptionem non numeratæ pecuniæ*, quam, licet alias *ad biennium* reſtricta ſit, eccleſiæ *perpetuo* indulgent. Ita cenſet MANZIVS *in ſpecial. iur. comm. voce: eccleſiæ fauor n. 32.* et *voce: pia cauſa n. 27.* et *voce: piorum locor. fauor n. 7.* BALDVS, ROMANVS, HOSTIENSIS, ANGELVS, FELINVS, aliique allegati a TRENTACINQ. *l. c. n. 16.* Duo omnino ſunt argumenta, quibus hanc ſententiam muniunt. Primum eſt, quod *minori* perpetuo competat hæc exceptio, *l. f. C. in quib. cauſ. in integ. reſt. non eſt neceſſ.* cui quoque *eccleſia* æquiparari debeat. *c. 1. X. de reſtit. in integr.* Alterum eſt, quod *lege ciuili* hæc reſtitutio inualuerit, quæ non ligat eccleſiam. Recedit ab hac ſententia TRENTACINQ. *l. c.* quod 1) imperator ex ſola æquitate hanc *exceptionem priuilegiatam* inuenerit, ergo ſi eccleſia vult vti iſto priuilegio, debeat ea vti cum ſua cauſa; 2) quod, quando lex ciuilis aliquid inducit, et non reperitur aliud ſtatutum in materia ſpirituali,

aut

Digitized by Google

aut eccleſiaſtica, attendatur ius ciuile, a quo hoc caſu non receſſit ius canonicum. Nec hic admittendam eſſe cenſet comparationem *eccleſiæ* et *minoris*, *quia contra eccleſiam*, ait, *currit præſcriptio, et non contra minorem, donec eſt maiorennis.* Rurſus alii reperiuntur, qui iure canonico *contra lapſum biennii* remedium introductum eſſe ſtatuunt, ſcilicet *implorationem officii iudicis*, quod tanquam egregium aliquod inuentum laudandum, commendandum et notandum eſſe exclamant, teſte TRENTACINQ. *l. c. n. 17.* Aiunt: quotiescunque, lege ciuili prohibente, non poteſt opponi exceptio, tum datur *officium iudicis*, eccleſiaſtici ſcilicet, qui pro *peccato euitando* imploratus generatim ſuccurrit. Hoc eſt illud egregium remedium, quod extollunt et prædicant, imo quod proteſtantes imprudenter commendant. Certe, in defectu remedii ciuilis, ad conſiſtoria noſtra non datur recurſus, quia reuera contra principem, legum auctorem, tale refugium conſiſtorium præberet, quod ei haud eſt integrum: nec noſtra conſiſtoria ſunt talia iudicia, in quibus, pro ſaluanda conſcientia, *remediis coactiuis* et *externis*, more pontificiorum, vtimur. Neque *officium iudicis*, quod vocant, in foro ſeculari de iure canonico implorari poteſt, cum iudex ſecularis non poſſit contra leges ſuccurrere, qui *miniſter*, non *arbiter* legis eſt, nec hoc ipſum patroni huius cautelæ intendunt, qui ſub *iudice* eccleſiaſticum intelligunt: ergo hanc cautelam a foris noſtris merito abeſſe iubemus. Conf. *tit. de offic. iud. §. VIII. ſeq.*

An contra lapſum biennii officium iudicis competat?

§. XLV. Videamus, an duo illa fundamenta ſtringant, quæ in fauorem eccleſiæ excogitata ſunt. Poſterius merito repudiamus, vtpote perſuaſiſſimum habentes, in foris noſtris *leges* etiam *ciuiles* ſtringere eccleſiam, niſi hæc excepta doceatur. Prius alicuius roboris eſſe videtur; licet enim argumentum a *minoribus* ad *eccleſiam* in vniuerſum non probem, admittendum tamen illud eſt in materia *reſtitutionis in integrum.* Olim currebat hæc exceptio contra *minores*, ſed reſtituebantur in integrum. Hoc correxit IVSTINIANVS *in cit. l. f.* vt ipſo iure tuti ſint. *Melius etenim eſt*, ait, *intacta eorum iura ſeruari, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere.* Idem etiam applicandum videtur ad *eccleſiam*, quæ itidem contra lapſum huius biennii in integrum reſtitui poteſt, vt minor, adeoque, quod hoc caſu *minoribus* indultum, non poteſt non quoque *eccleſiæ* tributum eſſe. Verum hæc forſan ratio diuerſitatis allegari poſſet, quod minor, quamdiu minor ſit, ſemper reſtitui poſſit, et ſic conſultius viſum fuerit, curſum biennii interim ſuſpendere; aſt eccleſia non ſemper reſtitui poteſt, ſed tantum intra *quadriennium*, a tempore *leſionis.* Si ergo pecunia ipſi non eſt numerata, et biennium eſt lapſum,

Fundamenta affirmantium, prædictam exceptionem perpetuo eccleſiis competere.

ab illo tempore læſio emergit, et ſic intra *quadriennium* reſtitutionem petere deberet, poſtea autem excluderetur. Accedit, quod, reſpectu *minoris*, hæc exceptio non ſit *perpetua*, ſed tantum intra tempora *minorennitatis* quieſcat, mox autem currere incipiat ab eo tempore, quo 26. annum attigit. Poſito igitur, minorem viginti annorum chirographum alicui dediſſe, ſed pecuniam non eſſe numeratam, tantum intra quinquennium ſuſpenditur hæc præſcriptio, quo finito, currere incipit. Id vero ad eccleſiam applicari nequit, quæ ſtatum nunquam mutat, ſed reſtitutio eccleſiæ intra quadriennium non denegatur. Adhuc nouo vtitur argumento BRVNNEM. *in iur. eccleſ. lib. II. c. 15. §. 27. Si verſio eſt probanda, vtique etiam numeratio, nam ſine numeratione verſio eſſe nequit.* Ad hoc regero: 1) non vbique *verſionem* eſſe probandam, quid enim ſi *eccleſia* per ſe contraxerit? hoc caſu vti poterit exceptione *non numeratæ pecuniæ*, ſed non *probandæ verſionis*. 2) Si hac exceptione vti poteſt, non neceſſe habet, exceptionem *non numeratæ pecuniæ* opponere, quo ipſo ſibi admodum præiudicaret. Nam in illa creditor probare debet *verſionem*, in hac ipſa eccleſia debitrix docere deberet, pecuniam non eſſe numeratam, cum contrarium ex chirographo adpareat, adeoque onus probandi in eam deuoluatur, per *l. 25. D. de prob. l. 13. C. de non num. pec. l. 2. C. ſi pign. conu. l. 1. C. de condict. ob turp. cauſ.* Dn. ZOLL. *de except. non num. pec. c. 5.* niſi forſan *cauſa debendi* in chirographo non eſſet expreſſa, quo caſu demum onus probandi in creditorem deuoluitur. *l. cit. 25. in f. l. 2. §. 3. de exc. dol. mal.* De hoc caſu accipi debent *l. 3. et l. 10. C. de non numer. pec.* quas Dd. alias generaliter ad quemcunque caſum, contra rationem iuris, applicant.

Argumentum ab exceptione verſionis deſumtum examinatur.

§. XLVI. Tribuunt porro (III) eccleſiæ *exceptionem particularis ſolutionis*, argumento a *libertate* deſumto, in cuius fauorem particularis ſolutio creditori inuito obtrudi poteſt. *l. 4. §. 6. de ſtat. liber.* BARBOSA *de iur. eccleſ. lib. II. c. 13. n. 54.* Sane ſi aliud deeſt argumentum, de veritate ſententiæ dubito, cum iam aliquoties adſtruxerim, argumenta a *libertate* aliisque fauorabilibus cauſis ſatis eſſe infirma, cum cauſæ priuilegiatæ haud admittant extenſionem. Non inuidendum eſt eccleſiæ hoc beneficium, nec tamen noſtrum eſt, noua beneficia vltra legum determinationem, quæ hic deficit, inducere. Facilius ſine dubio eccleſiæ ſuccurri poſſet, ſi principis reſcriptum id ipſum ſpecialiter eccleſiæ tribueret, id quod facile ab eo impetrabitur contra duriores creditores, iuri ſuo nimis rigoroſe contra amorem et pietatem inſiſtentes. Sine tali reſcripto iudicis inferioris non eſt, in ſententionando creditorem ad *particularem ſolutionem* acci-

An competat eccleſiæ beneficium particularis ſolutionis.

accipiendam adſtringere. Nec enim audiendus BARBOSA, quando *l. c.* ait, *quod eccleſia, qua contraxit debitum pro vtilitate et neceſſitate, videatur illud contraxiſſe pro libertate et redemtione animarum a manibus diaboli, quoad viuos, et a pœnis purgatorii, quoad mortuos*, quæ ratio ſane indigitat, vnice in fauorem clericorum tale debitum contractum præſumi, vtpote quorum fingitur eſſe, e manibus diaboli animas poſt mortem redimere.

§. XLVII. Contra *indebitum* ſolutum (IV) eccleſiis tribuunt *exceptionem non competentis actionis*, niſi ſoluens ex tali ſolutione ad paupertatem reduceretur. BARBOSA *l. c. n. 32.* MANZ. *in ſpec. iur. comm. voce: pia cauſa n. 13. p. 275.* Fundamenta huius ſententiæ deſumuntur 1) *ex auth. ſimiliter C. ad L. Falc.* vbi cauetur, ne *Falcidia* detrahatur in legatis ad pias cauſas; verum a ceſſante Falcidia, ad ceſſantem condictionem indebiti, eſt argumentum magis ſtolidum, quam ſolidum: 2) ex §. 7. *I. de oblig. quæ qs. ex contr. naſc.* vbi denegatur *condictio indebiti* in legatis ad pias cauſas; verum (α) e textu euidens eſt, non abſolute condictionem indebiti denegari, ſed tunc demum, ſi heres per *mendacium* negauerit, aliquid eccleſiæ eſſe relictum, idque in *pœnam mendacii*, extra quod non denegatur repetitio, etiam in legatis ad pias cauſas. (β) Non omne, quod in legatis ad pias cauſas leges *ſingulariter* conſtituere, ad *nomina eccleſiaſtica* trahendum, ne peccemus contra *l. 14. D. de LL.* 3) Forſan argumentum ſolidius deſumi poſſet ex *præſumta donatione*, quæ ex *pietatis reſpectu* naſcitur. *l. 32. §. 2. de condict. indeb.* Sed qui *ſoluit*, non habet animum *donandi*, qui in dubio non præſumitur. Nec talis *pietatis reſpectus* hic adeſt, qui in *cit. l.* ſupponitur, quæ ibidem σοργὴν *naturalem* denotat, vnde alioquin leges animum donandi inducunt. *l. 34. D. de neg. geſt.*

An contra eccleſiam ceſſet condictio indebiti?

§. XLVIII. Rectius ſine dubio (V) ei tribuitur beneficium *vſurarum leuiorum* ſeu *minutarum*, quando ære alieno admodum obruta eſt. Quodſi enim creditor debitum vrget, et ex *mobilibus* debitum ſolui nequit, res immobiles creditori dari poſſunt ſpecialiter pignori, *quarum fructus creditor ſibi reputet tam in ſortem quam vſuras, vsque ad quartam centeſimæ.* Ita diſpoſuit IVSTINIANVS *in auth. hoc ius porrectum C. de SS. eccleſ.* et in fauorem eccleſiæ ſingulariter vſuras ad quadrantes (tres pro cent.) reſtrinxit, vt eo facilius ex redituum perceptione debita eccleſiaſtica tolli poſſint. Pro ſubleuanda enim inopia debitorum, principi ius competit, non tantum vſuras *præteritas*, ſed etiam *futuras*, ex iuſta cauſa minuere, et acerbitatem creditorum ex humanitate temperare. MEVIVS *in*

Habet eccleſia debitrix beneficium vſurarum minorum.

Digitized by Google

in disc. leuam. inop. debit. c. 4. sect. 6. n. 6. R. I. de a. 1654. §. 173. seq. Multo magis ergo ecclesiis depauperatis succurrendum fuit, in quibus maior ratio, quam ceteris debitoribus, occurrit. Vnde et *cit. R. I. §. 174. in f.* ab ordinario vsurarum cursu excipiuntur causæ piæ, saluo tamen arbitrio iudicis, quod explicat et illustrat HAHN. *in pec. tr. ad cit. R. I. §. 170. seq. p. 463.*

Item beneficium dotis in solutum.

§. XLIX. Quod si creditor bona ecclesiastica, sub his conditionibus oblata, accipere nolit, distrahenda sunt, et emtore non reperto (VI) ecclesiæ datum est beneficium *dationis in solutum* in *cit. auth.* vbi ita: *Emtore non inuento, res æstimata districte creditori detur in solutum*, sine vlla scilicet noua interueniente solennitate, vtpote quæ iam antea, vbi ad distrahendum publice proposita erat, interuenerat. Verum beneficium hoc ecclesiæ haud est proprium. Aliis iam dudum debitoribus quoque idem communicatum est in *nou. 4. c. 3.* in simili casu, vt, si emtor rerum immobilium repertus non fuerit, secundum quantitatem debiti dentur in solutum, vt tamen creditori salua sit electio, quasnam res in solutum accipere mallt, quod confirmatum est in *R. I. de anno 1654. §. 172.* In hoc forsan posset ratio diuersitatis adferri, et quidem ex ratione rerum ecclesiasticarum, quæ liberæ dispositioni minime ita subsunt. Colligo id ipsum ex processu, quem *cit. auth. hoc ius porrectum*, præscribit iniungitque. Iubet 1) debitum solui ex *mobilibus*; id si fieri nequit, 2) res *immobiles* specialiter dandæ sunt pignori, vt fructus inde creditor percipiat, id vero non potest fieri sine causæ cognitione, huc vergente, vt inquiratur, an debitum vrgens adsit? an res sit alienanda? vel oppignoranda? quæ sit oppignoranda? de quo consistorium decernit. Si pignori rem talem accipere nolit, 3) *hastæ* subiicienda est, et denique 4) emtore non repertò, creditori *in solutum* danda. Sed adhuc euidentius creditoris restrictior potestas circa electionem rerum alienandarum exprimitur his verbis: *Sit tamen ea res mediocris, inter ceteras, inspecta ipsius quantitate et qualitate et onere.* In hoc ergo priuilegium habet ecclesia, quod res in solutum danda non permittatur electioni creditoris, vt in aliis debitis alias iuris est, BRVNNEMANN. *lib. II. iur. eccl. c. 15. §. 30.* quod expressius adhuc in *nou. 120. c. 6. §. 2. in f.* declaratur, his verbis: *Quod autem præbetur in hoc immobilis res, non per electionem creditoris detur, sed secundum æquitatem: aliud quidem fructiferarum, aliud vero possessionum sterilium eiusdem venerabilis domus.*

Item cessionis beneficium.

§. L. Denique (VII) tribuunt etiam ecclesiæ obæratæ beneficium *cessionis* et *competentiæ*, si ad concursum prouocare malit, id quod facere

Digitized by Google

facere poteſt. BRVNNEMANN. *de concurſ. cred. c. 1. §. 5.* ibique B. STRYK. *in not. voce eccleſia.* Quod *bonis cedere* poſſit, non adeo dubium habere videtur; quamuis enim contra ſqualorem carceris hoc beneficio non indigeat, *liberandæ tamen a moleſtiis creditorum*, vt ait B. STRYK. *l. c.* Imo hoc quoque conuenit iuſtitiæ, quam eccleſia imprimis ob oculos habere debet, ne alias, qui prærogatiuam quandam in ſolutione habent, ceſſione non facta, poſtponantur. Moto itaque concurſu, bona eccleſiaſtica haſtæ ſubiicienda ſunt, decreto interueniente, aliisque ſolennibus adhibitis, de quibus actum eſt ſupra ad *tit. X. de reb. eccleſ. non alien.* Primario inter cauſas *iuſtæ alienationis* retuli *æs alienum*, quæ eò magis *neceſſaria* eſt, ſi præterea concurſus motus fuerit, quamuis etiam in hac alienatione ſolennia non ſint negligenda, obſeruante B. STRYKIO ad BRVNNEM. *tr. de conc. cred. l. c.* In quem finem autem eccleſia, tanquam quædam vniuerſitas, indigeat *beneficio competentiæ*, non adeo liquet. Si dicis, *clericis* eſſe *neceſſaria vitæ alimenta* relinquenda, facile in ſuſpicionem deduci poſſumus, nos quoque *eccleſiam* conſtituere in *clericis*. Vnde res hoc modo temperari poteſt. Aut fundationes ſunt *deſtructæ*, v. c. monaſteria, aliaue ſodalitia, quo caſu non ſuperſunt, quibus de neceſſariis vitæ proſpiciendum eſt, ſed bona ſimpliciter creditoribus ſunt cedenda; aut vero eccleſiæ adhuc *ſaluæ* ſunt, et functiones eccleſiaſticæ neceſſariæ continuantur, quo caſu æquum piumque eſt, vt reditus neceſſarii relinquantur miniſtris eccleſiæ, ſi aliunde eis proſpici nequit, veluti ſi parochiani quoque depauperati ſunt. Nec enim ferendum eſt admittendumque, vt eccleſia prorſus deſtruatur, quo creditoribus ſatisfiat, id quod non tam ex beneficio *competentiæ* fieri credendum eſt, ſed potius ideo, ne eccleſia deſtruatur, reipublicæ maxime neceſſaria, cui priuata commoda cedere debent: niſi forſan eccleſia, die Gemeinde, alii commode vniri poſſit; tunc enim ceſſat omnis ratio, ob quam creditoribus ſatisfactio denegari debeat, etiam de iis bonis, quæ ad ſuſtentationem paſtorum deſtinata ſunt, de quo conſiſtorio arbitrium relinquendum. Nam inter *iuſtas* vnionis *cauſas* etiam referunt, ſi eccleſia *debitis et oneribus intolerabilibus* grauatur, propter quæ etiam beneficia ſupprimi queunt. TVRRICELLIVS *de vnion. benef. c. 8. n. 6.* B. SLEVOGT *de vnion. eccleſ. p. 26. ſq.* Ex quo patet, minime *beneficium competentiæ* hic allegari poſſe, ſed aliunde hanc rem æſtimandam eſſe.

An et in quem finem ei beneficium competentiæ indulgendum?

Digitized by Google

An valeat contra ecclesiam debitricem pactum de ingrediendo?

§. LI. Quemadmodum itaque *ecclesia debitrix* variis munita est priuilegiis, contra creditores, intuitu imprimis rerum ecclesiasticarum, quae sedula cura conseruandae sunt; ita pacta, quae creditores in bonorum grauamen adiicere solent chirographis, intuitu ecclesiae reprobant, quorsum referunt *pactum de ingrediendo, l. 3. C. de pign.* Hoc contra *ecclesiam debitricem* non valere aiunt, propter rerum ecclesiasticarum fauorem, ac tuitionem, quae Deo sunt consecratae, et ad ius sacerdotum vel Dei spectant. *c. 3. C. 12. q. 2.* MANZIVS *in spec. iur. com. voc. ecclesiae fauor. n. 71.* Ratio adducta magni momenti esse videtur, interim a superstitione haud est aliena. Proinde rem aliunde aestimamus. Omne *pactum de ingrediendo* regulariter praesupponit *hypothecam specialem* vel *generalem.* Generalis quidem in bona ecclesiastica constitui potest, sed non pignus, nec quod iuri pignoris simile est, quale reuera est *pactum de ingrediendo*, quippe quod tribuit facultatem, vt statim auctoritate iudicis possessionem adipisci queamus. Cum ergo ad alienationem, vel quod alienationi simile est, tendat, de iure aliter subsistere nequit, quam si praeuia causae cognitione et decreto magistratus hypotheca specialis cum hoc pacto creditori sit tributa, quo casu iuxta analogiam iuris demum effectum suum haberet.

An ecclesia heres, neglecto inuentario, teneatur vltra vires hereditarias.

§. LII. Denique ecclesiae, quatenus *heres* est, circa *nomina*, in hereditate reperta, iura singularia adsignant. Heres cum defuncto habetur pro vna eademque persona, et ad *omne aes alienum* tenetur, si vel maxime vires patrimonii transcenderit; si absque beneficio inventarii hereditatem adeat. *l. f. C. de iur. delib. N. 1. c. 2. §. f. l. de hered. qual. et diff.* LAVTERBACH. *de inuentar. hered. §. 23.* Ecclesiam *heredem* ab hac regula excipiunt, quam, etiamsi beneficio inuentarii vsa haud fuerit, vltra vires hereditatis, non teneri asserunt, TVSCH. *lit. H. concl. 58. n. 24.* ex hac forsan ratione, quod *milites* hoc iure singulari gaudeant iuxta *l. f. C. de iure deliber. in f.* quorum iura ecclesiae quoque communicata esse arbitrantur, secundum sententiam BARBOSAE *lib. II. iur. eccles. cap. 13. n. 3. seqq.* Hoc tamen argumentandi genus illicitum esse, saepius iam dixi; non est nostrum, priuilegia vltra tenorem iuris extendere, praesertim cum ne quidem priuilegium hoc, quod militibus *in cit. l. f.* tributum, omni contradictione vacet, ob *nou. 1. c. 4. in f.* vbi lex communis *de beneficio inuentarii* ad omnem personam, etiam *militarem* et *sacerdotalem*, est extensa. Interim tamen alia ratione iura ecclesiae salua et intacta praestari possunt. Nam 1) in ple-

Digitized by Google

plerisque locis inuentarii vicem ſubit *ſpecificatio iurata*, habetque effectum *inuentarii*, ſub qua eccleſia quoque poſſit eſſe tuta, vel ſi de praxi vniuerſali huius dogmatis dubitatur, non tamen 2) omiſſio beneficii præiudicat eccleſiæ, quæ ſi hereditas non ſoluendo reperiatur, facile impetrare poteſt reſtitutionem in integrum contra aditam hereditatem, quia ſic de læſione manifeſtiſſime conſtaret.

TITVLVS XVII.

DE EMTIONE ET VENDITIONE.

§. I.

Emtio venditio propius ſpectat ad contractus, qui *alienationem* involuunt, adeoque quæ *tit. XIII.* dicta, huc potiſſimum pertinent. Præterea *tit. antec.* dixi, etiam in diſtractione rerum eccleſiaſticarum ſolenniter facta non tranſire dominium, niſi pretium *in vtilitatem eccleſiæ* verſum ſit, idque ab eo, qui in eo ſe fundat, probetur, niſi longinquitate temporis ab onere probandi liberetur. KLOCK. *tom. I. conſ. 35. a. 62.* Hiſce addo, re eccleſiaſtica illicite vendita, poſſeſſorem ad reſtitutionem teneri, pretiumque repetere non poſſe, niſi 1) *in bona fide* fuerit, et 2) *in vtilitatem eccleſiæ* illud verſum probetur, prout in rebus minorum illicite venditis iuris eſt *l. 10. l. 14. l. 16. C. de præd. et al. reb. minor. ſine decret. non al.* RICHTER. *deciſ. 13. n. 12.* KLOCK. *vol. 2. conſ. 51. n. 32.* SIMONCELL. *de decret. in contr. minor. adhib. lib. 3. tit. 7. inſp. 1. n. 20.* Vt vero eo expeditius hæc probatio perfici poſſit, poſſeſſoribus ſuadendum eſt, vt mox litem venditoribus eorumque heredibus denuncient, vt veniant, probationem *verſionis* inſtruant, ſimulque doceant, in quem vſum pecunia verſa ſit. Sola enim confeſſio adminiſtratorum in inſtrumento facta haud ſufficit. B. STRYK. *in V. M. ad tit. de reb. cred. §. 73.*

Re eccleſiaſtica illicite vendita, ne quidem pretium repeti poteſt.

Limitatio.

§. II. Ceterum admodum incongruum foret, ſi naturam contractus huius, exemplo WIESTNERI, ENGELII aliorumque interpretum!, ad *hunc titulum* explicare inſtituerem, quæ doctrina non huius, ſed alterius fori eſt. Liceat ergo tantum percurrere ea, quæ *ius canonicum*

Natura huius contractus huc non pertinet.

Digitized by Google

vel ſpeciatim in materiis eccleſiaſticis propoſuit, vel alias ſingulariter obſeruauit. Ex *c. 3. et 6. X. h. t.* liquet, etiam doctrinam iuris ciuilis *de læſione vltra dimidium* in iure canonico fuiſſe approbatam, quamuis de *æquitate* eius dubitauerit B. THOMASIVS *diſſ. de æquit. cerebr. l. 2. C. de reſcind. vendit.* et dubia varia contra praxin mouerit. Id vnicum potiſſimum ex *c. 3. cit.* obſeruo, pontificem in ea opinatione fuiſſe, ſententiam, probata læſione, fuiſſe *alternatiue* ferendam. Contra hanc opinionem peccauerat decanus Rhemenſis, et *venditionem non tenere*, h. e. reſcindendam eſſe, pronunciauerat, quod tamen improbat pontifex. In *c. cit. 6.* itidem pontifex ſententiam *alternatiue* fert, idque ex hypotheſi iam adducta fieri debere credit. Quoniam vero pontifex hic non egit legislatorem, ſed ius iam conſtitutum applicat, merito inquirendum erit, vtrum menti *iuris ciuilis* hæc ſententia conformis ſit, nec ne? et annon hodie ſententia talis approbanda ſit, qua emtio reſcindenda eſſe pronunciatur?

In remedio l. 2. C. de reſcind. vend. ius canon. putat, alternatiue eſſe pronunciandum.

§. III. Pro huius quæſtionis deciſione præmitto, proprie non adeſſe *obligationem alternatiuam*, quando non alterutrum *æque principaliter*, ſed vnum idemque in obligatione duntaxat eſt, quamuis ex *peculiari legis beneficio* aliud loco eius præſtari poſſit. Quod ſponte ſoluere poſſum, ad id nullatenus teneor, qua de cauſa *actionem hypothecariam* contra tertium poſſeſſorem non eſſe alternatiuam, recte doctores cenſent, cum, quamuis debitum ſoluere poſſit, ad id tamen minime obligetur. Interim tamen MARCIANVS in *l. 16. §. 3. D. de pign. et hypoth.* ſimpliciter ait: *Si vero poſſideat, et aut pecuniam ſoluat, aut rem reſtituat, æque abſoluendus. Si vero neutrum horum faciat, condemnatio ſequetur*, ſcilicet ad tradendam hypothecam, non vero ad debitum ſoluendum, quod proprie non eſt in *obligatione*, adeoque ad id condemnari nequit. Perſpicue enim obſeruat ICtus in *l. 6. §. 1. D. de re iudic.* aiens: *Decem aut noxæ dedere condemnatus iudicati, in decem tenetur* (quia æſtimatio damni tantum in *obligatione* eſt, non noxæ deditio) *facultatem enim noxæ dedendæ ex lege accepit*, (adeoque ad eius *facultatem libertatemque*, quæ *obligationi* opponitur, tantum pertinet, qua ſe liberare poteſt a damni præſtatione ex ſingulari iuris beneficio.) Proinde etiam ſufficit, ſi vel *damni reparatio* tantum petitur. Si alterutrum expreſſe promiſſum, ſingula in obligatione per ſe venire dicuntur. In effectu ergo, pergit ICtus, in ſolis decem condemnatio continetur, *noxæ deditio in ſolutione eſt, quæ a lege* inſtar beneficii tantum *tribuitur*.

Ante omnia accurate obſeruandum, an proprie adſit alternatiua obligatio.

§. IV.

Digitized by Google

§. IV. In eundem ſenſum accipienda quoque eſt *l. 2. C. de reſcind. vendit.* cuius interpretem infelicem agit pontifex in *c. 3. X. h. t.* Aiunt Imperatores: *Rem maioris pretii, ſi tu, vel pater tuus, minoris diſtraxerit, humanum eſt, vt pretium te reſtituente emtoribus, fundum venundatum recipias autoritate iudicis intercedente.* Atque hoc ipſum tantum in obligatione ſeu debito emtoris eſſe videtur, qui non *alternatiue*, ſed *ſimpliciter* tantum obligatus eſt. Poteſt tamen, ex legis diſpoſitione, ſe ab hoc debito liberare, ſi, quod deeſt iuſto pretio, ſoluat, quod patet ex verbis ſequentibus: *vel, ſi emtor elegerit*, h. e. voluerit, *quod deeſt iuſto pretio, recipias.* Hoc itaque debitoris ſeu emtoris facultati relictum, vt, ſoluendo, quod deeſt iuſto pretio, ſe liberare queat, quia, hoc facto, omnis venditoris querela, fundamentumque actionis ceſſat, quod in læſione vltra dimidium conſiſtit. Clarius idem euincitur ex *l. 8. C. eod.* vbi imperatores præmittunt, *ad reſcindendam venditionem* non ſufficere, ſi actor alleget, quod paulo minore pretio fundum vendiderit; additur tamen limitatio: *niſi minus dimidia iuſti pretii, quod fuerat tempore venditionis, datum eſſet*, quæ exceptio docet, eo caſu recte agi poſſe ad reſcindendam venditionem, *electione tamen emtori præſtita ſeruanda*, quæ non obligationem alternatiuam inducit, ſed tantum, prout dictum, innuit, reum ſe *poſſe* liberare a neceſſitate rem reſtituendi, ſi, quod deeſt iuſto pretio, ſupplere malit. Vtrumque autem non eſſe in obligatione, vel inde liquet, quod actor vnice ſe fundet in *læſione enormi*, adeoque, per indirectum, defectum conſenſus, h. e. exceptionem erroris, præcipitantiæ, et minus deliberati animi alleget, quæ ad contractum reſcindendum ſufficiens eſt, maxime qui bonæ fidei dicitur. Dn. COCCEII *diſſ. de elect. rei comment. ex enorm. læſ. ſect. 1. §. 6.* GVTIEREZ *lib. 2. pract. quæſt. 136.* Deinde quando inquiritur, *quo remedio* læſi vti debeant? euidens eſt, *ordinario* deficere, neque ex contractu agi poſſe, cum ex contractu nullum actori competat ius ad reſcindendum contractum, ſed potius imperatores reſpexerunt *ad extraordinarium reſtitutionis in integrum*, quod primario in *læſione*, concurrente *æquitate*, ſe fundat. Vtrumque hic adeſt: legislatores enim *enormem læſionem* ſupponunt, quæ primario in *reſtitutione maiorum* occurrit; deinde deciſionem ſuam fundant in æquitate, dum aiunt, *humanum* eſſe, vt actori, reſciſſionem vrgenti, ſuccurratur; in reſtitutione autem non adeſt alternatiua obligatio. Ceterum ſi emtor ſupplet, quod deeſt iuſto pretio, *læſio* et *æquitas* ceſſat, et ita quoque reſtitutio in integrum actori amplius indulgeri nequit.

In caſu læſionis proprie non eſt alternatiua obligatio.

Sed redditio rei emtæ eſt in obligatione,

et ſolutio eius, quod deeſt iuſto pretio, in facultate emtoris.

Digitized by Google

B. STRYK. *in vſ. mod. ad tit. de reſt. in integr.* §. 2. PINELLVS *ad d. l. 2. cap. 1. n. 26.*

Hinc (1) libellus alternatiue formandus non eſt.

§. V. Neque hæc obſeruatio otioſa eſt, ſed ſuos habet inſignes effectus. Nam (1) inde fluit, libellum *non alternatiue* eſſe formandum, ſed *ad reſcindendum contractum* dirigendum, pro natura remedii, quod intentatur: quod ſi tantum *ad ſupplementum iuſti pretii* ageretur, vitioſus foret libellus, quippe quod non eſt in *obligatione*, licet ſit in *facultate* debitoris. Quid ſi tamen alternatiue petitum ſit, daß der geſchloſſene Kauff zu reſcindiren, oder Beklagter den rechten Werth des Kauff-pretii ergänzen müſſe, an libellus reiiciendus eſt? Ego id nullo modo exiſtimo. Nam 1) recta ratio dictitat, petitum libelli ita eſſe intelligendum, prout ratio iuris id poſtulat, adeoque petitum hoc non alternatiue, ſed hoc modo intelligendum, vt emtio reſcindatur, *niſi reus defectum iuſti pretii ſponte ſupplere malit.* Hanc interpretationem ſuggerit æquitas, licet *ſtricto iure* diuerſum videatur. 2) Tacite hoc petito alternatiuo expreſſum intelligitur, quod in facultate rei poſitum eſt; neque verba tam amare et, prout iacent, intelligenda, ſed eo, quo debebant proferri, ſenſu accipienda. 3) Accedit, quod plures alternatiuam obligationem hic ſubeſſe credant, exiſtimantes, de neceſſitate libellum alternatiue eſſe concipiendum, quod defendit LAVTERBACH. *ad tit. de reſc. vend.* §. 47. cum decretalium interpretibus, adeoque actor excuſandus videtur, qui tantorum ICtorum auctoritate ductus libellum *alternatiue* formauit, præſertim cum 4) in eiusmodi dubiis iuris articulis pro aptitudine libelli pronunciandum ſit.

Licet nec tanquam ineptus reiiciendus ſit.

(2) Condemnatio ſimpliciter ad reſtitutionem rei eintæ dirigenda.

§. VI. Præterea (II) inde fluit, iudicem, probata læſione, *reum condemnare* debere *ad rem reſtituendam*: quod enim principaliter in lite eſt, ad id ſententia dirigenda, iam vero principaliter in hac actione id quæritur: *vtrum læſus contra emtionem reſtitui debeat?* quamuis iudex euentualiter adiicere poſſet, es wolte denn Beklagter den Mangel des rechten Werths des Kauff-pretii erſetzen, ſo iſt er alsdann bey dem geſchloſſenen Kauff zu ſchützen. Hic vero ALEXANDER III. papa in alia omnia iuit *in c. 3. X. h. t.* errore communi antiquorum interpretum deceptus. Agebant canonici contra abbatem quendam, proponentes, quod in venditione ſyluæ cuiusdam vltra dimidium læſi eſſent. Dederat pontifex delegatos iudices, qui, probata læſione, pronunciarant, *venditionem non tenere;* appellatione ad ſedem apoſtolicam facta et ſuſcepta, pontifex, *habita cum fratribus et aliis ſapientibus, qui legibus iurati iudicant, deliberatione, allegabat, eandem ſententiam iuri contrariam ſe intellexiſſe.*

Notatur diſpoſitio iuris canonici.

lexiſſe. Quia vero, pergit, *in arbitrio emtoris eſt, ſi velit ſupplere iuſtum pretium, aut venditionem reſcindere, cum res minus dimidia iuſti pretii comparantur, ſententiam ipſam, tanquam iuri contrariam, irritantes, poſſeſſionem monachis iudicauimus eſſe reddendam.* Videtur pontifici, ex leguleiorum ſuggeſtione, ſententia optime lata, iuri contraria fuiſſe, ideo, quod *ſimpliciter* ad reſcindendum contractum directa, cum potius *alternatiue* ferenda fuiſſet. Non ergo mirandum, quod canoniſtæ ad vnum omnes, quos BARBOSA, GONZALEZ, GRANNANIETO aliique ad *h. t.* conglomerant, aſſerant, libellum *alternatiue* eſſe concipiendum, et ſententiam quoque *alternatiue* ferendam, præſertim cum INNOCENTIVS III. pontifex *in c. 6. X. eod.* idem confirmaſſe videatur, ſententiam ferendo alternatiuam: *vt præfati ciues, aut recepto pretio poſſeſſiones reſtituerent memoratas, aut ſupplerent, quantum conſtaret, legitimæ venditionis tempore, iuſto pretio defuiſſe.* Inſignis itaque hic difficultas naſcitur, annon in praxi *ius canonicum* ſequendum ſit, quippe quod in decidendo vbique magnam auctoritatem accepit, maxime ſi ſententia iuris ciuilis dubia, iuris canonici vero certa ſit? Ego vero, quamuis ſciam, in praxi multum auctoritatis iuri canonico tribuendum eſſe, non tamen adeo ſuperſtitioſus ſum, vt vbique eius auctoritati ſtandum eſſe crediderim. Diſtinguo potius, vtrum ius canonicum ex ratione prætenſæ pietatis vel æquitatis *conſulto* a iure ciuili receſſerit, an vero eius deciſa ſequi intenderit, ſed *ex errore* falſam deciſionem formauerit? Priori caſu ius canonicum præferri ſolet in praxi ex rationibus, quas adduxi *ad tit. II. lib. I. de conſtit. §. 74.* qualis caſus tamen hic non adeſt. Poſteriori vero admodum dubito, vtrum erroneæ interpretationes iuris canonici ſequendæ ſint, quia pontifex noluit ius ciuile corrigere, ſed tantum ad caſus propoſitos applicare, quamuis in applicatione deceptus fuerit. Similes errores paſſim occurrunt, inter quos quoque valde notabilis eſt caſus in *c. 5. X. de teſtament.* quo pontifex reprobat *legatum rei alienæ*, ſed ius ciuile non intellexit, et erronee interpretatus eſt. Neque obſtat, quod eadem auctoritas iuri canonico tribuenda ſit in *interpretatione* iuris ciuilis, quam obtinet in *correctione*. Nam (1) quod correctiones in praxi magnam obtinuerint auctoritatem præ iure ciuili, peculiares habet rationes: (2) quando pontifex in decretalibus ad ius ciuile prouocat, illudque erronee applicat, non *interpretem*, ſed *iudicem* agere voluit, adeoque intentio eiusdem videtur fuiſſe, non leges authentice interpretandi; quin potius *bona fide* credidit, ſe ſenſum iuris ciuilis *in applicatione* aſſecutum fuiſſe, quamuis bona fide deceptus fuerit. Denique (3) ius canonicum in praxi proteſtan-

Cuius tamen auctoritas hoc caſu in praxi poſthabenda iuri ciuili.

ſtantium cum grano ſalis accipiendum, nec abſolute et vbique ei inhærendum eſt.

(1) Re apud emtorem perempta, venditori læſo non competit querela l. 2. C.

§. VII. Tandem (III) inde fluit (quod potiſſimum obſeruat Dn. COCCEIVS *d. diſſ. ſect. 2. §. 5. ſeqq.*) quod, *re peremta apud emtorem, venditor læſus amplius agere* nequeat, cum reſtitutioni nullus poſſit eſſe locus. Si *alternatiua* adeſſet obligatio, ſi pretii ſupplementum eſſet in obligatione, hoc peti poſſet, cum, alterutro ex alternatiuis peremto, id, quod ſupereſt, debeatur ſimpliciter, quod tamen hic dici nequit. Poſſem adhuc plures addere effectus, tum ratione fori, tum ratione emtoris læſi, cui SCHIFFORDEGHERVS *ad Anton. Fabrum lib. 3. tit. 13. qu. 5.* remedium hoc denegat, quod tamen minime ei denegandum eſt, ex rationibus adductis; verum reiicienda hæc ſunt ad *iuris ciuilis* illuſtrationem.

An res ab adminiſtratore eccleſiæ nomine proprio, ſed pecunia eccleſiaſtica comparata, ſit eccleſiæ?

§. VIII. Porro ſingulariter de rebus, ab adminiſtratoribus bonorum eccleſiaſticorum *proprio nomine* comparatis, pretio tamen ex pecunia eccleſiaſtico ſoluto, obſeruant, *dominium* eo caſu acquiri eccleſiæ, vt pretium in locum rei ſuccedat. BRVNNEMANN. *lib. II. iur. eccl. c. 15. §. 1.* Eſt hæc aſſertio contra regulam iuris, qua, pretium in locum rei non tranſire, traditur, adeoque *exceptionem* continet, quæ omnino liquido ex iure probanda eſt. Duo omnino argumenta ſunt, quæ pro hac ſententia adferuntur. Primum petitur ex *c. 4. C. 12. q. 5.* vbi *concilium Hiſpalenſe* de epiſcopo diſponit, ſtatuitque, *quod, poſtquam epiſcopus factus eſt, quascunque res de facultatibus eccleſiæ, aut ſuo aut alterius nomine comparauerit, illæ non in propinquorum ſuorum, ſed in eccleſiæ, cui præeſt, iura deueniant.* Erant olim epiſcopi bonorum eccleſiaſticorum *legitimi adminiſtratores*, adeoque ab his recte argumentum trahi poſſe credunt. Verum longe diuerſa deciſio hic traditur, quam quæ hic deſideratur. Id potiſſimum eo tempore in quæſtione erat, an res ex reditibus eccleſiæ, quos *iure ſuo* percipiebat, comparatæ ab inteſtato deuoluantur ad heredes, an vero ad eccleſiam? Infra *tit. XXV. ſeqq.* demonſtrabo, olim *patrimonialia* clericorum bona ab his, quæ ex reditibus eccleſiæ, quos *vi officii*, et ſic *ex debito* percipiebant, ſuosque faciebant ad effectum *conſumendi*, comparata erant, diſtincta, illaque proximis conſanguineis, hæc vero eccleſiæ delata fuiſſe. Id confirmat *concilium Hiſpalenſe*, adeoque de illa pecunia eccleſiaſtica, quæ illicite ab adminiſtratoribus hodiernis in comparationem prædiorum *proprio nomine* impenditur, minime loquitur, nec ſententiam confirmat, pecunia eccleſiaſtica comparatum eſſe in dominio eccleſiæ. Alterum argumentum trahitur ex *l. 2. C. quand.*

ex

Digitized by Google

ex fact. tut. et l. 8. C. de R. V. in quibus *pupillis* hoc *priuilegium* datum, quibus eccleſiam comparandam eſſe cenſent. *Clem. 2. de relig. domib.* Verum quid de hoc argumento dicendum ſit, colligi poteſt ex iis, quæ *ad tit. præc.* §. *XXV.* iam fuſius dicta ſunt. Aequum omnino eſſe credo, vt in fauorem eccleſiæ talis lex ſtatuatur; eam vero iam ſtatutam eſſe, nullibi inuenio, et contra *regulas bonæ interpretationis* eſſe credo, priuilegia ad alios caſus extendere.

§. IX. Circa *venditiones laicorum* etiam iudici eccleſiaſtico attribuunt iurisdictionem in caſu *c. 1. X. h. t.* quo ita cautum eſt: *Placuit, vt presbyteri plebes ſuas admoneant, et vt ipſi hoſpitales ſint, et non cariùs vendant tranſeuntibus, quam mercato vendere poſſunt.* Hactenus bene. Congruit officio boni paſtoris, vt laici ab omni *inhumanitate*, maxime erga *peregrinos*, per *admonitiones* congruas deterreantur, vltra quas officium eorum ſe non extendit. In hoc vero non ſubſtitere patres *concilii Valent.* ſed addunt: *Alioquin ad presbyterum tranſeuntes hoc referant, vt illius iuſſu cum humanitate ſibi vendant.* Iam olim in *l. 1. C. de epiſc. aud.* hoc muneris datum eſt ab imperatoribus epiſcopis, vt videant, ne quis modum mercandi excedat. Tolerari hoc poteſt, ſi aſſeramus, epiſcopis ceterisque clericis ex *delegatione principis* hoc datum fuiſſe, vt ab omni *iniquo quæſtu* auertant laicos. Sed in hoc non ſubſtitit *audientia epiſcopalis*, quæ in *iurisdictionem* eſt conuerſa, et quod *piæ admonitionis* opus eſſe debebat, in *coactionem* conuerſum, qua de cauſa epiſcopi in *cit. c. 1.* ſingulis presbyteris hoc ius delegarunt, vt *vice ſua* hac in re iurisdictionem exercerent. Conf. COVARRVV. *lib. III. var. reſol. c. 14. n. 5.* Eſt hæc res *iudicis ſecularis*, qui de contractibus cognoſcit, et læſo ſuccurrit, non *epiſcoporum*, quemadmodum etiam *in Gallia* iis nulla iurisdictio circa huiusmodi negotia competit, teſte BOERIO *deciſ. 69. n. 21.* Imo *inhumanitas* magis eſt *vitium morale*, quam *iniuſtitiæ* ſpecies, quæ non ſemper legibus humanis coerceri et in republica tolli poteſt. Multo minus ergo inter proteſtantes vlla paſtoribus iurisdictio in hanc inhumanitatem attribui poteſt, vtut BRVNNEM. *in iur. eccleſ. cit. l. §. 2.* etiam diſpoſitionem iuris canonici tacite approbaſſe videatur.

Clericis iurisdictio quædam aſſignatur circa venditionem laicorum.

§. X. Notum porro eſt, quod de *euictione* agere nequeat, qui litem auctori ſuo debito modo haud denunciauit, quod etiam repetit pontifex in *c. vlt. X. h. t.* Conf. B. STRYK. *in V. M. ad tit. de euict. §. 16.* Atque hæc *litis denunciatio* adeo neceſſaria eſt, vt, quantumuis auctor ſci-

In caſu euictionis etiam eccleſia tenetur ad litis denunciationem.

Digitized by Google

ſciuerit litem motam eſſe, omitti nequeat, cum non *nudæ ſcientiæ* gratia, ſed in hunc fieri debeat finem, vt *præparatus* auctor veniat, et poſſeſſorem defendat. COVARRVV. *lib. III. var. reſol. c. 17. n. 3.* B. STRYK. *cit. l.* Exceptionem COVARRVVIAS *cit. l. n. 4.* et cum eo ERVNNEMANNVS *cit. l. §. 4.* et GONZALEZ *ad c. f. X. h. t. n. 14.* conſtituunt in *eccleſia*, cui regreſſum aduerſus auctorem concedunt, licet *denunciationem litis* omiſerit, modo auctor ſciuerit, litem eccleſiæ motam fuiſſe, et eam ſuo indigere auxilio. Argumentum deſumunt *a minore*, qui absque *interpellatione* debitorem conſtituit in mora: *l. 3. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit.* ergo idem quoque de *eccleſia* dicendum exiſtimant, quod *hæc* et *minor* in iure æquiparentur. Equidem argumentum hoc admodum lubricum eſſe, iam *tit. XVI.* obſeruaui, cum, quæ in vno vel altero conueniant, non ſtatim *prorſus* et *vbique* eadem iura habeant; interim aliunde forſan hæc ſententia, ſcilicet ex *l. 46. §. 4. C. de epiſc. et cler.* ibi: *ſed ipſo iure intellecta*, confirmari poſſet, prout *tit. XVI. §. XXIX.* dixi, ſi ad præſentis quæſtionis deciſionem aliquid conferret. Id videlicet in quæſtione eſt, vtrum litis denunciatio in hunc vnice finem fiat, vt auctor *in mora* conſtituatur? quod ipſe COVARRVVIAS *cit. l. n. 3.* admittere non videtur. Ideo quippe neceſſaria eſt, non vt auctor ſciat, litem poſſeſſori eſſe motam; ſed vt veniat, aſſiſtatue reo conuento, adeoque neceſſario de ratione motæ litis informandus eſt, vt *præparatus*, vt *inſtructus* comparere poſſit. Si non comparet, propterea proprie non eſt in mora, ſed ſibi potius præiudicat, quod, cum potuiſſet, reo conuento haud adſtiterit, nec vllam poſtea, vbi ratione *euictionis* conuenitur, allegare poteſt exceptionem. Lex quidem interpellat *ipſo iure* debitores *minorum* et *eccleſiæ* ad ſoluendum, alioquin eos in *mora* conſtituit, ſed talis *interpellatio ficta* ab hac ſpecie, de qua hic agitur, aliena eſt. Non hic *interpellatio* eine Mahnung, ſed *litis denunciatio* deſideratur, quæ duo admodum diuerſa ſunt. *Illa* fit, ad conſtituendum debitorem in *mora*, ad interrumpendam præſcriptionem, etc. *hæc* vero ad informandum auctorem de *ſtatu litis*, et ad monendum, vt ſui proprii emolumenti gratia veniat, et reo conuento aſſiſtat. Proinde *citatio*, quæ ad hanc litis denunciationem fit, magis eſt *monitoria*, quam *arctatoria*, ad quam ſi citatus non comparuerit, ipſius contumacia, quæ deficit, non accuſatur, ſed pronunciatur: weil Sempronio gebührend lis denuncirt worden, ſo hat es dabey ſein Bewenden. RIVINVS *in enunc. iur. ad proc. Sax. tit. 14. enunc. 14.* Ex quo concludo, quod, cum nullibi

eccleſiæ

ecclesiæ remissa sit necessitas litem denunciandi, nec ex eo, quod *ipso iure* debitorem in mora constituat, hæc remissio fluat, quin potius pontifex quoque in *c. f. X. h. t.* necessitatem, litem denunciandi; *generatim* desideret, ecclesiam sine ea non posse habere regressum aduersus auctorem suum. Per indirectum tamen ad hunc admitti potest, si contra omissam litis denunciationem petat restitutionem in integrum, cum alioquin admodum læderetur, si regressus ei denegaretur, quæ tamen intra *quadriennium* peti debet, cum, si *directo* regressus ipsi pateat, intra 30. annos ad euictionem agere queat.

Potest tamen restitui contra omissam denunciationem.

§. XI. Nouam addit singularis iuris speciem BRVNNEM. *lib. II. iur. eccl. c. 15. n. 5.* quod in rebus ecclesiæ a principe alienatis emtor non *statim* sit *securus*, quamuis alias, qui a fisco aliquid emit, statim securus sit. *l. 2. C. de quadr. præscr. §. vlt. I. de vsuc.* Rationem petit ex *c. 8. C. 16. q. 3.* vbi generatim prohibitum est, sub pœna *sacrilegii*, ne quæcunque persona secularis *per potestatem* res ecclesiæ a potestate præsulum subtrahat, quod ad ea potissimum tempora pertinet, quo bona ecclesiastica passim laicis concedebantur vel *iure feudi*, vel *commendæ*, vel alio titulo. Verum id ipsum non est in quæstione, maxime inter protestantes. Quæstio potissimum hodie formanda est de *bonis* a principe *secularisatis*, et in fiscum redactis, quorum sine dubio eadem est ratio, ac quidem ceterarum rerum fiscalium, adeoque, qui ea a fisco emit, postquam *fiscalia* facta sunt, statim securus esse debet. Nec de eo amplius inquirendum, vtrum recte ad seculares vsus tracta, sed sufficit, quod secularisata sint, in quo licet princeps peccet contra leges *pietatis*, non tamen id, quod egit, propterea nullum aut inualidum est.

Securus statim est, qui a principe rem eccles. secularisatam emit.

§. XII. Denique in *c. 9. C. 14. qu. 4. mercimonii* quoddam genus reprobatur, de cuius praxi videndum est. Ita vero in *cit. tx.* decernitur: *Quicunque tempore messis vel vindemiæ non necessitate, sed propter cupiditatem comparat annonam vel vinum, verbi gratia, de duobus denariis comparat modium vnum, et seruat, vsque dum vendatur denariis quatuor, aut sex, aut amplius, hoc turpe lucrum dicimus.* IVLIO hoc decretum GRATIANVS adscribit, quod tamen in *capitul. regum Francor. de anno 805.* apud STEPHANVM BALVZIVM *tom. I. capitul. p. 455. et 724.* occurrit, ibique additur hæc limitatio: *Si autem propter necessitatem comparat, vt sibi habeat et aliis tribuat, negotium* (h. e. mercaturam) *dicimus.* Equidem si *annonæ defraudandæ* gratia talis coemtio fructuum et vini instituitur, in crimen *L. Iuliæ de annona* incidit, et legibus quoque im-

An iure canon. liceat vilius emere, vt carius vendatur.

Digitized by Google

perii publicis coercetur, de quo si textus accipiendus est, (id quod admodum probabile est, et verba vltima declarant) res salua est, et merito dispositio eius in praxi obseruanda. Verum interpretes hunc sensum huic textui haud tribuere videntur. Fatentur, reprobari hic contractum, quo quis vilius emit, vt postea rem emtam carius diuendat, COLERVS *de aliment. lib. I. c. 17. n. 32.* HARPRECHT. *vol. non. conf. II. n. 178.* quod tamen, si *monopolium* cessat, si *defraudatio annonæ* haud concurrit, non est turpe, nec iure reprobatum. Imo nec reprobari potest, cum alioquin omnes *negotiationes* eliminandæ forent. Interim GRATIANVM, cuius intentionem interpretes subodorarunt, ea de causa textum hunc retulisse, vt qualecunque *lucrum*, quod in *negotiatione* intenditur, reprobet, res ipsa docet. Agit in *cit qu. 4.* de *vsuris prohibitis*, quibus etiam annumeratur *studium emendi vilius et vendendi carius*, *c. 3. C. 14. q. 4.* in quo speciem *vsuræ* seu *turpis lucri* quæ-

Iudicium patrum iniquum de negotiationibus.

siuerunt, vt ex *c. 4. ibid.* liquet. Notum est, patres de *mercatura* et *negotiatione* admodum siniſtre iudicasse. CHRYSOSTOMVS in *c. 11. D. 88.* eam prorsus damnare videtur, aiens: *Eiiciens Dominus vendentes et ementes de templo, significauit, quia homo mercator vix aut nunquam potest Deo placere. Et ideo nullus christianus debet esse mercator, aut, si voluerit esse, proiiciatur de ecclesia DEI*, quod variis modis illustrat, sed, meo iudicio, sine iudicio philosophatur. Christus vendentes et ementes *de templo* eiecit, quod *locus* ad mercaturam haud destinatus, non quod mercatura in *ecclesia*, h. e. *inter christianos* esset improbanda. Potest quis in re alias licita peccare, si *loco incongruo* illam suscipit. Et quid absurdius est, quam *templum* cum *ecclesia*, h. e. cum christianis in genere, in statu ciuili viuentibus, comparare? Peperit eiusmodi interpretatio mystica varia mala inter homines, vt fere clericorum suggestionibus plerique rectam rationem eiurare coacti fuerint. Lenius paulo philosophatur AVGVSTINVS in *c. 12. D. 88.* et vnice negotiationem propter *mendacium* et *periurium* damnat, quod tamen *mercaturæ per se* non inest, sed ex *hominum malitia* non tantum huic, sed aliis quibuscunque contractibus accedere potest, qui tamen propterea eliminari e republica non possunt. *Omnia ista hominum, non rerum sunt peccata*, vt recte ait AVGVSTINVS *cit. l.* adeoque misere ratiocinantur, qui negotium damnant, cui ex hominum malitia vitium accedit. Tollenda essent iudicia, respublicæ, imperia, etc. si tales philosophi essent audiendi.

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS XVIII.

DE

LOCATO ET CONDVCTO.

§. I.

EQuidem *locatio prædiorum* haud eſt *alienationis* ſpecies, ſed facile in eam degenerare poteſt, ſi ad *diuturnius tempus* vel in *perpetuum* facta fuit, cum, ſi de *locatione* ex documentis non ſatis liqueat, in *dubio* magis *emphyteuſis*, quam *locatio* præſumatur. Hac de cauſa prohibitum eſt in *c. 9. X. de reb. eccleſ. alien.* ne prædia eccleſiaſtica in perpetuum aliis locentur, quorſum etiam collineare videtur *c. 5. X. eod.* vbi pro: *conditionem*, ſine dubio: *conductionem*, ſcilicet *ad longum tempus*, legi debet. Imo in *extrau. ambitioſæ eod. tit.* prohibita eſt omnis locatio, quæ *vltra triennium* fit, quod plenius explicat PACIONVS *de locat. c. XIV.* §. 2. Interim hoc ipſum inter ipſos *catholicos* nequidem tam rigoroſe obſeruari, teſtantur CAMILLVS BORELLVS *lib. I. tit. 15.* WIESTNERVS *ad h. t. n.* 7. GONZALEZIVS *ad cit. tx. n. 2.* præſertim cum, quæ in feudum olim conceſſa, etiam rurſus in feudum concedere permiſſum ſit, quod adhuc magis eſt, et reditus plerique canonicorum in *penſionibus prædiorum* conſiſtant, adeoque eorum interſit, vt bona elocentur. In eccleſiis *proteſtantium* prædiorum eccleſiaſticorum locatio itidem quandoque reſtricta eſt ad pauciores annos per *ordinationes eccleſiaſticas*, et quidem in *Celleníi c. 13.* ad quinquennium; in *Guelpherbytana P. I. c. 20.* §. 5. ad ſexennium, alibi ad *nouem annos*, alibi aliter.

Prohibetur locatio prædiorum perpetua, vel ad longum tempus.

§. II. Saluberrimo hoc conſilio, præſertim in eccleſiis parochialibus, conſtitutum eſſe, res ipſa loquitur. Quamuis enim nec locatio *ad longum tempus*, nec *in perpetuum* dominium transferat, nec emphyteuſin per ſe conſtituat, vt recte cenſet GONZALEZ *ad c. 9. de reb. eccleſ. alien.* facile tamen degenerare in ſpeciem *alienationis* poteſt, ſi de *initio contractus* et conceſſionis ex antiquis documentis non adeo conſtet. Si dubia inſtrumenti verba ſunt, ſi vniformis penſio per diuturnum tempus ſoluta eſt, in dubio magis *præſumitur* emphyteuſis, quam locatio, non vero hæc *conſtituitur*, ſi verba contractus ſatis clara ſunt. Confundunt hæc duo diſſentientes, qui ex locatione ad diuturnum tempus *ius in re* transferri ſtatuunt, cum tamen in *dubia conceſſione* tantum pro *translatione*

Ne per indirectum bona alienentur.

Quia in conceſſione ad longum tempus dubia potius præſumitur emphyteuſis.

Digitized by Google

tione iuris in re præſumtio ſit. Declarabo hanc ſententiam exemplo congruo; in quo *facult. noſtra iurid.* menſ. Iun. 1704. ita ſtatuendum eſſe iudicauit:

Wann gleich dem äuſſerlichen Anſehen nach eine mera locatio unter denen von unterſchiedlichen Aebten verliehenen conceſſionibus verborgen zu ſeyn ſcheinet, weil 1) in denſelben Meldung geſchehen, daß die Huißburgiſche Güter um einen jährlichen Zins an das Kloſter zu Badersleben ausgethan worden, wodurch das iezt-gedachte Nonnen-Kloſter kein ius in re erhalten können; und ob gleich 2) dieſes ad tempus indefinitum anfänglich, nachgehends aber ad certum tempus geſchehen, ſo kan doch ſolches naturam locationis conductionis nicht alteriren, cum etiam locatio ad longius tempus fieri poſſit, vt maneat locatio.

l. 1. §. 3. D. de ſuperficieb.

Non enim temporis adiunctione, ſed propria conuentionis forma contractus diſcerni ſolet,

l. 44. de obl. et act.
l. 8. pr. mandat.

et ita locatio, quæ fit in perpetuum, in alium contractum non tranſit, præſertim cum vel in breue, vel in longiſſimum tempus locantis ea ſit mens et intentio, non vt dominium a ſe abſcedat, ſed vt alter rei commoditates et fructus habeat;

FRANZK. *exer. II. qu. 5. n. 11.*
IDEM *ad D. tit. locat. n. 36. et 37.*
et *in tract. de laudem. c. 33. n. 18.*

zu geſchweigen, daß 3) in dubio ehender eine mera locatio zu præſumiren, quam aliud ius, quod ſimul dominii alicuius translationem continet, vt emphyteuticum, cenſiticum etc. Cum ſemper præſumtio ſit pro libertate prædiorum, quo intuitu etiam magis cenſitica, quam emphyteutica præſumuntur;

CARPZOV. *P. II. C. 39. def. 8.*
KLOCK. *vol. I. conſ. 47. n. 1.*

welches auch daraus 4) um deſto mehr zu erhellen ſcheinet, indem dem Kloſter zu Badersleben nichts mehr in ſolchen conceſſionibus gegeben, als was Conductores prætendiren können, ſolches auch verſprechen müſſen, ſich keiner diſpoſition über ſolche Güter anzumaſſen, oder dieſelbe auf einigerley Art zu verderben, ſondern mit denſelben als fremden Gütern umzugehen; dannenhero auch 5) die Aebte Hermannus und Hen-

Digitized by Google

Henricus, die vorhin geſchehenen conceſſiones definitas auf gewiſſe Jahre determiniret, und nach deren Verflieſſung das Nonnen-Kloſter zu Badersleben iederzeit eine neue conceſſion auf weitere Jahre geſuchet, welches denn ad meram locationem conductionem zu incliniren ſcheinet.

Dieweil aber dennoch 1) die natura locationis conductionis am meiſten daraus erkant wird, quod merces proportionata pro vſu rerum præſtari debeat;

STRVV. *ex.* 24. §. 6.

adeo, vt etiam, ſi quis læſus ſit in conſtituta mercede vltra dimidium, ex *l.* 2. C. *de reſcind. vendit.* remedium habeat.

CARPZOV. *P. II. C.* 24. *def.* 7.

PAVL. DE MONTE PICHO *conſ.* 6. *n.* 28.

ein ſolches aber in denen von den Huißburgiſchen Aebten geſchehenen conceſſionibus nicht zu befinden, indem ein gar geringer und gnädiger Zins dem Nonnen-Kloſter zu Badersleben auferleget worden, als in der erſten conceſſion des abbatis Dietrici, 16. Schilling, in der andern des Abts Iohannis, welcher noch mehr Güter hinzugethan, 8. Rheiniſche Gulden; wie denn in den folgenden conceſſionibus,, in welchen dem Kloſter noch ferner neue Güter verliehen worden, der Zins gar leidentlich iſt vermehret worden, welcher im geringſten keine proportion mit denen aus ſolchen Gütern genieſſenden Früchten haben kan; dahero denn keine locatio mera daraus præſumiret werden mag, penſio enim in pretio minimo conſiſtens, maxime recedit a natura locationis conductionis, et aliud genus contractus inducit;

FRANZK. *ad tit. ſi ager vectigal. pet. n.* 4.

welches auch deutlich 2) daraus abzunehmen, weil in der conceſſione abbatis Iohannis de anno 1493. expreſſe enthalten, daß ſolche Güter an das Nonnen-Kloſter zu Badersleben Meyers-Weiſe ausgethan, auch ſolches der folgende Abt Hermannus an. 1512. wieder renouiret, und die vorigen Güter nebſt noch andern neuen gleichfalls Meyers-Weiſe verliehen, und ob gleich ſolches in den folgenden conceſſionen ausgelaſſen, ſo beziehen ſich doch dieſelbe auf die erſten, und iſt alſo die præſumtion, daß, auf was Art die erſten Güter verliehen und ausgethan worden, auf ſolche Art auch billig die folgende conceſſiones, quæ ſunt confirmatoriæ priorum, angeſehen und præſumiret werden müſſen, cum mutatio ſit facti, et ſic præſumi non poſſit; gleichwie denn auch 3) die conceſſiones klar an den Tag legen, daß ſolche nicht primitus ad certam

certum tempus, quod ordinarie fit in locatione ſimplici, ſondern indefinite ſind verliehen worden, zumal in der conceſſione abbatis Iohannis de anno 1493. indefinite ſtehet:

> Dat wy und unſe Nahkömlinge ſe vor ſolcken jährlichen Tinſe willen by den bererden veer Höffen Landes, drey Gart Höffen und halven Heltblecken laten.

Welches auch in der conceſſione Hermanni de anno 1512 deutlicher repetiret worden:

> Dat wy und unſe Nahkömlinge ſe vor ſolcken Tinß willen by den Gütern alle laten nah upgeſchrevener Wyſe, ſo ferne ſie in einen göttlichen Löwen wären blieven, und der Güder ſülver wären brucken.

Welches auch noch ferner in den folgenden conceſſionen confirmiret worden iſt, iam vero res vtenda data ſimpliciter et indefinite in perpetuum conceſſa præſumitur;

ALEX. TRENTACINQ. *lib. 3. reſol. 3. §. 1.*

und iſt 4) wohl zu beobachten, daß in der obgedachten conceſſione abbatis Hermanni de anno 1512. derſelbe wegen der Graſe-Wieſe alleine die Macht ſich vorbehalten, daß, wenn in zukünftigen Zeiten eine Noth dem Kloſter Huißburg zuſtoſſen ſolte, daß ſie ſolche Wieſe ſelber brauchen müſten, ſie alsdenn ſolche wieder angreiffen könten, welches, da es gantz allein auf obgedachtes Stück reſtringiret worden iſt, eine ſtarcke præſumtion præſumiret, daß die übrigen Güter in perpetuum dem Nonnen-Kloſter ſind verliehen worden, cum exceptio regulam confirmet in caſibus non exceptis; zu geſchweigen, daß 5) auf den Fall nur das Kloſter zu Huißburg die dem Nonnen-Kloſter verliehene Güter ſich wiederzunehmen reſeruiret, wenn ſie die Stette zu Badersleben verlaſſen, oder in Auszahlung des Zinſes ſäumig ſeyn würden, daraus denn von ſelbſten folget, daß, dieſe beyden Fälle ausgenommen, das Nonnen-Kloſter die Güter in perpetuum behalten ſolle, ex qua perpetua conceſſione non mera locatio conductio, ſed ius quoddam in re tamdiu præſumitur translatum, donec probetur contrarium;

l. 1. §. 3. de ſuperficieb.
SCHILTER. *ex 47. §. 62. ad cit. l. §. 3.*
BRVNNEM. *ad l. 19. C. de locat. cond.*

und kommt überdem 6) denen ſororibus laicis billig mit zu ſtatten die præſcri-

præſcriptio tot annorum, da zum wenigſten der erſten drey Aebte conceſſiones auf 62. Jahre ausmachen, innerhalb welchen beſagte ſorores ſolche Güter iure ſemel indefinite conceſſo beſeſſen, gebrauchet, und genutzet, daß ſie alſo daraus billig ein ius perpetuæ coloniæ vel ſimile emphyteuticum erhalten haben würden, wenn gleich ſonſt keine andere fundamenta verhanden, ius enim perpetuæ coloniæ imprimis præſcriptione acquiri, latius docet.

IVST. HAHN. *tr. de iure perpetuæ coloniæ.*

und obgleich 7) in dem folgenden ein und andere Güter noch von neuen hinzugethan, ſo ſind doch auch ſolche von denen ſororibus laicis auf eben die Art beſeſſen worden, wie die erſten conceſſiones geſchehen ſind, daß alſo auch ſolchen die præſcription billig mit zu ſtatten kommen müſte, dahero es denn auch kommen, daß keine vniformis præſtatio canonis ſeyn können, welche ſonſten in hoc iure requiriret wird, weil per augmentum bonorum der canon auch nothwendig hat müſſen vermehret werden.

Welchem denn nicht entgegen ſtehet, was pro *rationibus dubitandi* angeführet worden, zumal quoad *primam* ſchon gezeiget iſt, daß der verſprochene jährliche Zins keine merces proportionata ſeyn könne, und obgleich quoad *ſecundam* ex locatione ad longum tempus kein ius in re transferiret wird, ſo iſt doch ſolches nur in dem caſu zu verſtehen, ſi de locatione primitus facta liquido conſtat, welches doch aber hier nicht zu befinden, bleibet alſo billig in dubio die præſumtio pro iure in re translato, donec probetur contrarium;

SCHILT. *cit. l.*

quoad *tertiam* läſſet man gerne zu, quod citius præſumatur locatio, wenn nur ſonſten die requiſita locationis vorhanden, welche hier aber fehlen, vti in *rationibus decidendi* oſtenſum; ja da ſo wol locatio als aliud negotium in facto beſtehen, ſo kan beydes nicht wohl præſumiret werden, und wird præſumtio generalis per ſpecialiores gar leicht können eneruiret werden;

MENOCH. *lib. II. de præſumt. qu. 29.*

ſolchem nach kan quoad *quartam* kein bündig argument pro mera locatione gemachet werden, indem auch in perpetua colonia et emphyteuſi dieſes iuris iſt, daß man von ſolchen Gütern nicht frey diſponiren, oder dieſelbe verſchlimmern kan, auch überdem bekanten Rechtens, quod pacta dent legem contractui; und endlich ſo iſt quoad *quintam* das ius perpetuæ coloniæ monaſterio ſororum laicarum ſemel quæſi-

Digitized by Google

tum per conceſſiones ſubſequentes ad certum tempus reſtrictas nicht mutiret worden:

So erhellet hieraus allenthalben ſo viel, daß denen ſororibus laicis des Kloſters zu Badersleben ein ius perpetuæ coloniæ vel emphyteuticum in bonis Huysburgenſibus zuſtehe.

Si euidenter de locatione ſimplice conſtat, ſemper reſignatio permiſſa eſt.

§. III. E contrario ſi *euidenter* vel ex ipſo documento conceſſionis, vel aliunde conſtat, bona eccleſiaſtica eſſe *locata*, eccleſia haud impeditur bona reuocari, aut mercedem augere, nulla obſtante temporis diuturnitate, cum *ſimplex conductor* non poſſit ſibi cauſam poſſeſſionis mutare, nec eam habeat poſſeſſionem, vt præſcriptione ſe tueri poſſit. Ita cenſuit facult. iurid. *menſ. Decembr. 1716.*

Ob wol, ſo viel des Magiſtratus und Bürgerſchaft zu Poltzin eingewandte Reſtitution betrifft, dieſelbe vornehmlich dieſes vrgiren, daß in allen Kirchen-Regiſtern die 4. fl. ſo von einer Huffe jährlich abgegeben werden, ſub titulo canonis angeführet würden, und weil von vielen Jahren ein vniformis canon præſtiret worden, in dubio mehr pro emphyteuſi, als einem bloſſen Pacht die præſumtion zu faſſen ſey, beſonders da vordem die Einwohner ſolche Acker ausgeradet, und ad culturam gebracht, alſo ſolcher canon nicht geſteigert werden könne, abſonderlich da der Paſtor ſolches nicht eigentlich ſuchet, und die Prouiſores auch damit nicht zu thun haben wollen, alſo es hier an einem Kläger in regard der Bürgerſchaft zu ermangeln ſcheinet; welchem Einwenden der von C. mit adhæriret, und wegen 5 halben Huffen Landes eben dieſe grauamina vorgebracht, anbey auch, daß er zu deren Anſchaffung und Abzeichnung condemniret worden, welches doch per rerum naturam nicht geſchehen könne, als ein eigenes grauamen angeführet.

Dieweil aber dennoch den Beklagten ihre eigene *vol. 2. fol. 46.* gethane Bekäntniß entgegen ſtehet, darin ſie geſtanden, daß vordem in anno 1622. bereits eine Erhöhung des qu. Pacht-Zinſes vorgenommen, welches nicht geſchehen mögen, wenn die qu. Aecker canonal-Aecker geweſen wären, vielmehr hieraus klar iſt, daß ſolche Pacht-Aecker geweſen, welchen keine Verjährung zu gute kommen kan,

MEV. *P. VIII. deciſ. 66. n. 8.*

und weil dieſe Quæſtio die iura eccleſiæ betrifft, dabey des Predigers und der Kirchen-prouiſorum ihre fluctuans declaratio nicht zu regardiren iſt, cum de horum conſeruatione magiſtratus ex officio ſollicitus eſſe debeat,

l. 28. in f. C. de epiſc. et cler.
l. 46. et 49. C. eod. nou. 131. c. 11.
adeo, vt quilibet ex populo eorum nomine agere queat:
l. 46. §. 6. C. eod.
So iſt geſchehener maſſen zu erkennen geweſen.

Idem quoque contingit in *locatione decimarum*, quæ ſemper reuocabilis eſt, et, nulla obſtante temporis diuturnitate, coloni cogi poſſunt, vt *in natura* præſtent decimas, den Rauch-Zehenden, ſi dominus conſueta mercede, quam vocant den Sack-Zehenden, nolit eſſe contentus. Ita cenſuit ill. facult. iurid. huius loci *menſ. Decembr. 1716.* Quod nouo exemplo de decimis locatis illuſtratur.

§. IV. Locatio harum ſimiliumue rerum ſæpe in iure canonico vocatur *datio ad firmam*, vt in *c. 2. X. h. t. c. 24. X. de decim. c. 7. X. de iure patron. c. 6. ne cleric. vel monach. Clem. vn. de exceſſ. præl.* quamuis alii ſub ea *ſimplicem locationem* haud latere credant. Vid. BRVNNEM. *in iur. eccleſ. lib. II. c. 8. §. 14.* Interim alius contractus præter *locationem* hactenus allegari non potuit, prout ipſe B. STRYKIVS *in not. ad Brunnem. cit. l.* fatetur. Recte quippe CIRONIVS *ad c. 2. h. t.* obſervat, hanc vocem eſſe Saxonicam antiquam, et *quamcunque mercedem* denotare. Etiam adhuc apud Anglos FEO denotat *mercedem*, qui non *firma*, ſed *feorma*, ſicuti olim non *feuda*, ſed *feoda* dixere, obſeruante CANGIO *in gloſſar. voce firma.* Eſt ergo *donatio ad firmam* nihil aliud, quam *conceſſio reddituum ex prædiis ſub certa mercede*, maxime ſi in *victu* conſiſtat, veluti in *præſtationibus frumentariis*, quæ hodie vocari ſolent die Pächte, vel etiam in *præſtatione pecuniaria.* Nam etiam *ad firmam perpetuam* quandoque bona conceſſa fuere. Apud AVBERTVM MIRAEVM *lib. I. donat. Belgic. c. 101.* occurrit diploma de anno 1254. huius tenoris: *Abbatiſſæ et conuentui de camera Ciſtercienſis ordinis Cameracenſis diœceſis dedimus, conceſſimus et tradidimus ad firmam perpetuam ſub annua penſione 35. marcharum Colonienſis monetæ, nobis Aquis perſoluendarum, ſuis laboribus, periculo et expenſa, duodecim ſolidis pro marcha computatis, fructus omnes et prouentus etc.* Quidam huc etiam referunt *c. vlt. X. ne præl. vices ſuas vel eccleſ.* vbi dicitur: *quamquam præſtita fide firmauerit.* Verum *firmare* et *firmitatem ſcribere* in antiquis legibus, vti capitularia docent, nihil aliud denotat, quam *corroborare*, et *firmiter promittere*, a quo maxime diuerſa eſt ſpecialis illa conuentio, quæ *datio ad firmam vel feormam* vocatur, quæ eſt ipſa locatio rerum ſub annuo cenſu, ſiue ad *longum*, ſiue *ad breue tempus*, ſiue in *perpetuum* fiat. Vid. vlterius de hac materia *tit. de iure patron. §. CXIII. ſeqq.* Datio ad firmam eſt ſimplex locatio.

Digitized by Google

Huc tamen minime ſpectant conceſſiones colonis factæ ſub perpetua penſione.

§. V. Caueas tamen, ne ſub hac regula comprehendas prædia colonis ab antiquiſſimis temporibus ſub certo *cenſu* et *penſione* data, quæ etiam adhuc hodie in plerisque capitulis ſuperſunt, nec tamen iis prædia ad breue tempus elocantur, ſed *indefinite* et magis *in perpetuum* conceduntur, ex antiqui ſtatus ruſticorum iure, et more. Neque enim talis conceſſio eſt ſimplex *locatio*, nec etiam *emphyteuſis*, ſecundum ius Romanum conſiderata, ſed negotium proprium ex moribus antiquis tractum, quod variat, et alibi *ius colonarium*, vel *maioratus*, das Meyerrecht, alibi *ius cenſiticum*, alibi aliud ius conſtituit. Fundamenta horum iurium quærenda in *antiquo ruſticorum ſtatu* per Germaniam, qui *ſeruilis* fuit, dominisque, denen Gutsherren, vt vocantur, varia peperit iura. Teſtatur TACITVS *de morib. German. c. XXV.* dominos ſeruis *frumenti modum, aut pecoris aut veſtis vt colono iniunxiſſe.* Aſſignauerant quippe ſervis ſuis prædia, ex quibus alimenta capere, ſed præterea dominis *certum cenſum* præſtare iubebantur. In antiquis LL. hic quandoque determinatus eſt, vt in *LL. Alemann. tit. 20. LL. Baiuuar. tit. 1. c. 14. §. 1.* vbi ita: *De colonis vel ſeruis eccleſiæ, qualiter ſeruiant, vel qualia tributa* (cenſum) *reddant, h. e. agrarium ſecundum æſtimationem iudicis, prouideat hoc iudex, ſecundum quod habet, donet. De trigintis modiis tres donet, et paſcuarium deſoluat ſecundum vſum prouinciæ.* De *ſeruis eccleſiæ* leges adductæ loquuntur, quippe qui cum bonis in eccleſias transferebantur, et ita in ſuo priſtino ſtatu manebant, vt eccleſia *ius dominicæ poteſtatis* in illos exerceret, quod infinita diplomata probant. Vnde ſerui erant vel *fiſcalini*, vel *eccleſiaſtici*, vel *priuatorum*, inter quos *eccleſiaſtici* dicebantur, qui in eccleſiam cum bonis translati erant, quod illuſtrat AVCTOR *chron. Osnabrug.* apud MEIBOMIVM *tom. II. rerum Germ. p. 202.* aiens: *Imperator Arnulfus ad eundem epiſcopatum tradidit beneficia comitis Allonis cum famulis et mancipiis.* Conf. *diploma* OTTONIS M. *de anno 970.* apud SAGITTARIVM *in antiquit. Magdeb. p. 69. ſeq.* et apud MEIBOM. *tom. I. rerum Germ. p. 427. 727. 740.* et paſſim alibi. Quamuis vero adhuc plurimis in locis *ruſticorum* ſeruilis ſit conditio, et ita *cenſus* ex *ſtatu ſeruili* præſtentur eccleſiis vel aliis dominis ſecularibus; conſtat tamen ex antiquitatibus eccleſiaſticis, eccleſias, et harum exemplo nobiles, in plurimis prouinciis ſeruos *manumiſiſſe*, ruſticosque ad libertatem deduxiſſe. Cum vero hæc *manumiſſio* non potuit non vergere in ſummum dominorum præiudicium, a quibus agros caſasque ruſtici acceperant, ſi a *nexu* omni in totum liberarentur, conueniens viſum fuit, id, quod olim ex *ſtatu perſonæ* debebatur, *prædiis* imponere, et in poſterum tanquam *onus reale* a poſſeſſoribus

Fundamenta horum iurium quærenda in ſtatu ſeruili ruſticorum.

In quo etiam erant ſerui eccleſiaſtici,

poſt quorum manumiſſionem cenſus prædiis impoſiti ſunt.

ribus exigere. Sine rusticis enim et colonis prædia sua colere domini non poterant, et præterea æquum erat, vt, quia manumissis prædia casasque relinquebant, hi quoque *censum antiquum* inde præstarent, a quo tempore intuitu rusticorum manumissorum prædia rustica ipsa sunt facta *censualia* vel *præstationibus variis* obnoxia. Hæ *census*, *pensiones*, Pächte etc. vocari solent, et ex antiquis conuentionibus, cum rusticis initis, variant, vt quandoque rustici pro lubitu a prædiis expelli possint, quandoque vero id fieri nequeat, cum multis in locis receptum sit, vt a rusticis hæc prædia *titulo oneroso* cum hoc onere acquirantur, et sic ex *simplici locatione* hæc haud teneant, quandoque *iure colonario* illa habeant, quod itidem a simplici locatione abit. Ad huiusmodi itaque prædia colonorum ecclesiasticorum dispositio iuris ecclesiastici, de bonis ecclesiasticis vltra triennium vel sexennium haud elocandis, trahi minime potest.

§. VI. Ceterum quod alias in conductione aliarum rerum, id etiam in ea, qua *res ecclesiasticæ* locantur, iuris est. Quædam *singularia* tamen *iura* huic assignare solent, inter quæ principatum fere obtinet, (1) quod conductores *prædiorum ecclesiasticorum* finita conductione *ius præferentiæ*, den Vorpacht, habeant, præ aliis nouis conductoribus, si ad eandem mercedem se offerunt. PACIONVS *de locat. c. XX. n. 11.* GRATIAN. *discept. for. c. 357. n. 42.* CARPZOV. *P. II. c. 37. def. 8. n. 4.* B. WILDVOGEL *de iure præf. in locat. §. 1. in f.* Constat, alias regulariter conductori priori *ius præferentiæ* nullum competere, *l. 32. C. locat.* cum finita locatione ius omne conductoris exstinctum sit. PACION. *cit. l. n. 39.* B. WILDVOGEL *cit. l.* Vnice fere est exceptio in *prædiorum fiscalium* et *publicorum* conductoribus, quibus singulariter hoc ius indultum est in *l. 11. §. 1. D. public. et vect. l. 4. C. de locat. præd. ciuil. XI.* CARPZOV. *P. II. c. 37. def. 8.* B. WILDVOGEL *cit. l.* PACION. *cit. l. n. 112.* vnde sine dubio interpretes iuris argumentum traxere ad *prædia ecclesiastica*, quod hæc cum *prædiis fiscalibus* et *publicis* paria et eadem iura habeant. Vulgata est hæc argumentandi ratio, sed prorsus erronea et incongrua, vti ad *tit. XVI. §. 16. sqq.* plenius ostendi. Vnde recte CARPZOV. *lib. II. iurispr. consist. def. 305. n. 6.* hoc priuilegium conductoribus prædiorum ecclesiasticorum denegat, ea de causa, quod hoc nulla lege cautum sit, adeoque tamdiu in regula subsistendum sit, donec exceptio probata fuerit. Conf. SCHILTER. *in pr. iur. Rom. ex. 31. §. 12.*

In locatione prædiorum ecclesiasticorum conductori non competit ius protimiseos.

§. VII. In eo quoque (II) differentia singularis quæri solet, quod clerici facilius ad conductionem *rerum ecclesiasticarum*, quam *secularium* admittantur. Quidam prorsus clericos excludunt ab omni prædiorum

Clericis est interdicta conductio prædiorum

amplissimorum secularium.

rum conductione, quod tamen indistincte asseri nequit. IVSTINIANVS in *nou. 123 c. 6.* clericos noluit esse *conductores publicarum aut alienarum possessionum*, et *conductionem teloniorum aut cuiuslibet possessionis*, vt *cit. c. 6. in f.* ait, illis prorsus prohibuit. Nihil noui IVSTINIANVS constituit, sed quod *codici canonum vniuersæ ecclesiæ* iam insertum, quod anno 451. in *concil. Chalced. c. 3.* iam cautum erat, imo quod patres multoties vrserant, et in clericis exprobrauerant, reguſtauit. Synodus enim prælaudata definiuit, *neminem deinceps, nec episcopum, nec clericum, nec monachum, vel possessiones conducere, vel secularibus negotiorum administrationibus se ipsum immiscere, nisi forsan ciuitatis episcopus rerum ecclesiasticarum sollicitudinem habere permittat. c. 26. D. 68.* IVSTELLVS et VOELLIVS *in bibl. iur. canon. antiq. p. 62.* Iam olim seculo III. CYPRIANVS *in tr. de lapsi. p. 123. edit. Oxon.* vitio tulit episcopis sui temporis, quod, *diuina procuratione contemta, procuratores rerum secularium fieri, derelicta cathedra, plebe deserta, per alienas prouincias oberrantes, negotiationis quæstuosæ nundinas aucupari studeant.* CHRYSOSTOMVS *homil. XXVII. p. 893. edit. Paris.* nequidem *conductionem rerum ecclesiasticarum* approbat in vniuersum, maxime quoad episcopos. *Modo autem*, ait, *in procuratores, dispensatores, caupones redacti episcopi sunt ob istarum rerum curam et sollicitudinem, cumque ipsos oporteat animarum habere curam vestrarum, hoc prætermisso, illa sollicite curant, quæ publicanis, quæstoribus atque villicis curanda sunt, de his quotidie cogitant et peruigilant.* Facile ex his liquet, *generatim* clericis conductionem et procurationem possessionum, seu *prædiorum*, maxime *rusticorum*, fuisse interdictam. Remisit aliquid ex hoc rigore subsequens ætas, et prohibuit tantum, *ne clerici conductores rerum secularium aut procuratores fierent. c. 1. X. ne cleric. vel monach. secul. negot.* In *c. 2. X. h. t.* diserte permissum est, vt, statuto nullo obstante, *parochialibus presbyteris* decimæ locari queant. Imo nec *monachis* absolute prohibitum est, prædia conducere, *c. 8. X. de decim.* PACION. *de locat. c. X. n. 36.* quamuis *nomine suo* id ipsum facere nequeant. *c. 6. X. ne cleric. vel monach.* Conf. LAVTERBACH. *ad tit. locati §. 6.* Scilicet *rerum ecclesiasticarum* vel ideo non interdicta est condictio, quod hæ *spiritualem* quandam habere videantur *qualitatem*, et clerici tantum a *secularibus* arceantur *negotiis*, quatenus ad *negotiationem* inclinare videantur. Obseruat id ipsum PEREZ. *in C. tit. loc. cond. n. 6.* et, *quibus*, ait, *tamen ea sola rerum conductio prohibetur, quæ ad negotiationem pertinet, non quæ ad subsidia vitæ est necessaria.*

Iis tamen permissa prædiorum ecclesiasticorem conductio.

§. VIII.

§. VIII. Adeo vero ex lege IVSTINIANI clericis interdicta eſt talis quæſtuoſa rerum ſecularium conductio, vt *conductionem teloniorum aut cuiuslibet poſſeſſionis eis credentes, nullam contra illas perſonas, quibus crediderint, habeant actionem*, vt dicitur in *cit. nou. c. 6. in f.* Ex quibus verbis liquet, ne quidem ad penſiones præteritorum annorum a clericis exigendas ſupereſſe remedium, ſed *ſi quod publico damnum inde contigerit*, forſan quod telonia iis locata ſunt, *hoc ex propriis facultatibus reſtituere compellantur*, qui ea iis locauerint. Hunc tamen rigorem hodie ceſſare, afferit GROENEWEGEN *ad cit. nouell.* quod hodiernorum clericorum diuerſa ſit ratio, et quod iis non tam ſtricte conductio prædiorum ſit prohibita, vti liquet ex limitationibus, quas adducit PACIONVS *cit. l. n. 71. ſqq.* ſub quibus clericis aliquid locantes facile ſeſe excuſare poſſunt. Similis eſt ratio *militum*, quibus itidem in *l. 3. C. locat.* interdicta eſt locatio prædiorum; quod tamen ob diuerſum eorum ſtatum hodiernum in praxin haud eſt deductum, obſeruante HAHNIO *ad Weſemb. cit. loc. n. 2.* Accedit, quod nullibi *ius canonicum*, quo potiſſimum hodie iura clericorum æſtimantur, locatoribus denegauerit actionem, ſed tantum in tales negotiatores clericos *cenſuram eccleſiaſticam* ſtatuerit, vt recte cenſet Dn. GRASSIVS in *diſſert. de cleric. negotiat. probib. in f.* Simpliciter in *concil. Arelat. II. c. 14.* pœna clericis dictatur his verbis: *Si quis clericus pecuniam dederit ad vſuram, aut conductor rei alienæ eſſe voluerit, aut turpis lucri gratia aliquod genus negotiationis exercuerit, depoſitus a clero a communione habeatur alienus.* Durum ſane foret, denegare locatoribus actionem ratione *reſiduarum penſionum*, cum clerici potiſſimum in *conducendo* delinquant, ne dicam, hodie non abſolute clericos negotiationibus honeſtis intercludi, obſeruante L. B. DE LYNCKER. *deciſ. 257.*

Locatio clericis facta eſt nulla, vt nec merces ab iis exigi poſſit;

quo rigore tamen hodie non vtimur.

§. IX. Diuerſa forſan ab hac eſt quæſtio: *vtrum conductores clerici huiusmodi fundorum, in plures annos conductorum, contractui ſtare, et, ni ſteterint, ad intereſſe locatoribus teneantur?* Non eſt quæſtio de *prædiis conductis*, quæ non adeo magnam curam deſiderant, quale lucrum nec clericis inuidendum, qui ſæpe eo indigent. Neque enim res agraria ſimpliciter cum *ſtatu clericorum* pugnat, multo minus ſemper negotiationem inuoluit. Colunt hodie paſtores fundos parochiales, loco *ſalarii* iis aſſignatos, quidni ergo etiam aliquot prædiola conducerent? Potiſſimum ergo hic quæritur de *prædiis ampliſſimis*, ad *plures annos* conductis, ingentem curam et ſollicitudinem requirentibus, quod magis *negotiationem* quandam ſapit, et non poteſt non eos ab officio, cui præſunt, auo-

An hodie clerici conductores ſtare contractui teneantur?

auocare, adeoque clericis non facile permittendum eſt. Proinde ſi *de facto* eiusmodi conductio facta eſt, clericus ab ea liberandus, eique permittendum, vt ante tempus ab ea recedere poſſit. Imputet ſibi locator, quod clerico tam ampliſſimas poſſeſſiones locauerit. In contractibus enim hac ſemper regula vtimur, quod, *qui cum alio contrahit, non debeat eſſe ignarus conditionis eius, cum quo contraxit. l. 19. D. de R. I.* Peccat quidem etiam clericus, talia prædia ampliſſima conducendo; ſed etiam peccat locator, adeoque, cum in æquali culpa hæreant, culpa cum culpa compenſatur, nec conductor locatori ad *intereſſe* tenetur, qui per *ſententiam iudicialem* a tali locatione abſolutus eſt. Imo ſi vel maxime nulla locatori culpa imputari poſſit, veluti ſi paſtor conductori patri, qui in plures annos prædium ampliſſimum conduxerat, ſuccedit, æquum tamen et rationi iuris conforme eſt, vt ab illa conductione liberetur, cum omnis contractus intelligatur ſub clauſula: *rebus ſic ſtantibus.*

Laici eccleſiæ obuentiones conducere nequeunt.

§. X. Hanc quoque (III) differentiam ſuggerunt, quod *laici eccleſias conducere* non poſſint, *c. 6. ne cleric. vel monachi ſecul. negot.* h. e. *obuentiones eccleſiaſticas*, oblationes, aliaque. PACIONVS *cit. c. X. n. 76.* Clerico has locari poſſe, IDEM *cit. l.* exiſtimat, quod vel *vicariorum* conſtitutio illuſtrat, qui nihil aliud ſunt, quam *paſtores conductitii*, prout ſupra *tit. de præb. §. CLXXXIII.* obſeruaui. Sed nec abſolute *laicos* ab harum obuentionum conductionibus arcent, vt PACIONVS *cit. l. n. 79.* obſeruat, quod tamen admodum incongruum et indecorum eſt, non quidem ideo, quod oblationes ceteraque iura ſtolæ *laicis* locent, ſed quod *in genere* tales ſportulas locent. Quod turpius et ordini clericorum indecentius eſt, quam nummum confeſſionarium, den Beichtpfennig, ceteraque iura ſtolæ pro precibus publicis, baptiſmo, aliisque negotiis ſacris, oblata, aliis in quæſtum dare, quo ipſo reuera euenit, vt conductores amare illa exigant, et locatores paſtores, quo maiori pretio ea locare poſſint, auaritiam ſuam publice profiteantur, id quod ſine ſcandalo publico fieri nequit. Vix enim eſt, vt conductores hac in conductione aliter ſecuri eſſe queant, quam *obſeruatore*, ein controlleur, *monitore* vel *executore* conſtituto, qui hæc lucra exigat, prouideatque, ne locator paſtor quidquam ſupprimat, ſibique aliquid ex nummo confeſſionario retineat.

An paſtores cogi poſſint ad locandos agros parochiales aliis?

§. XI. Denique (IV) hæc addi poteſt diuerſitas, quod, licet *regulariter* nemo cogi poſſit ad locandos agros ſuos, *paſtores* tamen facilius per *ordinationes eccleſiaſticas* adſtringi queant *ad agros parochiales aliis locandos*, vt eo rectius curæ animarum inuigilare queant. Dolendum tamen, in plerisque parochiis tam tenues reditus paſtoribus eſſe aſſi-

assignatos, vt vix hæc obseruatio in praxin deduci possit. Tentatum id ante triginta annos, et quod excurrit, in quadam prouincia, deliberationemque initam fuisse memini, annon lege publica hæc obligatio *pastoribus ruralibus* imponi posset, vt *æqua mercede agros parochiales aliis locarent.* Mature tamen re deliberata, et reditibus pastorum plerorumque examinatis, in eam itum est sententiam, hoc onus pastoribus vel ideo imponi non posse, quod reditus eorum, per se satis tenues, admodum hoc modo minuerentur, cum plerique ex re agraria compendium sibi quærere cogantur, de quo plenius egi *in iur. paroch. sect. V. c. 2. §. 14. et 21.*

§. XII. *Iuris emphyteutici* quoque in *c. f. X. h. t.* iniicitur mentio, quod ex *locationibus perpetuariis* ortum traxit. *l. 1. D. si ager vectig.* Ipsa emphyteusis ab *obiecto* est vel *ecclesiastica*, vel *secularis*, quæ in nonnullis diuersitatem iurium habent. Nam (I) *ecclesiastica* constituitur difficilius, nec absque solennibus canonicis facta constitutio valet. *l. 14. et 17. C. de SS. eccles. c. 5. X. de reb. eccles. alien. vel non.* Quodsi tamen res ab antiquo in emphyteusin dari solita ad ecclesiam reuertatur, hæc rursus absque solennibus consuetis colonis in emphyteusin dari potest, per *extrau. ambitiosæ de reb. eccles. non alien.* vt puta, si res incultæ ab antiquo in emphyteusin concessæ, vt ad culturam reducantur. (II) Si per biennium emphyteutæ in emphyteusi ecclesiastica *canonem* non soluunt, iure suo priuari possunt, *l. 2. C. de SS. eccles. c. f. X. h. t.* si vel maxime de soluendo canone haud sint interpellati, *cum in hoc ipso casu dies statuta pro domino interpellat. c. f. cit.* Possunt tamen *celeri satisfactione* emphyteutæ moram purgare, quamdiu ecclesia ad priuationem nondum egerit, nec mentem suam desuper declarauerit. *cit. c. f.* (III) Olim *vitra nepotes* non poterat emphyteusis extendi, *nou. 7. c. 3. pr.* nisi ecclesiæ inter semet inuicem emphyteusin constituerent. *nou. 55. c. 2.* Verum in *nou. 120. c. 6. §. 1. et auth. præterea C. de SS. eccles.* hoc correctum, et constitutio perpetuæ emphyteuseos permissa, modo canon non minor constituatur, quam remissa sexta parte redituum, *nou. 120. c. 6. §. 2.* quod tamen nec hodie stricte attenditur. Denique (IV) de necessitate in ecclesiastica emphyteusi requiritur *scriptura*, ne, hac cessante, memoria rei pereat, et per indirectum lapsu temporis ecclesia iure suo cadat, *nou. 7. pr. nou. 120. c. 5.* MEV. *P. III. dec. 289.* cum alioquin contractus emphyteuticarius magis solo consensu contrahatur.

Singularia iuris emphyteutici ecclesiastici iura.

Digitized by Google

TITVLVS XIX.

DE

RERVM PERMVTATIONE.

§. I.

Præbendarum permutatio quomodo fiat?

ETiam *permutatio* est species *alienationis*, adeoque doctrina generalis de *rebus ecclesiæ non alienandis* ad hanc quoque pertinet. *c. 1. X. h. t.* Speciatim vero cauetur in *h. t.* ne *præbendæ*, interueniente pacto, et priuata auctoritate, permutentur, *c. 5. 6. X. h. t.* alioquin permutantes iure suo cadunt. *c. 7. X. h. t.* Verum hodie facilis via est perueniendi ad eiusmodi permutationes, postquam *resignationes in fauorem tertii* inualuerunt, quibus interuenientibus hodie admodum frequentes sunt. Proinde quæ supra *tit. de renunciat. §. XVI. seqq.* adducta sunt, ad *permutationes* has, quæ reuera nihil aliud sunt, quam mutuæ resignationes in fauorem alterius, *c. 8. X. h. t.* æque applicari debent, prout ex professo plenius docet FLAMINIVS PARISIVS *in tr. de resignat. benef.* Vtplurimum insignes sub hac permutatione committuntur *fraudes*, maxime vt quis beneficium pinguius hoc modo consequatur, quod forsan a sene, vel debili, cuius exitus mox instare creditur, obtinetur. Hic enim, interueniente pretio, facile induci potest, vt in *permutationem* consentiat, cui forsan per pretium conuentum magis consulitur, robustior vero hoc modo præbendam pinguissimam consequitur.

Quatenus in reliquis officiis ecclesiasticis?

§. II. In reliquis *officiis sacris* prorsus apud nos tales nundinationes cessant. Sunt officia pastorum sacra *publicis* accensenda, quæ in permutationem pro lubitu deduci minime possunt. Nec integrum est pastori, grege, cui semel præpositus, relicto, ad aliam transire ecclesiam; sed hic quoque obseruanda sunt illa iura, quæ supra *tit. de translat. episc.* dicta sunt. Imo si consistorium, *translocationem* pastorum per modum *permutationis* ecclesiis magis proficuam esse, viderit, etiam hanc admitti posse, *cit. t. in §. vlt.* obseruaui, vt tamen consensus patronorum non excludatur, quippe qui hoc quoque casu, quo ambæ ecclesiæ vacare incipiunt, *præsentatione* haud sunt excludendi.

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS XX.

DE

FEVDIS.

§. I.

Quæ de *prohibita rerum eccleſiaſticarum alienatione tit. XIII.* fuſius dicta ſunt, æque ad doctrinam de *feudis eccleſiaſticis* ſpectant. Cum vero plures in hac ſpeciales obſeruationes et controuerſiæ occurrant, et præterea circa eccleſiam tum feuda *dantem*, tum *accipientem*, propriæ deprehendantur obſeruationes, quæ aliis feudis applicari nequeunt, operæ pretium me facturum eſſe credidi, ſi *iura feudorum* in vniuerſum, tum quatenus eccleſia ex penu ſuo feudum pro ſeruitiis ſecularibus aliis concedit et confert; tum etiam quatenus illa a laicis feuda accipit, h. e. iura eccleſiæ *dominæ* et *vaſallæ*, *hoc titulo* explicem, et paulo plenius difficultates nodosque occurrentes extricem, atque *praxin* tum *imperii publicam*, tum etiam *eccleſiarum proteſtantium* illuſtrem. Agendum h. t. eſt de feudis ab eccleſia tum datis, tum acceptis.

(I.)

De eccleſia feudorum domina, eorumque origine et fatis.

§. II. Quod itaque feuda ex eccleſiæ penu *data*, et laicis imprimis *collata* concernit, antiquitates eorum paucis euoluendæ ſunt. Scilicet feuda olim *beneficia* appellata, et denominationem *feudi* ſerius inter Germanos auditam fuiſſe, noto notius eſt. Verum et ipſa vox *beneficii* admodum ambigua eſt, vt conſtat ex traditis SAMVELIS PITISCI *in lexic. antiquit. Rom. voce beneficium*, BRISSONII *de verb. ſignific. voc. beneficium*, IACOBI GOTHOFREDI *ad C. Theod. in gloſſar. nom. voc. eadem.* Hæc ambiguitas rurſus diſtraxit eruditorum animos, vt originem ex diuerſis fontibus haurirent. HERTIVS *de feudis oblatis P. I. §. 2. in f.* eos non errare ait, qui prima feudorum incunabula *apud Romanos* quæſiuerint. Id indubium eſt, apud Romanos moris fuiſſe, vt illis, qui in bello præclare aliquid geſſerant, prædia diſtribuerent, vt ea liberalitate alacriores redderentur, magisque ad fidelitatem Feuda olim beneficia dicta. Apud Romanos quæſita a quibusdam.

Digitized by Google

Sub Alexandro Seuero.

litatem deuincirentur. Prima huius rei veſtigiá, ſub ALEXANDRO SEVERO *imperatore*, ſe deprehendiſſe, non obſcure innuit GONZALEZ *ad c. 1. X. de præbendis n. 10.* auctore LAMPRIDIO *c. 58.* ſcribente: *Sola, quæ de hoſtibus capta ſunt, limitaneis ducibus et militibus donauit, ita vt eorum ita eſſent, ſi heredes illorum militarent, nec vnquam ad priuatos pertinerent, dicens, eos attentius militaturos, ſi etiam ſua rura defenderent. Addidit ſane his et animalia et ſeruos, vt poſſint colere, quod acceperant, ne per inopiam hominum, vel per ſenectutem poſſidentium deſererentur rura vicina barbariæ.* Idem confirmaſſe videtur PAVLVS *in l. 11. de euict.* in qua prædiorum, in Germania trans Rhenum ſitorum, fit mentio, quæ *ex præcepto principali partim diſtracta, partim veteranis in præmia aſſignata*, dicuntur. Quid autem eſt *aſſignare in præmium prædia* aliud, quam ea *in beneficium concedere?* vnde etiam hic rurſus originem feudorum ſe inueniſſe, iam olim cenſuit DIONYSIVS GOTHOFREDVS *in not. lit. c.* Denique quæ *in Cod. vtroque* de *limitibus* et *agris limitrophis* adferuntur, etiam huc pertinere, B. HERTIVS *c. l.* cum aliis opinatur, quæ pluribus illuſtrari poſſunt ex LINDENBROGII *gloſſario voc. beneficium.* Eo magis autem hæc veritati conſentanea eſſe videntur, quod Germani antiqui, in Romanas prouincias irruentes, plurima inſtituta ex Romanis moribus traxerint, quodque eorum indoli conſuetudo, per talia beneficia proceres ſibi obnoxios faciendi magis, quam ſubiugandi, conueniens viſa fuerit.

Quæ tamen a feudorum ratione primæva admodum differunt.

§. III. Equidem in *re* et *nomine* aliquam conuenientiam deprehendo, *identitatem* tamen rei haud animaduerto. Quantum ex adductis locis liquet, prædia veteranis aſſignata in *dominium eorum*, iure quodammodo hereditario, tranſibant in compenſationem præſtitæ virtutis, et maxime illis, qui militia functi erant, concedebantur: non pro *præſtando* in poſterum ſeruitio, ſed pro iam *præſtito*: quoniam omnium rerum publicarum ratio expoſcit, vt præmio quodam bene de republica meriti afficiantur, et ita *pœnis* et *præmiis* potiſſimum ſubditi in officio contineantur. vid. *l. 1. §. 1. de I. et I.* Aſt enim vero feuda primitus non *iure hereditario*, ſed magis *precario* vaſallis dabantur; in horum dominio non erant, quin potius diſerte *proprietati domini* concedentis attribuebantur. Obſeruat id eleganter BIGNONIVS *in not. ad Marculfum apud* STEPH. BALVZIVM *tom. II. capitular. p. 875.* oſtendens, omnia prædia aut *propria* fuiſſe, aut *fiſcalia*. *Propria*, pergit, *ſeu proprietates dicebantur, quæ nullius iuri obnoxiæ erant, ſed optimo maximo iure poſſidebantur, ideoque ad heredes tranſibant. Fiſcalia vero beneficia ſiue fiſci vocabantur, quæ a re-*

Manebant olim feuda in proprietate domini.

Digitized by Google

a rege vtplurimum, posteaque ab aliis ita concedebantur, vt ceteris legibus seruitiisque obnoxia cum vita accipientis finirentur. Propria magis illis, quæ apud Romanos veteranis in *beneficium*, seu *præmium* assignabantur prædia, quam beneficia accedunt, adeoque prorsus diuersam ab his naturam habent. Breuiter: quæ *iure feudi* olim possidebantur, nullo modo erant *propria*, quin potius aliena, et *alterius beneficio* possessa, quod diploma *de anno 985.* apud AVBERTVM MIRAEVM in *cod. piar. donat. cap. 42.* adhuc docet, vbi ita: *Fideli nostro Theodorico comiti, quicquid nostro concessu hactenus in beneficium tenuit inter duo flumina, quæ vocantur Liora et Hisla, in proprium dedimus, cum omnibus vtensilibus, quæ in eodem beneficio regio concessu per fructuarium vsum ante hæc possedit.* Pluribus hoc thema testimoniis exornant ANTONIVS DADINVS ALTESERRA *in orig. feudorum cap. I.* et B. THOMASIVS *in selectis feudal. §. 22. p. 32. seqq.*

§. IV. Cum ergo *beneficia* in hoc sensu non *proprii*, sed *alieni iuris* fuerint, aliunde natales eorum deriuandi videntur. Notum est, appellationem *beneficii* etiam *commodum, emolumentum* et *gratiam* denotare, teste BRISSONIO *de V. S. voc. beneficium*. Hoc in sensu etiam *precarium* ea appellatione venit in *l. 1. §. 1. de ptecar.* TERTVLLIANVS *aduersus Hermog. cap. IX.* notanter ait: *His tribus modis aliena sumuntur, iure, BENEFICIO, impetu, i. e. dominio, PRECARIO, vi.* Eadem fere de causa, quæ olim *precariarum iure* ab ecclesiis dabantur, *beneficia* dicebantur. *l. 14. §. 3. C. de SS. eccles.* Cum his quodammodo conveniebant olim *feuda*, quæ cum vita possessoris exspirabant, et ex *gratia* concedentis dependebant. Erant vero beneficia, olim ab ecclesiis laicis concessa, vel *absoluta*, vel *qualificata*. *Illa* vtplurimum simpliciter sine adiuncto onere conferebantur, qualia erant *precariæ antiquæ*, indigentibus potissimum olim in sustentationem concedi solitæ, vt *tit. de precariis* ostendi. *Hæc* vero erant *stipendium pro opera seruitioque præstando*, illis potissimum concessa, qui officio militari aliiue præerant, quique proinde *fideles, leudes, leodes* vel etiam *vassi*, h. e. obnoxii, dicebantur, quæ prædicata proprie illis competunt, qui in nostro sunt seruitio. Hinc est, quod *fidelitatis obligatio* feudis essentialis sit, cum hæc singulariter in *ministris* et *officialibus* desideretur, et vasalli vel beneficiati olim in effectu nihil aliud fuerint, quam *ministeriales* et *officiales*. Aequissimum sane est, et in moribus plerarumque gentium positum, vt, qui publicam reipublicæ siue *arte*, siue *marte* præstant operam, *salario* quodam seu *stipendio* afficiantur. Vid. IACOBVS GOTHOFREDVS *de salario*, et quæ supra *tit. de*

Beneficia dicuntur feuda propter commoda.

Sed cum onere seruitiorum coniuncta.

Ministris et officialibus data.

Digitized by Google

præbend. §. L. ſqq. iam adduxi. Hoc conſiſtit in emolumentis variis, perindeque eſt, ſiue pecuniarias præſtationes, ſiue reditus ex prædiis contineant. Rarior veteribus Germanis vſus *pecuniæ:* magis abundabant prædiis *bonisque immobilibus*, eo imprimis tempore, quo *feuda* innotuerunt. Hæc ergo, quæ in promtu erant, miniſtris dabantur in *ſtipendium*, in *ſalarium*, in *compenſationem ſeruitiorum*, cum obligatione *fidelitatis*, quæ miniſtris propria eſt. Huc HIERONYMVS BIGNONIVS *in not. ad Marculf.* apud STEPHAN. BALVZ. *tom. II. capitul. p. 933.* collineat, aitque: *Inde beneficii nomine ea prædia dicta, quæ pro ſeruitio militari a rege, ſiue etiam ab aliis concedebantur, quæ feuda poſteritas dixit.* Seruitiorum *militarium* mentionem facit, cui omnis conſonat antiquitas, quia antiqua Germania *militaris* fuit, et *ſeruitia publica* olim fere *primario* in militia conſiſtebant. Paulatim acceſſere *officia aulica*, in quorum compenſationem etiam beneficia, h. e. ſtipendia, ſalariaque data, vt feuda eſſent vel *militaria* vel *aulica*, ex diuerſa officiorum ratione. Hæc erat ratio, quod prædia hæc, *fidelibus* aſſignata, non ad *patrimonium* vaſalli, ſed ipſius *domini* pertinere dicerentur, cum *officia* eſſent *reuocabilia*, per mortem deſitura, et ſic quoque ipſum *ſtipendium* reuocabile, et morte vaſalli exſtinguendum. Inde in *capitul. Caroli M. lib. V. cap. 357.* apud STEPHANVM BALVZIVM *tom. I. capitul. p. 904.* eleganter dicitur: *Quia nos volumus illi beneficium dare, qui nobis bene ſeruierit.* Inoleuerat mos non adeo laudabilis, quo propter *beneficium impetrandum*, quod officio non carebat, munera conſiliariis regiis offerebantur, quo inidonei nonnunquam ad *ſeruitia militaria* ruebant. Compeſcuit hunc abvſum imperator, qui in conferendis officiis merito euitandus eſt, voluitque, vt *digni* et *bene ſeruientes* tantum reciperentur in numerum vaſallorum. Ipſa denique *feudi* appellatio, quæ poſtmodum inualuit, hanc ſententiam confirmat, quod egregie THOMAS CRAGIVS *in iure feudal. lib. I. tit. IX. p. 72.* his illuſtrat verbis: *Ego ſane feudi vocem non eſſe deriuatam, ſed primitiuam ſiue primigeniam puto, et a borealibus gentibus vſurpatam, pro mercede, quæ pro alimentis dabatur, et ab ipſis Inſubribus receptam et retentam auguror, his præcipue rationibus adductus, quod ex prima inſtitutione, vt dixi, feudum nihil aliud erat, niſi beneficium aut merces, quæ pro opera vtplurimum militari debebatur, et dabatur, et vt vaſalli haberent, vnde alerentur. In ipſo iure feudali feudum pro mercede, ſiue penſione ſæpe ſumitur. Sic penſiones, quæ de Camera ſiue Cauena ſumuntur, feuda dicuntur; ſic et feuda Guardiæ et Gaſtaldiæ, nihil aliud ſunt quam mercedes, quæ pro Guardia, ſiue cuſtodia, et Gaſtaldiæ,*

Loco ſalarii et ſtipendii.

Pro ſeruitiis militaribus.

Quod etiam ipſa feudi appellatio illuſtrat.

pro

pro officio curationis rerum domini debentur. Conf. HERTIVS *cit. l. §. 2.* et quæ ſupra *tit. de præbend. §. LIV. ſqq.* hac de re adduxi.

§. V. Quemadmodum itaque ex his apparet, feuda primario olim fuiſſe *ſtipendia militaria*, vnde et vaſalli *milites* vtplurimum dicti ſunt, ita maior difficultas naſcitur circa *feudorum eccleſiaſticorum*, h. e. in rebus eccleſiaſticis conſtitutorum, *primordia.* Eccleſia vtique militiam non alit, nec eiusmodi vaſallis indigere videtur, quibus olim reges Francorum inſtructi erant, quod ZIEGLERVS *tract. de epiſc. milite* ſatis conuenienter *στιδηρόζυλον eccleſiaſticum* appellauit. Accedebat peculiaris harum rerum indoles, quæ *alienationem omnem*, imo etiam *locationem* ad diuturnius tempus, et ſic etiam *infeudationem* non permittebat. Et tamen ante et poſt PIPINI tempora horum *feudorum eccleſiaſticorum* multoties iniicitur mentio, vnde admodum planum eſt, multa iam per ea tempora *feuda eccleſiaſtica* exſtitiſſe. Si ſtatum illorum temporum paulo penitius intuemur, plures nobis ſeſe offerunt occaſiones, quibus hæc enata et in vſu fuerunt, non alia tamen conditione, quam quatenus eo tempore *feuda* habebantur, h. e. vt eſſent *ſtipendia* præcipue *militaria*, reuocabilia, et ad vitam tantum vaſalli duratura.

Difficilis inſpectio circa originem feudorum eccleſiaſticorum.

§. VI. Prima occaſio fuit, quod pleraque *monaſteria* et *eccleſiæ* eſſent in *poteſtate regis*, et ſic *liberior diſpoſitio* de iis eorumque bonis illis conceſſa. Quamuis enim hoc patrimonium ſacrum primario ad vſus pios et alimenta pauperum eſſet deſtinatum, tot tamen ex barbarorum gentium irruptionibus calamitates affligebant rempublicam, vt neceſſitatibus publicis etiam ex his ſuccurrendum eſſet bonis. Aequum eſſe videbatur, vt eccleſiæ et monaſteria, quæ publica fruebantur defenſione, etiam ad militiam eo nomine inſtitutam aliquid conferrent. CAROLVS MARTELLVS primus fuit, qui decimas *militibus* diſtribuerat. Hunc ſecuti reliqui reges Francorum, bona eccleſiaſtica militibus in beneficium concedentes, ex quo tandem varia ſunt iura nata, in capitularibus imprimis obuia. In *capitul.* CAROLI M. et LVDOVICI PII *lib. V. c. III.* apud BALVZIVM *tom. I. capitul. p. 826.* huius moris hæc traditur ratio; *Propter imminentia bella et perſecutiones ceterarum gentium, quæ in noſtro circuitu ſunt.* Generatim de hoc antiquo more ita loquitur THOMASSINVS *P. II. de diſcipl. eccleſ. lib. III. cap. XIII. §. 5. Agri erant et prædia, quibus ab imperatore duces, militesque donabantur, vt ſuo deinceps ſumptu ſtipendia facerent. Vbi agros et fundos eccleſiæ laici vſurparunt, eosque illis princeps et eccleſia ipſa fruendos conceſſit eadem conditione merendi, et ſtipendia faciendi ad regni et eccleſiæ tuitionem, ea dici tum cœpere beneficia.*

Prima occaſio horum feudorum deſumenda ex liberiori regum diſpoſitione circa bona eccleſiaſtica.

Ob neceſſitates publicas.

cia. In *capitul. c. l. c. 333. p. 896.* fit mentio laicorum, *qui monaſteria habent, et quibus loca hæc ob aliquam neceſſitatem conceſſa ſunt.* Similiter in *capitul.* CAROLI *Calui de anno 877. tit. 52.* apud BALVZIVM *tom. II. capitul. p. 257.* dicitur: *De eccleſiis vero, quas comites et vaſalli dominici habent etc.* Apud REGINONEM *de eccleſ. diſcipl. lib. I. c. 10. p. 35. edit. Baluz.* epiſcopis iniungitur, *vt eccleſias tam a regibus in beneficium datas, quam et aliorum, ſummo ſtudio prouideant,* et in *c. 36. p. 45.* de *reſtauratione eccleſiarum* agitur, diciturque: *Similiter et vaſſi noſtri, aut in commune tantum accipiant operis, quantum rerum eccleſiaſticarum habent, vel vnusquisque per ſe iuxta quantitatem, quam ipſe tenet.* Idem inculcatur in *capitul. de anno 813.* apud BALVZIVM *tom. I. p. 504. c. 24. vt, quisque beneficium eccleſiaſticum habet, ad tecta eccleſiæ reſtauranda, vel ipſas eccleſias omnino adiuuent.* In *capitul. de anno 801. ibid. p. 355. c. 42.* idem confirmatur: *Præcipimus etiam comitibus et omnibus fidelibus noſtris, vt, quicunque de rebus eccleſiaſticis beneficia habent, pleniter nonas et decimas ad ipſas eccleſias dent, abſque vlla diminutione et dilatione, in quantum melius poſſint, et iuxta poſſibilitatem eorum. Et quando neceſſitas exegerit, dent operas ad ipſas eccleſias reſtaurandas, et adiutorium faciant.* In *capitul.* CAROLI CALVI *de anno 868.* apud BALVZIVM *tom. II. p. 205.* plura huius rei veſtigia occurrunt, inter quæ notari meretur, quod *c. III.* adfertur: *Vt miſſi noſtri per ſingulas parochias vna cum epiſcopo parochiæ ipſius requirant de capellis et abbatiolis ex caſis Dei in beneficium datis, qualis cenſus inde exeat, vt eccleſia, de qua ſunt, exinde veſtituram habere poſſit, et nobis renuncient; vt hoc noſtra auctoritate commendetur atque firmetur, et ſecundum qualitatem et quantitatem loci clericos et luminaria ibi ordinent, et loca reſtaurari faciant.*

Sed non ſine murmuratione clericorum.

§. VII. Aegre id *clerum* eius temporis nonnunquam tuliſſe, facile coniicere licet, præſertim cum pleraque bona eccleſiaſtica hoc modo in beneficium tenerentur, et poſtea concederentur laicis, licet ſæpiſſime nulla neceſſitas publica id ſuaderet. Sibi potius hæc conferenda eſſe in *beneficium* cenſebant epiſcopi, aliique clerici, et hac de cauſa quauis arte laicos ab illorum poſſeſſione excludere admodum ſtuduerunt. Pia admodum fraus fuit, qua epiſcopi prouinciarum Rhemenſis et Rotomagenſis CAROLVM Caluum ab hoc antiquo inſtituto deflectere conati ſunt, anilem quandam fabulam ipſi referentes de CAROLI MARTELLI æterna damnatione, quam propter conceſſionem horum bonorum in beneficium ſubire debuerit. Fabulam hanc optime refellit COINTIVS *tom. V. annal. eccleſ. Franc. ad annum 743. n. 5. ſqq. p. 78. ſqq.* et *p. 80.* auctorem eius HINCMARVM eſſe putat. Ipſa fabula refertur apud BALVZIVM *tom. II. capi-*

capitul. p. 109. vbi ſancti patres ita mentiuntur: *Quia vera* CAROLVS *princeps*, PIPINI *regis pater*, *qui primus inter omnes Francorum reges ac principes res eccleſiarum ab eis ſeparauit atque diuiſit, pro hoc ſolo maxime eſt æternaliter perditus. Nam ſanctus Eucherius, Aurelianenſium epiſcopus, qui in monaſterio S. Trudonis requieſcit, in oratione poſitus ad alterum eſt ſeculum raptus, et inter cetera, quæ Domino ſibi oſtendente conſpexit, vidit illum in inferno inferiori torqueri. Cui interroganti ab angelo eius ductore reſponſum eſt: quia ſanctorum iudicatione, qui in futuro iudicio cum Domino iudicabunt, quorumque res abſtulit et diuiſit, ante illud iudicium animа et corpore ſempiternis pœnis eſt deputatus, et recipit ſimul cum ſuis peccatis pœnas propter peccata omnium, qui res ſuas et facultates in honore et amore Domini ad ſanctorum loca in luminaribus diuini cultus et alimoniis ſeruorum Chriſti ac pauperum, pro animarum ſuarum redemptione, tradiderunt. Qui in ſe reuerſus ſanctum Bonifacium et Fulradum, abbatem monaſterii ſancti Dionyſii, et ſummum capellanum regis* PIPINI *ad ſe vocauit, eisque talia dicens in ſignum dedit, vt ad ſepulcrum illius irent, et ſi corpus eius ibidem non reperiſſent, ea, quæ dicebat, vera eſſe concrederent. Ipſi autem pergentes ad prædictum monaſterium, vbi corpus ipſius* KAROLI *humatum fuerat, ſepulcrumque illius aperientes, viſus eſt ſubito exiiſſe draco, et totum illud ſepulcrum interius inuentum eſt denigratum, ac ſi fuiſſet exuſtum. Nos autem illos vidimus, qui vsque ad noſtram ætatem durauerunt, qui huic rei interfuerunt, et nobis viua voce veraciter ſunt teſtati, quæ audierunt atque viderunt. Quod cognoſcens filius eius* PIPINVS *ſynodum apud Liptinas congregari fecit, cui præfuit cum ſancto Bonifacio, legatus apoſtolicæ ſedis* GEORGIVS *nomine. Nam et ſynodum ipſam habemus, et quantumcunque de rebus eccleſiaſticis, quas pater ſuus abſtulerat, potuit, eccleſiis reddere procurauit. Et quoniam omnes res eccleſiis, a quibus ablatæ erant, reſtituere, propter concertationem, quam cum Waifario, Aquitanorum principe, habebat, non praualuit, precarias fieri ab epiſcopis exinde petiit, et nonas ac decimas ad reſtaurationes tectorum, et de vnaquaque caſata duodecim denarios ad eccleſiam, vnde res erant beneficiatæ, ſicut in libro capitulorum regum habetur, dari conſtituit, vsque dum ipſæ res ad eccleſiam reuenirent. Vnde et*

Pia fraude eſt ga Carolum Caluum agentium.

Digitized by Google

dominus KAROLVS *imperator, adhuc in regio nomine constitutus, edictum fecit, vt neque ipse, neque filii eius, neque successores huiusmodi rem agere adtentarent. Quod manu propria firmauit, cuius plenitudinem habemus, et de quo capitulum excerptum in libro capitulorum eius, quicunque librum illum habet, et legere voluerit, inuenire valebit. Hanc etiam relationem et in scripturis habemus, et quidam nostrum etiam viua voce dominum* HLVDOVICVM *imperatorem, patrem vestrum, referre audiuimus. Sed et sacri canones Spiritu sancto dictati, eos, qui facultates ecclesiasticas diripiunt, et res ecclesiasticas indebite sibi vsurpant, Iudæ traditori Christi similes computant. Et sancti, qui cum DEO in cælo regnant, et in terris miraculis coruscant, diuino iudicio tanquam necatores pauperum ab ecclesiæ limitibus et a cælesti regno secludunt. De quibus sacrilegiis in prophetia Psalmi prædictum est: Qui dixerunt, hereditate possideamus sanctuarium DEI, DEVS meus, pone illos vt rotam, et sicut stipulam ante faciem venti. Et sicut ignis, qui comburit syluam, et sicut flamma comburens montes, ita persequeris illos in tempestate tua, et in ira tua turbabis eos. Imple facies eorum ignominia.*

Patres in concilio Vernensi de hac regum concessione feudorum ecclesiasticorum conquesti sunt.

§. VIII. Iam autem anno 844. in *concilio Vernensi*, quod refert BALVZIVS *in operibus* SERVATI LVPI *pag. 202.* episcopi ad CAROLVM Calvum similes querelas detulerunt, inquientes: *Videmus iram DEI nobis et vobis imminere, cum pro rapinis et immanibus aliis sceleribus, tum etiam maxime quod ecclesiæ facultates, quas reges et reliqui christiani DEO vouerunt, ad alimenta seruorum Dei et pauperum, ad exceptionem hospitum, redemptionem captiuorum, atque templorum Dei instaurationem, nunc in vsu secularium detinentur. Hinc multi serui Dei penuriam cibi et potus ac vestimentorum patiuntur, pauperes consuetam eleemosynam non accipiunt, negligwntur hospites, fraudantur captiui, et fama omnium merito laceratur. Et quidem si hæc a paganis pateretur ecclesia, patientiam flagitaret. Nunc autem oppressi a filiis nostris, hoc est, ab his, quos vel nos, vel decessores nostri in Christo genuimus, christianos eos nostro ministerio facientes, nullam patientiæ consolationem reci-*

Digitized by Google

recipimus, quoniam de illorum interitu formidamus. Certe, quod nullus, quamquam impudentissimus, negare audebit, possessio ecclesiæ votum est fidelium, patrimonium pauperum, redemtio animarum. Votum ergo alterius, quomodo quisquam Deo audet auferre? Hereditatem pauperum qua temeritate præsumit inuadere? Vnde alii suas animas redemerunt, cur inde alii suas perdunt? Itaque quædam loca venerabilia, quod nunquam antea auditum est, laici ex integro possident, quorundam partem sibi vindicant, quorundam prædia multipliciter diuisa in hereditatem sibi dari fecerunt. Aegyptii sacerdotes, famis necessitate ceteris cuncta vendentibus, suas possessiones retinuerunt; et falsi dii reuerentiam a suis cultoribus meruerunt, quam in hac parte solus et verus Deus non obtinet. OZA *percussus est propterea, quod nutantem arcam sublenare præsumpsit, quam tangere nefas erat. Rideat hoc aliquis, nisi, quod summo dolore dicimus, quidam oppressores ecclesiæ dignum suis moribus exitum nostro etiam tempore inuenerunt. Propheta clamat: Qui dixerunt, hereditate possideamus sanctuarium Dei, Deus meus, pone illos vt rotam, et sicut stipulam ante faciem venti. Postremo ipse Dominus IESVS conditor et redemptor: Quid proficit homo, si lucretur vniuersum mundum, se autem ipsum perdat, et detrimentum sui faciat? Et quisquam tam audax et desperatus inuenitur, qui possessiones DEI ad certissimam perniciem suam occupet et inuadat? O fideles Deo et vobis ipsis! nolite pro temporali abundantia diuitiarum mereri sempiternam congeriem miseriarum, nec vltra decus animæ vestræ tam pestifero, tam inaudito, tam denique certo sacrilegio polluatis. Reddite Deo sua, vt vestra cum pace possideatis, tormenta euadatis æterna, et postmodum ad gaudium Domini nostri, vt serui fideles, intromittamini. Seculares honores seculares possideant, ecclesiasticos ecclesiastici sortiantur. Nec nos insatiabilis cupiditatis arguatis, quia, qualescunque sumus, vera nos dicere, ne ipsi nescitis. Et, licet pauci, sunt tamen aliqui nostrum Deum timentes, qui iuxta illud propheticum exaudiantur: Voluntatem timentium se faciet, et deprecationem eorum exaudiet, quia omnium finis cottidie appropinquat; et quæ videntur, temporalia sunt; quæ autem non videntur, æterna. Si volumus euadere præsentes calamitates, et futuras euitare miserias, in commune a*

Digitized by Google

nostris prauitatibus ad Dominum conuertamur, et declinantes a malo faciamus bonum, vt bona Domini mereamur videre in terra viventium. Tu autem, clarissime REX, quia verissime scriptum est: Corrumpunt mores bonos colloquia mala, fuge peruersorum consortia et consilia, nec a te quisquam petere audeat, quod maiestatem tuam prastare non deceat. Nec timeas iratos homines, hoc est, terram et cinerem, amplius quam Deum, qui te creauit, quique in veritate iudicabit; cuius voluntatem si perfecte secutus fueris, credimus, quod quorumlibet hominum te contumacia liberabit, et omnibus angustiis clementer eripiet, ac post hoc temporale regnum, ad perpetuum cumulata felicitate perducet.

Quæ fere reges absterruere ab horum feudorum concessionibus in laicos.

§. IX. Ad suggestionem hanc et querelas tot episcoporum iam CAROLVS M. et LVDOVICVS P. remedia glisceuti nimium abvsui adferre studuerunt, sed magis distulerunt quam effecerunt, vt apparet ex *capitul. I. c. 104.* apud STEPHANVM BALVZIVM *tom. I. p. 724.* Sub CAROLO Caluo rem audacius aggressi sunt episcopi, maxime HINCMARI opera et studio, prout §. *anteced.* obseruaui. Verum praxis sequentium temporum ostendit, non fuisse hæc beneficia ecclesiastica, laicis antea dari solita, prorsus sublata, sed quodammodo tantum eorum collatio transmutata, prout §. *seq.* ostendam. Plurimis laicis ecclesiæ sunt ablatæ, clericisque in beneficium concessæ. Præiudicio hoc iam capti erant principes, conuenientius esse, monasteria, aliasque ecclesias episcopis, aliisque clericis magis quam laicis, dare, prout conciliorum plurium canones loquuntur. Inde magis magisque *beneficiorum* appellatio inter ipsos clericos confirmata est, præsertim cum *bona ecclesiastica*, olim laicis in beneficium concessa, ad illos sub eadem qualitate transirent, et sic ipsimet monasteria aliaque ecclesiastica bona, aliis iure beneficii olim concessa, possiderent. Imo eo magis placuit hæc *beneficii* appellatio, quod etiam ipsimet *militare* et *militiam sacram* subire dicerentur, quod præsertim placuit *seculo XI.* quo canonici, abiecta vita communi, bona ecclesiastica seorsim possidere, eaque inter se distribuere constituerunt. Passim sane in iure canonico hæc de *militia sacra* inculcatur doctrina, vt in *c. 19. C. 23. qu. 8. c. 1. X. de clerico ægrot.* et passim alibi. Imprimis ABBO, Floriacensis abbas, qui circa finem seculi X. floruit, in *collectione sua* *cano-*

Substitutis tamen clericis.

Vnde beneficiorum appellatio in ecclesiis inualuit.

Quod clerici militare dicerentur.

Digitized by Google

canonum, a MABILLONIO *tom. II. analector. p. 248. seqq.* relata, eam illustrauit, vbi *c. 52. p. 336.* ita philosophatur: *Haec sententia, quae ad milites loquitur, potest etiam ad clericos retorqueri: quia, etiamsi non militare videantur seculo, tamen Deo militant, sicut ait apostolus: Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. Videmur, inquam, non militare remissis ac fluentibus tunicis: sed habemus militiae nostrae cingulum, quo castimoniae interiora constringamus. De quo cingulo Dominus ait: Sint lumbi vestri praecincti, et lucernae ardentes in manibus vestris. Nam et catholicus clericus hac sententia retinetur. Si enim non contentus stipendiis fuerit, quae de altari Domino iubente consequitur, sed exerceat mercimonium, intercessiones ad Dominum vendit, viduarum munera libenter amplectitur, hic negotiator magis potest videri, quam clericus. Nec dicere possumus: nemo nos inuasores arguit violentiae, nullus accusat. Quasi non interdum maiorem praedam viduis blandimenta eliciant, quam tormenta. Nec interest apud Dominum, vtrum vi, an circumuentione quis res alienas occupet, dummodo quoquo pacto teneat alienum.* Admodum salutaris haec doctrina clericis fuit, vt ipsimet potius pro hac *militia sacra* bona ecclesiastica in feudum acciperent, quam laicis *militia seculari* permitterent. Vnde etiam adhuc hodie bona ecclesiastica *iure beneficiario antiquo* a clericis possidentur, et ipsa antiquorum feudorum natura ex *beneficiis ecclesiasticis* optime illustrari et explicari potest.

§. X. Altera occasio feudorum ecclesiasticorum fuit ipsorum *episcoporum desiderium*, vt, quod in totum emendare non possent, ad minimum, quantum fieri posset, ad suum traherent arbitrium, ipsique tanquam supremi dispensatores bonorum ecclesiasticorum haec feuda laicis conferrent. Duplicem hactenus ex suis principiis, quibus imbuti erant, notauerant errorem, tum quod principes bona ecclesiastica pro lubitu *iure feudi* conferrent; tum quod *laicis* illa concederentur ob seruitia secularia, militiam et vsus profanos, ad quos non erant destinata. Decimae imprimis clericis *iure diuino* deberi credebantur, quarum collatio in feudum, laicis facta, grande sacrilegium continere videbatur. Posterius vno impetu tollere non potuerunt; prius ergo quouis molimine aggrediebantur, omnesque animi neruos intendebant, vt reges ab hac *collatione* retraherent, illamque sui iuris facerent, quod vbi tractu temporis impetrarunt, ipsimet *domini feudorum ecclesiasticorum directi* facti sunt. In *capitul. Caroli M. de anno 814.*

Altera occasio trahitur ex episcoporum facto, quo ipsimet potius, quam reges, ea in feudum dare maluerunt.

Digitized by Google

apud BALVZIVM *tom. I. capitul. p. 577. c. 3.* grauiter laicis hoc inculcatur, ſimulque oſtenditur, quantopere epiſcopi ſtuduerint, pro his feudis abolendis. Verba hæc ſunt: *Quapropter præcipimus, vt, ſi quis ex iure eccleſiaſtico hactenus noſtra largitate aliquid poſſedit, ſi illa deinceps habere voluerit, ad proprios epiſcopos veniat, et ab eis, et a præpoſitis eccleſiarum, vnde eſſe videntur, quocunque modo iuſte potuerit, ea impetrare ſatagat, et nihil ex iis aliter ambiat aut concupiſcat vel accipiat, ne cupidus ſanctarum rerum ignis, qui in eis eſt, eos fauilloſius exurat. Vnde et in ſacris canonibus Spiritu Dei conditis decretum habeatur ita: Si quis oblata dederit vel acceperit praeter epiſcopum, vel eum, qui conſtitutus eſt ab eo ad diſpenſandam miſericordiam pauperibus, et qui dat, et qui accipit, anathema ſit. Scimus enim, anathemizatos homines et in præſenti ſeculo infames eſſe ac perditos, et a conſortio fidelium in omnibus abſque pane et aqua fieri alienos, atque ſi abſque eccleſiæ ſatisfactione de hac vita receſſerint, a regno Dei fore extorres. Quam foueam cauere diſſimulans vel recuſans noſtra ſe ſciat per omnia carere ſocietate. Quia non ſolum qui faciunt, ſed qui facientibus praua conſentiunt, rei ſunt. Satius enim nobis eſt, regnum non habere terrenum, quam æternum perdere. Plus vero me credo poſſe Deum per ſuorum merita ſanctorum adiuuare, quam omnem militiam ſeculorum. Quapropter omnes ſcire cupimus, ſi ſuper his, quibus fruimur bonis, vniuerſum mundum lucrari potuiſſemus, noſtram veſtrasque animas perdere noluiſſemus, nec ſe prædictis cupiditatibus perdere volentibus aſſentire. Geſtante namque euangelica tuba didicimus, nihil prodeſſe homini vniuerſum mundum lucrari, ſi anima ſua detrimentum patiatur. Et iterum: Quam dabit homo commutationem pro anima ſua? Et iterum: Ibunt hi in ſupplicium ſempiternum, iuſti autem in vitam æternam.* Interim non ſtatim *in totum* mos antiquus mutatus eſt, nec reges a collatione horum beneficiorum abſtinuerunt. Docet id ipſum PASCHASIVS RADBERTVS, qui *anno 844.* præfecturam cœnobii Corbeienſis obtinuit, et *vitam S.* WALAE *abb.* ſcripſit, a MABILLONIO *in actis Benedict. ſec. IV. P. I. p. 453.* editam. Hic morem veterem adhuc perſtringit, et ad minimum collationem horum beneficiorum epiſcopis deberi, iudicat. Ait: *Si reſpublica ſine ſuffragio rerum eccleſiaſticarum ſubſiſtere non valet, quærendus eſt modus et ordo cum ſumma reuerentia et religione chriſtianitatis, ſi quid vos veſtri-*

Digitized by Google

veſtrique ab eccleſiis, ob defenſionem magis quam ad rapinam accipere debeatis; ne cum maledictione, execratione ſanctorum pontificum itetenus præſumatur. Porro iſti ſancti pontifices ſi quid ad vſus militiæ exhibendum eſt, ſic exhibeant etc.

§. XI. Quamuis vero ita paululum collatio horum beneficiorum ad *epiſcopos* deuolueretur, apparet tamen ex ſequentium temporum conciliis, morem priſtinum in totum haud exoleuiſſe. Nihilominus epiſcopis id vnice curæ cordique fuit, vt plane mos priſtinus tolleretur, et *laicis* quoque bona eccleſiaſtica eriperentur, eccleſiisque, h. e. *clericis*, reſtituerentur, quibus propria credebantur. Collineat huc feudiſta *1. F. 6. pr.* aiens: *Item ſi epiſcopus, vel abbas, vel abbatiſſa, vel dominus plebis feudum dederit de rebus eccleſiarum, quæ eis ſubiectæ ſunt, et tituli vocantur: nullum habet vigorem, ſecundum hoc, quod conſtitutum eſt a papa* VRBANO *in ſancta ſynodo: hoc eſt, illud, quod poſt eius decretum fuerit datum, quod autem ante datum fuerit, firmiter permanere debet. Idem iuris eſt, ſi præpoſitus, vel abbatiſſa, vel alia eccleſiaſtica perſona, quæ antiquitus non ſit ſolita in feudum dare: ſcilicet vt quod dederit, de iure non valeat.* Ad hoc decretum interpretes iuris feudalis et canonici frequentiſſime prouocant, ſeque in illo ius aliquod ſingulare reperiſſe credunt, vt *bona menſalia* nequidem adhibitis canonicis ſolennibus alienari poſſint, ſed tantum *communia*, et quidem ex hac ratione, quod alioquin VRBANVS II. nihil noui conſtituiſſet, prout ſupra *tit. XIII. §. 22. p. 693. ſeqq.* vberius oſtendi. Conf. STRYK. *in ſynt. iur. feud. c. VI. aph. 4. n. 2.* Verum ipſum VRBANI decretum adhuc in abdito latet, nec ſynodus ab interpretibus producta eſt, cui illud debeatur, cum nec *Placentina*, nec *Claromontana*, nec alia ſub hoc pontifice habita verba adducta contineat. Aut ergo feudiſta errauit, aut, quod probabilius eſt, mentem *c. 20. concilii Claromontani* tantum expreſſit, quæ ſimul ex proxime antecedentibus conciliis illuſtrari poteſt. In *concilio Bituricenſi* anno 1031. habito *c. 21.* idem iam conſtitutum fuit his verbis: *Vt ſeculares viri eccleſiaſtica beneficia, quæ* FEVOS PRESBYTERIALES *vocant, non habeant ſuper presbyteros.* Sunt *feui presbyteriales* illa *feuda eccleſiaſtica*, quæ VRBANVS vocat *titulos*, quales olim potiſſimum erant *eccleſiæ parochiales*, quæ ab antiquo iam in feudum laicis datæ fuerant, fremente

Epiſcopi per aliquot ſecula plane hæc feuda abolere conati ſunt.

Maxime Vrbanus II.

Sed de eius ſynodo non adeo conſtat.

Digitized by Google

mente licet clero. Eadem fuit ſententia VRBANI II. in *concilio Claromontano c. 20.* apud HARDVINVM *in actis concilior. tom. VI. P. II. p. 1719.* vbi papa edixit: *Vnde et interdictum eſt omnibus laicis, ne amplius altaria vel eccleſias ſibi retineant*, in feudum ſcilicet, quo iure antiquo more eas tenuerant. IDEM *in concilio Nemauſenſi*, anno 1096. celebrato, interdictum hoc repetiit, ſtatuitque *in c. 6.* apud HARDVINVM *c. l. p. 1750. Laicus, qui oblationem eccleſiæ, ſepulturam, decimam, aut terram ſanctuarii tenuerit, ab omnium fidelium communione ſeparetur.* Ni me omnia fallunt, *terra ſanctuarii* eſt *eccleſia parochialis*, ſeu *titulus* in feudum dari prohibitus ab VRBANO II. prout feudiſta *c. l.* retulit. Inde planum liquidumque redditur, pontificem nihil noui conſtituiſſe, ſed morem antiquum, bona eccleſiaſtica laicis in feudum dandi, tantum abolere voluiſſe. Attamen ne ſic quidem omnia feuda eccleſiaſtica manibus laicorum ſtatim extorta ſunt, ſed per varia temporum interualla adhuc durarunt, donec tandem plerique laici, minis clericorum deterriti, exemplo HENRICI V. illa dimittere coacti fuerint, vt rariora rudera horum antiquorum feudorum hodie in Germania ſupereſſe videantur.

Tertia occaſio horum feudorum deſumenda eſt ex militia antiqua epiſcoporum.

§. XII. Tertia occaſio conſtituendi *feuda eccleſiaſtica* deſumenda eſt ex *militia antiqua* ipſorum *epiſcoporum*, quam inſtruebant turbulentis temporibus, tum *pro defenſione eccleſiarum*, tum *pro ſubſidiis regibus* ſuppeditandis. Rationem huius militiæ epiſcopi prouinciarum Rhemenſis et Rotomagenſis *anno 858.* apud BALVZIVM *tom. II. capitul. p. 108.* fideliter referunt, aiuntque: *De quibus conſecratis DEO rebus, quod habent liberi homines eccleſiis ſeruientes per diſpoſitionem rectorum ipſarum eccleſiarum, ideo conſtituerunt apoſtolorum ſucceſſores hoc ordinari, vt quia creuerunt fidelium vota, et increuerunt infidelium mala, augeretur per diſpenſationem eccleſiaſticam regni militia ad reſiſtendam malorum nequitiam, quatenus ipſæ eccleſiæ defenſionem haberent et pacem, et chriſtianitas obtineret tranquillitatem. Quapropter ſicut et illa res ac facultates, de quibus viuunt clerici, ita et illæ ſub conſecratione immunitatis ſunt, de quibus debent militare vaſalli; et pari tuitione a regia poteſtate in eccleſiarum vſibus debent muniri.* Ipſe HINCMARVS, qui huic concilio interfuit, *tom. I. oper. p. 324.* idem confirmat, et, *porro*, ait, *epiſcopus diſpoſitis, quæ ſunt eccleſiæ, ac ſuis, eccleſiaſticorum nihilominus et pauperum hoſpitumque ſubſidiis, cum de rebus eccleſiæ propter militiam*

Digitized by Google

litiam beneficium donat, talibus dare debet, qui idonei sunt reddere cæsari, quæ sunt cæsaris. Subiungit præterea, liberis *horum militum ecclesiæ*, vti vocabantur, ad *militiam* aptis, feuda ecclesiastica non esse auferenda. Magis confirmata hæc feuda sunt in constitutione CONRADI, quæ §. *F.* 1. refertur, vbi statuit: *vt nullus miles episcoporum, abbatum, abbatissarum, marchionum, vel comitum, vel hominum, qui beneficium de nostris publicis bonis, aut de ecclesiarum prædiis nunc tenent aut tenuerint, aut hactenus iniuste perdiderint, tam de nostris maioribus valuasoribus quam eorum militibus, sine certa et conuicta culpa suum beneficium perdat, nisi secundum consuetudinem antecessorum nostrorum et iudicium parium suorum.* Tale sine dubio feudum fuit, quod SERVATVS LVPVS *epistol. 119. p. 174. edit. Baluz.* ab AENEA episcopo, HILDEGARII defuncti filio, dari petiit. *Vnde proprio affectu*, scribit, *et propinquorum vtriusque lineæ impulsu asserentium, me apud vos plurimum posse, sanctitati vestræ has literas destinaui, supplicans, vt filio ipsius, super quo postulauit, concedere dignemini beneficium, tutorem vero, qui et moribus vestris congruat, et militare obsequium exigat, laudabili prudentia statuatis.* In *capitul.* CAROLI M. et LVDOVICI P. *lib. III. c. 82.* apud BALVZIVM *tom. I. p. 769.* cauetur: *vt non solum beneficia episcoporum vel abbatum, abbatissarum, atque comitum siue vassorum nostrorum, sed etiam fisci nostri describantur in breue* etc. quibus verbis meo iudicio illa feuda, de quibus hic agitur, innuuntur. Conf. ALTESERRA *de origine feudorum c. IV.*

§. XIII. Quarta occasio et quidem fere primaria eorum, quæ hodie supersunt, quærenda est in *oblatione bonorum*, ecclesiis hac intentione facta, vt rursus ab iisdem in feudum offerentibus darentur. Antiqua *donatio*, vel potius *superstitio*, hoc errore communi maiores nostros deceperat, vt optimo demum iure se bona sua possidere crederent, si ab ecclesiis illa in feudum recognoscerent. Huius moris, ni fallor, iam mentio fit in lege Baiuuariorum apud BALVZIVM *tom. I. capitul. p. 95. de anno 630.* vbi modus res suas transferendi in ecclesiam determinatur hoc modo: *Et quicquid donauerit, villas, terram, mancipia, vel aliquam pecuniam, omnia, quæcunque donauerit pro redemtione animæ suæ, hoc per epistolam confirmet propria manu sua ipse, et testes adhibeat sex vel amplius. Si voluerit, imponant manus suas in epistola, et nomina eorum notent ibi, quos ipse rogauerit. Et tunc ipsam epistolam ponat super altare, et sic tradat ipsam pecuniam coram sacerdote, qui ibidem seruit. Et post hæc nullam habeat potestatem exinde nec ipse nec posteri eius, nisi defensor*

Quarta occasio hauriendæ est ex oblatione bonorum.

Digitized by Google

eccleſiæ ipſius per beneficium præſtare voluerit ei; ſed apud epiſcopum defendatur res eccleſiæ, quicquid a chriſtianis ad eccleſiam Dei datum fuerit. Sub CAROLO M. itidem hunc modum continuatum eſſe, *concilium Turonenſe III. c. vlt.* de anno 813. luculenter probat, ſimulque oſtendit, liberos nonnunquam ab hereditate parentum excluſos fuiſſe ob nimias in eccleſiam factas donationes, cuius rei iniquitatem quodammodo patres ipſimet confeſſi ſunt. Interim neminem hac de re quæſtionem hactenus mouiſſe allegant, *quia*, pergunt, *pene nullus eſt, qui res ſuas ad eccleſias donet, niſi de rebus eccleſiaſticis, aut tantum, quantum donauit, aut duplum aut triplum vſufructuario accipiat: et quibus ille tunc, aut quantis filiis aut propinquis a rectoribus impetrauerit, poſt diſceſſum eius eadem conditione, qua ille tenebat, poſteri ſibi vindicent.* Addunt tamen hanc declarationem, ne ſuperſtitione parentum bonis paternis defraudati vllam conquerendi cauſam habeant: *Nobis viſum eſt, prædictis heredibus hanc dare optionem, vt, ſi voluiſſent traditiones parentum ſuorum conſequi, de qua iam illi erant per legem excluſi, rectoribus eccleſiarum ſe commendarent, et hereditatem illam in beneficium, vnde ſe adiuuare et ſuſtentare poſſint, acciperent.* Aſtute agunt patres, vt iniquitatem parentum hoc modo tegant, quam reformidare debuiſſent, et ſimul laicos ſibi obnoxios in vſum eccleſiæ facerent, ex quibus in promtu ipſis miles eſſet, quem in expeditionem pro more illorum temporum mittere poſſent. Morem hunc laicorum inueteratum clerici Bremenſes cum eiusdem archiepiſcopo in controuerſia, quæ inter HENRICVM Aucupem et VICELINVM interceſſerat, allegant apud HELMOLDVM *lib. I. chron. Slau. c. 69. n. n.* præmittentes, ampliſſimis regni diuitiis eccleſiam auctam fuiſſe: *Vbi enim dux*, aiunt, *vel marchio, vbi in regno principatus quantumlibet magnus, qui pontificibus manus non offerat, recuſatus, opportune, importune ſe non ingerat? Certatim currunt, vt homines fiant eccleſiæ et participes fiant beneficiorum eius. Vos igitur honorem hunc peſſundabitis et infringetis iuxta magnis auctoritatibus edita? dabitisne huic duci manus veſtras, vt hoc exemplo incipiant eſſe principum ſerui, qui fuerunt principum domini?* Ingenue his verbis fatentur, qua arte quibusue mediis magnates principesque circumuenerint, vt domini eorum fierent. Conf. ALTESERRA *c. l.* HERTIVS *diſſ. de feudis oblatis P. I. §. ſ.* vbi hanc materiam variis aliis teſtimoniis exornat. Idem confirmat SECKENDORFFIVS im teutſchen Fürſten-Staat *in addit. §. 20.* vbi multa territoria allodialia eſſe fatetur, addit tamen: Jhre meiſte und beſte Oerter aber ſind andern Ständen, ſonderlich geiſtlichen Stiftern lehnbar, denn denſelben

ſelben haben die Vorfahren das Eigenthum mehrentheils gutwillig aufgetragen. Pluribus hoc confirmat WERNERVS THVMMERMVT *in tract.* Krummſtab ſchleußt niemand aus, vbi *p. 110. n. 57.* hoc primarium fundamentum ſuæ intentionis ponit, feuda eccleſiaſtica non ex bonis eccleſiarum data fuiſſe vaſallis, ſed ipſorum vaſallorum propria et allodialia bona ex deuotione, vel alias modico pretio eccleſiarum prælatis oblata, quod *p. 117.* variis exemplis *feudorum Colonenſium* oſtendit, ſimulque *p. 134.* ad diœceſes *Leodienſem*, *Monaſterienſem*, *Treuirenſem* et *Fuldenſem* prouocat. In *Italia* exempla horum *feudorum oblatorum* rariora fuiſſe videntur, quod vel inde liquet, quia compilatio conſuetudinum Longobardicarum tantum *datorum*, non *oblatorum* meminit, prout infra ſpecialius oſtendendum erit.

§. XIV. Verum *in Germania* exempla frequentiora ſunt, in qua epiſcopi paulatim ad tantam deuenerunt potentiam, vt comites nobilesque vel inuiti ſæpius ſua bona illis *in feudum* offerre coacti fuerint. Hanc ipſam ſaluti eccleſiæ fuiſſe, fatetur STEPHANVS LEODIENSIS *l. I. vitæ S. Modoaldi c. XIV.* apud SVRIVM *die 12. Matt*, vbi eccleſiarum gallicarum religionem, potentiam et honorem magnopere extollit, et hæc ſubdicit: *Inde eſt, quod nusquam gentium æqualis potentiæ pontifices inueniri queant, vel quod a regio comitatu et opulentia parum differant.* Ex horum numero fuiſſe refert ARNVLPHVM *Metenſem*, CVNIBERTVM *Colonienſem*, REMACLVM *Tungrenſem*, et MODOALDVM *Treuirenſem*, qui circa *annum 628.* floruerunt, et iam eo tempore in magna potentia fuerunt. Quidni ergo idem multo magis de epiſcopis ſequentium temporum dicendum erit, quorum potentia magis magisque creuit, laicorum vero virtus ſub nimia eorum veneratione decreuit. IOANNEM I. epiſcopum Treuirenſem, rem huius eccleſiæ in ſummam amplitudinem deduxiſſe, validis arcibus propugnaculisque confirmaſſe, *et opportunis beneficiariorum equitum ſubſidiis auxiliisque fulſiſſe*, teſtatur BROWERVS *lib. XV. annal. Treuirenſ. ad ann. 1212. §. 92.* Recenſet in ſequentibus arces prædiaque acquiſita, et, *quicquid eius generis*, ait, *poſſeſſionum eccleſiæ comparauit, iis, vnde nactus fuerat, beneficiario iure denuo conceſſit.* HENRICVS II. *archiepiſcopus Treuirenſis* ex oblatione DITHERI Monsbergenſe caſtrum acquiſiuit, vt liberi tamen *fiduciariam* arcis *poſſeſſionem* retinerent, pontificibus clientela ſemper obnoxii, vt ait BROWERVS *ad annum 1273. §. 29.* Plurima huiusmodi feuda etiam *iure belli*, ſi ſuperiores exſtiterunt, acquiſiuerunt, deuictos in quascunque leges pacis iurare cogentes, prout IDEM *c. l. L. XVII. ad ann. 1331. §. 88. et ad ann. 1334. §. 95.*

Quam oblationem admodum promouerit epiſcoporum potentia.

Quod exemplis illuſtratur.

item ad ann. 1342. §. 113. aliisque variis locis oſtendit. Nonnunquam etiam, interueniente pretio quodam, exiguo tamen, oblatio peracta, quod exemplo HENRICI, epiſcopi Baſileenſis, illuſtrant *annal. Colmar. ad ann. 1271. p. 9.* apud VRSTISIVM *P. II. ſcript. rer. Germ.* Conf. diploma *de anno 1219.* apud LEIBNITIVM *in prodr. cod. diplom. n. 6. p. 5.* quo REGINALDVS rex inſulam ſuam Romanæ ſedi in feudum obtulit, antea liberrimo iure poſſeſſam. Similiter *anno 1406.* comes GISELBERTVS epiſcopo et capitulo Monaſterienſi tractum inſignem ſponte et vltro in feudum obtulit, teſte SPENERO *in hiſtor. inſign. lib. II. c. 51. et lib. III. c. 25.* Pluribus aliis documentis hoc argumentum illuſtrat. B. HERTIVS *de feudis oblatis P. I. §. 6. et 7.*

Plures aliæ occaſiones generatim allegantur.

§. XV. Plures aliæ occaſiones per tot ſecula occurrere potuerunt, quibus quandoque eccleſiis *vtile* vel *neceſſarium* viſum fuit, bona eccleſiaſtica in feudum aliis concedere, vt pro *pace redimenda*, vel pro *liberanda eccleſia ab ære alieno*, vel pro *aliis commodis*. Nam ob *vtilitatem* et *neceſſitatem* bona eccleſiaſtica *alienari* in totum poſſe, conſtat; multo magis ergo in *feudum* dari queunt, ſi ſolennitates canonicæ ſunt adhibitæ. Verum rariora huius generis exempla ſunt: frequentiora illa, quæ ex *oblationibus* maiorum ortum traxerunt, quæ vero olim aliis occaſionibus variis enata ſunt, ea vix hodie ſuperſunt, poſtquam laici tot anathematis fulminibus tandem illa, quæ *iure beneficiario* ab eccleſia obtinuerunt, reddere coacti ſunt, ne dicam, plures etiam eccleſias et monaſteria graui ære ſoluto libertatem bonis eccleſiaſticis rurſus acquiſiuiſſe, ſimili fere modo, prout a *iure aduocatiæ* ſeſe liberarunt. Inde natum eſt ſine dubio commune Dd. aſſertum, pleraque feuda eccleſiaſtica, quæ hodie ſuperſunt, non tam ab eccleſiis *data*, quam a maioribus *oblata* eſſe, quod rationem habet, ſi a *potiori* facienda eſt denominatio. Vid. THVMMERMVT *cit. l.* HERTIVS *cit. l. §. 6.* SCHILTER. *ad ius Allem. feud. in rubr. §. 14.* Vix enim probabile eſt, epiſcopatus tot caſtris, hodie a nobilibus poſſeſſis iure feudi, olim abundaſſe, vt illa promiſcue in feudum nobilibus conceſſerint: quæ olim eccleſiis donata ſunt quoad integram ſubſtantiam, illa in eius patrimonio vtplurimum permanſere, cum alienatio bonorum eccleſiaſticorum tam diſtricte fuerit prohibita, et quando licite fieri poteſt, tot tamen cautelis et præcautionibus alienatio facienda eſt, vt non facile in effectum deduci poſſit. Accedit, pontifices illorum bonorum demum inueſtituras permiſiſſe, quæ ab antiquo ſunt infeudari ſolita, *c. 2. X. h. t.* id quod vix de aliis, quam de illis intelligi poteſt bonis, quæ ſub hac qualitate feudali *primordialiter* eccleſiæ acquiſita ſunt, videli-

Sed prævalet illa, quæ ex oblationibus deſumenda eſt.

cet

cet per ſolennem *oblationem*, ſiue hæc *ſponte* per meram *donationem*, ſiue alio interueniente *titulo oneroſo* facta fuerit. Quæ enim olim ex *bonis eccleſiæ* conſtituta et *data* ſunt feuda, iam dudum machinationibus epiſcoporum exſpiraſſe videntur, nc quidem exceptis illis, de quibus §. XI. dictum eſt, cum etiam pleraque eorum, vt admodum probabile eſt, exſtinctis familiis, quibus olim conceſſa erant, tandem ad eccleſias reuerſa, et rarius forſan aliis in feudum data ſunt, mutato *militiæ ſtatu* per vniuerſam Germaniam, cuius intuitu non amplius neceſſum fuit, feuda concedere. Olim epiſcopi militem *iure beneficiario* habuere, qui *proprio ſumtu* expeditionem facere obſtrictus erat; mox ſcena mutata, et ſtatus imperii tandem militem ſuum, dato ſtipendio, aluerunt. Collineat huc BROWERVS *lib. XVIII. annal. Treuir. ad ann. 1388. §. 80. p. 254.* et, *militaris diſciplinæ*, ait, *ita tunc vſus tulit, vt equeſtrium virium præcipua laus eſſet penes obnoxiam, et feudis deuotam nobilitatem; peditum robur coire ex delecta iuuentute popularium et ciuium, donec mercenaria tandem militia ſucceſſit, eademque ſumtuoſiſſima ſub* SIGISMVNDO *cæſare et* MAXIMILIANO I. *qui pedites in Germania per raptus et furta vagos ſub ſigna coactos merere, et doryphoros haſtatosque noſſe ordines audire tribunos et centuriones, et ſtare in acie docuit.* Solas *decimas* excipio, quæ olim eccleſiis *propriæ* fuere, et forſan adhuc hodie ex antiquo more ſuperſunt.

(II.)

De indole feudorum eccleſiaſticorum.

§. XVI. Ex his occaſionibus tandem nata eſt decantatiſſima diſtinctio feudorum in *eccleſiaſtica* et *ſecularia*. Illorum fit mentio in *c. 7. X. de conſtit.* horum vero in *c. 6. X. de foro compet.* Verum in ipſis definitionibus harum duarum ſpecierum Dd. non conueniunt. THOMAS CRAGIVS *lib. I. feudor. §. 10.* arbitratur, hanc diuiſionem non ex diuerſitate *qualitatum* naturalium, ſed ex *diuerſitate perſonarum*, quæ feudum accipiunt, naſci. *Nam in ſeculari feudo*, pergit, *quod nos laicum dicimus, id tantum ſpectamus, an laicus ſit, qui dedit, ſimul et qui accipit, i. e. talis, qui ordines eccleſiaſticos non ſuſcepit; feudum tamen eccleſiaſticum aliter conſideramus, nam eccleſia tam dat feudum, quam accipit, et vtrumque feudum eccleſiaſticum dicitur, ſiue qui dat, ſit clericus, ſiue qui accipit: modo ſit nomine eccleſiæ conceſſio, imo et aliquando clericus, non nomine eccleſiæ, cui præeſt, ſuſcipit, ſed et hoc feudum etiam ſub eccleſiaſtici nomine agnoſcitur.* Liquet ex dictis, CRAGIVM adeo late hanc diuiſionem accepiſſe, vt in effectu *tres* feudorum eccleſiaſticorum *ſpecies* congluti-

Feuda eccleſiaſtica a Cragio definiuntur ex qualitate perſonarum, quorum tres ſpecies conſtituit.

Digitized by Google

Primam ſpeciem deſumit ab eccleſia feudum accipiente.

nauerit. PRIMA deprehenditur in feudo, quod *eccleſia* vel a *rege*, vel a *principe*, vel etiam a *priuato accepit*, quod ideo vere *eccleſiaſticum* dici poſſe cenſet, quod in hoc genere feudi non tam conſideretur perſona epiſcopi aut prælati, quam potius ipſa *eccleſia*, vt hæc *vera regis vaſalla* dicatur. Prælatus vero tantum eccleſiæ adminiſtrator, per quem eccleſia, quæ non poteſt per ſe præſtare, ſolet exercere, vt tamen, licet adminiſtrator in dominum peccauerit, eccleſia ex hoc facto damnum ſentire non debeat. Habent enim prælati et eccleſiæ vaſallos ſuos et milites, per quos ſeruitia militaria præſtare poſſunt. In effectu cum CRAGIO conſpirant,

Quod vel regale, vel non regale.

qui feudum in *regale* et *non regale* diuidunt, et *regale* iterum in *eccleſiaſticum* et *ſeculare* diſpeſcunt. Illud confertur per cæſarem ſummis prælatis Germaniæ, annexam dignitatem regalem habens, et eccleſiæ ita cohæret, vt in ſucceſſorem prælatorum ſingularem, non heredes vniuerſales transeat. Hoc vero cum dignitate regali ſecularibus perſonis confertur.

Illud vocatur Scepter-Lehn.

Vid. STRVVIVS *in S. I. F. cap. III. aph. 7.* Alias illud dicitur **Scepter-Lehn**, hoc vero **ein Fahn-Lehn.** Verum de hac diſtinctione infra, vbi de *eccleſia vaſalla* agere conſtitui, ſpecialius dicendum erit, oſtendendumque, qua occaſione feuda prælatis dari ſolita vocata fuerint *feuda ſceptri.*

Nec adeo hic diſſentiunt, qui feudum eccleſiaſticum definiendum cenſent ab obiecto.

§. XVII. Plerique tamen hanc *feudi eccleſiaſtici*, in ſenſu ſtrictiori acceptam, definitionem reiiciunt, nec ad conditionem vaſalli reſpiciendum eſſe cenſent, ſed tantum ad *ipſam rem* in feudum datam, vt STRVVIVS *cit. l.* Dn. HORNIVS *in iuriſpr. feud. cap. 3. §. 13.* VVLTEIVS *in iure feud. cap. 8. n. 3.* aliique. Et tamen hi omnes, quando feudum in *regale* et *non regale* diuidunt, illud a *perſona accipiente* in *eccleſiaſticum* et *ſeculare* diſtribuunt, quod vix connecti poteſt, niſi, diuerſo reſpectu vnum idemque *ſeculare* et *eccleſiaſticum* dici poſſe, aſſeramus. Si *eccleſiaſticum* ab *obiecto* definimus, *feuda ſceptri* magis ſunt *ſecularia* quam eccleſiaſtica: ſi a *perſona accipiente*, dici poſſunt *eccleſiaſtica*, quod eccleſiæ vel potius clericis acquiſita ſint, atque hæc diuerſa acceptio admitti poteſt, ſi in *ſenſu generaliori* hanc diuiſionem accipimus. In *ſenſu ſpecialiori* et *primario*, quem ius canonicum et vſus hodiernus approbauit, tantum a *diuerſitate obiecti* hæc diuiſio petitur, vt eccleſiaſticum dicatur, *quod in re eccleſiaſtica*: ſeculare, *quod in re profana conſtituitur*, ſicut emphyteuſis *eccleſiaſtica* et *ſecularis* eodem ſenſu a *diuerſitate obiecti* diſtinguitur. Firmat hanc ſententiam vſus antiquiſſimus feudorum eccleſiaſticorum, quem antea retuli, vnde apparet, hæc ita denominata fuiſſe ab *obiecto*, non a *perſona concedente* aut *recipiente* feudum, quid? quod ingens illa horum feudorum diuerſitas, ex *diuerſitate rerum* diuerſiſſimam indolem habentium,

Eccleſiaſticum potius ab obiecto definiendum.

vnice

vnice deriuanda eſt, nec *perſona vaſalli*, qua talis, ex alio reſpectu, ei cohærente, in materia feudali primario conſideratur.

§. XVIII. Hac de cauſa epiſcopi et prælati cum regalibus inueſtiti magis *perſonam principis ſecularis* gerunt, et inueſtiuntur mit der Weltlichkeit, vt loquuntur. Notum eſt, OTTONEM M. fratrem ſuum BRVNONEM de regalibus ad inſtar ducis inueſtiuiſſe. Nam vt ait AVCTOR *vitæ Brunonis* apud LEIBNITIVM *tom. I. rerum Brunſuic. p. 297.* Imperator *fratrem ſuum Brunonem occidenti tutorem et prouiſorem, et, vt ita dicam, archiducem in tam periculoſo tempore miſit.* Olim ſane duces ab epiſcopis admodum diſtinguebantur, quod hi *rem diuinam* facerent, et eccleſiæ curam gererent, vt infra ſpecialius tradam; illi vero *rei militari* præeſſent, et domi ſupremam iurisdictionem cum *iure gladii* per prouincias adminiſtrarent, et reipublicæ præfecturam gererent. Hoc munus epiſcopi etiam in ſuis dioeceſibus, ducibus comitibusque relinquebant, niſi quatenus bona eorum hominesque illis adſcripti a banno ſeculari ſpeciali priuilegio exemta fuerint; quod multoties factum fuiſſe, infinita diplomata docent, quo caſu per *aduocatos* vtplurimum iurisdictionem exercuerunt. Sed tandem ipſi epiſcopi ducatus comitatusque inter alia regalia acceperunt, et *credibile eſt*, vt ait LEIBNITIVS *in proleg. cit. l. exemplum Brunonis, viri ob mores ſcientiamque laudatiſſimi, plurimum potuiſſe, vt nec vererentur dare principes, nec accipere prælati, quod tantus vir habuiſſet.* Singulare hoc eo tempore fuiſſe, docet *chronicon* apud GRYPHIANDRVM *de Weichbildis cap. XXVIII.* Da begunnten zuerſt die Biſchöfe weltliche Rechte zu haben, das dauchte damals unbillig manchem Manne, non quod ante hæc tempora nullam iurisdictionem eccleſiæ habuerint, ſed quod eam *inſtar ducum* [illegible]*itumque* per vniuerſam prouinciam haud exercuerint, vt infra oſtendendum erit. Hoc ſenſu accipi poſſunt verba *iuris Allemannici feudalis cap. XLII.* Alle Biſchöfe empfahende von dem Könige Müntz und Zölle, und etliche empfahend Bahn-Lehn, und etliche Gerichte, quod illuſtrat SCHILTERVS *ad cit. cap. XLII.* Feuda vexilli non eſſe *eccleſiaſtica*, ſed mere *ſecularia*, a quocunque demum accipiantur, res ipſa loquitur. Vnde in prima pactione, quæ inter HENRICVM et CALISTVM inita eſt anno IIIO. quaque regalia pontifex in manus imperatoris dimiſit, hæc *ad regnum*, quod *ſecularem poteſtatem* denotat, pertinere dicuntur, et intuitu eorum hodie epiſcopi cæſari ſubſunt, atque ab eorum iudiciis ſecularibus ad eum, non ad papam appellatur, quod et principibus proteſtantibus in *inſtr. pac. art. V. §. 21.* confirmatum, additumque, eos absque vlla exceptione

Feuda ſcepti, quibus prælati inueſtiuntur, ſunt magis ſecularia.

Digitized by Google

ptione a cæsare esse inuestiendos, postquam iuramenta *regalibus consueta feudis* præstiterint. Inde satis planum manifestumque est, feuda talia, quibus prælati intuitu ecclesiæ suæ inuestiuntur, esse magis *secularia*, quam *ecclesiastica*.

Alteram speciem Cragius inde desumit, si prælatus tanquam priuatus feudum accipit. Quod reprobatur.

§. XIX. ALTERAM speciem feudi ecclesiastici CRAGIVS *cit. l. §. 24.* in eo constituit, cum prælatus, siue aliqua persona ecclesiastica feudum acquirit, sed non *ecclesiæ* nomine, sed *sibi* tanquam *priuato*. Hæc a prima specie in eo differre videtur, quod in illa ipsa *ecclesia* acquirat feudum, hic vero *prælatus*. Verum aut *officio* prælati hoc feudum cohæret, aut non. Posterius contingit, si *gentilitia feuda* in prælatum *ex iure sanguinis* deuoluuntur; prius vero, si prælati simul sunt *principes imperii*, quibus, qua talibus, hæc feuda ab imperatore conferuntur, et tantum in successores in officio transeunt. Hunc casum iam examinaui in prima specie, *§. anteced.* illustrata, adeoque, si hunc casum intelligit CRAGIVS, hæc secunda species a primo non adeo differt, cum constet, prælatos in sensu iuris canonici repræsentare *ecclesiam*, et quicquid illis qua talibus confertur, etiam ecclesiæ collatum censeri. Conf. CORVINVS *in iure canonico lib. II. tit. XXXVII. §. 9. et sqq.*

Qui fiat, quod principatus episcopatibus innexi bona ecclesiastica vocentur?

Illud vnicum adhuc monendum censeo, in *instr. pac. art. V. §. 14. bona ecclesiastica immediata constitui in archiepiscopatibus, episcopatibus, prælaturis, abbatiis, præpositurís etc.* quibus non vnice *bona ecclesiastica* stricte dicta, ad mensam prælatorum capituli vel ecclesiarum collegiatarum et parochialium spectantia, et olim destinata intelliguntur, sed illis etiam *principatus* et *comitatus* insunt, cum vniuerso territorii iure et regalibus, quæ episcopis a cæsare conferuntur. Inde noua nascitur ratio, quod hæc feuda recte *ecclesiastica* dici possint. Verum falsum est. A *potiori* faciendam esse denominationem, aiunt Romanæ ecclesiæ doctores, et consequenter cum *regalia* cum iure territorii semel prælaturis innexa sint, et ecclesiastica bona secularibus præferri debeant, etiam hæc *ecclesiastica* dici debere. Interim non negandum est, id minus commode fieri, et ex hac confusione bonorum secularium cum ecclesiasticis multas natas esse difficultates, præcipue vero hanc, quod pontifex prætendat, etiam in *secularibus causis* a prælatorum sententiis recte ad se fieri *appellationes*, tanquam supremum bonorum ecclesiasticorum iudicem, quibus attentatis tamen recte sese imperium opponit, cum ab illis tanquam principibus imperii tales appellationes fiant. Proinde salua adhuc stat thesis nostra, feuda hæc regalia prælatorum magis *secularia* esse.

§. XX.

Digitized by Google

§. XX. Si priorem casum, quo prælati *feuda gentilitia iure sanguinis* accipiunt, quæque in *successorem in officio* non transeunt, CRAGIVS intelligit, de eius existentia adhuc dubitari posset. Constat enim ex *2. F. 30.* clericos nullo modo in beneficium paternum succedere posse, adeo vt, si quod iam habuerint, ipso facto amittant post clericatum susceptum, ideo *quod desinat esse miles seculi, qui factus est miles Christi, nec beneficium pertineat ad eum, qui non debet gerere officium*, vt dicitur *2. F. 21.* Conforme hoc est *iuri Allemannico feudali cap. I. §. 3.* vbi dicitur; Pfafen sullend alle Lehen-Rechts darben. Nec obstare videtur, quod feudum accipere et per substitutum seruire possint; ad hoc enim respondet CRAGIVS *lib. I. feudorum tit. XIV. §. 5.* cum ZASIO, *perinde hoc esse, ac si quis furem excusaret, quod non ipse, sed eius substitutus ex eius mandato, consilio et ope furtum fecerit, et sane iure*, pergit, *qui per se facere non potest, per alium posse non videtur, et quod principali prohibitum est, et eius substituto. Et, vt aiunt canonistæ, nemo Deo militans secularibus negotiis se implicare debet; arma enim pastorum ecclesiæ spiritualia sunt, et, vt canonistæ volunt, preces, et lacrymæ esse debent, non tela. Nam, vt ait* HIERONYMVS, *clericus est de sorte Domini, qui diuinis officiis et contemplationi deditus, ab omni secularium strepitu submotus esse debet, victu et vestitu contentus, vt ipse Dominum possideat, et ab ipso possideatur, alioqui quomodo erit portio Domini?* Non negat tamen ipse CRAGIVS *c. l.* contrariam sententiam in vsu esse; nec absolute clericos feudorum incapaces esse, liquet ex *iure Allem. feud. cap. III. §. 1.* adeoque non mirandum est, hodie nec clericos a successione feudi antiqui excludi, teste CARPZOVIO *P. III. c. 28. d. 2.* quod in genere *de clericis secularibus quibuscunque* hodie intelligunt, vid. KNIPSCHILD. *de fidecommissis familiæ cap. 8. n. 88.* adeo vt nec *equites ordinum militarium* excludantur, in quibus magis rationes dubitandi allegatæ cessant. Vid. THEODORVS HOEPPINK *de iure insignium cap. 8. n. 372.* CHRISTIANVS VON OSTERHAVSEN *de statutis et ordinationibus Melitensibus tit. V. p. 91. seqq.* Quod ceteri *clerici irregulares* et *monachi* a successione excludantur, peculiarem habet rationem, quod proprietati per votum solenne renunciauerint. Verum nec hæc acceptio huc pertinere potest, quoniam clerici qua *priuati* talia feuda possident, quo respectu vt *ecclesiastici*, aut *ecclesiam repræsentantes*, haud considerantur, sed vt alii *vasalli seculares*, et ita quoque in *foro seculari* conueniuntur. *c. 6. X. de for. compet.*

Clerici tanquam priuati hodie feudorum sunt capaces.

A sola qualitate obiecti ecclesiastici definiendum esse edstruitur,

§. XXI. His igitur omissis, potius dicendum est, feudum *ecclesiasticum* a *seculari* distingui *solo obiecto*, vt illud dicatur, *quod in re ecclesiastica*, hoc vero, quod *in re profana* constituitur. Vid. STRVVIVS *cit. l. c. 3. §. 4.* Neque ad *personarum* qualitatem præcise respiciendum esse arbitror, cum nihilominus feudum seculare maneat, si a clerico, forsan in re patrimoniali, datum fuerit, *c. F. 35.* vel etiam clericus tanquam *seculare* id teneat, quod adeo adhuc seculare esse dicitur in *c. 6. X. de for. comp.* vt etiam in *foro feudali* seculari, non *ecclesiastico* clericus vasallus desuper in iudicium trahi possit. Conf. DVARENVS *de feudis cap. 20. et 21.*

a quocunque constituantur.

Diuersa est ratio feudorum ecclesiasticorum in re ecclesiastica consistentium, de quibus in *iudicio ecclesiastico feudali* decernitur ab episcopo, *c. 7. X. de for. comp.* non habito respectu vasalli, siue clericus, siue laicus sit, cum etiam hic in re ecclesiastica iudicio ecclesiæ seu episcopi subsit. Denique nec hoc quidem necessarium esse arbitratur MAIERVS *in synt. iur. feud. cap. 2. §. 7.* vt, quod in *re ecclesiastica* constituitur, etiam *a persona ecclesiastica* constituatur. Equidem horum feudorum hodie ordinarii *collatores* sunt episcopi et prælati, et sic ad mores hodiernos sententia hæc non quadrat, vnde etiam notanter vocantur Krummstäbische Lehen; interim, inspecto iure antiquo, vera est MAIERI sententia. Constat enim ex antea dictis, ipsos etiam reges olim *bona ecclesiastica* in feudum dedisse laicis, quæ tamen nihilominus *ecclesiastica beneficia* dicta sunt, vt constat ex *capit. de anno 813.* supra *§. VI.* adducto, licet non potuerint dici Krummstäbische Lehen, quam appellationem hodiernis moribus, quibus simul ad *conferentem* respicitur, demum acceperunt. Quin etiam postquam *aduocati* ecclesiis monasteriisue dati sunt, ab his primario collatio feudorum ecclesiasticorum olim dependit, et forsan adhuc hodie in quibusdam locis feudorum horum collatio sine eorum auctoritate fieri nequit. Ratione *finis* et *seruitiorum* cum aliis feudis secularibus conueniunt ecclesiastica, cum etiam quædam dentur ob *seruitia militaria*, pleraque ob alia *officia secularia* et *aulica*, cum prælati, ad imitationem secularium principum, tandem etiam *officiales aulicos* iure beneficiario acceperint, et adhuc hodie habeant.

In quo differant a præbendis.

In hoc differunt hæc feuda a *beneficiis ecclesiasticis*, quæ adhuc hodie clericis pro officio sacro conferuntur, et re vera *feudorum ecclesiasticorum* species sunt, imo priscam suam naturam retinuerunt in eo, quod in heredes beneficiati non transeant. Interim de his in præsenti non agitur, sed de illis tantum, quæ ob *seruitia secularia* conferuntur, et in heredes transeunt, et sic vtplurimum a *laicis* possidentur.

§. XXII.

Digitized by Google

§. XXII. Huc etiam Dn. HORNIVS *in iurispr. feudali cap. 1. §. 41.* et *cap. 3. §. 13.* refert *subfeuda*, quæ episcopi prælatique ex illis *bonis territorialibus*, quæ ab imperatore in feudum acceperunt, rursus aliis iure *subinfeudationis* in feudum conferunt, ea de causa, quod quoad *dominium vtile* bona ecclesiæ facta sint, et sic reuera in re ecclesiastica constituantur. Admitto hanc sententiam in *sensu generali*, quo etiam feuda regalia episcoporum *ecclesiastica* dicuntur, prout supra obseruaui, et simul patrimonio ecclesiæ, h. e. *clericorum*, adscribuntur. Verum si *in sensu stricto*, quem *ius canonicum* et *vsus hodiernus* præfert, hac voce vtimur, vix est, vt hæc subfeuda huc referre queamus. Quilibet enim prælatus duplicem gerit personam in suo territorio, *episcopi* et *principis*. Hoc respectu vt *princeps secularis* agit, territorio præest, regalia cum annexis possidet, adeoque quando ex his in subfeudum aliquid concedit, id facit tanquam *princeps territorii* ex bonis secularibus, quibus ipsemet tanquam princeps imperii inuestitus est. Nec obstat, quod hæc bona quoad *dominium vtile* ecclesiæ bona facta esse dicantur; ad hoc enim iam supra regessi, id fieri *in sensu improprio* et minus commodo ex illo erroneo principio, quod prælatus ecclesiam constituat, quod tamen ne quidem vniuersale est, sed ad illa tantum pertinet in sensu iuris canonici, quæ vt *episcopus* et *prælatus* agit, non vero quæ diuerso respectu tanquam personæ *seculari*, vt *principi*, *duci* vel *comiti*, ipsi attribuuntur. Ipsa quoque *ecclesia*, cuius faciem gerere dicitur prælatus, hos *respectus ciuiles* assumit, et eos episcopis communicat, vt bona hæc secularia ecclesia non aliter quam vt *ciuilis persona* possideat, longeque diuerso respectu, quam illa, quæ *patrimonium sacrum* dicuntur. Sic Moguntinus *archicancellarius imperii* est, negotia publica imperii dirigit, et qua talis secularia negotia peragit, quæ tamen proinde non dicenda sunt *ecclesiastica*, quod archiepiscopatui hoc officium cohæreat. Proinde hæc subfeuda ex bonis, quibus ipse prælatus inuestitus est, aliis data, in plurimis differunt ab illis, quæ in re ecclesiastica proprie constituuntur, cum illa vtplurimum propriam *feudorum datorum* naturam retineant, imo in his conferendis episcopus ad exemplum ceterorum principum liberiorem habeat potestatem, nisi hæc capitulationibus aliisue pactis cum statibus prouincialibus initis restricta fuerit.

Non recte huc referuntur subfeuda, ex bonis territorialibus data.

§. XXIII. Quæ cum ita sint, facile resolui potest quæstio; *an etiam ius patronatus*, das Pfarr-Lehn, *ad feuda ecclesiastica referri debeat?* Aut enim hoc accipitur pro iure, quod patronus in *præsentando* et *inuestiendo* præsentatum exercet, quo casu ad illa beneficia ecclesiasti-

Nec ius patronatus huc pertinet.

Digitized by Google

ca referri poteſt, quæ ceteris clericis pro officio ſacro conferuntur. Ipſe ſcilicet patronus tanquam dominus feudi de *bonis eccleſiaſticis* præſentatum inueſtit, eique hoc beneficium confert, quicquid pontificii in contrarium aſſerant, vt hoc ius, quod *ſpirituale* vocant, et laicis non conuenire exiſtimant, prorſus imminuant. Verum hoc ſenſu ius patronatus, æque vt cetera beneficia eccleſiaſtica, huc non pertinet. Aut etiam conſiderari poteſt ius patronatus, quatenus patronus de illo a domino territorii inueſtitur, prout hodie ſæpius in literis inueſtituræ eius mentio fit, quo caſu propius feudis eccleſiaſticis accedit, cum ſecundum ius canonicum *ius patronatus* etiam *rebus ſpiritualibus* accenſeatur, et hac ratione de eo in iudiciis eccleſiaſticis contendatur, per *cap. 3. X. de iudiciis*, quod etiam proteſtantes ſequuntur, vid. CARPZOV. *lib. III. iurispr. conſiſt. def. 2. n. 20.* et FINCKELTHAVS *de iure patronatus cap. 8.* Idem dicendum eſt de *iurisdictione eccleſiaſtica*, quando nobiles inueſtiuntur mit den geiſtlichen Gerichten: nam et hanc pontificii *eccleſiis* vindicant, et ad iura earum referunt, a quo noſtrates non recedunt, ſed adeo tenaciter principiis papalibus inhærent, vt ne quidem *nobiles* de hac iurisdictione inueſtiri poſſe, adeoque inueſtituram mit den geiſtlichen Gerichten potius *ius patronatus*, quam *iurisdictionem eccleſiaſticam* denotare, cenſeant. Vid. Dn. BERGER. *in œconomia iuris lib. IV. tit. III. §. 2. n. 1.* WEBER. *de iure conſiſtorii cap. 41.* quod tamen minime admittendum eſſe, *lib. I. tit. XXVIII. §. 28. ſqq. p. 618.* perſpicue oſtendi. Quocirca ſi ex vero res æſtimanda foret, vtrumque feudum magis *ſeculare* quam *eccleſiaſticum* dicendum eſſet, cum principes proteſtantes iurisdictionem eccleſiaſticam non qua *epiſcopi*, ſed qua *principes* exerceant, et ita eis, quos inueſtiunt, *partem ſecularis poteſtatis*, ſubordinate tamen, conferant. Idem iudicium quoque *de iure patronatus* ferendum, quod etiam quoad originem ſuam non *eccleſiæ* proprium eſt, nec ab illa, ſed aliunde acquiritur; vnde et princeps, qui illud confert per feudum, non *rem iuris eccleſiaſtici* confert, ſed *propriam*, in diſpoſitione ipſius exiſtentem, et ab antiquiſſimis temporibus a laicis exercitam, quibus alias iurium eccleſiaſticorum commercium denegant. Vnde etiam eſt, quod hodie inter proteſtantes ius patronatus etiam pretio interueniente, vt alia *iura ſecularia*, in alios transferri poſſit. Sine dubio igitur rectius facturi ſumus, ſi etiam hæc duo exempla ſequeſtramus, et a propoſito themate excludimus.

Nec iurisdictio eccleſiaſtica in feudum data.

§. XXIV. Vocari communiter hæc feuda ſolent die Krummſtäbiſche Lehen, quia appellatio des Krummſtabes, vel, vt etiam dici ſolet,

Vocantur hæc feuda Krummſtäbiſche Lehen.

d by Google

ſolet, des Bedſtabes, *ius epiſcopale* denotat, vnde etiam Lehen vom krummen Stabe, h. e. feuda a prælatis conceſſa vocantur. vid. WEHNER *in obſerv. pract. v.* Krummſtab. Ex quo nata ſunt decantata illa proverbia: unter dem Krummſtab iſt gut wohnen; Krummſtab ſchleuſſt niemand aus. Baculus hic a patribus aliisque ſcriptoribus variam appellationem accepit, dum mox *ferula paſtoralis*, mox *pedum paſtorale* et *cambuca*, mox *virga epiſcopalis* dictus fuit, vt obſeruant MABILLONIVS *tom. II. rerum Germ. p. 172. et ſq.* STRAVCHIVS *in amœnitat. iuris can. ſem. II. eclog. 7. cap. 8.* Dn. SCHMID. *diſſ. de baculo paſtorali §. 6.* quid? quod ab OTTONE *Friſingenſi lib. II. cap. 6.* etiam *ſceptrum* dictum fuit, cum etiam *regia ſceptra* ab origine aliud fuiſſe non videantur, quam *paſtoralis baculus*. *Ita non magnopere*, vt verba THOMASSINI *P. I. de diſcipl. eccleſ. lib. II. cap. 58.* mea faciam, *diſtabat ab epiſcopali baculo regius, niſi vel ipſa primigeniæ ſimplicitatis veſtigia turbaſſet obliteraſſetque ambitio poſterorum, auroque pretium feciſſet, quod per aurea ipſa et beata ſecula minimo in pretio fuit.* Interim non nego, quandoque regia ſceptra a baculis regum diſtincta fuiſſe, prout obſeruat cum Dn. SCHMIDIO *cit. l.* B. HEINECCIVS *de ſigillis P. I. cap. 10. §. 39.* præſertim cum etiam imagines antiquæ formam baculi a ſceptris diſtinguant apud STEPHANVM BALVZIVM *in notis ad capitul. tom. II. p. 1276. et 1277.* Ceterum ſi *baculi epiſcopalis origines* et *rationes* conſidero, nihil adeo egregii aut arcani in eo deprehendo. Erant olim hi baculi ſubſidium aliquod humani corporis, cui innitebantur vel infirmi, vel iter facientes, adeoque non mirandum eſt, epiſcopos, imo etiam ipſos apoſtolos, baculos geſtaſſe. Nihil in iis ornamenti, nihil elegantiæ, aut myſterii, ſed forma et longitudo conſueta, nec in eam, quam hodie præ ſe ferunt, longitudinem extenſi, ſed vnice ſuſtentationi inſeruientes, et ſic non vbique eandem formam habentes. vid. Dn. SCHMIDT *de baculo paſtorali n. 8. et 18.* THOMASSINVS *cit. l.* B. HEINECCIVS *cit. tr. P. I. cap. 13. §. 5.* Eam formam adhuc hodie ſeruant *eccleſiæ orientales*, in quibus patriarchæ incedentes longe minori baculo, pedo paſtorali Latinorum, vtuntur; ita vt epiſcopus incedens facile poſſet ſuper ipſum manu ſe fulcire. Summitas eius ſeſe in longum extendit, et verſus extremas partes incuruatur, vt eo commodius eo inniti poſſit epiſcopus. MORINVS *de ſacris ordinat. P. II. in annotat. n. 127. p. 199.* Imaginem huius baculi repræſentauit B. HEINECCIVS in der Abbildung der Griechiſchen Kirche *P. III. cap. 1. §. 37. p. 60.* Similem formam *baculi paſtoralis* Latinorum habuiſſe videntur, vt tantum commoditatis gratia in ſuprema parte

Baculi a ſceptro diſcrimen.

Eiusque antiqua ratio.

Digitized by Google

incuruati fuerint in forma *crucis* vel etiam einer Krücke, vnde et memini, in antiquis monumentis der Krummſtab vocatum fuiſſe des Biſchofs Krücke. Seculis ſequioribus res minimi momenti *myſticas* acceperunt *rationes*, vt eo magis epiſcopōrum auctoritas conſeruari imo augeri poſſet, adeo vt tandem in *pedum paſtorale*, quod olim ſimplex baculus fuit, degenerauerit, quorſum vetus poeta MARNER a SCHILTERO *ad ius feud. Allem. cap. 1. §. 1. n. 4. in f.* adductus collineat: Euer krumber Stab der iſt gewachſen zu einen langen Speer, vt forſan rectius ab hoc tempore vocari debuiſſet ein Hirtenſtab, quam ein Krummſtab oder Krücke, præſertim cum etiam der Hirtenſtab olim iurisdictionem denotauerit, vt AVCTOR *actorum Lindauienſium p. 94. et p. 806.* obſeruat. Hoc modo in morem abiit, vt ſub hoc baculo paſtorali, quem in ipſa conſecratione epiſcopus accipit, teſte ESPENIO *P. I. iur. eccleſ. tit. XV. cap. 3. §. 14.* tota *poteſtas epiſcopalis* inumbraretur. Solus pontifex Romanus hodie tali baculo paſtorali non vtitur, vt ait INNOCENTIVS III. in *c. vn. de ſacra vnctione, tum propter hiſtoriam, tum propter myſticam rationem;* interim neutram rationem explicat. Hiſtoriam ſeu potius fabulam ex INNOCENTII III. *myſter. miſſ. lib. I. cap. 62.* refert STRAVCHIVS *c. l.* Fingitur nimirum B. PETRVS apoſtolus diſcipulum ſuum miſiſſe cum quibusdam aliis ad prædicandum Germanis, quo in via ad viginti diætas defuncto, FRONTO collega eius rediit ad renunciandum hoc Petro. Cui Petrus: *Accipe hunc baculum, et tangens illum dic: ſurge in nomine Domini, et prædica.* Ille vero in quadrageſimo die a tempore mortis illius tetigit eum, et ſurrexit et prædicauit. *Et ita* PETRVS *baculum a ſe remouit, et ſubditis dedit, nec recuperauit*, vt verbis fabulæ vtar. Aliam fabellam huic ſimilem de MATERNO, per *baculum Petri* ab EGARIO reſuſcitato, narrat BROWERVS *lib. II. annal. Treuir. ad annum 49. §. 3. et ſeqq.* Ad rationem quod attinet, ideo baculum epiſcopalem *in ſummitate* eſſe *curuum*, aiunt interpretes, vt eorum *dependentiam* denotaret, papam vero *recto ſcipione* vti, vt DEI poteſtatem *independentem*, cuius vices in his terris ſibi attribuit, hoc ipſo denotaret, quemadmodum in ſacris de Deo dicitur; GOTT, dein Stuhl bleibet ewig, das Scepter deines Reichs iſt ein gerades Scepter.

Quibus poſtea variæ interpretationes myſticæ affictæ ſunt.

Et poteſtas epiſcopalis ſub iis adumbrata.

Cur pontifex baculo non vtatur?

§. XXV. Solent vero communiter feuda diuidi in *propria* et *impropria*. *Illa* dicuntur, quæ a communi feudorum natura et ratione haud declinant; *hæc* vero, in quibus a propria feudi natura receditur ob pacta

Propria feuda et impropria quomodo differant?

Digitized by Google

pacta adiecta contractui feudali, aliasue rationes ex natura rei desumtas. In quo autem *natura feudorum propria* consistat, non adeo liquet. Quodsi enim hanc ex prima feudorum ratione æstimandam dixeris, hodie omnia feuda *impropria* erunt, quia admodum ab illa deflectunt. Successio olim naturæ feudorum repugnabat; pro lubitu reuocari poterant, et sic renouatio inuestituræ ignorabatur; dominium vtile haud transferebatur in vasallum, adeoque eam potestatem non habebat, qualem hodie habet. Ex veritate adhuc *beneficii* titulum gerebant, pretio non comparabantur, et rarissime, mediante oblatione, allodium in feudum commutabatur, quæ hodie longe aliter sese habent, vt recte dicere possis, feuda hodierna cum antiquis collata re vera esse *impropria*. Et tamen adhuc hodie in hac distinctione subsistimus, et feuda *propria* dari asserimus. Videlicet postquam tractu temporis feuda in descendentes deuoluta, et successoria facta sunt, in vniuersum fere *nouam* acceperunt *formam*, adeo vt ita nouiter effigiata propriam suam rationem impetrauerint, et quæ morte vasalli exspirant, ad *impropria* hodie referantur. Hoc rerum statu *feuda propria* dicta fuerunt, quæ a natura feudorum, ita nouiter efformata, haud declinant, sed illam retinent, quam ex successione in liberos, vnde reliqua omnia fluunt, consecuta, quæque adhuc ex pristina feudorum ratione præterea conseruata sunt; quæ vero in vno vel altero ab hoc declinant, *impropria* dicuntur.

Feuda ecclesiastica magis impropria quam propria præsumuntur.

§. XXVI. Equidem ex communi feudistarum doctrina quæuis feuda præsumuntur esse *propria*, nisi pacto aliud conuentum fuerit, quod *in facto* consistit, et sic probandum est. Interim si regula formanda est ab eo, quod fit vtplurimum, si præsumtio capienda est ab eo, quod in plerisque feudis ecclesiasticis obtinet, dicendum est, feuda ecclesiastica potius *præsumi* impropria quam propria, vt recte censent HERTIVS *in paræmiis iuris lib. II. paræm. 20. in f.* SCHILTERVS *ad rubr. iuris feud. Allem. §. 15.* THVMMERMVT. *in tr.* **Krummstab schleufft niemand aus**, *p. m. n. 64.* Nam (1) *§. XIII. sqq.* iam obseruaui, hodierna feuda ecclesiastica pleraque *ab oblationibus maiorum* originem traxisse, non *a beneuolentia episcoporum et prælatorum*, quippe quibus prorsus interdictum est, bona ecclesiastica in feudum dare, quique solenni iuramento constringuntur de bonis ecclesiæ non alienandis. Regum proinde fuit, vt episcopi, beneficium magis recipientes, quam dantes, de iure suo aliquid remitterent, nec eos a successione excluderent, quos alias domini feudi excludere possunt, qui

Quod pleraque sint oblata.

qui beneficium in vasallos transtulerunt. Vnde recte infert THVMMERMVT. *cit. l.* aitque: *Et quidem quid mirum, feuda, quæ origine, quæ materia, quæ forma, quæ definitione, quæ nomine differunt, etiam effectu, natura et re ipsa differre? Origo enim ab ipsis vasallis eorumque bonis immobilibus, materia sine qua non, exsurgit. Vbi in feudis Longobardicis a domini beneuolentia, opulentia et munificentia fundantur, forma etiam subinde, et maxime in illis feudis, quæ in reditibus annuis propriis vasallorum allodialibus impositis constituuntur, toto genere ab aliis communibus differunt, imo in toto feudorum codice vestigium non habent. Quapropter euidentissime eluescit iniquitas, talia feuda secundum rigorem aliorum feudorum tantopere differentium regulare, et ipsorum vasallorum piam deuotionem in odium posterorum, nulla eorum interueniente culpa, retorquere velle.* Atque hinc quoque dependet ratio, quare hodie etiam ipsa feuda *secularia* maxime in successione adeo declinent a communi feudorum ratione, quod pleraque *oblata* sint, pauciora feuda *data*. *Nobiles enim*, ait BESOLDVS *P. V. consil. CCXII. n. 49. cum allodialia a principibus recognoscunt, vt, quoties opus est, possint vtiliori titulo et potentieri manu se tueri: non id eo intuitu facere censentur, quod velint sibi suisque heredibus inde præiudicium generari, sed vt abundantiore cautela sibi prouideant.*

Quod prælati in quascunque conditiones consenserint.

Idem multo magis in *feudis ecclesiasticis* locum habebit, quæ vtplurimum tantum *maioris deuotionis gratia* ecclesiis oblata, et a prælatis magnopere expetita sunt, qua de causa etiam in quascunque pactiones, et leges, ab offerentibus præscriptas, facile consenserunt, quas postea ceteri vasalli, in quorum oblationibus hæ forsan omissæ sunt, sibi quoque attribuerunt, ne deterioris essent conditionis reliquis vasallis, qui iure pinguiori bona sua ab ecclesiis recognoscunt. Imo ex his pactis et conditionibus, quibus olim feuda oblata sunt, consuetudo inualuit, vt hæc feuda magis iure *irregulari* quam *regulari* possiderentur, licet talia pacta postmodum non semper essent expressa.

Quod regimen prælatorum lenius fuerit.

Accedit (II) hæc peculiaris ratio, quod *optima* et *liberior* semper fuerit *nobilium conditio sub regimine episcopali*, præsertim postquam ad capitula ecclesiarum cathedralium non alii, quam auita nobilitate coruscantes, admissi fuerint, quorum cum consilio episcopi prælatique negotia publica expedire et de his decernere iussi sunt. Præterea etiam vtplurimum per *capitulationes* constringuntur, vt grauiora negotia publica diætis prouincialibus, quibus nobiles potissimum interfunt, proponant, et

et ſtatuum prouincialium conſenſu peragant determinentque, vnde nobiles imprimis ſub epiſcopis ad maiorem deuenere libertatem, imo nec epiſcopi, qui ex gremio capitularium vtplurimum eliguntur, nobilium fortunis et libertati inſidias ſtruxerunt, quippe qui ipſimet ex numero nobilium fuerunt, adeoque facile paſſi ſunt, vt eorum conditio liberior et melior in quacunque re eſſet. Sic itaque capitulum ſemper a partibus nobilium ſtetit: ſtatus prouinciales illis præſto fuerunt, et denique ipſi prælati, ex ſorte nobilium vtplurimum electi, admodum nobilitati ſtuduerunt. Vnde natum eſt duplex illud prouerbium: **Unter dem Krummſtab iſt gut wohnen**, item: **mit *Sanct Peter* iſt gut handeln.** Hac de cauſa ſine dubio feuda eccleſiaſtica quoque liberiorem naturam acceperunt, prout infra ſpeciatim oſtendendum erit. Conf. interim KNICHEN *de veſtitutar. paction. P. I. cap. 4.* VVLTEIVS *de feud. lib. I. cap. 9. n. 48.* WESENBECIVS *conſil. 74. n. 47. 83. et 88.* SANDE *in comm. ad conſuet. feud. Geldr. tit. 3. c. 1. §. 7. n. 2. ſqq.* (III) Singularem admodum rationem quoque affert GARZONIVS *de femin. ad feuda recipiend. n. 126. quod eccleſiæ, a ſummo pontifice et Deo defenſæ, non indigeant auxilio manuali vel armato, cum lacrymæ et ieiunia ſint arma eccleſiæ, quæ magis congruant feminis quam maſculis, et illarum ſint ſanctiores, eoque magis acceptæ*, ex quo infert, feuda eccleſiaſtica eſſe promiſcua. Lepida ſane eſt hæc ratio, et ex ignorantia verarum cauſarum nata; maluit tamen GARZON. aliquam afferre rationem, quam nullam. Forſan etiam reſpexit ad feudorum horum plerorumque peculiarem naturam, quæ frequentius loco *ſeruitiorum militarium* onus, cenſum præſtandi, adiunctum habent, qualia feuda cenſualia impropria eſſe nemo negabit. Scilicet in offerentium arbitrio fuit, conditionibus quibuscunque allodialia bona a prælatis recognoſcendi, vnde tot irregularitates ſunt natæ. Imo (IV) in plerisque diœceſibus adhuc ſuperſunt *pares curiæ*, ex nobilibus vaſallis conſtantes, qui, quoties inter vaſallos et prælatum controverſia emergit, iudicant, et ſic magis illis quam huic fauiſſe videntur, vt cauſam communem defenderent.

Quod eccleſiæ armis non indigeant.

Et ſic ſeruitia militaria in plurimis deſint.

§. XXVII. Contra hanc præſumtionem (I) vrgeri ſolet, quod *fauore eccleſiæ* feuda magis *propria et recta*, quam impropria *præſumantur*, maxime intuitu ſucceſſionis. KLOCK. *tom. II. conſil. 10. n. 57.* et quod ſemper illa interpretatio capi debeat, quæ fauet eccleſiæ. Plura huius farinæ axiomata paſſim Dd. allegant, rarius tamen cum iudicio applicant. Solus *fauor eccleſiæ* præſumtionem operari nequit, ſi grauiores adſunt in contrarium coniecturæ; imo *fauor eccleſiæ* eſt reuera *fauor* cleri-

Dubia remouentur: (I) quod fauore eccleſiæ feuda præſumantur propria.

Digitized by Google

clericorum, et interpretum iuris figmentum. Eſt eccleſia in plurimis priuilegiata, et inde cauſa eius fauorabilis eſſe dicitur; hic vero non de *priuilegio eccleſiarum* agitur, ſed de *nuda præſumtione*, quæ ex communiter accidentibus deſumitur. Vrgent porro, (II) *quæuis feuda in dubio* magis præſumi *propria*, vt alleganti contrarium onus probandi incumbat, h. e. quod tamdiu pro *regula* ſit præſumtio, donec *exceptio* probata fuerit. Occurrit ergo hic quædam colliſio præſumtionum, vbi fortior excludit debiliorem. Præſumtio pro *regula* imprimis fundata eſt in *iure Longobardico*, quod *feuda oblata* tamen ignorat, et ſic ad illud hæc feuda, imo etiam cetera Germaniæ vnice æſtimari nequeunt, ſed potius 1) ad *tenorem inueſtituræ*, 2) ad *conſuetudinem*, et denique 3) in ſubſidium demum ad *ius Longobardicum* eſt reſpiciendum, vt recte cenſuit THVMMERMVT. *cit. tr. p. II. n. 7.* Conſuetudinem autem in his feudis longe ab hac regula recedere, ex ſpecialibus circumſtantiis *§. anteced.* obſeruaui, quæ fortior eſt, quam præſumtio pro regula, in iure peregrino et a moribus Germaniæ maxime recedente, fundata. Vlterius (III) obiiciunt, irregularitatem in feudis eccleſiaſticis vnice eſſe *conſuetudinem particularem quarundam diœceſium*, quæ ad alias æque extendi nequit, præſertim cum exempla feudorum eccleſiaſticorum proprio-rum in contrarium adſint. Enimuero naturale eſt, vt, cum exemplis plerorumque Germaniæ epiſcopatuum conſtet, feuda hæc eſſe *impropria*, conſuetudo quoque generales rationes habeat, vnde orta ſit, quæ illæ ipſæ ſunt, quæ *§. anteced.* allegatæ fuerunt. Si quæ ſunt in contrarium exempla, pauciora ſunt et rariora, ex quibus præſumtio in contrarium capi nequit. Imo admodum probabile eſt, feudorum eccleſiaſticorum naturam impropriam in nonnullis locis immutatam fuiſſe ex nimio *iuris Longobardici* amore, cuius in controuerſiis feudalibus olim ſæpe magis rationem habuerunt, quam morum antiquorum, vnde tot confuſiones ſunt ortæ. Præterea etiam quædam feuda eccleſiaſtica ex *ſpeciali* imperatorum *priuilegio*, vt Treuirenſia, vel *pacto* naturam propriam acceperunt, quod indicium præbet, ea diuerſam olim habuiſſe naturam. SANDE *cit. l. n. 53.* Denique (IV) vrgeri poſſet, *non omnia feuda eccleſiaſtica eſſe oblata*, cum etiam aliis titulis collata eſſe potuerint, prout *§. XV.* obſeruatum eſt. Verum nec hoc præſumtionem tollit, quam hic defendo; neque enim aſſero, omnia feuda eccleſiaſtica *eſſe* impropria, ſed tantum *præſumi* impropria, donec contrarium probatum fuerit. Ipſa conſuetudo, quæ ex feudorum eccleſiaſticorum peculiari ratione nata eſt, facile ad quæcunque feuda etiam non oblata tra-

(1) Quod in genere quæuis feuda propria præſumantur.

(3) Quod improprietas in quibusdam feudis eccleſiaſticis vnice debeatur conſuetudini particulari.

(4) Quod non omnia feuda eccleſiaſtica ſint oblata.

hi

hi potuit, præſertim cum conceſſio feudorum ſemper cenſeatur facta ſecundum conſuetudinem eccleſiæ, ſeu domini directi, KLOCK. *cit. conſil. 10. n. 55.* adeoque ſi de contrario non conſtat, conſuetudini generali ſtandum eſt. Ceterum in quibus articulis hæc feuda a communi feudorum natura abeant, in ſequentibus ſpeciatim exponam, quæ tum in *ſucceſſione*, tum in aliis deprehenditur.

An ius Longobardicum conſtitutionibus imperatorum his feudis applicari poſſit.

§. XXVIII. Quamuis vero *feuda eccleſiaſtica* per Germaniam peculiaribus regantur conſuetudinibus, non dubium tamen eſt, quin ad hæc feuda *iura communia feudalia*, deficiente conſuetudine, ſuo modo applicari poſſint et debeant. Diſputatum hac de re olim fuiſſe, docet ROSENTHAL *de feudis cap. 1. concil. 9. lit. c. in not.* quod eo minus mirandum eſt, ſi rationes iuris canonici paulo penitius intuemur, quæ *eccleſiam* et *clericos* non ligari *legibus ciuilibus* et *conſtitutionibus principum* docent. Vnde quidam diſtinguunt, vtrum eccleſia feudum teneat a *laico*, quo caſu *ius feudale commune* obtinere cenſent: an vero laicus feudum ab *eccleſia* recognoſcat, qui caſus huius loci eſt, et hunc non ſubiectum eſſe *iuri communi feudorum* aiunt. Alii diſtinguunt inter feuda eccleſiis *oblata*, et quæ eccleſia primordialiter *ex ſuo allodio* conceſſit, hac cum diuerſitate, vt illic quidem, non hic, ius commune feudorum obtineat. Verum notandum eſt, 1) potiſſimum hic quæri de *obligatione iuris Longobardici* et *conſtitutionibus imperatorum ei ſubiectis*, cuius obſeruantia in feudis *eccleſiaſticis* eandem obtinet auctoritatem, quam in feudis *ſecularibus*, niſi quatenus iuri canonico contrariatur. Vbique autem illud receptum eſt *in ſubſidium*, vt fere magis *illuſtrationis gratia* ad id prouocari ſoleat, quatenus *feuda Germaniæ* a Longobardicis non diſcrepant, et iura hæc de illis etiam diſponunt. De *oblatis* autem ea non diſponere, infra plenius monebo. Equidem SCHRADERVS *de feudis P. I. q. 2.* generatim aſſerit, conſuetudines feudorum, *Longobardicas* ſcilicet, etiam obligare eccleſiam; id tamen ex communi præiudicio facit, quod hæ pro *regula* et *norma omnium feudorum Germaniæ* accipiendæ ſint, etiam vbi iura feudalia Allemannica ab illis diſcrepant. E contrario THVMMERMVT. *in cit. tr. p. 26. n. 12. ius Longobardicum* nunquam fuiſſe receptum in his feudis, ſed receptionem prius probandam eſſe, imo *feuda eccleſiaſtica* a Longobardicis toto cœlo differre, cenſet, quod quamuis *abſolute* admitti nequeat, eo tamen in ſenſu concedi poteſt, quod in his feudis pro *regula* accipi non debeat. Supra iam obſeruaui, præter literas inueſtituræ primario reſpiciendum eſſe ad *mores feudorum Germaniæ* proprios et cuiuscunque prouinciæ particulares;

Potiſſimum de obſeruantia iuris Longobardici quæritur.

by Google

præterea ratio primario habenda *naturæ rerum*, quæ *ecclesiastica* a *secularibus* in plurimis distinguit, quæque ex *iuris canonici* principiis potissimum æstimanda est. Denique, his deficientibus, ad ius Longobardicum *in subsidium* recurritur, si modo rationes eius ita sunt comparatæ, vt ad *hæc feuda*, quæ a Longobardicis magnopere discrepant, applicari possint, quæ ante omnia euoluendæ sunt, vt sic non pro *regula primaria* feudorum ecclesiasticorum, sed magis pro *exceptione* haberi debeat. Deinde 2) inane est dubium, quod ideo constitutiones feudales ab imperatoribus et principibus latæ ecclesiam non obligent, quod *legibus ciuilibus* non ligentur, cum hoc ipsum petat id, quod est in principio, et maxime per Germaniam olim imperatores, vt CONRADVS SALICVS, HENRICI, LOTHARIVS, FRIDERICVS BARBAROSSA, aliique etiam leges *de feudis ecclesiasticis* dederint, vti tot diplomata euincunt. Est etiam ecclesia in republica, et clerici subditorum numero censendi sunt, vt plenius euincunt Dn. COCCEIVS *diss. de iurisdict. in territorio fundata tit. III.* Ergo et legibus iisdem subiecti esse debent, quod *inter protestantes* nullum habet dubium; imo nec ipsi pontificii de eo adeo dubitant, cum etiam pontifex ad illas prouocet.

(III.)

De constitutione feudorum ecclesiasticorum.

In legitima constitutione feudorum ad quid respiciendum sit?

§. XXIX. Inspecta feudorum ecclesiasticorum tum *origine*, tum *indole*, ante omnia de eorum legitima *constitutione* videndum est, vtpote quæ in singulis iuris speciebus omne fert punctum. In legitima autem *constitutione* et *acquisitione* iuris cuiuscunque tum ad *personas constituentes* et *recipientes*, tum ad *res*, quæ in feudum aliis dantur, tum denique ad *modum* respiciendum est, quæ tria momenta enucleanda sunt.

In dante requiritur libera alienandi potestas.

§. XXX. Quemadmodum datio in feudum *alienationis* species est, vt iam olim censuit pontifex *in extrau. ambitiosæ de rebus ecclesiæ alienandis*, ita in eo, qui rem in feudum dari desiderat, requiritur, vt *liberam alienandi potestatem habeat*, vel alias ex potestate sublimiori de rebus iuribusque disponere possit. Admodum facilis hæc sententia in thesi est, sed impeditior in applicatione, cum sæpe illud ipsum *ius sublime* aut *suprema disponendi potestas* in dubium vocetur. Notum est, *pontificem Romanum* sibi impudenter dominium directum imperii Romani tribuere, cæsaremque *vassallum* aut *hominem* suum olim dixisse, indeque vacante imperio vicariatum sibi attribuisse. Vid. *c. 34. X. de elect. c. vn.*

An papa conferat in feudum imperium Romanum?

in

Digitized by Google

in extrau. Ioannis XXII. ne ſede vacante aliquid innouetur. Nec hoc adeo mirandum, cum ſe olim dominum ſupremum tam in *ſpiritualibus*, quam *temporalibus* iactitauerit, quamuis vsque ad hæc tempora ſe ad cauſam legitimare haud potuerit; imo ineptiam ſuam tandem pontifex HADRIANVS in literis, ad FRIDERICVM I. ſcriptis, fateri coactus fuerit. Cum enim ad arrogantes pontificis literas FRIDERICVS hoc modo reſpondiſſet: *Cum per electionem principum a ſolo Deo regnum et imperium noſtrum ſit, quicunque nos imperialem coronam pro beneficio a domino papa ſuſcepiſſe dixerit, diuinæ inſtitutioni et doctrinæ* PETRI *contrarius eſt, et mendacii reus erit;* pontifex alia ſcripta epiſtola ſe hoc modo purgauit, et *beneficii* appellationem in ſenſu vulgari, quatenus *bonum factum* denotat, non in *feudali ſignificatu* ſe in literis prioribus accepiſſe fatetur. Vid. RADEWICVS *lib. I. de geſt. Friderici I. cap. 9. 10. et 22.* Ceterum quod *bona eccleſiaſtica* attinet, notum eſt, pontifici fere illimitatam poteſtatem circa illa attribui ſolere, et dominum omnium beneficiorum cenſeri, adeoque non tantum *patrimonium* PETRI, quod vocant, ſed etiam *omnium eccleſiarum facultates* in feudum pro lubitu concedere poſſe. Vid. *c. 2. de præbend. in 6.* SCHRADERVS *de feudis P. IV. cap. 2. n. 4.* CRAGIVS *de feudis lib. I. tit. 13. §. 6.* Imo quamuis in infeudatione bonorum magni momenti ipſum ad *conſilium cardinalium* adſtringant, id tamen non tam ex *neceſſitate*, quam ex *regulis prudentiæ* et *honeſtatis* fieri, plerique aſſerunt, cum bonis eccleſiæ, vt aiunt, etiam pro lubitu abuti poſſit. Verum hos floſculos ſuis relinquimus auctoribus, ſcientes, in plerisque regnis poteſtatem pontificis variis modis *reſtrictam* eſſe, vt tam illimitata poteſtate in infeudandis bonis eccleſiaſticis vti non poſſit. In Germania *concordata nationis Germanicæ* hanc facultatem ei ademerunt, ſecundum quæ tantum *beneficia reſeruata* clericis confert; extra hunc caſum vero neque *directo*, neque *per indirectum*, *ſub quocunque prætextu* de bonis eccleſiaſticis diſponere poteſt; multo minus ei vllum ius circa bona eccleſiaſtica proteſtantium ſupereſt, per *inſtr. pac.* quippe ſublatum vel ſuſpenſum.

An quænis bona eccleſiaſtica?

§. XXXI. Ad ceteros *prælatos* quod attinet, notandum eſt, eos eſſe vel *immediatos* vel *mediatos* in Germania, ex qua conſideratione collatio feudorum eccleſiaſticorum quandam patitur differentiam. *Illi* dicuntur, qui immediate imperatori et imperio ſubſunt, votumque et ſeſſionem in comitiis habent. Hi maiori libertate circa bona eccleſiaſtica agunt, ac quidem mediati, interim tamen *ſine cauſæ cognitione*, *capituli conſenſu et decreto*, de bonis eccleſiaſticis diſponere pro lubitu nequeunt,

Immediati prælati feuda noua conferunt adhibitis ſolennibus.

de quo plenius egi *ad tit. X. de rebus alienand. vel non*, et sic quoque easdem in feudum dare non possunt. L. B. DE LYNCKER *respons. II.* HARPRECHT. *responso LVII.* ROSENTHAL *de feudis cap. IV. n. 2. et*

Consensum papæ quoque requirunt.

seqq. Imo ne quidem sufficit *causæ cognitio* et *capituli consensus*, sed præterea etiam *pontificis auctoritas* accedere debet, iuxta *extrau. ambitiosæ cit.* Verum in Germania hanc non amplius requiri, ipsi pontificii fatentur. Vid. ENGEL *in colleg. iuris canon. ad tit. de rebus ecclesiæ alienand. n. 24.* WIESTNER. *in diss. de alienat. canon. rerum ecclesiæ temporal. P. II. tit. VII. n. 27.* BARBOSA *P. II. iuris eccles. cap. XXXII.* Inter protestantes idem obseruant SCHILTER. *ad ius feud. Allem. cap. XXVI. §. 12.* HARPRECHT. *resp. 57. n. 317.* vt adeoque ex defectu consensus papalis infeudatio talis impugnari non possit. In diœcesibus protestantium prælati itidem pro lubitu de bonis ecclesiasticis disponere nequeunt, sed ad consensum capituli per capitulationes adstricti sunt, de quo plenius edisserui ad *tit. de reb. eccles. alien.* Præterea quoque nonnunquam consensus capituli non sufficit, sed aliorum quoque necessarius est, vt

Item aduocatorum,

aduocatorum et *patronorum.* Illorum potestas ab initio intuitu bonorum ecclesiasticorum exigua erat; paulatim vires sumsit, maxime circa bonorum ecclesiasticorum administrationem, adeo, vt in plerisque ecclesiis citra eius consensum nulla rerum ecclesiasticarum alienatio, et sic nec infeudatio suscipi potuerit, vt pluribus documentis illustrat ANTONIVS MATTHAEI *de nobil. lib. II. c. 29. p. 503.* Quicquid itaque in huiusmodi negotiis citra *auctoritatem aduocati* factum, id inualidum erat, et sic nec inuestitura citra eius consensum suscipi poterat, HERTIVS *de iact. ordin. Cisterc. lib. sect. III. §. 18.* quod admodum postea prælatis displicuit, qui omnem lapidem mouerunt, vt se ab hoc iugo, vel graui ære

et patroni.

soluto, vel alio modo liberarent. Similiter si ecclesia est patronata, *patroni* consensus quoque in infeudatione est necessarius, CRAGIVS *lib. I. feud. c. 13. §. 7.* cum generatim circa eius consensum nulla alienatio rerum ecclesiasticarum suscipi possit.

Nisi (1) contraria consuetudo adsit,

§. XXXII. Sed hæc ad *regulam* spectant: dantur etiam casus, in quibus episcopus liberius agit, nec ad *consensum capituli* adstrictus est. Generatim *l. F. l. pr.* antiqua consuetudo fundamenti loco ponitur in his rebus infeudandis. Huc ergo (1) pertinet, si per *consuetudinem diuturnam* legitime probatam, solennia consueta, vel in totum, vel pro parte remissa fuerint, quæ, testibus CARPZOVIO *lib. V. respons. LII.* et WESENBECIO *consil. LIX. in f. et consil. XCIV. n. 9.* quoad maximam partem remissa sunt, adeoque non dubium est, quin etiam in totum remitti possint.

c. 6.

c. 6. in f. X. de his, quæ fiunt a præl. ſine conſ. capit. Conf. HARPRECHT. *cit. l. n. 174. et ſqq.* Equidem WIESTNERVS *cit. diſſ. P. II. art. IV. n. 4. et ſqq.* vniuerſalem harum *ſolennitatum abrogationem* admitti non poſſe, contraria conſuetudine cenſet; ſed ſine ratione ita cenſet. Solennium horum introductio eſt meri iuris poſitiui, maxime a IVSTINIANO per *nou. 7.* introducta, et a pontificibus poſtmodum aucta, prout *cit. tit.* oſtendi, qualia quæ ſunt, conſuetudine abrogari poſſunt. Nec hæc irrationabilis cenſenda, cum vsque ad tempora IVSTINIANI nulla lege vniuerſali alienatio epiſcopis interdicta, et in ipſa Romana eccleſia vsque ad SYMMACHI pontificis decretum anno 502. latum permiſſa fuerit, vt teſtantur acta concilii Romani apud IVSTELLVM et VOELLIVM in *bibliotb. antiqua iuris canon. p. 261.* Quod ergo per quinque ſecula in puriori eccleſia haud irrationabile viſum fuit, id quoque conſuetudine introduci poſſe, non ambigitur. Sed rariora forſan huius exempla erunt, quia in plerisque capitulis prælati de bonis non alienandis iurare coguntur, et præterea capitulationibus nouiter electi admodum conſtringi ſoleant, cum capituli interſit, ne bona eccleſiaſtica alienentur. Vid. PACIONVS *de locat. et conduct. cap. XIV. §. 9. n. 31.*

per quam remiſſa ſint ſolennia.

§. XXXIII. Similiter (II) capituli conſenſus haud neceſſarius eſt, ſi feudum eccleſiaſticum non ex bonis eccleſiæ, ſed ex *allodialibus laicorum rebus* naſcitur, per *oblationem ſolemnem*, quia talis infeudatio non eſt alienatio, ſed potius dominii directi acquiſitio, in qua nulla deliberatione opus, cum eccleſia damnum non ſentiat. Nec obſtat, quod prælatus ita breui manu rem eccleſiæ antea donatam rurſus tradere videatur; in effectu enim non eſt talis alienatio, quæ iure canonico prohibita, ſed multo magis commendata, laudata, approbata eſt. E contrario capituli conſenſus neceſſarius foret, ſi prælatus bona eccleſiarum immobilia alteri in feudum offerre vellet, *c. fin. de bonis eccleſ. alienand. in 6.* in qua oblatione translatio dominii directi in alterum continetur. Multo minus

(2) Si feuda ex oblationibus laicorum ortum trahunt.

(III) conſenſus capituli neceſſarius eſt, quando *ex ſtatuto capituli* prælatus res quasdam in feudum aliis dare tenetur. Id ipſum in *ſtatuto Monaſterienſi* prouiſum, conſtitutumque, prælatum ne quidem adiudicata et aperta feuda maſculina retinere poſſe, his verbis: Und ſoll der keines behalten, ſie wären denn ihr F. G. zuerkant durch ihre Mannſchaft, und alsdenn ſoll er die niet behalten länger denn Jahr und Tag, und wofern inwendig der Zeit niemand von den Blutsfreunden, männlicher oder weiblicher Gebauer erſchienen, wie ſie ſollen, ſo ſollen ihre F. G. die Güter verleihen etwa einer tüchtigen Perſon, und die keiner Weiſe behalten, noch

(3) Si ex ſtatuto ad infeudandum adeſt obligatio.

noch ihrer Tafel zueignen. Cum ſecundum hoc ſtatutum infeudatio ſit neceſſitatis, et prælatis imperata, fruſtra ſolennitates canonicæ exiguntur, cum de ipſa cauſa alienandi nullus iniici poſſit ſcrupulus. Interim nihilominus *decani* et *capituli conſenſus ſpeciatim* in *ſtatuto citato* deſideratur, *vt affectio epiſcopi erga ſuos conſanguineos refrenaretur, et induſtriæ perſonarum, quibus maiora feuda concedenda ſunt, ratio haberetur*, vt verba IOANNIS a SANDE *in comment. in conſuetud. Geldr. feud. tit. III. cap. I. §. 7.* mea faciam.

(4) Si neceſſitas præſens infeudationem deſiderat.

§. XXXIV. Addunt (IV) etiam hunc caſum, ſi *neceſſitas eccleſiæ* præſentiſſimam infeudationem vrgeat, vt absque damno et detrimento eccleſiæ differri non poſſit, quod neceſſitas legi non ſit ſubiecta, KLOCK. *tom. IV. conſil. 79. n. 212.* SCHRADERVS *P. IV. cap. II. n. 14.* vel potius, quia, ſi neceſſitas notoria et manifeſta eſt, fruſtra cauſæ cognitio deſuper inſtituitur, quæ tantum in re dubia deſideratur. Nam cauſæ cognitio et conſenſus capituli tantum eſt *propter iuſtam cauſam*, de qua ſi aliunde ſatis conſtat, fruſtra defectus mediorum allegatur. Idem tamen non admittit SCHRADERVS *cit. l. n. 13.* in caſu, ſi inueſtitura de nouo feudo ſit coniuncta cum *manifeſta vtilitate* eccleſiæ, vel etiam ſi prælatus inveſtiens paratus ſit, eccleſiæ de bonis ſuis patrimonialibus aliam rem immobilem æque bonam reddere, de quo tamen dubito. Poſteriori enim caſu eccleſia nullum ſentit damnum, ad quod præcauendum tantum ſolennitates canonicæ inuentæ ſunt, et priori caſu itidem manifeſta eſt iuſta alienandi cauſa, vt cauſæ cognitio cum decreto fruſtranea ſit, *arg. l. 8. §. 6. de tranſact.* HARPRECHT. *reſponſo LVII. n. 290. et ſeqq.* ALEXANDER RAVDENSIS *de analogia cap. XXXVIII. n. 31.* vt ſupra *tit. de reb. eccleſ. alien.* vberius obſeruaui. Hoc ipſum eo magis in infeudatione admittendum, cum per eam minus quam per aliam *ſimplicem alienationem* eccleſiæ præiudicetur, et ſpes ſuperſit, aliquando rem talem ad eccleſiam reuerſuram eſſe, vt ipſe fatetur SCHRADER *cit. l. n. 10.* Huc pertinet, ſi res alias eccleſiæ oneroſæ et non adeo cultæ iis in feudum dantur, qui illas ad culturam reducere ſatagunt. Similiter ſi *feudum eccleſiaſticum* alienatum eſt, quod facile per prælatum recuperari poteſt, qui illud laico in feudum concedere non prohibetur ad effectum, vt illud *ſuis expenſis* recuperet, et in feudum per eccleſiam recognoſcat, *cum ita ipſa eccleſia per hunc illud rehabeat*, vt dicitur *in c. 2. in fin. X. h. t.* Multo minus

(5) Si tantum agitur de feudo redintegrando.

(V) ſolennitas eſt neceſſaria, ſi antea res eccleſiaſtica legitime in feudum eſt data, de cuius *redintegratione* poſtea tantum agitur, ne alioquin vaſallus a prælato decipiatur. *c. 5. X. de donat.*

§. XXXV.

Digitized by Google

§. XXXV. Potiſſimum vero (VI) huc pertinet, ſi *res in feudum dari ſolita*, et ad eccleſiam reuerſa, de nouo alicui in feudum a prælato concedatur, quod ipſum ſine ſolennibus canonicis fieri poſſe, colligunt ex *c. 2. X. h. t.* vid. SCHRADERVS *de feudis P. IV. cap. II. n. 16. et ſqq.* WIESTNER. *ad ius can. tit. de feud. n. 22. et ſeqq.* CRAGIVS *de feudis lib. I. tit. XIII §. 13.* ROSENTHAL *de feudis cap. IV. concluſ. 21.* STRVVIVS *in S. I. F. cap. V. aph. 9. n. 2.* Verum hæc aſſertio ſcrupulo non caret. Nam *in cit. c. 2.* pontifex conſultus fuerat ab archiepiſcopo Mediolanenſi, qui *iuramento* ſe adſtrinxerat, Romano pontifice inconſulto, ſe nullam rem in feudum daturum eſſe: vtrum etiam hoc iuramentum ad eum caſum trahendum eſſet, ſi vaſallo defuncto feudum ad ipſum rediiſſet? Non ergo quæſtio fuit, vtrum ſine conſenſu capituli et decreto, ſed tantum an *inconſulto pontifice* illud *de nouo in feudum concedi* poſſet? Reſpondit pontifex hoc modo: *In primo caſu feudum decedentis libere, ſi videris expedire, concedas.* Iuſtam hic cauſam requirit pontifex in verbis: *ſi videris expedire*, de quo ipſemet iuxta *c. 4. et 5. X. de his, quæ fiunt a præl. ſine conſenſ. capit.* ſolus decernere nequit, cum in omnibus grauioribus negotiis conſenſum capituli requirere debeat. Noua præterea lux *cit. c. 2.* accedit ex *2. F. 35.* vbi dicitur: *Et ideo ſciendum eſt, archiepiſcopum Mediolanenſem non poſſe dare in feudum, quod tempore introitus ſui in dominico*, h. e. patrimonio eccleſiæ, *inuenerit:* ſed ſi ei poſtea feudum aperiatur, ipſum recte dabit. Dubitabat ergo archiepiſcopus, an, quia feudum tempore anteceſſoris ad eccleſiam reuerſum, inconſulto pontifice, de nouo alicui concedere non poſſet, hoc etiam extendi deberet ad eum caſum, quo ipſo ſedente *feudum eccleſiæ apertum* fit? quod in vtroque textu negatur, de modo vero infeudandi nihil adiungitur.

(6) Si res in feudum dari ſolita ſit.

Cuius rationes dubitandi recenſentur.

§. XXXVI. Verum pro ſententia communi recte vrgent, 1) quod *2. F. 35. in f.* generatim omnibus epiſcopis hæc poteſtas indulta ſit his verbis: *Profecto alii epiſcopi et clerici ea, quæ in dominico habent, et feuda his aperta olim dederint, et hodie dant.* Equidem regeri poſſet, quod etiam obſeruat CRAGIVS *de feudis lib. I. tit. XIII. §. 14.* hoc ipſo *conſenſum capituli* minime excludi, vtpote quod epiſcopo ab antiquiſſimis temporibus inſtar ſenatus eccleſiaſtici conſtitutum eſt. Aſt hic conſenſus tantum de neceſſitate eſt, vbi agitur de alienatione *prohibita*, non vero, quando *libere* prælato permiſſa, prout in caſu præſenti expeditum eſt. Imo quamuis *in c. 4. et 5. X de his, quæ fiunt a prælat.* conſilium capituli in genere in negotiis eccleſiaſticis deſideretur, illud tamen per ſe prælatum non obligat, nec eius defectus actum vitiat: ſecus eſt, vbi conſenſus

Subiunguntur rationes decidendi huius exceptionis.

Digitized by Google

capituli, vt in alienatione prohibita, abſolute neceſſarius eſt. 2) Præterea pro declaratione huius ſententiæ ſingularis *exceptio* de archiepiſcopo Mediolanenſi in *cit. textu* adducitur, quæ in contrarium eo magis regulam firmat. 3) Eccleſia ex tali alienatione non adeo detrimentum capit, maxime cum bona talia ad eccleſiam reuerſa, prout ſupra dictum eſt, ex *oblationibus nobilium* orta ſint, vt æquum videatur, illa rurſus aliis nobilibus in feudum concedere. Magis liberalitas nobilium erga eccleſiam impediretur, quam prouocaretur, ſi exploratum haberent, bona ſua in caſum aperturæ ab eccleſia de nouo aliis nobilibus concedi haud poſſe, quæ ratio ſine dubio INNOCENTIVM III. induxit, vt liberam inueſtiendi facultatem epiſcopis conceſſerit: imo hæc eadem ratio quoque capitulis quibusdam anſam dedit, conſtringendi ſolenni pacto prælatos, vt aperta feuda rurſus habilibus conferrent. Conf. HARPRECHT *reſponſo LVII. n. 176.* His 4) accedit notoria *Germaniæ conſuetudo*, de qua teſtatur GAILIVS *lib. II. obſ. 161. n. 4.* quæ eo maius pondus habet, quod ne quidem in aliis alienationibus, quæ magis eccleſiæ præiudicant, tam ſtricte ſcrupuloſis iuris canonici ſolennitatibus inſiſtatur, vt plenius demonſtrat HARPRECHT. *cit. l. n. 294.*

Quænam res dicantur in feudum dari ſolitæ.

§. XXXVII. Quænam autem *res* dicantur *in feudum dari ſolitæ*, admodum fluctuant interpretes, vt liquet ex traditis STRVVII *in obſeruat. feudal. ad cap. V. §. 3.* SCHRADERI *de feud. P. IV. cap. II. n. 25.* WIESTNERI *ad tit. X. de feud. n. 56. ſqq.* ROSENTHALII *cap. IV. de feudis concl. 29. ſqq.* aliorumque. Id generatim ex *c. 2. X. h. t. et 2. F. 35.* liquet, ſupponendum hic caſum eſſe *feudi eccleſiæ aperti*, et ad eam reverſi. Hoc imprimis contingit, 1) ſi feuda talia olim eccleſiis *oblata*, atque cum hac *primordiali qualitate* in illas translata ſunt, vt in feudum ab eccleſia recognoſcerentur, de quo caſu nullum eſt dubium. 2) Si feudum ex *patrimonio eccleſiæ* olim ſolenniter datum, et valide ita alienatum eſt, quippe quod in eam cauſam hoc ipſo iam peruenit, vt in feudum dari ſolitum ſit, quocunque demum tempore a vaſallo poſſeſſum fuerit: neque enim, quod plerique interpretes contendunt, hic de *conſuetudine infeudandi* vertitur quæſtio, de quibuscunque bonis eccleſiaſticis, ſed de *re ſpeciali* in feudum dari ſolita, citra quam in *cit. tx.* nihil vlterius deſideratur, quam vt olim in feudum legitime data, et poſtea ad eccleſiam reuerſa ſit. 3) Ex accidente contingere poteſt, vt hic *lapſus annorum* deſideretur, ſi in prima infeudatione defectus quidam occurrat, qui demum per lapſum *40. annorum* tollitur, et eccleſia a reuocatione feudi excluditur. Valida hoc modo fit prima inueſtitura, et ita poſt hoc tem-

Digitized by Google

tempus res ſit infeudari ſolita, vt recte obſeruat WIESTNERVS *cit. l. n. 28.* Equidem SCHRADERVS *cit. l.* arbitratur, talem rem *in feudum dari ſolitam* non antea dici poſſe, niſi poſt primam conceſſionem tantum temporis præterierit, cuius in contrarium memoria non exſtat. Verum cum contra eccleſiam 40 annorum præſcriptio ſufficiat, id non aliter admittendum cenſeo, quam ſi bona menſalia, ſine adhibitis ſolennitatibus, olim in feudum conceſſa ſunt, quæ demum præſcriptionem immemorialem requirunt. L. B. DE LYNCKER *reſp. II. n. 143. et 157.* REDOANVS *de rebus eccleſ. non alienand. III. n. 31.* Equidem qui antiquitatem temporis in genere hic deſiderant, confugiunt ad *extrau. ambitioſæ, de rebus eccleſ. non alienand.* vbi res eccleſiæ alienari prohibentur, addita hac clauſula: *præterquam in caſibus a iure permiſſis, ac de rebus et bonis in emphyteuſin* AB ANTIQVO *concedi ſolitis.* Aſt enim vero contextus aperte docet, clauſulam hanc ad *ſolam emphyteuſin* reſtringi, in qua hæc peculiaris ratio eſt, quod olim *terræ incultæ* ab eccleſia in hunc finem emphyteutis conceſſæ ſint, vt ad *culturam* reducerentur, quod non poteſt non temporis vetuſtatem requirere, ſine qua ad culturam redigi non poſſunt, quod tamen ad infeudationem minus neceſſarium eſt, nec in *c. 2. X. h. t.* vt et *2. F. 35.* præſupponitur.

Ad lapſum annorum hic non reſpiciendum.

§. XXXVIII. Ex quo fluit, (I.) adeo libere epiſcopum talia feuda aperta conferre poſſe, vt etiam *conſanguineis ſuis* illa conferre non prohibeatur, *cit. c. 2. h. t.* SCHRADERVS *cit. l. n. 18.* (II.) Nec impediri, quo minus eam *capitulo ſuo* in feudum det. Negat hoc ROSENTHAL *cap. IV. §. 35.* et cum eo B. HARPRECHT *reſp. 66. n. 65.* ex ea cauſa, quod epiſcopus abſque conſenſu capituli ſui reinfeudandi quidem licentiam habeat, verum non aliter, quam ſi id modo hactenus conſueto faciat, adeoque conditionem eccleſiæ duriorem reddere non poſſit, quod tamen hoc caſu fieri videtur, cum nulla ſuperſit ſpes, vt menſæ prælati vnquam aperiatur. Verum cum alias ne quidem totalis alienatio ab vna eccleſia in aliam, in eadem diœceſi ſitam, ob defectum conſenſus ſuperioris impugnari poſſit, vt *tit. XIII. §. 41. ſq. huius libri* plenius demonſtraui, multo minus talis inueſtitura, quæ prælato integra fuit, improbari poterit, præſertim cum bona talia ex patrimonio eccleſiæ haud abeant, quod vnice leges eccleſiaſticæ præcauere voluerunt. (III.) poſſe prælatum feudum *maſculinum*, ad ipſum reuerſum, iure feudi *promiſcui* de nouo alteri concedere, vel alia pacta adiicere, quibus receditur a prima inueſtitura. Kurſus hic plerique diſſentiunt, vt KLOCKIVS *tom. III. conſil. CCL. n. 154.* SCHRADER. *de feud. P. II. cap. 3. §. 74.* HARPRECHT. *cit. l. n. 66.*

Hæc feuda etiam conſanguineis conferri poſſunt. Imo capitulo.

Mutata etiam forma primæ inueſtituræ.

n. 66. ROSENTHAL. *cap. 4. concl. 37. n. 2.* adeo vt, si durior conditio adiecta fuerit posteriori inuestituræ, illa ipsa pro non adiecta haberi debeat, sed inuestitura tantum subsistat, quatenus secundum *primam* composita est, qua in re vtuntur tum argumento ab *emphyteusi* deducto, tum etiam communi iuris ratione, quod prælatus in præiudicium ecclesiæ nihil novi constituere valeat. Verum cum prælatus in rebus infeudari solitis plus possit, quam quod ei hactenus negatum est, non apparet ratio, quare ipsi, quod minus est, denegandum sit. Plus autem esse, feudum ecclesiæ apertum et ad patrimonium eius reuersum, de nouo alteri in feudum concedere, nemo in dubium vocabit, et cum ipsi generatim et *libere* facultas *reinfeudandi* concessa, nec vllo modo restricta sit, merito a communi sententia recedendum est. Imo ipsi dissentientes non adeo a nostra recedere videntur sententia, quando id fieri posse concedunt, si *iusta* et *rationabilis causa* id permittat, vtpote si ob benemerita vasalli noui pacta noua inuestituræ adiecta sint. SCHRADER. *de feud.* P. *IV. cap. 2. n. 22.* B. STRYKIVS *diss. de bene meritis cap. 4. n. 44.* TIRAQVELLVS *ad l. si vnquam C. de reuocand. donat. n. 28.* HARPRECHT. *cit. l. n. 86.* Neque enim facile continget, vt feudum tale apertum sine præcedentibus meritis vel alia causa rationabili alicui concedatur, adeo, vt NICOLAVS MOZZIVS *in tr. de feudis tit. de his, qui feudum dare possunt p. 61. n. 9.* sufficere existimet, *benemerita*, *seruitia*, et *amorem* eius, cuius filia inuestitur, et *cuius amor et memoria in filia quoque vtilitatem merito exuberat*, vt verba MOZZII faciam mea, quod plenius illustrat HARPRECHT. *cit. l. n. 146. et n. 179.* Eadem ex ratione (IV.) sequitur, vt etiam, iure *veteris feudi*, feudum apertum alicui concedere possit. Quid enim refert, vtrum vasallo pluribus filiis, et sic spe longæ posteritatis instructo, feudum concesserit, an vero illi, qui non nisi vnicum filium, duosque fratres habet, ad quos hoc modo inuestitura extensa; cum æque facile in hoc, quam in illo casu ad ecclesiam reuerti possit? Illud sane mirandum est, ROSENTHALIVM *cap. 2. concl. 14.* adeo hoc in dubium vocasse, vt nequidem *consensu capituli* id effici posse crediderit, ex ea ratione, quod prælatus cum capitulo feudi naturam mutare nequeat, nisi adsint solennitates ad alienandum requisitæ, quod tamen petit id, quod est in principio. Asserunt omnes, in tali reinfeudatione non tam nouam et veram esse *alienationem*, quam primæ iam solenniter factæ *continuationem*. HARPRECHT. *cit. l. n. 55.* Imo in *c. 2. X. h. t.* expresse asseritur, rem talem ad ecclesiam reuersam *libere* a prælato rursus in feudum dari posse, quidni ergo etiam

Er feudo novo qualitatem feudi antiqui adiicendo.

ita

Digitized by Google

ita *de nouo concedere* poſſet, vt *iure feudi antiqui* illam poſſideret, præſertim cum tot exceptiones ſubiungant, ſub quibus facile etiam, ſtante ſententia diſſentientium, hæc conceſſio fieri poteſt?

§. XXXIX. Quandoque tamen *ex accidente capituli conſenſus* neceſſarius eſt: 1.) ſi *collatio* feudi ad *capitulum et epiſcopum ſimul* ſpectat, id quod etiam in aliis beneficiis eccleſiaſticis obtinet: 2.) Si res ad eccleſiam reuerſa *menſæ epiſcopi incorporata* fuerit, quo ipſo adeo primam ſuam naturam amiſit, vt iure ceterorum bonorum eccleſiaſticorum cenſeri debeat, adeoque in poſterum ſine ſolennibus conſuetis de nouo in feudum concedi nequeat. ROSENTHAL *de feud. cap. 4. concl. 33.* Non aliter autem hæc *incorporatio* facta cenſetur, quam ſi expreſſa declaratione et deſtinatione menſæ epiſcopi applicata, vel diuturno vſu ad claſſem bonorum menſalium tracta ſint, atque in libros, in quibus bona menſalia deſcripta ſunt, relata fuerint. Neque enim pro *incorporatis* ſtatim haberi poſſunt, quæ ab anteceſſore, quo ſedente eccleſiæ aperta ſunt, retenta, et fructus inde percepti fuerint, vel quod prælatus ad aliquot annos fructus ſibi reſeruauerit, ſuosque fecerit, vt conſtat ex *c. 8. de rebus eccleſ. alienand. vel non, et 2. F. 35. in f.* cum inde *deſtinatio ad perpetuum vſum menſæ* colligi nequeat, et forſan aliunde noua inueſtitura impediri potuerit. 3) Si *ſtatuto capituli* expreſſe cautum eſt, vt ſine conſenſu eius de nouo in feudum non detur, ad quod vtplurimum prælati per capitulationes conſtringuntur. WIESTNER. *ad tit. de feud. n. 32.* 4.) Si eccleſia ad eam *indigentiam* ex publicis calamitatibus redacta eſt, vt admodum damnoſa hæc reinfeudatio videatur, quorſum reſpexit pontifex in *c. 2. X. h. t. in f.* ibi: *Si videris expedire.* Quamuis enim ſoli prælato de eo regulariter arbitrium relictum ſit, non dubium tamen eſt, quin capitulum contradicere poſſit, ſi in apertiſſimum detrimentum eccleſiæ epiſcopus aliquid attentare auſus fuerit. TAMBVRINVS *tom. III. de iure abbatum diſp. XIV. qu. 7. n. 4.*

Capituli conſenſus deſideratur, ſi ſimul collatio ad capitulum ſpectat.

Vel menſæ epiſcopi res reuerſa incorporata eſt.

Vel ſtatutum conſenſum requirat.

Vel indigentia eccleſiæ reinfeudationem prohibeat.

§. XL. Præterea ſingulariter excipiunt interpretes *bona menſalia*, olim in feudum quidem legitime data, ſed poſtea ad eccleſiam reuerſa, vt et *decimas* eccleſiæ apertas, quarum *reinfeudationem* adeo prælato, interdictam eſſe cenſent, vt ne quidem adhibitis ſolennibus rurſus in feudum dari poſſint, ſed accedere præterea debeat conſenſus pontificis. vid. CRAGIVS *lib. I. de feud. tit. XIII. §. 13. et 14.* L. B. de LYNCKER *reſp. II.* ROSENTHAL *de feud. cap. 4. concl. 27.* *Bona menſalia* quod concernit, communiter prouocant ad *1. F. 6. pr.* vbi refertur VRBANI II. decretum, ne tituli in feudum dentur, cuius hiſtoria ſupra relata eſt.

An bona menſalia ad eccleſiam reverſa reinfeudari poſſint.

Liquet ex eius circumſtantiis, ibi actum fuiſſe de reuocandis *eccleſiis* et *decimis*, quæ ſecundum morem illius temporis promiſcue et ſine vrgente aliqua neceſſitate a laicis *iure beneficiario* poſſidebantur, adeo, vt ordinarii eccleſiarum paſtores vix haberent, vnde viuerent, et hac de cauſa inertes, famelici, et ieiuni paſtores ſæpe eccleſiis eſſent præponendi. Minime ergo hoc decretum adeo extendendum eſt, vt etiam illa bona menſalia, quæ olim *legitime* in feudum data, et ſic *infeudari ſolita* facta ſunt, quibusque hodie eccleſia carere poteſt, complectatur: quod ſi enim eccleſia his bonis reuerſis indigeat, aliunde reinfeudatio impeditur. Accedit, quod reſpectum priorem, quem ante infeudationem habuerunt, ſemel amiſerint, et per infeudationem *menſalia* eſſe deſierint, et in claſſem ceterorum bonorum alienatorum redierint. Apprime hac de re loquitur HARPRECHT *reſp. LVII. n. 83. Bona menſalia*, aiens, *accedente canonica ſolennitate etiam ob vnicam infeudationem, qualitatem et naturam bonorum menſalium in totum amittere, tum ex eo, quod res alienari prohibita ſemel alienabilis facta, talis maneat perpetuo; tum ex illo, quod bonis ſemel in feudum datis non detur illorum reinfeudatio, ſed potius prioris infeudationis executio tantum, liquet. Conf.* NICOLAVS EBERHARDVS *vol. II. conſil. XIX. n. 6. ſeqq.* NICOLAVS REDOANVS *de rebus eccleſ. non alienand. p. 362. ſq.* BARBOSA *de officio et poteſt. epiſcopi P. III. alleg. 95. n. 29.* Ad *decimas* quod attinet, conſtat, quod clerici ex ſacerdotio V. T. illas ſibi appropriauerint, quæ tamen iisdem occaſionibus, quibus bona cetera eccleſiaſtica olim *iure beneficiario* laicis conceſſa ſunt, in manus laicorum iure feudi prouenerunt, quas ex profeſſo illuſtrat ANTONIVS DADINVS ALTESERRA *de origine feud. cap. V.* Pro his reducendis æque, ac pro aliis bonis eccleſiæ, admodum ſoliciti fuerunt pontifices, maxime in *concilio Lateranenſi*, relato in *c. 19. et c. vlt. de decimis*, quo prohibitum, ne laicis decimæ, tanquam *res ſpirituales*, in feudum dentur; vnde eas excipiunt, quæ ante hoc concilium in feudum datæ fuerunt, quas ad eccleſiam reuerſas rurſus infeudari ſine ſolennibus poſſe, tradit ROSENTHAL. *cap. 4. concl. 27.* Quis vero legitime demonſtrabit, decimas ante concilium Lateranenſe in feudum iam dari ſolitas fuiſſe? quod quidem ex immemoriali poſſeſſione ROSENTHAL. *concl. XXVIII.* præſumendum eſſe putat, et admitti etiam poteſt ex eo, quod contrarium probari non poſſit; non tamen ad hunc vnicum caſum reſpiciendum eſt. Quod ſi enim *decimæ* olim legitimæ et iuſta de cauſa in feudum datæ ſunt, naturam hanc peculiarem induerunt, vt in poſterum quoque in feudum dari

An decimæ ad eccleſiam reuerſæ?

Digitized by Google

dari poſſint. Nec concilium Lateranenſe iuſtam alienationis cauſam excludit, ſed tantum, quæ olim frequens fuit, *temerariam* et *promiſcuam* inueſtituram decimarum coercuit. Neque enim decimarum et bonorum menſalium, aliarumque rerum eccleſiaſticarum, diuerſa eſt ratio: æque hæ dicuntur *res ſpirituales* et *Deo conſecratæ* ex mente Dd. Romanæ eccleſiæ, ac quidem decimæ, et tamen, ſi in feudum dari ſolitæ ſunt laicis, de nouo aliis quoque concedi poſſunt. Quidni ergo idem iudicium de *decimis* ferendum eſt, quæ ideo laicis conferri prohibentur, quod ſint *res ſpirituales*, quales tamen etiam certa bona eccleſiaſtica cenſentur? Equidem inter proteſtantes hoc nullam habet dubitandi rationem, ſed tamen quin etiam inter catholicos idem recte defendi poſſit, ex adductis rationibus exiſtimo, quod infra tit. *de decim.* curatius expoſitum eſt.

§. XLI. Non eadem poteſtas circa *reinfeudationem* capitulo, *ſede vacante*, competit, quæ *prælato* conceſſa eſt. Equidem *capitulum*, ſede vacante, ipſo iure in adminiſtrationem bonorum, et exercitium iurisdictionis ſuccedit, et ad comitia imperii publica euocatur per *inſtr. pac. art. V. §. 21.* ceteraque iura territorialia exercet, prout *tit. IX. huius libri §. XXIII. p. 639. ſqq.* dixi. Conf. *inſtr. pac. art. V. §. 17.* FERMOSINVS *de poteſtate capituli ſede vacante cap. 1. et ſeqq.* BRVNNEMANNVS *conſil. CXXV. n. 142. et. conſil. CXXVI. n. 106.* Non tamen exercitium prorſus *liberum* conſequitur, ſed *limitatum* et *reſtrictum*, cum nihil innouare, nec præbendas vacantes rurſus conferre poſſit per *c. 1. et 2. X. ne ſede vacante aliquid innouet.* Eadem eſt ratio feudorum eccleſiaſticorum ad collationem *epiſcopi* ſpectantium, et, ſede vacante, apertorum, quippe quæ ſimilem fere naturam cum *beneficiis eccleſiaſticis*, clericis conferendis, habent, vt iam ſupra oſtenſum eſt. Si enim nequidem capitulum, ſede vacante, *beneficia* eccleſiaſtica vacantia rurſus conferre poteſt, quæ tamen neceſſario aliis rurſus conferenda ſunt, et in quorum dilatione non leue incommodum eccleſiis obuenire poteſt; multo minus *feuda* eccleſiaſtica, ſede vacante, aperta aliis laicis rurſus conferre poteſt, quod mere arbitrarium eſt, et facile differri, et prælati nouiter electi arbitrio relinqui poteſt. Conf. CRAGIVS *cit. l. §. 12.* ENGELIVS *ad tit. X. de feud. n. 4.* Equidem STRVVIVS *in S. I. F. cap. V. aph. 9. n. 6.* vrget, nihil hoc caſu capitulum innouare, ſi res ſit infeudari ſolita, quia id facit, quod epiſcopus facere debebat. Verum hæc ratio quoque ad *collationem præbendarum* applicari poſſet, ſi concludens eſſet, præſertim cum epiſcopus haud debeat præciſe talia bona rurſus aliis

Capitulum ſede-vacante ius reinfeudandi non habet.

Digitized by Google

aliis in feudum dare, ſed hoc ipſius arbitrio relictum ſit. Alii, vt RITTERSHVSIVS *lib. I. de feud. cap. V. qu. II.* et ROSENTHAL. *cap. IV. concl. XXVI.* id quidem admittunt in *capitulis cathedralibus*, non verò in *eccleſiarum inferiorum capitulis*, quibus, ſede vacante, reinfeudationem concedunt. Verum rurſus quæſtio ſupereſt, an hoc ius in *capitulum* vel *collegium* transeat? quod ex adductis rationibus corruit. Neque enim poteſt plus tranſire in collegium inferioris eccleſiæ, prælato defuncto, quam alias tranſit in capitulum eccleſiæ cathedralis. Hoc ſane planum manifeſtumque eſt, poſſe capitulum illa rurſus aliis conferre, ſi ſpeciatim *ad menſam capituli* ſpectant, cum etiam, ſede non vacante, inueſtitura hæc capitulo competat. SCHRADER. *de feud. P. IV. cap. 2. n. 32.* WIESTNER. *ad tit. de feud. n. 30.* Quin etiam ſicuti nonnunquam collatio præbendarum, ita etiam collatio feudorum ad *epiſcopum et capitulum coniunctim* pertinet, quo caſu, ſede vacante, capitulo ius reinfeudandi competit: viuente autem prælato, capitulum ſolum id exercere nequit. Vid. *c. vn. ne ſede vacante in 6.* In dubium quidem hoc vocat WIESTNER. *cit. l. n. 31.* quod ex *cit. c. vn.* argumentum legitime ad feuda trahi non poſſit. Nullam tamen ſolidam diuerſitatis rationem adfert, quæ eo magis hic deſideratur, quod collatio præbendarum et feudorum ex vno eodemque fonte deduci debeat.

Niſi ad menſam capituli feudum apertum ſpectet.

Vel coniunctim cum epiſcopo.

§. XLII. Eandem poteſtatem non habent *eccleſiæ mediatæ* earumque rectores. Quamuis enim *c. F. 1. abbatibus, abbatiſſis* et *præpoſitis* facultas feudum dandi indulta ſit, *ſi antiquitus conſuetudo eorum fuerit feudum dare;* id tamen tantum inde colligi poteſt, *reinfeudationem* eſſe in rebus, *ab antiquo* in feudum a monaſterio dari ſolitis, permiſſam. Diuerſa eſt ratio, ſi feudum prorſus *nouum* in bonis monaſterii conſtituendum, quod *ſine conſenſu epiſcopi*, in cuius diœceſi monaſterium ſitum eſt, fieri nequit, ſi vel maxime cauſæ cognitio, conſenſus totius conuentus, aliaque ſolennia acceſſerint, TAMBVRINVS *de iure abbat. tom. III. diſp. XIV. qu. 4. n. 46 et ſq.* cum omnis alienatio *eccleſiis mediatis* interdicta ſit ſine conſenſu epiſcopi. Conf. CRAGIVS *lib. I. feud. tit. XIII. §. 10. et §. 13.* *Patroni conſenſus* non ſufficit, cuius auſpiciis nulla ſuſcipi poteſt alienatio, quamuis in Anglia et Scotia, teſte CRAGIO *cit. l. §. 13.* aliud receptum ſit. Denique reliquarum eccleſiarum *paſtores* et *clerici* idem ius habere videntur circa feuda ad *ſalarium* eorum ſpectantia, et quæ ab antiquo a parocho in feudum conceſſa fuerint, tum quia, *vi officii paſtoralis*, nomine eccleſiæ dominium directum hactenus exercuere, laudemia perceperunt, inueſtiturasque fecerunt; tum etiam, quia *nihil noui* faciunt, qui eo iure, quo hactenus bona penes eccleſiam fuerunt, in poſterum quoque vtuntur.

An mediati prælati ius feuda conferendi habeant?

Patroni conſenſus non ſufficit.

§. XLIII.

Digitized by Google

§. XLIII. His omnibus, quæ hactenus allata sunt, derogatum videtur per constitutionem VRBANI VIII. *de anno 1625.* a TAMBVRINO *cit. l.* adductam, in qua pontifex singulis patriarchis, primatibus, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, ceterisque ecclesiarum et locorum piorum vtriusque sexus præsulibus, prælatis, præsidentibus, rectoribus, præceptoribus, commendatariis et administratoribus, nec non capitulis, conuentibus, collegiis, in quorumuis principum secularium ditione temporali existentibus, sub grauissimis pœnis ecclesiasticis iniungit, ne de cetero ciuitates, terras, castra, oppida, villas, arces, fortalitia, munitiones, territoria, districtus, iurisdictiones, aut quæuis alia loca vel bona iurisdictionalia, aut eorum partem etiam minimam, tam quæ ad præsens per ecclesias et monasteria et loca ex huiusmodi pleno iure possidentur, quam ea, quæ in *feudum* vel *emphyteusin* concessa et ad ecclesias reuersa, etiamsi ecclesiis adhuc incorporata, et de eorum mensa effecta non sint, vel quæ quocunque modo in futurum ad ecclesiam deuoluentur, etiamsi ex antiqua, seu immemorabili consuetudine, aut etiam priuilegiis apostolicis in feudum concedi consueuerint, quibuscunque rursus in feudum concedere præsumant, irritas declarando et nullas inuestituras, quæ contra hanc constitutionem in posterum factæ fuerint, non obstantibus constitutionibus in corpore iuris insertis, statutis et consuetudinibus. Ipsa constitutio tam amplissimis concepta est verbis, tamque infinitis munita clausulis, vt vix vllus casus fingi possit, quo *facultas reinfeudandi* prælatis ecclesiisque supereſſe queat. Verum dubito, vtrum hæc constitutio vnquam in Germania in vsum deducta et recepta fuerit, quæ mores antiquos ægre hactenus deposuit, prælatis admodum pro sua libertate pugnantibus. Atque hæc fere ratio est, quod interpretes iuris canonici in Germania vix huius constitutionis mentionem faciant, quod indicium præbet, eam in Germania esse ignotam, et praxin antiquam iuris canonici continuatam.

Vrbanus VIII. hæc omnia tollere et eradicare conatus est.

Sed fine effectu.

(IV.)

De exspectatiuis in feudis ecclesiasticis.

§. XLIV. Quemadmodum itaque *prælati* in rebus infeudari solitis directo feudum concedunt, ita quoque ex eadem ratione *exspectativam concedere* non prohibentur, quod iure antiquo feudali in *l. F. 3. 2. F. 26. §. moribus*, et *2. F. 35.* quoque confirmatum est. Equidem alias prælatis prohibitum est, ecclesiastica ministeria, vel ecclesias aut beneficia alicui

Possunt etiam prælati libere exspectatiuas in feudis concedere.

Digitized by Google

promittere, antequam vacent, per *c. 2. X. de conceſſ. præbend. et eccleſ. non vac.* 1) ad euitandum *votum captandæ mortis:* 2) quod *legibus gentilium* hoc etiam reprobatum, adeoque in eccleſiis non ſit permittendum, quod etiam gentiles homines condemnare curauerunt, id quod poſtea BONIFACIVS VIII. *in 2. eod. tit. in 6.* latius extendit, et ex adductis rationibus ad feudorum eccleſiaſticorum exſpectatiuas trahendum eſſe videtur, vtpote in quibus eædem rationes occurrunt. Conf. *tit. VIII. huius libri §. II. ſeqq. p. 572.* Verum quemadmodum hæ prohibitiones iuris canonici haud impedimento fuerunt, quo minus prælati canonicos receperint ſub *exſpectatione præbendæ vacaturæ*, quod tot exempla canonicorum, *in herbis* exiſtentium, demonſtrant; vid. BARBOSA *de canonicis cap. XII. n. 23.* WIESTNER. *ad tit. de conceſſ. præbend. et eccleſ. non vac. §. 6.* ita multo magis in *feudis eccleſiaſticis* exſpectatiuas concedendi mos antiquus vsque ad noſtra tempora continuatus eſt, præſertim cum in *iure feudali Longobardico* eadem facultas clericis quoque confirmata fuerit. Neque enim, quæ alias pactis ſucceſſoriis obiici ſolent, ita comparata ſunt, vt turpitudinem quandam moralem *abſolute* et *in genere* contineant, nec omne, quod a moribus Romanis olim alienum fuit, aliarum gentium inſtitutis præiudicat. Germani ſane, quibus *feudorum origo* et *cultura* debetur, nunquam a *pactis ſucceſſoriis* abhorruerunt, præſertim cum vſum teſtamentorum nullum habuerint. Pactis vbique magis inhæſerunt quam Romani, adeo vt fidem fallere grauiſſimum ſcelus eſſe exiſtimauerint. Imprimis vero in feudis *pactis ſucceſſoriis* opus fuit, quæ ſua natura olim vsque ad CONRADI Salici tempora morte vaſalli exſpirabant, nec iure ſucceſſionis ordinario in liberos deriuabantur. Quodſi his de nouo conferebantur, id ex ſpeciali *gratia domini*, vel *pacto* cum eo inito, dependebat, vt re vera *ſucceſſio liberorum* eſſet *pactitia*, vel noua feudi ex pacto vel gratia collatio, ex quo etiam *ſimultanea inueſtitura*, das Geding, h. e. ſucceſſio pactitia, ortum traxit. Primus fuit CONRADVS Salicus, qui anno 1027. in conſtitutione, quæ *§. F. 1.* refertur, ad *filios* et *nepotes* feuda deuolui ſtatuit: *Vt itaque vlteriores agnati, multo magis extranei ſuccederent in feudis, præter releuium etiam alio peculiari remedio opus erat, ſcilicet conuentione, qua futuræ ſucceſſioni deſtinatus a poſſeſſore, ſimul cum hoc eodem inueſtiretur a domino, itaque condominium acquireret, cuius vi poſtea etiam poſſeſſionem et omnimodam fructuum et commodorum perceptionem adipiſceretur: id quod inueſtitura noſtra ſimultanea reuera eſt*, vt verba SCHILTERI *de ſimultan. inueſt. cap. II. §. 1.* mea faciam. Hæc ipſa ſimul-

Non obſtantibus obiectionibus, quæ diluuntur.

Digitized by Google

ſimultanea inueſtitura re vera quædam *exſpectatiuæ qualificatæ ſpeciei* eſt, adeo, vt in *iure Saxonico feudali cap. 32.* cautum ſit, fratres poſt diviſionem feudi ius ſuccedendi amittere, cum hac clauſula: Ihm ſey denn anderweit das Gedinge, und die Anwartung daran geliehen. Quid autem eſt aliud das Gedinge, quam *pactum?* quid Anwartung aliud denotat, quam *exſpectatiuam?* Inde, non obſtantibus iuris Romani, imo canonici, rationibus, exſpectatiuæ in feudis ſunt approbatæ, vt etiam in *ius Longobardicum* penetrauerint, nec a praxi feudorum eccleſiaſticorum alienæ fuerint.

§. XLV. Magna tamen in his eſt differentia inter *actualem* horum feudorum *collationem*, et *nudam exſpectatiuam*, in rebus infeudari ſolitis alteri promiſſam. *Illa* per ſe firma eſt, adeo, vt ſi prælatus paulo ante *mortem* ſuam vel *remotionem* rem eccleſiæ alteri in feudum dederit, hæc inueſtitura valeat, vt nec a ſucceſſore reuocari poſſit. SCHRADER. *de feud. P. IV. cap. II. n. 18.* Diuerſa eſt *exſpectatiuæ* ratio, quæ demum vigorem recipit, ſi viuo prælato, exſpectatiuam concedente, feudum eccleſiæ apertum fuerit; exſtinguitur vero, ſi poſt eius mortem: cum, qui *titulo ſingulari* ſuccedit, ex promiſſo anteceſſoris haud teneatur, ſicuti alias *heres* ex facto defuncti. Hoc diſcrimen inter feuda *eccleſiaſtica* et *ſecularia* etiam paſſim ius Longobardicum inculcat, quamuis, ſi vel maxime eius mentionem non faceret, ex *natura ſucceſſionis ſingularis* ſeu electionis per ſe peti poſſet, vt vſum iuris Longobardici inſignem hac in doctrina non adeo extollere neceſſum ſit. Illuſtrationis ergo gratia non inutile erit ſcita iuris Longobardici huc reguſtare. Ait feudiſta *1. F. 3. Si vero archiepiſcopus, epiſcopus, vel abbas, vel abbatiſſa inueſtituram eius feudi, quod alius detinebat, eo tenore alicui dederit, vt poſt deceſſum eius, qui poſſidet, habeat; et ante deceſſerit archiepiſcopus, quam ille, qui feudum poſſidebat: ſucceſſores eorum non coguntur eam inueſtituram facere vel confirmare, etiam ſi pares eius curiæ adſint teſtes, vel breue teſtatum inde ſit: niſi ille, qui inueſtituram acceperit, nomine eius in poſſeſſionem miſſus feudi ſit, eo conſentiente, qui detinet. Sed ſi ille, qui feudum poſſidet, prius deceſſerit, quam illi, qui inueſtituram fecit, iure cogitur eam ratam habere. Laici vero iisdem modis omnibus, quibus ſupra diximus, ſi aliis inueſtituram dederint, heredes eorum, ſi rationibus claruerint, omnimodo eam adimplere compelluntur.* Idem repetitur *2. F. 26. §. 2.* his verbis: *Moribus receptum eſt, dominium de feudo militis ſui, quod poſt mortem ipſius ad dominum reuerti ſperabatur, in alium militem inueſtituram facere poſſe: quæ inueſtitura*

Minus tamen iuris tribuit nuda exſpectatiua.

Nec enim ſucceſſor in officio eam adimplere tenetur.

Digitized by Google

tunc demum capiet effectum, cum feudum domino aut heredi ſuo fuerit apertum. Secus eſt in eccleſiaſticis perſonis. Nam ſi eccleſiaſtica perſona talem faciat inueſtituram: non aliter valebit, niſi ſibi, non etiam ſucceſſori ſuo feudum aperiatur: et in tali inueſtitura conſenſus eius, de cuius feudo ſit, exquiri non oportet. Denique 2. *F.* 35. idem preterea inculcatur his verbis: *Vbi clericus de alterius feudo fecerit inueſtituram: ſiquidem pure, non valeat, ſed ſi ſub tempore vel conditione, quo feudum ſibi aperiatur, valebit inueſtitura etiam ſine voluntate vaſalli facta. Si tamen ante deceſſerit inueſtitor, quam feudum ad eum reuertatur: ſucceſſor non cogitur eam habere ratam.* Rationem diuerſitatis recte ex diuerſitate ſuccedendi petit BORCHOLT *in comment. feud. cap. VII. n. 19.* et, *Laicus*, ait;, *eſt heres defuncti, et ſuccedit in vniuerſum ius eius. At clericus non eſt heres defuncti, non ſuccedit in vniuerſum ius defuncti, ſed in ius eccleſiaſticum: idque non tam hereditario iure, quam electionis.*

Niſi (t) vivente prælato feudum ſit apertum.

§. XLVI. Atque hoc quidem ad *regulam* ſpectat. Sunt etiam *exceptiones*, quibus ſucceſſor prælatus ex defuncti exſpectatiua obligatur. *Prima* eſt, ſi feudum *ſuperſtite adhuc prælato*, exſpectatiuam concedente, aperiatur, poſſeſſionemque feudi exſpectiuarius acceperit, quo ipſo *ius radicatum* in feudum, iam viuente prælato, conſecutus eſt. Equidem ROSENTHAL *cap. VI. de feud. concl. XVI. n.* 5. poſterius non exigit, ſed ſimpliciter ſucceſſorem *ad tradendum* obligari, et ſufficere contendit, quod caſus in exſpectatiua expreſſus viuente prælato exſtiterit. Ait: *Textus feudales, tum demum ſucceſſorem prælati non obligari, innuere, ſi prælatus inueſtitor prius moriatur, quam feudum aperiatur, ergo a contrario ſi prælato inueſtitore viuente feudum apertum ſit, agi poſſe contra eius ſucceſſorem, quoniam viuo inueſtiente inueſtito ius efficaciter quæſitum fuit.* Verum ſi de *genere actionis* quæritur, qua ad implementum exſpectatiuæ agendum, faciendum vtique cum BORNIO, *diſſ. de exſpectatiuis cap. VIII. §. 7.* aſſerente, actionem *perſonalem* ex ſimplici exſpectatiua naſci ad rem in feudum tradendam. Hoc poſito, fundamentum nullum exquiri poterit, vnde ſucceſſor in officio ex facto defuncti obligari queat: licet enim caſus exſtiterit, viuente inueſtitore, quo ad implendam exſpectatiuam agi poſſit, ille tamen iam exſtinctus eſt, qui obligabatur; qui autem ſucceſſit, in obligationem defuncti non tranſit, et ſic ad tradendum conueniri nequit.

§. XLVII.

Digitized by Google

§. XLVII. *Secunda* est, si *cum consensu capituli* exspectantia concessa, quod de eo casu accipiendum, si ad *prælatum et capitulum coniunctim* collatio spectat, quia mortuo licet prælato capitulum adhuc superstes est, quod nunquam moritur, et sic efficacia exspectatiuæ morte prælati non exspirat. Vid. BORNIVS *cit. l. §. 24.* STRVVIVS *in S. I. F. cap. VII. aph. 9. n. 6.* ROSENTHAL *cit. l. n. 7.* Non idem dicendum arbitror, si *principaliter* collatio feudi ad *episcopum* pertinet, vt tamen *consilium* vel *consensum capituli* requirere teneatur, quia sic capitulum non *coniunctim* confert feudum, sed prælatus designat personam, et a capitulo tantum exquirit, an iustam dissentiendi causam habeat? qua non allata, ipsemet exspectatiuam confert. Ipsum vero capitulum ad collationem hoc casu non concurrere, satis liquet ex *c. vn. ne sede vacante in 6.* adeoque si viuente prælato casus aperturæ non exstiterit, exspectivario non prodest, quod capitulum consenserit, quod hoc casu magis *votum negatiuum* habere videtur.

Vel (2) cum consensu capituli exspectatiua concessa.

§. XLVIII. *Tertiam* exceptionem ipse feudista *l. F. 3.* suggerit his verbis: *Nisi ille, qui inuestituram receperit, nomine eius in possessionem missus feudi sit, eo consentiente, qui detinet.* Ingentes difficultates hæc ipsa peperit interpretibus, adeo vt ROSENTHAL *cit. l. n. 8. sqq.* ex his laqueis se extricare haud potuerit, HARTMAN. PISTOR. *lib. II. qu. 27. n. 4. et seqq.* et cum eo CASPAR RITSCHIVS *ad cit. textum p. 47. et seqq.* in verbis adductis casum supponunt, quo antiquus feudi possessor consentiendo in talem missionem sibi præiudicat, et feudo se abdicat in fauorem exspectiuarii. Sed hanc sententiam non admittit ROSENTHAL *cit. l. n. 14.* quod hac ratione feudum reuera prælato inuestienti per refutationem, non successori aperiatur. Huic addi potest, quod, supposito hoc casu, exceptio non sit de regula. Illa quippe disponit de obligatione successoris ex defuncti exspectatiua, feudo post mortem inuestitoris aperto; hæc vero ex mente horum interpretum non casum *exspectatiuæ*, sed *realis feudi collationis* continet, adeoque hæc interpretatio in regulas interpretandi admodum impingit. Imo quæstio Domitiana reuera proposita fuisset, cum nihil amplius, quod a successore impleri debeat, superfit. Ieiuna admodum est ratio dubitandi, quam RITSCHIVS *cit. l. p. 60.* adfert, quod talis abdicatio ab antiquo possessore in fraudem successoris facta fuisse videatur, qui tamen, si se feudo abdicat, iure suo vtitur, nec de successore cogitasse videtur, cui, cum nondum exstitit, fraus fieri non potuit; ne dicam, feudistam de illo consentiente, qui feudum adhuc *detinet*, et sic in possessione feudi

Vel (3) nisi consentiente possessore exspectiuarius in possessionem feudi missus sit. An vltimus possessor feudum amittat?

Digitized by Google

manet, loqui, nulloque ex indicio apparere, quod poſt conſenſum interpoſitum feudum detinere deſinat, quod tamen diuinatorie adſtruit BITSCHIVS *cit. l. p. 61.* Hi ſcrupuli mouerunt. ROSENTHALIVM *cit. l. n. 14.* vt ſtatueret, per conſenſum poſſeſſorem feudi ſibi haud præiudicare, nec iure ſuo cadere; interim ſucceſſorem prælati nihilominus teneri. Verum nec hoc caſu omnes ſuperatæ ſunt difficultates. *Quomodo enim*, ipſemet ſibi obiicit ROSENTHAL *n. 13. hic Sempronii*, h. e. vltimi poſſeſſoris, *conſenſus, vt prælatus de feudo, ab ipſo Sempronio adhuc poſſeſſo, Seium inueſtiat, eumque immittat, hoc operari poſſit, vt prælati ſucceſſorem obliget in futurum, anteceſſoris ſui promiſſionem explere, haud aſſequor. Quoniam ratio prædictorum, cur prælati ſucceſſor non obligetur, ea reddi ſolet, quod videlicet ius prælati in adminiſtratione conſiſtat, et id non ex ſucceſſione, ſed electione conſecutus ſit. Et ideo in futurum non debeat diſponere in præiudicium ſucceſſoris, nec illi ius quærendi et conferendi feuda, quæ tempore eius adminiſtrationis aperientur, præripere.* Addit IDEM *n. 15. Præfati dogmatis nullam rationem manere, niſi dixeris, cum ita abuſive, et in poſſeſſionem veram, conſenſu Sempronii viuentis adhuc, inductus ſit ſecundus vaſallus a prælato, quod inueſtitura huius ſecundi quodammodo perfecta, et is ius in re conſecutus ſit, adeo, vt prælati ſucceſſorem ſic obſtringat. Quod ſi admittatur, ſequeretur, ſucceſſoribus in prælaturis facile fraudem necti poſſe.* Non tangit vero hoc dubium, in quem finem *conſenſus vltimi poſſeſſoris* hoc caſu neceſſarius ſit, cum ſecundum eius ſententiam de poſſeſſoris præiudicio non agatur. Sic quando coadiutor a capitulo cum ſpe certiſſima ſuccedendi eligitur, in qua re vera talis exſpectatiua occurrit, conſenſus epiſcopi coadiuuandi haud abſolute neceſſarius eſt, ſed pontificis auctoritas ſufficit, qua accedente, etiam invito epiſcopo, electio fieri poteſt.

Roſenthalii ſententia fluctuans.

§. XLIX. Vt ex his eluctari queamus ſcopulis, e re erit, doctrinam de *exſpectatiua* ex iure canonico repetere, cuius praxin eo tempore quoque prælati, ſicuti in *præbendis*, ita in *feudis eccleſiaſticis* conferendis, ob oculos habuiſſe, eamque feudiſtam hic reguſtaſſe probabile eſt. Duplex ratio exſpectatiuarum *ſeculo XII.* in vſu fuit, quarum altera *ſimplex*, altera *qualificata* dici poteſt. *Illa* conſiſtebat in *nuda promiſſione* præbendæ nondum vacantis, in caſum, quo vacatura eſt. Atque hanc ipſam reprobauit ALEXANDER III. in *concilio Lateranenſi anno 1179.* cuius decretum in *c. 2. X. de conceſſ. præbend. et eccleſ. non vac.* refertur, quæ prohibitio tamen feudorum eccleſiaſticorum exſpectatiuas, ex rationibus antea adductis, haud ſuſtulit; imo feudiſta hoc dubium tangere non po-

Pro diluendis his obſtaculis præmittitur diſtinctio inter exſpectatiuam ſimplicem et qualificatam.

Simplex exſpectatiua in feudis non eſt reprobata.

Digitized by Google

potuit, cum antiqui compilatores, ex quibus compilatio feudalis collecta eſt, ſub FRIDERICO BARBAROSSA circa annum 1150. ſcripſerint, quo *concilium Lateranenſe* nondum promulgatum erat. *Hæc* vero conſiſtebat *in ſolenni receptione in numerum canonicorum*, et *canonica inſtitutione*, ſeu *inueſtitura de canonia*, ſed ſine præbenda, cuius exſpectatio ad proximam vacaturam præbendam differebatur. Per *ſimplicem* tantum *ius ad rem* exſpectiuario quærebatur, per *qualificatam* vero *ius ipſum in re* reſpectu prælati propter accedentem *inueſtituram abuſiuam* ſeu *canonicam inſtitutionem*, quæ ideo acceſſiſſe videtur, vt *ius irreuocabile* et *radicatum* in canonicum receptus adipiſceretur, et ſucceſſor prælatus poſtea vacantem præbendam ei conferre teneretur. Praxeos huius ipſe ALEXANDER III. *anno 1170. in c. 9. X. de præbend.* meminit, quæ nec obliterata eſt per *concilium Lateranenſe*, vt patet ex deciſione INNOCENTII III. *in c. 7. 14. et 19. X. de conceſſ. præbendæ et eccleſ. non vac.* Vocari tales canonici ſolent *in herbis*, interim iam veri canonici ſunt, realiter inueſtiti, et in numerum eorum recepti, et tantum exſpectatiuam habent quoad *præbendam*, ſeu *vtile*, quod canonicatui, quem iam tenent, cohæret, quam ſucceſſor prælatus conferre tenetur ex *obligatione legis*, quod indigitat pontifex in *c. 9. X. de præbend.* *Non eſt congruum*, inquiens, *vt præbenda careat, qui in canonicum noſcitur eſſe receptus*, quod etiam confirmatur in *c. 8. et 19. X. eod.* et ſupra *tit. VIII. huius libri §. III. ſqq.* plenius illuſtratum eſt.

Per qualificatam transfertur ius in re.

§. L. Simili ratione feudiſta, praxin capitulorum eius temporis ob oculos habens, diſtinguere videtur inter exſpectatiuam *ſimplicem* et *qualificatam*. ILLAM in *cit. textu* vocat *inueſtituram*, ſed, prout recte obſeruat RHETIVS *in comment. ad ius feud. ad cit. text.* et quidem ad verba: *inueſtituram eius feudi, n. 1. ſeqq.* illa nihil aliud hoc loco denotat, quam *ſolennem inueſtituræ promiſſionem*, quæ etiam in præſentia parium curiæ fieri potuit, breui deſuper teſtato accedente, hac forſan formula: Verſprechen, daß wir ihn mit dem erſten an uns verfallenen Lehen begnadigen wollen. Vid RHETIVS *cit. l. p. 163. n. 2.* Totus enim contextus innuit, hic tantum agi de tali promiſſione, qua alteri *ius ad rem* acquiritur, qua ad dandum vel præſtandum promittentem habet obligatum. HANC vero in *exceptione* appoſita expreſſiſſe videtur, quando ſcilicet non in nudis terminis promiſſionis exſpectatiua ſubſiſtit, ſed præterea acceſſit *inueſtitura abuſiua*, mediante qua receptus eſt in *vaſallum* et *militem* ſub exſpectatione eius, quod huic officio cohæret. Nam ſicuti in beneficiis eccleſiaſticis clericorum *officium ſacrum* et *beneficium* differunt, et hoc tantum locum *ſalarii*, quod propter illud aſſignatur, obtine-

Quæ diſtinctio etiam in feudis recepta eſt.

Qualificatam expreſſit feudiſta in exceptione,

Digitized by Google

per inueſtituram abuſiuam confirmatam.

tineat, et præterea illud ſine hoc conferri poteſt; ita pariter in iure feudali ipſum *officium* a *beneficio* ſeu *feudo* diſcernendum, et quamuis regulariter cohæreant, illud tamen etiam ſine hoc conferri poterit, vt *feudum* tantum in *exſpectatione* maneat, interim per inueſtituram abuſiuam *ius in re* collatum, et ita inueſtitus in numerum *vaſallorum* ſolenniter receptus ſit, præſertim ſi certi alicuius feudi promiſſio facta fuerit. Satis conuenienter hac de re cenſet BORNIVS *cit. diſſ. cap. 8. §. 19.* aiens: *Eſt enim hic effectus etiam abuſiuæ inueſtituræ, vt per eam dominium vtile et ius feudi transferatur, ita quidem, vt in exſpectatiua ſit traditio conditionalis in caſum aperturæ contingentis facta, quæ tamen ipſo momento, quo vacantia aut apertura contingit, effectum ſuum exſerit, non ſecus atque alias in allodialibus traditio in certum euentum conditionemque aut diem facta.* Conf. B. STRYKIVS *de abuſiua inueſtit. cap. 4.*

Quod illuſtratur.

§. 13. De *tali inueſtitura abuſiua* loqui feudiſtam, vel inde liquet, quod præſupponat caſum, quo quis *inueſtituram* acceperit, h. e. *exſpectatiuam*, et *nomine eius*, exſpectatiuæ ſcilicet, *in poſſeſſionem miſſus feudi ſit*, quibus verbis *actualis* immiſſio in poſſeſſionem denotari nequit, cum alias de feudo antiquus poſſeſſor decedere deberet, quod abſurdum eſſe antea obſeruaui, ſed potius *inueſtitura abuſiua*, quæ fit *ſymbolis* interuenientibus, aliisque ſolennibus actibus indigitatur ad hunc effectum, vt ius in re conſequatur, quod *miſſionis in poſſeſſionem* ſeu *traditionis* appellatione feudiſta denotare voluit. Nec mirandum eſt, feudiſtam *abuſiue* loqui, cum ſecundum morem illius temporis id ſæpius in aliis locis factum fuerit. Sic *2. F. 26. §. ſi de feudo* dicitur, quod, vbi lis vertitur, an feudum ſit *nouum* vel *antiquum? agnati in poſſeſſione feudi conſtituendi ſint.* Cur vero in poſſeſſionem *agnati* mittendi ſint, nullo ex indicio cognoſci poteſt, niſi verba adducta explicemus de caſu, quo agnati iam *in poſſeſſione* antea fuerunt, et ita in poſſeſſione conſtituti *inueſtiendi* ſint. Neque enim feudum *nouum* aut *antiquum* per ſe præſumitur, ſed vtrumque in facto conſiſtit, adeoque aliunde præſumtio pro agnatis haurienda erat, ſcilicet ex poſſeſſione, cuius conſequens *inueſtitura* eſt. Vnde ſatis conuenienter verba adducta BITSCHIVS *ad cit. tx. p. 385.* de *renouatione inueſtituræ* accipienda eſſe cenſet, cuius conſequens regulariter eſt *poſſeſſio* vel ad minimum *iuris in re translatio.* Conf. *1. F. 4.* et *1. F. 26. §. 1.* Equidem, ſtante hac interpretatione, *conſenſus vltimi poſſeſſoris* non videtur neceſſarius fuiſſe, quem tamen in textu controuerſo feudiſta ſupponit. Verum recte obſeruat ROSENTHAL. *cit. l. n. u.* illud factum fuiſſe propter

l. f.

Digitized by Google

l. f. C. de pactis, vbi reprobatur dispositio *de hereditate viuentis*, nisi ille consenserit, de cuius bonis agitur. Ne ergo huic *inuestiturae abusiuae* vllus defectus obiici posset, consensus vltimi possessoris in hanc inuestituram requirendus fuit.

§. LI. Quæ cum ita sint, admodum probabile est, non allunde formam et rationem hodiernæ *inuestiturae simultaneae* petendam esse, quam ex praxi harum *exspectatiuarum qualificatarum*. Sola exspectatiua simplex, in nuda promissione subsistens, ius tam certum et radicatum exspectiuario tribuere non potuisset, nisi *inuestitura abusiua* ex praxi capitulorum accessisset, qua simul *ius in re* inuestito acquiritur, ipseque in numerum *vasallorum* recipitur irreuocabiliter. Et hac de causa sola prima inuestitura non sufficere videbatur, sed necesse erat, vt quouis emergente casu, quo *renouatio feudi* petenda est, ipsemet quoque simultanee inuestitus renouationem feudi peteret, quia non amplius pro nudo exspectiuario habetur, sed per primam inuestituram iam ipso actu vasallus domini constitutus, et sic ad idem obligatus est, ad quod alias vasalli quiuis, renouationis casu existente, obligantur. Hinc etiam est, quod *iuramentum fidelitatis* æque, vt alii vasalli, præstare cogantur, imo etiam in quibusdam territoriis, *homagium*, vbi landsassiatus est receptus, adeo, vt etiam ibidem conueniri possint, de quo plenius agit Dn. MENCKE *diss. de foro compet. vasallorum simultanee inuestitorum sect. III. §. 5.* Inde quoque hodiernæ simultaneæ inuestituræ ratio illustrari potest,

§. LII. *Quarta* exceptio est, si exspectatiua ipsam *dignitatem prælati* afficit, seu ob singularem *vtilitatem* ecclesiæ facta est. Licet enim successor non habeat causam ab antecessore, in dignitatem tamen succedit, quam contractus afficit. RHETIVS ad *t. F. 3. p. 178. n. 13. et 14.* Hac de causa etiam prælatus debita sui prædecessoris, *pro ecclesiæ necessitate* contracta, soluere tenetur *per c. 1. X. de solut.* Huc pertinet, si prælatus ei, qui pecuniam *ad redimendum pallium* suppeditasset, exspectatiuam promisisset, vel etiam illi, qui pecunia numerata *furorem bastium* ab episcopatu auertisset. KLOCK. *de contributione cap. VIII. n. 64.* Addit RHETIVS *cit. l. n. 15.* etiam hanc exceptionem, si prælatus concessisset exspectatiuam in *remunerationem bene meritorum*, quæ tamen a priori non differt, si modo constat, insignia illa merita in vtilitatem diœceseos, in qua exspectatiua est concessa, cessisse. Conf. HARPRECHT. *resp. 66. n. 101.* KLOCK. *tom. II. consil. IV. n. 88.* Non enim infrequens est, prælatos plures nonnunquam possidere episcopatus, adeoque quod in vnius vtilitatem factum est, tantum eius successorem stringit, non vero illum, qui ad ceteros episcopatus postea eligitur. (4) Si exspectatiua ratione dignitatis concessa,

Digitized by Google

(V.)

De inueſtitura in feudis eccleſiaſticis.

Eccleſia in his feudis pro-domino indiget.

§. LIII. Pergo ad ea, quæ ad *inueſtituræ renouationem in feudis eccleſiaſticis* obſeruanda occurrunt. Iam ſupra obſeruaui, feuda eccleſiaſtica hinc inde deflectere a regulis aliorum feudorum, id quod vel ex *propria* illorum *natura*, vel aliunde dependet. Ab *eccleſia* hæc feuda dari, et dependere dicuntur, quod in bonis eccleſiaſticis conſtituta ſint, et ita *dominium directum* eſt penes *eccleſiam*, ſicut etiam *dominium vtile* penes illam eſſe poteſt, ſi perſonam *vaſallæ* ſuſtinet. Sicuti vero *eccleſia vaſalla* pro-vaſallo indiget, qui nomine ipſius, quæ iuris feudalis ſunt, peragat; ita idem in *eccleſia domina* receptum, quippe quæ *corpus aliquod*, ſiue *clericorum* tantum, vt inter pontificios, ſiue *laicorum et clericorum*, in vnum cœtum particularem collectorum, conſtituit, quod rectius per *pro-dominum* ea, quæ ex iure dominii directi fluunt, expedire poteſt. Sunt eccleſiæ ſua natura *corpora perpetua* ex pluribus perſonis conſtantia, quæ non moriuntur, adeoque quæ naturalia feudorum ſunt, vt *renouatio feudi*, *iuramenti præſtatio*, *ſeruitiorum exhibitio*, vix commode applicari poſſent, niſi a collegio conſtitueretur, qui nomine eius *dominium directum* exerceret. Iam olim in *conſtitutione* FRIDERICI, quæ 2. *F.* 55. continetur, hoc cautum fuiſſe deprehendo, vbi in genere de pluribus eiusdem rei conſortibus dicitur, quod *vaſallus pro vno feudo non compellatur plures habere dominos*, adeoque prætendere poſſit, vt vnum deſignent, cui fidelitas præſtanda ſit. Conf. 2. *F.* 102. et 2. *F.* 77. vbi dicitur: *Plures autem domini, et ſi feudum inter ſe diuidant, nullo modo, niſi vnam fidelitatem ex feudo habere poſſunt.* VVLTEIVS *lib. I. cap. VII.* In *iure Saxonico feudali cap. XXIX. §. 1.* idem conſtitutum: Ob viel Manne ein Guth zuſammen in Lehen haben, ſie dürfen doch nicht mehr denn von einem ihres Herrn Sohn ihr Guth empfahen, ob es ihnen wol von allen ingeſamt geliehen wäre. Similiter in *iure Allemannico feudali cap. LVIII. §. 4. et 5.* idem confirmatur: Der Mann ſoll auch nicht, denn von einem ſeines Herrn Sohn Guth empfahen, denn nicht mehr Herren mögen ihm genöthen, daß er ein Guth von ihnen empfahe, denn einer. Item: Und läßt auch der Herr mehr Söhne hinter ihm, ſo er ſtirbt, die Mann empfahen ihr Guth nicht mehr denn von einem, von dem ältiſten. Conf. SCHILTER *ad ius feud. Allem. cap. LVIII. §. 7. et 8.* Quamuis vero inter interpretes iuris feudalis circa conſtitutionem pro-domini in cauſa,

Quod in quibusuis collegiis iuris eſt.

Digitized by Google

ſa, vbi plures eiusdem dominii directi conſortes ſunt, plures occurrant difficultates, de quibus vid. HARTMANNVS PISTORIS *lib. II. qu. 49. n. 119.* VVLTEIVS *lib. I. de feud. cap. VII. n. 94.* SCHRADERVS *de feud. P. VI. cap. 1. n. 13.* minor tamen difficultas eſt, vbi dominium directum eſt penes *collegium* vel *vniuerſitatem*, vbi vel *pro-dominus* ab illa eligitur, vel *ius* hoc *pro-dominii* officio præſidis collegii ordinarie cohæret. Poſterius euenit in *feudis eccleſiaſticis*, in quibus *pro-domini* perſonam ſuſtinent ex officio epiſcopi, et quidem iure *ordinario* et *perpetuo*, quippe quibus ab antiquo legitima adminiſtratio bonorum eccleſiaſticorum cum iure ſupremo in ea competiit. Huic conſequens eſt, vt a nouiter prælato electo renouatio peti debeat. Si *capitulo* dominium directum debetur, mortuo *decano*, vel alibi *præpoſito*, inueſtitura a nouiter electo intra debitum tempus petenda eſt. Imo ſi vel maxime dominium directum penes capitulum et epiſcopum coniunctim reſidet, vtplurimum tamen tantum epiſcopo mortuo renouatio peti ſolet.

Pro-dominſi ius cohæret officio prælati.

§. LIV. Quodſi ſedis vacantia vltra tres menſes extendatur, quod imprimis contingere poteſt, diuturniori impedimento interueniente, qua de cauſa ſedes vacans *impedita* dicitur, iuſta dubitandi ratio naſcitur, *vtrum renouatio inueſtituræ a capitulo petenda ſit, ſi intra annum et diem alius non fuerit electus prælatus?* Equidem ſi ad *prælatum et capitulum ſimul* dominium directum ſpectat, expeditum eſt, renouationem inueſtituræ a capitulo petendam eſſe, quod etiam hoc caſu feuda aperta denuo confert. Vid. LEVRENIVS *de vicario epiſcopali tract. III. qu. 48.* Si vero tantum collatio feudorum *epiſcopo* debetur, capitulum ſede vacante cauſis feudalibus ſe intromittere nequit, et ſicuti nouas inueſtituras facere prohibetur, ita veteres renouare, et fidelitatis iuramentum a vaſallis exigere non poteſt. LEVRENIVS *cit. l.* PIRRHINGIVS *ad tit. de maiorit. et obed. n. 52.* FERMOSINVS *de poteſt. capituli ſede vacante tract. I. qu. XVI. n. 2.* et *ad c. 5. X. de iudiciis.*

Renouatio inueſtituræ haud petenda a capitulo ſede vacante.

§. LV. Equidem CARPZOVIVS *P. II. conſtit. 45. def. 22.* et cum eo STRVVIVS *in S. I. F. cap. X. aph. 2. n. 3.* contrarium aſſerunt ex ea ratione, quod *non tam epiſcopi, quam capituli tanquam perſonæ repræſentatæ negotium agatur, cuius conſenſu inueſtitura facta fuit. Mortuo igitur*, pergit CARPZOVIVS, *epiſcopo vel ſaltem capitulum repræſentatum morte repræſentantis immutatur: quidni ergo renouatio intra annum et diem ab ipſo capitulo peti deberet, ſi nondum alius electus fuerit epiſcopus? non enim capitulum moritur, nec deficit perſona, a qua renouatio peti queat.* Prouocat vlterius illuſtrationis gratia ad *poteſtatem vicariorum*

Quamuis contrarium doceat Carpzouius.

tempore interregni, de feudis minoribus inueſtjentium, ſi vltra annum et diem imperator electus non fuerit; imo etiam de feudis maioribus eos inueſtire poſſe, exemplis quibusdam docet THVLEMARIVS *de octouiratu cap. XXII. §. 27.* Verum ſi recte CARPZOVIVM intelligo, de illo caſu, quo *dominium directum ad epiſcopum et capitulum ſimul* pertinet, loqui videtur; ſaltim ad hunc caſum *rationes primariæ* tantum quadrant. Repræſentat quidem prælatus *eccleſiam* ſeu *clerum*, imo vaſallos inueſtit von Stiffts wegen, quæ formula nonnunquam *literis inueſtituræ* inſeri ſolet; interim morte prælati ſtatus eius non mutatur, ipſa *vniuerſitas* durat, nec *eccleſia* moritur cum prælato, adeoque ſtricto iure ne quidem *inueſtituræ renouatio* eſſet neceſſaria, cum *dominium directum* non mutetur. Præterea nulla culpa imputari poteſt vaſallis, ſi intra annum et diem prælatus, tanquam *pro-dominus*, electus haud fuerit, quippe a quo vnice renouatio petenda. Antequam *pro-dominus* conſtituitur, non eſt, a quo peti poſſit renouatio inueſtituræ, et quamuis capitulum interim *epiſcopalia iura* exerceat, non tamen concurrit ad *collationem beneficiorum et feudorum*, multo minus ad renouationem, quæ itidem ſuſpendi poteſt ad futuri epiſcopi conſtitutionem. Nec recte argumentum hic trahitur a *poteſtate vicariorum imperii* ad poteſtatem *capituli*, ſede vacante, quin potius, cum inueſtitura *de feudis maioribus* illis denegata ſit, et tantum *ſingulariter* conceſſa in minoribus, contrarium potius inde colligendum, nec, quod in feudis minoribus *ſingulariter* vicariis conceſſum eſt, ad capitula *generatim* quoad omnia feuda trahendum. Ne dicam, quod perraro obſeruant, valde probabile eſſe, *A. B. cap. V. §. 1.* non tam loqui de *renouatione inueſtituræ*, ſed de *feudorum tempore interregni apertorum noua collatione*, quæ facile vicariis imperii concedi potuit in feudis minoribus, *vt tamen per regem Romanorum poſtea electum, ſuo tempore omnia innouari, et de nouo iuramenta præſtari debeant*, quæ demum *renouationem* inuoluunt. Excipiuntur *feuda principum* et *vexilli*, quorum *inueſtitura* et *collatio* ſoli imperatori reſeruatur: *collatio* autem magis denotat *reinfeudationem*, quam *ſimplicem renouationem inueſtituræ*. Conf. LIMNEVS *ad A. B. cit. l. obſ. 14.* Loquor tantum de mente CAROLI IV. Praxin contrariam interpretationem textui addidiſſe noui, interim argumentum ſolidum pro iure capituli, ſede vacante, inde minime conſtrui poteſt. Hoc non nego, vaſallos tutius agere, ſi intra annum et diem de adhibita diligentia proteſtentur, ſeque paratos fuiſſe profiteantur, ad *renouationem* petendam, ſi prælatus debito tempore electus fuiſſet. Conf. SCHRADER. *de feud. P. VI. c. 2. n. 22.*

Ad cuius rationes reſpondetur.

§. LVI.

Digitized by Google

§. LVI. Quæ cum ita ſint, ſimul quoque inde liquet, *a quo tempore annus* currere incipiat. Quoad ipſos *prælatos* expeditum eſt, illis nouiter electis *annale tempus* non currere, niſi *a die electionis* vel *poſtulatione*, per *art. I. P. V. §. 21.* Par ratio eſt *vaſallorum*, intuitu feudorum eccleſiaſticorum, prælato defuncto; ſicuti enim hi *inueſtituræ renouationem* interim a nemine petere poſſunt, ita annale tempus non a die *mortis*, ſed potius *electionis* computandum eſt, pariter ac *principes imperii*, electo nouo imperatore, *intra annum*, a tempore *electionis* computandum, demum renouationem petere neceſſum habent, quorſum collineat CAROLVS IV. in *A. B. cap. V. §. 1.* ibi: *ſuo tempore innouari*, quod non poteſt non annale tempus denotare, quod *poſt electionem* demum currere incipit; alioquin ſi annum a tempore mortis vel prælati computandum eſſe aſſereremus, facile contingeret, vt renouatio intra annum plane peti non poſſet, vel quod prælatus demum poſt annum eligeretur, vel etiam in fine anni, quo omnium feudorum inueſtitura renouari nequit. Vid. Dn. MEYER. *in S. iur. feud. c. 24. §. 5. p. 725.* STRVV. *in S. I. F. c. 20. aph. II. n. 2.* SCHRADER. *de feud. P. VI. c. 2. n. 24.*

Annus incipit currere a tempore electionis noui prælati.

(VI.)

De ſucceſſione in feuda eccleſiaſtica.

§. LVII. Ceterum ius ipſum vaſalli in *feudis eccleſiaſticis* longe pinguius iure aliorum vaſallorum eſſe, colligi poteſt ex argumentis §. *XXVI. ſqq.* ſupra adductis. Palmarium ius, et in quo hæc feuda ab aliis recedunt, in eo conſiſtit, quod hæc feuda *in dubio* cenſeantur eſſe *promiſcua*, nec filiæ ab illis excludantur. In hoc ipſo conſiſtit pomum illud Eridos, de quo interpretes digladiantur. Non repetam argumenta, quæ pro hac ſententia *cit. l.* iam adduxi, ſed duo tantum demonſtrabo: 1) *ius Longobardicum in hac controuerſia pro primario iudice, ſeu principio aſſumi non poſſe*, imo ſi vel maxime aſſumatur, huic ſententiæ tamen haud contradicere, et inde argumenta a diſſentientibus adduci ſolita, facile dilui poſſe: 2) *per inductionem tot feudorum eccleſiaſticorum, quæ indubie promiſcua ſunt, recte argumentum generale in dubio capi poſſe.* Dico *in dubio*: ſi enim ex literis inueſtituræ contrarium appareat, fruſtra prouocatur ad commune prouerbium: Krummſtab ſchleuſſt niemand aus.

Feuda eccleſiaſtica in dubio cenſentur eſſe promiſcua.

§. LVIII. Ad primum membrum quod attinet, non nego, ſecundum *iuris Longobardici* principia, *feminas* indiſtincte a feudi ſucceſſione excludi, nec in eo inter feuda *eccleſiaſtica* et *ſecularia* diſtingui, idque ex

Ius Longobardicum pro iudice in hac controuerſia aſſumi nequit.

natura *feminitiorum militarium*, quæ maſculi, non feminæ præſtant, adeoque poſtquam ſucceſſio inualuit, regulariter tantum ad *maſculos* extenſa eſt. Sed ſi ipſam definitionem feudi, eius eſſentiam et rationem paulo penitius intuemur, euidens eſt, iura Longobardica tantum diſponere de *feudis datis*, quæ ex liberalitate dominorum nata ſunt, quæque ita ad ſexum maſculinum facile reſtringi potuerunt, cum qui liberalitatem in alterum confert, illi certam legem dicere non prohibeatur. Recte id ipſum obſeruat THVMMERMVT. *in tr.* Krumm-ſtab ſchleuſſt niemand aus, *p. 16. n. 57.* rationemque iuris Longobardici feudalis hanc eſſe ait, *quod feuda, vt beneficia, ex mera dominorum liberalitate nata, ab ipſo feudorum exordio, ſolebant eſſe tantum vitalia, ad ſolius vaſalli vitam duratura, et per illius perſonæ extinctionem, ad dominum illa lege donantem reditura; quæ ratio licet paulatim poſtmodum etiam ad ſucceſſionem liberorum extendi cœperat; illa tamen extenſio, intra illius primi acquirentis familiam (quæ ex ſolis maſculis continuatur) tanquam certos limites, ſeſe continuit, et, quia fœminæ a ſua familia exeunt, eamque non propagant, hinc inter contrahentes id tacite vel expreſſe actum eſſe videtur, vt, familia iſta finita, bona, iſta de cauſa data, quaſi deficiente cauſa donationis, potius ad dominum, illa contemplatione dantem, quam ad filiam vel ſororem deuoluerentur, reuerterenturque.* Poſt pauca addit: *Verum iſta ratio, ſicut naturam rectorum feudorum, ex liberalitate mera dominorum profectam, in iſto ſuo ſtatu iuſtificat; ſic ſimilem vigorem in aliis impropriis, et de iſta liberalitate non participantibus feudis non producit, et caſum caducitatis, ex defectu maſculinæ prolis, moderatur ac temperat, vt res potius ad fœminam ex acquirente natam, nihilque contra dominum demeritam, quam ad honoris tantum cauſa aſſumptum aliquem, dominum tranſeat; ſed potius ſibi ſuisque heredibus fœminis, extra caſum liberalitatis dominicæ, vaſallus proſpicere voluiſſe videatur.* Rationi iuris hæc admodum conſentanea eſſe, ex fatis *feudorum eccleſiaſticorum* facile colligi poteſt. Vt ex hiſtoria ab initio *huius tituli* relata liquet, plura eo tempore, quo ius feudale Longobardicum compilatum eſt, erant feuda eccleſiaſtica, non tam ex *oblationibus* nobilium nata, quam potius ex patrimonio eccleſiæ *data*, vel adhuc retenta. Contra horum poſſeſſores iam VRBANVS II. in *fine ſeculi XI.* decretum promulgauerat: idem repetierunt ſucceſſores, ægre tamen finem ſuum obtinuerunt, vaſallis feuda ſua ſtrenue defendentibus. Atque ad hæc feuda recte diſpoſitio iuris Longobardici applicari potuit, vtpote quæ non ex *liberalitate vaſallorum*, ſed *eccleſiæ* nata erant. Non

Quod de feudis datis tantum loquitur.

nego

nego absolute, eo tempore feuda *oblata* defuisse, quorum exempla iam eo tempore aderant in Germania, vt supra ex HELMOLDO obseruaui.

§. LIX. Verum de eo non quæritur, sed illud tantum in quæstione est, an ius Longobardicum, vbi de *feudis ecclesiasticis* disponit, de *oblatis*, an potius de *datis* feudis loquatur? Posterius affirmandum esse, vel inde liquet, quod ius Longobardicum feuda *oblata*, qualia hodie *in dubio* ecclesiastica censenda sunt, prorsus ignoret, et textus, qui in hanc causam producuntur, illud plane non euincant, vt optime ostendit B. THOMASIVS *diss. de feudis oblatis cap. I. §. 2. et seqq.* nec negat HERTIVS *de feudis oblatis P. I. §. 16.* feuda oblata nouiori tempore multo vsitatiora esse. Imo de his feudis in consuetudinibus feudorum, vt nunc habemus, nihil legi, vt §. *18.* expresse fatetur. Illud quidem non dixerim cum HERTIO, *in comment. ad t. F. t. p. 45. n. 25.* eo tempore feuda *oblata* nondum innotuisse; interim recte addit, de feudis *datis* tantum in iure Longobardico agi, forsan quod rariora in Longobardia talia feuda essent. Idem obseruat FELTMANNVS *lib. I. de titulis bonorum cap. XLV. §. 19.* aiens: *De feudis oblatis variusculo quidem loquuntur interpretes, et fuisse illa incognita eo tempore, quo digestæ feudorum consuetudines, nil certius, in Germania autem feuda maximam partem esse oblata, bene obseruatum* ill. IOHANNI FRIDERICO RHETIO. Equidem HERTIVS *cit. l. §. 18.* feudorum quorundam oblatorum *sec. IX. et X.* exempla adducit, indeque ad minimum euincere intendit, feuda oblata non prorsus incognita fuisse. Verum recte regerit B. THOMASIVS *cit. l. cap. I. §. 18. Innotuisse illud dicitur, non, quod raro contingit, sed quod ob frequentem existentiam publice et in vulgus quasi notum est. Vnde, quemadmodum ea, quæ semel aut bis fiunt, pratereunda sunt a legislatoribus, tanquam quæ publice incognita sunt, a quibus reipublicæ turbatio non metuitur; ita nec male Dd. communiter, duos actus ad introducendam consuetudinem non sufficere, arbitrantur, quoniam hos, non probabile est, innotuisse principi, a cuius tacita approbatione vis et efficacia consuetudinis dependet.*

Non de oblatis, qualia in dubio sunt ecclesiastica.

§. LX. Hæc si recte obseruassent interpretes, non tam ieiune in hac materia ad *ius feudale Longobardicum* prouocassent, quod de prorsus diuersi generis feudis, quæ *liberalitati dominorum* accepta ferenda

Hinc quoque ius Longobardicum ad feuda eccle-

Digitized by Google

fiaſtica ſimpliciter applicari nequit.

renda ſunt, diſponit. E contrario feuda eccleſiaſtica pleraque in Germania *oblata* eſſe, et ſic diuerſam a *datis* indolem accepiſſe, ſupra obſeruaui, et variis coniecturis illuſtraui. Ex quo fluit, *iuris Longobardici* doctrinam in his feudis *hodie pro principio vnico et regula aſſumi non poſſe.* Imo ſi vel maxime aſſumenda eſſet, minime tamen eidem promiſcua ſucceſſio in his feudis contrariaretur. Ideo ius Longobardicum *fœminas* excludit, quod liberalitas domini modum ſucceſſioni ponere potuerit, qua ratione ceſſante, ceſſarè etiam debet huius iuris diſpoſitio. Equidem HERTIVS *cit. l.* adſtruit, poſtquam *oblata* feuda ſemel conſtituta ſunt, eadem, quæ de feudis *datis* obtinent, in illis quoque regulariter valere. Sed recte regerit FELTMANNVS *cit. l. §. 21.* inquiens: *Verum enim vero cum ex liberalitate vaſalli originem ducant, non tam acerbe cum eo agendum eſt*, quorſum etiam *promiſcua ſucceſſio* pertinet. Vulgata alia iuris regula eſt, neminem ſuum iactare præſumi, renunciationes ſtrictæ eſſe interpretationis; quis ergo præſumeret, adeo offerentes rem eccleſiis dominium ſuum abdicaſſe, vt etiam filias ſuas a ſucceſſione excludere voluerint? Idem obſeruat THVMMERMVT. *cit. tr. p. 115. n. 91.* aiens: *Neque enim eſt probabile, quod quis ex iis, qui bona ſua pro feudo obtulerunt, ſanguinem ſuum, etiam in ſexu fœmineo, odio habeat, eumque domino feudi poſtponere voluerit, qui feudi materiam, quam dominus non habuit, de ſuo ſuppeditauit, ſine quo feudum eſſe non poſſet.* Addit *n. 93.* has rationes: *Tum primo, quod in eo caſu vaſalli potius conferunt, quam recipiunt beneficium; tum quia recognoſcens odio non habuit ſuum ſanguinem, etiam in fœmina, d. l. maximum vitium G. de liberis præteritis; tum tertio, quod ne dominum quidem de excluſione fœminarum vel aliorum heredum cogitaſſe veriſimile eſt, cum ipſe non tam concedat, quam accipiat beneficium; tum quarto, quod principis conceſſio in eius præiudicium latiſſime ſit interpretanda, l. fin. ff. de conſtitut. c. cum dilecti X. de donat.* WESENBEC. *de feudis c. 1. n. 9. non autem in lucrum vertendum. Quibus addi poſſet, vaſallum, feudum de re ſua conſtituentem, in illo prouerbio, quod curuus ille prælatorum baculus neminem excludat, omnium hominum mentibus ab omni antiquitate infixo, tutum ſatis atque ſecurum ſe exiſtimantem, nunquam ſibi perſuaderi permiſiſſe, viros eccleſiaſticos ad tantam inhumanitatem prolapſuros, quod filias ex ſe natas a bonis, a ſe tam deuote ad ſeruitium ſui principis oblatis, excludere vellent. Nam eccleſia, teſte D.* AVGVSTINO, *non debet*

Nec valet argumentum a feudis datis ad oblata.

Quod ad ſucceſſionem promiſcuam applicatur.

reci-

Digitized by Google

recipere eleemosynas, per quas liberi priuarentur alimentis; et qui eleemosynam dare vult, ordinate a se ipso incipere debet, iuxta illud: miserere animæ tuæ placens DEO. AVGVST. *in enchiridio, et in secundo sermone, de vita clericorum, text. in can. quicunque 17. quæst. 4. ecclesiast. c. 30. v. 24. c. placuit. 13. q. 2. c. si quis reliquerit 30. dist.* FABER *in §. intestatorum instit. de hered. quæ ab intestato deferuntur. Idcirco recte docet* ROSENTHAL, *recognitionem patris, in bonis propriis de feudo factam, in supplementum legitimæ rescindi posse, cap. 6. concl. 68. n. 29. Tanto minus contractus parentum per interpretationem erit detorquendus, contra verisimilem mentem contrahentis, in necem heredum ex corpore vasalli natorum, cum non sit alienum a iure feudorum, secundum subiectam materiam nomine heredis etiam comprehendi fœminam, c. 1. de duobus fratribus a capitaneo inuestitis, ibi: quisque enim sibi, suisque heredibus videtur prospexisse, l. si pactum ff. de probat. Et multo minus contra masculos, per fœminas descendentes, c. 1. et ibi gl. de eo, qui sibi et hered. Nemo enim facile præsumitur tam amens, vt tanta seruitia sibi imponere, et post mortem domini in successione liberis ex se natis præponere velit.* GOEDDEVS *d. consil. 37. num. 723. 727. et 729. vol. 4.*

§. LXI. Ex his præsuppositis facile satisfieri potest, quæ huic sententiæ obiicit ill. Dn. COCCEIVS *diss. de feudis Fuldensibus cap. I. §. 5. seqq.* (I) Fundamenti loco vtitur regula notissima, *quod iuri communi standum, donec ei derogatum appareat.* Verum *ius commune* huic sententiæ non resistit, quod de his feudis plane non disponit. (II) *Quod, etsi derogatum sit iuri communi, id tamen ita interpretandum, vt, quam minimum possit, ab ea recedatur.* Verum rursus regero, in his feudis, quæ *præter ius commune* inualuerunt, proprie ab illo non recedi, quod de *feudis datis* tantummodo loquitur, a quibus *ecclesiastica*, prout hodie habentur, magnopere differunt, adeoque ex illis interpretationem accipere nequeunt. (III) *Quod ratio adæquata, quod fœminæ a feudis excludantur, non in seruitiis militaribus, sed in pluribus aliis quærenda sit;* veluti *quod vasallus in parium curia iudex sit inter dominum et comvasallum; quod, etsi seruitia remissa sint, tamen alia capita iureiurando fidelitatis contineantur, vti celare secreta, consilio adesse; quod virilibus officiis cœtibusque interesse fœminam dedeceat; denique quod vasallus feuda ad conseruationem et splendorem familiæ acquirat, ex qua fœminæ exeunt.* Verum enim vero ex historia de origine feudorum, supra relata, euidenter liquet, Obiectiones diluuntur.

Digitized by Google

finem primarium feudorum fuiſſe *ſeruitia militaria*, quæ ex natura miniſterii, quod vaſallus præſtat, fidelitatem requirunt, ex qua *ſecundario* cetera fluunt, quæ antea ſunt recenſita, imo nec hæc ita comparata ſunt, vt a *ſtatu fœminarum* prorſus abhorreant. Poſſe enim *fœminas* etiam *iurisdictionem ordinariam* exercere, experientia docet, et *c. 4. X. de arbitris* confirmat. Præterea rarius hodie vaſalli in conſilium domini feudi euocantur, quippe qui ordinarie conſilio ſecretiori inſtructus eſt, et quis dubitaret, quin etiam fœminæ *ſecreta celare* poſſint? Maſculi nonnunquam etiam pleni rimarum ſunt, huc atque illuc diffluunt, imo nec neceſſe eſt, vt præciſe ſecreta vaſallis reuelentur, quæ hodie *ſecretiori conſilio* reſeruantur, quo inſtructi ſunt epiſcopi et prælati. Porro non abhorret a moribus noſtris, fœminas eiusmodi *officiis intereſſe*, quæ quoque in illas cadunt, quod tot exempla feudorum promiſcuorum in Germania vſitatiſſimorum docent, ne dicam, tali caſu fœminas in nonnullis locis vel *maritum* vel *maſculum habilem* in ſui locum *ſurrogare* poſſe. Denique vltima ratio tangit feuda *acquiſita*, ſeu *data*, non *oblata*, quæ olim ab eccleſiis non dignitatis conſeruandæ gratia, ſed deuotionis, vel alia de cauſa recognita ſunt, prout ſupra obſeruatum eſt. (IV) *Quod nullibi feuda eccleſiaſtica excipiantur, ne quidem vbi agitur de feudis eccleſiaſticis.* Facile hoc admitto, quia ius commune Longobardicum de eiusmodi eccleſiaſticis feudis, qualia hodierna ſunt, plane non agit. (V) *Quod tantum ex more certæ eccleſiæ fœmina admittantur.* Ad hoc iam reſponſum ſupra §. *XXVI. ſq.* vbi fundamenta pro *generali præſumtione* ſucceſſionis promiſcue in his feudis adducta ſunt. (VI) *Quod plures iuris interpretes hanc vulgi opinionem damnent*, Krummſtab ſchleuſſt niemand aus, vt ROSENTHAL. *de feud. cap. VII. concl. XXXI. n. 6. et 7.* FICHARD. *vol. II. conſil. 15. n. 7. verſ. Ego vero, etſi non ignorem.* LVDWELL. *in tract. de ſucceſſ. feud. cap. VI. §. 1. in quæſt. 7.* RHETIVS *in comment. iur. feud. lib. I. tit. I. verſ. Qui feudum dare poſſint. n. 17. 18. 19. 20. pag. 58. et 59.* WEHNER. *pract. obſ. voc.* Krummſtab. Sed non auctoritatibus pugnandum, verum rationibus iuris. Quin nec noſtræ ſententiæ patroni, iique celeberrimi, deſunt, qui illam propugnant, vt SANDE *tit. III. conſuetud. feud. Geldr. §. 7. n. 2. 3. et ſeqq.* ROLANDVS *conſil. XLVIII.* SCHILTERVS et HERTIVS ſupra §. *XXVI.* allegati, et quos præterea in hanc ſententiam allegant KLOCK. *tom. II. conſil. 10. n. 40. et ſqq.* THVMMERMVT. *cit. tr. p. 42. n. 75. et ſqq.* et paſſim alibi. (VII) *Quod nulla probabilis ratio pro noſtra ſententia militet*, quam tamen ex antea dictis ſatis patere cenſeo.

§. LXII.

§. LXII. Supereſt, vt, per *inductionem tot feudorum eccleſiaſticorum Germaniæ*, ſententiam noſtram firmemus. Primo loco occurrunt *feuda Fuldenſia*, quæ indubie ad illa, quæ *promiſcua* vocantur, pertinent, quod non tantum ill. COCCEIVS *in diſſ. de feudis Fuldenſibus* aperte fatetur, ſed præterea ex ſequente atteſtato curiæ feudalis Fuldenſis perſpicuum eſt. Adducuntur feuda eccleſiaſtica promiſcua, vt Fuldenſia

Von GOttes Gnaden Wir Adalbertus, Abt des Stifts Fulda, des Heil. Römiſchen Reichs Fürſt, Römiſcher Käyſerin Ertz-Cantzlar, durch Germanien und Gallien Primas etc. fügen hiermit allen und ieden, denen dieſer unſer offen Brief vorkommt, zu wiſſen, mas maſſen uns unſer- und unſers Fürſtl. Stifts verſchiedentliche Vaſallen in Unterthänigkeit gebeten und erſucht, daß wir ihnen zu Steuer der Wahrheit und Beförderung der heylſamen Iuſtitien, eine Urkund, was es mit unſer und unſers Stifts Lehen, deren Natur, Eigenſchaft, Recht und Herkommen vor eine Bewandniß habe, in beglaubter Form mittheilen wolten; Demnach ſo bekennen, urkunden und bezeugen wir, der Wahrheit, auch Billigkeit zu Steuer, daß unſers Stifts Herkommen, Gewohnheit und Recht iſt, das Fuldiſche Lehn, ſo nicht zu Mann-Lehn geliehen, oder kein Bürg-Lehen genennet werden, noch durch beſtändige Burg-Frieden oder andere bey unſerm Fürſtl. Lehn-Hoffe inſinuirt- confirmirt- und beſtätigte rechtmäßige Verträge geändert, ſondern die Erb-Fälle an ſich ſelbſt frey ſeyn, des letztverſtorbenen nechſte Freunde und Perſonen von Geblüt oder Sipſchaft von dem erſten acquirenten entſproſſen, beede, männ- und weibliches Geſchlecht, doch mit dieſem Unterſcheid erben, und ſuccediren, daß, wo der letztverſtorbene Vaſall Söhne und Töchter hinterlaſſen, die Söhne denen Töchtern, in Ermangelung oder Abſterben der Söhne aber die Töchter denen Agnaten oder Vettern, ſo weiter in der Sipſchaft dem Verſtorbenen verwandt (ohnangeſehen, daß ſie auch von dem Stamme des erſten acquirenten ſeynd) præferirt und vorgezogen werden. Hinterläſſet der Verſtorbene aber allein Agnaten, Vetter und Baſen disparis gradus, ſo ſuccedirt, qui proximior eſt in gradu, ſiue mas ſiue fœmina ſit; ſi vero eiusdem gradus ſint, omnes ſimul ſuccedunt, ſiue mares ſiue fœminæ, doch daß ſie von dem Geblüt des erſten acquirenten herrühren, als welche des Verſtorbenen übrige nechſte Freunde und Erben (da deren einige vorhanden wären,)

ren,) ſo nicht von dem erſten acquirenten ſeynd, von der Lehns-Folge und ſucceſſion gäntzlich auszuſchlieſſen, daß alles, weilen es an unſers Stifts Lehn-Hof und Lehn-Mann gericht, als ein Herkommen und rechtliche Gewohnheit vor dieſem alſo geweſen, auch von unſeren mit ſel. Vorfahren auf Uns in Ubung alſo herkommen, desgleichen auch vor Recht erkannt und in unſerer Cantzeley befunden worden; haben wir obgebetener maſſen ſolches männiglich nicht vorhalten ſollen, und in deſſen mehrer Bekräftigung Unſer Secret-Inſiegel hieran wiſſentl. aufdrucken laſſen. So geſchehen in unſer Stadt Fulda den 16ten Aprilis 1705.

Colonienſia. Hirſchfeldenſia. De *Colonienſibus feudis* tot diplomata et alia argumenta adduxit THVMMERMVT, vt de eo non adeo dubitandum ſit. De feudis *Hirſchfeldenſibus* teſtatur IOHANNES FICHARDVS *vol. I. conſil. 17. num. 16.* et

Monaſterienſia et Leodienſia. WVLTEIVS *lib. I. de feud. cap. IX. n. 48.* De *Monaſterienſibus et Leodienſibus* idem docet GOEDDEVS *vol. IV. conſil. Marp. 37. n. 794. et 795.*

Osnabrugenſia. SANDE *cit. l. n. 30.* qui etiam *n. 4.* feuda *Osnabrugenſia* huc refert. Feuda *Treuirenſia* eiusdem olim fortis fuiſſe, vel inde probabile eſt, quod

Treuirenſia. demum archiepiſcopus per diploma a CAROLO IV. obtentum feudorum naturam immutare tentauerit, vt oſtendit THVMMERMVT *cit. l. p. 43. n. 96. et ſeqq. et pag. 135. n. 9. et ſqq.* Idem de feudis *epiſcopatus*

Metenſia. *Metenſis* docet GOEDDEVS *cit. l. n. 710. et ſqq.* et de *Corueienſibus* KNICHEN *de veſtiturarum pactionibus cap. IV. n. 64.* Idem quoque confir-

Corueienſia, et Traiectenſia. mat de *Traiectenſibus* SANDE *cit. l. n. 57.* Conf. HERTIVS *de feudis oblatis cap. II. §. 37.* WEHNER. *v.* Krummſtab. TABOR *I. F. I. p. 30.* Denique quamuis in nonnullis diœceſibus via ſuccedendi, iuri feudali communi congrua, diuturna temporis obſeruantia, recepta ſit, id tamen magis ad *exceptionem*, quam *regulam* pertinet, cum plura ex erronea *iuris Longobardici* interpretatione, vel etiam ignorantia, in conſuetudinem abierint, prout epiſcoporum potentia prævaluit, vel officiales, quibus prælati inſtructi fuerunt, ſuggeſtionibus ſuis, ex iure Longobardico petitis, prælatos in deuia deduxerunt. Idem recte obſeruat ill. COCCEIVS *de feudis Fuldenſibus cap. II. §. 5.* aſſerens: *faciliores abbates in admittendis feminis, forte et impotentiores quandoque fuiſſe, quam vt moribus his inualeſcentibus obſtare potuerint, cum in maioribus Germaniæ feudis eccleſiaſticis, quæ ſceptro conceduntur,* Scepter-Lehen, *vſus ille rarior ſit, perinde ac in ſingularibus*, quamuis vſum etiam in his non adeo rarum eſſe, hactenus oſtenſum ſit.

§. LXIII.

§. LXIII. Atque hæc quidem eo pertinent, vt, quid *in dubio* de his feudis dicendum sit, inde appareat. Ante omnia enim *literæ inuestituræ* inspici debent, quibus omnino standum, si diserte tantum successio *ad masculos* restricta est. Hoc tamen inde colligi nequit, si res in feudum data est zum rechten Lehen, quod vel diploma a B. HERTIO *de feudis oblatis P. III. n. 3.* ostendit, in quo GERLACHVS, archiepiscopus Moguntinus, *anno 1356.* feudum oblatum contulit zu rechten Lehen, cum hac tamen clausula: und han wir ihn und seinen rechten Erben, Söhnen und Töchtern, von unseren noch kommenen Stiftswegen den Berg und Burg ꝛc. zur rechten Lehen ewiglich gelichen. Nam ein recht Lehen in genere dicitur feudum, quatenus aliis iuribus affinibus opponitur, et ab eo distinguitur. Conf. THVMMERMVT. *cit. tr. p. 196.* Idem dicendum, si feudum concessum zu rechter Mannschaft und Lehnschaft ex eadem ratione, cum Mannschaft nihil vlterius inuoluat, quam in genere *qualitatem feudalem*, GOEDDEVS *vol. IV. consil. 37. n. 744.* SCHILTER *ad ius feud. Allem. cap. XLIII. §. 6.* Imo adhuc idem dicendum, si feudum concessum zu rechten Mann-Lehen, vt SCHILTERVS *cit. l. cap. 67. §. 3.* aliquot diplomatibus probat, plenius autem illustrat THVMMERMVT. *p. 30. n. 34. et seqq.* vbi *p. 33. reuersales* VOLLMARI von dem Weinhof adducuntur, quibus fatetur, se accepisse zu rechten Mann Lehen certa predia von wegen Ludger seiner eheligen Haus-Frau. Nam vox Mann in genere *vasallum cuiuscunque sexus* denotat. Vnde et Mann-Gut nihil aliud est, quam *prædium feudale*, das man zu Lehen empfangen, verdienen, und vermannen solle. Imo etiam *feuda hereditaria* dicuntur Erb-Mann-Lehen in diplomate apud THVMMERMVT. *p. 53.* quod idem vlterius illustrat *p. 205.* ostenditque variis exemplis, etiam in *feudis promiscuis* hanc appellationem vsitatam esse.

Appellatio des rechten und Mannlehns non excludit feminas.

§. LXIV. Inde tamen non statim fluit, feuda ecclesiastica quoque esse *hereditaria* et *alienabilia*, cum hæ qualitates peculiares feudi rationem quoad maximam partem destruant, efficiantque, vt fere nunquam ad ecclesiam reuerti possint, et *dominium* eius *directum* fere annihilent. Interim non dubium est, quin consuetudine etiam hæc feuda eam accipere possint naturam, vt mere *hereditaria* sint, adeo vt etiam de iis testandi facultas permissa sit; quod feudorum nonnullorum Colonienſium exemplis docet THVMMERMVT. *cit. tr. num. 37. et sqq.* Libere quoque plura *alienata* fuisse, IDEM *p. 149. et seqq.* variis exemplis docet, imprimis vero *p. 162.* latius illustrat, quæ ipsa ostendunt, feu-

Non tamen quæuis feuda ecclesiastica statim sunt hereditaria et alienabilia.

Digitized by Google

da Colonienſia admodum deſciuiſſe ab *ordinaria feudorum ratione*; quamuis de his non temere argumentum generale ad alia feuda eccleſiaſtica trahendum ſit. Eadem diuerſitas occurrit in *feudis* etiam *ſecularibus*, quæ ex natura oblationis alibi *liberiorem*, alibi *reſtrictiorem* acceperunt naturam, prout indoles populi, domini feudi auctoritas, aliæque circumſtantiæ id permiſerunt. Sunt enim plura *hereditaria*, et *alienabilia*, vt feuda Pomeranica, Luſatica, etc., quia ex oblatione maiorum originem trahunt: alia itidem ex eodem fonte alibi promanant, nec tamen ſunt hereditaria, ſed tantum promiſcua.

Feuda Fuldenſia non ſunt hereditaria.

§. LXV. Quia itaque rariora ſunt mere *hereditaria*, et *alienabilia*, frequentiora vero *feminina*, magis pro his, quam pro illis præſumtio eſt, et ſic quoque ſucceſſio in feudis eccleſiaſticis in dubio ſecundum horum naturam æſtimanda, vti ex adducto teſtimonio de *feudis Fuldenſibus* apparet. Equidem in teſtimonio, *de anno 1551.* quod adducit Dn. COCCEIVS *cit. l. cap. II. §. 1.* dicitur: Daß des Verſtorbenen nechſten Freunde und Perſonen vom Geblüte oder Sippſchaft beydes männliches oder weibliches Geſchlechts ohne Unterſcheid erben: in eo vero, quod §. *LXII. de anno 1705.* adductum eſt, et *praxin recentiorem* continet, *diſtinctio ſexus* attenditur, vt *filii* excludant filias, et ſic cum illis ſimul non ſuccedant, quod feudorum rationi magis conueniens eſt, prout ipſe Dn. COCCEIVS *cit. l.* §. 3. exiſtimat, interim tamen §. 6. addit, olim de ea re dubitatum fuiſſe, ex multis tamen rationibus priorem ſententiam præferendam eſſe, quas §. 7. adducit.

Filiæ demum admittuntur in defectu filiorum.

In defectu filiorum *filiæ* admittuntur, excluduntque agnatos in diuerſa linea exiſtentes, quod itidem ſucceſſioni iuris feudalis, illisque rationibus, quæ ſupra adductæ ſunt, conveniens eſt. His quoque deficientibus in collaterali linea *fœminæ eiusdem gradus cum maſculis* ſimul concurrunt, et proximiores excludunt maſculos remotiores, vti aperte teſtimonium adductum docet, et Dn. COCCEIVS *cit. l.* §. *8.* confirmat.

Non ſuccedunt aſcendentes et collaterales, qui a primo acquirente ſanguinem non trahunt.

§. LXVI. Maior ratio dubitandi eſt, *an in his feudis etiam ſuccedant aſcendentes, et collaterales, qui a primo acquirente non deſcendunt?* Equidem vbi hæc feuda *mere hereditaria* ſunt, vt feuda inſtar *allodialium* habeantur, de eo nulla ſupereſt dubitatio, quod de feudis Colonienſibus contendit THVMMERMVT. *cit. l.* Aſt quia non omnia feuda eccleſiaſtica hanc naturam irregularem habent, in dubio contrarium potius ſtatuendum, quod etiam de *feudis Fuldenſibus* adſtruit Dn. COCCEIVS *cit. l.* §. *11. et 12.* Fauor enim, qui pro *deſcendentibus* ex primo acquirente militat, quibusque primus acquirens per oblationem factam

Digitized by Google

factam præiudicare noluisse videtur, non æque militat pro *ascendentibus* et reliquis *collateralibus*, præsertim cum horum successio in feudis prorsus insolita sit, et qui rem in feudum ecclesiæ offert, id ea intentione fecisse videtur, vt exstincta prosapia cuiuscunque sexus offerentis feudum ad ecclesiam redeat, præsertim cum in feudis etiam femineis idem obtineat. 2. *F.* 17. Nec obstat generalitas vulgati prouerbii: Krummstab schleufft niemand aus, quod sicuti per se legem non constituit, ita quoque ex natura feudorum interpretationem recipit, vt voce *niemand* intelligantur, qui ex primo feudi auctore originem trahunt, cuiuscunque sexus sint.

(VII.)

De iudice horum feudorum competente.

§. LXVII. Plura præterea ex *natura feudorum ecclesiasticorum* fluunt, quæ summo tantum, quod aiunt, digito indicabo. De his feudis sine dubio *iudex competens* est *prælatus*, tanquam *feudi dominus*, *c.* 7. *X. de foro compet.* SCHRADERVS *de feud. P. X. sect. I. n.* 4. quamuis non coram *officiali*, qui alias de *causis ecclesiasticis* cognoscit, sed coram *prælato* et *paribus curiæ* causæ feudales peragantur. Ceterum *capitulum cathedrale* sede vacante non succedere in iurisdictione feudali, statuit PIRRHINGIVS *ad tit. de maiorit. et obed. n.* 52. quod in iis, quæ episcopo *iure speciali* et *extraordinario* competunt, capitulum non succedat. Hunc in finem prouocant ad *c.* 7. *X. de foro compet.*, vbi dicitur, *quod, ex quo episcopus fuerit in ecclesia consecratus, de feudis ipsis sub suo iudicio cognoscatur, si ad ecclesiasticam cognitionem pertineant.* Verum non fuit hic quæstio, vtrum episcopus tantum de feudo cognoscere possit, excluso capitulo; sed potius, vtrum episcopus *ante consecrationem vel confirmationem*, de iis cognoscere possit? quod olim non licuit, cum ad minimum ad exercitium iurium episcopalium confirmatio papalis desideretur, *c. 9. X. de electione*, quod tamen prælatis extra Italiam electis remissum est, vt *tit. de elect.* §. *LXXII.* obseruaui. Maior ratio dubitandi inde nascitur, quod capitulum non succedat in *prodominium directum*, ex quo *iurisdictio feudalis* dependet, qua de causa FERMOSINVS *de potest. capituli sede vacante tr. I. qu. 16. n. 1.* tum demum iurisdictionem hanc in capitulum transire ait, si ipsum feudum episcopo et capitulo commune est, quod etiam rationem habet. Conf. LEVRENIVS *de vicario episcopi qu. 584. n. 2.*

De his feudis agitur in iudicio feudali ecclesiastico.

Non vero capitulum sede vacante de iis cognoscit.

§. LXVIII.

A iudicio feudali appellatur ad ſumma imperii tribunalia.

§. LXVIII. De *appellatione* quoque ex principiis hactenus iactis iudicium formandum eſt. Equidem MYNSINGER. *concl. V. obſ. V. n. 3.* generatim aſſerit, quod ſi dominus eſt *perſona eccleſiaſtica*, appellatio dirigenda ſit ad *eccleſiaſticum;* ſin *ſecularis*, ad *ſecularem*, quod vel inde probabile eſt, quia feuda eccleſiaſtica iure *bonorum eccleſiaſticorum* cenſentur, quæ ad *iudicium eccleſiaſticum* ſpectant. E contrario ROSENTHAL. *de feudis cap. XII. concl. XX. n. 5. et 6.* in contrariam tranſit ſententiam, aſſerens: *quod, licet prælatus tanquam eccleſiæ adminiſtrator et procurator feuda poſſideat, ex ſtylo Germaniæ tamen inconcuſſo et obſeruantia quotidiana, ad ſuperiorem ſecularem appellatio dirigenda ſit, niſi papa ſit dominus ſuperior*, prout *in notis lit. d.* ſubiungit, et VVLTEIVS *lib. II. de feud. cap. III. n. 4.* approbat; quando autem papa ſuperior dominus ſit, non determinat. Conf. L. B. de LYNCKER *ad Struuii ſynt. iur feud. aph. X. n. 2. in f.* Equidem ſi prælati de bonis, quæ ab imperio tenent, quidquam in *ſubfeudum* vaſallis dederint, res ſalua eſt. Si vero de hoc non conſtat, præſumtio vtique eſt, feuda ex *oblationibus* maiorum eccleſiis obueniſſe, quæ ita quodammodo in patrimonium eccleſiæ tranſiuerunt. Verum quia, non obſtante hac oblatione, non abſolute iure ceterorum bonorum eccleſiaſticorum cenſentur, a laicis adhuc poſſidentur, et ad vſum ſecularem adhuc adhibentur, nec, quod primarium fundamentum eſt, ſuper illis non *in foro eccleſiaſtico ordinario*, ſed *curia feudali* diſceptatur, inde ſine dubio praxis Germaniæ, ad quam prouocat ROSENTHAL, inualuit. Accedit denique, quod hoc *iudicium feudale* fere mere *ſeculare* ſit, conſiſtens ex perſonis ſecularibus, ex iudice feudali paribusque curiæ, non proprie *eccleſiaſticum*, quin potius aperte ab eo diſtinguatur, et *cauſæ feudales* ſua natura magis *ſeculares* ſint, quam *eccleſiaſticæ*, licet pro obiecto rem eccleſiaſticam vel quaſi habeant. Tunc ergo ad *papam* tantum appellatur, quando vt *ſub-feuda* intuitu pontificis conſiderari poſſunt, qualia vix in Germania dantur. Inde quoque eſt, quod, ſi inter prælatum et vaſallum ſit ſuper feudo contentio, et prælatus, tanquam dominus feudi, rei vicem ſuſtineat, non ad *archiepiſcopum*, ſed ad *pares curiæ* cauſa deuoluatur. SCHRADER. *de feud. P. X. ſect. V. n. 2.*

Pares curiæ iudicant inter dominum et vaſallum.

(VIII.)

De felonia in his feudis commiſſa.

Rigor in his feudis remittitur, ſi per culpam quid omiſſum.

§. LXIX. Denique in *feudis eccleſiaſticis* prælatus non adeo rigide circa *feloniam* commiſſam procedere poteſt, maxime ſi magis per *culpam*

Digitized by Google

culpam quam *dolum* hæc commissa fuerit, vtpote si debito tempore renouatio inuestituræ non sit petita, cum hæc bona non tam *libertati domini feudi*, quam ipsorum *vasallorum* accepta ferenda sint. FELTMANN. *lib. I. de titul. bonor. c. 45. §. 21.* BESOLD. *in thes. pract. lit. a. n. 102. voce* **aufgetragen Lehn.** Alias si grauius quid per *dolum* in prælatum commissum sit, non dubium est, quin feudo vasalli priuari possint, teste ROSENTHALIO *de feud. cap. X. concl. XX. n. 1.* veluti si rectorem ecclesiæ *occiderint c. 12. X. de pœn.* BARBOSA *de iure eccles. lib. III. cap. XIV. n. 55.* Huc etiam referunt, si in *hæresin* inciderint, *c. 9. X. de hæretic.* BARBOSA *cit. l. n. 46.* vel si *statuta et leges* contra libertatem ecclesiæ condiderint, aut *decimas* non soluerint. SCHRADER. *P. IX. de feud. cap. VIII. n. 16. et 17.* Ratio prioris est, quod hæreticus non possit digne stare in curia Domini; posterioris vero, quod ingratus erga ecclesiam dicendus sit, qui id, quod ecclesiæ debetur, non restituit, quæ rationes papatui admodum conformes sunt. Ipsa *remissio felonie* ad prælatum tanquam feudi *pro-dominum* spectat, etiamsi inconsulto capitulo suscipiatur, nisi forsan collatio eius simul capitulo debeatur, SCHRADER. *de feud. II. P. IX. sect. 14. n. 39.* Imprimis vero id ipsum in iis admittendum est bonis, quæ ab antiquo in feudum dari sunt solita, prout omnia feuda ecclesiastica ex primordiali sua natura *in dubio* esse videntur. ROSENTHAL. *de feud. c. X. concl. 38. n. 9. sqq.*

De remissione feloniæ.

(IX.)

De ecclesia vasalla, eiusque primordiis, fatis, et statu.

§. LXX. Ad *ecclesiam vasallam* progredior, cuius *status* itidem ante omnia ex *antiquitatibus* est eruendus. Appellatio hæc, si ad mores primæuos refertur, tam insolita et disciplinæ ecclesiasticæ aduersa videtur, vt ad τιδηρόξυλον *ecclesiasticum* ZIEGLERVS *de episc. milit* eam referendam esse crediderit. Noto notius est, vasallorum statum a *prima sua origine* fuisse *militarem*, et in *feudorum progressu* primario quoque in eo substitisse. *Ecclesiæ* vero et *clericorum* status admodum a *seculari militia* per plurima abhorruit secula. In patrum scriptis nihil hac sententia potius, nihil prius. Vbique fere in ore habuerunt, *ecclesiam non sitire sanguinem; clericum irregularem fieri, sanguinem effundentem; militem Christi a secularibus negotiis abstinere debere; eorum esse, Christo seruire, militum seculi vero seculo; arma clericorum esse orationes, fletus et lacrymas*, et quæ sunt aliæ huius generis formulæ, a GRATIANO, in *c. 1. 2. 3. 19. C. 23. qu. 8.* et passim alibi coaceruatæ. Hoc planum est,

Status vasallorum olim abhorruit a statu ecclesiæ et clericorum.

Digitized by Google

eccleſiam, quam *vaſallam* appellamus, coniiciendam in ſtatum *militiæ ſecularis*, prælatisque *militare cingulum* attribuendum eſſe, quæ officia tamen non adeo inter ſe congruere videntur. Quis ignorat, olim etiam vaſallos *milites* et *equites* vocatos fuiſſe? Quis negabit, adhuc hodie *feuda imperii* propter ſeruitia militaria et ſecularem ſtatum, quem vocant, concedi? Quamuis enim feudorum ratio poſtmodum emollita ſit, vaſalli tamen, qua tales, *ſeculare officium*, qualecunque demum ſit, geſſerunt et adhuc gerunt, ex quo etiam factum eſt, vt *clerici* per plurima ſecula a claſſe vaſallorum fuerint excluſi, et per tot ſecula ipſum *officium feudale* tantum ad laicos reſtrictum, creditumque, clericos irregulares fieri, ſi militiam ſequerentur.

Sed paulatim alios mores induerunt clerici.

§. LXXI. Paulatim tamen mores clericorum a veteri inſtituto et diſciplina deflexerunt, et tum per *ambitionem* quotidie inualeſcentem, tum etiam per *abundantiam bonorum*, quibus tandem intumeſcebant, adeo corrupti ſunt; vt *eccleſiam* in *eccleſia*, *clericum* in *clerico* vix amplius deprehendere licuerit. Quid ergo mirum, ſi tandem quoque vaſallagium ſubierit, et ſchema huius mundi in totum fere aſſumſerit? Et ſic ex vero omnino philoſophatur FRANCISCVS DVARENVS *c. VI. conſuet. feudor.* exiſtimans, *infeudationes*, quæ clericis fiunt, *introductas eſſe corruptis iam moribus eccleſiaſticis, corrupta iam diſciplina eccleſiaſtica, et hoc iure nos vti contra veteres canones, contra ipſum ius Longobardicum.* Reſpexit ad 2. *F.* 21. vbi dicitur, *quod deſinat eſſe miles ſeculi, qui factus eſt miles Chriſti.* Nunquam forſan *eccleſia* et *clerici* ſtatum *vaſallorum* ſubiiſſent, niſi tandem in morem abiiſſet, vt clerici etiam *militiam* ſequerentur, et vtroque gladio vterentur. Hoc inſtitutum nouum, vbi non adeo clericis diſplicuit, imo *eccleſiæ* conducibile viſum fuit, obligationem feudalem ſine omni hæſitatione tandem peperit. Recte ZIEGLERVS *de epiſcopo milite c. XI. n. 43.* hoc obſervat, et, *vt pro licitis*, ait, *haberentur arma clericorum, non dubito, maximam partem proueniſſe ex obligatione feudali, poſtquam ſcilicet vel dare vel accipere feuda cœpit eccleſia aut in ea clerici. Quia enim feudorum ſeruitia ex primæua ſua natura militaria ſunt et equeſtria, propter quæ ſcilicet ipſi etiam vaſalli milites adpellantur, ſimul atque beneficia iſtiusmodi in eccleſiam vt perſonam eccleſiaſticam collata, aut iure ſucceſſionis a talibus adquiſita fuerunt, dubium mihi non eſt, maximas illic diſputationes exortas fuiſſe, an et quatenus ſubſiſteret iſta feudorum translatio.*

In corrupto eccleſiæ ſtatu.

Poſtquam militiam ſunt amplexi.

§. LXXII.

Digitized by Google

§. LXXII. Non ſine ratione de eo diſceptatum fuiſſe *ex ſtatu hoc nouo* ſuſcepto, facile colligi poteſt. Eſt videlicet ECCLESIA VASALLA *vniuerſitas illa eccleſiaſtica, quæ bona ſecularia a ſecularibus dominis in feudum recipit ſub obligatione fidelitatis et ſeruitiorum militarium, aliorumque, quæ inde fluunt.* Peculiarem inde ſtatum aſſumit, *militarem* ſcilicet, et *ſecularem*, vt in poſterum duplicis perſonæ vices ſuſtineat, *militis* et eius *ſocietatis*, quæ cultus diuini gratia in cœtum coiit. Neceſſum vero eſt, vt, quando corpora et collegia feuda accipiunt, et numero vaſallorum inſeruntur, *ſubiectum* aliquod conſtituant, quod *vniuerſitatem* repræſentet, eius obligationem ſuſtineat, et illa, quæ a toto collegio commode exhiberi non poſſunt, præſtet, ſuſcipiat, agatque. Ita quippe comparata eſt obligatio feudalis, et, quod huic innexum eſt, iuramentum, vt vnus nomine omnium, quem *pro-vaſallum* vocant, feudum a domino recognoſcat *corporis* nomine, quamuis principaliter huic feudum competere videatur. Idem in *eccleſia vaſalla* obſeruandum eſſe iudico. Quid enim aliud eſt eccleſia, quam *vniuerſitas et cœtus fidelium ad finem ſpiritualem vnitus*, prout CLEMENS ALEXANDRINVS *l. VI. ſtromatum* ait: *Non locum, ſed electorum congregationem adpello eccleſiam.* Hoc adeo notum conclamatumque eſt, vt etiam in corrupto ſtatu eccleſiæ ab ea haud ſit receſſum definitione, vt infinitis teſtimoniis probatum dedit IO. LAVNOIVS *P. IIX. epiſt. 13.* Non ignoro quidem, *vniuerſitatem cleri* prædicatum *eccleſiæ* ſibi aſſeruiſſe, vt, quicquid de *eccleſia* recentioribus ſeculis dictum ſcriptumque fuerit, de *collegio et vniuerſitate clericorum* intelligi debeat, maxime in *cathedrali eccleſia*, in qua epiſcopus cum clero ſuo eccleſiam conſtituere dicitur. Interim ſiue *veram* priorem, ſiue *erroneam* poſteriorem acceperis definitionem, in conceptu *vniuerſitatis alicuius* ſubſiſtitur, vt feuda eccleſiis data *vniuerſitati* collata eſſe cenſeantur, et ex huius natura æſtimari debeant, id quod in progreſſu loco normæ et principii mihi ponendum, et ſecundum illud de traditis Dd. iudicandum erit. Hinc eſt, quod etiam eccleſia vaſalla *pro-vaſallo* indigeat, qui eius faciem gerat, et nomine eccleſiæ feudum a domino recognoſcat. Idem recte obſeruat CRAGIVS *l. I. de F. tit. 10. §. 22.* aſſerens: *In hoc genere feudi non tam conſiderari* PERSONAM EPISCOPI, *aut prælati, quam* IPSAM ECCLESIAM, *vt eccleſia ipſa vera ſegis vaſalla dicatur; prælatus vero tantum eccleſiæ adminiſtrator, durante vita ſua, et quaſi tutor ipſius eccleſiæ, per quem eccleſia, quæ non poteſt per ſe præſtare, (nempe debita munera et functiones) ſoleat exercere.*

Vnde definitio eccleſiæ vaſallæ naſcitur.

Quæ pro-vaſallo indiget.

Ius pro-vasalli officio prælati cohæret.

§. LXXIII. Hoc ipso tamen *ecclesia vasalla* ab aliis collegiis distinguitur, quod, cum in his alias *pro-vasallus* eligi soleat ex membris collegii, in illa tamen *officium pro-vasalli* perpetuo cohæreat *muneri episcoporum, prælatorum* vel *rectorum ecclesiæ*, ad minimum si mores hodiernos intuemur, quippe qui *ipso iure*, facta electione vel postulatione, functiones *pro-vasalli* suscipiunt, sicuti *pro-dominium directum*, quod vocant, ipso iure in eos deuoluitur, respectu vasallorum ecclesiæ. Quæ cum ita sint, pedetentim res in eum deducta est statum, vt fere ipsi prælati *vasalli principales* esse, ecclesiæ autem *nomen* vasallarum *nudum* retinuisse videantur. Enim vero sicuti id, quod ita tantum *videtur*, non statim etiam ita est; ita in hac quoque doctrina id euenit, vt vel ex conclusionibus infra adducendis patebit. Hoc non dissimulo, per omnia secula non eandem rerum faciem, nec semper *ecclesiæ*, quod *prælatis* concessum singulariter erat, adscriptum fuisse; tandem tamen, postquam prælati dogma hoc, quod *ecclesiam* constituant, animis laicorum insinuauerunt, hæc quoque inde conclusio nata est, feuda *prælatis* data, *ecclesiæ* collata censeri, eamque *vasallam principalem* esse, prælatum vero instar *pro-vasalli* alicuius, adeòque *morte* eius feudum non interire, sed, durante ecclesia, subsistere; ea vero exstincta, interire.

Vt prælati vasalli principales videantur.

Origo ab armis clericorum petenda est.

§. LXXIV. Hæc vt eo rectius intelligantur, fata huius *vasallagii ecclesiastici*, quod vocant, paulo distinctius eruenda sunt, cuius *origo*, obseruante ZIEGLERO *c. l.* non aliunde, quam *ab armis clericorum* arcessenda est. Per plurima secula hæc ipsa clericis interdicta fuisse, eleganter prælaudatus ZIEGLER. *in tr. de episc. milite* ostendit, nec id forsan episcopi in dubium vocarunt, quod vel ex antiquissimo dogmate, *ecclesiam non sitire sanguinem*, liquet. Grauiter admodum contra arma clericorum CLAVDIVS ESPENCAEVS *D. theol. Paris. l. II. digress. cap. 6.* pugnat, variisque conquisitis argumentis hoc thema exornat.

Quæ olim interdicta erant clericis.

Quod verbis Espencæi illustratur.

Ait: *Exercitia bellica clericorum et episcoporum officiis maxime repugnant, primum quidem generali ratione, quia bella præ nimia inquietudine quamplurimum impediunt animum a diuino cultu, diuinorum contemplatione, oratione, doctrina, reliquoque clericali ministerio. Vt ergo secularia negotia (ceu nimis animum implicantia) clericis interdicuntur, 2 Timoth. II. sic exercitia bellica ratione item speciali: nam sacri ordines ad altaris ministerium ordinantur, in quo Domini passio recolitur, et annunciatur. Matth. XXVI. 1 Corinth. XI. Vt igitur, quod in mysterio gerunt, opere clerici*

Digitized by Google

clerici imitentur, magis ad proprium pro Chriſto ſanguinem fundendum, quam alienum paratos eſſe competit. Itaque inſtitutum eſt, vt occiſores etiam nulla culpa, irregularitatis tamen reatum incurrant, et pœnam ſubeant vetere quidem iure. Nemini autem id licet, per quod officio, cui alligatus eſt, incongruus fiat. Bella itaque clericis, vt ad ſanguinis confuſionem ordinata, illicita: Quorum militiæ contra lupos, raptores, tyrannos, et quicunque eorum gregem vel corporaliter vel ſpiritualiter vexant, arma ſpiritualia ſunt, non carnalia, 2 Corinth. X. ſalubres monitiones, orationes deuotæ, contra pertinaces excommunicationis ſententiæ. Et principum quidem auctoritate bellis intereſſe poſſunt, vt iuſte pugnantibus exhortando, abſoluendo, etc. ſubueniant. Ad hæc ſpiritualia ſubſidia primum eis conceſſum eſt, ad bella procedere. Cum enim carnalia fidelium bella ad bonum ſpirituale, vt ad finem, referantur, poſſunt alios clerici ad iuſta bella bellanda inducere ac diſponere: Quod autem propria quidam manu pugnant, abuſionis eſt, etiamſi belligerari non eis inhibeatur, vt peccatum, ſed vt perſonis ad opera DEO magis grata deputatis exercitium minime congruum. Hæc fuit conſtans doctrina primitiuæ eccleſiæ, ſecundum quam clerici adeo ab omni ſeculari commercio abſtinere iuſſi ſunt, vt ne quidem, iuxta ſententiam CYPRIANI *de lapſis*, procuratores rerum ſecularium fieri potuerint. Expreſſius IDEM *epiſt. I. edit. Oxon.* hac de re agit, adſtruitque iuxta concilii Africani deciſum, quod refert, *ſingulos diuino ſacerdotio honoratos et in clerico miniſterio conſtitutos, non niſi altari et ſacrificiis deſeruire, et precibus atque orationibus vacare debere. Scriptum eſt enim*, pergit, *nemo militans DEO obligat ſe moleſtiis ſecularibus, vt poſſit placere ei, cui ſe probauit. Quod cum de omnibus dictum ſit, quanto magis clerici moleſtiis et laqueis ſecularibus obligari non debent, qui diuinis rebus et ſpiritualibus occupati ab eccleſia recedere, et ad terrenos et ſeculares actus vacare non poſſunt.* Poſt pauca addit: *Quæ nunc ratio et forma in clero tenetur, vt qui in eccleſia Domini ordinatione clerica promouentur, in nullo adminiſtratione diuina auocentur, nec moleſtiis et negotiis ſecularibus alligentur, ſed in honore ſortulantium fratrum, tanquam decimas ex fructibus accipientes, ab altari et ſacrificiis non recedant, ſed die ac nocte cœleſtibus rebus et ſpiritualibus ſeruiant.*

Cum olim etiam ab omni ſeculari adminiſtratione remoti fuerint.

§. LXXV. Speciatim hoc quoque ad *militiam* tractum eſt, quod vel *can. 82. apoſt.* docet his verbis: *Epiſcopus aut presbyter, aut diaconus, qui militiæ vacauerit, et ſimul vtrumque retinere voluerit, tam officium*

Speciatim vero a militia.

Digitized by Google

Romanum, quam functionem ſacerdotalem, deponito: quæ ſunt enim cæſaris, cæſari: et quæ DEI, DEO, vt collectio *in corp. iur.* adducta habet. Equidem non neceſſe fuit, hanc legem eccleſiis ſcribere per tria priora ſecula, quibus clerici adhuc armis abſtinuerunt. Forſan magis hoc quadrat ad mores *ſeculi quarti* et *quinti*, quo tempore hæc collectio facta eſt, obſeruante DALLAEO *de pſeud. epigraph. apoſt. l. 3.* Hoc tempore iam animoſiores factos quosdam epiſcopos militiam ambiiſſe, ex *hoc can.* probabile eſt. Imo iam ATHANASIVS in *epiſt. ad ſolit. vit. agent.* exclamauit: *Quid negotii epiſcopis cum bello?* quorſum etiam collineat AMBROSIVS relatus in *can. 3. cauſ. 23. qu. 8. Non pila quærunt ferrea, non arma Chriſti milites. Coactus repugnare non noui, ſed dolor, fletus, orationes, lacrymæ fuerunt mihi arma aduerſus milites;* quæ ſatis oſtendunt, mores quorundam militares admodum plerisque diſplicuiſſe. Nihilominus tamen his moribus non vniuerſaliter viuebatur, dogma antiquum de *militia*, ab eccleſia aliena, conſeruabatur, immo per aliquot ſecula adhuc propagatum eſt, prout ZIEGLERVS per ſingula ſecula *cit. tr.* docet; quin, quo magis poſtea clerici ab hac diſciplina declinare cœperunt, eo magis noui hi mores paſſim a patribus notati ſunt. Nec pontifices Romani, iam principes ſeculi facti, et armorum curam habentes, in alia iuerunt, quorum ſententias collegit GRATIANVS *cauſ. 23. qu. 8.* Quando denique quandoque *militiæ* ex neceſſitate officii intereſſe iubebantur, ſerio tamen arma illis interdicebantur, quod illuſtrat ZACHARIAE *epiſt. ad Pipinum regem et epiſcopos*, apud BARONIVM *ad ann. 744. num. 5.* Natum hinc eſt vulgatum dogma: *eccleſiam gladium non habere, niſi ſpiritualem*, vt loquitur NICOLAVS in *c. 6. C. 32. qu. 2.* et GRATIANVS in limine *c. 23. qu. 8.* plenius illuſtrat. Eandem ſententiam iam olim Francorum clero admodum commendauit ZACHARIAS *c. l.* ſcribens: *Principes et ſeculares homines atque bellatores conuenit curam habere, et ſollicitudinem contra inimicorum aſtutiam et prouinciæ defenſionem. Præſulibus vero, ſacerdotibus atque DEI ſeruis pertinet, ſalutaribus conſiliis atque orationibus vacare, vt vobis orantibus, et illis bellantibus, DEO præſtante, prouincia ſalua perſiſtat, eaque in ſalutem, laudem et mercedem perpetuam.*

Quod vlterius illuſtratur.

Seculo VIII. militiam quidam epiſcopi ambierunt.

§. LXXVI. Equidem *circa annum 742.* in Germania admodum mores ſacerdotum ab hac diſciplina declinaſſe, conſtat ex *epiſtola* ZACHAR. *ad Bonifacium ad c. a. num. 8.* vbi inter alia ita ſcribit: *Sed et iſta parui pendentes, atque Dominum ad iracundiam prouocantes, maiora com-*

Digitized by Google

committunt facinora, dum propriis manibus christianos atque paganos necant etc. Hac de causa auctoritate CAROLOMANNI in Francorum regno synodum celebrauit BONIFACIVS, *eo quod omnis ecclesiastica regula seu disciplina ab eadem prouincia funditus abolita esset*, vt ZACHAR. *cit. l.* loquitur. Huius concilii *c. a.* celebrati primarium caput hoc fuit: *Seruis DEI per omnia omnibus armaturam portare, vel pugnare, aut in exercitum et in hostem pergere, omnino prohibuimus, nisi illos solummodo, qui propter diuinum ministerium, missarum scilicet solemnia adimplenda, et sacrorum patrocinia portanda, ad hoc electi sunt.* Ipsum decretum præter BARONIVM *c. l. n.* 22. recitat STEPHAN. BALVZIVS *tom. I. capit. p. 146.* quod eo magis necessarium visum fuit, quia circa ea tempora nec episcopi a ducendo exercitu abstinuerunt. Testis est ADO VIENNENSIS *pag. 196.* scribens: *Anepos episcopus, secularis conversationis vir, duxit exercitum Francorum contra Wiliarium in Sueuos, vbi grauissima cædes facta est, anno incarn. Dni. 712.* Subsequentibus seculis idem dogma repetitum est, sed fere sine effectu. Adhuc seculo IX. NICOLAVS I. anno 865. ad LVDOVICVM et CAROLVM reges in hæc scripsit verba, in *c. 19. C. 23. qu. 8.* relata: *Reprehensibile valde constat esse, quod subintulisti dicendo, maiorem partem omnium episcoporum die noctuque cum aliis fidelibus tuis contra piratas maritimos inuigilare, ob idque episcopi impediantur venire, cum militum* CHRISTI *sit,* CHRISTO *seruire; militum vero seculi, seculo, secundum quod scriptum est; Nemo militans DEO implicat se negotiis secularibus. Quodsi seculi milites secularibus militiæ studeant; quid ad episcopos, et milites* CHRISTI, *nisi vt vacent orationibus?* Et quid multa, adhuc ex hoc antiquo dogmate in iure Longobardico retenta est illa conclusio, clericos in beneficium paternum nullo modo succedere posse, adeo vt, quod iam habuerint, ipso facto post clericatum susceptum amittant, *quod definat esse miles seculi, qui factus est miles Christi, nec beneficium pertineat ad eum, qui non gerere debet officium,* vt ait feudista *2. F. 21.*

Quod sequentibus seculis continuatum est.

§. LXXVII. Et quid tandem tot alia infinita testimonia coaceruarem? cum in aprico sit, *statum ecclesiæ* mox mutatum, et a pristina integritate, quam per tria priora secula habuit, admodum declinasse ex mutatis episcoporum et cleri moribus. Iam SVLPITIVS SEVERVS, tempore SEVERI, *dialog. I. cap. 21.* hos notauit hoc modo: *Si quis clericus fuerit effectus, dilatat continuo fimbrias suas, gaudet salutа-*

Ob mutatos cleri mores.

Sulpitii Severi testimonio.

Digitized by Google

ſalutationibus ; inflatur occurſionibus : ipſe etiam vbique diſcurrit. Et qui ante pedibus aut aſello ire conſueuerat, ſpumante equo ſuperbus inuehitur: parua prius ac vili cellula contentus habitare, erigit celſa laquearia, conſtruit multa conclauia, ſculpit oſtia, pingit armaria, veſtem reſpuit groſſiorem, indumentum molle deſiderat. Quis crederet, iam hoc tempore adeo clerum a primitiua humilitate deſciuiſſe? Verum nimia *bonorum affluentia*, et plus quam ſeruilis *veneratio* illis criſtas erexit, vt non mirandum ſit, eos paulatim ad *vitam militarem* declinaſſe. Iam in *ſynodo Matiſconenſi* anno 585. celebrata *cap. 15.* ſtatutum, *vt, ſi quis ſecularium quempiam clericorum in itinere obuiam habuerit, ſiquidem ille ſecularis equo vehitur, clericusque ſimiliter, ſecularis galeam de capite auferat; ſi autem clericus pedes graditur, et ſecularis vehitur equo, illico ad terram defluat, et debitum honorem prædicto clerico ſinceræ charitatis exhibeat.* In *vita Sti Wandregiſili, abbatis Fontanenſis, circa annum 667.* apud MABILLON. *ſeculo II. actor. Benedict. pag. 544.* hæc habentur: *Tantus honor et deuotionis adfectus excreuerat circa ſacerdotes ac monachos, vt, ſi contigiſſet alicui ex ordine plebeio eos obuios habere, quamuis potens perſona, CHRISTVM in eis adoraret et veneraretur.* De *affluentia bonorum* generatim a STEPH. LEODIENSI, *abbate in vita Sti Modoaldi, Treuir. epiſcopi*, qui circa medium ſeculi VII. floruit, hæc *cap. 14.* referuntur, *ap.* SVRIVM *d. 12. Maii p. 168. et 169. Quantum religionis, potentiæ et honoris Gallicis contulerint eccleſiis, teſtantur libri, ſanctorum patrum decreta continentes, quos ipſi inſigni ſua corroborauerunt auctoritate: teſtantur et eccleſiæ, quas cum diuerſi generis argumentis, tum etiam prædiis et regalibus ſuis, caſiris ſcilicet et comitatibus, teloniis, monetis et bannis cum iure ciuitatum conceſſis magnifice extulerunt, ne ſancta DEI eccleſia huius ſeculi potentibus ſubiaceret, aut tyramide eorum paueſceret: immo ſuperborum colla DEI virtute ſuperior calcaret: Inde eſt, quod nusquam gentium æqualis potentiæ pontifices inueniri queant, vel quod a regio comitatu et opulentia parum differant.* Iam temporibus CLOTHARII I. DESIDERIVS, Antiſſiodorenſis epiſcopus, inſigni potentia ſe exhibuit, vti *hiſtoria epiſcoporum Antiſſiodor. part. I. cap. 20. ap.* PHILIPP. LABBEVM *tom. I. nou. biblioth. MSC. libror. pag. 422.* teſtatur, his verbis: *Deſiderii* SECVLARIS DIGNITAS *tanta extitit, vt ei nemo ſuo tempore, quamuis potentiſſimus, ex*

Accedente nimia cleri reuerentia,

et bonorum affluentia.

Ob quam in ſecularem ſtatum prælati ſunt redacti.

Digitized by Google

ex æquo ſe conferre potuerit. Fuit enim propinquus Brunechildi reginæ, et filiis eius tam Francorum, quam Burgundorum regibus. Quorum munificentia principali ingentem prædiorum amplitudinem conſecutus eſt. Hac de cauſa proceres epiſcopatus honores adſpirabant, et vitio dabant LVDOVICO pio, quod plebeiis hanc ſpartam conferret, vt teſtantur apud THEGANVM *de geſtis Ludouici pii pag. 305. edit. Phitæan. Iam dudum illa peſſima conſuetudo erat, vt ex viliſſimis ſeruis ſummi pontifices fierent, et hoc non prohibuit* LVDOVICVS *pius, quod tamen maximum eſt malum in populo chriſtiano.* Addunt in ſequentibus varia mala et incommoda, quæ inde redundarunt etiam in ipſam rempublicam, et, *poſtquam tales*, ſubiiciunt, *culmen accipiunt, nunquam ſunt, ſicut antea, tam manſueti et ſic domeſtici, vt non ſtatim incipiant eſſe iracundi, maleloqui, obſtinati, calumnioſi, et minas omnibus ſubiectis promittentes, et per huiusmodi negotia cupiunt ab hominibus timeri et laudari.* Ceterum ipſemet LVDOVICVS pius, teſte HELMOLDO *lib. I. chron. Slau. cap. 4.* multum ad principatum epiſcoporum contulit: *ampliſſimas*, ait, *regni diuitias ad decorem et gloriam eccleſiarum intorquens in tantum, vt epiſcopos, qui propter animarum regimen principes ſunt cæli, ipſe eosdem efficeret nihilominus* PRINCIPES REGNI.

§. LXXIIX. Hæc potentia epiſcopis paulatim adeo confirmata et quaſi propria facta eſt, vt, qui ad mores apoſtolorum eos relegarent, et ad caſas redigendos eſſe, cenſerent, *hæreticorum politicorum* inſtar haberentur, et grauiſſimas perſecutiones ſubire cogerentur. *Nulla credebatur auctoritas in egeſtate*, quod imprimis BARONIVS pro defenſione *monarchiæ clericalis* vrſit; ſed IACOB. CAPELLVS *de ſedis Romanæ poteſtat. lib. I. cap. 22. pag. 71.* in examen reuocauit. Nouiſſimum eſt exemplum ARNOLDI, Brixiani presbyteri, ad rogum condemnati, tempore CVNRADI III. ea maxime de cauſa, quod, *clericos ſeculares poteſtatem ſalua conſcientia gerere non poſſe*, docuerit dixeritque. Cenſuras eius ex GVNTHERI carminibus refert LEHMANNVS *in chron. Spirenſ. lib. V. cap. 51.*

Qui hanc prælatorum potentiam in dubium vocabant, hæretici dicebantur.

Nil proprium cleri, fundos, et prædia nullo
Iure ſequi monachos, nulli fiſcalia iura
Pontificum, nulli curæ popularis honorem
Abbatum ſacras referens concedere leges,
Omnia principibus terrenis ſubdita, tantum
Committenda viris popularibus atque regenda.

Digitized by Google

Illis primitias et quæ deuotio plebis
Offerat, et decimas caſtos in corporis vſus,
Non ad luxuriam ſiue obleƈtamina carnis
Concedens mollesque cibos, cultusque nitorem,
Illicitosque iocos, laſciuaque gaudia cleri,
Pontificum faſtus. Abbatum denique laxos
Damnabat penitus mores, monachorsque ſuperbos.
Veraque multa quidem, niſi tempora noſtra fideles
Reſpuerent monitus, falſis admixta monebat.

Inde eccleſiæ tandem vaſallagium ſubierunt.

§. LXXIX. Atque hinc repeti debent natales noui huius moris, quo *eccleſiæ* et *prælati* in *ſortem vaſallorum* conieƈti ſunt. Eccleſia enim iam dudum *ſchema politicum* induerat, epiſcopatus ad quandam *monarchiam* peruenerant, vt HILARIVS papa Romanus *epiſt. ad Leontium epiſcopum* illos appellitat, denique ipſi prælati *principes regni* facti erant, vt verba HELMOLDI *c. l.* repetam. Nec deſunt, qui a tempore CAROLI M. et LVDOVICI pii epiſcoporum iurisdiƈtionem cum quodam territoriali iure repetere haud vereantur, vt STEPHANI *de iurisdiƈtione lib. III. part. I. cap. 14. n. 16.* SIXTINVS *de regalibus lib. I. cap. 4. num. 125.* præſertim quod CAROLVS M. tot epiſcopatus in Germania fundauerit, *iisque temporalia bona, terras, caſtra, oppida, villas, iura et iurisdiƈtiones valde multas contulerit*, vt ait THEODOR. a NIEM. *de priuilegiis et iuribus imperii pag. 804.* Notum præterea eſt, quod RICHARDVM, Herbipolenſem epiſcopum, a PIPINO ducem Franconiæ ſalutatum fuiſſe adſerant circa a. 752. Id quod TRITHEMII teſtimonio *lib. I. annal. Franc. ad an. c.* probare nituntur. Diſerte enim ait: *An. Dn. 752. cum iam rex eſſet* PIPINVS, *ducatum ſanƈto Burchardo, epiſcopo Würzburgenſium I. et eius ſucceſſoribus de conſenſu* CAROLI *filii ſui et omnium procerum totius regni Francorum donauit in proprium ſempiternum.* Et quis neſcit, vulgo tradi, CAROLVM M. comitatum Campidunenſem abbati, cum omnimoda iurisdiƈtione territoriali, tradidiſſe? vid. BRVSCHIVS *in monaſt. Germ. chronolog. p. 102.* Vnde nati ſunt verſiculi vulgatiſſimi:

Quod tamen haud repetendum a temporibus Caroli M.

Nec genuina ſunt exempla epiſcopi Herbipolitani,

Herbipolis ſola iudicat enſe et ſtola:
Campiduna ſola iudicat enſe et ſtola.

et Campidunenſis abbatis.

Verum, vtut negari nequeat, ampliſſima bona ex liberalitate CAROLI M. prælatis obueniſſe, et a ſucceſſoribus admodum aƈta, recte tamen animaduertunt AVCTOR *actorum Lindauienſium pag. 853.* SCHILTER. *ad cap. I. iur. Aleman. feud.* §. 4. aliique, prælatos eo tempore de *principatu quo-*

Digitized by Google

quodam eccleſiaſtico, vt *feudo regali*, haud inueſtitos fuiſſe. Moris eo tempore erat, per *comites* et *duces* adminiſtrare prouincias, et ius populis dicere, adeo, vt ſi ſpeciatim ducum comitumque poteſtate exemti eſſent, aduocatis hæc ſparta committeretur. Fabulam de translato Francorum ducatu in *Herbipolenſem* epiſcopum alii iam dudum proſtrauerunt, quorum argumenta collegit PFEFFINGER *ad Vitriar. lib. I. tit. 15. §. 13. lit. d.* Similiter nullum genuinum hactenus reperire potui documentum, quo *Campidunenſis* ſecularis poteſtas, cum *regali iure* inſtructa, liquido probari poſſet, quamuis forſan Campidunenſis inter abbates primus fuerit, qui maiorem præ aliis auctoritatem nactus eſt, exercitiumque aliquod iurisdictionis ex *ſpeciali diſpenſatione* pontificis acceperit.

Variis occaſionibus prælati regalium inueſtituram captarunt.

§. LXXX. Equidem quæ alii de *primordiis ſecularis poteſtatis regaliumque*, eccleſiis in feudum datorum, referunt, admodum incerta et fluctuantia eſſe videntur; interim ſi temporum illorum rationes ſpeciales intuemur, admodum probabile eſt, *variis occaſionibus* tandem prælatos non quidem vno impetu, ſed pedetentim in *vaſallorum*, de regalibus inveſtitorum, cenſum peruenisſe. *Prima* repetenda eſt ab epiſcoporum plurimorum deſiderio, qui id vnice egerunt, vt a *comitum* et *ducum* poteſtate *eximerentur*, vtpote qua nonnunquam plus æquo premebantur. Infinita diplomata vbiuis obuia id teſtantur, in quibus clauſula hæc communiter inſeri ſueuit: *Vt nullus iudex publicus, vel quilibet ex iudiciaria poteſtate in eccleſias, aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones memoratæ eccleſiæ, quas moderno tempore infra ditionem regni noſtri legibus poſſidet, vel quæ deinceps in iure ipſius loci voluerit diuina pietas augeri, ad cauſas iudiciario modo audiendas, aut freda exigenda, aut manſiones, vel paratas faciendas, aut fideiuſſores tollendos, aut homines ipſius eccleſiæ contra rationem diſtinguendos etc. vllo vnquam tempore ingredi audeat.* Vid. SCHATEN. *in annal. Paderb. ad an. 855. et 858.* Quia tamen prælati ipſimet iurisdictionem exercere non poterant, *aduocatos* iis conſtituerunt imperatores, vel ius tales eligendi illis conceſſerunt, qui hanc prouinciam tuerentur, iurisdictionemque omnem explicarent. Vid. CANGIVS *in gloſſar. voc. aduocati eccleſ.* MAGERVS *de aduocatia armat. cap. 2. pag. 232. et ſeq.* HERTIVS *de iactitata libertate ordinis Ciſtercienſis ab aduocatia ſect. III. §. 6. ſqq.* Hæc aduocatia non raro *in feudum* potentioribus data, maxime quæ *extrema poteſtate* et *iurisdictione* eſſet munita: neque enim omnium aduocatiarum vna eademque erat ratio, obſeruante HERTIO *c. l.* nec vna eademque via aduocatos conſtituendi.

Prima petenda ab exemtione eccleſiarum a ducum comitumque iurisdictione.

Aduocatis conſtitutis.

Digitized by Google

Quorum iugum tandem excussere prælati.

Verum tandem iugum *aduocatorum* prælatis displicuit, qui rebus suis se magis prospecturos esse crediderunt, si eam potestatem *sui iuris* facerent, aduocatosque a suis præsepibus arcerent, quippe quorum potentia non raro res ecclesiarum admodum affligebantur. Hac de causa plurimi ex episcopis et abbatibus, vel graui pecuniæ summa soluta, vel alio titulo, iugum aduocatorum excusserunt, seque in libertatem vindicarunt, vt PAVLINI *de aduocatis* aliquot diplomatibus ostendit. Quandoque gratia cæsarum ab eorum potestate liberati sunt, quod CONRADI III. diploma *de an.* 1147. apud TÖLNER. *in histor. Palat. eiusque subiuncto cod. diplom. num.* 54. docet, vbi hæc clausula in fine adiecta est: *Vt nullus dux, nullus marchio, nullus comes, NVLLVS ADVOCATVS* potestatem *habeat exercendi iudicium in atrio prædictæ ecclesiæ; sed quicquid præter ius et æquum a famulis, qui tam abbati quam congregationi obsequio quotidiano deseruiunt, commissum fuerit, ab abbate, vel ab eo, cui ipse mandauerit, corrigatur.*

Ipsique secularem potestatem exercuere.

Hoc modo in libertatem plenam vindicati prælati, *regalia* et *iurisdictionem* in feudum, quo olim advocati illa tenuerant, ab imperatoribus sibi dari postularunt, facileque obtinuerunt, quorum beneficio nonnunquam ab *aduocatis* liberati erant. Illustrat hoc ipsum egregie diploma WILHELMI imperatoris *de an.* 1253. apud PISTORIVM *vol. I. p.* 744. quo episcopo Wedekindo hanc gratiam concedit: *Regalia et administrationem bonorum temporalium ipsius ecclesiæ sibi concedimus de benignitate regiæ maiestatis, vt de cetero tanquam princeps imperii bona ipsius ecclesiæ administret, ordinet et dispenset, prout melius ad vtilitatem ecclesiæ ipsi videbitur expedire.*

Altera inde petenda, quod plurimi prælati pro lubitu sibi comites et aduocatos temporarios constituerint, a quibus se facile liberare potuere.

§. LXXXI. *Altera* occasio fuit, quod plurimi ius, *comites vel aduocatos temporarios*, qui ius gladii exercerent, *constituendi*, a cæsaribus impetrauerint, vt diploma apud TÖLNER. *c. tr. in cod. diplom. num.* 50. et quod AVBERTVS MIRAEVS *in cod. diplom. Belg. lib. I. cap.* 27. adfert, testantur. Postquam ergo tractu temporis in morem abiit, vt *ius gladii* cum omni iurisdictione ab ipsis episcopis exerceretur, non sine magna difficultate ius horum *comitum temporariorum* ad se trahere potuerunt. Obseruat id ipsum MIRAEVS *in not. ad prædict. diplom. c. l.* et, *lector curiosus notet*, ait, *olim Lotharingiæ superioris et inferioris, adeoque Belgicæ nostræ episcopos habuisse ius eligendi et constituendi comites in suis ciuitatibus, qui ius gladii exercebant. Hinc comites Cameracenses et Trebatenses, Treuirenses, Metenses, Verodunenses, Tullenses et alii, qui passim in medii aui historiis*

Digitized by Google

riis occurrunt, Coloniæ Agrippinæ etiammum comes, Gräve, *ab archiepiſcopo conſtitui ſolet, qui ius gladii exercet. Inſoleſcentibus poſtea comitibus, (vt de Cameracenſibus* BALDERICVS *in chron. teſtatur) epiſcopi plerique comitiuam dignitatem et titulum ad ſe traxerunt. Hinc Tullenſes, Verodunenſes et alii epiſcopi hodieque comites nuncupantur.* Facile autem coniicere licet, omnem lapidem epiſcopos mouiſſe, vt iure perpetuo eccleſiis hæc dignitas adſcriberetur, quod commodiori titulo, quam *feudi*, more ceterorum principum, impetrare vix potuere. Nec enim amplius ipſis obſtabat, quod eccleſiæ clericisque *arma* haud conuenirent, cum iam dudum prælati armis aſſueti eſſent, nec *obligatio vaſallorum* a moribus eorum amplius diſcreparet.

§. LXXXII. *Tertia* occaſio inde petenda eſt, quod epiſcopi *ducum comitumque potentia*, qua in *ciuilibus* regebantur, ſæpe plus æquo grauarentur, vel ad minimum ſe plus æquo grauari conquererentur. Quo maior epiſcoporum erat auctoritas, eo facilius querelis eorum locus relinquebatur, vt a poteſtate ducum comitumque liberarentur, et imperatores *regimen ſeculare* illis *iure feudi*, pro more illius temporis, concederent. Teſtis eſt ALBERTVS Stadenſis *ad ann. 1049.* apud BOECLERVM *in volum. rer. German. p. 231.* vbi de ALBERTO, archiepiſcopo Bremenſi, hæc refert: *Et quoniam pontifex vidit, eccleſiam, epiſcopatumque ſuum, quem prædeceſſoris ſui Adaldagi prudentia liberauerat, iniqua ducum potentia iterum vexari, ſummo niſu reddere conatus eſt eandem eccleſiam priſtinæ libertati, ita vt nec dux, nec comes, nec alia iudicialis perſona aliquam iurisdictionem aut poteſtatem in ſuo haberet epiſcopatu. Quod niſi per odium fieri nequiuit, dum correpti pro nequitia principes ad iram magis accenderentur. Bernardus enim dux, cum pro nobilitate ſua ex ſapientia ſuſpectum haberet pontificem, ſape fertur dixiſſe, eum quaſi exploratorem poſitum in has regiones, qui infirma terræ alienigenis et cæſari eſſet proditurus. Ideoque tum ipſe, aut aliquis filiorum eius aduixerit, epiſcopum nunquam in epiſcopatu diem bonum habiturum. Quod in epiſcopi pectus altius, quam quisquam ratus erat, deſcendit. Itaque ex eo tempore ira et metu anxius moliri, atque in animo habere cœpit ea, quæ duci et ſuis profutura non eſſent. Diſſimulatoque ad tempus animi dolore; cum alia via conſilium non inueniret, to-*

Tertia deſumenda eſt a nimia ducum potentia, a qua ſe liberare ſtuduerunt prælati.

Digitized by Googl

tus ad auxilium palatii confugit, nec ſibi, nec ſuis, nec eccleſiæ peperit, cæſarem et alios ſuos aulicos placando, dummodo id efficeret, quo eccleſia poſſet liberari. Proinde tantos in curia labores tolerauit, tantisque vbique terrarum expeditionibus cum ſuis ſponte deſudauit, vt infatigabilem eius conſtantiam miratus cæſar, ad omnia reipublicæ conſilia eum habere primum maluerit. In compendio hic referuntur artes, quibus ſe prælati, qui adhuc ſub ducibus comitibusque erant, in libertatem vindicare ſtuduerunt. Grauis illis videbatur eorum potentia, quam ipſimet anhelabant. Imperio in *rebus ſacris* iam adeo aſſueti erant, vt, quod duces comitesque *iure feudi* ab imperatore tenebant, ſe quoque facili opera expedire poſſe crederent, cum nec arma aut militiæ ſtrepitus a pacifica epiſcoporum vita amplius abhorrerent. Imo, vt §. *ſeq.* indicabo, tandem ſcopum obtinuerunt, magis tamen aliorum exemplo, quam cauſa allegata inducti. Interim tamen ad minimum inde liquet, hoc prætextu vſos fuiſſe epiſcopos, qui maluere imperare, quam aliorum imperio ſubeſſe.

Quarta occaſio deſumenda ex imperatorum benignitate erga prælatos.

§. LXXXIII. *Quarta* occaſio deſumenda eſt ex *maiorum deuotione* et *liberalitate imperatorum*, qua non tantum *particularia bona*, ſed *vniuerſitatem rerum et iurium* in eccleſias contulerunt, et patrimonium eius ſacrum, quod vocant, admodum auxerunt ciuitatibus, villis, pagis, caſtris, aliisque ad illa pertinentibus iuribus, ex quibus *iuſtum territorium* tandem eccleſiæ acceſſit, in quo, prout antea obſeruaui, aduocati, comites vel duces, ſub rege, olim omnem regiminis publici poteſtatem explicuerunt. AVCTOR *hiſtor. epiſc. Antiſſiodor. p. 1. c. 27.* apud PHILIPPVM LABBEVM *tom. I. bibl. libr. manuſcript. p. 429.* illuſtri exemplo HAINMARI epiſcopi circa tempora PIPINI id illuſtrat, et, *fuit vir ſtrenuus*, ait, *atque nobilitate generis non mediocriter decoratus, ſimul quoque fundorum dignitate ditiſſimus. Nam in tantum eius poteſtas* SECVLARITER *excreuit, vt vsque ad ducatum pene totius Burgundiæ peruueniret.* Maiora ad vires eccleſiæ incrementa ſub OTTONE I. acceſſere, qui *omnibus cathedralibus eccleſiis, in Italia, Gallia et Germania, Burgundia et Lotharingia conſtitutis, multas ciuitates, caſtra, oppida, villas et multa alia dominia temporalia, iura et iurisdictiones donauit*, vt AVCTOR *de inueſtitura epiſcop. regum Teutonicorum* apud SCHARDIVM *de iurisdictione imper. p. 261.* loquitur. Noto notius eſt, hunc imperatorem fratrem ſuum, Brunonem, archiepiſcopum Colonienſem, ducem Lotharingiæ conſtituiſſe, quod AVCTOR

Qua territoria acquiſiuere.

Maxime ſub Ottone I.

Digitized by Google

CTOR *magni chron. Belg. p. 80.* insolitum fuisse credidit, aiens: *Bruno ducatum Lotharingiæ acquisiuit, et Colonienſi eccleſiæ applicauit, cum ante hæc ſua tempora archiepiſcopi Colonienſes non iudicio gladii temporalis, ſed tantummodo iurisdictione vſi fuiſſent baculi paſtoralis.* Nihil vero *inſoliti* in hac regia conceſſione cæſarem commiſiſſe, AVCTOR *vitæ Brunonis* apud LEIBNITIVM *tom. I. rerum Brunſuic. p. 280.* contendit. *Nec vero noua*, ait, *fuit huiusmodi gubernatio, aut ſanctæ DEI eccleſiæ rectoribus antea inuſitata, cuius exempla ſi quis requiſiuerit, in promtu ſunt.*

§. LXXXIV. Equidem facile aſſentior SCHILTERO *in comment. ad ius Alem. feud. c. 1. §. 10.* BRVNONEM de ducatu Lotharingiæ inueſtitum fuiſſe, vt *ducem;* exinde tamen minime probari poteſt, epiſcopos eo ipſo cœpiſſe *de regalibus ſui epiſcopatus* ab imperatore inueſtiri. Interim quem imperator inueſtiuit de ducatu, habilemque iudicauit, vt extra diœceſin ſuam ſummi ducis fungeretur officio, hunc multo magis ad regalem poteſtatem intra diœceſin ſuam exercendam admiſiſſe videtur. Vnde *chronicon* apud GRYPHIANDRVM DE WEICHBILDIS *c. 28.* non inepte cenſet: **Da begunten zuerſt die Biſchöfe weltliche Rechte zu haben, das dauchte damals unbillig manchem Manne.** Nec improbabile eſt, huius exemplo alios quoque epiſcopos inductos fuiſſe, vt *ciuilis imperii* ſceptra capeſſerent, et beneficio imperatoris, quo olim duces comitesque illa obtinuerant, illa intra diœceſin ſuam gererent. Ita cenſet LEIBNITIVS in *proleg. tom. I. rerum. Brunſuic.* vbi de *ſcriptoribus vitæ Brunonis n. 28.* agit. *Et credibile eſt*, ait, *exemplum Brunonis, viri ob mores ſcientiamque laudatiſſimi, plurimum potuiſſe, vt nec vererentur dare principes, nec accipere prælati, quod tantus vir habuiſſet.* Naturale ſane eſt, vt, æmulatione ſtimulante, alios imitari ſtudeamus, eorumque mores facile aſſumamus, quos rebus noſtris congruere arbitramur. Non ergo adeo mirandum eſt, Bremenſem archiepiſcopum *ſimilem ſe efficere voluiſſe epiſcopo Wurtzburgico, qui in epiſcopatu ſuo neminem dicitur habere conſortem, quia ipſe tenet omnes comitatus ſuæ parochiæ, et ducatum quoque prouinciæ gubernat. Cuius æmulatione præſul Bremenſis ſtatuit omnes comitatus, qui in ſua diœceſi aliquam iurisdictionem habere videbantur, in eccleſiæ poteſtatem redigere*, vt ait ADAMVS BREMENSIS, *lib. IV. c. 5.* Verba hæc repetit etiam ALBERTVS Stadenſis ad an. 1062. apud BOECLERVM *in volum. rerum German. p. 238.* additque, ſe id feciſſe *ad inſtar aliorum præſulum et maxime Wirceburgenſis.*

Brunonis exemplo alii quoque regimen ciuile ambierunt.

§. LXXXV.

Turkii sententia contraria refertur.

§. LXXXV. Quæ cum ita sint, facile satisfieri potest *obiectionibus*, quæ a quibusdam hic mouentur. Imprimis hic plus æquo liberalior est HENRICVS TVRKIVS *soc. Iesu* in *fastis Carolinis*, a LEVCKFELDIO *in volum. rer. German.* editis, qui ad *ann.* 785. §. 5. *p.* 28. ita censet: *Nonnulli moderni auctores*, (REINER. REINEC. *in not. ad poet.* IOANNES LEZNER. *in vita Carol. M.* ANDR. KNICHEN. *de iure territor. c.* 1. *et alii*) *nescio quibus oculis intuentes episcoporum nostrorum opes et potentiam, negant, illos ex institutione* CAROLI *magni profanam ac ciuilem sacræ et ecclesiasticæ admixtam habuisse iurisdictionem, sed eam demum accessisse, aut sub* LVDOVICO *pio* (vt tradit KNICHEN *ex* HELMOLD. *c.* 4.) *aut sub* OTTONE *M.* (vt putat REINECCIVS) *solis Wedekindo duci, missisque dominicis et comitibus a* CAROLO *concessum, vt profana administrarent. Probant prima, quia episcopi Saxoniæ non obtinuere maiorem potestatem quam ceteri per Franciam antistites, quos constet, extra sacram non habuisse vllam aliam potestatem. Secundo* LVDOVICVS *pius imperator in sua constitutione* (apud ANSEGISVM *abbatem lib.* 2. *c.* 12.) *describens discriminansque comitum et episcoporum proprias functiones: Comites, inquit, iustitiam diligant et faciant: et episcopi religiose conversentur et prædicent. Tertio ex primis fundationibus episcopatuum minime obscurum est, inquiunt, episcopis et ecclesiis tantummodo concessas esse decimas, relicta vero tum Saxonibus sua dominia, tum supremam potestatem regibus, eorumque vicariis ducibus et comitibus. Nec alium in finem additi sunt ecclesiarum præsidibus aduocati e nobilitate, quam vt eos defenderent, eorum, quæ possiderent, bonorum politica administratione fungerentur: eorundem subditis nomine regio iustitiam administrarent. Quarto denique præterquam quod existiment, abusum esse Christi instituto contrarium, nec adhuc puriore ecclesiæ seculo, quo* CAROLVS *imperauit, vigentem, sacerdotes, diuino cultui mancipatos, politicis rebus et seculari imperio distineri, liquere aiunt ex litteris et priuilegiis* OTTONVM *eorumque successorum, posteriori demum tempore ab episcopis secularia dominia male ambita, peius a cæsaribus indulta.*

Responsio Turkii ad rationes contrarias.

§. LXXXVI. Præmissis his rationibus sibi aduersantibus, ad earum propulsionem properat. Ait: *Futiles has rationes vt plumbea tela facile elidas. Prima ex falso præsuppositio quid concludit, nisi falsitatem? S. Cunibertum Colonienſem in Francia episcopum diu ante* CAROLVM *pedo iunxisse gladium, alibi demonstrauimus. S. Hubertum Leodiensem exercuisse secularem iurisdictionem sub Carolo Martello, docet* IOANNES ROBERTI. (*in paralipom. ad eius vitam p.* 164.) *De Treuirensibus et Moguntinis præsuli-*

ſulibus teſtes locupletes ſunt BROWERVS *et* SERARIVS. *Et numquid ex* S. BONIFACIO *alias didicimus, epiſcopos Galliæ armatos prodiiſſe in militiam, et vitam egiſſe principum ſecularium? Abuſi fuerint aliqui ea poteſtate, de hoc enim modo non diſputamus; ſufficit demonſtraſſe, fuiſſe viros potentes et vtroque gladio inſtructos. Sed eſto, gratis hoc ſi concederem, Gallicos epiſcopos non habuiſſe profanam vllam iuri dictionem, alia ratio eſſe potuit in Saxonicis. Maiore illis auctoritate et gratia opus erat, in gente adeo dura et feroci, quæ illo rerum temporalium adminiculo deſtitutos præſules facile ſpreuiſſet, excuſſoque iugo ad ingenium et ritus idololatricos rediiſſet.* Circa hanc rationem obſeruo, TVRKIVM non ſatis rationem habuiſſe ſtatus controuerſiæ. I) Id quæritur, a quo tempore *regulariter epiſcopi poteſtatis ciuilis* et quidem *iure feudi* participes facti ſint, non vero id in quæſtione eſt: annon *quidam*, et quidem per modum *exceptionis*, et ſic *extra ordinem* iurisdictionem ciuilem habere potuerint? II) Quæſtio fere vnice eſt de *regiminis ciuilis* initiis, quibus *inſtar ducum comitumque* in ſuis territoriis vti cœperint? Quandam eosdem *iurisdictionem particularem et inferiorem* nonnunquam habuiſſe negari nequit, id quod tamen haud eſt in quæſtione. Obſeruauit iam id ipſum LEIBNITIVS in *introd. tom. I. ſcript. Brunſuic. n. XXV.* vbi de ſcriptoribus vitæ BRVNONIS ita cenſet: *Quidam longius iuſto prouecti omnem epiſcopis et abbatibus ſub Carolinis regibus ſecularem poteſtatem negant, tanquam primus omnium* OTTO *M. eam contulerit. Sed eccleſiæ iam dudum prædia ampliſſima, iure allodii, et in illis vaſallos habebant quibus terras in beneficium dederunt, aut a quibus dominium directum, reddito vtili, acceperunt, quod feudum oblatum vocamus. Aliquot etiam ruſticorum et colonorum millia aliquando ſub ſua ditione habebant, quos coercere potuiſſe mixti imperii iure, non dubito.* De tali iurisdictione ciuili, quæ *particularis*, ex *contractu feudali*, vel ex *dominica poteſtate* dependet, minime ſermo eſt, de qua tamen loqui TVRKIVS videtur. Vnde recte ſubiicit LEIBNITIVS: *Sed iurisdictionem in liberos homines (quæ tum infima nobilitas) aut merum imperium in quoscunque habuiſſe non apparet, donec ipſi comitatus ducaturque aut æquiualentem eis poteſtatem, in ſua quoque ditione accepere.*

Reſolutio rationis primæ.

§. LXXXVII. Pergit vero, et ad reliquas rationes ita reſpondet: LVDOVICVS *pius in allata conſtitutione dicendus eſt primarium epiſcoporum deſcripſiſſe munus, ſecundarium hoc et adititium ſiluiſſe, aut certe voluiſſe, vt comites, qui tum regio tum epiſcoporum nomine iura reddebant populis, diligenter officio ſuo fungerentur. Quod de decimis aſ-*

Pergit Turkius in refutanda ſententia contraria.

Digitized by Google

fertur, ea a CAROLO *quidem clero Saxonico sunt assignata: Verum ostendam infra, adiecta esse a munifico principe oppida, communitates, villas, rebellium multorum arces; sicut Romano pontifici in Italia donarat multas prouincias, exemplo patris sui* PIPINI, *ita, qua erat in sacrorum locorum praesides liberalitate, eam erga Saxonicos sacerdotes minime passus est desiderari in ea prouincia, quam amplissimam belli iure subegerat. Aduocati e comitibus additi episcopis eorum ciuilem potestatem confirmant potius quam destruunt. Per eos enim, tanquam ministros, seu, vt olim loquebantur, ministeriales, episcopi subiectum sibi populum in ciuilibus gubernabant: eorum opera coercebant refractarios, bella iniuriasque illatas propulsabant, iura suis reddebant, quod et nunc fieri videmus, quid ergo inde conficies? An archiepiscopus noster Colonienſis* MAXIMILIANVS HENRICVS *omni idcirco exutus est politica potestate, quia eam potissimum laicis hominibus commisit, nomine suo exercendam? Iniurius fueris, si affirmaris. At nefas est, hominem, Deo rebusque diuinis consecratum, secularibus se implicare. Vide, quisquis haec effutis, quam calumnioſe traducas tot ecclesiasticos principes, qui et nostra aetate, et olim cum laude et sanctitate rebus publicis sacris ac politicis simul praefuerunt. Non pugnant inter se sacer et profanus principatus; vtraque potestas, et politica et spiritualis, bona est, vtraque a Deo instituta et ordinata. Vtramque nullum vnquam ius eidem homini pariter interdixit. Quin in Samuele laudabiliter concurrisse, diuinae testantur paginae. Quo exemplo aliorumque veteris legis pontificum nostri se pontifices tuentur etc. Nos de ipsa ciuili potestate secundum se spectata hic agimus, quam a* CAROLO *Magno simul Saxoniae episcopis tributam affirmat ipse rex, tum in aliis diplomatibus, tum in literis, quae etiamnum extant fundatrices episcopatuum Verdensis ao. 786. et Bremensis ao. 788. infra citandae, in quibus refert ipse rex, se iuxta antiquum Romanorum morem Saxoniam in prouincias redegisse, et in episcopatus certis terminis distribuisse, addixisse deuictos Saxones Deo et sacerdotibus tributarios, ac subiugales. Vide et diplomatis Carolini fragmentum anno 803. ecclesiae Osnabrugensi dati.* CRANZIVS, *qui vetustas chartas inspexisse potuit, diligentissimus Saxonicarum antiquitatum indagator, non vno in loco hanc sententiam profitetur: Dedit, inquit in proem. metrop.* CAROLVS *regalia pontificibus, quod intelligeret, infrenem populum posse religione contineri, armis placari non posse. Et alibi: (l. i. Sax. c. 22.) episcopis a summo pontifice et legatis eius cum attributus esset ensis ille spiritualis destructionis, ipse* CAROLVS *suum illis adiecit, vt haberent, quo contumaces et terrerent et distringerent. Item, (l. i. metr. c. 6.) quamuis pontificibus esset a*

CARO-

CAROLO *permiſſa poteſtas gubernandi, non tamen amiſere primores Saxonum ſuam adminiſtrationem.*

§. LXXXIIX. Frigide admodum reſpondet ad LVDOVICI pii conſtitutionem, quæ magnopere ei obſtabat. Ad minimum inde liquet, irregulare tum fuiſſe, vt *vtroque gladio* eo tempore vterentur epiſcopi. Imo ſi vel maxime CAROLVS ampliſſima prædia epiſcopis dedit, eos tamen non conſtituit comites aut duces, quod nullibi expreſſum eſt, verum eos potius illis ſubiecit, niſi ab eorum poteſtate ſpecialiter eſſent exemti. Aduocati non tam nomine *epiſcoporum*, quam nomine cæſarum *iurisdictionem* exercebant, vt antiquitates docent, nec de hodiernorum epiſcoporum poteſtate ad antiqua tempora valet conſequentia. Vtrum vero hæc officia, *militare* et *eccleſiaſticum*, ſint compatibilia, hic rurſus fruſtra in contentionem ducitur: ad minimum eo tempore, ea non adeo bene inter ſe conuenire, credebatur, prout antea pluribus obſeruaui. *Seculariter* quosdam vixiſſe obſeruaui; immo quosdam etiam *militiam* ſecutos, et more laicorum in prœlium iuiſſe conſtat. Id vero *vniuerſale*, et approbatum fuiſſe, imo prælatos *iure feudi* ſecularem poteſtatem accepiſſe, minime inde conficitur. Sacerdotio regnum non bene iungi, adhuc olim ſuo tempore cecinit GVNTHER. *l. VI. v. 347. ſeq.* Indicium de his rationibus.

Dumque ſacerdoti conatur iungere regem,
Non vno tantum contentus, lædit vtrumque.
Quid voluere duo gladii, quos Petrus in illo
Indicat eſſe globo? totidem niſi numina ſummi
Iuris in eccleſia: quæ cum ſibi mutuo quondam
Fœderis alterni nexu ſuffragia præſtent,
Sunt diuiſa tamen: nec in vnum poſſe videntur
Iuncta coire caput.

Denique quod CAROLVS M. ſacerdotibus deuictas gentes *tributarias* et *ſubiugales* addixiſſe legatur, quod CRANZIVS inde *ciuilem poteſtatem* deduxerit, minime ſolidum rei argumentum conſtituit. Quid CRANZIVS exiſtimauerit, non quæritur; ſed quid probabiliter factum fuiſſe, ex circumſtantiis colligi poſſit? Fecit *tributarias* gentes ſacerdotibus, quod decimas eccleſiæ ſoluere debuerint, imo reuera eas ſubiugales fecit, iugo clericorum, ſed *eccleſiaſtico*, eas ſubiiciendo. Præterea vero magis fabulæ quam veritati conuenire videtur, quod de Saxonia, epiſcopis a CAROLO M. attributa, referunt, vt non diffitetur LEIBNITIVS *tom.*

II. rerum Brunſuic. in introd. p. 15. Teſtimonia non deſunt pro hac diviſione; aſt temporum circumſtantiæ repugnant. In *chron. Quedlinb. apud* EVNDEM *cit. l. p. 275. ad ann. 781.* diuiſio hæc adſtruitur his verbis: *Eodem anno* CAROLVS, *de Roma reuerſus in Franciam, terram Saxonum inter epiſcopos diuiſit, et terminos epiſcopis conſtituit;* id quod ſi *de diœceſibus* nude intelligendum eſt, facilius admitti poterit. Plura ſine dubio a monachis clericisque ficta, et ad tempora Carolingica tracta ſunt, quo ducum comitumque poteſtate prælati eo facilius liberarentur. Pluribus teſtimoniis, OTTONIS inſtitutum illuſtrantibus, hanc cauſam exornauit LEHMANNVS *lib. IV. chron. Spir. c. 3.*

Inde natus clypeus eccleſiaſticus.

§. LXXXIX. Hæc ſunt initia et progreſſus *clypei eccleſiaſtici* qui in *iur. Alem. feud. c. 1.* in ſecundum coniectus eſt locum, idque ex *dignitate eccleſiæ*, et *prælatorum*, in numerum *vaſallorum* receptorum. Ex quo mox audita eſt regula, iuri antiquo feudali contraria, *clericum etiam ad feudum admitti poſſe*, nec eccleſiam *clypeum*, h. e. *militarem Germanorum dignitatem*, reſpuere. Quicquid enim archiepiſcopis vel epiſcopis, qua talibus, collatum, hoc *eccleſiæ* datum cenſetur, et ita quod de *ſtatu* illius prædicatur, de huius quoque ſtatu aſſerendum eſt. Loquuntur id antiqua diplomata et literæ inueſtituræ, quibus *eccleſiæ* cum *feudis nobilibus* inueſtitæ dicuntur. Elegans diploma adfert SCHILTER. *in comm. iur. feud. Alem. c. 42. §. 12. p. 246.* vbi hæc formula occurrit. *Tibi, eccleſiæ Colonienſi, et ſucceſſoribus tuis, Colon. archiepiſcopis, in perpetuum feudum nobile dedimus, donauimus, contulimus.* In *conſtitutione* CONRADI, quæ *II.. F. 40. in f.* refertur, fit eius ſimiliter mentio, et, *non ſolummodo perſonæ, ſed eccleſiæ*, additur.

Et clerici quoque habiles iudicati, qui feuda reciperent.

§. XC. Supra iam obſeruaui, olim clericos ad feuda prorſus *inhabiles* iudicatos fuiſſe. Capacitas militiæ exercendæ his naturaliter cohærebat, nec, qui clypeum militarem gerere non poterat, ad feudum acquirendum habilis iudicabatur. Vtrumque ius, et Longobardicum et Germanicum, rudera iuris antiqui habet, maxime quoad *ſucceſſionem*, prout ſupra dixi. Admiſſi poſtea prælati, poſtquam iis arma quoque permiſſa. *In iure Alem. feud. c. III. §. 3.* hæc exceptio iam traditur, cum hac tamen reſtrictione: Iſt das eine Frow oder Pfaff das Richsguth empfahet von dem Riche, des mögent ſie woll liehen, und dem Gute nachfolgen an einen andern Herrn, ob ſie beyde der Pfaffen und die Frowe von ritterlicher Art ſind. Ad clericos *equeſtris dignitatis* reſtringitur feudorum capacitas, vtpote cui olim *clypei militares* tantum tribuebantur, vt

vt ex *c. 1. eiusd. iur.* constat. Additur *in cit. c. 3.* Ein ieglich Pfaff, der von Ritters Art ist, der mag woll behaben Lehn zu sienen Lübe. In *c. 42. iuris Alem. feud.* similiter hoc modo cauetur: Alle Bischöffe empfahen von dem Könige Müntz und Zölle, und etliche empfahen van Lehn und etliche Gerichte. In *iure Longobardico II. F. 40. in f.* fit mentio clericorum, qui *nomine ecclesiæ* inuestiti sunt, et quamuis in feudo olim haud succederent, quod pro *habilibus* tantum concessum esse videbatur, *II. F. 21. et 30.* diuersa tamen erat ratio, si dominus scienter inhabilem, veluti ecclesiam, et nomine eius prælatos, admisisset.

§. XCI. Pessime id ipsum fieri, et olim factum fuisse, plures arbitrantur. VDALRICVS ZASIVS *de feud. P. 5. n. 71.* ægre admodum tulit, clericos in censum vasallorum fuisse admissos. Præmittit quidem hæc: *Ego in hoc nihil firmo, hoc tamen scio, quod textus feudales expresse volunt, quod, qui clericus efficitur, hoc ipso feudum amittat, quod et rationem habet: nemo enim militans Deo, secularibus sese negotiis implicet. Attamen quia communi opinione obtentum est, quod clericus feudum capere possit, quod et ius canonicum admittere videtur, calamum reprimo.* Nihilominus tamen postea subiungit: *Certe et in vsibus feudorum iustissime et omnino ex christiana sinceritate cautum est, ne clericus feudis implicetur. Vestra ita se habent: Et iure et moribus receptum est, vasallum clericali se militiæ dedicantem feudum amittere; scriptum est enim in diuinis eloquiis: Miles Christi Christo seruiat: seculi milites seculo seruiant. Nec certe satis facere posse videtur communis ista et plane frigida solutio, quam præpositus circumfert, quod per substitutum saltim clericus seruiat: quia tale quidquam posset videri, ac si furem quispiam excuset, si per substitutum furetur. Certe quod clerico probibitum est, et substituto prohiberi intelligitur. Sed ista curent alii: mei propositi non est, quicquam, quod sacris literis aduersari possit, scribere.* Certe si adhuc prælati et episcopi in pristina sua persisterent conditione; si vnice adhuc Deo et ecclesiæ inseruirent et militarent; si iuxta normam Pauli *1 Tim. III.* adhuc hodie effigiati essent: maior vtique esset dubitandi ratio. Verum in quantum hodiernus episcoporum status et dignitas a primæua sinceritate discesserit, alibi fusius dixi. Moribus itaque hoc modo mutatis, nihil vlterius supereſt, quam vt asseramus, hodiernis prælatis feuda optime conuenire. Quod a Zasio reprobatum.

Digitized by Google

Vtrum e re imperii fuerit, feuda clericis conferre?

§. XCII. Addunt nonnulli, *e re imperii Germanici* fuiſſe, vt feuda regia in *eccleſiaſticos* conferrentur, de quo diſputat ITTERVS *de feud. imper. c. 5. §. 17.* Longe mitiora eſſe imperia clericorum creditum fuit comitum ducumque poteſtate, vt in prouerbium abierit: unter dem Krummſtab iſt gut wohnen, de quo ſupra dixi. In *chron. epiſc. Mindenſium* LERBECCII apud LEIBNITIVM *tom. II. ſcript. rerum Brunſuic. p. 109.* hæc ſententia corroboratur, et *propterea*, additur, *valde metuendum eſt, quando militares recipiuntur ad regimen, quia non habent reſiſtentiam in amicis et conſanguineis, nec in ſumtibus, vnde poſſint reſiſtere tyrannis.* Adeo vero olim hoc prælatorum regimen ducum imperio prælatum fuit, vt, obſeruante HERTIO in *diſſ. de orig. et progreſſ. ſpecial. Rom. Germ. imperii rerumpubl. §. 10.* eo tempore *ſubiici ciuitatem epiſcopo*, perinde fuerit ac *libertatem nanciſci.* Illuſtrat hoc ipſum ex DITMARO *in calce lib. V. chron.* ſcribentis:

Vrbs Wormacenſis gaudet temporibus iſtis
Libertate ſua, cuius manebat in vmbra
Hactenus, atque ducum fuerat ſub lege ſuorum.

Nec negari poterit, adhuc hodie in territoriis epiſcoporum maiorem ſupereſſe *libertatem*, ac quidem in principum ſecularium prouinciis. Interim quia hæc feuda in *manum mortuam* deuenere, hoc detrimentum inde obtigit imperio, vt nunquam ad *cæſarem* reuerti queant, vt alia non tangam. vid. LEHMAN *lib. IV. chron. Spir. c. 3.*

Sunt hæc feuda mere ſecularia.

§. XCIII. Ceterum feuda hæc eſſe reuera *ſecularia*, ſupra iam aliquoties monui. Qui diſtinguunt feuda regalia in *eccleſiaſtica* et *ſecularia*, non ad *obiectum*, ſed ad *qualitatem vaſalli* reſpiciunt, a quo *ſuo modo eccleſiaſtica* dici poſſunt, non ſatis tamen accurate. Eccleſia enim, vt eſt *vaſalla imperii*, imo etiam ipſi *prælati*, qui nomine eius inueſtiuntur a cæſare mit der Weltlichkeit, in reſpectu ad *feuda hæc imperii* non vt tales, ſed vt *vaſalli*, vt *principes* conſiderantur, et ſtatui ſuo ordinario hanc nouam et diſtinctam ſuperaddunt perſonam, ITTERVS *de feud. imperii c. l. §. 19.* quæ cum priori minime confundenda eſt. Qua de cauſa etiam in iure canonico cautum eſt, vt vaſallus clericus coram *iudicio feudali ſeculari* conueniri debeat, ſi de feudo, quod tenet, conueniatur. Olim imperatores maius ius habuiſſe, noto notius eſt. Conferebant per modum *feudi* ipſas eccleſias, prælatosque ſimul eo ipſo inueſtiebant de

rega-

Digitized by Google

regalibus ceterisque bonis ecclesiasticis. Verum episcopatus collationem per vim paparum dimittere coacti sunt, retenta sola *inuestitura de regalibus*, quæ, si papa fidem datam haud fefelliſſet, ecclesiæ dimittere quoque debuiſſet. Diserte PASCHALIS II. *anno mo.* promiserat HENRICO V. se episcopis iniunctum, *vt dimitterent regalia imperatori et regno, quæ ad regnum pertinebant tempore* CAROLI, LVDOVICI, HENRICI *et aliorum prædecessorum.* Addit, *se curaturum, ne quis eorum vel præsentium vel absentium, vel successores eorum intromittant se vel inuadant regalia, i. e. ciuitates, ducatus, marchias, comitatus, monetas, teloneum, mercatum, aduocatias imperii, iura centurionum et cortes, quæ manifeste imperii erant, cum pertinentibus suis, militias et castra imperii.* PETRVS *Diaconus lib. IV. chron. Cassin. c. 35. pag. 460.* Ipsemet imperator in epistola apud DODECHINVM *in append. ad Marianum Scotum ad cit. ann. p. 467.* rei seriem ita refert: *Et cum per nuncios nostros ab eo quæreremus: quid de nobis fieret? in quo regnum nostrum constat, quomodo fere omnia antecessores nostri ecclesiis concesserunt, et tradiderunt? subiunxit: fratres ecclesiæ decimis et oblationibus suis contenti sunt: Rex vero prædia et regalia, quæ a* CAROLO *et* LVDOVICO, OTTONE *et* HENRICO *ecclesiis collata sunt, sibi et successoribus suis recipiat et attineat. Ad hoc cum nostri responderent: Nos quidem nolle violentiam ecclesiis inferre, nec, ista subtrahendo, tot sacrilegia incurrere; fiducialiter promisit, et sacramento pro eo firmauit dominica: Esto mihi, se omnia hæc cum iustitia et auctoritate ecclesiis auferre, nobisque et regno cum iustitia et auctoritate reddere.* Ipse PASCHALIS II. in diplomate *ibidem* relato addidit hanc rationem: *Oportet enim episcopos, curis secularibus expeditos, curam suorum agere populorum, nec ecclesiis suis abesse diutius. Ipsi enim iuxta Paulum apostolum pernigilant, tanquam rationem pro animabus eorum reddituri.* Verum subdole papa circumuenit cæsarem, vt inuestituram *per annulum et baculum* dimitteret, et regalia nihilominus ecclesiis relinqueret. Non enim stetit promissis pontifex, et tandem variis artibus successor eius CALIXTVS II. *anno 1122.* obtinuit, vt, dimissa inuestitura *per annulum et baculum*, cæsar prælatos de regalibus inuestiret, et ita ecclesiæ pristina sua iura retinerent.

(X) *De*

Digitized by Google

(X.)

De inueſtitura prælatorum.

Inde duplex inueſtitura orta, (1) per annulum, (2) per ſceptrum.

§. XCIV. Hæc contentio eo modo, quo dixi, compoſita, anſam dedit, vt *duplex epiſcoporum inueſtitura* procuderetur. Olim vtplurimum epiſcopi inueſtiebantur a cæſare *per annulum* et *baculum*, quo et officium ſacrum, et bona eidem annexa cum regalibus iis conferebantur. Etiam *per chirothecam* quandoque factam inueſtituram fuiſſe, docet exemplum MEINWERCI, epiſcopi Paderbornenſis, anno 1009. ad epiſcopatum promoti ab HENRICO ſancto. Seriem rei enarrat AVCTOR *vitæ* MEINWERCI apud LEIBNITIVM *tom. I. ſcript. Brunſuic. p. 255.*, et, *illico*, ait, *fauentibus et congratulantibus omnibus, Meinwercum aduocauit, et conſueta beneuolentia ei arridens*, SVMTA CHIROTHECA, *accipe, ait; quo quid eſſet acceptурus? percontante: epiſcopatum, inquit rex, Patherbrunnenſis eccleſiæ.* Sufficiebat hæc inueſtitura de ipſo epiſcopatu, nec præterea neceſſe erat, vt ſpeciatim de regalibus, vel mit der Weltlichkeit, inueſtirentur, quippe quæ ad ipſum epiſcopatum *ſtabili iure* tandem deuoluebantur, vt ex antea dictis liquet. Ceterum vbi HENRICO V. quæſtio de hac inueſtitura mota, et tandem compoſita fuit anno 1122. duplex epiſcoporum inueſtitura excogitata, altera per *annulum* et *baculum*, altera per *ſceptrum*.

Cuius ratio euoluitur,

Obiecerat potiſſimum cæſar pontifici, vt ex DODECHINO antea obſeruaui, prælatos bona ſua ex cæſarum beneficio tenere, regalia cum ducatibus comitatibusque eccleſiæ ab iis data fuiſſe, imperium iacturam irreparabilem paſſurum fuiſſe, ſi inueſtituram per annulum et baculum papa, quod forſan intendebat, ſibi aſſereret; potiorem partem imperii ita ſubiectam fore iure feudi pontifici etc. Ad hæc dubia amouenda tandem pontifex collationem epiſcopatus ſeu *officii ſacri* ſeparandam eſſe cenſuit a collatione *regalium*: illam liberæ electioni reſervandam; hanc vero cæſari adſcribendam eſſe credidit, vt electo prælato bona temporalia cum regalibus conferret *per ſceptrum*.

et ex tenore pacis inter Henricum V. et Calixtum II. illuſtratur.

Compoſitionis huius tenor, apud ABBATEM VRSPERGENSEM, id liquido declarat: *Egò* CALISTVS, *ſeruus ſeruorum DEI, dilecto filio ſuo* HENRICO, *DEI gratia Romanorum imperatori auguſto: concedo electiones epiſcoporum et abbatum Teutonici regni, quæ ad regnum pertinent, in præſentia tua fieri abſque ſimonia et aliqua violentia, vt, ſi qua inter partes diſcordia emerſerit, metropolitani*

Digitized by Google

ni et prouincialium consilio vel iudicio saniori parti auxilium et assensum præbeas: Electus autem regalia per sceptrum a te recipiat, exceptis omnibus, quæ ad Romanam ecclesiam pertinere noscuntur, et quæ ex his iure tibi debet, faciat. Ex aliis vero partibus imperii consecratus infra sex menses regalia per sceptrum a te recipiat. Quatuor ex hoc rescripto annotanda esse, recte iudicat PETRVS de MARCA *de C. S. et I. lib. VIII. c. 21. §. 3. Primum*, ait, *discrimen ponit inter episcopos Germaniæ et aliarum prouinciarum imperii. Nam Germanos episcopos præcipit recipere inuestituram, etiam ante consecrationem. Secus quoad alios; quos ea tantum lege teneri edicit, vt intra sex mensium spatium a die consecrationis inuestituram accipiant ab imperatore. Secundo mutat solennitatem inuestituræ, quam fieri per sceptrum iubet, non autem per baculum et annulum. Tertio inuestituras coercet ad sola feuda siue regalia. Demum imperatori reseruat, in consequentiam inuestituræ regalium, omnia iura et obsequia, quæ ad eum pertinent, quoad feuda ab episcopis possessa* Addi posset quinto, *imperatorem maximam sui iuris partem amisisse.* Olim ipse constituebat, nominabat, et eligebat *imperii vasallos* clericos; post hanc compositionem decantatissimam cæsar tantum inuestit eos, qui aliunde constituti sunt, de bonis imperii, confirmatumque dogma est, ecclesiam esse imperii vasallam perpetuam, prælatos tantum eligi eius præpositos et procuratores, et respectu horum feudorum sustinere magis pro-vasalli alicuius personam.

§. XCV. Inde ortum quoque traxit famosa distinctio inter feuda *vexilli* et *sceptri*, quia feuda secularibus mediante *vexillo*, prælatis *per sceptrum* ab hoc tempore collata fuere. Cur maluerit pontifex, vt cæsar inposterum inuestituram *per sceptrum* faceret, non adeo planum est. Non spernenda est coniectura B. GVNDLINGII, in *diss. de feud. vexilli §. 20.* existimantis, *in solo Italico* eo tempore moris fuisse, vt per *sceptrum* conferrentur principatus. Quin nec improbabile est, pontificem vocem *sceptri* vsurpasse pro *baculo*, quo antea inuestiebantur episcopi a cæsare, cum supra ostenderim, *baculum* etiam olim *sceptrum* dictum fuisse, quod etiam declarat CANGIVS *in gloss. voc. sceptrum*, quamuis postea in sensu magis *proprio* et *adæquato* sceptri appellatio in ipsis inuestituris accepta fuerit, vt vel ex GVNTHERI *lib. I. v. 570.* liquet: Inde distinctio inter feuda sceptri et vexilli.

Digitized by Google

Nec prius electum quenquam de iure ſacrandum,
Quam ſceptro princeps regalia præſtet eburno.

Tranſiit hæc appellatio quoque in *ius Allem. prouinc.* vbi *c. 158.* dicitur: Der Käyſer ſoll leihen allen geiſtlichen Fürſten ihr Recht mit Scepter, und weltlichen Fürſten mit der Fahn. Similiter in *iure prouinc. Saxon. lib. III. art. 60.* Der Käyſer leihet allen geiſtlichen Fürſten Lehen mit dem Scepter, und allen weltlichen Fürſten Fahn-Lehen leihet er mit der Fahnen. Nihilominus tamen in *iure feud. Allem. c. 42.* dicitur: Etliche Biſchöffe empfahen Fahn-Lehn, und etliche Gerichte, quod de illis prælatis intelligendum, qui præter ſuum epiſcopatum et regalia in diœceſi illa exercenda accipiunt a cæſare alia feuda vexilli, ducatus, comitatus, vt olim BRVNO, archiepiſcopus Colonienſis, ducatum Lotharingiæ obtinebat, obſeruante SCHILTERO ad *cit. tx. §. 11.*

Loco ſceptri quandoque crux adhibita.

§. XCVI. Verum haud perpetuus *ſceptri* vſus fuit in inueſtitura prælatorum. Etiam *crux* aliquando adhibita legitur a RVDOLPHO Habspurgico apud FREHERVM *tom. I. rer. Germ. p. 388.* in defectu ſceptri. Ita enim HENRICVS STERO apud EVNDEM; *RVDOLPHVS ſtatim exegit a principibus clericis et laicis fidei iuramentum. Quod cum recuſarent, propter ſceptri abſentiam, ipſe electus* SIGNVM CRVCIS *accipiens talia dixiſſe fertur: Ecce ſignum, in quo nos et totus mundus eſt redemtus, et hoc ſigno vtamur, loco ſceptri. Et deoſculata cruce, omnes principes, tam ſpirituales, quam ſeculares, ipſam crucem loco ſceptri oſculantes, recipientes feuda, ſibi fidelitatis iuramentum præſtiterunt.* Verum *in ſubſidium* tantum cruce vſus eſt RVDOLPHVS, in defectu ſceptri. Alias *ſceptro* feuda regulariter collata prælatis fuiſſe, inde conſpicuum eſt. FRIDERICVM tertium regalium inueſtituram adhuc per ſceptrum dediſſe, notat GALLARDIVS *de franco-allod. p. 246.* aiens: *Vniuerſa et ſingula allodia, nec non temporalia, ſiue feuda dictæ ſuæ eccleſiæ Tullenſis cum ſceptro regali et aliis ceremoniis in talibus fieri conſuetis conferimus, ac ipſum de iisdem inueſtimus.*

Nec hodie amplius ſceptro vtimur.

Verum hodie hoc diſcrimen inter feuda *vexilli* et *ſceptri* non adeo amplius obſeruari, ſed omnia feuda regalia *gladio* conferri, praxis imperii docet, vt proinde inter hæc feuda, quoad *modum conferendi*, nulla amplius hodie ſit differentia. Vid. ITTER. *de feud. imper. c. IX. §. 33.* REINKING. *de regim. ſec. et eccleſ. lib. I. claſſ. IV. c. 161. n. 16.* Illuſtrat id ipſum exemplo Moguntini archiepiſcopi, *anno 1677.* inueſtiti, VEFENBACH. *de conſil. aul. cæſ. p. 114.* vnde conſtat, etiam more ceterorum principum per *deoſculationem enſis* ei inueſtituram collatam fuiſſe.

§. XCVII.

Digitized by Google

§. XCVII. Ceterum quando prælati electi *renouationem feudi* petunt, ante omnia distinguendum est, inter prælatos *A. C. addictos* et *catholicos*. *Hi* si per *procuratorem* inuestituram accipiunt, quod vtplurimum fieri sueuit, exhibere debent documentum *legitimæ electionis* ab episcopo et capitulo signatum. Adiungenda est præterea confirmatio pontificis, post quam demum inuestitura *de feudis regalibus* peti potest, si vel maxime consecratio nulla accesserit, quod ad episcopos Germaniæ restrinxit CALIXTI II. rescriptum, paulo ante relatum. MEVERVS in *synt. iur. feud. c. 5. §. 21. in fin.* Quoad prælatos *A. C. addictos* nihil vlterius desideratur, quam *vt intra annum electionis aut postulationis suæ fidem fecerint*, vt in *I. P. art. V. §. 21.* disponitur. Neque enim *confirmatione papali* indigent, adeoque annus hic currere incipit a tempore *electionis* vel *postulationis*, vel, si controuersia super electione mota est, ab eo tempore, quo causa electionis definitiue est decisa, quia antea electus inuestituram petere non potuit, cum illa adhuc sub lite posita esset. Atque hæc quidem vel ideo sunt necessaria, vt se ad causam legitimare possint. Renouationem petentes prælati se ad hoc prius legitimare debent.

§. XCVIII. Præterea etiam *iuramentum feudis regalibus consuetum* præstare iubentur, cuius itidem mentionem facit *I. P. cit. l.* Eqvidem *II. F. 102.* generatim asseritur, quod *pro feudo, quod ab aliquo per ecclesiam detinetur, nulla sit facienda fidelitas.* Olim de eo admodum dubitatum fuisse, ex apertissimis historiarum documentis constat, cum pontifex omnem mouerit lapidem, vt prælati nullo prorsus vinculo imperatoribus et regibus deuincirentur, quamuis praxis antiquissima inconcussa huius iuramenti vsum constantem ostendat, de quo vid. ITTERVS *de feud. imp. c. XI. §. 41.* Permisit tandem INNOCENTIVS III. in *c. 30. X. de iurei.* vt etiam clerici, *temporalia a secularibus dominis obtinentes*, iuramentum iis præstare possint, quid? quod in *c. vn. de stat. regal. in 6. vers. verum quando*, diserte asseritur, quod etiam *abbatissæ aut prioriss pro feudo, quod monasterium ipsum tenet ab aliquo principe, fidelitatis iuramentum* in persona, (si efficere non possit, vt per procuratorem illud præstet) *præstari possit.* Nec de hoc amplius hodie vllum superest dubium, vt formulæ iuramentorum, in actu inuestituræ vsitatæ, testantur, et a B. STRYKIO *in exam. iur. feud eiusque append. n. 14.* adductæ demonstrant, adeo vt consueta formula quoque vti iubeantur: Ew. Käyserl. Maj. allen deroselben Nachkommen am Reich, Röm. Käysern und Königen und dem Heil. Reich getreu, hold, gehorsam und gewärtig seyn. Et iuramentum præstare.

Digitized by Google

Quoad taxam quædam eſt diuerſitas conſtituta inter prælatos catholicos et A. C. addictos.

§. XCIX. Denique quoad *taxæ ſummam* ſeu *ſportulas*, pro inueſtitura fieri ſolitas, diſcrimen quoddam ſtatutum eſt in *I. P. art. V. §. 21.* ita vt *prælati A. C. addicti vltra taxæ ordinariæ ſummam inſuper eiusdem dimidium pro infeudatione pendere cogantur. Inuidiæ catholicorum* hoc adſcribendum eſſe, obſeruat AVCTOR *medit. ad I. P. cit. l. p. 251.* Cum enim proteſtantes adigere non poſſent, vt, quæ ipſi annatarum, iurium pallii, confirmationum aliarumque exactionum nomine *pontifici* ſoluere debent, eidem erogarent, admodum vrſerunt, vt tantundem *cæſari* ſoluerent, ne melioris illis eſſent conditionis. Noluerunt tamen ex multis rationibus in hanc duriorem legem conſentire proteſtantes, hinc tandem adhibito temperamento media via placuit, vt taxæ ſumma, *pro infeudatione* præſtari ſolita, augeretur.

(XI.)

De reliquo vaſallæ eccleſiæ iure quoad ſervitia, forum, et feloniam.

Extincto prælato, fructus vacantis eccleſiæ olim percipiebat dominus feudi.

§. C. Ceterum longe pinguiore iure *hodie* eccleſia vaſalla feuda poſſidet, ac quidem olim. Conſtat, *olim* feuda in heredes non fuiſſe tranſitoria, niſi vel *pacto* vel *gratia* ſingulari liberi eam obtinuiſſent. Quæ *eccleſiæ* data erant feuda, morte prælati vacabant, adeoque reuera olim magis *prælato*, quam *eccleſiæ* data videbantur. Inde reditus huius vacantis beneficii interim ad dominium feudi reuertebantur, donec ad munus epiſcopale alius eſſet admotus, quod *ius regium* vel *regaliæ* ab antiquiſſimis temporibus dixere. Definit illud NATALIS ALEXANDER in *tom. VII. diſſert. eccleſ. hiſtor. VIII. art. 1. p. 424.* quod ſit *ius regium fruendi reditibus eccleſiæ vacantis, et conferendi beneficia, curam animarum non habentia, quæ ab epiſcopo conferri ſolent, donec nouus epiſcopus iuramentum fidelitatis regi præſtiterit, inueſtituram bonorum eccleſiaſticorum ab eius maieſtate acceperit, ac regias literas ſacramenti ſui teſtes in rationum principalium commentarios referri, ſiue in camera computorum regeſto conſcribi curauerit, et mandatum ab ipſa impetrauerit, quo manum regiam temporalibus bonis iniectam auferri iubeat.* Antiquiſſimum hoc ius, et tum in Gallia tum in Germania vſitatiſſimum fuiſſe, IDEM plenius docet, et PETRVS de MARCA *de C. S. et I. lib. VIII. c. 22. ſqq.* vlterius illuſtrat. Nec *reges* tantum eo vſi ſunt, ſed etiam alii *dynaſtæ* feuda eccleſiis conferentes,

Digitized by Google

tes, quod MARCA *cit. l. c. 25.* variis probat exemplis, speciatim vero *c. 26.* Vt dominii idem ius a comitibus Tolesanis exercitum fuisse, docet. Primarius hu- directi.
ius iuris titulus erat *vacatio feudorum regalium, quæ cum iisdem legibus et conditionibus ab ecclesiasticis personis ac a reliquis hominibus possiderentur, consequens fuit, vt iis per obitum episcoporum, qui regi fidelitatem obstrinxerant, vacantibus, rex ea ad se recipere posset, donec nouus episcopus inuestituram acceperit, regique sacramentum clientelare præstiterit*, vt ait NATALIS ALEXANDER *cit. l. §. 4. p. 427.* Fuit ergo hoc ius consequens *inuestituræ per annulum et baculum*, qua de causa non raro contingebat, vt illa per annum et vltra differretur, quo fiscus regius interim bonis his, in feudum nouiter prælato electo dandis, frui posset. Vnde etiam *in Anglia*, Quod ius et-
quæ etiam hanc inuestituram exercuit, vsitatum fuit, teste ORDERICO iam in An-
VITALI *lib. X. de Guilielmo Rufo, rege Angliæ, p. 763.* aiente: *Defunctis præ-* glia vsitatum
sulibus et archimandritis, satellites regis ecclesiasticas possessiones et omnes fuit.
gazas inuadebant, triennioque seu plus dominio regis omnino mancipabant. Sic nimirum pro cupiditate redituum, qui concedebantur, ecclesiæ vacabant, necessariisque carentes pastoribus Dominicæ oues lupinis morsibus patebant.
Gallia hoc ius adhuc strenue contra machinationes aulæ Romanæ, quæ il- Et adhuc in
lud improbat et admodum impugnat, exercet; sed imperatores *per Ger-* Gallia exer-
maniam, dimissa *inuestitura per annulum et baculum*, eo se abdicare tan- cetur.
dem coacti sunt. Quamuis enim HENRICVS V. inuestituræ per annulum et baculum renunciasset, successores tamen eius vsque ad FRIDERICVM II. eam reducere sategerunt, nec *ius regaliarum* omiserunt FRIDERICVM I. adhuc strenue inuestituras has exercuisse, antiquitates docent, a quo cum Colonienſis archiepiscopus PHILIPPVS contenderet, vt iuribus, ab obitu præsulum in episcopatibus sibi competentibus, renunciaret, imperator, teste ARNOLDO Lubecensi *lib. II. chron. Slau. c. 17. §. 5.* ita respondit: *In veritate compertum habemus, quod prædecessores nostri, antiqui imperatores, hoc iuris habuerint, vt, defunctis episcopis, inuestituram pontificalem, sine alicuius præiudicio, probatis personis liberrime locauerint. Sed quia hoc, ipsorum voluntate, mutatum inuenimus, ratum habemus. Hanc vero minimam scintillam iuris nostri, quam inuenimus, nunquam mutari permittimus.* Scintillam iuris regii hoc ius vocat FRIDERICVS I. quod ad *antiqui iuris rudera* esset referendum, et vel ex *inuestitura per sceptrum*, imperatoribus reseruata, adhuc repetendum. Nullum itaque scrupulum Quo tamen
sibi hac de re mouere debuisset FRIDERICVS, nec inter *abusum* referre, se abdicauit
quod optimo titulo erat fundatum. Id ipsum tamen nihilominus fecit, et Fridericus.
hoc ius quoque a se abdicauit, quo ipso insigne successoribus præiudi-

Digitized by Google

cium attulit. Diploma ipſum adducit MEIBOMIVS *tom III. rer. Germ. p. 187. de anno 1216.* in quo hæc occurrunt: *Veterem illam conſuetudinem deteſtantes, quam anteceſſores noſtri Romanorum imperatorum et reges in cathedrales exercuerunt eccleſias et abbatias, quæ manu regia porriguntur, quod videlicet decedentibus epiſcopis et prælatis earum, non tam reliquias rerum mobilium eorum conſueuerunt occupare, et conuertere in vſus proprios occupatos, quam etiam reditus et prouentus per totius anni curriculum ita prorſus auferre, vt non poſſint talia bona decedentis, nec ſuccedenti prælato neceſſaria miniſtrari.* Hoc iure itaque per Germaniam abolito, bona feudalia ſeu regalia, per ſceptrum conferri ſolita, penes eccleſiam eiusque vſum permanſerunt, adeo, vt etiam *capitulum* interim omnem iurisdictionem hodie explicet, regalia exerceat, et ſtatuum imperii iure fruatur, vt ſupra dictum eſt. Neque enim capitulum, etiam eccleſiarum cathedralium proteſtantium, *ſede vacante*, inueſtituram a cæſare petit, ſi vel maxime, interueniente impedimento, ad longius tempus vacauerit, quamuis imperator capitulo ex iuſta cauſa per mandatum iniungere poſſit, vt ad electionem procedat, vtpote cuius propter inueſtituram, prælato faciendam, intereſt, eam non diutius differri. Vid. *lib. I. tit. X. §. 10.*

Hodie ergo, ſede vacante, regalia capitulum exercet.

§. CI. Obligatio omnium vaſallorum, maxime in feudis regalibus, conſiſtit in *ſeruitiis militaribus.* Nec ab iis libera fuit *eccleſia vaſalla*: ipſi epiſcopi ad bellicas expeditiones euocati ſunt, et ni venirent, feudo priuati. ITTER. *de feud. imper. c. XX. §. 6.* Teſtis eſt GVNTHER. *lib. II. verſ. 40. ſqq.*

Etiam vaſalli eccleſiaſtici obligantur ad ſeruitia feudalia.

His quoties claram regnator tendit ad vrbem
Teutonus Auſoniam, ſumturus rite coronam,
Ponere caſtra ſolet: ligno ſuſpenditur alte
Erecto clypeus; tunc præco regius omnes
Conuocat a dominis feudalia iura tenentes,
Excubias regi prima celebrare fideles
Nocte, vetuſtorum debent ex more parentum.
At quicunque domi, domino nolente, relictus
Defuerit, feudo priuari curia cenſet.
Tunc quoque nonnulli cenſura vindice regni
Amiſere diu tali poſſeſſa reatu.
Quin et pontifices, Halberſtadienſis, et ille,

Sub

Digitized by Google

Sub quo Brema fuit, tali regalia iura
Amiſere nota: perſonæ ſcilicet ipſæ
Non tamen eccleſiæ: neque enim quod paſtor inique
Geſſerit, eccleſiæ fas eſt in damna refundi.

OTTO Friſingenſis *lib. II. c. 12.* idem in proſa refert, additque: *Hunc morem principe ſecuto non ſolum laicorum feuda, ſed quorundam epiſcoporum, i. e. Hartwici Bremenſis, et Vlrici Halberſtatenſis regalia perſonis tantum, quia nec perſonis, ſed eccleſiis perpetualiter a principibus tradita ſunt, abiudicata fuere.* Re peracta, belloque confecto cum ceteris vaſallis etiam epiſcopi dimittebantur. Rurſus in teſtem vocabo GVNTHERVM *lib. VIII. verſ. 318.* ita canentem:

Tunc bene re geſta cunctisque in pace locatis,
Cæſaris a facie cum tellus tota fileret,
Militiæ partem placuit dimittere caſtris.
Auſtricus Allobrogum dux cum duce rexque Bohemus
Pannoniæque ſimul ſub eodem rege cohortes
Et Moguntino proceres cum præſule multi
Rege ſalutato, meritis et laude venuſti
Diſcedunt caſtris, conuerſaque caſtra ferentes.

Vnde etiam adhuc hodie *eccleſiaſtici* pariter ac *ſeculares principes* ad *onera publica imperii* ferenda, et contribuenda ea, quæ ad neceſſitatem imperii pertinent, ceteraque munia, quæ ex lege iisdem incumbunt, ſubire tenentur, prout etiam in reſcripto CALIXTI II. ſupra relato, prouiſum eſt. Conf. ITTER. *de feud. imp. c. XIX. §. 16. et ſeq.* Interim *obligatio feudalis* hodie non tam arcta eſt, vt ipſimet *in perſona* in militiam abire cogantur, cum nequidem ſeculares principes ad id teneantur, ſed ſufficiat, ſi idoneum militem imperatori ſubmiſerint, quem hodie ipſimet alunt.

§. CII. Sicuti vero imperator eſt dominus feudi, ita quoque iudex feudalis eſt, iuxta antiquiſſimum morem Germaniæ, de quo GVNTHERVS *lib. VIII. verſ. 630.* ita canit: Vaſalli eccleſiaſtici in cauſis feudalibus coram cæſare conveniendi.

Inter vaſallos vnius forte patroni
Quæſtio de feudo quotiens agitatur eodem,
Quo feudi domino gaudent, hoc iudice certent.

Nec

Digitized by Google

Nec dubium eſt, quin etiam *vaſalli eccleſiaſtici* coram cæſare conueniri poſſint, cum tanquam *vaſalli* et *principes imperii*, non tanquam epiſcopi conueniantur, imperioque ſubſint, prout *lib. II. tit. II. §. 68.* obſeruaui. Conf. ITTER. *de feud. imper. c. 25. §. 4.* Nec illi audiendi ſunt, qui *tempore interregni* papæ ius cognoſcendi de cauſis feudalibus attribuunt, vt quos recte redarguit SCHRADER. *de feud. P. X. ſect. 3. n. 174.* cum papæ nihil iuris in feuda imperii competat.

Felonia a prælato commiſſa non nocet eccleſiæ.

§. CIII. Denique ſi prælatus deliquit in cæſarem, vt feudo privandus eſſe videatur, *eccleſiæ*, quæ *principalis vaſallæ* vicem gerit, hoc præiudicare nequit. Ait feudiſta *II. feud. 40. in f. Item ſi clericus, veluti epiſcopus, abbas, beneficium habens a rege datum non ſolummodo perſonæ, ſed eccleſiæ, ipſum propter ſuam culpam perdat: eo viuente et eccleſiaſticum beneficium vel honorem habente ad regem pertineat; poſt mortem vero eius ad ſucceſſionem eius reuertatur.* Rationem ſuggerit OTTO FRISINGENSIS *§. CII.* citatus, quod *regalia non perſonis, ſed eccleſiis perpetualiter a principibus tradita ſint*, quorſum etiam collineat CRAGIVS *lib. III. de feud. h. t. 6. §. 9. Non enim*, ait, *eſt illud feudum prælati, ſed eccleſiæ, cuius prælatus eſt tantum adminiſtrator.* Hic effectus ſane liquidiſſime docet, *prælatos* magis *pro vaſallorum* faciem gerere, *eccleſiam* autem ipſam *principalem* eſſe imperii *vaſallam*, quæ delictum ſui pro-vaſalli luere non debet. Vlterius imperator progredi, nec aliud quid in prælatum vaſallum ſtatuere poteſt, propter dignitatem eccleſiaſticam, qua muniti ſunt, quæque non permittit ex principiis iuris canonici, vti nulla interueniente degradatione, ſecularis poteſtas in clericum animadvertere poſſit; ſola priuatio regalium cæſari tantum relicta eſt.

TITVLVS XXI.

DE PIGNORIBVS ET ALIIS CAVTIONIBVS.

§. I.

Tacitum pignus afficit bona eccleſiaſtica pro debitis eccleſiæ.

Pignoris conſtitutio *alienationibus* accenſetur, qua de cauſa in rebus ſacris aut eccleſiaſticis non aliter locum habet, quam interuenientibus *ſolennibus* debitis. *Tacitum pignus* excipio, quod ex diſpoſitione legis ſpeciali bonis iniicitur, adeoque ea etiam afficit bona, quæ

Digitized by Google

quæ alias libere alienari nequeunt, quatenus ſunt in debitoris patrimonio. Sunt *bona eccleſiaſtica* non in patrimonio clericorum, ſed *eccleſiæ*, et conſequenter non pro illorum, verum huius debito tacito pignori in caſibus a iure determinatis ſubſunt, exemplo bonorum feudalium. Quæ a legum ciuilium obligatione, intuitu horum bonorum ceſſante, adferuntur argumenta, aliquoties iam ſunt reiecta.

Quatenus res eccleſiæ pignori ſubiici poſſint.

§. II. Pignus *expreſſum* in rebus eccleſiaſticis conſtituitur vel ab *eccleſia*, vel *clericis*. Prius ſi fit, obſeruanda ſunt monita, quæ *tit. XVI.* §. *XXXV.* ordinis gratia, hac de materia iam adduxi. Multo difficilius *res ſacræ* pignori traduntur, quod nec aliter, quam iuſtiſſima neceſſitate vrgente, fieri poteſt, quod rurſus ex iis, quæ *tit. XIII.* §. *III.* dicta ſunt, fluit. Quod ſi rector eccleſiæ *pro ſua neceſſitate* tales res, veluti calicem etc. obligauerit, ipſa quidem oppignoratio non valet, et poteſt ſucceſſor, nequidem reddito pretio, illas vindicare. Si tamen benignius agere velit cum creditore, compellere poteſt heredem, vt illos redimat, et eccleſiæ reſtituat, quo in ſenſu accipio decretum ALEXANDRI III. *in c. 3. X. h. t.*

Clerici reditus præbendæ ſuæ obligare poſſunt.

§. III. Diuerſa forſan eſt quæſtio, *annon clerici fructus beneficiorum ſuorum hypothecæ ſubiicere poſſint, vt ex iis creditoribus ſatis fieri queat?* Equidem (I.) Panormitanus abbas NICOLAVS DE TVDESCHIS in *cap. peruenit. 2. X. de fideiuſſ. num. 12.* exiſtimat, clericum non poſſe obligare *reditus futuros* ſui beneficii, niſi contraxerit pro *vtilitate eccleſiæ:* illud tamen alii reſtringunt ad eum caſum, vbi fructus ſui beneficii ita obligauit, vt ipſe poſtea egere debeat, *quia*, aiunt, *fructus beneficiorum debent deſeruire ipſi clerico, vt habeat cauſam deſeruiendi eccleſiæ in diuinis*, vt ait ADDITIONATOR *in not. ad Panormitan. cit. c.* Verum ſicuti poſterior ſententia præſupponit caſum, quo clerici ita ſunt obærati, vt *ſoluendo non ſint*, et ita, *an habeant beneficium competentiæ?* in diſceptationem veniat, de qua ad *tit. de ſolut.* agendum eſt: ita in eo caſu, quo adhuc *ſoluendo ſunt*, quo egere non debent, nulla occurrit ratio, quare reditus ſuorum beneficiorum non poſſint oppignorare, cum eosdem poſſint conſumere, alienare, eorumque domini ſint. Sicuti vaſallo haud prohibitum eſt, fructus feudi, qui *allodiales* ſunt, nexui hypothecæ ſubiicere, vtut ipſum feudum oppignorare nequeat; ita eadem ratione clericis non interdictum erit, *fructus* ſuorum beneficiorum obligare, vtut *fundum ipſum eccleſiaſticum* oppignorare non poſſint. Accedit, quod ſecundum *c. 2. X. de fideiuſſ.* clerici debitores iubeantur *de reditibus beneficiorum ſuorum exſoluere*, et quod, hoc non

facto, creditores in eos immitti queant. In hanc ſententiam recte iuſt KLOCK. *tom. I. conſil.* 35. *num.* 232. aſſerens: Alſo können auch die fünf Herren Canonici, und deren capitularen, da keine mehr dazumalen in reſidentia geweſen, nicht mehr als commoditatem, et facultatem percipiendi fructus præbendarum, et eccleſiaſticorum beneficiorum, Zeit ihres Lebens, inſtar vſufructuariorum, quibus aſſimilantur, wohl verkaufen, verſetzen, und darauf ein Stück Geldes zu ihrem Unterhalt erborgen. Præterea (II.) inde dubium natum eſt, quod plures negauerint, clericos fieri *dominos fructuum*, vt obſeruaul *tit. de præbend.* § *CCXXII. p.* 457. Prolixum admodum foret, argumenta eorum examinare et recoquere, quare ſufficere credidi, ſi venas huius controuerſiæ ſaltim aperirem. Exiſtimarunt patres, eccleſiaſtica bona eſſe *patrimonium pauperum*, et in horum ſubſidium primordialiter conſtituta, quorum ſententias collegere THOMASSIN. *de vet. et nou. eccleſ. diſcipl. P. III. lib. III. c. 26. ſeqq.* et LAVNOIVS *de cura eccleſiæ pro miſeris et pauperibus.* Inde ſtatuerunt, (1) illos tantum clericos ex penu eccleſiæ eſſe ſuſtentandos, quibus alia *bona propria* non ſuppetunt *c. 6. C. 1. qu. 2.* (2) clericos reditus earum non vlterius ſuos facere poſſe, quam ad *vitæ neceſſitatem*, adeoque liberam circa eos diſpoſitionem non habere. Sed poſtquam bonorum eccleſiaſticorum ratio immutata, et clericis titulo *beneficii* vel *præbendæ* aſſignata fuere, hæ rationes dubitandi ceſſarunt, maxime hodie, quo *inter viuos* liberam diſpoſitionem clericis adſcribunt. Præterea nullum præceptum exſtat diuinum, quod proprietati horum fructuum reſiſtat, et quod diſpoſitionem de his fructibus adimat clericis, vt nec diffitetur NONIVS ACOSTA *de priuileg. credit. reg. 2. ampl. 4. n. 55.* quod optime quoque vrget, et plenius demonſtrat SARPIVS *in tr. de benefic. art. 52.* Conf. KLOCK. *cit. l. n. 240. ſeq.* Hoc tamen reſtringendum eſſe arbitror ad *reditus prædiorum*, ſeu *præbendarum*: indecens enim et honeſtati clericorum haud conueniens foret oppignoratio redituum, qui ex *nummo confeſſionario*, aliisque *iuribus ſtolæ* prouenirent, ſicuti horum locatio merito reprobatur a BRVNNEM. *lib. II. iur. eccl. cap. 15. n. 8.* quod ſupra iam *tit. locati* monui.

Refellitur dubium, inde natum, quod clerici non ſint domini fructuum.

Inde creditores in fructus beneficii immitti poſſunt.

§. IV. Effectus *conſtitutæ hypothecæ* in fructibus beneficiorum eccleſiaſticorum eſt, vt *creditores in reditus horum bonorum immitti*, et ex iis ſatisfactionem ſuam quærere poſſint. Non diutius tamen illa durat, quam quatenus viuit debitor, cui bona eccleſiæ per *modum beneficii* ſunt aſſignata. Idem quoque in *feudis*, quibus aſſimilantur quodammodo *beneficia eccleſiaſtica*, vſu venire ſolet; quamuis enim nec ſub-

ſubſtantia feudi oppignorari queat, *fructus* tamen, qui *allodialium* iure cenſentur, licite pignorantur, et in eos creditores immittuntur. KOHL. *de ſeruit. feudal. P. I. n. 77. ſeqq.* B. STRYK. *de cautel. contr. ſect. II. c. 4.* §. *13.* Loco immiſſionis quoque decerni poteſt *ſequeſtratio fructuum prædendalium*, hoc fine facta, vt ſequeſter ex fructibus ſatisfaciat creditoribus. Hoc in ſimilibus caſibus admittit ius canonicum, *c. 2. X. de dol. et contumac.* et præterea eo magis ſuadendum, cum ita præcaueatur, ne quid a creditoribus auaris in præiudicium eccleſiæ fiat, qui admodum ſuſpecti ſunt de dilapidatione bonorum, cum nihil magis intendant, quam reditus quomodocunque corradere, et in ſuos vſus applicare.

Vel ſequeſter conſtituitur.

§. V. Quæ cum ita ſint, clericis, mole æris alieni grauatis, haud videtur interdictum, quo minus *agros parochiales* eccleſiaſticosque creditoribus ſuis poſſidendos tradere poſſint, vt eos *in compenſationem debiti* ad certum tempus poſſideant, fructusque in hunc finem percipiant, quia hoc pacto non tam ipſe fundus eccleſiaſticus, quam *fructus* pignori dati videntur. Hoc pactum fundatum eſt in *l. 39. D. de pign. act.* clerico debitori autem talem conuentionem permiſſam eſſe, patet vel inde: tum quod fructus prædiorum eccleſiaſticorum creditori *oppignorare* poſſit, id quod non alium effectum habere poteſt, quam vt etiam eos percipere queat, ſi debitum non ſoluatur; tum etiam quod *locatio* horum prædiorum ei non ſit interdicta, quæ in effectu ſub tali pacto latitare videtur; *arg. l. 14. C. de vſur.* tum denique, quod *vſufructuario* hoc quoque permiſſum ſit per §. *1. in f. I. de vſu et habit.* Accedit, quod vaſallus etiam inſcio domino creditori feudum in antichreſin hanc concedere, vel fructus in ſolutum dare queat, KOHL. *de ſeruit. feud. P. I. n. 70. et 77.* præſertim cum nullum inde præiudicium domino contingat. STRYK. *de cautel. contract. ſect. II. c. 4.* §. *14.* Ceterum ſicuti, exſtincto *vaſallo* absque liberis, creditorum ius quoque ſtatim exſpirat, cum reſoluatur ius dantis; *l. 31. D. de pignor.* ita quoque, mortuo *clerico* debitore, ſtatim huiusmodi fundi eccleſiaſtici in antichreſin temporariam dati reuertuntur ad eccleſiam, et ſucceſſori reſtituendi ſunt.

Fundi parochiales in compenſationem debiti creditoribus tradi poſſunt.

§. VI. Præterea etiam inde illud fluit, ſi vel maxime nulla hypotheca in reditus præbendæ commendaturæque adſignata ſit, condemnato tamen clerico, *executionem* fieri poſſe in fructus et reditus beneficiorum, per *c. 2. X. de fideiuſſ.* ibi: *Si vero ad veſtram iuſſionem non egerint, vos auctoritate apoſtolica freti, de eorum reditibus præſcripta debita faciatis appellatione remota R. ſolui, et damna, quæ idem R. propter hoc pertulerit, reſarciri, aut procuratori eius prædictos reditus adſignetis, tam-*

Quomodo fiat executio contra clericum debitorem?

diu ſine moleſtia detinendos, donec ipſa damna reſarcita fuerint, et debita ſine diminutione ſoluta. Quod in *c. 3. X. eod.* confirmatur, vbi pontifex *in f.* iubet delegato, *vt reditus clerici debitoris in debitorum ſolutionem conuertat, quousque fuerit debitoribus ſatisfactum.* Conf. COLER. *de proceſſ. execut. P. II. c. 3. num. 176.* Ipſemet PANORMITANVS *in cap. 10. X. de teſtam. num. 27.* addit, quod *alioquin clerici non inuenirent, qui ſibi crederent, et ſic eſſent quaſi Iudæi inter Chriſtianos, cum tamen probant omnes, quod ſæpe opus eſt, ab illis mutuare.* Barbare quidem, aſt vere dictum. Equidem ipſe *cit. l.* diſtinguit, vtrum clericus debita contraxerit *pro ſua ſuſtentatione*, vt ſe aleret, an vero *pro alia neceſſitate*, vt pro reparandis ædibus propriis. *Illo* caſu putat, de fructibus beneficii ſatisfaciendum eſſe creditoribus, non vero *hoc*, cum debeant fructus diſpenſari ad eum vſum, ad quem fuerunt inſtituti, adeo, vt, ſi contrarium fiat, talis diſpenſatio reuocetur. Sed hæc diſtinctio admodum friuola eſt, et eo magis reprobanda, quod crediderit ABBAS Panormitanus, clericos libere diſponere non poſſe de reditibus beneficiorum ſuorum, cuius contrarium iam ſupra deductum eſt. Adhuc abſurdior vero eſt reſponſio eius ad *cit. c. X. de fideiuſſ.* quo non diſponi putat de reditibus beneficii, ſed patrimonii: cum tamen, ſi *c. 3. X. eod. in f.* conſuluiſſet, expreſſe pontifex diſponat, quod de *fructibus beneficii* creditori ſatisfieri debeat. Nec obſtat, quod in *cit. cap. 2.* ſimul delegatis iniungatur, vt clericos debitores contumaces ab officio et beneficio ſuſpendere debeant; hoc enim, vt recte animaduertit GONZALEZ *ad cit. cap. 2. n. 5.* intelligendum, poſtquam fideiuſſori ſatisfactum fuerit. Accedit, quod in *cit. c. 3.* indiſtincte diſponatur de *reditibus beneficii*, in debitorum ſolutionem conuertendis, cum alioquin pontifex in deciſione ſua prius inquirere debuiſſet, in quem finem debitum tale fuiſſet contractum, cuius diſquiſitionem tamen plane omittit. Hoc tamen facilius admitti poteſt, executionem non tam facile *in reditus eccleſiaſticos* eſſe faciendam, ſed tunc potiſſimum, ſi alia bona deficiant: cum regulariter *executio* in *ſtipendia* demum fiat *in ſubſidium, l. 4. C de execut. rei iud. l. 40. D. de re iud.* CARPZ. *P. I. c. 29. def. 32.* BERLICH. *P. I. concl. 74. n. 33.* beneficia autem clericis dentur in ſtipendium et mercedem ſeruitii et laboris. *c. f. in reſcript. in 6.* Nec denique illi audiendi ſunt, qui exiſtimant, dictos textus loqui de *ſpeciali conceſſione pontificis*, extra quam executio in fructus canonicales fieri nequeat: pontifex enim reuera ſecundum *principia iuris communis* philoſophatur, et qui hanc ſententiam fouent, in illa

Pro quouis debito fit executio in fructus præbendæ.

In ſubſidium et defectu aliorum bonorum.

per-

Digitized by Google

peruerſa hæreſi hærent, clericos non eſſe dominos redituum, quod tamen falſum eſſe, agnoſcunt GRANNANIETTO *ad cit. cap. 2. n. 6.* et BARBOSA *eod. n. 10.* Eadem de cauſa ſi prouentus clerici debitoris in certo *ſalario* conſiſtat, non dubium eſt, quin immiſſio in eius ſalarium fieri poſſit: MARTINI *ad proceſſ. Saxon. tit. 29. §. 5. n. 34.* cum generaliter executio etiam in ſalarium fieri queat. CARPZ. *cit. l.* BERLICH. *d. l.* Inde etiam in ſubſidium arreſtum ſalario imponi poteſt, quippe quod eſt executionis ſpecies. CARPZ. *cit. l. in f.*

§. VII. Non alia autem bona capi, et executioni ſupponi poſſunt, quam quæ *iure beneficiario* clerici tenent, vel alias iis aſſignata ſunt. Sicuti enim eccleſia non tenetur ſoluere clericorum debita, prout *tit. de ſolut.* dicendum erit, ita quoque in eius bona alia, quæ ad *præbendam* vel *beneficium* non ſpectant, immiſſio fieri non poteſt. Olim per abuſum id quandoque factum fuiſſe, prohibitiones in contrarium factæ docent. Credebatur, *patrimonium eccleſiæ* eſſe *patrimonium clericorum* qua talium, quod ſupra etiam ex quorundam principiis obſeruaui *tit. de præbend. §. XXIX. ſeqq.* adeoque inde concluſerunt, in *bona eccleſiaſtica quæuis* immiſſionem decerni poſſe. Prohibitum id ipſum eſt in *ſynodo Bambergenſi* ſub epiſcopo HENRICO III. anno 1491. celebrata, et a LVNICHIO *tom. II. ſpicil. eccleſ. p. 75. ſeqq.* relata, cuius *tit. XXIII.* hac de re ita cauetur: *Prohibemus etiam, vt nullus propter debitum, aut fideiuſſoriam obligationem ſingularis perſonæ alicuius eccleſiæ eccleſiaſtica bona capiat, vel quæ ad eccleſiam et capitulum ipſius eccleſiæ pertinent. Qui vero contra fecerint, niſi moniti, infra quindenum a die monitionis numerandum, bona huiusmodi reſtituerint eccleſiæ vel capitulo, ad quos pertinent, excommunicationis latæ ſententiæ, quam ex nunc ferimus, ſubiacere volumus ipſo facto.* Quamuis enim bona eccleſiaſtica ex principiis quorundam dicantur eſſe *patrimonium vniverſitatis clericalis*, minime tamen vniuerſitas debet, quod ſinguli debent, nec ob debita ſingulorum in bona vniuerſitatis recte decernitur immiſſio. Cetera, quæ de *antichreſi* in *hoc tit.* occurrunt, reſeruabo ad *tit. de vſuris*, ex qua doctrina deciſiones hic allatæ in *c. 4. X. h. t.* fluunt.

In alia bona eccleſiaſtica ob debita clericorum non fit executio.

TITVLVS XXII.

DE

FIDEIVSSORIBVS.

§. I.

Clericis a quibusdam interdictam esse fideiussionem, asseritur.

Plurimorum hæc est doctrina, clericos *fideiubere* haud posse, sed ipso iure tutos esse. Id ipsum colligunt interpretes ex *nou. 123. c. 6.* vbi expresse dicitur, *quod contra fideiussores clericos creditoribus nulla sit danda actio*, quod etiam repetitum videtur in *nou Leonis 86.* et communi Dd. sententia firmatur, quam tuetur HERING. *de fideiuss. cap. 7. n. 239. seqq.* BRVNNEM. *lib. II. de iur. eccles. c. 15. §. 32.* FRANCISCVS NIGER CYRIACVS *contr. for. 212. n. 9. sqq.* LAVTERB. *ad tit. de fideiuss. §. 13.* Argumenta varia hanc in rem adducuntur.

Cuius sententiæ argumenta referuntur.

Primum trahitur ab *interces sionibus feminarum;* quo posito, etiam ex aliis intercessionum speciebus clerici haud erunt obstricti. Ita ratiocinatur HARMENOPVLVS *in promtuar. lib. III. tit. 6. §. de muliere. vers. nec clericus*, vbi contendit, indistincte clericos comparari feminis in hoc, vt fideiubere nequeant, quo ipso SCti totius vigor eis applicandus erit. Alias etiam in pluribus aliis articulis clerici paria cum feminis iura habent. Sic cum feminis geradam capiunt iure Saxonico: eodem ritu iurant: in feudis olim non succedebant, et quæ sunt his similia. *Alterum* trahunt ex *textibus iuris ciuilis* iam adductis, cum quo *ius canonicum* conspirare probabile est, præsertim cum inter vtrumque ius non sit statuenda differentia, et minime probabile sit, iure canonico priuilegia clericorum diminuta fuisse. Proinde inter protestantes etiam hoc priuilegium clericis, ex fideiussione obstrictis, denegandum haud esse, censet B. STRYKIVS *in V. M. ad tit. de fideiuss. §. 3.* Nec de iure canonico hac de sententia dubitandum esse, colligunt *ex can. apost. 19.* quem alii *20.* dicunt, in quo cauetur: *Clericus, qui fideiussorem dat, deponitor.* In *c. 29. C. 2. qu 1.* inter alias qualitates, quæ in episcopo desiderantur, hæc quoque ponitur: *ne fideiussor existat.* In *c. 1. X. de fideiuss.* hic occurrit canon: *Clericus fideiussionibus inseruiens abiiciatur.* Ex quo quidam *generalem* prohibitionem, alii vero tantum *particularem* colligunt. Vid. BARBOSA *ad cit. c. 1. n. 2.* GONZALEZ. *ad d. c. 1. n. 3.*

§. II.

Digitized by Google

§. II. Huic regulæ tamen varias *limitationes* ſubiungit HERINGIVS *de fideiuſſor. c. 7. n. 249. ſqq.* quæ fere regulam deſtruunt. Videlicet, (1) ſi clericus fideiuſſerit, et contra eius perſonam poſtea *nihil exceptum* ſit, quod tamen IDEM in dubium vocat: (2) ſi *neceſſitatis et pietatis cauſa* fideiuſſionem ſuaſerit: (3) ſi clericus *pro vtilitate ſuæ eccleſiæ* fideiubeat: (4) ſi clerici *pro ſe inuicem* fideiubeant. Nam in *c. 2. et 3. X. de fideiuſſ.* referuntur caſus, ex quibus apparet, clericos *ex fideiuſſione* ad ſoluendum condemnatos eſſe, quod ideo factum fuiſſe ait HERING. *cit. l. num. 252.* quod clericus pro aliis clericis fideiuſſerit. Ergo erga ſe inuicem opus miſericordiæ exercere non prohibentur; bene tamen erga *laicos*, quæ philoſophia ICto et interprete certe indigna eſt. Sed tamen præſidium pro hac ſententia præterea petunt ex *l. 33. §. 2. C. de epiſc. et cler.* vbi clerici conuenti non alios, quam eccleſiæ propriæ defenſores, ſeu quos *œconomos* appellant, fideiuſſores præbere debent, *ne, dum executoris pertinax et auara proteruitas, extraneos et idoneos fideiuſſores flagitat, multiplex innoxiæ paupertati infligatur incommodum.* Verba hæc docent, in beneficium ſingulare hoc clericis datum fuiſſe, ne forſan clerici, quibus alii fideiuſſores deſunt, ab aduerſariis ſuis nimium vexentur. Limitationes huius prohibitionis vulgatæ.

§. III. Verum nullam immunitatem clericis ex his, quæ allata ſunt, tribui poſſe arbitror. Nam *nouell. 123. c. 6.* non omnem clericorum, ſed illam tantum damnat fideiuſſionem, quæ *pro exactionibus fiſcalium functionum, aut conductione publicarum et alienarum poſſeſſionum, aut curatione domus, aut procuratore litis* ſuſcipitur. Id docent verba *cit. nouell.* Sed *neque fieri ſuſceptorem aut exactorem fiſcalium functionum, aut conductorem publicarum aut alienarum poſſeſſionum, aut curatorem domus, aut procuratorem litis, aut fideiuſſorem* PRO TALIBVS CAVSIS *epiſcopum* etc. *finimus*: et in *fin. c. 6. Aut fideiuſſores pro* MEMORATIS CAVSIS *ſuſcipiantur.* Cum enim adminiſtratio ſecularium negotiorum illis interdicta ſit, congruum quoque viſum fuit imperatori, *fideiuſſionem* illam nullam declarare, quam clerici *pro memoratis cauſis* ſuſcipiunt, ne per indirectum ex his cauſis, ex quibus obligari nequeunt, obligentur. Cum ergo hic adſit *exceptio*, *regula* in contrarium formanda eſt, quod regulariter clerici ex *fideiuſſionibus* obligentur. In *nouell.* LEONIS *86.* ſponſiones clericis prohibentur, quæ ſane *fideiuſſiones* non ſunt, nec tamen ibi nullæ dicuntur; quamuis huius, ſi vel maxime *fideiuſſiones clericorum* annullaret, ratio habenda non eſſet, cum LEONIS *nouellæ* vim iuris hodie non habeant. Quæ cum ita ſint, facile Generalis prohibitio negatur. Quæ tantum reſtringenda ad certos caſus, et ſic regula in contrarium formanda.

cile liquet, a caſu *particulari* nec generale argumentum ſtrui, nec ab *exceptione* regulam formari poſſe. Nihilominus tamen diſſentientes ſe recte philoſophari iudicant, ob *generalitatem rationis*, quæ in *nou. 123. c. 6.* reperitur, *vt non per hanc occaſionem et ſanctis domibus damnum fiat, et ſacra miniſteria impediantur.* Sed hæc ratio tantum reſpicit *adminiſtrationem rerum ſecularium* principaliter ibidem prohibitam, ad quam omnino applicari poteſt. Alias vero per ſimplicem fideiuſſionem nec ſacra miniſteria impediuntur, nec eccleſiis damnum infertur, quia ita etiam ab aliis contractibus clerici eſſent excludendi.

Obiectio a rationis generalitate deducta refellitur.

§. IV. Nec *ius canonicum* fideiuſſiones clericorum prorſus ſuſtulit, ſed potius easdem obligatorias eſſe ſuppoſuit. Etenim in *c. 2. X. de fideiuſſ.* expreſſe ſupponitur, clericos fideiuſſores *coactos* fuiſſe ad ſoluendum debitum fideiuſſorium; nec tamen eam ſententiam pontifex reuocat, reuocaturus ſine dubio, ſi fideiuſſio eorum nulla fuiſſet, quod etiam in *c. ſeq. 3. eod.* ſupponitur. Nec vlla ratione euinci poteſt, ideo fideiuſſioni robur adſcriptum fuiſſe, quod *clericus pro clerico* interceſſerit; fundat ſe hæc interpretatio in erroneo principio, quod generatim fideiuſſio clericorum vinculo iuris omni deſtituta ſit, id quod tamen de iure canonico demonſtrari nequit. Qui in contrarium adferuntur textus, vel *ſpurii* ſunt, nec annullant fideiuſſiones, vel plane de fideiuſſionibus clericorum non loquuntur. *Canones* ipſi *apoſtolici*, vt vocantur, ſunt ſubleſtæ fidei, nullumque idoneum inde argumentum ſtrui poteſt; quid? quod in *cit. can. 19.* nequidem fideiuſſio annullatur. Alter textus ex *c. 29. C. 2. qu. 1.* deſumtus eſt ex quisquiliis ISIDORI, vt docet BLONDELLVS *in Pſeudo-Iſidoro p. 4.* nec tamen fideiuſſiones annullat, ſed tantum monet, ne clerici fideiuſſores exiſtant. Monita non ſunt leges annullantes. Nec nobis obſtat *c. 1. X. de fideiuſſ.* vbi ita: *Clericus fideiuſſionibus inſeruiens abiiciatur.* Textus ex *concilio Cantuarienſi* deſumtus dicitur, vt rubrica indicat; ſed, vt plerique interpretes iudicant, videtur ipſe *canonem 19.* vel *20. apoſtolicum* referre; imo ſi coniectura hæc fallit, de *clerico fideiubente* vix videtur loqui. Adhuc ipſa lectio dubia et anceps eſt. Alii legunt: *fideiuſſoribus inſeruiens;* alii: *fideiuſſionibus inſeruiens.* Vid. PITHOEVS *in not. ad h. cap. lit. d.* In priori et poſteriori ſignificatu ſermo eſſe videtur de iis clericis, qui *fideiuſſiones procurant, conciliant*, et inſtar *proxenetarum* ſunt. Poterant clerici variis ſub perſuaſionibus allicere laicos ad fideiubendum, pretio forſan vel precibus a debitoribus corrupti, quo ipſo ordini ſuo turpitudinis quandam inurebant notam; non dubium enim eſt, quin fideiuſſores, ab ipſis inducti,

Nec ius canonicum clericorum fideiuſſiones annullat.

Ne quidem in. c. 1. X. h. t.

Quod de iis, qui procurant fideiuſſiones, loquitur.

et

et ad ſolutionem poſtea coacti, grauiſſimas contra iſtos querelas moturi ſint. Proxima eſt huic interpretatio, quam affert GRANANIETTO *in catena iur. ad cit. cap. 1.* qua cenſet, eos reprobari clericos, qui principaliter *ſpe lucri* fideiuſſores ſe præberent, et ſic quaſi fideiuſſionibus inſeruientes, ſeu *debitorum proxenetæ*, quod illicitum clericis et animaduerſione dignum erat. Minus probabilis vero eſt GONZALEZII *ad c. alleg. num. 4.* adducta ſententia, qua credit, in *cit. can.* agi de *frequentiore vſu fideiuſſionum.* Quicquid vero ſit, in eo conueniunt, in *d. cap.* non tradi *regulam*, ſed *exceptionem*, vt in *nouell. 122. c. 6.* adeoque inconueniens admodum fuit, *regulam* ab *exceptione* petere.

§. V. Vnde multo minus clericos inter proteſtantes hoc priuilegio gaudere, adſeri poteſt. Mouet hanc quæſtionem HERING. *cit. c. 7. n. 269.* putatque, clericos, *A. confeſſioni addictos*, a clericis Romanæ eccleſiæ ſeiungendos eſſe, quod ſecularibus negotiis iis non ſit interdictum et quod alia ſit illorum, ac quidem veterum conditio, quod etiam admittit Dn. LYNCKER. *deciſ. 257.* Vt rationes HERINGII prolixe examinem, non eſt neceſſe; ſufficit, nullam adeſſe prohibitionem regulariter, quod etiam catholicos concedere dictum eſt. Ex quo nec clerum pontificium a nexu fideiuſſionis in praxi *regulariter* immunem eſſe, concludi poteſt. Imo ſi vel maxime inter catholicos praxis obtineret diuerſa, inde tamen ad praxin proteſtantium argumentum ſimpliciter trahi non poſſet, quoniam apud nos nulla lege prohibentur ſe obligare ex quocunque contractu, et quamuis *commercia* illis non ſint ſimpliciter conceſſa, vt oſtendit Dn. GRASS. *in diſſert. de cleric. negotiat. prohib.* fideiuſſio tamen proprie ad *negotiationes* referri nequit, quia alioquin ab omnibus aliis contractibus excludi deberent, quod falſum eſſe experientia docet. Quid? quod, ſi *negotiationes* exerceant, obligatio tamen inde contracta vigorem ſuum non amittit. Nec vllam vim probandi habet ratio STEPHANI *ad nou. 123. c. 6.* adducta, qua generatim fideiuſſiones clericis eſſe interdictas contendit, quod, quia clerici diuinis officiis vacare continenter debeant, inidonei fideiuſſores fiant in diuerſo genere occupationis. Nam (1) non omnis fideiuſſor *inidoneus* eſt ſtatim *inhabilis:* (2) hæc ratio ſi quid roboris haberet, faceret, vt ne quidem pecuniam mutuam dare aut accipere poſſent: (3) petiit hanc rationem ex *nou. 123. cap. 6.* quæ tamen tantum dirigitur ad *negotiationem publicam*, quæ non æque cum *officio clericali* ſubſiſtere poteſt, ad fideiuſſiones autem, qua tales, applicari nequit. Inde quoque patet, limitationes ſupra ab HERINGIO

Inter proteſtantes clerici fideiuſſores hoc priuilegio non gaudent.

Rationes obſtantes reiiciuntur.

adductas vanas esse, et præsupponere prohibitionem legis, quam finxit, non vero probauit.

Clerici sunt quidem habiles ad fideiubendum, sed non semper idonei.

§. VI. Denique nonnulli ex dissentientibus confundere videntur duas quæstiones: (1) vtrum clerici sint fideiussores *habiles*, an *inhabiles*? h. e. an ex sua fideiussione obligentur? (2) Vtrum vbique sint *idonei*, ita vt creditori, cui cautio est præstanda, possint idoneam præstare cautionem? quod quandoque negandum. Quæstio hæc imprimis tunc emergit, quando *de iudicio sisti*, aut *iudicatum solui* cauere volunt in foro seculari, vbi merito in dubium vocari potest: *annon ab actore possint recusari, tanquam inidonei et foro alieno subiecti?* Quod omnino affirmatur, quoniam in genere actores tales fideiussores recusare possunt, qui gaudent præscriptione fori. *l. 7. pr. D. qui satisd. cog.* Neque enim asseri potest, clericum, qui pro laico *iudicatum solui* cautionem, in foro seculari, præstitit, eius debiti intuitu in eodem conueniri posse, quia hac fideiussione sibi non præiudicat in foro: adeo, vt quamuis fideiubeat etiam pro clerico coram alio iudice ecclesiastico, coram eo conueniri nequeat, sed tantum coram suo competente iudice. SVRDVS *consil. 396.* GRATIAN. *disceptat. forens. tom. I. c. 8. num. 29. 30.* Hoc satis liquidum est, *cit. l. 7.* vbi non aliter *extraneus* fideiussor idoneus esse dicitur, nisi sese declarauerit: *se non vsurum fori priuilegio, si conueniatur.* Idem confirmatur in *l. 1. D. si quis in ius vocat.* vbi dicitur, quod fideiussor, qui cauit *de iudicio sisti*, non tamen suppositus est iurisdictioni illius, qui de *causa principali* cognoscit, pro non dato haberi debeat, nisi suo priuilegio specialiter renunciauerit. Quod si itaque *præscriptioni fori* renunciauerint clerici, etiam *idonei fideiussores* dicendi erunt, saltem inter protestantes. Nam de iure canonico nequidem cum *iuramento* forum prorogare possunt, quod magis iuri *publico* quam *priuato* renuncietur, nec hoc priuilegium *singulis*, sed *toti ordini* datum sit, cui tali renunciatione præiudicari videtur. Verum hæ rationes sunt admodum imbecilles, nec inter protestantes admitti debent. IVSTINIANVS olim in *l. 51. C. de episc. et cler.* hanc prorogationem omnino admisit. Pontificis vero philosophia, huic dispositioni contraria, non concludit, quia fori priuilegium, quod collegiis, et sic singulis de collegio concessum est, hanc renunciationem non excludit, quod vel ex collegio *ministrorum principis* euidens est. Huic concessum est priuilegium fori, et tamen singulis non est interdictum, priuilegio suo renunciare, præsertim cum hæc renunciatio non vergat in præiudicium totius collegii. Conf.

STEPHA-

Digitized by Google

STEPHANI *de iurisd. lib. I. c. 22. n. 35.* B. STRYK. *de cautel. contr. sect. 1. c. 5. §. 19. in f.* ZIEGLER. ad LANCELLOT. *lib. III. tit. I. §. 4. verb. pactionibus.* LYNCK. *ad tit. X. de for. compet.*

TITVLVS XXIII.

DE SOLVTIONIBVS.

§. I.

Agitur hic tum de clericis, qui ipsimet debita contraxere, tum qui clerico debitori succedunt.

Duo potissimum momenta in *hoc titulo* pertractantur, quæ paulo specialius secundum mores hodiernos explicanda sunt. Primum concernit *clericos*, qui ipsimet *debita* contraxere, quibus varia priuilegia indulgent, siue adhuc soluendo sint, siue soluendo esse desierint, per *c. Odoardus 3. X. h. t.* Alterum concernit *successores*, quatenus antecessoris debita soluere obstringuntur, de quo *c. 1. X. h. t.* agitur. Occasione primi membri subiungam Dd. traditiones de variis priuilegiis, quæ *debitoribus clericis* tribuere solent.

An clerici literis cambii se obligare possint?

§. II. Primum in eo habent priuilegium, quod quædam debita in eorum persona vim suam et vigorem amittant. Nam (I) de *debito cambiali* dubitant, an clerici quoque *literas cambii* aliis dare possint; et si dederint, an inde valide obligentur, vt *per modum arresti* contra eos procedi queat? Sane qui literas cambii super debito alicui tradit, se obligat *per indirectum* ad carceres, et *beneficio competentiæ* et *cessionis* renunciare videtur. Docet id ipsum natura *processus cambialis*, quæ tam amara et stricta est, vt, qui statо tempore non soluit, statim post recognitionem carceribus mancipetur. B. LVDOVICI *in proc. cambiali cap. 14.* Præterea in debitis cambialibus beneficium *competentiæ* non habere locum, hinc inde statutum est, vt in *ordin. Magd. art. 38.* multo minus vero *cessionis beneficium* in eo locum obtinebit, vtpote cuius commodum in eo consistit, vt carceris squalore quis liberetur, cum tamen *obligatio ad carceres* reuera insit debitis cambialibus. Talis autem renunciatio et obligatio clericis interdicta videtur. De hac quæstione grauiter disputant interpretes iuris ecclesiastici, et, non obstante, quod regulariter quilibet iuri suo renunciare possit, beneficio tamen *competentiæ*, quod clericis per

Digitized by Google

c. 3. X. h. t. indulgent, eos renunciare non posse asserunt, quod fusius ostendit GONZALEZ *ad cit. c. n. 7.* Ex hoc denique colligi posset, cambia in persona clericorum vigorem suum amittere.

Quod ex variis rationibus asseritur.

§. III. Enimuero nec pontificii negant, clericos ex *cambio* se obligare posse, quamuis non leue incommodum inde iis immineat, vt consultius sit, eis *cambii* vsum plane interdicere, vt censet LVCA *in theatr. verit. et iustit. tom. X. de cambiis disc. 18. n. 8. et tom. XV. de conflict. leg. obs. 78.* vtut dubia, antea mota, haud tangat, et tantum illud remoueat dubium, an cambium prohibitam clericis *negotiationem* contineat. Conf. B. STRYK. *de acceptat. literar. cambial. c. II. n. 22.*

Quamuis in nonnullis locis cambialis obligatio clericis interdicta sit.

Interim in nonnullis locis sub grauissima pœna clericis interdicta est *obligatio cambialis*, vti in Saxonia per rescriptum *de anno 17m. d. 2. Martii* apud KONIGIVM *in not. ad ius cambiale Lipsi. in append. pag. 32.* vbi ita: Demnach Uns unser Ober-Consistorium allerunterthänigst zu erkennen gegeben, daß bis anhero unterschiedene geistliche Personen sich unterstanden, Wechsel-Briefe von sich zu stellen, und dadurch verursachet, daß, wenn sie mit der Zahlung nicht inne gehalten, gedachtes Ober-Consistorium, auf der Creditorum Ansuchen, wider sie nach Wechsel-Recht zu verfahren, Anordnung zu thun, sich gemüssiget befunden, weilen das vormalen den 21. Iul. 1660. ergangene Rescript klare Maasse gebe, daß keiner, er habe Nahmen wie er wolle, wenn er sich zum Wechsel-Recht verbindet, darvon ausgenommen werden solle, sondern solches wider sich gelten lassen müsse, von welcher generalität die clerici nirgend ausgenommen werden. Dadurch aber nicht nur allerhand Aergerniß verursachet, sondern auch denen benachbarten Pfarrern eine Last durch die einstweilige Versehung des Amts aufgebürdet worden, anderer daher entstehenden inconuenientien zu geschweigen: allermassen Wir nun die dißfalls geschehene Vorstellung gar erheblich gefunden, und durch arrestirung derer geistlichen Personen, sonderlich der Pfarrer, an der Seelen-Pflege der anvertrauten Gemeinde, bey Patienten oder andern geschwinden Fällen, viel verabsäumet werden kan; also haben Wir wohlbedächtig resoluiret, daß künftig kein Pfarrer, Schulmeister oder Küster, bey Strafe der suspension, oder auch wol gar der remotion, sich unterstehen soll, Wechsel-Briefe von sich zu stellen.

Quid si de facto cambiales literas dederint?

Quodsi tamen de facto cambium creditoribus dederint, pœna quidem statuta iis iniungitur, additur tamen, daß hingegen der Wechsel-Brief mehr nicht als Wechsel-Brief gelten solle. Hoc sapienter constitutum esse, rationes antea ex rescripto excerptæ do-

docent; interim, deficiente tali ſtatuto, vigor cambiis, etiam quoad *clericos*, manet, nec in iis quid remitti poteſt, cum iure cambiali regulariter non ſint excepti.

§. IV. Quemadmodum vero tale priuilegium clericis, qua talibus, competit, ita idem iis attribui debet, ſi *ante ſuſceptum officium ſacrum cambiale debitum* contraxerint, et terminus ſoluendi in tempus, vbi iam officio ſacro funguntur, inciderit. Hoc caſu quidem pœna *ſuſpenſionis* ceſſat, quia eo tempore, quo literas cambii dederunt, in legem prohibitiuam non peccarunt; in ceteris tamen eadem deciſio quoque locum habebit. Quamuis enim priuilegia non ſint extendenda de caſu ad caſum, *l. 14. de LL.* magis tamen lex *cit.* in *gratiam eccleſiæ*, cui præſunt, quam *fauorem clericorum* introducta videtur, quæ vtroque caſu eadem eſt, vt ita intentio legislatoris ad vtrumque caſum quoque reſpexiſſe videatur; minime vero quadret in eos, qui ab officio remoti ſunt, vel illud ſponte depoſuere. Neque enim depoſitus clericus illis amplius inter proteſtantes gaudere poteſt priuilegiis, quæ intuitu *muneris ſacri* ei ſunt indulta. *arg. §. 1. I. de excuſ. tutor. vel curat.*

An hoc trahi poſſit ad cambia ante clericatum data?

§. V. Quidam (II) hoc quoque priuilegium *clericis debitoribus* indulgent, vt ſi vel maxime hereditatem *absque beneficio inuentarii* adeant, non tamen vltra vires hereditatis teneantur; tum quod in lege generaliter diſponente non comprehendantur clerici, eorumque bona, quod late defendit GERMON. *de ſacror. immunit. lib. III. cap. 15. n. 100. ſqq.* tum quod expediat, vt clerici in omnibus *beneficio exemtionis* ac *libertatis* fruantur, et in dubio pro illa reſpondendum ſit, vt philoſophatur ALEXANDER SPERELLVS *deciſ. for. eccleſ. 135. num. 122.* Verum quamvis immunitas *clericis debitoribus* nullo modo inuidenda, ſed magis defendenda ſit, nullibi tamen ab hac neceſſitate exemti ſunt, vt nequidem ipſa *eccleſia heres* inſtituta excepta ſit, vti recte cenſent relati a TIRAQVELLO *de priuil. piar. cauſ. priu. 88.* Et quamuis SPERELLVS *cit. l. num. 20.* contrarium inde defendat, quod eccleſia gaudeat *priuilegio fiſci:* id tamen tantum in quibusdam, neutiquam vero generaliter, admitti poteſt, cum priuilegia de caſu ad caſum non ſint extendenda, et nequidem ipſe *fiſcus* quoad beneficium inuentarii priuilegio peculiari gaudeat, vt vel ex *l. 1. Cod. Theod. de bon. vacant.* liquet, quæ in *codice Iuſtin.* nullibi ſublata eſt, et fiſcus in dubio iure priuatorum gaudet. Præterea clerici etiam iure communi in *bonis patrimonialibus* ligantur, nec vlterius eorum immunitas extendi debet, quam quatenus hæc per legem eis eſt indulta et

An inuentario non confecto vltra vires hereditatis teneantur?

determinata. Hanc ſententiam ipſe SPERELLVS *l. cit. c. 11.* recepit, ex hac ratione, quod clerici in hac cauſa non reperiantur ſpecialiter priuilegiati. Verum, ſi rationes eius, quas per totam deciſionem pro immunitate clericorum adducit, accurato ponderantur examine, vix eſt, vt in hac ſententia ſubſiſtere queat, quam tamen tot alii ab eo allegati defendunt, ni ſummam velit contradictionem committere. Inter proteſtantes hæc res eo minus dubia eſſe poteſt, quod *ſpecificatio iurata* in plerisque locis ſurrogetur ſolenni inuentario, et inde ſufficiat, ſi vel hanc edere queat.

Etiam libri mercatorum contra clericos vim probandi habent.

§. VI. Vlterius (III) non deſunt, qui clericis debitoribus hanc tribuunt prærogatiuam, vt *libri mercatorum*, quibus ex *conſuetudine* vel *conſtitutione prouinciali* ſemiplena fides tribuitur, non probent contra clericos, quod variis argumentis defendit FRANCISCVS NIGER CYRIACVS *in controuerſ. for. 140.* cuius fundamenta hæc ſunt: (1) quod nulla ſit ſecularis poteſtatis iurisdictio in perſonas eccleſiaſticas, adeoque illius diſpoſitio non valeat, quatenus clericos quoque ſtringere debeat: (2) quod ita cogerentur iudices eccleſiaſtici iudicare ſecundum leges ſeculares, quod non licet: quin potius (3) cauſæ clericorum decidi debeant *iure canonico*, maxime in *foro eccleſiaſtico*, adeo, vt nec conſuetudo loci attendi debeat: cum (4) leges, de effectu probationum diſponentes, tantum ſtringant ſubditos, quorum numero exemti ſunt clerici: (5) quod denique ALEXANDER *vol. II. conſ. 211. n. 5.* et MASCARDVS *ſub voce ſtatuta*, CARPA *concl. 15. n. 61. et 66.* aliique hanc ſententiam teneant.

Quod ex ipſo iure canonico reprobatur.

§. VII. Sed vel ex ipſo *iure canonico* hæc ſententia refelli poteſt. Pontifex enim in *c. 9. X. de fid. inſtrum. in f.* euidenter oſtendit, quod ſcripturis etiam fides aliqua conciliari poſſit, ex *conſuetudine patriæ*, et quod illa etiam contra clericos valeat. Præterea omnes SPERELLI rationes petunt id, quod erat quæſtionis, et in principio, quare ab ipſis Dd. eccleſiæ Romanæ non admittuntur. Equidem de *clericis proteſtantium* nullum ſupereſt dubium, quin legibus principum teneantur, eorum ſint ſubditi, et ſecundum leges eorum, quæ in clericorum perſonam quadrant, iudicari debeant; ſed tamen, vt etiam CYRIACO ſatisfiat, falſa eius ſuppoſita paucis examinanda ſunt. Omnia illius argumenta huc præcipue redeunt, clericos *in omnibus* a poteſtate exemtos eſſe ſeculari. Aſt hæc merito negat PETRVS de MARCA *lib. II. de conc. ſac. et imp. c. 7.* vbi ita *§. 1.* ratiocinatur: *Aut de TITIO mouetur quæſtio ſub ea ratione, qua clericus eſt, aut ſub ea, qua inter ciues recenſetur. Si de clerico-*

Digitized by Google

rum gradibus, ordinibus, muneribus, etc. eas diſceptationes legibus principum non ſubiacere putat, et illuſtrat, quod ſecundum principia, quibus imbutus fuit, adſtruere debuit. *Enim vero*, pergit *§. 8. quia clerici non tantum qua clerici, ſed etiam qua ciues ſunt, ſpectantur in republica, legibus principum tenentur*, quam ſententiam etiam hodie ſaniores catholici amplectuntur; ſane in *debitis*, vt *laici*, vt *ciues*, conſiderantur, et ita cum reliquis ciuibus æquali iure frui debent.

§. VIII. Similiter ex errore (IV) indulgent Dd., inter quos præcipuus eſt BLASIVS ALTIMARVS *de nullit. ſentent. part. I. qu. 156. n. 7. ſqq.* clericis debitoribus hanc prærogatiuam, vt exceptionem *non numeratæ pecuniæ* poſſint in perpetuum opponere. Equidem de eo caſu, ſi clericus debitor *coram iudice eccleſiaſtico* conuenitur, non dubitandum cenſet ALTIMARVS, ex hac forſan ratione, quod iudicia eccleſiaſtica non ligentur legibus ſecularibus. Et tamen ipſi pontifices in ſuis decretalibus vbique prouocant ad ius commune, deciſiones ſuas inde petunt, leges ciuiles allegant, controuerſias gloſſatorum, quamuis infelici plerumque conatu, decidunt, et, vt binis verbis dicam, ius Romanum *ipſo facto* approbant, agnoſcuntque: id quod ſi verum eſt, vti omnino eſt, reliqua iudicia eccleſiaſtica inferiora, in cauſis clericorum ciuilibus, eodem iure vti tenentur. Ipſe pontifex in *c. 8. X. de fid. inſtrum.* notanter ait: *Auctoritate præſentium duximus ſtatuendum, vt cum decretalis aliqua, de qua iudex merito dubitet, allegatur, ſi eadem IVRI COMMVNI ſit conſona, ſecundum eam non metuat iudicare, cum non tam ipſius, quam iuris communis auctoritate procedere videatur. Verum ſi IVRI COMMVNI ſit diſſona, ſecundum ipſam non iudicet, ſed ſuperiorem conſulat ſuper ea.* Quid? quod multis aliis locis pontifex conſtituit, vt ſecundum legum vel canonum ſtatuta negotia clericorum ſint decidenda; *c. 1. X. de nou. oper. nunciat.* quia *eccleſia legum ſecularium non reſpuat famulatum c. 28. X. de priuil.* Cum ergo hæc exceptio iuris communis ſit, non dubium eſt, quin etiam ipſi pontificii eam contra clericos, nullibi exceptos, admittere teneantur.

Exceptio non numeratæ pecuniæ clericis debitoribus num perpetuo competat?

Quod clerici etiam iure communi viuere iuſſi ſint.

§. IX. Illud tantummodo ſupereſt dubium, an de iure canonico quoad hanc exceptionem *mutatum* ſit ius ciuile? quod affirmat Dn. ZOLL. *tr. de except. non numer. pecun. th. II. §. I.* hoc effectu, vt ſi elapſo biennio debitor contrarium oſtendere queat, audiendus ſit, quod etiam admittere videtur ALTIMARVS *cit. l. n. 2.* Fundamentum mutationis vnicum petunt ex *c. fin. X. de præſcript.* quod nulla præſcriptio ſine bona fide procedat, quæ tamen in creditore, clerico hac exceptione vtente, deficere vide-

An ius canonicum in hac exceptione mutauerit ius ciuile ea de cauſa, quod b. f. deficiat in creditore?

ed by Google

videtur, præſertim ſi debitor oſtendere queat, ſibi pecuniam non eſſe numeratam. Id quod ſi verum eſt, etiam inter proteſtantes, et quibuscunque foris hoc obſeruandum erit, quia iuxta *c. f. cit.* præſcriptiones hodie ordinantur, quo ipſo tamen clerici debitores nullo priuilegio amplius gaudent, quia eodem quoque iure vtuntur *laici debitores*. Cardo controuerſiæ vnice in eo conſiſtit, vtrum deciſio *c. f. X. de præſcription.* etiam pertineat ad *actiones perſonales*, illas ſcilicet, quibus quis rem alienam acquirere non ſatagit, ſed de ſuo tantum debet? Quod plurimi affirmant, plurimi negant, quos cateruatim in aciem produxit Dn. MENCKE *diſp. an requiratur bona fides in præſcript. act. perſonal. th. 18. lit. a.* Ego negantium opinioni ſubſcribo, cum *textus cit.* euidenter loquatur de præſcriptione, quæ *in poſſeſſione rerum* innititur, cum quo etiam alii textus iuris canonici conueniunt, vt *c. 4. 17. 19. in f. X. de præſcr. c. 1. eod. in 6. c. 15. et 16. C. XVI. qu. 3.* In *c. 2. de reg iur. in 6.* dicitur, *poſſeſſor m. f. vllo tempore non præſcribit*, quia poſſeſſor ſciens, in rem alienam poſſidere, quam ſibi retinere intendit, non poteſt non in peccato hærere; quod ſecus eſt in *debitore*, qui ante *interpellationem* non eſt in mora ſoluendi; adeoque ſi creditor ipſum non interpellat, ſi non petit debitum, debitor in m. f. dici nequit, quod pluribus oſtendunt Dn. MENCKE *cit. l.* Dn. COCCEII *diſſ. de finib. b. f. in præſcript. de iur. can. ſect. 2.* aliique. Similis eſt ratio huius exceptionis, cui biennium præfinitum eſt, intra quod ſi debitor pecuniam non petit, iure ſuo cadit: reuera enim debitor hoc caſu eſt inſtar *creditoris*, qui ab altero pecuniam, ex cauſa *mutui* promiſſam, ſecundum chirographum petere poteſt; alter autem, qui pecuniam ſoluere debet, nihil alieni poſſidet, ſed de ſuo aliquid debet, de quo caſu ius canonicum non disponit.

Alia ratione tuti ſunt clerici debitores quoad exceptionem non numeratæ pecuniæ.

§. X. De cetero, ſi praxin canonicam hodiernam intueor, hæc ſententia, quam hactenus adſtruxi, non adeo præiudicabit clerico debitori, qui ſi vel maxime ob præſcriptionem hanc biennalem exceptione hac præcluditur, et ſoluere forſan cogitur: facili tamen negotio pecuniam vel *condicere*, vel *executionem impedire* poteſt. Paratius eſt remedium *denunciationis euangelicæ*, quod licet proteſtantes agnoſcere non poſſint, in foris tamen catholicorum vſitatum eſt, nec deerunt rationes, quibus hoc modo fructu victoriæ ſuæ carere creditor cogatur, maxime quia cum clerico debitore ipſi res eſt, cuius iura vel patrimonium qui lædit, *quaſi ſacrilegium* committere dicitur, auctore SPERELLO *deciſ. cit. n. 49.* cum ipſe dicatur, *res ſpirituales*, et *in ſorte Dei electus*, vt IDEM *deciſ. 123. n. 9.* cum LEVRENIO *de for. benef. P. III. qu. 176. n. 2.* cenſet, ex quibus

Digitized by Google

quibus patet, quod, quæcunque demum ſententia eligatur, clerici tamen debitores in foris pontificiorum ſemper ſint ſuperiores.

§. XI. Idem quoque obſeruandum eſſe credunt pontificii, ſi vel maxime per modum *reconuentionis* in foro ſeculari clericus reſpondere cogatur, vt in genere poſſit opponere contra leges et ſtatuta locorum prout cenſet ALTIMARVS *cit. l. n. 9.* adeo, vt ſi per *legem prouincialem* exceptio *nullitatis* breuiori termino eſſet incluſa, hæc tamen clericis debitoribus haud præiudicaret, quin poſſent *intra 30. annos* hanc exceptionem opponere. Nihilominus tamen de eo admodum dubitatum fuit inter canoniſtas, animaduertentes, clericos, per modum *reconuentionis* ad forum ſeculare tractos, non poſſe fori illius leges declinare. ALTIMARVS *cit. l.* rem acu tetigiſſe exiſtimans, diſtinxit inter *ordinaria litis* et *deciſoria*, vel clarius, inter *formalia proceſſus*, et *materialia* ſeu *merita cauſæ*. *Illis* quidem ſubiectos eſſe clericos conceſſit, nec negare potuit, cum aperti iuris ſit, quemlibet litigatorem ſe componere debere ad *ordinem et fatalia proceſſus*, in eo foro, vbi lis agitur, vſitata, quod etiam SPERELLVS *dec. for. eccleſ. 10. n. 22.* agnoſcit. *His* vero ſolutos eſſe clericos arbitratur, et quidem generaliter, adeo, vt nequidem *ius commune* iis applicari queat, quod tamen falſiſſimum eſſe, ex ipſo iure canonico antea demonſtratum fuit. Nec mutandam eſſe ſententiam exiſtimo, ſi vel maxime *conſtitutiones ſpeciales principum* ſupponamus, cum etiam his ligentur clerici, qua *ſubditi* et *ciues*, in cauſis ſecularibus, vt MARCA fatetur, et ſaniores pontificii cum ipſo. Idem GRATIANVS agnouiſſe videtur adducendo textus, qui huic ſententiæ fauent, in *c. 41. 45. C. II. qu. 1. c. 9. et 15. diſt. 63.* Iam ſuo tempore contra hanc exemtionem clericorum ſcripſit PETRVS de FERRARIIS, qui anno 1400 vixit, *in pract. Papin. in form. libell. pro act. confeſſ §. plenam et omnimodam In tantum*, aiens, *excreuit appetitus iurisdictionum, quod nedum laici, ſed et ſacerdotes et clerici ſint tali morbo ac vitio penitus infecti: vides enim, quod ipſe papa, qui deberet, tanquam verus vicarius, veſtigia ſequi Ieſu Chriſti, poſſidere et armata manu detinere nititur iurisdictionem in terris, ciuitatibus, et villis, et locis, quæ ſunt naturaliter et a mundi creatione et Chriſti ordinatione imperii Romani. Imo ipſe papa in ipſo imperatore nititur ſuperioritatem habere, quod ridiculum eſt dicere, atque abominabile audire.* Loquor *de conſtitutionibus prouincialibus*, quibus etiam clerici in *cauſis ciuilibus*, tanquam ſubditi principum, tam catholicorum quam proteſtantium, ſubſunt.

Quid ſi per modum reconuentionis in foro ſeculari reſpondere cogantur clerici debitores?

Alia forsan est ratio *statutorum oppidanorum*, quæ tantum stringunt ciues illius loci, non alios, vt ministros principum, clericos, etc. etiam inter protestantes, quia non subsunt iurisdictioni statuentium. KLOCK. *de contrib. c. 12. n. 90.* ROSENTHAL. *de feud. c. 7. concl. 47. n. 4.* Adeoque potius secundum ius prouinciale sunt diiudicandi, veluti si statutum circa successionem deuiaret a iure prouinciali. Conf. Dn. LYNCKER. *de statut. ciuit. prouinc. §. 16. p. 46.*

An contra obstagium clerici tuti?

§. XII. Præterea (V) etiam contra *pactum obstagii* clerici tuti esse videntur, quod vel natura eius durior docet. *Obstagium* alias vocatur das Einlager, estque nihil aliud, quam *pactum moribus introductum, quo debitor promittit, si ad tempus constitutum non soluat, de se in certo loco sistendo, et inde non recedendo, donec comentioni satisfactum fuerit.* TABOR *de obstagio c. 11. in f.* Est itaque *pactum obstagii* instar obligationis, qua quis semetipsum *obsidem* constituit, notante CANGIO *in glossar. voce obstagium*, cum *obstagius* in antiquis monumentis *obsidem* denotet, vt nec diffitetur SCHILTER. *de iure obsidum cap. XI. §. 2.* Reperta est hæc ratio se obligandi *sub obstagio* temporibus imperii turbidis, quibus quilibet sibi *manu* ius dicebat, et *liberi homines se obstringebant*, vt vtar verbis SCHILTERI *cit. loc. §. 3. non tantum pro se, sed et pro aliis, ad certum locum, et quidem in diuersorium publicum stato die se sistere, nec prius recedere, quam esset solutum, cui rei sua quædam solennia adiecta. Sed et hæc ritu magis militari, vel potius barbaro, vt necesse esset magnos fieri sumtus, et obstagiati ad commessationes et continuas bellua-tiones pacto obligarentur, et obstagiati in obstagio decedentes, sepultura tamdiu priuarentur, donec solutum.* Formulas antiquas *obstagiorum* IDEM adducit *cit. l. in not. n. 6.* et MARTENE *in thes. anecdot. P. I. p. 972.* Aliam consimilem habet SCHATEN. *lib. XI. annal. Paderbornens. ad ann. 1230.* vbi fideiussores ita cauerunt. *Item pranotato abbati XII. dedimus fideiussores subnotatos, qui fide data promiserunt, quod si aliquis hominum nostrorum ipsum vel homines suos ad summam 20 marcarum vel infra læserit, hoc commoniti infra 4 septimanas faciemus emendari, alioquin fideiussores nostri facta sibi commotione* Merseberg *intrabunt, inde ante satisfactionem non exituri.* Et ad ann. 1247. talem habet: *Quod si eadem compositio fuerit violata, nisi hoc infra mensem emendetur; ipsi moniti infra mensem Susatum intrabunt, inde non recessuri, donec de violatione fuerit satisfactum.* Antiquius adhuc exemplum occurrit apud MADERVM *in antiquit. Brunsuicens. p. 125.* vbi verba diplomatis hæc sunt: *Hæc est forma conuentionis inter dom. Ottonem inuictiss. imper. et Theodoricum marchionem*

Quomodo differat a datione obsidis. Origo obstagii.

Ex formulæ.

Diploma de anno 1212. adducitur.

nem Miſenenſem et Orientis. Prædictus marchio Miſniæ fide data promiſit et iurauit, quod domino imperatori adſiſtet, et eum iuuabit, contra papam Innocentium, contra Odagrium regem Bohemiæ, et Hermannum Landgrauium Thuringiæ, et generaliter contra omnem hominem viuentem, et quod nunquam eum deſeret. Vt autem hæc conuentio firmius obſeruetur, pro eo et cum ipſo, et de ſua voluntate et mandato, ſimiliter data fide promiſerunt, iurauerunt nobiles et homines ſui Geuerhardus de Quernuorde comes, Burchardus de Mannisfelt comes, et alii nobiles infeudati ac miniſteriales XXIV. quod, ſi aliquo modo, quod abſit, Marchio Miſniæ, ſecundum quod promiſſum et iuratum eſt, non obſeruaret, omnes intrabunt Brunſwick, et inde nunquam recedent ſine domini imperatoris licentia et voluntate. Inſuper ad maiorem ſecuritatem prædictæ conuentionis obſeruandæ filios miniſterialium ſuorum tredecim marchio Miſniæ domino imperatori pro obſidibus dabit, ſcil. filium Geuerhardi de Zigibecke etc. et paucis interiectis: *Ex alia parte dominus imperator Otto promiſit fide data Theodorico marchioni, quod ſibi bonus et propitius dominus abhinc in antea erit, et quod ei adſiſtet contra omnem hominem, et nunquam eum deſeret etc. Et hoc pro eo et de eius voluntate et mandato promiſerunt, data fide iurauerunt, frater eius Henricus Palatinus comes Rheni et dapifer, et alii VIII. ſi forte, quod abſit, ex parte imperatoris non obſeruaretur conuenientia, omnes iſti, qui iurauerunt, ciuitatem Miſniam intrabunt, nec inde recedent ſine licentia marchionis, excepto ſolo dapifero, qui in hoc caſu Goslariam intrabit, inde nunquam receſſurus, ſine voluntate et licentia marchionis. Actum apud Franckenfort. A. MCCXII.* Similiter apud LVNIGH. *tom. II. ſpicil. eccleſ. p. 238.* occurrit diploma de anno 1271. vbi clauſula obſtagii inſerta his verbis: *Apud Landshut intrabunt obſtagium, inde nullatenus exituri, donec promiſſa ſingula compleantur modo debito, ſicut decet.* Formulam aliam ex actis Brunſui- Alia formula.
cenſibus adducit TABOR *cit. l. in f.* Es ſoll auch dem creditori frey ſtehen, da er vermeynte ſeine Zahlung dadurch zu erzwingen, und Bürgen in die Einleiſtung zu fordern, alsdenn wollen wir ſelbſtſchuldige Bürgen, ſo bald wir deſſen angemahnet werden, uns darauf von Stund an ungeſäumet nach der erſten Anmahnung, ohne einige Ausflucht und Behelff, ein ieder ſelbſt Leibs mit zweyen reiſſigen Pferden, und einem reiſſigen Knechte alhier in der Stadt Minden, in eine öffentliche, ehrliche, gemeine Herberge, dahin wir gefordert oder geweiſet werden, zur Leiſtung begeben und einſtellen, leiſten und halten daſelbſt ein recht adeliches ehrliches Einlager, ſo lieb uns unſere adeliche

Ehre, Glimpf und Leumuth iſt, ſcheiden oder weichen da nicht aus, Tages oder Nachtes, es ſeyn denn die Gebrechen oder Mängel, darum wir zum Einlager kommen, zu vorhin durch gnugſame und vollkommene Bezahlung, Hauptſumma und Zinſen gantz und gar abgethan.

Cur obſtagium per rec. imp. ſublatum?

Add. FALCKNER. *diſſ. de obſtagio cap. VII.* Equidem *in Holſatia* hoc pactum adhuc toleratur, quemadmodum ipſam conſtitutionem Holſaticam explicat TABOR *cit. l. c. 4. ſeqq.* Alias tam per *rec. imp. de anno* 1577. quam per ſpeciales conſtitutiones imperii hoc ius ſublatum eſſe, exploratum eſt, nec ſine ratione, cum ius *hoc manuale*, turbidis temporibus natum, ſtatui reip. præſenti non ſatis accommodatum, ſed potius mirandum ſit, fuiſſe, qui illud iuri communi non refragari exiſtimauerint, quos refellit SCHILTER. *cit. l.*

Obſtagio affinis eſt obligatio ad carceres.

§. XIII. Videlicet hoc negari nequit, obligationem *ſub obſtagio* reſpondere obligationi ad *arreſtum*, vel *carceres*, cum *obſidum* ea ſit conditio et ratio, vt eorum *detentio corporalis* in alium transferatur. Ita opinatur GAIL. *l. II. de pac. publ. c. 2. n. 7. et n.* FABER *in C. lib. VIII. tit. 6. def. 7.* CARPZ. *p. II. C. 21. def. 1. n. 7.* TABOR. *cit. l. c. 6. §. F.* STRAVCH. *de obſtagio, et affinibus iuribus cap. vlt.* Vlterius procedit SCHILTER. *cit. l.* et quaſi *ius pignoris* in obſtagiatum transferri putat. Hoc euidens eſt, debitorem ſe ſiſtere teneri in loco certo, vnde recedere nequit, antequam ſoluerit, id quod *a perſonali arreſto* parum differt. Inde ratio dubitandi prægnans contra *obſtagia clericorum*, imo nec minor dubitatio nata, an ſe ad carceres obligare queant?

An illa admitti queat?

Obligationem *ad carceres* plane non admittit BACHOV. *ad Treutl. vol. II. diſp. 28. th. 4. lit. f.* Eam vero defendit MYNSINGER. *centur. VI. obſ. 51.* cuius ſententiam quoque recepit B. STRYK *de caut. contr. ſect. II. c. 1. §. 39.* Neque enim vlla poteſt oſtendi turpitudo moralis, quæ tali pacto inſit, quod vel ex *obligatione cambiali* liquet, quæ in effectu eſt obligatio ad carceres, quod fuſius oſtendit COLER. *in proceſſ. executiu. P. I. C. 6. n. 48. ſeqq.* An autem *clerici* ſe obligare ad carceres queant, vel inde dubium eſſe poſſet, quod tali obligatione iuri publico præiudicium inferatur, quod non poſſet non perniciosum eſſe. Nam (1 obſtagia publico clericorum miniſterio præiudicant, quod interim omittere debent, quando ſe ſiſtere tenentur: (2) famam quodammodo ſugillant; vel ad minimum ſcandalum inſigne clericus debitor in obſtagio conſtitutus præbet, qui tamen debeat eſſe irreprehenſibilis: (3) cum in aliis immunitatem habeant, inprimis conſultum foret, vt in eo, quod *autoritatem miniſterii* minuit, a ſorte reliquorum debitorum eſſent exemti: vnde

Conſultum eſt, clericis obſtagia prohibere.

et

et (4) satis prudenter obligationis cambialis rigor in Saxonia contra eos suspensus est. Aut ergo obstagia in totum clericis essent interdicenda, aut ad minimum omnis vigor quoad clericos illis adimendus.

§. XIV. Interim cum *cambialis obligatio* clericis extra Saxoniam non sit remissa, quæ reuera obligationem ad carceres continet, vix est, vt clericos a *pacto obstagii* tutos præstare possim. Imo nisi me omnia fallunt, *vel obligatio sub obstagio*, vel simile quid occurrit in *c. g. X. de iureiur.*, vbi species hæc refertur: Abbas quidam creditori suo ex monachis obsides quosdam dederat, qui de obseruanda conventione iuramentum præstiterant, *vt, si ipsi deficerent, alii monachi loco eorum in obstagio reuerterentur*, vt verba sunt ALEXANDRI III. ex quibus apparet, iam circa finem sec. XII. moris fuisse, obsides dare pro debito. Aliud exemplum occurrit in *c. u. X. de arbitr.* vnde liquet, in compromissis etiam obsides datos, vt arbitrium seruaretur. Quod si itaque obsides dare monachos creditoribus, hisque eos detinere, olim licuit, pactum *obstagii* non videtur absolute pugnare cum statu clericali. Illustrationis tantum gratia hoc argumentum adfero, cum etiam suo modo *monachi* sint et dicantur clerici, quamuis maior adhuc ratio dubitandi occurrat in *clericis*, curam animarum exercentibus. Interim vbi obstagia generaliter recepta, nec clericis interdicta sunt, a nexu hoc eos absoluere nequeo, id quod etiam testatur CHRISTOPH. HENRIC. AMTHOR. *in tract. iurid. de obstagio pag. 87. 88.* cuius verba, quia quæstionem de obligatione clericorum ad obstagia solide enucleant, et ad praxin hodiernam in Holsatia faciunt, hic apponere lubet: *Facile*, inquit, *etiam de clericis nostris iudicium ferri potest, si quis, ad obstagium eos cum effectu euocari posse, fortasse dubitaret: id quod a nonnemine aliquando factum esse memini. Pro ratione asserebatur, quod animarum cura negotium sit longe grauissimum, cuius filum hoc modo abrumpere, res foret in conscientia vix excusabilis. Sed nescio, an satis recte se habeat conceptus, quo omnis animarum cura ad vnicum aliquod individuum adeo simpliciter restringitur: quin potius cauendum puto, ne religionis larua incaute hoc pacto perfidiæ accommodetur Subditi sunt clerici atque sacerdotes vni imperanti, iisdem legibus, quibus et laici, vt vulgo vocantur, saltem apud nos Protestantes, subiecti: ad quos proinde mores atque constitutiones generales haud minus quam ad cæteros spectant, quamdiu a communi regula excepti non inueniantur. Quid? quod omnium turpissime in data fide deficeret, quem et doctrina, et exem-*

Fundamentum obstagiorum in iure canonico.

Amthori iudicium de obligatione clericorum ad obstagia.

Digitized by Google

plo ſinceritatem aliis inculcare decebat. Hinc et ipſum iuſ pontificium, quod tamen clero ſuo tantum non omnia indulget, in cap. 9. X. de iureiur. monachis et abbati cuidam Tremonenſi obſtagii promiſſi ſeruationem iniunxit, interdicto illis eccleſiæ ingreſſu, vsque dum creditoribus ſatisfeciſſent. Neque obiici poteſt, quod caput illud de eo tantum caſu accipiendum ſit, vbi quis ad obſtagium, accedente ſacramenti religione, ſe obligauerat; cum, ſi abſtrahas a ſomniis iuris canonici, iuſtum naturale doceat, iuramentum reuera non operari vltra id, quod iam antea in obligatione extiterat: et quod inde ſequatur, conuentionem per ſe validam ſubſiſtere etiam ſine iuramento. His adde, quod, ſacerdote ad obſtagium euocato, alia ſuperſint media, eccleſiæ publicoque cœtui proſpiciendi. Quid enim, ſi ſacerdoti cum diuturno morbo colluctandum eſſet? Quid, ſi vacante eccleſia annus, quem gratiæ vocant, viduis concedendus? Reſpondet, vicinorum templorum miniſtris iniungendum, vt ſtatis diebus, ac neceſſitate exigente diuina officia adminiſtrent, concionem vero interea miniſterii cuidam candidato committendam eſſe etc. Ergo eadem remedia circa obſtagii caſum adhibenda erunt, ſumtibus ex ſalario cuncti, quem ſolum culpæ hic arguere licet, collatis. Quamuis autem hæc omnia in theſi clara ſint, fateor tamen, quod caſum in hunc diem obuium nullum habuerim, vbi ſacerdotem in obſtagio poſitum ſciam; licet in Holſatia noſtra clerici pariter ac laici obſtagialem clauſulam contractibus quotidie adiiciant, ſine qua fidem vix ſemper eſſent inuenturi. Animaduerti potius, magiſtratum de aliis remediis circumſpicere, quibus ſacerdotum creditoribus ſatisfaciat: quo et ſpectat bonorum annotatio, ſalariique annuorum redituum retentio; relicta ſacerdoti nonniſi tantilla eorum parte, ex qua vitam ſuſtentare poſſit. Conf. GRVNEMANN. *I. E. lib. II. c. 15. §. 33. ibique* STRYK. *Quod inſtitutum, cum et ſacerdoti, et eccleſiæ, et creditoribus tolerabile ſit, haud improbandum duco, modo poſteriores in eo acquieſcere velint.* Add. REYHER. *diſſert. de ſingulis quibusd. obſtagii iuribus.*

Si clerici non ſunt ſoluendo, plura iis priuilegia indulgent.

§. XV. Eminentiora clericis priuilegia concedunt, ſi *haud ſunt ſoluendo*, idque ex *dignitate ſingulari*, qua gaudent, quæ etiam merito iis debetur. Plura alia in *honorem miniſterii* ſunt introducta, quæ *ſingulis* non competunt. Adeo hanc clericorum prærogatiuam extollit INNOCENTIVS III. *in c. 6. de maior. et obed.* vt aſſerat, quod

quod *illis omnis terra caput inclinet, et assurgere debeat*, adeoque merito prospiciendum, ne, si ad incitas redigantur, *in vituperium ministerii defectum in rebus temporalibus patiantur*, vt ait rursus pontifex *in c. 9. X. de renunc.* De paupertate cleri inferioris grauiter conqueritur HIERONYMVS, si GRATIANO credimus in *c. 23. §. 5. D. 39.* ostenditque, quod hæc in *despectum ministerii* cedat. *Mendicat*, inquit, *infelix clericus in plateis, et ciuili operi mancipatus publicam a quolibet deposcit alimoniam. Et quidem* EX EO *despicitur cunctis sacerdotale officium, dum misericordia desolutus iuste putatur ad hanc ignominiam deuenisse.* Inde omnino æquum est, vt in *casu inopiæ extremæ* iis quomodocunque succurratur. Cum vero iis noua priuilegia concedere non liceat, et quæstiones *consilii* a *iuris* consideratione probe secerni debeant, potissimum examinandum hic est, in quantum de iure iis concessum sit.

§. XVI. Quando episcopi aut prælati grauissimo *ære alieno* premuntur, hanc nonnunquam a pontifice impetrare solent gratiam, vt *fructus beneficiorum vacantium*, aliis de iure ordinario mox conferendorum, ad annum vel vltra sibi reseruare queant. Huius beneficii fit mentio in *c. 32. X. de V. S.* quod HONORIVS III. seculo XIII. Tullensi episcopo concesserat, quod quidam nimis restringere conabantur. Inde pontifex ita: *Tua nobis fraternitas intimauit, quod, cum tibi pro releuatione oneris debitorum duxerimus indulgendum, vt fructus beneficiorum, quæ interim in diœcesi tua vacare contigerint, tibi liceat biennio retinere, quidam apostolicæ gratiæ priuilegium etc.* Similiter BONIFACIVS VIII. eius mentionem facit in *c. 10. de rescript. in 6.* quo ostendit, quod specialiter fructus certo vsui destinati eo priuilegio non contineantur. *Si propter tua debita soluenda*, ait, *fructus beneficiorum primi anni, quæ in tua vacabunt diœcesi, tibi vsque ad quinquennium de speciali gratia concedimus etc.* Exempla huius beneficii plura in antiquis rerum monumentis occurrunt. Documentum illustre habet BROWERVS *lib. XVI. annal. Treuirens. ad ann. 1243.* vbi INNOCENTIVS IV. ARNOLDO, archiepiscopo Treuirensi, eam gratiam indulsit, his verbis: *Prouerente tuæ deuotionis promtitudine, qua et fidei puritate constantis te singularem nouimus inter deuotos Romanæ ecclesiæ reputari, dignum fore prouidimus, vt te speciali prærogatiua fauoris et gratiæ prosequentes, petitionibus tuis, quantum cum Deo possumus, fauorabiliter annuamus, simul ex parte tua fuit coram nobis propositum, cum mensæ tuæ reditus propter guerrarum discrimina sint adeo diminuti, vt sufficere nequeant ad sustinenda*

Episcopi onere alieni æris grauati quandoque impetrant, vt fructus beneficiorum vacantium ad tempus retinere possint.

Quod illustratur exemplis.

nenda onera, quæ incumbunt pro defenſione tuæ eccleſiæ, ac etiam eccleſiaſticæ libertatis: nos deuotionis tuæ precibus benignum impertientes aſſenſum, auctoritate præſentium tibi indulgemus, vt beneficia eccleſiaſtica, quæ electionis tuæ tempore obtinebas, illis duntaxat exceptis, quæ mandato noſtro aliis ſunt collata, retinere libere valeas, vsque ad noſtræ beneplacitum voluntatis. Alias pontifex ad certum tempus reſtringere ſolet hanc gratiam, ARNOLDO autem limitatam conceſſit, quod ſingulare eſt. Anno 1246. teſte MATTHAEO PARISIENSI *in hiſtor. Anglic. p. 606.* Cantuarienſi ſimilis gratia, ſed *ad ſeptennium* reſtricta, conceſſa eſt, *vt ipſe*, pergit MATTHAEVS, *per ſeptennium, et non vltra, omnium beneficiorum eccleſiaſticorum, quæ deinceps in ciuitate, diœceſi et prouincia Cantuarienſi vacabunt, prouentus, vsque ad decem millia marcarum ſummam reſeruare poſſit.* Cauſa illius in dicto diplomate traditur, *quod eccleſia Cantuarienſis adeo grandi fuerit debitorum onere prægrauata, quod vix poſſet ab ipſis absque ſedis apoſtolicæ prouidentia liberari.* Prætextus, an vera fuerit cauſa? incertum eſt: ipſe PARISIENSIS fucum feciſſe pontificem credit, cum non conſtiterit, eccleſiam Cantuarienſem alieno ære nimis grauatam fuiſſe. Ipſe HENRICVS III. ægre hoc tulit, et, *o quam multiformes*, exclamauit, *ſunt laquei venantium, ad ſubiectorum ſimplicitatem decipiendam!*

Papa quoque pro ſuis neceſſitatibus hoc ius exercuit.

§. XVII. Hoc ius pontifex olim *libere* exercuit, quoniam liberam beneficiorum collationem fecit, et conſequenter ſicuti de iis pro lubitu diſpoſuit, ita ſibi etiam non raro hæc reſeruauit. CLEMENS V. anno 1305. ſibi ipſi *per biennium* omnes prouentus de primo vacantibus in Anglia appropriauit, referente THOMASSINO *P. III. de vet. et nou. eccleſ. diſcipl. lib. II. c. 58. §. 4.* non alia ex ratione, quam quod viderit, epiſcopos per Angliam ſub *prætextu æris alieni*, et *neceſſitatem ſuarum* talia appetere. Eundem morem imitatus eſt IOANNES XXII. ſimulque in *c. ii. extrau. comm. de prabend.* declarauit, quomodo talis reſeruatio intelligi debeat, quam ad certum tempus fecit *pro neceſſitatibus eccleſiæ Romanæ.* Hæ reſeruationes aliquid ſimile cum *annatis* habuere, ſed cum illis non ſunt confundendæ, quia alium *fontem*, *modum*, *finemque* habent, quod obiter noto. Multo magis ergo facultatem, reditus primi anni ex vacantibus beneficiis percipiendi ad certum tempus, epiſcopis dare potuit.

Papa per Germaniam fructus ſibi reſervare nequit.

§. XVIII. Equidem pontifici per *concordata nationis Germanicæ* libera diſpoſitio circa beneficia eccleſiaſtica per Germaniam ademta eſt

eſt, vt ei integrum haud ſit, fructus primi anni *pro neceſſitatibus eccleſiæ Romanæ* ſibi reſeruare. Quamuis enim in *concordatis nationis Germanicæ* quidam caſus iuxta *c. 13. extrau. comm. de præbend.* pontifici reſeruati ſint, in quibus pontifex diſponere, et beneficia reſeruata conferre poteſt, ſimiliter collatio beneficiorum ſuo modo pontifici reſeruata ſit, quæ in *menſibus papalibus* vacant: huiusmodi tamen reſeruatio tantummodo *collationem* et *prouiſionem* reſpicit, minime vero illam *extraordinariam reſeruationem fructuum primi anni* pro *neceſſitatibus eccleſiæ Romanæ*. Conſtat enim, concordata hæc facta fuiſſe vnice in hunc finem, vt pontifici libera prouiſio, quam ſibi contra praxin antiquam vindicaverat, reſtringeretur, et præterea determinaretur, quantum lucri ex beneficiis nouiter collatis percipere deberet, quorſum vnice pertinent *annatæ*, præter quas nihil ſibi iuris in beneficia Germanica vindicare poteſt. Iam autem, cum illis has *extraordinarias reſeruationes* nihil commune habere, antea dixi.

§. XIX. Verum quin epiſcopis aliisque per Germaniam conſtitutis prælatis tales *reſeruationes* in *caſu inopiæ grauiſſimæ* concedere poſſit, nullus dubito, quia tali conceſſione concordatis nullum ſit præiudicium, ſed libera collatio epiſcopis relinquitur, et tantummodo fructus primi anni pro ſoluendis debitis prælatis reſeruantur. Pontifici tantum ius *libere conferendi beneficia* ademtum, et quidem in *favorem ordinariorum collatorum*, qui per Germaniam conſtituti ſunt, in quorum præiudicium hæc detorqueri non debent. Principibus quoque proteſtantibus has reſeruationes pro *publicis neceſſitatibus graviſſimis* concedendas eſſe, prorſus arbitror. Quod enim ex *concordatis nationis Germanicæ* contra pontificem adductum eſt, principibus proteſtantibus non obſtat, quippe qui iis non ligantur. Non hic provoco ad *titulum iuris epiſcopalis* aut *papalis*, quem principibus noſtris communis proteſtantium Dd. ſchola tribuit, quia *meliori*, quam hoc *fucato titulo* iura ſacra exercent. Sufficit titulus *ſuperioritatis territorialis*, cui *ius circa ſacra* adhæret, et ſicuti vi huius illis integrum eſt, bona eccleſiaſtica ſeculariſare, et reditus inde redactos in neceſſitates *publicas* in caſu ſummæ reipubl. inopiæ conuertere, in quantum inſtrumenti pacis diſpoſitio huic non reſiſtit; ita multo magis *reſeruatio fructuum primi*, vel *plurium annorum* ex prædiis eccleſiaſticis illis integra erit, cum etiam eccleſiæ in caſu publicæ calamitatis reipublicæ calamitatibus ſuccurrere debeant. Conf. KLOCK. *de contribut. c. 12. n. 212. ſeqq.*

Poteſt tamen hanc poteſtatem epiſcopis concedere.

Clericis debitoribus beneficium insigne attribuunt ex c. 3. X. h. t.

§. XX. Ceterum clericis in genere in iure canonico *beneficium generale* conceſſum eſſe aiunt, vi cuius, ſi non habent, vnde creditoribus ſatisfaciant, nec capi, aut in carcerem duci, aut excommunicari, aliterue moleſtari debeant; vt tamen *cautionem* idoneam præſtent de ſoluendo debito, ſi ad pinguiorem fortunam deuenerint. Beneficium hoc, de quo tantopere canoniſtæ gloriantur, exſtare volunt in *c. 3. X. h. t.* de cuius mente vt eo euidentius conſtet, verba pontificis referre lubet: *Odoardus clericus propoſuit, quod cum P. clericus, D. laicus, et quidam alii ipſum coram officiali archidiacono Remenſi ſuper quibusdam debitis conuenissent, idem in eum recognoſcentem huiusmodi debita, ſed propter rerum inopiam ſoluere non valentem, excommunicationis ſententiam promulgauit. Mandamus, quatenus ſi conſtiterit, quod prædictus O in totum vel pro parte non poſſit ſoluere debita ſupra dicta, ſententiam ipſam ſine difficultate qualibet relaxetis, recepta prius ab eo idonea cautione, vt, ſi ad pinguiorem fortunam deuenerit, debita prædicta perſoluat.* In hoc textu ſe inueniſſe exiſtimant, vnde clericis obæratis ingens ſolatium adferri poſſit, adeoque prolixis commentariis eum exornant GONZALEZ, BARBOSA, GRANANIETTO, FAGNANVS, aliique, vt veteranos non tangam. Plerique ſine iudicio alios exſcribunt, et confidenter plura ſupponunt, quæ in hoc textu non reperiuntur.

Quidam in eo quærunt beneficium competentiæ.

§. XXI. Hoc beneficium, de quo GREGORIVS IX. in *cit. c. 3. h. t.* diſpoſuiſſe creditur, reuera eſt pomum Eridos inter eruditos. Quidam enim, et quidem fere plerique, exiſtimant, in eo clericis datum eſſe *beneficium competentiæ*, vi cuius, ſi ad inopiam redacti ſunt, neceſſaria iis relinquenda ſunt alimenta, vt duntaxat contra eos in tantum, in quantum facere poſſunt, executio facienda ſit. Hoc ex *cit. textu* colligunt GONZALEZ, BARBOSA, ceterique interpretes, quos BARBOSA et GRANANIETTO allegarunt. Speciatim vero ſe hoc priuilegium in *cit. textu* deprehendiſſe, credunt NICOLAVS de GRASSIS *de effectibus clericatus, effect. VII.* COVARRVVIAS *lib. V. variar. reſolut. c. 1.* aliique plures, quos magno numero allegant canoniſtæ, qui tamen probationem ex ipſo textu non depromunt, ſed aliunde eam arceſſunt. Forſan in eam ideo ſeceſſerunt opinionem, quod pontifex reſcribat, clericum, non ſoluendo exiſtentem, excommunicari non poſſe, ſed tantum adſtringendum eſſe, vt *cautionem idoneam* præſtet de ſoluendis debitis, ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit. Nullo modo itaque eum moleſtandum eſſe crediderunt, alioquin enim, ſi pontifex ODOARDVM noluiſſet *beneficio competentiæ* frui,

Digitized by Google

frui, sine dubio mandasset, vt iuxta *c. 2. X. de fideiuss.* executio in reditus beneficii fieret.

§. XXII. Alii negant, beneficium *competentiæ* in adducto textu clericis esse concessum, sed illum tantummodo de *beneficio cessionis* bonorum intelligi debere, hoc effectu, vt clerici nulla, nec *excommunicationis*, nec *carceris* molestia affici debeant, id quod ex subiecta clausula *de cautione præstanda* concludunt. Hanc sententiam GLOSSA *ad cit. text.* amplexa est, creditque, clericum ODOARDVM paratum fuisse cedere bonis, sed et ab archidiacono ad illud beneficium non fuisse admissum, quam sententiam nouissime approbauit B. STRYK. *in not. ad ius eccles. Brunnem. lib. II. c. 15. §. 33.* Equidem GONZALEZ *ad cit. text. num. 6.* hanc improbat interpretationem, ex ea ratione, quod non tantum *cessionis* mentio in textu non fiat, sed etiam, quod, si GREGORIVS intendisset, clericum bonis cedere debere, etiam decreuisset, ante relaxationem excommunicationis ipsum ODOARDVM etiam prius bonis cedere debuisse. Sed non inepte dici posset, textum cum omnibus circumstantiis non referri, plura esse truncata, adeoque rationem latere, quare ODOARDVM archidiaconus ad beneficium hoc admittere noluerit, nec necesse fuisse, vt adderet, ante relaxationem ipsum cedere debuisse, quippe qui ad *cessionem* paratus fuit, nec de eo dubium aliquod supereresse poterat. Quidam beneficium cessionis.

§ XXIII. Alii denique, nihil solidi ex hoc textu concludi posse, omnesque eorum conatus esse irritos, iudicant, qui vel beneficium *cessionis* vel *competentiæ* ex eo elicere conantur, quod neutrius beneficii pontifex mentionem iniiciat, sed aliunde satis mens pontificis in *cit. textu* colligi queat. Ita opinatur LAVTERBACH *diss. de benef. competent. §. 13.* aitque: *Quæ fuerit mens pontificis ad certum casum referentis, ex ipsis d. cap. verbis perspicue satis cognoscitur. Nimirum clericum nec ob confessa debita excommunicari posse, et excommunicationis sententiam illo casu, de quo referibit pontifex, a iudice latam, præstita cautione de solutione, si ad pinguiorem peruenerit fortunam, facienda, statim esse rescindendam. Quod autem voluerit clericis certum priuilegium concedere, ac determinare, in quantum clerici conueniri aut condemnari possint, de illo nec syllaba quidem ibidem inuenitur.* Quidam nullum in cit. tx. priuilegium clericis datum credunt.

§. XXIV. Et si dicendum, quod res est, facilius erit, oleum ex pumice extorquere, quam vllum clericis priuilegium ex *hoc textu* tribuere. Nihil iuris singularis in eo clericis assignatur. Quod pro debito in casu inopiæ *excommunicari* nequeant, iuris communis est, et in *laicis* quo- Quæ sententia approbatur.

que obtinet. Hoc clariſſime liquet ex *c. 5. X. de vſur.* vbi pontifex generaliter ita cenſuit: *Illi autem, qui non habent in facultatibus, vnde vſuras valeant reſtituere, non debent vlla pœna mulctari, cum eos nota paupertatis euidenter excuſet.* In eo ergo peccauerat archidiaconus Rhemenſis, quod ODOARDVM, ſoluendo non exiſtentem, *excommunicauerat*, adeoque ſententia non valebat. Nec inde, quod pontifex aſſerit, *ſi conſtiterit* etc. arguendum eſt, inopiam debitoris clerici nondum probatam fuiſſe: reſcribit pontifex ODOARDO ſupplicanti, et iuxta ipſius narrata conditionate reſpondet, quemadmodum omnia reſcripta ſub hac clauſula: *ſi preces veritate nitantur*, intelligi debent. Illi vero prorſus a veritate aberrant, qui ideo nullam fuiſſe excommunicationem putant, quod ab *archidiacono* eſſet decreta, vtpote cui regulariter *ius excommunicandi* denegatum eſt; nam ipſe contextus oſtendit, pontificem, hac de cauſa excommunicationem relaxandam eſſe, haud iudicaſſe, ſed potius aliunde fundamentum decidendi petiiſſe. Et quod etiam archidiaconi per *immemorialem præſcriptionem* ius excommunicandi acquirere poſſint, inter plura alia, quæ GONZALEZ ad *cit. cap.* adducit, etiam liquet ex diplomate notabili apud SCHATEN. *in annal. Paderborn. lib. XI. ad annum 1263.* quo archidiaconis quoque hæc facultas corroborata eſt. Præterea quoque illis haud aſſentiendum, qui volunt, excommunicationem in dicto caſu valorem habuiſſe, ideo quod pontifex præceperit, *relaxandam* eſſe, quod fieri haud potuiſſet, niſi excommunicatio *vinculum* habuiſſet. Notum enim eſt, ſæpius iure canonico illa *relaxari* dici, quæ vires non habent et *nulla* ſunt, prout in materia de *iureiurando* huius prædicati abuſus quoque occurrit.

Non poteſt colligi ex cit. tx. clericos ob debita capi non poſſe.

§. XXV. Præterea minime in *cit. textu* aſſeritur, clericos ob debitum *capi* aut aliter *moleſtari* non poſſe. Et tamen hoc ex textu eruit GRANANIETTO ad *cit. c. 3. n. 1.* arguitque: *Quicunque ob debita non debet excommunicari, ille quoque nec incarcerari poteſt.* Verum conſequentiæ ratio vitio laborat. Nec *laici*, qui ſoluendo non exiſtunt, excommunicari poſſunt, et tamen nemo negabit, eosdem capi et incarcerari poſſe, ſi priuilegio *ceſſionis bonorum* vti nequeant. Deinde *excommunicatio* in eiusmodi debitore omni caret effectu; non *incarceratio*, qua merito coercentur, qui ſua culpa bonis labuntur. Et ſi vel maxime id ipſum pontifex ſuppoſuiſſet, nihil aliud, quam commune beneficium ODOARDO applicuiſſet, *ceſſionis* ſcilicet *bonorum*, quod rurſus laicis quoque debetur. Multo minus beneficii *competentiæ* vllo modo mentio fit, cuius certe pontifex in præſenti caſu haud oblitus fuiſſet, ſi clericis illud indul-

ized by Google

indulgere voluiſſet. Quin potius etiam tunc, ſi pro parte ſoluere haud poſſit, excommunicationem relaxandam eſſe cenſet, ſimulque innuit, eum ad ſoluendum adigendum eſſe, ſi pro parte ſoluere queat. Nunquam a pontifice omittitur occaſio, qua clericis noua indulgere poteſt priuilegia, ſed nec hic, nec alibi *beneficii competentiæ* mentionem facit. Sane in *c. 2. et 3. X. de fideiuſſ.* rurſus occaſionem habuiſſet, illud eis tribuendi, ſi voluiſſet. Simpliciter vero diſpoſuit, quod reditus beneficiorum in ſolutionem debitorum conuertendi, non autem, quod tantum contra eos facienda ſit executio, *in quantum facere poſſint;* quod addi debuiſſet, ſi ea fuiſſet mens pontificis. Recta ratio et bonæ interpretationis regulæ ſuadent, vt regulæ tamdiu ſit ſtandum, donec probetur exceptio, quam legislator expreſſe addere debet, cum non præſumatur. Et tamen GONZALEZ *ad cap. 2. X. de fideiuſſ. num. 10.* ita pontificem ex præconcepta opinione intelligendum eſſe, contendit. *Nec obſtat*, ait, *primum argumentum difficultatis, quia non negamus, cum capiantur fructus beneficii ex cauſa iudicati, prius congruam portionem clerico eſſe aſſignandam, ita vt vltra, quam facere poſſit, non condemnetur.* Sed hoc non eſt interpretari textus iuris, ſed vim eis facere. Prouocat quidem ad *cap. 3. X. h. t.* verum id ipſum eſt, de quo litigatur, an in hoc textu ſingulare ius clericis datum ſit? cur enim pontifex duos hic caſus ſuppoſuiſſet: (1) *quando in totum*, (2) *quando pro parte debitum ſolui non poſſit*, ſi beneficium *competentiæ* eis indulgere voluiſſet? Si *in totum* debitum ſolui nequit, nihil habet, quod ei ad neceſſaria vitæ alimenta relinqui poſſit: neque enim omnes clerici ſtatim præbendati ſunt, plures ordinantur ad *titulum patrimonii*, quod tamen variis caſibus ita atteri, et extenuari poteſt, vt debita ipſum patrimonium ſuperent; ita vt apud pontificios facile caſus exiſtere poſſit, quo in totum debitum ſolui nequeat. Si *pro parte* ſolui nequit, neceſſario præſupponi debet, eorum patrimonium pro parte ſolutioni debitorum ſufficere, adeoque pontificem indigitare, vt *pro parte* etiam ſolutio debiti fiat. Dicis forſan, intentionem pontificis fuiſſe, vt etiam eo caſu ad ſolvenda debita clericus cogi nequeat, ſi tantum *pro parte* exſoluere non poſſit, vt bona potius retineat, vnde viuere queat. Verum ſi id intendiſſet papa, clarius absque dubio locutus fuiſſet, imo nec illud intendere potuit, cum contingere valeat, vt, qui pro parte ſoluere nequit, plus retineat, quam beneficium *competentiæ* requirit. Fac, clericum in bonis habere decem millia thalerorum, et debere vltra duodecim millia, ſane pro parte ſoluere poteſt. Verum ſi hic ab omni ſolutione debiti eſſet immunis præſtandus, plus retineret, quam beneficium *competentiæ* deſiderat, et

Nec pontifex competentiæ beneficium in eo concedit.

locupletaretur cum insigni creditorum detrimento, qualis interpretatio, æquitati plane aduersa, admitti nequit.

In quem finem cautio incit. tx. desideretur?

§. XXVI. Præterea vero, quod sub *cautione idonea* admittendus sit, nullum beneficium habet, quin magis grauat debitorem clericum, cum alioquin nequidem hi, qui bonis cesserunt, ad *cautionem* adstringantur; sed tantum hi, qui *rescriptum moratorium* impetrauerunt, per *l. 4. C. de precib. imper. offer.* vbi imp. ita: *Vniuersa rescripta, quæ in debitorum causis super præstandis dilationibus promulgantur, non aliter valeant, nisi fideiussio idonea super debiti solutione præbeatur.* Si quid diuinare valeo, puto, pontificem ex hoc textu suam decisionem formasse, præsertim cum etiam *idoneam cautionem* desideret, ita vt non sufficiat *nuda promissio*, vt ipse GONZALEZ *num. 2.* obseruat. Similiter etiam quoad illos, qui beneficio *competentiæ* olim vtebantur, *cautio* non quidem *fideiussoria*, sed *nuda repromissio* desiderabatur. De marito, qui non est soluendo, hoc traditur in *l. vn. §. 7. C. de R. V. A.* his verbis: *Cautione videlicet ab eo exponenda, quod si ad meliorem fortunam peruenerit, etiam quod minus persoluit, hoc restituere procuret.* Sub *cautione* autem non intelligi *satisdationem*, patet tum ex *l. 3. C. de verb. et rer. signif.* tum etiam speciatim in materia de beneficio competentiæ ex *l. 63. §. 4. pro soc.* ex qua liquet, *nudam promissionem* sufficere. Quæ cum ita sint, apertum est, pontificem ad hanc cautionem, quæ beneficium *competentiæ* desiderat, respicere haud potuisse, sed magis ODOARDO *rescriptum moratorium* dedisse.

Scilicet quod clerico rescriptum moratorium dederit.

Adducuntur aliæ rationes eorum, qui clericis beneficium competentiæ tribuunt.

§. XXVII. Ne vero hoc solo textu vti videantur, ad alias etiam iuris rationes sententiæ huius propugnatores confugiunt. Aiunt, *milites cœlestis militiæ æquiparari terrestribus;* et quemadmodum *militibus* beneficium *competentiæ* tribuitur, ne deserant militiam; ita multo magis hoc priuilegium *cœlestibus militibus* competere debere, ne a diuinis ministeriis se abstineant, et in ordinis opprobrium teneantur mendicare. GLOSSA *ad l. 6. pr. D. de re iudic.* hoc argumento vtitur, quam vt idolum plerique adorant. Ait: *Quid in militia cœlestis militibus? Respondetur, idem multo magis, cum per eos summi Numinis veniam speremus.* Inde cateruatim quoque in hanc sententiam iuerunt canonistæ, et hoc argumentum ad illustrandum *c. 3. X. h. t.* adhibuere. Vid. GRANIETTO *ad c. cit. 3. §. 2.* FAGNANVS *ad cit. text. n. 19.* WIESTNER. *instit. iur. canon. ad cit. tit. n. 21. sqq.* HENRIC. CANISIVS *in comm. ad cit. c. 3. n. 1.* GONZALEZ *ad cit. text. n. 14.*

Quæ reiiciuntur.

§. XXVIII. Sed hoc argumentum insigni laborat vitio. Quicunque in vno vel altero comparantur, non plane iidem sunt censendi, nec

nec iisdem debent vbique gaudere iuribus. Præterea *beneficium competentiæ* eſt *ius ſingulare*, quod interpretationem *extenſiuam* non admittit, nec ad alias extendi poteſt perſonas, quam quibus leges indulſere. *Suadent* hæ rationes, æquum eſſe, vt clerici hoc iure fruantur, minime vero *probant*, illis tale ius datum fuiſſe. Optime ENENCKEL. *de priuil. lib. II. c. 41 n. 42.* hac de argumentandi ratione ratiocinatur, et, *illorum*, inquit, *audaciam nunquam ego excuſauero, qui ſæpe, non ita magna ratione moti, priuilegia omnia, etiam quæ conſiderate et determinate maxime circumſcripſerunt principes, ex vno genere in aliud diuerſum transferunt: et quo loco ipſi principes difficiliores ſe plerumque exhibere ſolent, hi adeo ſunt faciles et benigni, vt paucis verſibus et pagellis res maximi ponderis et momenti præſtare poſſe præſumant. Tales ſunt v. c. qui militum priuilegia ad clericos, ad ſcholares, aduocatos, etc. transferre ſolent. Equidem militibus multa imperatores, et magna priuilegia dederunt: ſed et ſua clericis, ſua aduocatis, ſua ſcholaribus dederunt.*

§. XXIX. Interim quod ratio iuris efficere non potuit, id *vſus* conſtituit, obſeruantia propagauit, et praxis corroborauit, cuius magna in ambiguis quæſtionibus decidendis eſt auctoritas. Poſtquam enim fere ad vnum omnes interpretes in *c. 3. X. h. t.* clericis beneficium *competentiæ* indultum eſſe exiſtimarunt, hæc opinio tam altas *in praxi* egit radices, vt etiam *in foris proteſtantium* recepta, et vſu frequentiore approbata ſit; ita vt non poſſim non hanc quoque ſententiam amplecti, non quidem ratione *iuris ſcripti* conuictus, ſed *interpretatione vſuali* inductus, cui æquitas aſſiſtit. Hanc obſeruantiam illuſtrat CARPZOV. *P. I. c. 32. def. 18. in f.* LAVTERBACH. *de benef. compet. §. 32. in f.* MEVIVS *in diſcuſſ. leuam. inop. debit. t. IV. ſect. 7. n. 35.* GAIL. *I. obſ. 117. n. 9.* B. STRYK. *in not. ad ius eccleſ.* BRVNNEM. *lib. II. cap. 15. in f.* MVLLER. *in not. ad* STRVV. *ex. 44. §. 20. lit. N. in f.* Cederet alias ſæpe inopia clericorum debitorum, et rigor creditorum in *præiudicium eccleſiæ*, cui propter inopiam amplius deſeruire non poſſent: quid? quod alia incommoda inde metuenda eſſent, vnde ex reditibus eccleſiaſticis communiter egentibus clericis certum quid in ſuſtentationem aſſignare ſolent, quod vocant, die Competentz ſetzen und geben, quæ vero ſuperſunt, creditoribus in ſolutionem aſſignantur.

In praxi tamen vtpluriſmum clericis beneficium competentiæ attribuunt.

§. XXX. Præſuppoſita ergo hac praxi, *requiſita*, vt huic beneficio locus eſſe poſſit, ſpecialius conſideremus. Requirunt (1) clericos *in ordinibus ſacris* conſtitutos. Nec enim clerici *minorum ordinum*, aut qui tantum *primam tonſuram* acceperunt, eodem fauore digni ſunt, multo minus in eos quadrat ratio æquitatis, antea adducta. Ita recte cenſet COVAR-

Requiruntur 1) clerici in ordinibus ſacris locati.

VARRVVIAS *lib. II. var. reſol. c. 1. num. 9.* additque: *Non aliter decretalis hæc* (ſcil. *c. 3. X h. t.*) *in foro admittenda eſt, ob multitudinem eorum, qui temere ſine aliquo delectu, vt vitiis et criminibus liberius vacent, primis et minoribus ordinibus ſolent, maxima profecto prælatorum incuria, inſigniri.* Certe indigni ſunt hoc beneficio, qui *clericorum* titulo ſuperbiunt, non tamen ſacris inſeruiunt. Imo nec eccleſiæ vllum inde ſentit incommodum, ſi hi *in ſolidum* condemnantur, nec ordini clericali vllum dedecus infligitur, ſi vel maxime hoc beneficio non gaudent. Gaudent quidem priuilegio *fori*, quod ad ampliandam iurisdictionem eccleſiaſticam inualuit; ſed inde non neceſſe eſt, vt omnium clericorum *iuribus* fruantur, maxime cum oſtendi nequeat, hoc beneficium *omnibus clericis ſine delectu* datum fuiſſe, quod ſola *interpretatio vſualis* ex rationibus adductis firmauit, quare ad hos clericos, de quibus loquimur, applicari haud poteſt.

Quod contra Fagnanum defenditur.

Opponit quidem FAGNANVS generalitatem textus in *c. 3. cit.* Sed ſciendum eſt, (1) in eo contineri *caſum ſpecialem*, nec conſtare, qualis clericus fuerit: (2) adhuc nondum eſſe euictum, illum de beneficio *competentiæ* intelligi debere: quin potius (3) ex ſolo *vſu forenſi* eo gaudent, qui illis non æque communis eſt, ſaltem hactenus probari non potuit. Accedit (4) quod ex diſpoſitione *concilii Tridentini ſeſſ. XXIII. de refor. c. 6.* nequidem omnes clerici *minorum ordinum* beneficium *fori* habeant, ſed illi demum, qui vel *beneficium eccleſiaſticum* habent, alicui eccleſiæ ex mandato epiſcopi inſeruiunt, aut in aliqua ſchola vel vniuerſitate de licentia epiſcopi, quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos, verſantur: reliqui manent ſub *foro ſeculari*, et nullatenus gaudent priuilegiis clericalibus. CANISIVS *ad c. 3. cit. n. 5.* Forſan ergo clerici *minorum ordinum*, iuxta concilium Tridentinum qualificati, hoc beneficio gaudebunt? Ego vero ne hoc dixerim; ideo enim vſus clericis illud dedit, quia *militiam cœleſtem* agere videntur. At vero illam haud exercent *otioſi clerici*, vel ipſo CANISIO obſeruante, ſi vel maxime beneficium teneant, vel in aliqua ſchola verſentur, nam et hi adhuc otioſi ſunt reſpectu *miniſterii ſacri*. Ceteri, qui ex mandato epiſcopi eccleſiæ alicui inſeruiunt, non quidem *otioſi* ſunt, ſed tamen miniſteria eorundem vulgaria non ſine graui abuſu *militia cœleſtis* dici queunt. Vnde nec hodie inter proteſtantes ad *adituos*, *cuſtodes*, aut *organicos* illud extendi poteſt. Quod vero *capitulares* et *canonici* apud pontificios eodem gaudeant, nullam habet dubitandi rationem, maiorem vero apud proteſtantes, apud quos, ſi officia ſpectas, fere non ſunt clerici. Aſt cum adhuc per *inſtrumentum pacis* dignitate eccleſiaſtica cum epiſcopis præfulgeant, priuilegia quoque, alias ca-

An canonici eo gaudeant?

noni-

Digitized by Google

nonicis competentia, iis denegari nequeunt, cum etiam adhuc hodie aliis immunitatibus frua ntur.

§. XXXI. Probanda (II) eſt *inopia*, ob quam ſoluere nequeunt. Quamuis vero varios eam demonſtrandi modos adferre ſoleant, et in eo conueniant, quod *ſummarie* docenda ſit paupertas, quam ex eo colligunt, ſi viſus ſit clericus debitor mendicare, ALOYS. RICCIVS *in prax. reſol. 245. n. 2.* vel ex pluribus aliis coniecturis, de quibus pleniſſime agit MASCARDVS *de probat. conel. 1154.* ſimpliciſſimus tamen modus eſt, ſi clericus debitor a conſiſtorio iubeatur patrimonii ſui edere *ſpecificationem iuratam*, quam etiam edere iubetur, qui bonis cedit, MEVIVS *de ſpecif. iur. cap. IV. §. 28.* vt, quantitate eius perpenſa, iudex determinare queat, quid clerico debitori pro eius dignitate relinqui debeat. 2) Probanda eſt inopia.

§. XXXII. Inquirendum (III) in *cauſam inopiæ*. Indigni hoc beneficio reputandi, qui *luxurioſe* viuendo ſubſtantiam ſuam diſſiparunt, et fraude ſua inopes facti ſunt, cum delinquentibus iura non ſuccurrant. Leuiori tamen *culpæ* condonandum erit. Plerique *dolum* deſiderant, vt FAGNANVS *cit. l. n. 44.* nec ab hoc recedunt, qui luxurioſe viuunt, *l. 8. D. pro emtore*, maxime clerici, quorum vita alios mores omnino poſtulat, vt merito *clericorum* priuilegiis priuentur, qui vita ſua peſſimos quosque ſuperant. Ita optime cenſet BARBOSA *ad cit. c. n. 22.* et NICOLAVS DE GRASSIS *de effectib. clericatus, effect. VII. §. 32. ſeqq.* 3) Confidenda eſt cauſa inopiæ.

§. XXXIII. Ratio quoque (IV) ipſorum *debitorum* habenda. Etenim ratio iuris non patitur, vt 1) clericis, ſi in *negotiis alias illicitis* deliquerint, ſuccurratur, qui potius carceri mancipandi ſunt. Illuſtrari hoc poterit ex *c. 1. X. de depoſ.* vbi quæſtio eſt de *clerico depoſitario*, qui depoſitum inique occultauerat, animo furandi et intercipiendi, quo intuitu etiam *fur* ibidem dicitur. Huic beneficium nullum indulgendum erat; quin potius iubet pontifex, eum, ſi neceſſe ſit, *vinculis alligari*. Vlterius clerici *calumniatores*, et qui friuole lites protrahunt, in expenſas condemnantur, quas ſi ſoluere nequeunt, aliter puniuntur, quia hæc condemnatio in expenſas ſpecies quædam pœnæ eſt. *c. 5. X. de dol. et contum.* Nec porro parcendum eſt illis, qui in fraudem creditorum bona ſua *alienarunt*, ſed recte incarcerantur. GRASSIS *c. l. n. 36.* Idem 2) dicendum de his, qui *negotiantur*. Nam nec hi ſemper *fori priuilegio* gaudent, ſed tales *clerici mercatores* iure communi ceterorum mercatorum vtuntur, ſi ex contractu, mercaturam concernente, conueniantur, vt nec diffitetur de GRASSIS *cit. eff. VII. num. 63. ſeqq.* 4) Ratio debiti habenda. Clerici negotiatores hoc beneficio non gaudent.

(1) Videndum, an huic beneficio renunciauerint?

§. XXXIV. Tandem quoque (V) videndum, an etiam *huic beneficio*, quod ex *c. 3. X. h. t.* sibi competere putant, *renunciauerint?* In antiquis chirographis frequentissime hæc clausula occurrit: Ich renunciire auch hiebey allen Rechts-Wohlthaten, insbesondere dem *c. Odoardus:* adeo, vt chirographis, nomine *ecclesiæ* et *monasteriorum* conscriptis, inseri soleat, quia ipsi clerici sub *ecclesia* et *monasteriis* intelliguntur. Equidem plures dubitarunt, vtrum etiam huic beneficio renunciari possit ad effectum, vt ob debita incarcerari queat clericus, quoniam condemnatio *in solidum* contra reuerentiam his personis debitam militare, et tali renunciatione toti ordini, cui priuilegium hoc datum, præiudicium fieri videtur? Vulgus negantium sequuntur DE GRASSIS *cit. l. n. 28.* GONZALEZ *ad c. 3. X. h. t. n. 17.* WIESTNER. *ad h. t. X. num. 29.* BARBOSA *ibid. n. 24.* FAGNANVS *ibid. 74.* Inter hos WIESTNER. FAGNANVS, aliique, nequidem *iuratam renunciationem* admittunt, quia priuilegium hoc non *singulis*, sed *toti ordini* datum credunt, cui nec per *iuramentum* renunciari potest. Eodem argumentandi genere ipse vtitur pontifex in *c. 12. X. de for. compet.* supponitque, tale iuramentum esse contra leges. Alias ineptias addit FAGNANVS *cit. l.* quibus probare conatur, eiusmodi iuramentum contra bonos mores esse, *quia*, ait, *carceris squalor contra æquitatem naturalem est, et ex hoc sequitur inhumanitas et crudelitas: liberi hominis caro et corium non possunt esse in obligatione.* Quidam tantum respuunt *simplicem; iuratam* admittunt; in qua sententia est CAROLVS DE GRASSIS *cit. l.* sed meo iudicio ludit. Ait enim, *renunciationem validam esse, posse tamen eundem petere relaxationem, nec hanc esse denegandam.* Certe non satis sibi constat: si enim obligatur ex tali *renunciatione iurata*, obligatur quoque, ne semet inuito creditore ab ea liberet, quod tamen facit petendo relaxationem. Reuera non obligatur, cuius in potestate est, vt non sit obligatus, quia absolutio talis ei non debet denegari, vt expresse addit. O barbaram philosophiam!

Posse eidem renunciari, adstruitur.

§. XXXV. Verum interpretes in hac quæstione omnia turbant et miscent. Omnes ad vnum defendunt, in eo textu, de quo hactenus actum, agi non de *cessionis*, sed pinguiori beneficio, *competentiæ* scilicet. Attamen si omnium rationes conferantur, potissimum illuc redeunt: *an clericus possit renunciare beneficio cessionis?* Quod tamen nolunt esse in quæstione, dum generatim quærunt, an renunciari possit beneficio *cap. ODOARDVS?* Distincte potius procedendum, et inquirendum (1) *an possint renunciare beneficio competentiæ?* quod affirmandum censeo. Neque,

Digitized by Google

que, dum hoc affirmo, ſtatim aſſero, clericos carceri eſſe mancipandos, quem effectum renunciatio huius priuilegii minime habet; ſed eum tantummodo, ne alimenta neceſſaria excipere, verum omnibus bonis ſpoliari, vel, vt lenius dicam, priuari queant. Interim autem hoc ipſo non ſtatim amittit *beneficium ceſſionis*, quin, cum omnis renunciatio ſit ſtricti iuris, ad *hoc* extendi nequit, et conſequenter per renunciationem, amiſſo beneficio *competentiæ*, non ſimul amiſſum cenſetur *beneficium commune*, quod etiam laicis indultum eſt, *ceſſionis* nimirum. Equidem vrgent, tendere talem renunciationem in præiudicium *ſtatus clericalis*, quod ita in iſtius opprobrium mendicare, aut alias ſordide viuere clerici teneantur, vt philoſophatur WIESTNER. *cit. l. num. 29.* Neſcio tamen, an vnius alteriusue inopia *toti ordini* opprobrium adferat. Senatorius ordo et conſiliariorum eſt ſatis honeſtus, imo ampliſſimus: ponamus, competere ſenatoribus et conſiliariis hoc beneficium, quod nonnulli docent: an ergo ei renunciare poſſunt? Facilius hoc indulgebunt, et quidem recte, cum vnius alteriusue ſenatoris, conſiliarii, aut doctoris inopia toti ordini nullum præiudicium inferat. Militibus ſane renunciatio hæc cum effectu iuris non denegatur, *arg. l. penult. C. de pact.* et cum alias iura *militum* clericis adaptent, cur hanc poteſtatem illis denegabunt? Forſan ideo, quod tantum in *fauorabilibus* milites ſint, non in *odioſis*. Sed hanc reſponſionem ſolidior non fert iurisprudentia. Enimuero, non probo duritiem creditorum, ſi renunciationi huic rigide inſiſtant; qui potius omnibus modis inducendi ſunt, ne iure ſuo contra eccleſiæ paſtorem vtantur: interim ſi ad miſericordiam, cui leges non ſunt ſcriptæ, flecti nequeant, ſententia ſecundum pacta conuenta omnino ferenda erit. (2) *An beneficio ceſſionis renunciari poſſit?* Quod itidem arbitror, cum nulla obſtet ratio, quo minus ſe ad carceres obligare queant, prout obligatio *obſtagii* et *cambialis* liquide docet. Non tamen defuere, qui exiſtimarunt, *ceſſionis* beneficio nullo modo renunciari poſſe, quos ſolide refellit B. STRYK *in cautel. contr. ſect. II. c. 7. §. 39.* Interim, quod ſpeciatim miniſtros eccleſiæ concernit, diſtinguo inter *iudicis* et *principis* officium. *Ille* ſecundum pacta et conuenta iudicat, et quia nemo cogitur, vti *beneficio ceſſionis*, ideo eum, qui declarauit, ſe nolle vti hoc beneficio, condemnat ad carceres. *Princeps* autem, qui pacta ſubditorum etiam temperare poteſt, ſi inde eccleſiæ adferri incommodum videt, huius renunciationis effectum *ſuſpendere* non impeditur, cum omnia iura ſubditorum ſubordinata ſint *ſaluti publicæ* et eccleſiæ, ad quam primario princeps reſpicere debet.

Vt et beneficio ceſſionis.

Renunciatio hæc haud colligenda ex iuramento debito adiecto.

§. XXXVI. Hoc facile concesserim, renunciationem talem debere esse *expressam:* neque enim illa inducitur ex *solo iuramento*, quod debito a clericis adiectum est, cum etiam hoc intelligatur sub clausula, *rebus sic stantibus*, per *c. 25. X. de iurei.* CAROL. GRASSIS *cit. l. n. 20.* et proinde falsa et erronea sit doctrina, *iuramentum habere effectum renunciationis omnium beneficiorum.* Pleniſſimus hac in doctrina est SERAPHINVS DE SERAPHINO *de priuil. iuram. et additionator eius* BENCKENDORFF, sed, quod negari nequit, vterque pleniſſime et sæpiſſime errat. Speciatim *priuil. 56.* putant, iuramento, quod debito annexum est, tolli beneficium *competentiæ*, quod habeat vim *specialis consensus* et *renunciationis*, quæ ratio tamen id petit, quod est in principio. Qui *iurat*, non *renunciat*, et qui priuilegiis *cessionis* et *competentiæ* vtitur, minime intendit, solutionem prorsus declinare, sed eam tantum tamdiu suspendere, donec ad meliorem fortunam peruenerit,

Quando aliis beneficia hæc clericis denegentur?

§. XXXVII. Refert tamen BARBOSA *ad c. 3. X. h. t. nouendecim casus*, in quibus partim beneficium *cessionis*, partim *competentiæ* cessat, quæ duo vbique confundit. Nonnullos in antecedentibus adduxi: reliquos hic examinabo. Denegatur videlicet hoc beneficium (1) debitori *pensionis*, quam ex beneficio alii debet. Equidem GRATIANVS *in disceptat. for. cap. 222. num. 53.* in diuersam abit sententiam; sed sine ratione; quia *pensiones* afficiunt ipsum beneficium, et *praecise* ex eo solui debent, fauoremque *alimentorum* pro se habent. (2) Si *creditor* clerico debitore *pauperior* exiſtit, quod itidem admitto, quia in genere in tali casu beneficium competentiæ cessat. (3) Si clericus *coniugatus* est: hunc indignum priuilegiis clericalibus esse, censent, quod ad nostra fora applicari non posse, quilibet videt. (4) Quando clericus est *de fuga suspectus*, quod etiam admittit HARTMANNVS HARTMANNI *lib. II. obs. pract. c. 2. obs. 4.* quod tantum eo pertinet, vt possit incarcerari ad impediendam eius fugam, non vero, vt eo ipso amittat *beneficium cessionis* vel *competentiæ.* Sed tam late extendunt disposition em *dict. cap.* vt omnem *incarcerationem* eo ipso prohibitam esse credant, quod tamen vix inde euinci potest (5) Si clericus *negauit* debitum, in pœnam scil. *mendacii*, quia indignus est beneficio, qui negat beneficii fundamentum. (6) Si post condemnationem suscepit *terminum*, h. e. certo tempore soluere promisit, quia hoc modo *competentiæ beneficio* renunciasse censetur. Sed cum plerique interpretes renunciationem non admittant, vix est, vt hanc quoque limitationem approbare possint: accedit, quod renunciatio, quia non præsumitur, sed expresse fieri debeat, inde vix colligi queat. (7) Si cle-

Digitized by Google

clericus *heres* sit *debitoris*, nec confecit *inuentarium*, quod præsumtio contra eum militet. Verum, hodie sine difficultate ad *iuratam specificationem* admittendus erit. (8) Si *actione reali* conuenitur. (9) Si bona *aliena*, tanquam *tutor* vel *gestor*, administrauit etc.

§. XXXVIII. Quia vero in honorem ministerii hic honos clericis debetur, ne ob debitum facile incarcerari queant, et præterea beneficium competentiæ *personalissimum* sit, hinc per se inde fluit, (1) *vxorem, viduam*, aut *liberos* pastorum beneficio *competentiæ* non gaudere: (2) incarcerari quoque illos posse, nisi iure communi *beneficio cessionis* gaudeant. Priuilegio fori enumeratæ personæ quidem gaudent: quamuis pudendum sit, quod IAC. ANTON. MARTA *in tr. de iurisd. p. 4. cent. 1. cas. 44.* asserat, priuilegium fori ad clericorum *concubinas* quoque extendendum esse: sed hoc ideo admissum, quia fori priuilegium *mixtum* est. Sic etiam alia priuilegia communicantur vxoribus et liberis, obseruante HERTIO *de transit. priuil. personal. ad alios §. 15. et 19.* ast non *personalissima*, quibus annumeratur *beneficium competentiæ*, HERTIVS *cit. l. §. vlt.* LAVTERBACH. *de benef. compet. §. 7.*

Ad familiam clerici hæc beneficia extendi nequeunt.

§. XXXIX. Denique multum quoque refert, vtrum clerici *nomine proprio*, an vero intuitu *functionis ecclesiasticæ* contraxerint? Priori casu eis gaudent priuilegiis, de quibus hactenus actum est. Posteriori autem non se, sed *ecclesiam* obligare voluerunt, quo casu non primario ad beneficia, quibus clerici, qua tales, gaudent, respiciendum, sed recurrendum ad iura singularia ecclesiis debitoribus indulta, quæ supra *titulo XVI. de depos.* iam explicata sunt.

Quid iuris, si clerici se nomine ecclesiæ obligauerint?

§. XL. Supereſt, vt de *clerico debitore defuncto* videamus. Habet hic *successorem* vel *singularem*, vel *vniuersalem*. Ille est in officio successor, qui regulariter non tenetur ad debita antecessoris sui soluenda, nisi sint contracta *pro necessitate ecclesiæ*. Potissimum hoc vsu venire solet in clericis, dignitate ecclesiastica instructis, quales sunt *archiepiscopi*, *episcopi*, *abbates*, *præpositi* etc. qui, cum *iure* quodam *eminentiori* bona ecclesiastica administrent, sæpe etiam pro eorum *necessitate* debita contrahere tenentur, a successore *in officio* soluenda, quia *pro necessitate ecclesiæ*, h. e. prælati, ecclesiastico officio præfulgentis, facta dicuntur, quam iure successionis hic accipit. Huc respexit pontifex ALEXANDER III. in *c. 1. X. h. t.* vbi ita: *Sicut filius debita patris soluere tenetur, ita prælatus sui prædecessoris pro ecclesiæ necessitate contracta.* Decisio ipsa satis proba est, sed argumentandi ratio improba, et non toleranda, quicquid canonistæ pro eius saluatione corradant, et coa-

Successor in officio tenetur soluere debita ab antecessore contracta pro necessitate ecclesiæ.

ceruent. A *ſucceſſore vniuerſali* ad *ſingularem* non valet conſequentia, nec filius debita patris ſoluere tenetur, niſi *heres* eius ſit. At ſucceſſor ſingularis in officio ſacro non fit *heres anteceſſoris*, ergo ex hoc fonte ratio decidendi deſumi nequit, ſed potius ex eo, quod in *eccleſiae vtilitatem* et *neceſſitatem* debitum contractum ſit, et ſic ipſa *eccleſia* obligata eſſe cenſeatur. Huc pertinet, (1) ſi debitum contractum eſt *pro neceſſaria prælaturæ* vel *diœceſeos defenſione;* ſi in alimenta *præſidiariorum militum* expenſæ factæ etc. RLOCK. *de contribut. cap. VIII. n. 64.* (2) Si prælatus mutuam accepit pecuniam, pro *ſua, ſuorumque neceſſaria ſuſtentatione*, quod eccleſia teneatur alere ſuum prælatum. REDOAENVS *de reb. eccleſ. alien. qu. 4.* GOEDDEN *conſil. 36. n. 1.* BARBOSA *ad clt. c. 1. n. 3.* Verum hoc cum grano ſalis accipiendum arbitror, vt de eo tantum intelligi debeat caſu, ſi prælatus forſan *tempore belli*, aut alicuius *neceſſitatis publicæ*, fructus beneficii ſui non potuit percipere, ſed debita pro ſua ſuſtentatione contrahere coactus fuit. Sunt prælatis, clericisque aſſignati certi reditus, quibus contenti eſſe iubentur; alioquin enim quilibet ſucceſſor *in officio* teneretur ſoluere debita anteceſſoris, quæ vtplurimum pro *commodiore ſuſtentatione* facta ſunt; imo daretur prælatis occaſio, ſucceſſorem admodum grauandi, dum lautius viuerent, ac pro ratione redituum viuere deberent. Ceterum, quod SVRDVS *conſil. 333. n. 13.* exiſtimat, ſufficere, debita eſſe contracta pro *vtilitate eccleſiæ*, etiamſi non probetur, in rem eccleſiæ verſa eſſe, admodum dubium eſt, cum non poſſit dici debitum *pro neceſſitate eccleſiæ* contractum, niſi de *verſione in vtilitatem epiſcopatus* aut *prælaturæ* conſtet, nec credi debeat chirographo, in quo forſan hic prætextus expreſſus eſt, cum ſucceſſori ſingulari tali conceſſione præiudicium nullum creari poſſit, quod facile fieri poſſet, vbi cuiuscunque conceſſioni ſtatim credi deberet; proinde ante omnia talis *verſio* probanda eſt. *c. 1. X. de depoſ.* GRATIANVS *diſcept. for. tom. I. cap. 94. num. 46.* Sunt homines ad vitia et mendacia proni: ſimulant, diſſimulant, et quæuis audent, ſi egent et mutuam pecuniam appetunt. Quam facile ergo prælatus induci poſſet, vt confiteretur, ſe pecuniam pro *neceſſitate eccleſiæ* ſuſcepiſſe, quam in luxum et ingluuiem forſan inſumſit!

An verſio in eccleſiam docenda?

§. XLI. Succeſſores *vniuerſales* ad debita ſoluenda adſtringi, extra dubium eſt, adeoque cum *ſalarium deſeruitum* et *fructus promeriti* ad hereditatem ſpectant, debita clerici debitoris exinde quoque ſoluenda, et arreſtum iis imponi poteſt. Grauior dubitatio eſt de

anni-

anni gratiæ reditibus, an et quatenus ex eis debita defuncti clerici ſolvi debeant? Vbi animaduerto, duplicem eſſe anni gratiæ rationem: quandoque enim in compenſationem annorum *carentiæ*, vt vocant, defuncti heredibus indulgetur; quandoque tantum liberis et viduæ *iure plane ſpeciali*. Illo caſu eo magis ex his reditibus ſoluendum eſt æs alienum, quo magis hi anni gratiæ, vt vocantur, *deſeruitis* accedunt. Hoc caſu vero, ſi liberi et vidua non ſunt defuncti heredes, æris alieni neceſſitas ex his reditibus illis quoque non incumbit, de qua materia iam ad *tit. de præbend.* circa finem actum eſt, vt vel binis illam verbis tangere ſuffecerit.

TITVLVS XXIV.

DE

DONATIONIBVS.

§. I.

Denique communis doctrina de *alienatione rerum eccleſiaſticarum haud ſuſcipienda* recte quoque trahitur ad *donationes*, et quidem eo magis, quod *nullo iure cogente* fieri ſoleant, et vix *iuſta alienandi cauſa*, ſine qua alienatio inualida eſt, ſupponi queat. Sunt *epiſcopi eccleſiaſticarum rerum procuratores, et non domini*, vt ait ALEXANDER III. in *c. 2. X. h. t.* et quamuis cum *ſimplicibus procuratoribus* ſimpliciter conferendi non ſint, ſed *ius ſublimius* habeant, rationibus reddendis non adeo obnoxium, imo vi *legis diœceſanæ* et *iurisdictionis eccleſiaſticæ* ius circa ſacra exerceant, *domini* tamen rerum eccleſiaſticarum haud ſunt dicendi, vt pro lubitu, etiam cum *detrimento eccleſiæ*, de illis diſponere, iisque abuti valeant, quin potius *conditionem eccleſiæ meliorem, non vero deteriorem facere debent*. Inde pontifex in *c. 2. ſq. X. h. t.* *conuentus* et *canonicorum* quoque deſiderat *conſenſum* in facta donatione; addit tamen in *c. 3. cit.* 1) *rei datæ quantitatem*, 2) *illius terræ conſuetudinem eſſe diligentius attendendam, et ſecundum hoc donum ratum vel irritum iudicandum*. Rei modicæ donatio etiam a tutore facta ſubſiſtit: et quis hodie epiſcopos, et illuſtri gente natos, et principali dignitate fulgentes, adeo reſtringeret, vt *ex dignitate officii ſui* nihil ex ærario

Donatio rerum eccleſiaſticarum prohibita eſt.

Sine conſenſu capituli, obſeruata tamen conſuetudine.

ærario eccleſiæ, pro more conſueto, donare poſſent, dummodo ab immobilibus maioris pretii abſtineant? Deinde ſimul declaratur ex *hoc tx.* doctrina ſupra *tit. de feud. §. XXXII.* adducta, quod conſuetudine etiam ſolennia canonica in alienationibus neceſſaria aboleri poſſint, de quibus non adhibitis in *cit. tx.* agebatur: quamuis enim clauſulam addat: *quæ tamen ſacris canonibus non manifeſte obuiet*, eſt tamen hæc ipſa prorſus ſine effectu, ſine virtute. Quot ſunt hodie conſuetudines *contra canones* in capitulis, in eccleſiis aliis, imo inprimis in aula Romana, quas tamen ſancte obſeruant, nec ſe ab iis retrahi permittunt! Infinita iura eſſent abolenda, ſi quidquam roboris in praxi adductæ clauſulæ ineſſet, et canones antiqui puriorisque eccleſiæ principaliter obſeruari deberent.

Iuſta donandi cauſa deſumitur ex remuneratione.

§. II. Iuſta cauſa primario quæritur in *remuneratione*, quamuis etiam eo caſu ad conſenſum capituli aliaque ſolennia prælatum obſtrictum eſſe, doceat GONZALEZ *ad c. 3. cit. n. 9.* His adhibitis, donatio remuneratoria ſubſiſtit, STEPHANI *de iurisdict. lib. III. p. 1. c. 14. n. 59.* adeo, vt approbante epiſcopo etiam inferior prælatus remunerationem de bonis eccleſiæ facere queat. CARPZOV. *P. II. C. u. def. 45.* PHILIPP. *de ſubſell. templ. c. 4. §. 4.* Exemplum huiusmodi donationis *remuneratoriæ* occurrit in *c. 5. X. h. t.* vbi de rebus eccleſiaſticis facta erat inueſtitura quibusdam nobilibus, *quod tempore ſchiſmatis epiſcopum in domo ſuo tenuerant;* quamuis enim ea inueſtitura ex *mandato papæ* facta eſſe dicatur, inde tamen apertum eſt, ipſum pontificem in *remuneratione* agnouiſſe *iuſtam donandi cauſam*, quæ hodie ſufficit, reliquis accedentibus requiſitis, licet auctoritas papæ deficiat. Conf. B. STRYK. *de benemerit. c. IV. n. 43.* RICHTER. *P. IV. conſ. 42. n. 260.* B. HARPRECHT. *vol. nou. conſ. 22. n. 246. ſqq.* Interim *generalis allegatio meritorum* non ſufficit in inſtrumento donationis; *ſpeciatim* illa exprimenda, de iis in capitulo, vt moris eſt in aliis alienationibus, deliberatio inſtituenda, et decreto tandem firmanda. Alioquin ſub prætextu *remunerationis* ſemper prælatis integrum foret, res eccleſiæ in amicos, paraſitos, adulatoresque diſſipare. Facilius etiam admittitur donatio eccleſiæ opulentioris in *eccleſiam indigentiorem*, *c. 9. X. h. t.* cum communis eccleſiarum ſtatus inde nullam patiatur iacturam, et præterea donationes ad pias cauſas inſigni fauore fruantur, prout *tit. XIII. §. 42.* ſpeciatim excuſſum eſt.

Remiſſiue alia iura ſingularia referuntur.

§. III. Donationi, in *eccleſiam* et *pias cauſas* factæ, etiam plura *iura ſingularia* tribuunt, quæ pro parte collegit BRVNNEM. *de iur. eccleſ. lib. II. c. 15. §. 18.* Huc referunt 1) quod donatio vltra 500. ſolidos in eccle-

Digitized by Google

ecclesiam facta *sine insinuatione* subsistat. Sed contrarium ostendi *in iure paroch. sect. V. c. 1. §. 12.* 2) Quod non desideret *acceptationem*, et vel *voto* fieri queat, de quo itidem *cit. l. §. 13.* dixi. 3) Quod dominium ex sola donatione facta *ipso iure* in ecclesiam transeat, per *l. 13. C. de S. S. eccles.* quod itidem *cit. l.* obseruaui. 4) Quod *omnia bona* præsentia et futura quis ecclesiæ donare queat; in eo tamen nihil iuris singularis occurrere, *cit. l.* demonstraui. 5) Quod donatio ob supervenientiam liberorum in ecclesiam facta *reuocari non possit*, vt censet TIRAQVELL. *de priu. piar. caus. priuil. 18.* Verum solida ratione destituitur: fauor solus ecclesiæ nullam exceptionem tribuit, vt plenius ad *tit. de testam.* dicam, secundum quæ etiam reliqua Dd. tradita examinanda sunt.

TITVLVS XXV.
DE
PECVLIO CLERICORVM.

§. I.

Hactenus de eo potissimum actum est, in quantum de *bonis ecclesiæ* clerici disponere queant: in *hoc et seqq. titulis* traditur, in quantum de *bonis propriis*. Hæc sunt duplicis generis, vel *patrimonialia*, quæ aliunde quam ex rebus ecclesiæ vel officio sacro acquisiuerunt, de quibus *libere* disponunt: vel *profectitia*, quæ *peculii* instar habentur, ideo, quod libere de iis non possint, maxime vltima voluntate, disponere, qualia sunt ea, quæ ex *reditibus ecclesiæ* vel *officio sacro* acquisiuerunt. De his *inter viuos* pro lubitu disponunt, etiam ad abusum vsque: sed post mortem suam eadem ecclesiæ, ex antiquo ecclesiæ more, relinquere tenentur, *c. 3. X. h. t.* quo ipso successio tam *testata*, quam *intestata*, intuitu clericorum noua prorsus iura accepit. Nam *testamenti factio* de his bonis est ademta prælatis ceterisque clericis, *c. 5. X. h. t. c. 1. 7. 12. X. de testam.* nec heredes ab intestato in iis succedunt, sed *separatio bonorum*, ad instantiam ecclesiæ, instituí debet, vt plenius infra dicendum erit. Atque hac de causa præmittitur titulus *de peculio clericorum*, qui præparat vias ad duos *titulos* subsequentes, in quibus agitur de *successione testata* et *in-*

Connexio.

Bona clericorum quotuplicia.

Inde successio secundum bonorum diuersitatem variare cœpit.

Digitized by Google

teſtata clericorum et eccleſiæ. Quamuis vero de teſtamentis demum *tit ſeq.* ex profeſſo agatur, fundamenta tamen teſtamenti factionis clericorum in *hoc titulo* occurrunt, vnde non inconueniens erit, *hoc titulo* ſimul de *teſtamenti factione clericorum et monachorum* agere, vtpote quæ primaria eſt concluſio, ex doctrina de *peculio clericorum* promanans. Sunt adhuc plura alia ſingularia teſtamentorum iura, maxime *pias cauſas* concernentia, quæ commodius ad *tit. ſeq.* reiici poſſunt.

Clerici olim de bonis ſuis libere diſponebant.

§. II. Rem ab ouo exordiar, et iura antiqua de *clericorum bonis* et diſpoſitione de iisdem libera præmittam. Videlicet talis bonorum diſtinctio, quæ *hoc titulo* traditur, olim non adeo cognita, aut vſitata, multo minus epiſcopis aliisque clericis *teſtamenti factio* interdicta fuit, quamuis plerique in anguſtiis rei domeſticæ viuerent, vt parum forſan de teſtamentis condendis cogitarent. Paulatim, creſcentibus eccleſiæ reditibus, variis modis reſtricta eſt eorum teſtamenti factio, imo ex inſtituto AVGVSTINI ſeculo IV. fere quibusdam prorſus ademta. Ad vitam monaſticam iam adſuetus, collegit clericos, qui cum ipſo *more monaſtico* viuerent, et proprietati rerum renunciarent. *Ecce, quomodo viuimus*, ait in *tr. de diuerſ. ſerm. 49. c. 2.*, *nulli licet in ſocietate noſtra habere aliquid proprium. Nulli licet. Si qui habent, faciunt, quod non licet.* Inde colligebat, *teſtamenti factionem* huiusmodi clericis eſſe ademtam, non *lege* quadam *publica*, quæ deficiebat, ſed ex *inſtituti peculiaris* indole. Inde ægre admodum ferebat, quod IANVARIVS presbyter teſtamentum condidiſſet. *Teſtamentum fecit presbyter*, ait *cit. l. ſocius noſter, nobiscum manens, de eccleſia viuens, communem vitam profitens. Teſtamentum fecit, heredem inſtituit. O dolor illius ſocietatis! Sed eccleſiam ſcripſit heredem. Nolo munera iſta.*

Niſi quod Auguſtinus illis, qui in communi vita cum eo viuebant, interdixerit teſtamenti factionem,

priuato ausu, non auctoritate canonum.

§. III. Erat hæc AVGVSTINI *lex priuata*, et ſi dicendum, quod res eſt, non ſine aliqua temeritate conſtituta. Neque enim hactenus hæc poteſtas epiſcopis data erat, vt de huiusmodi cauſis leges clero præſcribere poſſent. Non mirandum ergo, ſi hoc ipſum a pluribus reprobatum fuerit. Ipſe vero contra audentior iuit, et *eod. tr. ſerm 50.* in eadem permanſit ſententia. *Modo quia placuit illis*, ait, *ſocialis hæc vita, quisquis cum hypocriſi vixerit, quisquis inuentus fuerit habens proprium, non illi permitto, vt inde teſtamentum faciat, ſed delebo eum de tabula clericorum. Interpellent contra me mille concilia, naviget contra me, quo voluerit, ſit certe vbi potuerit, adiuuabit me DEVS,*

Digitized by Google

DEVS, *vt*, *vbi ego sum*, *illic clericus esse non possit*. Sed fere cum AVGVSTINO exspirauit hæc sodalitas clericorum, cum non adeo multos sectatores habuerit.

§. IV. Mansit ergo salua clericis plerisque testamenti factio, et patrimonii proprii possessio. Sed non pauci tamen hic excedebant, et ex reditibus ecclesiasticis mox ingentes thesauros colligebant, contra institutum ecclesiæ, quæ tantum victum necessarium assignabat clericis episcopisque. AMMIANVS MARCELLINVS *lib. XXVII. c. 6.* de episcopis Romanis tradit, quod post impetratum episcopatum *ita securi sint*, *vt ditentur oblationibus matronarum*, *procedantque vehiculis insidentes circumspecte vestiti*, *epulas curantes profusas*, *adeo*, *vt eorum conuiuia regales superent mensas*. Suspectum forsan videtur ethnici hominis testimonium, quod etiam grauem αὔξησιν continere videtur. Audiamus ergo testem domesticum, HIERONYMVM, qui *epist. 2. ad Nepotianum* signanter scribit: *Obsecro te*, *et repetens iterum iterumque monebo*, *ne officium clericatus genus antiquæ militiæ putes*, *id est*, *ne lucra seculi in Christi quæras militia*: *ne plus habeas*, *quam quando clericus esse cœpisti*, *et dicatur tibi: clerici eorum non proderunt eis. Nonnulli enim sunt ditiores monachi*, *quam fuerant seculares; et clerici*, *qui possideant opes sub Christo paupere*, *vas sub locuplete et fallace diabolo non habuerunt*, *vt susciperet eos ecclesia diuites*, *quos mundus tenuit ante mendicos.*

Auaritia clericorum crescente, restringi cœpit testamenti factio.

§. V. Aegre hoc plurimi ferebant, ideo quod reditus ecclesiastici non nisi primario *pauperum sustentationi* essent destinati, adeo, vt clerici quoque non sub titulo *salarii*, sed *eleemosinæ* ad *distributiones* has vel *quotidianas* vel *mensurnas*, vt passim CYPRIANVS loquitur, admitterentur. Hac bonorum ecclesiasticorum ratione plurimi deterrebantur, ne quid ex iis sibi acquirerent, vel ex iis parce viuerent; alii *auaritiæ* magis studebant, et bene pasti postmodum testamenta condebant de iis, quæ *indebite* et vltra *victum necessarium* ex reditibus ecclesiæ perceperant. Id quod restringendum esse patres crediderunt, maxime cum *prebendæ certæ* et *determinati reditus* iis haud essent assignati. In *concil. Carthaginensi III.* de anno 397. *c. 49.* quem GRATIANVS in *c. 1. C. 12. qu. 3.* retulit, hac de re patres ita censuerunt: *Placuit*, *vt episcopi*, *presbyteri*, *diaconi et quicunque clerici*, *qui nihil habentes ordinantur*, *et tempore episcopatus vel clericatus sui agros vel quæcunque prædia* NOMINE SVO *comparant*, *tanquam rerum dominicarum inuasionis crimine teneantur*: *nisi admoniti ecclesiæ eadem ipsa contulerint. Si autem ipsis propriis aliquid libertate alicuius vel successione*

Maxime quod reditus ex bonis ecclesiasticis percepti, pauperum esse crederentur.

Digitized by Google

cognationis obuenerit, faciat inde, quod eorum proposito congruit. Idem canon relatus est in *codicem canon. Afric. eccles. c. 32.* Ab hoc tempore passim distinctio facta inter *bona clericorum patrimonialia*, quæ vel ante clericatum habuere, vel aliunde quam ex *reditibus ecclesiasticis* acquisiuerunt: et *profectitia*, quæ ex reditibus ecclesiasticis illis obuenere, quæ *ecclesiæ* esse, vel inde colligebant, quod vltra *necessitatem* et *victum* ex penu eius essent percepta, pauperibus prærepta, adeoque *indebite* congesta.

Quod bona intentione ab initio cautum fuit.

§. VI. Hanc doctrinam non *pia* quadam *fraude* ab initio excogitatam esse, ad patrimonium ecclesiæ inde augendum, ex dictis liquet. *Bona intentio* eam primum produxit, *superstitio* postmodum auxit, denique, deperditis plane rebus ecclesiæ, *astutia* eandem ad dominatum, qui maxime abundantia quarumcunque rerum alitur, stabiliendum applicuit. Intentio bona patrum, qui eam propagarunt, potissimum directa fuit ad conseruationem bonorum, in vsus pauperum oblatorum, quibus auari variis modis inhiabant, ex penu ecclesiæ non ad *sustentationem* vitæ necessariam, vltra quam clerici quid percipere prohibiti erant, sed patrimonii augmentum reditus suos facientes. Pauperes illis admodum curæ erant, in *matriculam ecclesiæ* relati, *matricularii* inde dicti, quorum ingens copia erat, neutiquam vero intentio eorum erat, se suosque inde pascendi, quod ad vitia seculorum sequentium demum referendum. Iniustum impiumque esse credebant, ab illis bona consumi, vel ad alios transferri, quæ ex antiqua et primæua ecclesiæ praxi vnice in *vsus pauperum* erant collata, adeo, vt si inde ditiores essent facti, hoc indicium apertum crederetur, plus illos sibi, et sic *indebite*, vindicasse ex reditibus ecclesiasticis, quam ad *vitæ subsidia* esset necessarium. Hinc nequidem fas esse credebatur, illa liberis relinquere. *Qui ditior est*, ait HIERONYMVS *in Ezech. c. 46. sacerdos, cum venit ad sacerdotium, quicquid plus habuerit, non filiis debet dare, sed pauperibus et sanctis fratribus et domesticis fidei, qui vincunt merita liberorum, vt reddat ea, quæ Domini sunt, domino suo, vt loquitur in euangelio.* Extensum hoc vlterius in *concilio Agathensi* anno 506. celebrato *c. 6.* a GRATIANO in *c. 3. C. 12. qu. 3.* relato, etiam ad ea, quæ episcopis ab extraneis vel *seorsim*, quod *sequestratim* ibi dicitur, vel *cum ecclesia coniunctim* donata fuerint, eo casu, si hoc ille, qui donat, *pro redemtione animæ*, non pro commodo sacerdotis obtulisse probaretur, quippe quod magis ei *intuitu ecclesiæ* oblatum esse credi deberet. Additur tamen hæc limitatio: *Sane quicquid per fideicommissum aut sacerdoti aut ecclesiæ fortasse dimittitur,*

Vt nec de iis disponere possent, quæ episcopo intuitu officii donata erant.

Digitized by Google

titur, cuicunque alii postmodum profuturum, (h. e. non intuitu ecclesiæ) *id inter facultates suas ecclesia computare aut retinere non poterit.*

§. VII. Ad has patrum sententias paulatim se accommodarunt *leges ciuiles.* Iam CONSTANTINVS in *l. 2. C. de episc. et cler.* edixerat: *Si quid vel parsimonia, vel prouisione vel mercatura* (honestati tamen conscia) *congesserint, id in vsum pauperum atque egentium ministrari oportet.* Non loqui cæsarem de *necessitate absoluta* existimo, vt omnis testamenti factio de iis clericis fuerit interdicta; sed rationem his verbis ostendit, quare clericis *immunitatem* a vectigalibus aliisque præstationibus concesserit, scilicet quod eorum bona potius censeantur destinata in *vsus pauperum*, secundum optimam præsumtionem, quam de iis capiebat, quæ tamen non raro fallere poterat. IVSTINIANVS in *l. 42. §. 2. C. eod.* circa bona episcoporum hac sub distinctione disposuit: *De his vero episcopis, qui nunc sunt, vel futuri sunt, sancimus, nullo modo habere eos facultatem testandi vel donandi, vel per aliam quamcunque excogitationem alienandi, quid de rebus suis, quas, postquam facti fuerint episcopi, possederint et acquisiuerint, vel ex testamentis, vel donationibus, vel ex alia quacunque causa; exceptis duntaxat bis, quas ante episcopatum habuerunt ex quacunque causa, vel quæ post episcopatum a parentibus et thiis h. e. patruis et auunculis, et a fratribus ad ipsos peruenerunt perventuræque sunt: quæcunque post ordinationem ex quacunque causa extra præfatas personas ad ipsos peruenerunt, ea iubemus ad sanctissimam ecclesiam, cuius episcopatum tenuerint, pertinere, et ab ea vindicari et euinci: nulla alia persona potestatem habente ex eo proprium quid auferre lucrum.* Perspicuum inde est, IVSTINIANVM secutum fuisse *Agathensis concilii* decreta, simul tamen specialius determinasse, vnde capi queat præsumtio, vtrum *ecclesiæ*, an vero *episcopi* intuitu aliquid relictum videatur? scilicet, vt si ab *extraneo* quid profectum sit, magis *officii* intuitu id legatum esse credi debeat; secus vero si a *cognatis*, qui *cognationis* ratione inducti esse videntur. Specialius hoc determinat imperator in *Nou. 131. c. 13.* et simul extendit ad prouisores domorum religiosarum, maxime cum dubium incidere poterat, quousque cognatio extendi, et præsumtio inde capi queat, Desumta inde est *auth. licentiam C. de episc. et clericis* huius tenoris: *Licentiam habeat episcopus, quæcunque ante episcopatum probatus fuerit habuisse, et quæcunque post episcopatum iure cognationis vsque ad quartum gradum ad eum peruenerunt, ad quos voluerit, vltima voluntate transmittere: ceteris rebus, alio modo acquisitis ab eo, dominio ecclesiæ reseruatis: nisi in vtilitatem ecclesiæ,*

Hæc restrictio confirmata etiam legibus ciuilibus quoad episcopos.

ſue, vel opera pietatis conſumta ſint. Eadem diſtinctione habita in adminiſtratoribus cuiusque loci religioſi.

Ceteris clericis lex non eſt præſcripta.

§. VIII. De ſolis *epiſcopis* et *adminiſtratoribus domuum religioſarum* loquitur et diſponit imperator; de *aliis clericis* non item, quin potius his liberiorem poteſtatem condendi teſtamenta indulſiſſe videtur in *Nou. 123. c. 19.* vt, quomodocunque bona acquiſierint, de iis liberam haberent teſtamenti factionem. *Presbyteros autem*, ait, *et diaconos et ſubdiaconos, cantores et lectores, quos omnes clericos appellamus res, quolibet modo ad eorum dominium venientes, habere ſub ſua poteſtate præcipimus, ad ſimilitudinem caſtrenſium peculiorum et donare ſecundum leges, et in his teſtari, licet ſub parentum ſint poteſtate: ſic tamen, vt horum filii, aut, his non exiſtentibus, parentes eorum legitimam partem ferant.* Aſſentiri nequeo THOMASSINO P. *III. de nou. et vet. eccleſ. diſc. lib. II. c. 40. §. 4.* exiſtimanti, IVSTINIANVM non agere hac nouella de rebus ex eccleſiaſtico prouentu partis. Nam 1) generaliter loquitur de rebus *quolibet modo* ad eorum dominium venientibus, neque excipit res ex *prouentibus eccleſiaſticis* prouenientes; imo 2) nec eas excipere potuit, poſtquam etiam *filiosfamilias clericos* de iis *ad exemplum caſtrenſis peculii* teſtari poſſe permittit, ad cuius claſſem alia bona vix poſſunt referri, quam quæ ex *militia eccleſiaſtica* acquiſiuerant, ſeu propter *miniſterium eccleſiaſticum.* Præterea 3) ratio diuerſitatis in aprico eſt. Epiſcopi et prouiſores domuum religioſarum ſub ſua adminiſtratione habebant bona eccleſiaſtica, vel ad minimum, œconomis conſtitutis, epiſcopi erant *diſpenſatores eorum;* quibus etiam œconomi rationes reddere tenebantur. *l. 42. §. 5. C. de epiſc. et cleric.* Parciſſimi erant epiſcopi in reditibus eccleſiaſticis in clericos diſtribuendis; ſibi, prout auaritiæ ardor eos incitauerat, vberiores reditus reſeruabant, quod œconomi impedire non poterant, ad eorum nutum et iuſſum ſemper parati. Hoc vt præcaueretur, lex erat præſcribenda *epiſcopis* et *proviſoribus domuum religioſarum*, et occaſio iis præſcindenda, ne *vltra modum* et *indebite* patrimonium ſuum ex reditibus eccleſiaſticis augere poſſent: idem loculos ſuos implendi ex reditibus eccleſiaſticis periculum non erat metuendum de *reliquo clero*, vtpote cui tantum *neceſſaria vitæ ſubſidia*, non *certa* et *fixa ſalaria*, eaque *optima*, epiſcopi elargiebantur. Neque denique 4) *Agathenſe concilium* quoscunque clericos, ſed *ſolos epiſcopos* reſpicit, quamuis *canon Africanus* ſupra relatus latius euagetur, qui tamen *ius vniuerſale eccleſiaſticum* facere haud potuit.

§. IX.

§. IX. Hæc quoque, meo iudicio, ratio eſt, quod GREGORIVS M. de hac materia agens tantum *epiſcoporum* mentionem faciat, et ſtricte veſtigia IVSTINIANI ſequatur. Referam paucis eius aſſertiones ex decreto GRATIANI. In *c. 1. C. 12. qu. 5.* ait: *Nulli dubium eſt, quia ſicut ſacerdotibus res in epiſcopatu acquiſitas nulla eſt alienandi licentia, ita de his, quas ante habuerint, quidquid iudicare voluerint, non vetantur.* Idem in *c. 2. ibid.* huc etiam collineat, aiens: *Obitum Theodori epiſcopi dilectionem tuam iam credimus cognouiſſe. Sed quia ipſe teſtamentum dicitur condidiſſe, ſubtiliter te (ne quid de rebus eccleſiæ ſuæ conſumſiſſet) oportet inquirere. Et ſi quidem eum exinde aliquid incongrue minuiſſe didiceris; ita age, vt res ipſæ ab eo, cuius intereſt, modis omnibus reparentur.* Nec diuerſa ab his traditis eſt ſententia *concilii Hiſpalenſis de anno 590.* relata in *c. 4. C. 12. qu. 5.* vbi ita: *Fixum ab hinc et perpetuo manſurum decernimus, vt epiſcopus res ſui iuris, quas aut ante epiſcopatum, aut certe in epiſcopatu hereditaria ſucceſſione acquiſiuit, ſecundum auctoritatem canonicam, quicquid vult, faciat, et, cui vult, eas conferat. Poſtquam autem epiſcopus factus eſt, quascunque res de facultatibus eccleſiæ, aut ſuo, aut alterius nomine, qualibet conditione comparauerit, decreuimus, vt non in propinquorum ſuorum, ſed in eccleſiæ, cui præeſt, iura deueniant.* Euidentius rem declarat *concilium Toletanum IX. de anno 655.* relatum in *c. 1. C. 12. qu. 4.* vbi ſimul ratio peculiaris huius diſpoſitionis petitur ex rerum eccleſiaſticarum adminiſtratione et diſpenſatione. *Sacerdotes*, aiunt patres Toletani, *vel quicunque illi ſunt, quibus eccleſiaſticarum rerum cura commiſſa eſt, quaecunque adminiſtrationis ſuæ tempore emerint; ſi de rebus propriis vel vile, vel carum habuerint, ad eccleſiæ nomen, cui præſunt, chartarum conficere inſtrumentum procurent; non enim conuenit, vt eccleſia, quem ſuſcepit extraneum, efficiat in alieno diuitem, et in ſuo retineat fraudatorem. Hi vero, qui ſuarum rerum noſcuntur habere compendium, ex omni re, quam poſt ordinationis ſuæ diem viſi ſunt acquiſiuiſſe, ſiue nulla, ſiue aliqua ſint inſtrumenta confecta, compenſatione tam iuris ſui, quam eccleſiaſticarum rerum habita, ſi ſe vtriusque rei quantitas exæquauerit; inter eccleſiam et decedentis heredes æquo iure conquiſitio pertinebit.*

Gregorius M. quoque tantum de epiſcopis loquitur.

§. X. Sed iam circa initia ſeculi VI. in occidentali eccleſia epiſcopi bona ipſa eccleſiaſtica *iure beneficiario* vel *vſufructuario* loco redituum, illis alias debitorum, clericis concedere ſolebant, vti docet *c. 23. 59. concilii Agathenſis*, *c. 16 concil. Toletani IV.* relatus in *c. 66. C. 12. qu. 2. c. 14. concil. Epaonenſis*, *de anno 517. c. 17. concil. Aurel. III. de anno 538. c. 5. concil. Toletani VI.* relatus in *c. 72. C. 12. qu. 2.* In id tamen in-

Circa ceteros clericos tantum præcauebant, ne bona eccleſiaſtica ſupprimerent.

Digitized by Google

cubuerunt patres, ne, quæ *beneficiario iure* ipſis conceſſa erant, ſupprimerentur, vel ab heredibus vſurparentur, circa bona autem eorum relicta mox talem diſtinctionem *acquiſitorum* adhibitam fuiſſe, non inuenio. In *concilio Toletano IX. c.* 7. id modo cautum eſt, *vt, ſi presbyter aut diaconus fuerit, quos obiiſſe conſtiterit, non ſine cognitione ſui epiſcopi, rem eius heredibus adire liceat*, hoc ſcilicet fine, ne forſan bona, iure *beneficiario* iis conceſſa, ab heredibus eorum occuparentur. Qua autem occaſione iis poſtea eadem lex, quæ epiſcopos ſolos antea ligabat, impoſita fuerit, paucis iam videndum.

Sed vbi bonis eccleſiaſticis frui cœperunt, eadem quoque lex ipſis ſcripta eſt,

§. XI. Leges, prout antea demonſtraui, de *epiſcopis* tantum loquuntur, non alia de cauſa, quam quod res eccleſiæ ſub ſua *diſpenſatione* haberent, vt vltra neceſſitatem lucrum inde capere poſſent. Sed iam antea monui, paulatim etiam aliis *clericis inferioribus* bona eccleſiaſtica *adminiſtranda* et *fruenda* fuiſſe conceſſa, ab initio quidem parce, poſtea autem hoc adeo inualuit, vt ſeculo VIII. fere vbique parochi bona, peculiariter parochiæ dicata, ſub ſua adminiſtratione haberent, ex indultu epiſcoporum, qui olim quæuis bona eccleſiaſtica in ſua diœceſi ſub diſpenſatione ſua habebant. THOMASSINVS *P. III. de vet. et nou. eccleſ. diſcipl. lib. 2. c. 17. ſeqq.* Hoc facto legem, de epiſcopis latam, ad hos quoque extendendam cenſuerunt, vt hinc non mirandum, in capitularibus Carolinis de *presbyteris* idem diſponi, quod de *epiſcopis* olim ſancitum erat, vt docet GONZALEZ ad *c. 1. X. h. t. n. 1.* Qui in *h. t.* adferuntur textus ex *concilio Arelatenſi* et *Remenſi* in *c. 1. 2. et 4.* ſeriem huius diſciplinæ illuſtrare non poſſunt, quippe qui in dictis conciliis haud reperiuntur. Et quod ex epiſtola PII papæ de anno 153. in *c. 3. eod.* adfertur, adulterinum eſt, ſeculo demum IX. natum, et in cerebro PSEVDO-ISIDORI elucubratum, id vnice tamen docet, iam ſeculo IX. creberrimam hanc fuiſſe doctrinam. Poſtea *in concilio Lateranenſi* ſub ALEXANDRO III. anno 1179. ſpeciatim de *clericis inferioribus* cautum, ſimulque ad veterum canonum obſeruantiam, qui de *epiſcopis* tamen loquuntur, adſtricti ſunt. Probabile eſt, clericos inferiores pro lubitu hactenus de bonis ſuis *indiſtincte* diſpoſuiſſe, quod nec diffitetur ALEXANDER III. in *c. 7. X. de teſtam.* et ſic ægre adductos fuiſſe, vt legem, epiſcopis latam, ſibi imponi paterentur. Idem poſtea anno 1180. in *c. 9. X. eod.* eandem repetit ſententiam, et Vigilenſi epiſcopo quærenti reſpondet, quod de his, quæ conſideratione eccleſiæ perceperunt, nullum de iure poſſint facere teſtamentum, quod in *c. 12. X. eod.* plenius illuſtrat.

renitentibus clericis.

§. XII.

Digitized by Google

§. XII. Non defuere quidem ſequentibus ſeculis plures conſtitutiones eccleſiaſticæ, idem inculcantes, ſed vix in vſum trahi potuerunt, ob difficultatem diſcernendi, quantum defunctus ex *bonis eccleſiaſticis* acquiſiuerit. Inexplicabiles lites non poterant non inde oriri, propter quas plerumque eiusmodi bonorum diſtributio inſtitui non poterat. Ad has diſſoluendas nouum excogitatum eſt remedium, quo onerabant *conſcientiam* teſtatorum et heredum, ne contra canones quid eccleſiæ ſubtraherent. Videbatur hoc ſufficere, niſi *auaritia* in plerisque *conſcientiis* prædominata eſſet. Imo quia ægre clerici inferiores adducebantur, vt ſe neceſſitati huic ſubmitterent, et exempla ſine dubio plura in contrarium habebant, facile pro ſe allegare poterant inueteratam et a tot ſeculis propagatam conſuetudinem, quam etiam non adeo improbat ALEXANDER III. in *c. 12. X. h. t.* aiens: *Conſuetudinis tamen non eſt improbandæ, vt de bis pauperibus et religioſis locis, et illis, qui vi-venti ſeruierint, ſiue ſint conſanguinei, ſiue ſint alii, aliqua iuxta ſeruitii meritum conferantur.* Hanc quoque conſuetudinem, quam non improbandam eſſe cenſet pontifex, fere vſu communi et conſuetudine poſtea adeo inualuiſſe, docet ESPENIVS *P. II. iur. eccleſ. tit. 32. c. 7. §. 17. ſqq.* cum COVARRVVIA *de teſtament. c. 7.* vt vere hodie *ſoli epiſcopi* adhuc ſubiecti ſint veteri canonum rigori, *reliqui* autem *clerici* libere teſtentur de quibuscunque bonis, quod etiam admittunt ZOESIVS *ad tit. de teſtam. n. 6.* GRANNANIETTO *ad c. 1. X. de teſtam. n. 9.* GALLVS *de fructibus diſp. 37. art. 1. n. 79. ſqq.* CORVINVS *de perſon. et benef. eccleſ. P. II. lib. 7. tit. 5. n. 22.*

Quid? quod hæc reſtrictio vix in vſum trahi potuit.

Et conſuetudine tandem inferioribus clericis libera teſtamenti factio permiſa fuit.

§. XIII. Nec improba hæc eſt conſuetudo, vt contendit ENGEL *in colleg. iur. canon. cit. tit. n. 3.* imo rationi adeo congrua, vt mirum ſit, epiſcopos ſe adhuc illa lege antiqua, cuius ratio tamen aperte ceſſat, ligatos cenſere. Olim partim ob *liberam diſpenſationem rerum eccleſiaſticarum*, partim ob *peculiarem earum reſpectum*, partim denique ob *denegatum dominium reditnum eccleſiaſticorum* teſtamenti factio de iis epiſcopis ademta erat, et cum quædam quoque in *reliquos clericos* cadere viderentur, poſtea prohibitio eadem ad eos extenſa, ſed ægre in praxin deducta. Omnes tamen hæ rationes iuris antiqui exoleuerunt. Libera illa bonorum eccleſiaſticorum diſpenſatio dudum ceſſauit, diſtributione reditnum facta, ſingulisque ita aſſignata, vt ſinguli certos reditus percipiant, et certa bonorum portione perfruantur, quod olim ſecus erat. Neque enim bona eccleſiaſtica amplius ſunt *patrimonium pauperum*, quod dudum eſſe deſierunt, ſed potius *patrimonium cleri* rectius

Quæ ſatis rationabilis eſt,

Ob ceſſantes prohibitionis veteris rationes.

dici poſſunt, quod non diffitetur ALEXANDER III. in *c. 12. X. de teſtam.* Ne quidem *quarta pauperum* amplius ſupereſt, et ſi ſupereſſet, ne ſic quidem portiones epiſcopi et ceterorum clericorum primæuum reſpectum haberent, quia, *quarta pauperum* introducta, reliqua bona eum reſpectum, quo in genere olim dicebantur *patrimonium pauperum*, amiſerunt. Huius intuitu olim de bonis his *profectitiis*, ſeu ex *reditibus eccleſiaſticis* acquiſitis, vltima voluntate diſponi non potuit, qui fauor tamen in totum ceſſat. Denique vltima ratio fluxit ex præcedente reſpectu. Ideo enim de *dominio horum redituum* dubitarunt veteres, quod crederent, ſe eſſe tantum redituum *vſuarios*, quod vero ex iis ſupereſſet, ad pauperes reuerti debere. Ex hac rurſus noua profluxit *ratio* et *concluſio*, quod clerici de *reditibus eccleſiaſticis* vlterius ſibi vindicare non poſſent, quam quæ ſibi ad *vitæ ſuſtentationem* eſſent neceſſaria, prout ex antiquorum doctrina docent epiſcopus Aſtoricenſis, FRANCISCVS SARMIENTO *de reditibus eccleſ. P. II. c. 1.* FRANCISCVS GALLVS *de fructibus diſp. 37. art. I. n. 5. ſqq.* ALEXANDER SPERELLVS *deciſ. for. eccleſ. 82. n. 5. ſqq.* Quidquid ergo ſupererat, *indebite* perceptum videbatur, et ab eccleſia condici poterat in vſus pauperum. Vtraque ratio hodie euidenter ceſſat, et quidem poſterior eo ipſo, quo *certa beneficia* erecta ſunt, nec amplius in iis aſſignandis ad *neceſſitates quotidianas* ſingulorum reſpicitur. Simul quoque prior deficit, poſtquam beneficia loco *ſalarii* tenent, et ſic redituum horum pleniſſimum dominium ad inſtar aliorum officialium acquirunt. ZIEGLER. *de dot. eccleſ. c. XI. §. 32. ſqq.* SARMIENTO *cit. tr. P. 4. c. 6.* Inde conſuetudinem in *Hiſpania*, *Gallia*, alibique inualuiſſe, ait SARMIENTO *cit. l. c. 6.* vt clerici, exceptis *epiſcopis*, de reditibus libere diſponere queant, tam *inter viuos* quam *vltima voluntate*. Nec ideo ex ſententia ENGELII *cit. l.* damnanda eſt hæc conſuetudo, tanquam *irrationabilis*, quod *pauperibus* et *eccleſiæ* inde damnum inferatur. Illis ſane nulla iactura inferri poteſt, poſtquam ex perſu eccleſiæ non amplius, vt olim, aluntur; nec huic fit præiudicium, cui ſubſtantia rerum ſalua manet, et irrationabile videtur, reditus clericis auferre, quos *iure beneficiario* et *vſufructuario* ſuos fecerunt. Olim titulus *beneficii* ignorabatur: hoc introducto, ius antiquum ſilere debuit, cum *titulus beneficii* ſit inſtar *feudi*, vel, prout alii loquuntur, *vſusfructus*, et vtroque fructus plene percipiantur. Vnde in antiquis fundationum formulis, *iure vſufructuario* et *beneficiario* bona aſſignare, ſæpe coniunguntur, vt docet CANGIVS *in gloſſar. voce beneficium.* Imo ipſa *beneficia* feudi eccleſiaſtici ſpecies ſunt, et inde nomen ſuum traxerunt. Quis autem vnquam dubitauit, vaſallum de *reditibus feudalibus* teſtari non

non posse? Conf. PRVCKMAN. *vol. II. conf. 5. n. 4.* REDOANVS *de reb. eccles. non alien. qu. 52. c. 5. n. 3.* DAVTH. *de testam. n. 186.*

§. XIV. Postquam vero *episcopi* aliique *prælati* adhuc hodie, etiam *in Germania*, subsunt rigori antiqui iuris, hi demum liberam testamenti factionem acquirunt per *indultum pontificis speciale*, DAVTH. *cit. l. n. 187.* cuius exemplum est in episcopo Hildesiensi, IODOCO EDMVNDO, qui *anno 1691.* hanc licentiam papalem accepit, cuius tenorem tradit B. STRYKIVS *in tr. de caut. testament. in append. n. 10.* Amplissima hæc est concessio, verbis luxuriantibus ex Romanæ curiæ stylo concepta, et adeo extensa, vt *in fratrum, nepotum, et aliorum consanguineorum, affinium et quarumcunque aliarum vtriusque sexus personarum, etiam extranearum, (non tamen illegitimarum) aut aliar incapacium, nec non quorumcunque piorum et non piorum locorum fauorem, ac quouis alios pios et non pios vsus, etiam nullis exigentibus meritis, seruitiis vel causis, ac alias pro ipsius arbitrio et voluntate liberis et absolutis, ac toties, quoties ipsi videbitur et placuerit*, testari quouis modo possit. Necessaria fuisse videtur tam amplissimis verbis concepta licentia, vt omnibus occurreretur dubiis, quæ alias ab interpretibus moueri solent, veluti quod talis concessio tantum restringi debeat ad pias causas, et quæ sunt aliæ restrictiones, adductæ a SARMIENTO *c. l. c. 8.* Ceterum hæc indulti a pontifice impetrandi necessitas non tantum propter *antiquos canones* introducta videtur, sed etiam ob peculiarem rationem, quæ Romanam curiam tangit. *Ius spolii* sibi pontifices a tempore CLEMENTIS VI. vindicarunt, quod in *iure colligendi sibique vindicandi bona defunctorum prælatorum relicta* constitit, vt ostendit THOMASSINVS *P. III. de vet. et nou. eccles. discipl. lib. 2. c. 57. §. 5.* Inde *collectores spoliorum* sunt constituti in aula Romana, qui hos reditus fisco papali inferrent. Huc collineat ipse papa in *indulto* antea adducto, in quo iuri suo renunciat, additque, *minus licere dilectis filiis, thesaurario, commissario vel spoliorum collectoribus, et aliis cameræ et sedis protractæ officialibus pro tempore existentibus, quouis prætextu, auctoritate, potestate, occasione, vel causa in dictis bonis pro quacunque summa manus iniicere, aut aliquam illorum descriptionem vel inuentarium, aut depositum vel sequestrum, seu quid simile attentare vel facere.* Ceterum vnde *ius spolii* inualuerit, *tit. de success. ab intest.* indicabo,

Episcopi et prælati hodie ex indulto pontificis speciali testamentum condunt.

Quod hodie etiam necessarium est propter ius spolii.

§. XV. Quæ cum ita sint, conclamatum certe est, *ministros ecclesiæ*, vt et *canonicos* in terris protestantium *liberam testamenta condendi habere potestatem*, nec iuris canonici dispositionem iis applicari posse. Imo et in hoc melioris conditionis sunt, quod ne quidem ad *consuetu-*

Clerici protestantes liberam habent disponendi licentiam.

ſuetudinem derogatoriam prouocare neceſſum habeant, cuius probatio pontificio clero incumbit, vt docet PRVCKMAN. *vol. II. conſ. 5. n. 145. ſeq.* ſed iis ſufficiat, quod reditus eccleſiaſticos pleniſſime ſuos faciant, cuius dominii effectus eſt libera de iis diſpoſitio. Nec ius ciuile iis reſiſtit, tum, quod antea oſtenderim, illud ſolummodo quoad *epiſcopos*, non reliquos clericos, inter bona quandam obſeruaſſe diſtinctionem; tum etiam, quod *ius ciuile Romanum* in iis, quæ ad *ius clericorum* ſpectant, non adeo inter proteſtantes obſeruetur. Conf. DAVTH. *cit. l. n. 185.* PRVCKMAN. *cit. l. n. 5.* LYNCK. *ad decret. tit. de pecul. cleric. §. ult. de* BRVNNEM. *de iur. eccl. lib. II. c. 11. in f.* Proinde (I) nequidem *iuris ciuilis* diſpoſitionem in *auth. licentiam C. de epiſc. et cler.* ad epiſcopos et prælatos A. C. addictos applicandam eſſe exiſtimo: mutatus admodum eſt ſtatus bonorum eccleſiaſticorum, nec amplius idem, qui fuit tempore IVSTINIANI, quo pauperes adhuc ex iis alebantur. Sunt hodie certa bona deſtinata ad menſam epiſcoporum et prælatorum, non ad menſam pauperum, et inde *iure externo* conſtringi nequeunt, vt, quæ inde acquiſiuerint, in vſus pios conuertant. Spolia papalia cum omni reliquo iure ſublata ſunt, et plus iuris prælati in ſuis diœceſibus obtinent, quam epiſcopi catholici. Mutato ergo ſtatu rerum, mutari quoque iura neceſſe eſt. Præterea quoque bona eccleſiaſtica obtinent ex *pacto publico*, ſeu *prouiſione inſtrumenti pacis*, nec vllo pacto ſe obſtringunt, quod iisdem conditionibus, quibus pontificii, illa obtinere velint. Nec memini, vnquam de teſtamentis horum epiſcoporum prælatorumque quæſtionem motam fuiſſe, (II) Nec diſtinguendum eſt inter proteſtantes, vtrum *magnos*, an vero *exiguos reditus* ex bonis eccleſiaſticis perceperint clerici. Hanc diſtinctionem formaſſe videtur PRVCKMAN. *vol II. conſ. 5. n. 147. ſqq.* in caſu, quo decanus quidam fideicommiſſum conſtituerat. Admittit quidem DAVTHII ſententiam quoad illos miniſtros eccleſiæ, quibus de reditibus fere nihil ſupereſt, niſi quod proprium defraudando genium miſeri comparſerint. *Sed hæc*, pergit *n. 148.* MELANCHTHONIS *et* DAVTHII *in magnis illis dominis, quorum prælaturæ quotannis millia aliquot proferunt, ceſſat; ceſſabit itaque ipſa quoque domini Melanchthonis et Dauthii deciſio.* Verum non diſputandum, quid DAVTHIVS aut MELANCHTHON ſenſerint? ſed quid generatim inter proteſtantes clericos aſſerendum ſit? Omnes clerici *iure beneficii* fructus eccleſiaſticos faciunt ſuos, nec vlli de his rationes reddere tenentur. Ceſſant hodie *in totum* omnes rationes, quæ olim reſtringebant clericorum teſtamenti factionem, et quæ hodie adhuc epiſcopis catholicis reſiſtunt, adeo a noſtris eccleſiis alienæ ſunt, vt ſine manifeſta abſurdi-

Nec ius ciuile ad epiſcopos proteſtantes applicari poteſt.

Nec diſtinguendum eſt, vtrum reditus exiguos, an magnos ex bonis eccleſiæ perceperint.

ſurditate applicari nequeant. Generatim noſtrates ſtatuunt, reditus beneficiorum iure dominii ad quoscunque clericos pertinere, ſicut reditus *feudales*, ergo quoque de iis libere diſponendi licentia iis permittenda eſt. Conf. *vol. IV. conſ. Marpurg. 35. n. 88.* KNIPSCHILD *de fideicomm. c. IIK n. 37.*

§. XVI. Ceterum apud pontificios circa *canonicos* ratione teſtamenti factionis omnino diſtinguendum eſt inter *ſeculares* et *regulares*, quæ diſtinctio demum circa ſeculum X. inualuit, vt *ad tit. I. huius libri* obſeruaui. Ante hæc tempora vna eademque ratio erat canonicorum, nec vllo *paupertatis* voto obſtringebantur, adeoque de *bonis patrimonialibus* teſtamentum condere poterant. Quoad reditus eccleſiaſticos vel ideo quæſtio circa teſtamenti factionem occurrere poterat, quod communem agerent vitam, communi menſa vterentur, et ſic fructus nullos ſuos facerent. Poſtquam vero circa ſeculum X. hanc vitam communem deſerebant, præbendisque ſibi aſſignatis fruebantur, ad hoc vero emendandum, quidam ad vitam communem reuocabantur, et *voto paupertatis* adſtringebantur, inualuit adducta diſtinctio, quæ ingentem iurium diverſitatem ſimul introduxit. *Seculares* ſeorſim viuebant, et quia *proprietati* haud renunciauerant, condendi teſtamenta facultatem haud amiſerant: *regulares* vero per *votum paupertatis* omni *proprietati* renunciabant, adeoque, profeſſione facta, ſimul amittebant, ex doctrina cleri, teſtamenti factionem, cum monachis æquiparati fuerint, quibus teſtamenti factio interdicta eſt. *c. 2. X. de teſtam.* Vnde eſt, quod clericus, qui indultum papale obtinuit de diſpoſitione libera ratione fructuum eccleſiaſticorum, teſtamentum condere non poſſit, ſi poſtea fiat *regularis*, LVCA *in theatr. verit. et iuſtit. tom. IV. de teſtam. diſc. 9. n. 5. ſq.* nec aliter epiſcopi, qui ſunt regulares, teſtamenti factionem habere poſſint, quam ſi a pontifice ab hoc voto relaxentur. IDEM *cit. l. n. 7.*

Canonici regulares inter pontificios teſtamenti factionem non habent.

§. XVII. Verum hæc doctrina, *quod votum paupertatis tollat teſtamenti factionem*, olim non adeo rigide obſeruabatur, quin potius THOMASINVS multis documentis in *tr. de nou. et vet. eccleſ. P. III. lib. 2. c. 43.* oſtendit, paſſim etiam monachos poſt profeſſionem de bonis ſuis diſponere potuiſſe. IVSTINIANVS tamen in *nou. 76.* iis teſtamenti factionem ademit, diſponens: *Quoniam noſtræ pietatis lex vult, eos, qui ſe monaſteriis dederint, ſeu viros, ſeu mulieres, antequam ingrediantur monaſterium, eo, quo voluerint, modo, qua ſua ſunt, diſponere, nec poſſe, poſtquam ingrediuntur monaſterium, vlterius agere quicquam de propriis, vtpote domini rerum non exiſtentes vlterius, eo quod ſancimus nos, huiusmodi viros et*

Monachi ante Iuſtiniani tempora teſtamenti factionem habebant.

Digitized by Google

mulieres, cum corpore et anima ipſo ingreſſu ad monaſterium dedicare ſe ſuaſque ſubſtantias, et ſi quidem diſceſſerint, manere etiam ſic eorum ſubſtantias in monaſterio, eo quod domini harum vlterius non exiſtant. Declarat hæc *nou.* 76. ſenſum *nou.* 5. *c.* 5. qua diſpoſitum, vt ante ingreſſum in monaſterium cuilibet libera poteſtas ſit, diſponendi de rebus ſuis, non vero poſtea, *quod non amplius ſit dominus rerum ſuarum.* Quia vero hanc legem quidam trahebant etiam ad eas perſonas, quæ tempore eo, quo *nou.* 5. lata erat, intrauerant monaſterium, IVSTINIANVS in *nou.* 76. *c.* 1. hoc minus fieri debere cenſuit, ſimulque manifeſtiſſime declarat, ante hanc legem monachos diſponere de rebus ſuis potuiſſe, cum etiam his, qui ante hanc legem monaſterium intrauerant, liberam diſponendi concedat poteſtatem. *Propterea ſancimus*, ait, *ſi quis monaſterium habitauerit, vir aut mulier, ante prædictam hanc noſtram conſtitutionem, aut hactenus habitat, et maxime filiis exiſtentibus, nullam habere neceſſitatem, nunc eorum ſubſtantiam in monaſterium, ſed filio aut filiæ transmittere aut totam, aut etiam partem ſuæ ſubſtantiæ: aut etiam, quo voluerit modo, res ſuas diſponere: vtpote primam illam legem alia noſtra hac conſtitutione interpretante (eos enim, qui ſemel ante memoratam noſtram legem monaſteria intrauerint, in nullo poſtea poſita lex contriſtatura eſt, aut ablatura eorum, quæ prius eis, vt liceat, data ſunt,) neque prius noſtræ legi impedimentum penitus faciente, eo quod neque poſſibile ſit hoc fieri, vt oportuiſſet prius diſponere, et ita ingredi in monaſterium. Si vero, nulla tunc tali lege poſita, in monaſterium ingreſſa eſt: quomodo fieri potuerit, conuerti ordinem legis, et exigere eos, qui prius ingreſſi ſunt monaſterium, illa facere, quæ prius ignorata poſtea per ſacram noſtram conſtitutionem ſunt innouata? Sed vnumquemque competit ſecundum ſua tempora exſpectare, et ea quidem, quæ poſt legem ſunt, ita quærere fieri, ſicut lex vult. Si quid autem ante legem ſubſecutum eſt, hoc non commouere neque perſcrutari, ſed in priori figura relinquere.*

Quod ex ipſis Iuſtiniani verbis illuſtratur.

Poſt pauca §. 1. adhuc idem repetit: *Cum licentia ſit prioribus viris ac mulieribus, qui habitauerunt, aut etiam hactenus habitant in monaſteriis, et maxime filiis exiſtentibus, ſuas res, quo volunt, diſponere modo.* Hæc libertas ante IVSTINIANVM ipſa lege, anno 455. lata, ſtabilita erat, ceu colligi poteſt ex *l.* 13. *C. de SS. eccleſiis*, vbi etiam monialibus hæc libertas permiſſa eſt. Deinde hoc quoque obſeruo, IVSTINIANVM non *propter votum paupertatis*, ſed alia de cauſa teſtamenti factionem iis ademiſſe,

Quare Iuſtinianus eis ademerit teſtandi ius.

se, *quod ipso ingressu se suaque dedicent DEO, et monasterio acquirant*, quod nouiter primus instituit, ex qua ratione etiam desumta est *nou. 123. c. 38.* qua *certo casu* monachis disponendi potestas est reseruata, et in *nou. Leon. 5.* adhuc confirmata. Neque post IVSTINIANI tempora *in occidente* desiit dispositio de bonis, vt colligi potest ex diplomate Alfridi, Hildesiensis episcopi, apud SCHATENIVM *in annal. Paderborn. ad ann. 873.* vbi ita: *Si quæ vero sanctimonialis ibidem habeat propriam domum aut aliud ædificium, vel a se emtum, vel dono sibi datum, vel aliquas res, vndelibet iuste acquisitas, nihilominus ex omnibus supra dictis neque abbatissa, neque aliquis alius ei auferat, neque vllo modo auferendum suadeat, sed eadem sanctimonialis libero arbitrio eandem domum, et cuncta, quæ inibi possidet, sorori suæ, vel amico ad eandem ecclesiam pertinenti, absque vllius contradictione, siue morti sit proxima, siue vitæ, quocunque modo voluerit, tradat.* Magis tamen adstricti fuere monachi, qui *votum paupertatis* fecerunt, respectu quorum tandem *lib. VI. capitul. Caroli M. c. 108.* ius orientalium cæsarum confirmatum fuit.

§. XVIII. Plenius iam et generalius *religiosis professis* iure canonico inte. dicta est *testamenti factio* in *c. 2. X. de testam.* vbi pontifex simul prouocat ad leges ciuiles, secundum quas monachi per professionem omnem suam substantiam, de qua haud disposuerunt, in monasterium transferunt. Vnde liquet, 1) per ius canonicum *nou. 123. c. 38.* haud esse sublatam, tum quia in *decreto* GRATIANI in *c. 9. C. 19. qu. 3.* repetita, et, vt loquuntur, *registrata* est; tum etiam, quod pontifex in *c. 2. cit.* vnice se ad leges ciuiles in hac materia referat, et inde decisionem petat. Vnde etiam monachis secundum dictam *nou. 123.* integrum est, inter liberos bona diuidere, si ante professionem testamentum haud condiderunt. 2) *Nouitius*. antequam professionem facit, condere testamentum valide potest, cum adhuc *laicus* reputetur, et ratio excludens testamenti factionem cessat. COVARRVVIAS *ad c. 2. X. de testam. n. 9.* HARPRECHT *de testam. pagan. in hostico confect. th. 100. n. 15.* Inde etiam prius factum reuocare non prohibetur. BARBOSA *de offic. et potest. episc. alleg. 99. n. 13.* TAMBVRIN. *de iure abbat. disp. 4. qu. 13.* Post profes. sionem vero sicuti testamentum condere, ita ante conditum reuocare nequit, quia ita per indirectum de bonis suis disponeret. BARBOSA *c. l. n. 14.* THESAVR. *l. II. qu. forens. 55. n. 1.* HARPRECHT *cit. l. th. 100. n. 23.* Ceterum quamuis in *concil. Trident. sess. XXV. de regular. c. 16.* cau-

Iure canonico monachi a testamenti factione exclusi, excepto casu Nou. 123. c. 38.

Nouitius testari potest.

cautum fuerit, *quod nulla renunciatio aut obligatio nouitii ante profeſſionem facta obliget, niſi cum licentia epiſcopi ſiue eius vicarii intra duos menſes mox ante profeſſionem facta fuerit*, hæc tamen ſolennitas non deſideratur in teſtamentis condendis, quia per hæc non ligatur nouitius, ſed, his non obſtantibus, adhuc ei ſemper integrum eſt, a profeſſione deſiſtere, quæ *per indirectum* impeditur, ſi per *renunciationem* aut *donationem inter viuos* bona ſua in alterum ſub ſpe profeſſionis faciendæ transtulit. BARBOSA *in collect. ad conc. Trid. cit. l. n. 14.*

Teſtamentum ante profeſſionem factum non ſtatim præbet ſucceſſionem poſt profeſſionem, ſed demum poſt mortem.

§. XIX. Profeſſione facta, teſtamentum, ante factum, ſtatim conualidari videtur, cum, vt antea monui, reuocari nequeat. Inde quæſtio emergit, *an teſtamentum tale vires ſtatim accipiat a tempore profeſſionis, an vero mors naturalis eius exſpectari debeat ad effectum ſuccedendi?* Equidem SANCHEZIVS *in oper. moral. tom. II. lib. 7. c. 3. n. 54. ſeq.* diſtinguit inter religioſum profeſſum in religione *capaci* et *incapaci*, vt primo caſu exſpectanda ſit mors naturalis, non ſecundo. Dicitur autem *religio incapax*, in qua ne quidem monachi *in communi* bona poſſidere queunt, qualis eſt *mendicantium*, quamuis hodie quidam bona poſſidere queant. Cardinalis de LVCA *de teſtam. diſp. 35. n. 7.* hanc quæſtionem *voluntatis*, et ſic ex præſumta teſtatoris voluntate deſuper ſtatuendum eſſe, docet. Alii generatim tempus *profeſſionis* reſpiciendum eſſe cenſent, quod monachi *ciuiliter pro mortuis* habeantur. *cap. 8. C. 6. qu. 1.* HARPRECHT *diſſ. de teſtam. pagan. in hoſtic. confect. th. 100. n. 16. ſeq.* Inde porro concludunt, hic adeſſe caſum *legitimæ viuentis*, BERLICH. *P. III. concl. 14. n. 32.* Verum, ratione iuris conſiderata, arbitror, indiſtincte mortem monachi exſpectandam eſſe: quamuis enim in *auth. ſi qua mulier. C. de SS. eccleſ.* dicatur, quod pater, qui intrauit monaſterium, poſt *profeſſionem* poſſit diuidere bona inter liberos, non tamen ſimul aſſeritur, quod liberi *ſtatim* bona petere poſſint, imo *in fin.* expreſſe dicitur, quod, ſi pater bona non diuiſerit, nullumque teſtamentum condiderit, liberi *poſt mortem* demum legitimam capere, reliqua vero ſubſtantia monaſterio cedere debeat. Nec etiam *tranſitus in monaſterium* illa ipſa mors eſt, quam teſtator reſpexit, nec de eo caſu teſtatorem cogitaſſe dici poteſt. Vid. Dn. THOMASII *diſſ. de legitima viuent. c. 1. §. 6.* Nec obſtat, quod poſt ingreſſum in monaſterium teſtamentum amplius mutare non poſſit; inde enim non fluit, quod *ſtatim* ſucceſſioni locus eſſe debeat, ſicut teſtamenta coniugum reciproca, eo munita pacto, ne alter inuito altero id mutare poſſit, ſtatim firma ſunt, licet non ſtatim ſucceſſio inde eueniat. Hæc demum firmatur per *veram mortem*, et quinam ex heredibus

Digitized by Google

dibus inſtitutis ſuccedere poſſint, inde iudicatur. Nec denique aliquid roboris habet ratio, quam B. HARPRECHT *c. l.* adducit, quod *mors ciuilis* eundem effectum hoc caſu habeat, quam *naturalis*: id enim in quæſtione eſt, cum nec in iure æquiparentur vbique, vti ipſe non diffitetur *cit. l. n. 18.* nec proprie *mors ciuilis* talis adſcribi poſſit monachis, qualis adſcribitur maximam mediamque capitis deminutionem paſſis, cum *monachorum* adhuc ratio habetur in ſucceſſione ab inteſtato, vt infra *tit. XXVII.* dicam, et monaſterium eorum perſonam repræſentet. Proinde quamdiu viuit teſtator monachus, nec eſt *hereditas*, nec hæc *iacens* dici poteſt. Monaſterium interim bona monachi adminiſtrat, nomine eius fructus percipit, quia hi teſtatori acquiruntur, vel potius per eum monaſterio. LVCA *tom. IV. de teſtam. diſc. 36. n. 9.*

§. XX. Porro communiter exiſtimant, teſtamentum antea conditum per ingreſſum in monaſterium *rumpi*, ſi illud eo factum tempore, quo de *vita monaſtica* eligenda nondum cogitauerat. BRVNNEM. *ad auth. ſi qua mulier cit. n. 6.* FERDIN. VASQVIVS *quæſt. illuſtr. c. 102. n. 2. ſqq.* Hæc vero ſententia nullo iuris colore roborari poteſt. Vtroque iure permiſſum eſt, vt ingreſſurus monaſterium de bonis ſuis libere diſponere poſſit: *nou. 5. c. 5. auth. ſi qua mulier cit.* quomodo ergo rumpi poteſt, quod antea legitime conditum erat, cum, eo ſaluo, teſtator monaſterium intrare queat? COVARRVV. *ad c. 2. X. de teſtam. n. 10.* quin potius hoc caſu monaſterium excluditur, in quo nihil ipſi relictum. LAVTERBACH. *ad tit. qui teſtam. fac. poſſ. §. 34. in fin. Eremitarum* ſane eſt diuerſa ratio a monachis, qui profeſſionem non edunt, bona poſſidere, et ſic quoque teſtari optimo iure poſſunt. FRANC. NIGER CYRIACVS *controu. for. 300. n. 18. et 19.*

Teſtamentum per ingreſſum in monaſterium non rumpitur.

§. XXI. Monachis proxime accedunt *ordines militares*, qui vt plurimum *tria vota principalia* edunt, et propter *votum paupertatis* impediuntur, teſtamentum condere. RICHTER. *vol. II. conſ. 115. n 2. et 20.* MENOCH. *de A. I. Q vol. II. cent. 1. c. 56. n. 12.* In literis confirmationis *ordinis Ioann. Bapt.* ab imperatore LEOPOLDO anno 1662. ordini datis, quas adducit Dn. BECMANN. in denen Anmerckungen von dem Ritterlichen Johanniter-Orden *c. III.* hoc diſertis exprimitur verbis: *Non licet igitur, nec quoquo modo permittitur, baiuliuis, prioribus, caſtellaneo, empoſtæ, commendatariis, aut aliis ordinis noſtri fratribus, teſtamentum condere vel heredem inſtituere, ſeu legata facere, atque etiam ſeruitoribus ſeu aliis aliquid elargiri.*

Ordines militares quatenus teſtari poſſint.

giri. Conf. cardinalis de LVCA *cit. tr. de teſtam. diſc. 9. n. 4. et diſc. 35. n. 9.* CASPAR DE GRASSIS *dec. 1. n. 11. de prob.* MENOCH. *tom. IV. conſ. 54. n. 17.* ALOYS. RICCIVS *P. I. collect. deciſ. 216.* Equidem RICHTER *conſ. 115. n. 27.* cenſet, iura hæc antiquata eſſe, et quidem ex hac ratione, weil ſie mit ritterlichen, mannlichen Thaten umgehen, und zu ſchaffen haben, auch nicht mit Hunger und Kummer, in vilitate et paupertate der Bettel-Particken genieſſen, ſondern vielmehr ſtattlich geehrte und hochbegüterte Leute ſind, inmaſſen ſie denn auch ſchwerlich alle Tage 150. pater noſter beten, ungeachtet die alten ſtabilimenta ſolches nicht minder erfordern und haben wollen, vsque adeo, vt *militum Rhodianorum* ſtatum hodie ex palpabili ratione mutatum exſtare, non immerito referat FR. VIVIVS *deciſ. Neap. 446. n. 7. lib. 3.* eorum maxime, qui ſuas commendas habent, quarum liberi ſunt adminiſtratores, VIVIVS *de deciſ. 446. n. 18.* NATTA *conſ. 507. n. 14. tom. 3.* quique *religioſi* appellantur non proprie, ſed largo modo. ABB. *in rubr. de regul. prop. fin. etc.* Dannenhero, pergit RICHTER *cit. l. n. 29.* FR. VIVIVS *d. deciſ. 446. n. 19.* abermal *poſt* NATTAM *conſ. 508. n. 21.* gar vernünftig und wohl *arguiret, conſtitutiones illas antiquas eo tempore editas fuiſſe, quo fratres Hieroſolymitani ipſi tenebant hoſpitale in Hieruſalem, et templarii ſiue hoſpitalarii nuncupabantur, poſtea vero ſubſecutas ordinis conſtitutiones, quæ permiſerunt fratribus acquirere et pecunias habere,* daß alſo *ex antiquis conſtitutionibus ad hæc noſtra tempora et præſentem equitum Hieroſolymitanorum ſtatum* nichts beſtändiges zu ſchlieſſen iſt. *Et magis in ſpecie, quod teſtandi etiam facultas militibus illis Rhodianis actiua derogari non poſſit, docet et euincit* POLYTT. *tr. de ſubſtit. rubr. de compendioſa n. 14.* RIPA *in l. centurio n. 10. in f. D. de vulg. ſubſt.* IAC. PERETTA *conſ. 106. n. 6. lib. I. quo pertinent, quæ notat* WESENBEC. *conſ. 59. n. 23. p. 2. et conſ. 194. n. 7. p. 4.* LVDOLPH SCHRADER *conſ. II. in f. vol. I. ea nimirum, quæ de commendis iure canonico tradita ſunt, in ſummis curiis hodie ad amuſſim non ſeruari.* Hactenus RICHTERVS. Verum ita merito eſſe debebat, prout RICHTERVS philoſophatur; quod vero, non obſtante ſtatus mutatione, adhuc hodie antiquo iuri inſiſtatur, ex adductis verbis *literis confirmationis* liquet, quæ etiam repetita ſunt in noua confirmatione IOSEPHI imperatoris *de anno 1708.* rela-

ta

ta ab ANTONIO FABRO in der Staats-Cangley *tom. XVII. pag. 818. ſeq.*

§. XXII. Proinde neceſſum eſt, vt, antequam profeſſionem faciant, teſtamentum condant, id quod vtplurimum fieri ſolet; aut vero vt *indultum* a magno magiſtro ordinis impetrent, diſponendi de bonis patrimonialibus, quod itidem facile iis indulgeri ſolet. Quin et iam ſine graui difficultate impetrare præterea poſſunt licentiam, diſponendi de quinta parte redituum acquiſitorum ex bonis ordini deputatis, obſeruante LVCA *de teſtament. diſc. 91. n. 2. ſeq.* Id quoque inter alia liquet ex ſtatutis *ordinis Ioannitici*, quorum verba adducta ſunt *in litteris confirmationis* antea tactis, huius tenoris: *Ordiniamo, ch'il maeſtro poſſa encor dar licenza et autorita a fratelli dell' ordine noſtro, di vendere, donare et alienare qualſi voglino beni, ſtabili però ſolamente tanto paterni, quanto materni d' aſcendenti è collaterali à loro ſpettanti et appartenenti, per ragione d' heredita è ſucceſſione, ô di legato, e di quelli diſponere, coſi trà viui come in articulo di morte, ed di potere per la ricuperatione di detti boni comparire, letigare, et trattare coſi in giuditio comi fuori.* Conf. RICHTER *cit. l. n. 4.* Poſſunt tamen indultum impetrare a magiſtro ordinis teſtandi.

§. XXIII. Hoc indulto non indigent *proteſtantes* ordinibus hisce adſcripti, qui *votum paupertatis* haud fecerunt, quales ſunt *Sonnenburgici*: in his ceſſat ratio prohibitionis, et eodem iure cenſentur, quo reliqui *canonici*, quibus teſtamenti factio permiſſa eſt. Qui *ordini Teutonico* ſe addicunt, adhuc ex more veteri voto ſe obſtringere debent, quo ipſo ſimul teſtamenti factionem amittunt. Eadem eſt ratio *abbatiſſarum* et *virginum*, quæ in monaſteriis, A. C. addictis, viuunt, quippe quæ *voto paupertatis* non ligantur, et ita, quoscunque velint, heredes inſtituere, iisque ſua bona relinquere poſſunt, ad inſtar *canoniſſarum ſecularium*, niſi *ſtatuto* peculiariter impediantur. Obſeruat enim BRVNNEMANNVS *lib. II. iur. eccleſ. c. 10. in f. et c. 12. in f.* iuris veteris veſtigia in nonnullis monaſteriis reformatis et gerontocomiis ac ptochotrophiis reperiri, vbi ſua pio loco relinquere tenentur, quo caſu non *voto* quidem, bene tamen *ſtatuto* impediuntur, quod intrantes in monaſterium vel domum religioſam omnia ſua addixerint, ceu olim IVSTINIANVS conſtituit. Conf. L. B. de LYNCKER *reſp. 138.* Similiter qui inter proteſtantes degunt *monachi catholici*, adhuc iure veteri ligantur, nec quoad hos aliquid immutatum eſt. Praxis proteſtantium quoad ordines militares et monaſteria.

In Hiſpania ordines militares certo modo teſtari queunt.

§. XXIV. Simili ratione *equites ordinum militarium* in aliis regnis ſpeciali pontificis diſpoſitione acceperunt teſtamenti factionem, non obſtantibus votis præſtitis. *In Hiſpania* GREGORIVS XIII. *anno 1576.* equitibus *S. Iacobi*, *de Calatraua* et *de Alcantara* priuilegium hoc indulſit, *vt poſſint quomodo libet diſponere et teſtari de rebus, fructibus, bonis immobilibus ac ſe mouentibus, cum etiam his matrimonium inire ſpeciatim conceſſum, votumque caſtitatis in matrimonio conſeruare teneantur.* Antequam hæc licentia matrimonii ineundi iis conceſſa erat, teſtari non poterant, ſed ordo ſuccedebat, prout plenius declarat MENDO *de ordinib. militar. diſq. 5. q. 1. n. 3. ſq.* E contrario *fratres clerici* ordinis *D. Iacobi* in his ordinibus tam plena libertate non gaudent, ſed hi, qui beneficia eccleſiaſtica poſſident, ſingulis trienniis a priore monaſterii veniam expoſcere debent, quo facto quidem teſtamenta condere queunt, vt tamen quintam partem bonorum ſuis monaſteriis relinquant. Si hanc licentiam debito tempore haud petierint, monaſterium eorum bona omnia capit. IDEM *cit. l. qu. 2. n. 9.* Reſtrictior eſt facultas condendorum teſtamentorum fratrum clericorum *Calatraua* et *Alcantaræ*, vt IDEM *c. l. q. 3.* declarat, adeo, vt ſi vel maxime licentiam impetrauerint, nihilominus tamen ordini adhuc integrum ſit, vtrum velit voluntatem eorum exſequi, an vero quædam in ea immutare. Ipſi enim dicuntur omnia, quæ poſſident, poſſidere *nomine ordinis*, et ſic quoque diſpoſitio eorum ſubiecta eſſe dicitur ordinis voluntati, cum licentia data reuocabilis ſit, vt MENDO *c. l. q. 4.* plenius declarat, quo ipſo reuera diſpoſitio *fratrum clericorum* collata videtur in *voluntatem ordinis*, vtpote cui ſuam voluntatem per votum obedientiæ ſubmittere debuit.

Filiisfamilias clericis liberam concedunt teſtandi facultatem.

§. XXV. Atque hæc quidem generatim ad *clericos* ſpectant. Speciatim vero *clericis filiisfamilias* priuilegium concedunt, vt de *omnibus bonis*, quomodocunque acquiſitis, modo non intuitu eccleſiæ vel ex reditibus beneficiorum acquiſita, libere poſſint diſponere vltima voluntate, eaque indiſtincte ad peculium *quaſi caſtrenſe* referri debeant, cum, quæ aliis ſint *aduentitia*, in clericis ſint *caſtrenſia*, vt loquuntur CAROLVS de GRASSIS *de effect. cleric. effect. 19. n. 61.* Cardin. de LVCA *tom. IX. theatr. ver. et iuſt. deſeruit. diſc. 61. n. 2.* PASCHAL. *de virib. patr. pot. P. I. c. 3. n. 6.* ANDREOL. *contr. 326.* Excipiunt tamen bona acquiſita ante *clericatum*, quod in eis patri non poſſit præiudicare in vſufructu ipſi competente, ANDREOL. *c. l. n. 4.* Imo nonnulli

Digitized by

nulli quoque liberam filiofamilias clerico concedunt facultatem, vt etiam de acquiſitis ex *clericatu*, et eius *contemplatione* teſtari queat, prout IDEM cenſet *c. l. n. ſ.* Hac ſtante hypotheſi, clericorum filiorum familias longe melior eſt conditio, quam aliorum; cum ita de *hereditate materna*, pendente clericatu delata, diſponere queant, nec patri in eam vſusfructus deferatur, id quod, ſi verum eſt, non poteſt non a iure communi recedere. Fundamentum huius deciſionis plane inſolitæ petunt ex *auth. presbyteros C. de epiſc. et clér.* et ex *c. 9. X. de teſtam.* ex quibus tamen vix vllum præſidium illi afferri poteſt.

§. XXVI. Hoc vt eo euidentius reddatur, præmitto, iam in *l. 34. C. de epiſc. et cler.* a LEONE et ANTHEMIO ſancitum fuiſſe, vt, quidquid clerici filiifamilias ex *officio eccleſiaſtico* acquiſiuerint, id iure *peculii quaſi caſtrenſis* cenſeri debeat. Nec enim de *aliis acquiſitis* textum intelligendum eſſe, res ipſa loquitur. Aiunt imperatores: *Ea, quæcunque in eodem clericatus gradu locoque viuentes acquirere, et habere potuerint*, ſcilicet, qua tales, tanquam clerici, *etiamſi in patris auique aut proaui poteſtate conſtituti ſint, et adhuc ſuperſtites habeantur, tanquam bona propria vindicent, de his eis teſtandi vel donandi libera facultate conceſſa.* Non de *lucris aduentitiis* hic quæſtio eſt, ſed de his, quæ *ex officio ſacro*, vel eius intuitu acquiruntur. De his ratio dubitandi poterat moueri, quod epiſcopis tum per concilia quædam particularia, tum ſententias patrum, intercluſa videretur diſponendi de his poteſtas, prout *§. V. ſqq.* oſtendi. Orientales epiſcopi ſe ad hanc doctrinam componere noluiſſe videntur, hinc, lege data, iis proſpiciendum fuit. Imo nec de *filiis familias* ſolum loquitur textus, quorum tantum per modum *ampliationis* facit mentionem, quod colligo ex verbis: *etiamſi in patris etc.* quin potius etiam de iis loquitur, qui ſunt *ſui iuris*. De eo ſane nulla dubitandi ratio aderat, quod de *bonis extra clericatum quæſitis* diſponere poſſent, ergo de iis quoque lex intelligi nequit. Sed IVSTINIANVS magis ſe accommodauit ad ſententias patrum, vt ex ſubiectis *authenticis* liquet, ex quibus *l. 34. cit.* admodum reſtricta eſt. Oſtendi vero *§. VII. ſqq.* IVSTINIANVM etiam noui quid conſtituiſſe in ſolis epiſcopis et aliis prouiſoribus domuum religioſarum, quoad ceteros clericos iura antiqua intacta reliquiſſe. De his ait in *nou. 123. c. 19. et auth. presbyteros C. de epiſc. et cleric. Presbyteros et diaconos et ſubdiaconos, cantores et rectores, (quos omnes clericos appellamus) res quolibet modo in dominium eorum venientes habere in ſua poteſtate præcipimus, ad ſimilitudinem caſtrenſium peculiorum, et donare, cui volunt, ſecundum leges, et*

Contrarium oſtenditur.

Quæ officio ſacro acquiruntur, tantum peculii quaſi caſtrenſis ſunt, non aliunde acquiſita.

Nec contrarium Iuſtinianus conſtituit in nou. 123. c. 19.

in his teſtari, licet ſub parentum poteſtate ſint. Hic textus plerisque interpretibus fuit lapis offenſionis. Ex præconcepta opinione, quam ex iure canonico *tit. X. de teſtam.* hauſerant, ſuppoſuerunt, IVSTINIANVM tum in *l. 42. §. 2. C. de SS. eccleſ.* tum in *nou. 131. c 13.* de *quibuslibet clericis* diſpoſuiſſe, eosque a teſtamenti factione ratione *redituum eccleſiaſticorum* excluſiſſe. Ex hoc erroneo ſuppoſito non poterant non concludere in *authent. presbyteros cit. et nou. 123. c. 19.* non agi de illis acquiſitis, quæ clericis *ex officio eccleſiaſtico* vel eius intuitu obuenerunt, ſed potius de *extraneis* et *aduentitiis* lucris, et ſic ſingulare quid in iis textibus quoad *filiosfamilias* conſtitutum fuiſſe, vt filiifamilias clerici de his etiam diſponere poſſent, patri omni vſufructu ademto, et quæ in aliis filiisfamilias ſint aduentitia, quoad clericos peculii caſtrenſis eſſe videantur. Huic ſententiæ nouum præſidium quæſiuerunt ex generali *legis* diſpoſitione, quæ *res* QVOLIBET MODO *ad dominium eorum venientes* complectitur. Verum, hoc ſuppoſitum erroneum eſſe, iam ſupra oſtendi. Quod in *epiſcopis* ſpeciatim IVSTINIANVS ante conſtituerat, ex rationibus *§. VIII.* adductis, noluit extendere ad *ceteros clericos;* his liberam et illimitatam reliquit teſtamenti factionem, vt de quibuslibet rebus, *quolibet modo*, etiam ex reditibus eccleſiaſticis, teſtari poſſent. Addit nouam extenſionem, *licet ſub parentum poteſtate ſint*, quæ tamen de terminis habilibus intelligi debet, non de iis bonis, quæ ſub peculium *aduentitium* cadunt, ſed quæ ſub cenſum *bonorum quaſi caſtrenſium* cadere poſſunt, qualia vnice ſunt, quæ ex *officio ſacro* et intuitu eius acquiruntur. Nec captanda ſunt verba: *ad ſimilitudinem caſtrenſium peculiorum*, ex quibus inferunt, vnice imperatorem in *cit. authent.* agere *de clericis filiisfamilias*, quod tamen aperte falſum eſt, quia alias verba mox ſubſequentia: *licet ſub parentum poteſtate ſint*, non tantum *fruſtranea*, ſed plane *abſurda* forent. In prioribus verbis in genere clericis, qui *ſui iuris* ſunt, in omnibus acquiſitis attribuit plenum dominium, et hoc declarat tantum *ſimilitudine* peculii *caſtrenſis*, quod omnimodam proprietatem inducit. Similitudo autem non facit rei identitatem. In verbis poſterioribus demum diſpoſitionem extendit ad *filiosfamilias*, ad ductum *l. 34. C. de epiſc. et cleric.* quæ extenſio tamen de *aduentitiis* intelligi nequit, vtpote de quibus liberis teſtamenti factio interdicta. Nec temere correctio iurium facienda, quin potius talia cenſeri debent prædicata, qualia a ſuis ſubiectis patiuntur. Multo minus vero ex *c. g. X. de teſtam.* ſententia contraria formari poteſt, quæ aperte loquitur de clericis *ſui iuris*, dum oſtendit, clericos de his teſtari etiam poſſe, quæ *paterna*

Digitized by Google

ne ſucceſſionis intuitu adepti ſunt, quod ipſemet LVCA *de teſtam. diſc. 34. n. 4. in f.* non diffitetur.

TITVLVS XXVI.

DE TESTAMENTIS ET VLTIMIS VOLVNTATIBVS.

§. I.

Connexio.

Patefecit *titulus antecedens* aditum ad doctrinam *huius tituli*, quæ de *teſtamentis clericorum* recte ordinandis occupata eſt, quamuis præterea alia ad cauſam teſtamenti facientia adiecti ſint. Ad tria quippe potiſſimum capita reduci queunt, quæ in *hoc titulo* traduntur. (I) agitur de *teſtamentis clericorum et monachorum* in *c. 2. 7. 8. 9. 12. 15.* (II) de *diſpoſitionibus ad pias cauſas*, quarum ſingularia iura tanguntur in *c. 3. 4. 6. 8. 11. 13. 14. 17. 19. 20.* (III) de *differentiis quibusdam*, quas in omnibus teſtamentis *ius canonicum* nouiter contra *ius ciuile* introduxit, et in *c. 5. 10. 16. et 18.* recenſuit.

Primum caput de teſtamentis clericorum.

§. II. PRIMVM CAPVT *titulo antecedente*, ex ratione ibidem allata, quoad maximam partem excuſſi, et de *teſtamenti factione clericorum* et *monachorum* generatim egi. *Hoc titulo* reliqua perſequar, quæ ad *teſtamenta clericorum* pertinere videntur. De *forma teſtamentorum*, a clericis condendorum, non leues fluctus motos fuiſſe, deprehendi. Sunt (1) qui clericos exæquant *militibus*, eosque vocant *cæleſtis militiæ milites*, cum NOVARIO *deciſ. 141. n. 3.* vel *milites Dei*, *c. 19. C. 23. qu. 8.* quo intuitu eis *ſtipendia militæ clericalis* aſſignari dicuntur in *c. 4. X. de præb.* quæ denominatio etiam occurrit in *concil. Trid. ſeſſ. XXV. de reform. c. 14.* Quid? quod paſſim *eccleſiæ militare* dicuntur, *c. 1. X. de cleric. ægrot.* quod non minus, quam milites in caſtris, militent, et in perpetua expeditione eſſe videantur, CAROLVS DE GRASSIS *de effect. clericat. eff. 19. n. 4. ſeqq.* adeoque validum ſit argumentum de *milite armatæ militiæ* ad ſacris initiatum. IDEM *cit. l. n. 8.* Quid ergo, an eodem, quo *milites* in *expeditione* conſtituti, modo, teſtamentum condere poſſunt? Vix de eo dubitandum videtur, ſi, quæ adducta ſunt, pon-

Clerici in modo teſtandi non gaudent priuilegio militari.

Digitized by Google

Nec monasterium ingressuri.

ponderantur. Quin hoc adeo extendit IVLIVS CLARVS *sentent. lib. III. §. testamentum qu. 28. n. 2.* vt asserat, eum, *qui testatur, ante religionis ingressum, contemplatione tamen ipsius ingressus, testari posse non seruata solennitate iuris communis. Si enim*, pergit, *hoc permittitur militibus armatæ militiæ, multo magis permittendum est huic, qui de proximo accingendus est cœlesti militiæ.* Equidem inconuenientiam huius sententiæ præuidit, nihilominus tamen eam tenendam esse censet. Ait: *Licet hæc opinio in puncto iuris patiatur aliquam difficultatem, tamen non credo, quod in practica obtineret propter auctoritatem Bartoli et sequacium.* O egregium philosophum! Quis crederet, antiquos interpretes tam alienissima ab omni sana ratione procudisse? Hoc certum est planumque, iura singularia extendi non posse, sed potius in dubio regulæ standum esse. *l. 14. D. de LL.* Dicuntur clerici quidem *milites*, non tamen tales *sunt*, quibus leges priuilegium indulsere, multo minus in statu tali sunt, quem priuilegiatus testandi modus desiderat. Et quid ineptius est, quam nouitiis, in procinctu ingrediendi monasterium constitutis, illa priuilegia tribuere, quæ militibus *in procinctu* constitutis data sunt. Nec deterremur auctoritate BARTOLI, quæ adeo hodie exigua est, vt mirandum sit, B. HARPRECHTVM *diss. de testam. pagan. in hostico confecto tit. 19. inf.* censuisse, in praxi minus tutum esse, a dicta BARTOLI sententia diuortium facere, cum tamen hic nec legislator sit, et infrunitæ eius opiniones *authenticam interpretationem* non faciant. Denique nec hi, qui confugiunt ad *nou. s. c. s.* præsidium opinioni suæ conciliant, cum verba, *quo voluerint modo*, non de *forma* testandi, sed de *libertate disponendi* intelligi debeant. conf. ENGEL *de priuil. et iur. monaster. priu. 9. n. 4. sqq.*

Nec clerici castrenses priuilegiatum modum testandi habent,

§. III. Alii itaque priuilegiatum testandi modum restringunt ad *clericos castrenses*, auf die Feld-Prediger, docentque, illos quoque tunc priuilegiato modo testari posse, si ne quidem constituti sunt in *expeditione*, nedum *in procinctu, conflictu*, vel *hostico*. MICHAEL GRABIVS *§. testamentum qu. 13.* ANDREAS GERHARDVS *de iure testam. diss. II. th. 16. n. 1.* Verum, quis huiusmodi doctoribus crederet, qui absque omni iuris ratione philosophantur? Sane si ne quidem milites, extra *expeditionem* constituti, absque solennibus testari possunt, nec *clerici castrenses* tale priuilegium sibi vindicare possunt. HARPRECHT *cit. l. §. 82.* Imo quod magis est, ne quidem hi in castris constituti paria cum militibus iura habent, quia *pagani* sunt, non *milites*, nec vllibi hoc priuilegium militare iis tributum est. Hoc facile largior, eos, si in *hostico* deprehendantur, ibique decedunt, *iure militari* posse vltimam suam

Nisi in hostico deprehendantur.

conde-

Digitized by Google

condere voluntatem. *l. f. D. testam. milit. l. vn. D. de B. P. ex testam. milit.* B. HARPRECHT *cit. l. th. 25.* Verum ita præ aliis nullum privilegium habent.

§. IV. Rursus alii sunt, qui præsidium quærunt in *c. 10. X. h. t.* vbi noua forma testamenta condendi *coram parocho et duobus testibus* ab ALEXANDRO III. præscripta est. Equidem non ignoro, quæ sit plerorumque doctorum sententia de praxi huius nouæ formæ. Illam plerique reprobant, et in praxi non obseruari, sed potius *ius ciuile* retinendum esse censent, prout pluribus docet B. HARPRECHT *vol. nou. conf. 44. n. 633. sqq.* adeo, vt ne quidem *ordines ecclesiastici imperii* eam in suis territoriis receperint, præsertim cum MAXIMILIANVS I. *in ordin. notar. de anno 1512.* modum testandi ex *iure ciuili* approbauerit, et sine dubio eum in finem eam promulgauerit, ne ad ius pontificium prouocandi vlla amplius superesset licentia. IDEM *cit. l. n. 624. sqq.* Sed forsan maior dubitandi ratio superest de *clericorum testamentis*, *annon illa, iuxta formam c. 10. cit. condita, valida sint?* Ita censuit ENGEL *in collog. iur. can. tit. de testam. n. 10.* ex hac ratione, *quod, vbi ius ciuile et canonicum discrepant, clerici non subiaceant legibus ciuilibus, sed canonicis.* Enimuero, quamuis iuxta principia pontificiorum id admitti debeat in *causa mere ecclesiastica*, id tamen *non indistincte* admittendum in *negotio mere seculari*, vbi clerici non considerantur, vt tales, sed vt *ciues* et *subditi*, quia tunc potius legibus ciuilibus, quatenus hæ *notorie* in praxi iuri canonico præferuntur, sunt subiecti, et illis *negotia* sua *ciuilia* accommodare debent, vt recte censuit PETRVS DE MARCA *de concord. sacerd. et imper. lib. II. cap. 7. §. 8.* Iam vero dictum est, in Germania *ius ciuile* præ *iure canonico* quoad *formam* et *testamenti solennia* expresse approbatum et præscriptum esse per *ordinat. notar.* a qua nec excipiendi sunt clerici. Multo magis hoc dicendum est de *clericis protestantibus*, vtpote qui legibus positiuis ciuilibus, quatenus generatim contra *ius canonicum* valent, sine omni hæsitatione subiacent. Et si vel maxime ENGELII sententia vera esset, non posset tamen applicari ad *clericos catholicos*, qui *in terris protestantium* viuunt, vtpote qui in causis mere profanis ligantur legibus loci, prout censuit ill. facultas iuridica *mens. Octobr. A. 1714.* in casu, quo reus inter alias exceptiones litis ingressum impedientes opposuerat, se *ex testamento* heredem esse; defunctum, vt clericum catholicum, priuilegiato modo disponere potuisse, qua aliisque exceptionibus litis contestationem declinare studebat. Hisce tamen non obstantibus pronunciatum fuit: Daß Klägere vor allen Dingen besser, als

Nec possunt disponere secundum formam c. 10. X. de testament.

Multo minus si clerici catholici inter protestantes viuunt.

geſchehen, durch eine auf Erben und Erbnehmen, auch andern gehörigen requiſitis gerichtete Vollmacht, ſich ad proceſſum zu legitimiren; Beklagter aber, ſeines Einwendens ungeachtet, auf die erhobene Klage ſich einzulaſſen und zu antworten ſchuldig. Und weiln er ſolches bereits in euentum gethan, derſelben aber nicht allenthalben geſtändig: So ſind Klägere den Grund ihrer Klage, und ſo viel Ihnen daran verneinet, binnen Ordnungs-Friſt zu erweiſen verbunden: dawider Bekl. ſein Gegen-Beweis, Eydes delation und andere rechtliche Nothdurft vorbehalten wird, darauf ferner zu beſchehen, was Recht iſt. V. R. W.

Inter *rationes decidendi* ſententiæ ſubiectas etiam hæc adferebatur: Ferner aber die von Beklagten obiicirte exception, daß nemlich der defunctus, Johann Adam Hertzberg, Ihn in ſeinem den 28. Dec. 1713. coram notario et duobus teſtibus errichteten teſtamento zu ſeinem vniverſal Erben aller ſeiner Verlaſſenſchaft inſtituiret und verordnet, denſelben geſtalten Sachen nach ebenmäßig nicht patrociniren kan; angeſehen, wenn gleich

in c. 9. et 10. X. de teſtam.

von dem Pabſt ALEXANDRO III. verordnet: quod teſtamenta, quæ parochiani coram presbytero ſuo, et tribus vel duabus aliis perſonis idoneis in extrema fecerint voluntate, firma permanere debeant, doch dieſe diſpoſitio iuris canonici ad præſentem caſum gar nicht zu appliciren ſeyn würde: indem, nach Ausweis des von Beklagten ad acta producirten teſtamenti fraterni, kein Presbyter, ſondern ein Notarius, qui presbyteri perſonam hic repræſentare non poteſt, requiriret worden. Forma enim, a lege præſcripta, ſolicite et ad vnguem obſeruanda, alioquin nihil actum cenſetur;

REINKING *de retract. conſangu. qu. 7. n. 20. ſeqq.*
CARPZOV. *P. III. C. 3. D. 24. n. 6.*

welches alhier um deſto mehr in rechtliche Conſideration zu ziehen, als vermittelſt obangezogener päbſtlicher Satzung die Verordnung des Käyſerlichen Rechtens emendiret und aufgehoben werden ſolle. Wiewohl, geſetzten Falls, daß ein Notarius die Stelle eines Presbyteri bey Errichtung derer Teſtamenten vertreten könne, dennoch das von Beklagten teſtamentum quæſtionis noch lange nicht vor gültig zu erkennen ſeyn würde: anerwogen ſolche diſpoſitio canonica, bewährter Rechts-Lehrer Meynung nach, nur allein ad prouincias ſubiectas eccleſiæ, ſeu ad patrimonium Petri pertinentes zu reſtringiren,

GON-

Digitized by Google

GONZALEZ *in comment. ad cap. XI. de teſtam. n. 14.*
ENGEL. *in coll. iur. canon. l. 3. tit. 26. n. 12.*

keines weges aber ad terras imperatoris aliorumque principum imperiietiam catholicorum zu extendiren iſt;

B. STRYK *in vſ. modern. ff. l. 28. t. 1. §. 3.*
CARPZOV. *P. II. C. 4. D. 40.*
LYNCKER. *in analect. ad Deſſelii erotemat. iur. can. l. 3. tit. 26. qu. 3.*

welche Meynung ſo vielmehr zu amplectiren, als auch andere de non vſu allegatæ decretalis in Italia, et ipſa Roma atteſtiren:

VNGEPAVER. *ad C. 10. X. de teſtam. n. 15.*

So ſind wir bey ſo geſtalten Sachen, wie im vorſtehenden Urthel geſchehen, allenthalben rechtlich zu erkennen, bewogen worden.

§. V. Quia tamen hodie *cardinales*, *epiſcopi*, aliique *prælati* a pontifice impetrare ſolent indultum, vi cuius poteſtatem diſponendi liberam impetrant, vtplurimum quoque in eo illis *remittuntur ſolennia.* Deprehendi hoc ipſum in diplomate papali apud B. STRYKIVM *de cautel. teſtam. in append. n. 10.* in quo epiſcopo Hildeſienſi data eſt poteſtas *diſponendi ſine aliqua ſolennitate, etiam coram duobus vel tribus teſtibus duntaxat, ac etiam epiſtola vel ſchedula priuata, ſola manu eius ſubſcripta, aut quacunque vltima voluntate et diſpoſitione, etiam per viam ſimplicis diſtributionis ſeu contractus, ommiſſis quibuuis ſolennitatibus, etiam ſubſtantialibus, et formis aliis requiſitis tam de iure communi, quam ſpeciali etiam in articulo mortis etc.* Tam ampla declaratione opus fuiſſe, cenſuit curia Romana, quo omnibus dubiis occurreretur. Volunt enim interpretes, licentiam a pontifice impetratam, diſponendi ſine ſolennitatibus, debere intelligi, *concurrentibus duobus teſtibus*, ANDREOLI *controu. 309. n. 14.* vel vt tantum remiſſa cenſeatur ſolennitas *iuris ciuilis*, non *canonici*, LVCA *tr. de teſtam. diſc. 6. n. 2.* quamvis hanc ſententiam ipſe LVCA *cit. l. n. 4.* recte reprobet. Interim tutius fuit, in ipſo diplomate rixoſis omnem aditum cauillandi præcludere. Ceterum quando *ſchedula* eiusmodi poſt mortem prælati reperta eſt, ante omnia inquirendum, vtrum pro *originali* haberi debeat, an vero ſit nuda delineatio voluntatis, nondum tamen ad effectum deducta, ſeu hac intentione ſcripta, vt pro teſtamento valeret? Solent homines plura in chartam coniicere, vt tamen pro *abſoluta* et *perfecte declarata voluntate* illa ſcribens nondum habere velit. Ideoque hic ad coniecturas recurrendum,

Prælati tamen ex indulto pontificis ſine ſolennibus diſponere poſſunt.

Digitized by Google

de quibus agit cardinalis LVCA *cit. l. n. 6.* Simili ratione si vel maxime prælatus solenne testamentum condidisset, illud tamen vigore eiusdem *indulti* papalis, *per solam schedulam* manu sua subscriptam, reuocare non prohibetur, cum hæc æque valida sit dispositio, ac solennis ordinatio, et sic effectum tollendi prius testamentum solenne habere deberet. IDEM *cit. tr. disc. 7. n. 2.*

Saluis iis, quæ ad voluntatis certitudinem spectant.

§. VI. Hæc tamen solennium remissio, quæ per *indultum papale* fieri solet, illa tollere non videtur, quæ ad *voluntatis certitudinem* spectant, quod etiam in *militari testamento* obseruant iura. *§. 1. I. de testam. milit.* Quod si ergo prælatus, indulto huiusmodi instructus, *cæcus* foret, ad minimum coram duobus testibus disponere, iisque contenta testamenti manifestare, vel, quod commodius est, curare deberet, vt in horum præsentia ipsi testamentum *scriptum* prælegeretur *arg. l. 8. C. qui testam. facere poss.* ibique STRVNNEMANN. Similiter leges admittere noluere, vt illa, quæ quis sibi adscripsit, valerent, *l. 1. D. de his, quæ pro non script. l. 14. et 15. D. ad L. Corn. de falsi.* quod ad *solennitatem* minime spectat, sed ad *voluntatem*, qua de causa cautum, vt illud non aliter valeret, quam si testator *speciali sua subscriptione* vel *apostilla* id corroborauerit, *l. cit. 14.* vt voluntatis certitudini nihil desit. Vnde etiam ne quidem ex *testamento militari*, in quo omnia solennia itidem remissa sunt, valent, quæ quis sibi adscripsit. *l. 1. §. 7. ad L. Corn de falsi.* multo minus ergo valebunt ex testamento, quod secundum indultum papale conditum est, obseruante LVCA *tr. de testam. disc. 8 n. 5. seqq.* Par ratio est, si post impetratum indultum, *inhabilitas naturalis* superuenerit, ob quam prælatus voluntatem suam declarare nequeat, veluti si *deliquium mentis* patitur, quod notabili exemplo de episcopo, in *dementiam* lapso, declaratum est in B. STRYKII *vs. mod tit. qui testam fac. poss. §. 4.*

Heredem tamen instituere debent clerici.

§. VII. Sicuti vero omnis testamenti caput et fundamentum est *institutio heredis, §. 34. I. de legat.* ita circa hanc quoque quædam singularia quoad *clericos* occurrere dicuntur. Primum est, quod his, qui ex indulto pontificis disponunt, etiam remitti hæc soleat, quod clare liquet ex *indulto*, apud B. STRYKIVM *cit. l.* quo episcopo Hildesiensi concessum, vt possit disponere, *etiam omissis substantialibus.* Alterum est, quod

Filiifamilias clerici parentes aut liberos præterire nequeunt.

filiifamilias clerici in *peculio quasi castrensi*, seu bonis intuitu *officii ecclesiastici* quæsitis, quemcunque heredem instituere possint, præteritis etiam iis, quibus legitima debetur. Generatim enim in *l. f. §. 2. C. de inoff. testam.* filiisfamilias, qui *de peculio quasi castrensi* disponunt, hoc priuilegium datum est, *vt neque eorum testamenta inofficiosi querela expugnentur.*

Dubi-

Dubitant nihilominus interpretes, et ex optima ratione dubitant, *an hæc generalis diſpoſitio trahi etiam poſſit ad clericos filiosfamilias?* Quidam enim per *nou. 115. c. 3. et 4.* generaliter hoc eſſe correctum exiſtimant, quod in illa *generaliter* cautum ſit, ne teſtator liberos ſuos vel parentes exheredare, vel præterire aliter poſſit, quam ex cauſis ibidem determinatis. Verum recte reſpondet DONELLVS *lib. XIX. c. 5.* legem poſteriorem generalem nunquam ea tollere aut corrigere, quæ antea *ſpeciali iure* erant diſpoſita, adeoque ſub *nou. 115.* non comprehendi *filiosfamilias*, quatenus de *peculio caſtrenſi vel quaſi* diſponunt. *l. 26. ſqq. D. de LL.* Sed grauius dubium enaſcitur ex *nou. 123. c. 19.* et inde deſumta *authb. presbyteros C. de epiſc. et cleric.*, vbi quidem *filiisfamilias clericis* de peculio *quaſi caſtrenſi* facultas ordinandi teſtamentum conceſſa eſt, hac tamen cum reſtrictione, *ſic tamen, vt horum filii, aut, his non extantibus, parentes eorum legitimam ferant partem.* Hac clauſula quoad *clericos* ius commune reſuſcitatum, et, quod aliis filiisfamilias datum, *clericis* denegatum eſt, ſaluo tamen priuilegio filiisfamilias competente. Proinde *ſi clerici filiifamilias* parentes ſuos præterierint vel exheredauerint, priori caſu teſtamentum nullum erit, poſteriori vero querela inofficioſi reſcindi poterit. BRVNNEMANN. *ad cit. l. f. inf.* DONELLVS *cit. l.*

§. VIII. Non deſunt tamen, qui hoc limitant, niſi *clericus teſtator ecclesiam*, ordinem religioſum, vel monaſterium *inſtituerit heredem*, quo facto ne quidem neceſſe eſſe volunt, vt liberi vel parentes inſtituantur heredes in *legitima;* multo minus iis largiuntur querelam inofficioſi teſtamenti. Vid. ANDREAS TIRAQVELLVS *de priuil. piæ cauſæ priuil. 14.* Neque enim, aiunt, tale teſtamentum dici poteſt factum *contra officium pietatis*, ſufficit, ſi liberi aliter legitimam conſequantur, imo præſumendum eſſe cenſent, teſtatorem magis *animam* ſuam dilexiſſe, quam parentes liberoſque, vt IDEM *priuil. 96.* ait. Verum pertinent hi floſculi ad *impietatem cauſarum piarum*, quam interpretes imperite nimis promouerunt, vt in *membro ſecundo* aliis variis exemplis declarabo. Nullibi hæc limitatio eſt fundata, et proinde merito tale teſtamentum, in quo mater vel liberi præteriti, inſtituta pia cauſa, annullandum eſſe, cenſeo cum RICHTER. *vol. II. conſ. 115.* Adducit prælaudatus ICtus caſum, quo commendator quidam, indulto a magiſtro ordinis impetrato, condiderat teſtamentum, ordinemque militarem *S. Ioannis* inſtituerat, præterita *matre*, quod ab ordine ex hoc fundamento defendebatur, quod hic eſſet inſtitutus. Sed recte cenſuit RICHTERVS *cit. l. n. 17.* teſtamentum illud nullum fuiſſe. Quamuis enim equites Hieroſolymitani *monachis* æqui-

Sed vel maxime eccleſiam aut monaſterium heredem inſtituerint.

Digitized by Google

parentur, ita vt ordinem intrantes, ſua ordini iam addixiſſe videantur, STEPHAN. GRATIAN. *diſcept. for. c. 363. n. 24.* adeoque matri nulla fiat iniuria, quæ per teſtamentum excluſa eſt, cum ea nec ab inteſtato ad ſucceſſionem filii peruenire potuiſſe videatur; parum tamen roboris huic argumento ineſt. Nam 1) ſi commendatores indultum a magiſtro ordinis impetrant, de bonis ſuis diſponendi, ordo ius ſuum quoad bona remiſit, et ita in diſponendo ius commune obſeruandum eſt. 2) Si liberi monaſterium intrant, parentes non prorſus excluduntur ab eorum bonis, vt conſtat ex *nou. 117. c. 7.* Proinde nec commendatores eos excludere poſſunt.

Nouitii tamen monaſterium prætorire poſſunt.

§. IX. Similis eſt ratio *nouitiorum*, qui ante profeſſionem teſtamenta condentes liberos ſuos vel parentes negligere non debent. *auth. ſi qua mulier C. de SS. eccleſ.* Grauior autem ratio dubitandi ſupereſt, vtrum *monaſterium* plane *prætorire*, an vero ei *aliquid relinquere* teneantur? Volunt enim, monaſterium habendum eſſe loco *filii*, vel, vt alii cenſent, loco *parentum*, quod toto vitæ tempore monacho ſuppeditet alimenta, vnde etiam eſſe videtur, quod, qui monaſterium ingreditur, ſua bona ſimul ei addicat. Inde ad minimum *legitimam* monaſterio relinqui debere cenſent, et, hoc non facto, ius illam petendi monaſterio integrum eſſe. COVARRVV. *ad c. 2. X. de teſtam. n. 10.* Aſt cogitandum eſt, hic quæſtionem eſſe de *nouitio*, in quo monaſterium nondum aliquid iuris habet, adeoque nec *filii*, nec *parentum* locum intrare poteſt. Profeſſione facta, quoad *acquiſitionem bonorum*, quæ monachis deferuntur, rectius dici poteſt, monaſterium ſuccedere in locum monachorum, et quicquid his tanquam *filiis* debetur, monaſterio debere, ſicut, quicquid tanquam *parentes* petere poſſunt, in ius monaſterii transeunt. Inde ſolent aſſerere, monaſterium eſſe loco *filii*, loco *parentum*, ad nouitios autem hoc plane applicari nequit. Quin potius IVSTINIANVS in *nou. ſ. c. ſ.* liberam iis relinquit diſponendi poteſtatem. *Illud quoque decernimus*, ait, *qui in monaſterium introire voluerit, antequam monaſterium ingrediatur, licentiam habere, ſuis vti, quo voluerit modo.* Vnicus tantum exceptus eſt in *auth. ſi qua mulier cit.* caſus, quo monaſterium quis ingreſſus eſt ſine diſpoſitione, et tamen liberos habet. Inter hos enim bona adhuc diuidere poteſt, *et quod eis non dederit, monaſterio competet. Sed ſi omnem ſubſtantiam inter eos filios diuidere voluerit, ſua perſona filiis connumerata partem ſibi retineat, quæ monaſterio competere debet.* Sed hoc ideo, quia profeſſionem iam fecit, et monaſterio in quæuis eius bona

ius

Digitized by Google

ius iam quæsitum est. Conf. ENGEL. *de priuil. et iur. monast. priuil. 9. n. 11.* BESOLD. *conf. 181. n. 9.* MENOCH. *lib. IV. præs. 83. n. 2. seq.*

§ X. Inde quoque dependet decisio quæstionis, vtrum monasterium substitutum, sub conditione: *si sine liberis*, institutum, excludat? Qui affirmatiuam tuiti sunt, hac potissimum ratione sunt ducti, quod monasterium non possit excludi, id quod tamen iam reiectum est. Ipse MENOCHIVS *cit. l.* putat, hanc quæstionem esse *voluntatis*, et ex *præsumptionibus coniecturisque* colligendam, quales plures adfert *n. 27. sqq.* Equidem monasterium alias succedit monacho, quod potissimum vrgetur; verum facile liquet, hoc intelligendum esse de bonis, de quibus monasterium intrans disponere potuit, quorsum non pertinent bona fideicommisso affecta, quæ post eius mortem debentur fideicommissario, si voluntas defuncti ex circumstantiis satis clara est, quod *restrictiue* huic prouidere voluit. Nec dici potest, conditionem defeciisse, quod monasterium sit loco *filii;* hoc enim non tantum in hoc casu falsum, sed præterea etiam constat manifestumque est, de tali filio *ficto*, et in cerebro interpretum nato, testatorem in præsenti specie non cogitasse. *l. 17. §. 4. D. ad SCt. Trebell.* Ceterum si testator *generaliter* et *indefinite* locutus est: *si sine liberis decesserit*, ita vt determinata dispositio, de qua antea actum, deficiat, eandem decisionem locum habere existimarem, nisi iuris diuersa adesset decisio, quam deprehendi in *l. 53. §. 2. C. de epiſc. et cler. nou. 123. c. 37.* et inde desumta *auth. nisi rogati C. ad SC. Trebell.* item *c. 8. X. de probat.* in quibus textibus expresse prouisum est, deficere conditionem adductam, si heres monasterium ingreditur. Videntur legislatores ad *præsumtam* testatoris *voluntatem* hic respexisse, quod in dubio fideicommissarium *monasterio* prætulisse non videatur, quæ præsumta tamen voluntas cessat, quando aliunde de eius mente contraria constat, quod MENOCH. *cit. l.* pluribus declarat. Desideratur autem, vt heres fideicommisso grauatus decesserit post professionem: si in *nouitiatu* decedit, monasterio præfertur fideicommissarius. MENOCH. *cit. l. n. 73.* VINCENTIVS FVSARIVS *de substit. quæst. 4. 9. sqq.* Idem quoque in *cit. nou. 123. c. 37.* ad eum extenditur casum, si fideicommissarius fuit *clericus* factus, quatenus, eo mortuo, bona ad ecclesiam deuoluuntur, cuius fauore hoc videtur introductum fuisse. FVSAR. *cit. l. n. 4.* Quando enim mortuo clerico extranei vel agnati succedunt, his merito præferendus est fideicommissarius.

Quid iuris, si heres sub conditione, si sine liberis, institutus, monachus vel clericus, fiat?

§. XI.

Digitized by Google

Clerici nomine aliorum testamenta conscribere prohibentur.

§. XI. Requirit *testamenti factio* peritos artis, qui *solemnium iuris* notitiam habent, qua rarius *clerici*, maxime inter protestantes, instructi sunt. Merito proinde prohibendi sunt, ne falcem in alienam messem mittant, et imperitia sua lites de testamentis suscitent. Quid? quod nonnunquam sub *pœna nullitatis* iis interdici solet, ne nomine aliorum testamenta conscribant, vt ex sequente constitutione liquet:

Nachdem man mit sonderlichem Mißfallen vernommen, daß, denen hiebevor von den Hrn. Grafen von Moers Hochlöbl. Gedächtniß ausgelassenen, und darauf von den vormaligen Beamten inhærirten Verordnungen zuwider, die Prediger, Küster, Schulmeistere und andere geringe Personen, deren Profession es ja nicht ist, sich unterstehen, allerley Documenta, Verschreibungen, Ehe-Pacten, *Testamente*, *Codicille*, Aufrichten, Einkindschaften, und andere dergleichen Verträge und Contracte mehr zu schreiben und zu verfertigen, und dadurch mehrmalen, theis aus Versehen, und theils aus Ungelehrtheit, die Partheyen höchstens vernachtheiligen, auch oftermahls umb das Ihrige zu bringen und zu ruiniren: Als haben hiesige Hrn. Drost und Beambte, mit Gutbefinden Sr. Königl. Maj. hoher Commission, all solche vormalige heilsame Verordnungen hier wiederholen, und hierbey erwiederlich verordnen wollen; verordnen und befehlen auch hiermit, daß kein Prediger, Küster, Schulmeister, noch andere Personen, als hiesiger Secretarius, auch Notarii Publici, sich bey Strafe 50. Goldgülden unterstehen solle, inskünftige einige Obligationes, Quittantien, Supplicationes, *Testamente*, *Codicille*, Ehe-Pacta, Kauf- und Verkauf-Briefe, Aufrichten, Einkindschaften, und andere dergleichen Contracte, sie haben Namen wie sie wollen, zu schreiben oder zu verfertigen, mit dem Anhange, daß alle solche Documenta iedesmahl *null* und nichtig gehalten, verworfen, und darauf kein Recht ertheilet werden solle. Wornach sich ieder zu richten wisse. Signat. den 16. Nou. 1708.

Genera piarum causarum quatuor.

§. XII. ALTERVM CAPVT *huius tituli* concernit *dispositionem ad pias causas*, quæ generatim in *quatuor classes* disponi possunt. Conficiuntur enim dispositiones tales 1) in *vsus pauperum*, 2) *pro anima*, 3) intuitu *religionis christianæ* eiusque *promotionis*, et 4) *ob vtilitatem publicam*. *Primam* causam admitto, sed, vt ex seqq. apparebit, sæpe eius *prætextus* tantum fingitur, dum secundum principia iuris canonici soli fere clerici *pauperum* appellatione intelliguntur, *veri* autem negliguntur. *Altera* est *nobis* superstitiosa, ne dicam erronea, si ad scripturæ S. normam examinatur, fluitque potissimum ex hypothesi de *purgatorio*, quam *nostra-*

tes

tes merito reprobant, vnde quoque non possunt non conclusiones inde deductas repudiare. *Tertia* species *suo modo* vera; sed, vt ex exemplis adducendis constabit, vtplurimum in *applicatione* superstitiosa est, quia promotio religionis christianæ in variis superstitiosis institutis quæritur. *Vltima* causa eo magis sese commendat, quod tot hominum saluti et incolumitati inde prospiciatur.

§. XIII. Ad *primam* classem referuntur *ecclesiæ*, cuius bona olim recte dicebantur *bona pauperum*, prout sæpius in hoc tractatu monitum est. Verum tractu temporis scena ita mutata est, vt vix *quarta* redituum pauperibus sit relicta, et tandem hæc quoque in plerisque ecclesiis suppressa, adeo, vt bona ecclesiastica sint facta *bona clericorum*, h. e. quæ horum vsui et sustentationi inseruiunt. Non tam impius sum, vt clericis salaria debita ex reditibus ecclesiasticis denegare velim, quæ ex merito iis debentur, et eo intuitu legata, in eorum vsum relicta, *pia* quodammodo censenda, quod cultui diuino inseruiant, et rem diuinam faciant. Quis vero negabit, hanc quoque in *superstitionem* degenerasse? Quot sunt ecclesiæ cathedrales et collegiatæ, in quibus *res diuina* ex opere operato fieri dicitur, quæ ingentibus reditibus turgent, iis exsoluendis, qui *nomen clerici*, non *rem* habent? Et tamen iis olim relicta adhuc apud nos iure *piarum causarum* censentur. Quot sunt ecclesiæ aliæ, quæ vltra dotem, pastoribus destinatam, plures reditus quotannis percipiunt, qui tamen in vsus pios, prout decebat, non erogantur, sed quæstui exponuntur, quo patrimonium ecclesiasticum quotannis augeatur? Quicquid tali ecclesiæ legatur, *pium* esse iudicatur, si vel maxime necessarii et magis indigentes prætereantur. Ad quæ referuntur ecclesiæ.

§. XIV. Rectius huc referuntur *hospitalia* eorumque bona, et quicquid in horum vsus legatur, quippe in quibus *refectio pauperum* et indigentium adhuc primaria cura est, cuius species varias recenset *l. 23. C. de SS. eccl.* inter quas tamen *monasteria* non recte referuntur, vt paulo post dicam, bene tamen *viduarum claustra* et *sustentacula*, die Witwen-Häuser oder Witwen-Kasten, *hospitia publica valetudinariorum militum*, Invaliden-Häuser, vel *animi morbo laborantium*, Toll-Häuser, *receptacula infantium expositorum*, Findel Häuser, *erarium pauperum*. *Lytra captiuorum* quoque in hunc censum referenda esse censeo, obseruante HERTIO *diss. de lytro*. Olim christiani *captiuorum* inprimis rationem habebant, eorumque, qui ob persecutionem in metallis, in insulis vel custodiis erant, et in horum vsu erogata *deposita pietatis* dicebant, teste TERTVLLIANO *in apol. c. 39.* Minime tamen Hospitalia. Lytra captiuorum.

Digitized by Google

alimentorum legatum huc referendum, nisi *pauperibus* relicta sint, vel etiam legatario intuitu *paupertatis*. Est quidem legatum *alimentorum* admodum *priuilegiatum*, sed non statim *pium*.

An legata pro redemtione animæ?

§. XV. *Altera* classis continet legata, quæ pro *redemtione animæ* relinquuntur, quæ primario a Dd. in classem *piarum causarum* relata sunt, teste TIRAQVELLO *cit. tract. in præfat.* Hæc causa fere olim primaria fuit, ob quam tot ingentes donationes, et legata ecclesiis, monasteriis, aliisque piis corporibus relicta sunt, vt diplomata antiquissima loquuntur, rursusque ostendunt, talia legata magis *superstitiosa* quam *pia* fuisse. In hunc censum quoque *lytrum* referunt, censentque, IVSTINIANVM in *nou. 115. c. 3. §. 13.* illud ideo *piis* accensuisse *causis*, propter verba: *Vt, dum illi a suis non sunt redemti, aliorum redemtio procuretur, et ipsorum quoque animæ ex hac piissima causa subleuentur.* Euidens omnino est, imperatorem existimasse ex doctrina illius temporis, bona defuncti, in redemtionem captiuorum impensa, *redemtioni animæ defuncti* inseruire, adeoque etiam illa, quæ opus *misericordiæ et pietatis* continent, ex praua persuasione in superstitionem degenerasse. Nec aliud de iis dicendum arbitror, quæ olim hospitalibus legata sunt, quæ eadem persuasio produxit, et eo facilius producere potuit, quod plerique, qui perdite hactenus vixerant, & conscientia teste, varia scelera commiserant, quæuis facinora hoc medio expiari posse crederent, vtut a seria pœnitentia longissime abessent. Quæ cum ita sint, non errauero, si dixerim, antiquissima legata ad *pias causas*, quæ adhuc hodie supersunt, superstitionis huius vel potius erroris fontem agnoscere, quæ tamen hodie non tam sunt metienda ex *intentione testatorum*, quam *usu* et *scopo*, cui inseruiunt.

An legatum libertatis?

Idem error quoque *legatum libertatis* catalogo *piarum causarum* adscripsit, quia rursus etiam libertatis datio vtplurimum olim *pro anima* facta legitur, prout *tit. de prabend. §. XVII.* iam obseruaui. Inde forsan profluxit generale, sed erroneum assertum Dd. legatum *libertatis* in classem ad *pias causas* legatorum pertinere: *libertatem* et *ecclesiam* æquiparari: legatum libertatis fauorabilius esse, quam alterius piæ causæ, quas sententias non sine dedecore nostrates quoque repetunt, vt ostendit HARPRECHT *in diss. de admixt. extran. person. in dispositione parentum inter liberos th. 29. n. 15. et seqq.* et inde inferunt, iura *libertati* data generatim piis causis applicanda esse.

Stipendia scholæ, academiæ.

§. XVI. *Tertia* classis continet legata *scholis*, *academiis studiisque* destinata, cum illæ censeantur seminarium ecclesiæ et reipublicæ, in quibus animi iuueniles tum ad pietatem præparantur, tum educun-

Digitized by Google

ducuntur, vt reipublicæ prodeſſe poſſint. Vtrum hæc intentio vbique obtineatur, et media idonea adhibeantur, late non diſquiram, cum hoc ipſum eorum meditationi, qui defectus ſcholarum et academiarum detegunt, relinquendum ſit. Sufficit, quod *ſchola* multum ad *religionis promotionem* facere poſſint, ſi in debitum vſum adhibentur. Et hac de cauſa quoque *legatum ad ſtipendia* huc referri poteſt, quod noſtrates quoque admittunt, vt oſtendi *tit. de præbend. §. XXVI.* Accedit, quod hoc legatum magis *paupertatis* intuitu relictum, et ita quoque ex hac ratione metiendum et interpretandum ſit, vt cenſuit *ill. facult. iurid. menſ. Ian.* 1717. ſequente reſponſo:

Hat Matthes Kröger in anno 1629. ein Teſtament gemachet, und darin ein legatum zu zwey ſtipendiis vor zwey Pfarrers Söhne oder andere arme Studioſos geſtifftet, wovon auch bishero jährlich die reuenuen richtig abgetragen, und meiſtens Prediger- und Diaconorum-Söhnen gereichet worden, welche nunmehro daraus ein beſtändiges Recht machen wollen; dahero dann gefraget wird:

> Ob der daſigen Geiſtlichen, und inſonderheit der *Diaconorum* Söhne, *qua tales* und ohne Unterſcheid, ob ſie gleich auch deſſen nicht bedürftig, ſolches *Stipendium* nach denen Worten des Teſtaments und *obſeruantia* mit Recht ſuchen mögen?

Ob nun wol in gedachtem Teſtament expreſſe das Stipendium darzu geſtifftet, daß davon die jährlichen Zinſen zween Pfarrers Söhnen, ſo ſtudiren, oder andern zween Studioſis drey Jahr lang gereichet werden ſolle, welches denn nicht wohl anders zu verſtehen iſt, als daß die Pfarrers-Söhne vor andern den Vorzug haben, in deren Ermangelung aber erſtlich andere arme Studioſi zu dem Stipendio admittiret werden ſolten; welches ſowol ordo ſcripturæ ipſius teſtamenti anzeiget, als auch die bisherige obſeruantz erhärtet, da gar ſelten dieſes Stipendium andern als Pfarrers-Söhnen conferiret, und wenn es ja einem extraneo verſprochen worden, dennoch ſolches unter der expreſſen Bedingung: ſo inzwiſchen kein Prieſters-Sohn ſich finden wird, geſchehen iſt, wie aus der geſchehenen Collation von 11. Ian. 1679. *fol. act. 95.* zu erſehen, welches man auch abermal von Seiten des Raths anno

Digitized by Google

1682. *fol. 103.* erkant, und dadurch per obſeruantiam ſubſequentem et conſtantem das Teſtament ſelbſten gnugſam interpretiret, quæ tantæ eſt efficaciæ, vt omne dubium tollat,

SVRDVS *conſ. 140. n. 43.*
HONDED. *vol. I. conſ. 6. n. 36.*

et maxime prodeſt ad arguendum, vt de præterito obtinuit, ita et in futurum obtinere debere,

HARPRECHT. *vol. nou. conſ. 8. n. 70.*

ſich auch dabey nicht findet, daß ein Unterſcheid unter arme und vermögende Prieſter gemachet, und jene dieſen vorgezogen, dieſe aber gantz ausgeſchloſſen worden; anerwogen der teſtator generaliter diſponiret, und die 2 Stipendia auf arme Prieſter-Söhne nicht reſtringiret, es dahero das Anſehen gewinnen will, daß er vielmehr regard auf das Pfarr-Amt als Armuth gehabt.

Weil aber dennoch aus dem, was angeführet iſt, zwar ſo viel erhellet, daß der teſtator vornemlich die Prieſter-Söhne bedenken wollen, alſo auch, wenn dieſelbe und andere arme Studioſi concurriren, wie billig, den Vorzug haben müſſen, dennoch dieſes daraus noch nicht klar iſt, ob, ohn Unterſcheid, allen und jeden Prieſter-Söhnen, ſie mögen arm oder bemittelt ſeyn, dieſes beneficium zu reichen, und dahero auch wol begüterte Prieſter-Söhne andern armen Studioſis vorgezogen werden müſſen, welches dahero billig in Zweifel zu ziehen iſt, weil der teſtator alternatiue redet, und zwey Prieſter-Söhne, oder zwey andere arme Studioſos von ſolchem Stipendio prouidiret wiſſen will, und, gleichwie er auſſer Prieſter-Söhne, arme Studioſos expreſſe benahmet, alſo daraus wahrſcheinlich zu ſchlieſſen, daß er gleichfalls ſolche Prieſter-Söhne verſtanden, die dieſes Stipendii bedürfftig ſind, welches um deſto mehr ex natura rei erhellet, da bekant iſt, daß dergleichen legata ad pias cauſas referiret werden,

CARPZOV. *lib. II. iurispr. conſ def. 328. n. 15. ſqq.*
FRITSCH. *de ſtipendiis, c 12. n. 2.*
BARDILI *de legat. ad pias cauſ. th. 16. 19.*
HARPRECHT. *vol. nou. conſ. 5. n. 20.*

und deren iurium und priuilegiorum theilhaftig, mithin mehr intuitu pauperiatis quam alterius cuiusdam reſpectus geſtifftet ſind, da vornemlich

Digitized by Google

nemlich die Armuth bey denen piis cauſis in conſideration zu ziehen iſt, und die meiſten Stifftungen zu milden Sachen deswegen eben piæ genant ſind, auch dergleichen fauorem bekommen, dieweil dadurch ein beſonderes Liebes Werk gegen die Arme und Nothdürftige zum gemeinen Beſten ausgeübet, und die denen Chriſten ins beſondere ſo nöthige Pflicht verrichtet wird, und wiewol die claſſis piarum cauſarum hiernechſt ſehr vermehret, und unterſchiedliche neue ſpecies, die mit der Armuth eine ſonderliche connexion nicht haben, dahin gezogen ſind, dennoch ſolches öfters nur meiſtens per abuſum geſchehen, inzwiſchen doch vornemlich die conſideration der Armuth bey denen piis diſpoſitionibus gelten, und in dubio angeſehen werden muß, cum etiam bona eccleſiaſtica ideo piis accenſeantur cauſis, quod olim fuerint patrimonium pauperum;

l. 33. §. 4. l. 46. C. de epiſc. et cler.
c. 2. X. de reb. eccleſ. non al.
THOMASSIN. *P. III. de eccl. diſcipl. lib. 3. c. 26. ſqq.*
IO. LAVNOIVS *de cura eccleſ. pro miſer. et pauper. per tot.*

und von dem, was per abuſum in denen piis cauſis eingeſchlichen, aber von dem erſten wahren Endzweck derſelben abgehet, kein argumentum in dubio gemachet, vielmehr unter den Evangeliſchen, ſo viel als möglich, die piæ cauſæ zu ihrem rechten Gebrauch gebracht werden müſſen, welches auch die Pfarrer um deſto mehr ſelbſt befördern, und ſo ferne ſie bemittelt ſind, ihre Söhne davon ausſchlieſſen werden, ie mehr ihnen bekant iſt, daß ſie ſelbſt, nach dem Ebenbild der erſten Chriſtlichen Gemeinden, curatores pauperum et omnium indigentium ſeyn müſſen;

IVSTIN. MARTYR *in apol. 2. in f.*

welches auch aus der bisherigen obſeruantz, wie es mit dieſem ſtipendio gehalten worden, erhellet, da dieſer Umſtand anno 1691. *fol. act. 121.* anno 1693. *fol. act. 135.* bey conferirung dieſes ſtipendii zum Grunde geſetzet, und ob zwar nach der intention des teſtatoris zuvorderſt die Prieſter-Söhne prouidiret werden müſſen, dennoch ſolches wohlbegüterte Pfarrer und Diaconi auf ſich keinesweges ziehen können:

So erhellet hieraus ſo viel, daß zwar zuvorderſt zwey Prieſter-Söhne, doch nicht anders, als wenn ſie deſſen bedürftig, mit dieſem ſtipendio zu verſehen, in deren Ermangelung andere arme Studioſi billig denen bemittelten Pfarrers- und Diaconen-Söhnen vorzuziehen ſind. V. R. W.

n monaſte-
a et ordi-
um milita-
um ſodali-
a?

Hunc in finem etiam legata *monaſteriis* aliisque *ſodalitiis*, veluti *ordinum militarium*, relicta eſſe liquet, quia creditum fuit, monaſteria eſſe receptacula pietatis perfectiſſimæ, et *vitæ apoſtolicæ* ſolidam praxin, vid. MABILLON. *in act. Benedict. ſec. III. p. 2. p. 295.* adeo, vt qui huic vitæ ſe addicunt, *conuerſi* dicantur, vid. *tot. tit. X. de conuerſ. coniugat.* et meritorum cumulum ſibi acquiſiuiſſe credantur, aliis etiam communicabilium. Res ſatis nota eſt, et a noſtratibus plenius excuſſa, et reiecta, quamuis nihilominus etiam bona eorum *piis* accenſeamus *cauſis*, et iura earum iis applicemus, ſi vel maxime in alium vſum conuenientiorem, et vere pium haud ſint conuerſa. Hoc inprimis vel ideo factum videtur, quia per *inſtrumentum pacis* fundationes nondum deſtructæ in priſtino ſtatu permanſerunt, imo etiam plures permanere debuerunt. *Ordinum militarium ſodalitia* vix ſpeciem *pietatis* obtinent, et tamen legata in horum vſus *pia* dicuntur, quia inſtitutum eorum admodum profuit rei hierarchicæ, in qua maiores chriſtianiſmum poſuerunt, et quamuis per DEI gratiam hunc errorem reiecerimus, non tamen eiurauimus concluſiones inde promanantes, cum etiam inter proteſtantes hiſce ordinibus relicta piis annumerentur cauſis, et ex harum iuribus æſtimentur.

uæ conuer-
oni infide-
um deſti-
ntur.

Huc denique pertinent, quæ *conuerſioni infidelium* deſtinantur, expediendæ per *miſſionarios*, quorum ſcopus, vtpote admodum pius, doctrinæque Saluatoris conformis, non poteſt non approbari et omnibus modis promoueri, quamuis in ipſa conuerſione abuſus committi poſſit, qui nec in quibuscunque ſacris præcaueri poteſt. Impium vero eſt, huc referre legata *meretrici*, vt ad frugem et meliorem vitam redeat, prout *tit. de præbend. §. XXVIII.* iam monui.

egata ob
ublicam
cilitatem re-
cta.

§. XVII. Denique *vltima* claſſis continet legata relicta *ergaſteriis*, ſeu diſciplinæ publicæ ſcholis, et ſceleratorum, qui in republica quietem et pacem turbant, purgatoriis: cum admodum pium et ſalutare ſit, hoc medio prouincias a malis hominibus purgare. Similiter huc recte pertinent, quæ legantur ad conſtructionem et reparationem *pontium*, *viarum*, *murorum*, aliorumque *operum publicorum*, defenſioni reipublicæ inſeruientium, quippe quorum vtilitas in tot hominum incolumitatem redundat. Vnde non inconueniens eſt, legata ſuperſtitioſis cauſis relicta, quæ poſtea lege publica abolendæ ſunt, in hunc conuertere vſum, cum etiam ſecundum *l. 16. de vſu et vſufructu legato* gentiles cenſuerint, res in vſum *illicitum* relictas conuerti debere in vſum *æque ſimilem*, ſed magis *licitum*. Vid. MAVRIT. *de ſeculariſat. c. 4.*

Ex

Digitized by Google

Ex his liquet, quam multa legata ad *piam cauſam* referantur, quæ magis impia cenſenda, et merito inter proteſtantes emendanda forent. Sed intempeſtiuus et inexcuſabilis amor iuris canonici noſtrates decepit, vt a veritatis via media in luce alieniſſimi permanſerint, et praxi conſtanti adeo hæc corroborauerint, vt in plerisque ſpeciebus adductis in vulgato errore, quod piæ cauſæ ſint, ſubſiſtere teneamur. Vnde vere dicere poſſes, generatim inter proteſtantes piis cauſis accenſeri, quæ hanc qualitatem ex iure canonico et veteri errore acceperunt, niſi ſtatus rerum mutatus, vel euidenter contrarium doceatur.

§. XVIII. Hæc legata ad *pias cauſas* eo magis in ſummo habita ſuerunt pretio, quod ſpecioſo *pietatis* titulo coruſcent, quam legibus omnibus ſolutam eſſe debere pium iudicatum fuit. Hinc enata ſunt tot priuilegia *piarum cauſarum*, vel in cerebro interpretum procuſa ſine aſſiſtentia legis, quæ ſpuria et adulterina eſſe credimus. Talia ſunt, quæ iis attribuuntur ex priuilegiis *fiſci*, *militiæ*, *libertatis*, *alimentorum*, *dotis*, *pupillaris ætatis*, *reipublicæ et ex iuribus imperii*, quod tamen ſtrenue contendit AVGVSTINVS BARBOSA *l. 2. iuris eccleſiaſt. c. 13.* cum TIRAQVELLO aliisque infinitis aſſeclis. Sunt *priuilegia* ſua natura *ius ſingulare*, et *exceptionem a regula* conſtituunt, cui tam diu inhærendum eſt, donec exceptio probetur. Neque enim interpretum eſt, priuilegia fingere noua, vbi iuris deficit ſanctio, aut iura ſingularia certis cauſis tributa ad alias trahere cauſas, cum iuxta *l. 14. de legib.* iura ſingularia, vtpote contra *rationem iuris* recepta et conſtituta, ad conſequentias non ſint producenda. Id quidem non nego, legata *ad pias cauſas* eſſe admodum *fauorabilia*, quemadmodum adductæ ſpecies ſummum in iure *fauorem* habent. Sed, prout iam ſupra *tit. XVI. de depoſito* obſeruaui, fauor hic non efficit, vt quæuis iura ſingularia, fauorabilibus cauſis ſingulariter tributa, hiſce legatis applicari debeant; id quod regulæ interpretationis prorſus haud admittunt, ſed tantum interpretationi vltimæ voluntatis quandam vim addit, efficitque, vt ſecundum hunc fauorem *voluntas* defuncti *plenior* et *benignior* accipi debeat, quemadmodum de *libertate* dicitur, *quod fauor eius benigniores ſententias expoſcat, ſuadeatque*, quoties de *dubia voluntate*, et ſic de *quæſtione facti*, emergit diſceptatio. *l. 32. §. f. ad l. Falcid. l. 17. §. 3. de manum. teſtam.* Vnde argumenta a *libertate* vel alia cauſa fauorabili non prorſus reſpuo, quatenus generatim oſtendunt, quæſtiones *facti*, circa legata ad pias cauſas, eſſe ſecundum hunc *fauorem*, quem leges eis tribuere, explicandas, quod infra exemplis declarabo.

Fons priuilegiorum piarum cauſarum.

Quorum plura ſunt erronea.

Verus ſenſus regulæ: legata pia eſſe fauorabilia.

§. XIX.

Digitized by Google

Valent teſtamenta ad pias cauſas ſine vllis teſtibus.

§. XIX. *Primum* et principale priuilegium, quod hiſce legatis datum eſt, concernit *modum diſponendi*, qui ita priuilegiatus eſt, vt *teſtamenta* in genere *ad pias cauſas* facta ſine vlla ſolennitate ſubſiſtant, ſufficiatque, ſi modo de *certitudine voluntatis* ſatis ſuperque conſtet. Hoc priuilegium piis cauſis ſingulari iure attribuit pontifex *in c. 4. et c. relatum tit. X. h. t.* conſtituitque, huiusmodi teſtamenta non ſecundum *legem humanam*, ſed *diuinam* diiudicanda eſſe, ex ea ratione, quod negotia et cauſæ eccleſiaſticæ *huic*, non *illi* ſubiaceant, adeoque ſecundum ſanctionem legis diuinæ: *in ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum*, concludendum ſit, duos vel tres teſtes ſufficere. Quid intenderit pontifex hac deciſione, non occultat, ſed manifeſtiſſime prodit. Eccleſiam ſupponit eſſe independentem a ſocietate ciuili, rempublicam ſuis propriis legibus fulciendam, maximeque iure diuino regendam: libertati eccleſiæ aduerſari, legibus ciuilibus illam ſubiicere; *Chriſtum ſui ſanguinis pretio redemtam eam voluiſſe eſſe liberam*, adeoque *eam facere ancillam minime conueniens videri*, vt GREGORIVS VII. *in Pſ. pœnitent. V, 9.* philoſophatur. Hæc ſententia eo tempore tanquam *articulus fidei* laicis obtrudebatur, et, qui aliter ſentiebant, rebelles et peruerſarum doctrinarum rei iudicabantur, ſtatum eccleſiæ, a Chriſto efformatum, impugnare attentantes. Ne ergo nefandum hæreſeos crimen incurrerent, deciſionibus pontificis, in propria licet cauſa latis, ſtandum, nec permiſſum erat ICtis, contra talia teſtamenta pronunciare. Inde in communem praxin hoc priuilegium abiit, et adeo altas egit radices, vt nequidem, *reformatione* facta, de huius reformatione cogitatum fuerit. Non perpendebant ICti proteſtantes, ex quorum ſententiis tamen praxis efformabatur, in hac deciſione latere virus, ſtatui ciuili e diametro aduerſum; tum quia pauciores *ſtatum* eccleſiæ *verum* excutere curabant; tum etiam, quia rationes ſibi cerebrinas ex *æquitate* fingebant, ſub eisdem has pontificum ſententias commendantes, et in iudicando obſeruantes, quo iure adhuc hodie vtimur, teſtibus LAVTERBACHIO *ad tit. de teſtament. milit.* §. 49. B STRYKIO *in caut. teſtam. c. XII.* §. *I.* CARPZOV. *P. III. c. 4. def. 33. n. 3.* aliisque, quos allegare non vacat.

Quidam tamen duos requirunt teſtes.

§. XX. Dum ergo ſecundum ſententiam pontificis, in praxi receptam, hodie iudicandum eſt, de *mente* quoque eius ſolliciti eſſe debemus. Id potiſſimum hodie in quæſtione eſt: *an ad ſubſiſtentiam horum legato-*

Digitized by Google

legatorum ad minimum duo teſtes ſint neceſſarii, an vero ſufficiat voluntas aliter declarata, quatenus de eius certitudine nullum ſupereſt dubium? Non enim incertas, vagas et dubias coniecturas admittendas cenſemus, multo minus quamcunque ſcripturam, de qua non conſtat, an teſtator illam pro teſtamento habere voluerit? *Certitudinem* et *voluntatem* manifeſtam requirimus, ne vllum ſuperſit dubium. Inter eos, qui præciſe *duos teſtes* requirunt, principatum tenet B. HARPRECHT *diſſ. de admixt. perſon. extran. in diſpoſit. parent. inter lib. th. 30. ſeqq.* et ad ipſam deciſionem pontificis prouocat, in qua demum, *duobus aut tribus teſtibus adhibitis*, vigor diſpoſitioni tali adiicitur, quæ verba neceſſitatem quandam inuoluere videntur. Pergit, ſi intentio pontificis fuiſſet, etiam aliam, quam quæ per duos aut tres teſtes fit, probationem in propoſito admittendi, eum ſine dubio clarius vel ideo locutum fuiſſe, quod illi res fuerit cum iis, qui ſolennia iuris in his diſpoſitionibus adhibenda eſſe cenſuere; nec eſſe reſtringendam hanc diſpoſitionem ad *nuncupatiuum* modum teſtandi; pontificem generaliter diſpoſuiſſe, et præterea etiam in aliis quibuscunque teſtamentis duos vel tres teſtes cum parocho requiſiuiſſe iuxta *c. 10. X. h. t.* imo eadem quoque ratione, ex iure diuino petita, *in cit text.* vſum fuiſſe, nec tamen in his ſolam voluntatis certitudinem ſufficere; ius pontificium eſſe correctorium, adeoque ſtricte interpretandum, eamque ſententiam communi Dd. calculo approbatam eſſe, quorum ingentem numerum *th. 32.* allegat.

Per varia argumenta.

§. XXI. Equidem ſi autoritatibus et præiudiciis foret certandum, ingentem quoque cohortem, contrariæ ſententiæ cauſam agentem, producere poſſem, quam TIRAQVELLVS, B. STRYKIVS, COVARRVVIAS *ad c. 11. cit.* aliique in medium produxere, quorum ſub clypeo tamen haud pugnabo, ſed ex probabilibus coniecturis rem explicabo. Liquet ex ipſo textu, pontificem prouocare tum ad *ius diuinum*, tum ad *ſtatuta decretorum*. Ex *iure diuino* adfert vulgatum illud: *in ore duorum* &c. quod vnice, confeſſione omnium, intelligi debet de re *dubia* adhuc probanda, non de ea, cuius veritas vel ex *confeſſione*, vel aliunde manifeſtiſſima eſt. Euidens ergo eſt, pontificem teſtes deſiderare ſolius *veritatis* gratia, de qua ſi aliunde, veluti ex *ſcriptura*, ſatis caute adornata, conſtat, teſtium depoſitio ſuperuacua eſt. *Decretorum* ſtatuta non alia intelligit, quam quæ hinc inde in conciliis de his teſtamentis diſpoſita leguntur, et praxi confirmata ſunt: neque enim in GRATIANI *decreto* ea de re quid cautum legimus. Cenſuiſſe patres, oblata piis cauſis *quocunque modo* rata eſſe debere, colligitur ex multis monumentis.

Pontificem nullos requirere teſtes, ex ipſius rationibus colligitur.

Qui ad conciliorum ſtatuta prouocat, et inde explicandus eſt.

Digitized by Google

tis. In *concilio Lugdun. II. c. 2.* patres ita cenſuere: *Quia multæ tergiverſationes infidelium eccleſiam quærunt collatis priuare donariis, id conuenit inuiolabiliter obſeruari, vt teſtamenta, quæ epiſcopi, presbyteri ſeu inferioris ordinis clerici, vel donationes aut* QVAECVNQVE INSTRVMENTA *propria voluntate confecerint, quibus aliquid eccleſiæ, vel quibuscunque conferre videantur, omni ſtabilitate conſiſtant. Id ſpecialiter ſtatuentes, vt, etiamſi quorumcunque religioſorum voluntas aut neceſſitate aut ſimplicitate aliquid a* SECVLARIVM LEGVM ORDINE VIDEATVR DISCREPARE, VOLVNTAS *tamen defunctorum debeat inconcuſſa manere, et in omnibus Deo propitio cuſtodiri.* Solebant quidem *chartæ* adhiberi, eæque *teſtibus* muniri, vt diplomata antiqua, chartæ, et donationes docent; hoc tamen non abſolute neceſſarium erat, imo *ſine vllo chartarum inſtrumento* ſubſiſtebant huiusmodi diſpoſitiones, vt ex *c. 13. concil. Aurel. IV.* colligitur, et per *c. 4. X. h. t.* illuſtratur, in quo diſpoſitio, *nudis verbis* facta, rata firmaque iudicatur. In *concil. Pariſ. III. c. 1.* fit eorum mentio, qui de facultatibus ſuis *per quaslibet ſcripturas* aliquid contulerant. Videlicet ſi *ſine vllo chartarum inſtrumento* diſponerent, ad minimum duo vel tres adhibendi erant teſtes: ſi in ſcriptis, *quælibet ſcriptura* ſufficiebat. Adeo enim ab omni æuo *oblationes* eccleſiis factæ, quibus etiam *legata ad pias cauſas* accenſenda, inuiolabiliter cuſtodiendæ et ſeruandæ erant, vt, quod ipſe ALEXANDER III. innuit, ad *ſubtilitatem legum ciuilium* haud eſſent coarctandæ, quam praxin papa confirmare, non nouum ius introducere voluit.

Reſpondetur obiectionibus B. Harprechti.

§. XXII. Quæ cum ita ſint, euidens eſt, in huiusmodi diſpoſitionibus nihil vlterius deſideratum fuiſſe, quam vt de vltima voluntate *certo et indubitanter* conſtaret. Vrget quidem B. HARPRECHTVS *cit. l. th. 33. n. 8. ſeq.* pontificem alios probandi modos vel ideo admittere noluiſſe, quia etiam in aliorum teſtamentis prouocat ad *ius diuinum*, et ad veteris teſtamenti aſſertum: *in ore duorum* etc. et tamen *parochi* et *duorum teſtium præſentiam* præciſe deſiderat in *c. 10. X. h. t.* prout omnes fatentur. Verum in *cit. c. 11.* non tantum ad *ius diuinum*, ſed etiam ad *generalem conſuetudinem* prouocat, qua talia teſtamenta ſubſiſtere, affirmat. Non acquieuit in *iuris diuini* ratione, *generalem* potiſſimum *conſuetudinem* eccleſiæ allegauit, eamque *rationabilem* eſſe, ex ſacris probare voluit. Ideo vero in teſtamentis aliorum præciſe *præſentia parochi cum duobus teſtibus* erat neceſſaria, quia hanc formam peculiarem, a lege Romana deuiantem, *conſuetudo* introduxerat, quæ aliam probationem haud admittebat. Si, ſecundum ſolum *ius diuinum* con-

denda

Digitized by Google

denda esse testamenta, pontifex asseruisset, parochi præsentia minime necessaria fuisset. Eandem autem consuetudinem non trahit ad testamenta, *ad pias causas* condita, quin potius *simpliciter* antiquæ praxi, quæ solam *probationem* desiderat, et iuri diuino, quod testes non desiderat, vbi aliunde adest probatio, insistit. Vnde facile etiam declinare possumus alias obiectiones, quas B. HARPRECHTVS format, vt euertat argumentum, *vbi sola voluntatis certitudo desideratur, ibi qualiscunque probatio sufficit.* Adfert instantiam a testamento *parentum inter liberos*, vel *tempore pestis* condito, et ab illa singulari forma, quæ in *l. f. C. de fideicom.* occurrit, in quibus non alia *voluntatis certitudo* sufficit, quam iuxta formam præscriptam expressa. Hæ instantiæ tamen non eneruant vim nostri argumenti. In his præscripta est certa forma voluntatem declarandi, nec *sola certitudo* sufficit, quam hic sufficere supra ostendi. Multo minus stringit argumentum a *lege correctoria* desumtum. Ne quidem papa corrigere intendit ius Romanum, sed illud ad hæc testamenta trahi non posse contendit. Statutis decretorum inhærendum esse censet, secundum quæ hæ dispositiones omnibus solennitatibus solutæ erant. Nec denique metuendum, hoc modo fraudibus et fallaciis campum aperiri, id quod gratis dicitur, cum non quascunque chartas, sed *indubias, certas et euidentes* admittamus, quæ æqualem vim probandi cum duobus testibus habent. *l. 15. C. de fide instrum.* Possunt duo testes æque fallere ac charta, et tamen, vbi *sola probatio* sufficit, vim probandi in vita ciuili obtinent. Hinc non dubitauit ill. facult. iurid. *mens. Aug. 1716.* secundum hanc sententiam pronunciare:

Sententia nostra responso illustratur.

Haben unterschiedliche Zeugen eydlich ausgesagt, daß der verstorbene Herr Hauptmann von M. in N. dem Wäysenhause zu Halle 1000. Rthlr. per fideicommissum beschieden, und es seiner Fr. Mutter, so sein heres ex asse gewesen, vor seinem Ende declarirt, auch dieselbe solches vor ihrem Ende bekennet, ja noch kurz vor ihrem Absterben contestiret, daß es allerdings dabey verbleiben solte, und denn dabey gefraget wird:

Ob nicht die M. Erben gemeldte 1000. Rthlr. nebst dem interesse moræ dem Wäysenhause abzustatten schuldig seyn?

Ob nun wol aus des Herrn Inspectoris N. Aussage *ad artic. addit. I.* erhellet, daß die Fr. Mutter des Herrn Hauptmanns und Erbin hiebey

variiret, und was ſie anfänglich ratione fideicommiſſi geſtanden, nachgehends reuociren wollen, alſo keine conſtans confeſſio heredis alhier zu finden ſeyn möchte, welche doch denen Rechten nach erfordert wird;

l. f. C. de fideic.

§. f. I. d. fideic. hered. in f.

in deren Ermangelung die leges erfordern, daß alsdann der Erbe das iuramentum iudiciale darüber abſchweren, und ſein Gewiſſen eröffnen müſſe; ſo doch nicht mehr geſchehen kan, nachdem die Fr. Mutter des Herrn M. auch verſtorben, und die Auſſage der Zeugen, über ſolche der Fr. Mutter des Herrn Hauptmanns Confeſſion, poſt factam reuocationem nicht zulänglich zu ſeyn, ſcheinen will.

per ea, quæ tradunt RICHTER *deciſ. 62. n. 20.*
HARPRECHT *de remed. l. f. C. de fideic. c. 8. th. 5. num. 10. ſeqq.*

Weil aber dennoch hier eine diſpoſitio ad pias cauſas vorhanden, welche dergeſtalt priuilegirt iſt, daß dabey weiter nichts als ſola voluntatis certitudo erfordert wird, adeo, vt, ſi per duos teſtes voluntatis nuncupatiuæ declaratio haberi poſſit, illa omnino valeat;

c. 11. X. de teſtam.

B. STRYK. *de caut. teſtam. c. 12. §. 1. ſeqq.*

und ob wol einige præciſe præſentiam duorum vel trium teſtium in genere erfordern,

LVDWELL *d. vlt. vol. c. 3. p. 349.*
FINCKELTH. *obſ. 78. n. 31.*

dennoch hier ſolches keine Irrung und Zweiffel machen kan, indem die Fr. Inſpectorin *ad art. 8.* iurato ausgeſagt, daß der Herr Hauptmann von M. zu ihr geſagt, daß er in ſeinen äuſſerlichen Dingen alles richtig gemacht, und ſolches halb nach N. halb aber denen zu Halle befindenden Armen zufallen ſolle, welches, daß es 1000. Rthlr. geweſen, die Fr. Mutter gegen gedachte Zeugen bekannt, ingleichen I. F. de N. eydlich ausgeſagt, daß 2000. Thlr. denen Armen, und zwar 1000. Thlr. dem obgedachten pio corpori, die andere 1000. Thlr. aber denen Armen zu Halle zufallen ſolten, dabey denn der Teſtator bey vollkommenem Verſtande geweſen, und alſo ratione voluntatis kein Zweiffel vorhanden; inſonderheit aber dabey zu erwegen, daß der Herr Hauptmann von M. ſolches zu ſeiner Fr. Mutter als Erbin geſagt, und ſie ſolches nach ſeinem Tode bekannt, auch conteſtirt, daß ſie demſelben nachkommen wolle, welche confeſſio abermal ſo wol durch Ausſage

Digitized by Google

ſage des Herrn Inſpectoris N. *ad art. 4. 9. et 15.* und deſſen Eheliebſte *ad art. 13.* als Herrn N. Auſſage *ad art. 10. et 11.* erwieſen wird, welches in fideicommiſſo ad pias cauſas gnug ſeyn kan, cum præterea ſi heres vltro, aperte et ſimpliciter confiteatur, a ſe aliquid relictum eſſe, id omnino præſtare cogatur;

§. f. I. de fideic. hæred. in f,
HARPRECHT. *cit. l. §. 3. n. 1. ſeqq.*

und obwol die Fr. Mutter nachgehends hiebey neuen Zweiffel machen, und ihre confeſſion reuociren wollen, bey welchen Umſtänden einige Dd. præciſe das iuramentum heredis erfordern, dennoch ſolches alhier keinen Zweiffel operiren mag, da eines Theils ſie nachgehends auf dem Tod-Bette ihre vorige Auſſage wieder bekräftiget, und daß ihres Sohnes Wille wegen des qu. fideicommiſſi allerdings erfüllet werden müſſe, conteſtirt, wie der Herr Inſpector N. *ad art. 1. 2. et 3.* ausgeſaget, andern Theils auch ipſa vltima voluntas ſchon auſſer dieſen durch 2. Zeugen erwieſen werden kan, und auch ſonſt bekant iſt, quod ipſa confeſſio extraiudicialis a duobus integræ fidei teſtibus probata plenam vim probandi habeat;

HARPRECHT *cit. l. §. 8. n. 6. ſeq.*

welches in gegenwärtigem caſu, vbi ſola probatio naturalis deſideratur, allerdings genug iſt, obwol in andern legatis hierbey noch einiger Zweiffel nach des HARPRECHTI doctrin gemachet werden könte; endlich auch dergleichen legata ad pias cauſas promptiſſime gezahlet werden müſſen, und wenn ſolches nicht geſchiehet, der Erbe nicht allein ad intereſſe moræ præſtandum, ſondern auch denen Rechten nach ad duplum exſolvendum condemniret werden kan:

Nou. 131. c. 12. §. 26. l. de action.

So erhellet hieraus ſo viel, daß die M. Erben die gemeldte 1000. Thlr. cum intereſſe moræ dem obgedachten pio corpori in Halle abzutragen ſchuldig ſind ꝛc.

§. XXIII. Inde concludunt, I) ex teſtamento imperfecto, *clauſula codicillari* munito, in quo extraneus, eſt inſtitutus heres, deberi legata *ad pias cauſas*, ſi vel maxime pauciores quam quinque teſtes, vel nulli adfuerint, quia ita ab inteſtato vi adductæ clauſulæ hæc legata pia de-

Ex teſtamento imperfecto debentur legata ad pias cauſas.

Digitized by Google

debentur; cetera vero, quæ aliis relicta sunt, non subsistunt. MANZ. *in spec. iur. commun. voce pia causa, n. 36.* COVARRVV. *ad c. cit. n. X. de testam. n. 4.* Non vtar argumento *ex l. 38. de fideic. libert.* desumto, quod minus probat. Dederat testator in *testamento imperfecto* alumnæ suæ libertatem et fideicommissa. Omnia liberi, vt heredes ab intestato, præstiterant, quia pater in testamento liberos, etiam ab intestato, rogauerat, vt contextus indicat, et præterea constat, fideicommissa ex *testamento imperfecto* soluta repeti haud posse. *Libertatis* priuilegium nullibi a nexu legum ciuilium solutum est, vti hæc legata, quæ per se subsistere possunt, licet alias testamentum ita imperfectum sit quoad alia, vt nequidem IVRE CODICILLORVM valere queat. Obstat quidem, quod ex imperfecto testamento nec legata vel fideicommissa debeantur, *l. 23. de leg. 3. l. 11. §. 1. eod. l. 29. pr. qui test. fac. poss.* et quod non adita ex testamento hereditate omnia corruant. Verum 1) hoc facile admitto, ex ea scriptura, quæ ad testamentum faciendum parabatur, eine bloße Charteque, nec tamen perfecta erat, nihil deberi, quia non constabat, testatorem eam scripturam pro *testamento* aut *codicillis* habere voluisse, cum *indubia* voluntas adesse debeat. Quid vero si scriptura *perfecta* est, si clausula codicillaris ei subiecta, si defectus tantum adsit in solennibus, *annon tunc legata ad pias debentur causas?* 2) Olim legata non aliter subsistebant, quam testamento perfecto, et quamuis 3) fideicommissa ab intestato quoque valebant, si tamen testator per *testamentum* illa ordinare volebat, nec constabat de *animo codicillandi*, valere non poterant, testamento deficiente, præsertim cum et fideicommissa non debeantur ex *nuda voluntate*, sed quinque testium numerum desiderent. Sed hic constare de *animo codicillandi* suppono, tum quia *clausulam codicillarem* adiectam fuisse dixi, tum quia, si vel maxime haud fuerit expressa ex communi Dd. sententia, quoad legata *ad pias causas* adiecta præsumitur vel subintelligitur. Collapso ergo testamento ob defectum testium, cetera quidem testamenti capita corruunt, quæ *iuris ciuilis* desiderant auctoritatem, quæque ex *solennitate testamenti* et *codicillorum* vim accipiunt, adeo, vt nec imperator legata et fideicommissa petere possit; *l. 23. de leg. 3.* non vero ea, quæ per se subsistunt citra *testamenti* vel *codicillorum* solennia. Breuiter: valent solummodo *legata ad pias causas*, non alia, quando ne quidem respectu horum codicillorum requisita adsunt. Illustrabo hoc responso ill. facultatis iurid. *mens. Decembr.* 1716. concepto.

Hat

Digitized by Google

Hat Hans Becker einen letzten Willen auffetzen, und durch einen Brief *ſub lit. C.* dem Fürſtl. Amte übergeben laſſen, darinnen er ad pias cauſas zum Beſten der Kirche und Schuldiener diſponiret, welches Teſtament anietzo angefochten wird, und dahero, was hiebey Rechtens, gefraget wird.

Ob nun wol dagegen eingewandt wird, daß in ſolcher diſpoſition keine inſtitutio heredis, quæ caput et fundamentum omnis teſtamenti eſt, ſich finde, darneben auch der Schulmeiſter, der aus dem teſtamento einen Vortheil hat, das Teſtament geſchrieben, und der teſtator daſſelbe nicht in eigener Perſon, ſondern durch einen Brief denen Gerichten übergeben, welches viele bewährteſte Rechts-Lehrer nicht zulaſſen wollen.

B. STRYK. *de caut. teſt. c. 7. §. 2. ibique alleg.*

Weil aber dennoch, daß auch wol per literas ein Teſtament denen Gerichten übergeben werden könne, und darzu nicht eben nöthig ſey, daß der teſtator in eigener Perſon erſcheine, denen Rechten gemäß, und von denen vornehmſten Juriſten behauptet iſt;

STRYK. *cit. l. §. 4. ſqq.*

hiernächſt bey gegenwärtiger diſpoſition anzumercken, daß ſolche ad pias cauſas eingerichtet ſey, vbi vel teſtatoris ſubſcriptio ſufficit,

c. 11. X. de teſtam.

B. STRYKIVS *de caut. teſtam. c. 12. §. 3.*

welche alhier auf allen Blättern zu befinden, und dahero, ob ſie gleich gar nicht inſinuiret worden wäre, dennoch beſtehen müſſe; auch der defectus inſtitutionis heredis hier nicht zu attendiren, da nicht allein die clauſula codicillaris bey dieſer diſpoſition ſich findet, ſondern auch in ſelbiger gedacht worden, daß von ſeinen rechtmäßigen Erben, quales ſunt heredes ab inteſtato, ſolche legata præſtiret werden ſolten, und dahero dieſelbe iure codicillorum beſtehen muß,

COVARRVV. *ad c. 11. X. de teſtam. n. 4.*

B. STRYK. *cit. l. §. 4.*

und daß der Schulmeiſter dieſe diſpoſition geſchrieben, demſelben keine Ungültigkeit zulegen kan:

So halten wir davor, daß vorgedachte diſpoſitio iure codicillorum zu Recht beſtändig ſey.

§. XXIV.

Digitized by Google

Valent quoque legata pia ex testamento parentum inter liberos.

§. XXIV. Fluit quoque II) ex hactenus dictis, legata quoque ad pias causas valere ex *testamento parentum inter liberos*, modo priuilegiato condito. Id multis argumentis in dubium vocat B. HARPRECHT *cit. l. §. 25. seq.* id quod non potuit non facere, quia *duos testes* ad minimum in *legatis ad pias causas* desiderat, cuius contrarium supra adstruxi. Addit, in testamento parentum inter liberos, tum *ecclesiam*, tum *alia pia corpora* pro personis extraneis haberi, quod eo minus dubium videtur, quia sub *extraneis* omnes illi in *nou. 107. c. 1.* veniunt, qui ex *descendentibus* non sunt. Hoc adeo expeditum est, vt nequidem *libertates* ex eo testamento subsistant, quarum tamen magnus fauor est, multo minus ergo *legata ad pias causas* ex eo subsistent, cum *libertas* et *pia causa* æquiparentur, imo fauorabilior causa *libertatis*, quam *piæ causæ* dicatur. Verum iam supra annotaui, argumentum a *libertate* ad *piam causam* non esse admittendum, maxime in hoc casu, cum nullibi legatum *libertatis* solennibus legis exemptum sit; æque hoc, vt alia legata, quinque testes desiderat, quos tamen legatum ad *pias causas* haud exigit. Deinde admittere possum; piam causam inter *extraneas personas* referendam esse, sed non illas, quibus sine testibus nihil legari potest. Has vnice imperatorem excluisse, vel inde liquet, quod in *cit. nou. 107. c. 1.* respectu earum testium copiam desideret, quod de illis tantum debet accipi, quarum intuitu testes in legatis requiruntur. Et quia tempore IVSTINIANI *legata ad pias causas* excepta non erant, admitto, IVSTINIANVM etiam hæc in *cit. nou.* non excepisse. Postquam vero iure canonico singulari iure excepta sunt, vt testium numerum non requirant, IVSTINIANI dispositio ad hoc ius accommodanda, indeque ei exceptio danda est.

Filiusfamilias etiam ad piam causam disponere potest.

§. XXV. *Alterum* priuilegium, legatis ad pias causas tributum, occurrit *in c. 4. de sepulturis in 6.* vbi *filiisfamilias*, *pro anima sua* legare consensu patris, permittitur. *Quamuis autem filiusfam. absque patris assensu sibi possit libere eligere sepulturam, pro anima tamen sua (nisi peculium castrense, aut quasi habeat) aliquid iudicare non potest.* Addunt adhuc alii, in genere iuri ciuili inhabiles ad pias causas disponere posse, tum quod CONSTANTINVS in *l. 1. C. de SS. eccles.* sine discrimine *vnicuique* licentiam hanc concesserit; tum quod legata ad pias causas *in c. 11. cit. dispositioni iuris ciuilis exempta sint.* Vid. RICCIVS *in praxi aurea part. 4. res. 89.* Equidem quod ad *filiosfam.* attinet, ex adducto textu liquet, quod cum consensu patris *pro anima sua* disponere possint, de *aliis* vero idem dicendum non videtur, vt recte WIESTNERVS *in instit. canon. ad h. t. n. 21.* docet. Sane argumentum *ex l. 1. cit.* contrariæ sententiæ non

Digitized by Google

non fauet, quod de *vnoquoque* habili intelligi debet, multo minus argumentum ex *cap. cit. n.* ſtringit, quod vnice ſolennia remittit; quoscunque autem, etiam *inhabiles*, ad teſtandum non admittit. Quod ſi id pontifex quoque intendiſſet, BONIFACIVS VIII. *in cit. c. 4.* filiosfamilias *ſimpliciter* ad diſponendum *pro anima* admiſiſſet, in quo actu tamen patris aſſenſum requirit.

§. XXVI. *Tertium* priuilegium concernit *detractionem Falcidiæ*, quod fundatum eſt *in nou. 131. c. 12.* his verbis: *Si autem heres, quæ ad pias cauſas relicta ſunt, non impleuerit, dicens, relictam ſibi ſubſtantiam non ſufficere ad iſta; præcipimus, omni Falcidia vacante, quicquid inuenitur in tali ſubſtantia, proficere prouiſioni ſanctiſſimi locorum epiſcopi ad cauſas, quibus relictum eſt. Si autem legatum ab aliquo ad pias relinquitur cauſas, iubemus, intra ſex menſes, ab inſinuatione teſtamenti numerandos, hoc modis omnibus præberi, quibus relictum eſt.* Iure *veteri* etiam, quod Deo legatum erat, Falcidiæ ſubiacebat, *l. 1. §. 5. ad L. Falcid.* adeoque quod in verbis adductis cauetur, ad *iura recentiora* referendum eſt. Id autem potiſſimum in quæſtione eſt, *vtrum ſimpliciter detractio L. Falcidiæ in his legatis ceſſet, an vero eo demum caſu, ſi heres in mora præſtandi illa fuerit?* Poſterius CVIACIO *in expoſit. nou. 131.* placuit, et ita quoque BALSAMONEM Iuſtiniani ſententiam accepiſſe ait, vt heres non fruſtrator etiam emolumento Falcidiæ gaudeat. Quicquid vero BALSAMON ſuo tempore cenſuerit, non huius, ſed IVSTINIANI ſententia perpendenda eſt. Sane ex nullo indicio liquet, de caſu *moræ* IVSTINIANVM tantum diſpoſuiſſe, cum in *cit. nou. 131. c. 12.* de caſu *moræ* demum in ſubſequente periodo: *ſi autem diſtulerint*, diſponatur; prima autem periodus etiam de caſu, vbi *nulla mora* eſt, commode accipi queat. Supponit imperator caſum, vbi heres ad pias cauſas relicta ideo implere recuſabat, quia allegabat, relictam ſibi ſubſtantiam ad iſta non ſufficere. Hæc exceptio eo tempore, quo ius antiquum adhuc obtinebat, omnino legitima erat, quia ante *hanc nou.* piis cauſis hoc priuilegium datum non erat. Iuſtiſſime ergo præſtationem legati declinare poterat, exceptione legis Falcidiæ oppoſita, quæ ius *retentionis* heredi præbebat, adeoque moram omnem impediebat, quia, qui iure *retentionis* vtitur, in mora eſſe non videtur. Illam ergo exceptionem nouo iure prorſus amputandam eſſe, cenſuit imperator, vt ſimpliciter ſine *detractione quartæ* talia legata præſtanda eſſent, prout optime declarat Dn. PAGENSTECHER *in ſiciliment. manip. 3. p. 292.* Sane ſi de *caſu moræ* tantum diſpoſuiſſet imperator, non opus fuiſſet in ſubſequente periodo: *ſi autem diſtulerint etc.* peculiariter de caſu

Non ſubiecta ſunt hæc legata detractioni Falcidiæ.

Et quidem indiſtincte.

Digitized by Google

morae agere. Proinde etiam *authent. similiter C. ad L. Falcid.* indistincte detractionem Falcidiae in *legatis ad pias causas* excludit; imo dissentientes ipsimet fatentur, in praxi quoque eandem obseruari sententiam. Vid. B. STRYK. *in caut. testam. c. 22. membr. 3. §. 1. in fin.*

Quandoque tamen detractioni locus.

§. XXVII. Plures tamen afferunt *limitationes*, quibus hoc priuilegium legatis ad pias causas denegant, quas congessit ANDR. TIRAQVELLVS *de priuil. piae causae priuil. 26.* quas paucis examinabo. Primus casus est, si adhuc *ignoratur, vtrum ad piam causam legatum peruenturum sit*, vtpote si Titio bibliotheca legata, cum onere illam restituendi academiae, *si sine liberis decesserit.* Pendente hac conditione detrahi respectu Titii potest Falcidia, vt tamen heres caueat de restituendo, eueniente conditione, quod detraxit. *arg. l. 45. in fin. ad L. Falcid.* Quamuis enim immediate hoc legatum non ecclesiae seu piae causae, sed Titio relictum sit, quia tamen, eueniente conditione, piae causae restituendum est, per indirectum haec suum priuilegium amitteret, si detractio facta haud reuocari posset. Alter casus est, si *aeque pia causa heres instituta fuerit*, cum priuilegiatus contra priuilegiatum non vtatur priuilegio suo, vbi par priuilegiatorum est conditio. Accedit, quod hoc priuilegium ideo datum sit piae causae, vt eius commodis pleniſſime prospiceretur, qui finis etiam obtinetur, si *pia causa* heres instituta quartam detrahit, cum et hoc emolumentum lucro piae causae cedat. Tertius casus est, si etiam, *detracta Falcidia, voluntas defuncti commode impleri possit*, vtpote si ad *certum* et *definitum vsum*, forsan ad capellam exstruendam, quid legatum est, et, detracta etiam Trebellianica, tantum adhuc supereſt, quantum ad eius exstructionem sufficit. Sed de hoc casu merito dubito, cui generalis fauor piae causae, qui hoc priuilegium produxit, resistit, nec praeterea generali iuris dispositioni conueniens est. Quartus casus est, si omnia legata coniunctim sumta *exsuperent vires patrimonii*, quo casu ab omnibus legatis, et sic etiam ad *pias causas* relictis, illud detrahendum esse censent, quod non adest, et postea demum quartam a reliquis legatis, ad non piam causam relictis, de quo casu tamen rursus dubito. Fac enim, testatorem, deductis deducendis, in bonis habere mille thaleros, et ad 1200. legata, et inter haec ecclesiae 100. reliquisse: huic integra centum debentur, et de reliquis tantummodo id, quod ad supplendam quartam heredi deest, detrahendum, quo ipso simul detrahitur, quod in hereditate non adest, vt tamen heredis detrimento cedere debeat, quod a legato ad piam causam detrahere nequit. Vltimus casus est, si heres in testamento *expresse detractionem Falcidiae* etiam quoad *legata ad pias causas* here-

Digitized by Google

heredi permiſit; quod admitto, cum, qui lucrum ex teſtamento capit, voluntatem quoque defuncti agnoſcere teneatur.

§. XXVIII. Vtrum vero hoc priuilegium etiam ad *Trebellianicam* trahi poſſit? veluti ſi quis grauatus ſit poſt mortem ſuam hereditatem eccleſiæ reſtituere, non adeo liquidum eſt, vt patet ex illis, quæ hac de doctrina tradit TIRAQVELLVS *priuil.* 27. vbi tandem concludit, idem priuilegium etiam in Trebellianica obtinere, ex communi Dd. ſententia in praxi recepta. Eandem ſententiam defendit CARPZOV. *lib. VI. reſp.* 25. ex his rationibus: 1) quod Trebellianica ad *exemplum et imitationem Falcidiæ* introducta ſit, et ſic appellatione Falcidiæ etiam Trebellianica contineatur. *l.* 8. §. 11. *de inoffic. teſt.* 2) Quod *fideicommiſſi* maior, quam *legati* fauor habeatur, adeoque ſi legata *ad pias cauſas* detractioni non ſubiacent, multo minus quoque fideicommiſſa vniuerſalia. 3) Quod cum IVSTINIANVS *in nou.* 1. Falcidiam pariter et Trebellianicam prohiberi permiſerit, credi etiam debeat, teſtatorem in fideicommiſſo vniuerſali eam tacite prohibuiſſe. In negatiuam alii abeunt per *c.* 1. *de teſt. in* 6. vbi BONIFACIVS VIII. tantum detractionem Trebellianicæ in *directa* ſeu *pupillari ſubſtitutione* locum habere cenſet, ex quo a contrario ſenſu inferunt, deductioni Trebellianicæ locum eſſe, ſi ſubſtitutio fideicommiſſaria ad piam cauſam facta eſt. Verum, hoc argumentum non eſt ineuitabiliter ſtringens, vt IASON exiſtimauit, partim quod vis argumentandi a *contrario ſenſu* non ſtringat infallibiliter, partim quod verba *citati textus* non de *Trebellianica proprie dicta*, ſed de *legitima* potius intelligi debeant, prout pontifex ipſe declarat his verbis: *Absque deductione Trebellianicæ, ſiue partis iure naturæ debitæ, facienda, ipſis pauperibus bona omnia deferuntur.* In *ſeqq.* hoc declarat, et ſibi hanc obiectionem, *quod matri tamen legitima debeatur*, format, eamque ita reſoluit: *Licet autem filius teſtamento ſua matrem portione iure naturæ debita priuare non poſſit: pater tamen in teſtamento, quod filio impuberi facit, poteſt.* Ex quibus verbis liquet, ſub appellatione Trebellianicæ *legitimam* intellectam fuiſſe, eodem modo, quo *in l.* 5. §. 3. *C. ad L. Iul. maieſt.* ſub nomine *Falcidiæ* venit. Quæ cum ita ſint, priuilegium Falcidiæ datum, etiam Trebellianicæ datum cenſent, cum admodum probabile ſit, IVSTINIANVM idem in *Trebellianica* hoc caſu diſponere voluiſſe, quod in *Falcidia* diſpoſuit, quæ res effeciſſe dicitur, vt hanc ſententiam in praxi plerique Dd. præſertim recentiores, ſequantur, teſtibus HARPRECHTO *de iure deducendi duas quartas* §. 106. LAVTERBACHIO *ad tit. ad SCt. Trebell.* §. 39. et SCHILTERO *exercit.* 40. §. 28.

An Trebellianicæ detractioni locus ſit in fideicommiſſis piis vniuerſalibus?

Affirmatiua ſententia contra Carpzouium defenditur.

§. XXIX. Quamuis vero ex *cit. c. 1.* nullum validum deduci poſſit argumentum, non tamen omnis ratio dubitandi eſt ſublata. Saltim nec CARPZOVII argumenta ſtringunt. Ratio prima *per inſtantiam* euertitur, quod ipſa *legitima* nonnunquam dicatur *Falcidia* et *Trebellianica*, non tamen ab his ad illam in hoc caſu argumentum trahi queat, quod ipſe HARPRECHTVS fatetur. Ratio ſecunda omni *fideicommiſſo* non competit, dum non raro fideicommiſſa *odioſa* dicuntur, prout interpretes obſeruant, FVSARIVS *qu. 290.* KNIPSCHILD. *de fideicommiſſ. fam. c. 7. n. 81.* HARPRECHT. *conſ. I. n. 50.* et tantum *fideicommiſſa familiæ* inter *fauorabiles cauſas* referuntur; præterea non omne, quod quodam *fauore* gaudet, nouis muniendum eſt priuilegiis præter legis determinationem. Vltimæ rationi ipſemet CARPZOVIVS parum fidit; cum ipſemet *lib. 6. reſp. 60.* doceat, prohibitionem Falcidiæ et Trebellianicæ *tacite* fieri non poſſe, ſed *expreſſam* et *indubitatam* voluntatis certitudinem deſiderare. Accedunt vero vlterius hæ rationes, 1) quod *Trebellianica* nullibi in fideicommiſſis vniuerſalibus ad pias cauſas prohibita ſit, et ſic regulæ tamdiu ſtari debeat, donec contrarium doceatur, præſertim cum priuilegium in vno caſu introductum ad conſequentiam non ſit trahendum, et aliunde conſtet, *Trebellianica* et *Falcidia* non vbique eadem eſſe iura. 2) Quod etiam non deſint rationes, propter quas IVSTINIANVS idem, quod in *Falcidia* ſtatuerat, ad *Trebellianicam* extendere noluerit. In legatis ad *pias cauſas* heredi adhuc ſalua eſt detractio quoad reliqua legata extraneis relicta, adeoque ſine hereditario commodo hereditatem non adit; in *fideicommiſſo vniuerſali* aliud obtinere videtur. Vel enim iſtud heres ſtatim reſtituere piæ cauſæ tenetur, vel, quod vtplurimum fit, poſt mortem ſuam. Priori caſu, ſi fiduciarius *Trebellianicam* non detraheret, heres *nomine nudo*, non re ipſa eſſet; et ne obolum quidem ex hereditate percipere poſſet, quod teſtatoris intentioni vix videtur conforme, cum, qui heredem eum eſſe vult, cum effectu id voluiſſe videtur. Poſteriori caſu rarius *generaliter* detractioni locus erit, quod fructus percepti in Trebellianicam imputentur, quæ vtplurimum quartam exhauriunt. Nec de *liberis* aliud dicendum arbitror: nam ſi ſtatim reſtituere hereditatem eccleſiæ iuſſi ſunt, (quorſum etiam pertinet, ſi pater præterito filio eccleſiam heredem inſtituit, ſubiecta clauſula codicillari, cuius virtute filius ab inteſtato fideicommiſſo grauatus cenſetur) legitimam tantum detrahunt, cui Trebellianica iam ineſt; ſi poſt mortem ſuam, vtramque quidem detrahunt, ſed in *Trebellianicam* fructus hodie imputari debent, ſecus ac olim, quo *Trebellianica* ipſa inerat *legitima*, in

quam

quam fructus non imputatur, quæque potius ex *ipsa hereditatis substantia* debetur. *l. 6. C. ad SCt. Trebell.*

§. XXX. *Quartum* priuilegium indubitatum est, quod ei tribuit imperator in *casu moræ* et *inficiationis*. Equidem de *casu moræ* in *nou. 131. c. 12.* hæc cauentur: *Si autem distulerint, qui in hoc onerati sunt, huiusmodi prabere legatum, & fructus & vsuræ, & omne legitimum exigatur augmentum a tempore mortis eius, qui hoc reliquit.* Verum, hoc quoque in *cæteris legatis* iuris est, nec ius singulare continet. Id autem merito inter priuilegia eius refertur, quod traditur in §. *19. I. de action.* Ait imperator: *Item mista est actio contra eos, qui relicta sacrosanctis ecclesiis vel aliis venerabilibus locis legati vel fideicommissi nomine dare distulerint, vsque adeo, vt etiam in iudicium vocarentur, tunc enim & ipsam rem vel pecuniam, quæ relicta est, dare compelluntur, et aliud tantum pro pœna, et ideo in duplum eius fit condemnatio.* conf. *l. 46.* §. 7. *C. de episc. et cler.* Mora ergo *extraiudicialiter* contracta non sufficit, sed *iudicialiter* contracta ad hunc effectum, vt *duplum* peti possit; desideratur. Quamuis vero de praxi actionum *mixtarum* dubitent, et de plurimis forsan admitti possit, quod magis hodie *criminaliter* quam *ciuiliter* agatur, et plerumque delinquens pœnam dupli aut quadrupli soluere non possit, ad hunc tamen casum facilius applicari potest, quod heres satis idoneus sit, vt ex bonis defuncti duplum soluere teneatur. Similiter in *casu inficiationis* crescit in duplum per §. 7. *de oblig. quæ quasi ex contract. nasc.* §. 23. *I. de action.* Præterea etiam indebitum solutum non repetitur iuxta regulam in §. 7. *c.* positam: *Ex quibus causis inficiando lis crescit, ex iis causis non debitum solutum repeti non potest.* Hanc regulam tam generaliter intelligere solent, vt etiam condictionem in legatis his excludant, si vel maxime nulla interuenerit inficiatio. Aiunt: qui hoc casu soluit indebitum, non tam indebitum soluisse, quam de dubio litis euentu, qui in duplum crescere poterat, transegisse videtur, quæ ratio merito HVBERO *ad cit. tit.* §. 12. obscura videtur. Quem enim dubium litis euentum exspectare potuit, qui haud inficiatus est, sed aliam probabilem litigandi causam habuit, vt ne quidem in *mora* fuisse dicendus sit? Qui soluit hoc casu legatum, potuit etiam sine omni iudicio et contentione soluere, imo statim adita hereditate id præstare sine vlla *mora* et *inficiatione*, vbi nullum periculum *dupli* ei imminebat. Quis vero assereret, heredem soluentem legatum transegisse, qui nullam litem mouit, qui iusto errore ductus putavit, plus, quam reuera est, ecclesiæ legatum fuisse. Fac, in testamento ecclesiæ legatos esse mille thaleros; promtum esse heredem in soluen-

In casu moræ duplum præstandum.

Digitized by Google

do; præſtare ſtatim legatum integrum; poſt paucos dies reperiri codicillos, in quibus eccleſiæ 500. thaleri detracti ſunt, quis diceret, ſoluentem hoc caſu transegiſſe, nec poſſe condicere? Quin potius dicendum eſt, tum demum heredem *condictionem indebiti* amittere, ſi inficiatus eſt legatum, poſtea autem conuictus et in duplum condemnatus, plus per errorem ſoluerit, quam quod debebat, quo caſu in pœnam *inficiationis*, id, quod indebite ſoluit, haud repetit. Hoc modo intellecta IVSTINIANI diſpoſitio excuſari poteſt ab omni iniquitate, quia mendax nullo fauore dignus eſt, ſed merito etiam hodie puniendus, ne ſimus mitiores in tolerandis mendaciis, quam Romani.

Executio horum legatorum commiſſa eſt epiſcopis.

§. XXXI. *Quintum* priuilegium iis tributum eſt *in l. 28. l. 46. et 49. C. de epiſc. et cler. et nou. 131. c. 11.* vi cuius *executio* huius legati commiſſa eſt *epiſcopis* illius loci, ex quo teſtator ortum traxit, ſi *teſtamentarii* executores deficiant, quorum eſt exigere, quod piæ cauſæ relictum eſt, et pium defuncti propoſitum ſine vlla cunctatione implere. *In omnibus*, ait imperator in *nou. 131. c. 11. talibus piis voluntatibus ſanctiſſimos locorum epiſcopos volumus prouidere, vt ſecundum defuncti voluntatem vniuerſa procedant, licet præcipue a teſtatoribus aut donatoribus interdictum ſit eis, habere ab hoc aliquid participium.* Conf. *authent. licet C. de epiſc. et cler.* Conſtat ex antiquitatibus eccleſiaſticis, *epiſcopos* exemplo apoſtolorum, qui in eccleſia Hieroſolymitana curam bonorum, pauperum vſibus deſtinatorum, gerebant, adminiſtrationem bonorum eccleſiaſticorum olim habuiſſe, et ſibi præcipuam curam pauperum, miſerabilium perſonarum, et eorum, qui in captiuitate ſunt, vindicaſſe. Ait IVSTINVS MARTYR *in apol. 2. in f. Qui copioſiores ſunt et volunt, pro arbitrio quisque ſuo, quod viſum eſt, contribuunt, et quod ita colligitur, apud præpoſitum deponitur: atque ille inde opitulatur pupillis et viduis, et his, qui propter morbum aut aliquam aliam cauſam egent, quique in vinculis ſunt, et peregre aduenientibus hoſpitibus, et, vt ſimpliciter dicam, indigentium is omnium curator.* Hinc nihil conuenientius erat, quam epiſcopo horum legatorum, quæ vel in *redemtionem captiuorum*, vel in alium vſum pium relicta ſunt, executionem demandare, vt nec teſtator eam illis adimere poſſit, niſi ipſemet alios dederit executores. Idem confirmat GREGORIVS IX. *in c. 6. X. h t. Cum in omnibus piis voluntatibus ſit per locorum epiſcopos prouidendum, vt ſecundum defuncti voluntatem vniuerſa procedant, licet etiam a teſtatoribus id contingeret interdici, mandamus, quatenus executores teſtamentorum huiusmodi, vt bona*

Digitized by Google

na ipſa fideliter et plenarie in vſus prædictos expendant, monitione præuia compellas. Imo licet *epiſcoporum* officium executoriale ceſſare videatur, *teſtamentariis* datis executoribus, non tamen in totum ceſſat, ſed ad huc *prouidere* debent, vt hi quoque non deſint officio ſuo, alioquin amittunt omne lucrum, quod eis intuitu huius officii eſt relictum. Ita accipio verba *citat. nou. 131. c. 11. Si autem, qui hoc facere iuſſi ſunt*, executores ſcilicet teſtamento conſtituti, *ſemel aut ſecundo a beatiſſimo locorum epiſcopo, aut eius œconomis per publicas perſonas admoniti diſtulerint, quæ diſpoſita ſunt, et implere iubemus, eos omne lucrum relictum eis, ob officium, quod in executione gerunt, ab eo, qui hoc præceperit, amittere, et locorum epiſcopos omnes res cunctis piis cauſis diſtributas cum fructibus et augmentis medii temporis, et memorato lucro vindicare.* Non de hereditate integra heredi auferenda hic ſermonem eſſe, vel inde patet, quod ſpeciatim *lucri*, quod executoribus pro præſtita opera relinqui ſoleat, mentio fiat, eiusque priuatio negligentibus decernatur. Quomodo autem contra *moroſos heredes* procedi debeat, indigitatur *cit. nou. c. 12.* et ſpeciatim in *l. 46. C. de epiſc. et cler.* ſpecialiſſime determinatur, quale officium epiſcoporum hoc caſu eſſe debeat, quæ omnia ex *cit. l.* excerpere non vacat.

Qui etiam inſpectionem habent in teſtamentarios executores.

§. XXXII. Ex quibus iuris diſpoſitionibus et illud fluit, (1) *epiſcopum*, ſeu *iudicem eccleſiaſticum*, et apud proteſtantes *conſiſtoria*, pro *conſeruatione* et *executione* legati pii *ex officio* vigilare et laborare debere, vt, nemine etiam agente et poſtulante, conſiſtorium citationes decernere, et cauſa cognita, vt in criminalibus, rem decidere poſſit, vt recte cenſuit TIRAQVELLVS *cit. tr. priuil. 157.* et imprimis diſpoſitio *l. cit. 46.* confirmat. (2) Etiam *magiſtratum ſecularem* pro horum legatorum conſervatione *ex officio* vigilare debere. Tam ſolliciti fuere olim imperatores pro legatorum piorum executione, vt etiam hoc munus cuicunque magiſtratui demandauerint, *l. 28. in f. C. de epiſc. et cler.* cum olim ſane hæc *pia liberalitas*, vt vocatur in *l 46. §. 6 eod.* ad vſus vere pios applicata fuerit. Ita cenſuit etiam *ill. facult. iurid. menſ. Dec. 1711.* in caſu, quo ſuper legato, in vſus viduarum pauperum relicto, controverſia coram magiſtratu erat mota, et hic pronunciauerat, ſortem ipſam in iudicio deponendam eſſe, id quod reo, qui ſortem hanc per iniuriam hactenus detinuerat, admodum graue videbatur, et ita interpoſita leuteratione ſententiam reformatoriam, ſed fruſtra, ſperauerat. Rationes decidendi erant ſequentes:

Magiſtratus eccleſiaſticus pro conſeruando hoc legato ex officio ſollicitus eſſe debet.

Vt et ſecularis.

Obwohl Beklagter ſich dadurch grauiret zu ſeyn vermeynen wollen, daß er 1) zu Bezahlung des Röſſl. Legati von 100. Gülden, nebſt denen von anno 1692. verfallenen Zinſen, dergeſtalt condemniret ſey, daß er ſolche in die Gerichte lieffern müſſen, da doch die Klägerin kein fundamentum agendi habe, und ſich in der anno 1692. gemachten Caution nicht gründen könne, als welches ein inſtrumentum inter alios initum ſey, er ſich auch darinnen nicht obligirt, daß er einer Witwen ſolche 100. Rthlr. reſtituiren wolle, daher das Gerichte ſolche 100. Rthlr. für ſie nicht in depoſitum nehmen könne. 2) Daß der Eyd nicht deferirter maſſen in ſententia exprimirt, wobey er ſich doch erklärt, daß er nunmehro nicht über 86. Gülden, ſondern 50. Thlr. zu ſchweren bereit ſey. 3) Daß die Edition des Röſſl. Teſtaments ihm auferleget ſey, da er doch nicht Teſtamentarius ſey, auch ſolches nicht in Händen habe.

Dieweil aber dennoch aus dem ad Acta gegebenen Schein de anno 1692. deutlich erhellet, daß N. die Röſſl. Legat-Gelder vor ſeine Mutter, als damahlige Witwe, empfangen, auch ſolche nach ihrem Tode zu reſtituiren verſprochen, und, daß ſolches Capital zum Unterhalt nothdürfftiger Witwen conſtituiret ſey, nicht in Abrede ſeyn kan; mithin alhier ein legatum ad pias cauſas vorhanden, cuius conſeruatio magiſtratui quoque incumbit;

arg. l. 28. in f. et l. 46. et 49. C. de epiſc. nou. 131. c. 11.

adeoque magiſtratus etiam ex officio ad obſequium vltimæ voluntatis compellere poteſt debitores;

l. 46. cit. l 50. in f. de hæred. pet. c. 19. de teſtam.

OLDENB. *de exec. vlt. vol.* §. 7.

welches alhier um deſto mehr zu attendiren, da noch nicht ausgemacht, ob N. Teſtamentarius ſey, und alſo, ad inſtantiam der Klägerin, der Magiſtratus den Beklagten und Leuteranten wohl anhalten und condemniren möge, die Legat-Gelder cum vſuris in die Gerichte zu legen;

Clem. vn. de teſtam.

LAVTERB. *de exec. vlt. vol. c. 9. n. 159.*

welches auch ſo gar nemine vrgente ex officio geſchehen mögen;

IDEM *cit. l. n. 176.*

mithin es alhier nicht darauf ankommt, ob die Klägerin ein fundamentum agendi habe, oder nicht, welches ſich nachgehends, wenn das Teſtamentum extradirt iſt, ſchon finden wird, ꝛc.

So

Digitized by Google

So hat geſchehener maſſen erkannt werden müſſen.

(3) Quoscunque, qui quocunque modo horum legatorum *notitiam* acceperunt, *magiſtratui deferendi liberam habere facultatem. Nec*, addunt imperatores in *l. 28. in f. de epiſc. et cler. delatoris nomen, ſuſpicionemque formident, cum fides atque induſtria eorum tam laude, quam honeſtate ac pariter pietate non careat, cum veritatem in publicas aures lucemque deduxerint.* Habetur ergo cauſa horum legatorum *publica*, in qua denunciatio cuilibet integra eſt; quin (4) ad inſtar *popularis actionis* cuiuis *de populo* permiſſum eſt, de his legatis exequendis et conſeruandis *agere.* Ait IVSTINIANVS in *l. 46. §. 6. C. de epiſc. et cler. Cuicunque ciuium licentia erit idem facere, cum ſit enim communis pietatis ratio, communes et populares decet etiam affectiones conſtitui harum rerum executionis, habituro vnoquoque licentiam ex noſtra hac lege mouere ex lege condictitiam, et poſtulare relicta adimpleri.* Idem repetiit IVSTINIANVS in *nou. 131. c. 1. in f.* aiens: *Omni alii licentia ſit, huiusmodi mouere quæſtionem, et ſtudere, vt modis omnibus cauſæ piæ compleantur.*

Quilibet ex populo ius deferendi hæc legata habet.

Imo etiam agere.

5) Inde quoque in *Clem. vn. h. t.* porro cautum eſt, vt locorum ordinarii, quales ſunt *epiſcopi*, a quibuscunque religioſis etiam exemtis de *ſuſcepto executionis officio* teneantur reddere rationes, quamuis alias *ordinarii* in exemtos nullam exercere poſſint iurisdictionem. Denique 6) ſi epiſcopi animaduerterint, adminiſtratores horum legatorum peſſime in iis verſari, integrum eis eſt, eosdem *expellere*, et *alios inſtituere*, cum ſint conſtituti, vt adminiſtrationem eorum inſpiciant et obſeruent. *l. 46. §. 3. C. de epiſc. et cler.* Id quod in noſtris terris *conſiſtorio* incumbit.

Inſpectio in adminiſtratores epiſcopo demandata.

§. XXXIII. Hactenus de *executoribus*: pergo ad *heredes*, quibus implementum ſimpliciter iniunctum eſt, non datis executoribus. Equidem iam ſupra monitum eſt, quomodo cum *morosis heredibus* procedi queat, quibus etiam illud addo *ex l. 46. §. 4. C. de epiſc. et cler.* quod *mora* in his legatis *ipſo iure* contrahatur, quoad effectum vſurarum aliarumque acceſſionum, etiam ſine interpellatione ſtatim a tempore mortis. Præterea quoque grauior pœna imminet heredi ex *c. 6. X. h. t.* vbi ita cautum: *Si heredes iuſſa teſtatoris non adimpleuerint, ab epiſcopo loci illius omnis res, quæ his relicta eſt, canonice interdicatur, cum fructibus et ceteris emolumentis, vt vota defuncti impleantur.* De *legatis ad pias cauſas* in *hoc c.* ſermonem eſſe, recte animaduertit GONZALEZ *ad cit. text. in 6.* tum quod *votorum defuncti* hic mentio fiat, tum etiam quod epiſcopo hic deferatur *executio*, quæ non in aliis, quam in *legatis ad pias cauſas* ei de-

Quomodo contra morosos heredes procedatur?

mandata eſt. Ceterum videntur patres concilii Moguntinenſis reſpexiſſe ad *nou. 1. c. 1.* ſecundum quam generatim heredi, qui adiit hereditatem, et ſæpe monitus per integrum annum legata quæcunque præſtare recuſat, aufertur hereditas, eique aſſignatur ex legatariis, et fideicommiſſariis, qui vltimam voluntatem defuncti adimplere paratus eſt. Hunc enim ſenſum *nou. cit.* eſſe, optime et ſolide declarauit LAVTERB. *diſſ. de teſtam. deſtit. m. 3.* Voluere ergo Moguntinenſes patres, vt epiſcopus imprimis legatorum piorum curam haberet, et intuitu horum, quæ per integrum annum præſtare neglexit, hereditatem ei cum omni commodo auferret, et eccleſiæ addiceret, voluntatem in reliquis adimpleturæ. Hanc prærogatiuam dederunt *epiſcopo*, vt ille præ aliis legatariis et fideicommiſſariis poſſit prætendere, vt ſibi hereditas addiceretur, quo iure etiam alias illi, quorum imprimis intereſt, vti poſſent.

Legata annalia pia ſunt perpetua.

§. XXXIV. *Sextum* priuilegium concernit *legata pia annalia*, de quibus agitur in *l. 46. §. 9. C. de epiſc. et cler. et nou. 131. c. 12. verſ. ſi autem annale;* atque huc pertinent potiſſimum die Stifftungen, quæ ad certum vſum ſunt relicta, v. c. Memorien-Gelder, Præſentien-Gelder, vel in *memoriam teſtatoris perpetuam*, vt anniuerſarium ipſius ſolenne celebretur, et conuenientes clerici lucrum inde perciperent. vid. MABILLON. *tom. II. analect. p. 560. 567. 570. 572. 576. ſeqq. 593.* Hoc legatum perpetuum eſſe iubet imperator *in cit. l. 46.* vt nulla tranſactio vel redemtio eius valeat. *Neque enim*, ait imperator, *perpetua defuncti memoria, ob quam et annuum hoc reliquit, conſeruabitur. ſed ſtatim exſtinguetur vna cum ipſa relictorum interiens alienatione.* Vtplurimum *pia quædam ambitio* in huiusmodi legatis latitat, vt quotannis teſtatoris *liberalitas pia* referatur, celebretur et euehatur, et tamen *piam* illam eſſe, ex quadam hypocriſi cum IVSTINIANO dicimus. Adeo vero *annalium* alienatio eſt prohibita et irrita, vt adminiſtratores locorum piorum licentiam habeant, ita *perſequi, et exigere ipſa, nulla temporis præſcriptione opponenda ipſis, cum per vnumquemque annum talis naſcatur actio, per cit. l. 46. §. 9.* Paradoxa hæc eſſe arbitrarer, niſi ea *fauor piæ cauſæ* imperatori extorſiſſet. Noui, legata annua, templis vel clericis relicta, eſſe *perpetua, l 6. l. 20 in f de annuis leg. l. 24. eod.* in quo differunt ab vſufructu eis legato, ad centum annos tantum durante. *l. 8. d. vſ. et vſufr. leg* Interim tamen inde minime fluit, *præſcriptione* nulla talia annalia perpetua tolli poſſe, vt *tit. de præſcription. §. VIII. ſeqq.* dixi, et, quæ his obiici ſolent, remoui. Etiam vſusfructus ciuitati relictus *non vſu* amittitur, *l. 66. in f. de leg. 2.* et ſeruitutes reales, quæ ſua natura

Inalienabilia.

An impræſcriptibilia.

per-

perpetua ſunt, *non vſu* exſpirant. Quod itaque *in. cit. l. 46.* in *annalibus piis* ab hac regula receſſerit imperator et contra ea omnem præſcriptionem ſuſtulerit, id ad ſingularia huius legati iura referendum, non vero ad alia *annua perpetua* applicandum. Nec rationi adiectæ inhærendum, quæ, vt *cit. l.* oſtendi, oppido erronea eſt, nec præterea nouum, vt inadæquatæ rationes, maxime in *codice*, deciſionibus ſubiiciantur. Verum rationem in verbis vltimis *cit. l. 46.* prodidit, inquiens: *Vt et nomen et memoria defuncti, et vt annui reditus in ipſis operibus perpetuo conſeruentur.*

§. XXXV. *Septimum piorum legatorum* priuilegium eſt, quod admodum fauorabile iudicetur, et in dubio, ſi de *voluntate* teſtatoris *dubia* quæritur, ſecundum illum *fauorem* ſit facienda interpretatio. Iam ſupra obſeruaui, propter hunc fauorem a iure non eſſe recedendum, ſi priuilegium deeſt; operari tamen hunc fauorem, vt ex *defuncti voluntate præſumta* in caſibus dubiis in eius fauorem, quantum ſana ratio permittit, interpretatio fieri debeat, quæ duo interpretes non accurate diſcernunt. Noui, vnde fauor his legatis tributus ſit. Fontem ſupra indicaui, eumque in opinione, quod *pro anima* relictum cenſeatur, collocaui, vnde interpretes collegerunt, teſtatorem de ſuæ animæ ſalute admodum ſollicitum fuiſſe, adeoque omnem interpretationem ex *defuncti probabili intentione* huc dirigendam eſſe, vt *animæ defuncti* bene ſit, et legatum effectum habeat. Inde tot exorbitantes concluſiones collegerunt, quæ vnice ad hoc centrum et punctum collineant. Nos hoc dogma merito repudiamus, nec intuitu eius legata *ad pias cauſas* relinquimus, adeoque tam immenſum fauorem iisdem tribuere non debemus, quem tamen ſæpe ICti proteſtantes ſine iudicio allegant, et in ore habent. Ineſt huic legato aliquis fauor, quia ad *pium* quendam *ſcopum* deſtinatum eſt, et ex hoc ſcopo quoque de defuncti *voluntate præſumta* iudicandum, non vero quæuis tradita ſtatim arripienda, quæ pontificii, et imprimis TIRAQVELLVS, ex dogmate ſuo erroneo, conglomerant. Agite, examinemus quasdam concluſiones.

In dubio pro iis reſpondendum, ſi de voluntate defuncti quæſtio eſt,

§. XXXVI. Sic (1) quando legatum inductum eſt, id præſumitur a teſtatore *conſulto* factum fuiſſe, niſi legatum *ad pias cauſas* inductum fuerit, quod potius *inconſulto* factum cenſetur. TIRAQVELLVS *cit. tr. priu. 16.* Argumentum trahit a *legato libertatis*, de quo idem diſpoſitum in *l. 3. in f. de his, quæ in teſt. del.* ex fauore *libertatis*. Equidem alias argumentum hoc reprobandum eſſe iudicaui, quatenus *extenſionem priuilegii* continet. Etenim hic de *voluntate præſumta* teſtatoris quæritur, an

Quod exemplis illuſtratur.

Digitized by Google

tale legatum inducere *conſulto* voluerit? id quod *in dubio*, ſi alia deficiunt in contrarium argumenta, haud credendum ob fauorem cauſæ, ſecundum quem interpretatio in dubio facienda. Etiam hic locum habet, quod ANTONINVS cæſar in *cit. l.* dixit: *Cauſa præſens admittere videtur humaniorem interpretationem*, vt teſtator a voluntate, ad *optimum finem* ordinata, conſulto recesſiſſe non videatur. Quid ergo, ſi tempore teſtamenti conditi in intimam abiectus ſuperſtitionem vltimam voluntatem condidit? ſi ad finem magis ſuperſtitioſum quam ſalutarem legauit, ex multis autem liquet, poſtea teſtatorem ad ſaniorem rediiſſe mentem, et ſuperſtitionem agnouiſſe, annon his ſub circumſtantiis potius dicendum eſt, legatum a teſtatore conſulto inductum fuiſſe? (2) Si legatum pium ſub conditione relictum eſt: *cum Titius annorum triginta erit*, et hic antequam ad 30. annum perueniret, deceſſerit, adhuc legatum deberi, ait TIRAQVELLVS *priu. 23. arg. l. 16. de manum. teſtam.* quod, cum in *fauorem libertatis* introductum ſit, multo magis quoque in *fauorem piarum cauſarum* locum habere debeat, vel potius credere par ſit, teſtatorem magis de *tempore*, quo præſtandum eſt legatum, quam de *ſimplici conditione* diſpoſuiſſe, ne legatum alias periret. (3) Legatum rei alienæ, etſi ignoranter a teſtore ad pias cauſas factum, valet, vt heres illam redimere, aut æſtimationem præſtare teneatur. Eadem enim præſumtio, quam in legato *libertatis* ICti aſſumſerunt *in l. 39. pr. de fideic. libert.* hic quoque militat, vt intentio teſtatoris, *abſolute* hoc legatum præſtandi, adfuiſſe videatur. (4) Si quid legatum eſt piæ cauſæ certo tempore: *duodecimo anno, poſtquam mortuus ero*, principio anni duodecimi debetur: *l. 41. pr. de manum. teſtam.* nam hoc defunctum ſenſiſſe, ex fauore piæ cauſæ probabile eſt. MANZ. *in ſpec. iur. comm. voce pia cauſa n. 29.*

Quatenus valeat legatum incertum pium?

§. XXXVII. Denique *octauum* priuilegium, legatis *piarum cauſarum* aſſignandum, eſſe volunt, quod legatum *incertum* fauore piæ cauſæ valeat. MANZ. *cit. l. n. 44.* Colligunt hoc *ex l. 24. C. de epiſc. et cler. Id quod pauperibus teſtamento vel codicillis relinquitur, non vt perſonis incertis relictum euaneſcat, ſed omnibus modis ratum firmumque conſtat.* Sic quoque legatum ad *redemtionem captiuorum* relictum, non reiicitur, vt incertum, quamuis nec pauperes ſint electi, nec captiui nominati, *l. 49. §. 1. et 2. C. eod.* quia ad diſpoſitionem epiſcopi horum legatorum diſtributio pertinet. Sed hoc minime extendendum cum MANZIO *cit. l.* ad eum caſum, quando teſtator non determinat *quantitatem*, ſed ſimpliciter dicit: *Volo ex bonis meis ad pias cauſas aliquid diſtribui*, quippe quod *abſolute* incertum eſt, vt non conſtet, quid, quale

quale et quantum debeatur, nisi forsan certus finis adiectus esset, ex quo eius quantitas posset determinari, v. c. *ad refectionem templi vel capellæ B. Mariæ virginis; tunc enim tanta summa legata videtur, quanta ei rei sufficeret, si modo non apparet, aliam fuisse defuncti voluntatem, aut ex magnitudine eius pecuniæ, aut ex mediocritate facultatum, quam testator reliquit, tunc enim officio iudicis secundum æstimationem patrimonii et legati quantitas definiri potest*, vti in simili casu ait GELSVS *in l. 30. in f. de leg. 2.*

§. XXXVIII. Atque hæc quidem *dispositionum piarum* iura singularia liquida, et certo iure fundata sunt: sunt etiam *dubia* et *spuria*, paucis examinanda. Spuria priuilegia dico, *quæ in cerebro interpretum nata, in iure autem prorsus non sunt fundata, & sic legitimos natales minime habent.* Talia plura sunt, quæ adducit TIRAQVELLVS; congessit enim 167. priuilegia *piarum causarum*, et plura supereſſe credit. Plura ipsemet vt *spuria* reiicit; plura non sunt priuilegia, sed iuris communis conclusiones, maxima vero pars omni destituta fundamento. Spuria priuilegia quid?

§. XXXIX. Aiunt: (I) *legata ad pias causas deberi, testamento licet destituto et non adita hereditate.* MANZ. *de spec. iur. comm. voc. pia causa n. 37.* TIRAQVELL. *priu. 33.* DONELL. *ad l. 14. C. de fideic. n. 12.* Argumentum 1) desumunt ex *l. 42. D. de fideic. libert.* in qua libertati non indistincte, sed tunc demum hoc priuilegium datum est, si heres in continenti, antequam hereditatem adiret, decesserit. *Quo exemplo*, ait DONELLVS, *recte defendetur, etiam hereditate ex testamento non adita deberi ea, quæ ad pias causas relicta sunt: pietatis enim causa non minus fauorabilis, quam libertatis.* Vulgatum hoc argumentum est, sed inane, cum priuilegia extensiones non admittant. Deinde legata quoque *libertatis*, destituto testamento, perire, euidens est ex *l. 17. D. si quis omiss. causa test. l. 2. C. eod. l. 1. C. de fideic. libert.* nisi forsan ex singulari beneficio hereditas alicui esset addicta, libertatum conservandarum gratia. *t. t. I. de eo, cui libert. caus. bona addic.* Vnde testamento destituto, nec legata pia subsistere, recte censet LAVTERB. *de test. destituto §. 18.* Alii 2) prouocant ad *l. 41. de testam. milit.* qua cauetur, hereditate militis non adita, substitutionem valere pupillarem, cum etiam hæc sola subsistat per se, nec ex testamento patris militis dependeat. Inde inferunt, priuilegia militum etiam *piis causis* competere, quod tamen petit id, quod est in principio. Addunt alii 3) quoad legata *ad pias causas clausulam codicillarem* tacite appositam censeri, An legata pia debeantur testamento destituto?

Digitized by Google

CARPZ. *P. III. c. 4. def. 38. n. 8.* quod tamen magis fingunt, quam probant, fatente B. STRYKIO *de caut. teſtam. c. 32. §. 33.* Aut enim quoad omnia legata intelligi debet, aut quoad nulla; ſi *prius*, legata ad *pias cauſas* nullum amplius priuilegium habent, ſed omnia legata ab inteſtato erunt præſtanda, deſtituto licet teſtamento, quod tamen Dd. ægre admittunt: ſi *poſterius*, res ſalua eſt, nec enim apparet ratio, cur potius teſtator legata ad *pias cauſas* ſubſiſtere malit, quam reliqua legata, cum voluntas in omnibus vna eademque ſit. Hoc tamen admitto, hodie, ſublatis formulis antiquis, facilius ſubintelligi poſſe clauſulam codicillarem in teſtamentis quoad omnia legata, quam olim, ſi prægnantiſſimæ clauſulæ, prout fieri ſolet, teſtamento fuerint adiectæ, ex quibus de *enixa voluntate* conſtet, quo tamen ipſo non tantum *legata pia*, ſed quæuis alia ab inteſtato debentur. B. TITIVS *lib. 7. iur. priu. c. 3. §. 38. ſqq.* Conf. *introduct. in digeſt. tit. de codicill. §. 9.* Alii 4) firmant hanc ſententiam ex *l. 1. C. comm. de leg.* vbi actio *perſonalis* et *hypothecaria* pro legatis conſequendis eſt confirmata, addita ratione, quod ex *voluntate teſtatoris* hæ actiones inſtitui poſſint, quippe qui voluit, vt legata omnibus modis præſtentur et *præcipue*, addit, *cum talia ſint legata, vel fideicommiſſa, quæ piis actibus ſunt deputata*, quæ verba videntur fruſtranea fuiſſe, niſi aliquid ſingulare continerent. Verum totus contextus oſtendit, hoc intelligendum eſſe de caſu, quo heres adiit, quippe qui demum obligatur ex *aditione*, tanquam quaſi contractu, qua deficiente, obligatio ceſſat. Denique 5) argumentum etiam inde peti poteſt, quod hæc legata debeantur ex *teſtamento* quoque *imperfecto*, prout ſupra adſerui; multo magis ergo etiam ex teſtamento deſtituto; ſed conſequentiam fallere, patet ex *l. 21. §. 2. C. de teſtam.* vbi dicitur, quod imperfectum teſtamentum patris, quoad *ſolos liberos*, valere, quoad extraneas mixtas perſonas autem plane pro nullo haberi debeat. Poteſt ergo teſtamentum quoad certa legata ſubſiſtere, quoad alia nullum eſſe, vbi eſt imperfectum. Aſt ſi *deſtitutum eſt*, quæuis legata corruunt, *§. 2. I. de leg. Falcid. l. 2. C. ſi omiſſ. cauſſ. teſtam.* LAVTERB. *de teſtam. deſtit. §. 14.* cum teſtamentum, aditione deſtitutum, nullo prorſus modo confirmari poſſit. Deinde quoque ſupra dixi, ex *imperfecto teſtamento* non aliter deberi legata pia, quam ſi clauſula codicillaris ſit adiecta, vel aliunde colligatur. Facile tamen largior, poſſe ſtatuto hoc priuilegium legatis piis tribui, quod *iure Wurtenbergico* factum eſſe, docet LAVTERB. *c. l. §. 18. in fin.*

An legatum pium a ſubſti-

§. XL. Eiusdem farinæ (II) eſt illud priuilegium, quod *legatis a ſubſtituto relictis tribuunt.* Illa enim etiam ab herede ab inteſta-

to,

Digitized by Google

to, qui adiit hereditatem, deberi, aiunt, licet per additionem inſtituti exſpiret ſubſtitutio; BARBOSA *lib. 2. iur. eccleſ. c. 13. n. 27.* TIRAQVELLVS *cit. tr. priuil. 62.* quod teſtatoris diſpoſitio facta in vno caſu extendatur ad alium caſum fauore libertatis. Deciſionem hanc illuſtrant ex *l. 2. de manum. teſtam.* vbi quis heredem ita inſtituerat: *Titius heres eſto, ſi Titius heres non eſt, Stichus heres eſto. Stichus liber eſto.* In hoc caſu Stichus ſeruus erat ſubſtitutus, et præterea eidem libertas legata. Quærebatur: *an Titio hereditatem adeunte, Stichus liber ſit?* quod affirmat ICtus contra TVBERONEM, exiſtimantem, quod non primo, ſed ſecundo gradu demum libertas ei legata fuerit. Hoc reprobat VLPIANVS, quod potius *dupliciter*, h. e. in vtrumque caſum, et ſic etiam eo, *ſi Titius heres fuerit*, libertas legata videatur, cum per ſe liqueat, quod in *ſubſtitutione* libertatem ſimul acceperit. Iam fiat applicatio ad hunc caſum, vbi teſtator ita diſponit: *Titius heres eſto: Si heres non erit, Meuius heres eſto, qui eccleſiæ quotannis præſtet centum.* Hoc caſu euidens eſt, legatum tantum a *ſubſtituto*, non ab *vtroque* relictum eſſe: quis ergo grauaret Titium, a quo nihil legatum eſt, vt eccleſiæ legatum exſolueret? Aliud foret dicendum, ſi dubium eſſet, annon ab *vtroque* legatum foret. quo caſu *in dubio* pro præſtatione legati pronunciandum eſſet, id quod demum ex *cit. l. 2.* colligitur.

Ruto relictum etiam debeatur ab inteſtato?

§. XLI. Huc (III) referunt, quod heres ad *legata pia* ſoluenda teneatur, etiamſi *nondum confecerit inuentarium*, cum heres alias intra tempus, quo conficit inuentarium, non poſſit a legatariis conueniri. *l. f. §. 11 C. de iur. delib.* Addit TIRAQVELL. *priu. 24.* hanc rationem: *quia res dilationem non recipit, cum de ſalute corporis tractatur, l. vlt. pr. de appell. recip. ideo multo minus cum de ſalute animæ tractatur.* Fluxit hæc opinio ex doctrina de *purgatorio*, quam noſtrates reprobant, et conſequenter etiam hanc concluſionem non poſſunt non reprobare. Sufficit præterea, quod nulla exceptio *piis legatis* hic data ſit, quibus alias teſtator admodum fauit, adeoque illam non omiſiſſet, ſi ei ius ſingulare indulgere voluiſſet.

An heres teneatur ad legata ſoluenda intra tempora faciendi inuentarii?

§. XLII. Aiunt porro, (IV) in legatis ad *pias cauſas obſcuris* et *incertis* non quod *minus*, ſed quod *maius* eſt, deberi, cum in aliis, quod *minus* eſt, debeatur. *l. 39. §. 6. de leg. 1.* Petunt hoc priuilegium ex *l. 38. §. 2. de aur. et arg. leg.* vbi Scia teſtamento ita cauerat: *Si mihi per conditionem humanam contigerit, ipſa faciam: Sin autem, ab heredibus meis, volo iubeo ue, ſignum DEI ex libris centum in illa ſacra æde et in patria ſtatui ſubſcriptione nominis mei.* Hic adeſt legatum quaſi

An in legatis piis obſcuris id quod maius eſt, debeatur?

pium

pium, hoc eſt, in honorem idoli relictum. Quærebatur: *cum in eo templo non niſi aut ærea aut argentea tantum ſint dona*, quale ſignum ponendum ſit? Reſpondet ICtus: *argenteum.* Verum præmittendum eſt, textum quodammodo mancum, et legendum eſſe: *cum in eo templo non niſi aut aurea aut argentea tantum ſint dona*, cum facile contingere potuit, vt loco *aurea* ſcriptum ſit *ærea.* Colligitur id ex verbis ſequentibus: *Heredes Seiæ, vtrum ex argento, aut auro ſignum ponere compellendi ſint, an æreum?* Scilicet heredes Seiæ *æreum* ſignum ponere in templo volebant. Curatores templi obiiciebant, nonniſi *aurea* et *argentea* tolerari. Heredes replicabant: legatum eſſe *indefinitum*, et ſic quod *minus* deberi. Sed recte curatores duplicabant, templi legatum *indefinitum* ante omnia eſſe intelligendum ſecundum naturam rei et conditionem templi, adeoque cum in templo *ſtatus ærea* non toleraretur, probabile eſſe, teſtatorem de hac non ſenſiſſe; quia alias legatum foret inutile, quod nullum poſſet habere effectum, adeoque vel *aureum* vel *argenteum* ſignum eſſe ponendum. ICtus poſterius approbat, et, quia in dubio *minus* debetur, *argenteum* ſignum ponendum eſſe concludit. Ita non recedit a regula, vt patroni cauſarum piarum contendunt, ſed potius eam approbat. Agnoſcit id ipſum quoque TIRAQVELLVS *priuil. 25.* et recte addit: *Si maius dari debuiſſet, aureum dandum fuiſſet*, imo id ipſum cenſuiſſe videtur pontifex *in c. 18. X. de cenſib.* vbi, quando diuerſæ et variæ menſuræ in prouincia quadam fuerunt, nec conſtat, an *maiori* an *minori* menſura cenſus ſolui eccleſiæ debeat, edicit, *minori* in dubio eum ſoluendum eſſe.

An legata pia debeantur abſtinentibus liberis?

§. XLIII. Illud præterea (V) ſingulare in his legatis eſſe, ait TIRAQVELLVS in *priu. 32.* quod, *liberis abſtinentibus ab hereditate paterna*, nihilominus illa *debeantur*, ideo, quod ex tali teſtamento libertates adhuc conſeruentur, per *l. 32. de manum. teſtam.* et *l. 30. §. 10. de fideicomm. libert.* Ipſe TIRAQVELL. *priu. 33.* iam aſſeruerat, deſtituto teſtamento, hæc legata deberi, id quod ſi verum eſt, non debuiſſet hanc ſpeciem, tanquam *ius ſingulare* adferre, cum, ſi deſtituto teſtamento debentur, nullum dubium ſuperſit, quin debeantur, ſi filius abſtinuerit. Quia vero prius iam refutaui, paucis videndum, an in *caſu abſtentionis*, quo alias corruunt omnia alia legata, hæc ſubſiſtant. Manifeſti iuris eſt, teſtamentum, in quo ſoli liberi ſunt inſtituti, ſtatim confirmari a tempore mortis, ideo quod liberi ſint *ipſo iure* heredes, et quamuis *beneficio abſtinentiæ* vtantur, teſtamentum tamen, ſemel *ipſo iure* confirmatum, non poteſt in totum deſtitutum fieri, ſed illa adhuc ſubſiſtunt, quæ non requirunt

Digitized by Google

quirunt *heredis præſtationem*, vt tutelæ et libertatis datio, ſubſtitutio pupillaris etc. Illa vero corruunt, ad quorum præſtationem *factum ſui heredis* requiritur, adeoque ſine *immixtione* non poſſunt obtineri, vt ait STRVV. *ex. 34. §. 19.* qualia ſunt legata et fideicommiſſa particularia. *l. 11. §. fin. vt in poſſeſſ. legat. l. 12. in fin. de vulg. et pup. ſubſtit.* Huc etiam referri debent legata pia, quæ requirunt præſtationem heredis, et ſic absque eius *immixtione* præſtari nequeunt. Nec argumentum hic a *libertate* trahi poteſt, quæ ſi *directo* relicta eſt, non requirit heredis factum aut præſtationem; ſi per *fideicommiſſum*, tunc itidem quidem debetur per *l. 30. §. 9. de fideicomm. hered.* ſed iure admodum ſingulari per SCtum ſpeciale, vt indicat ICtus, quod trahi nequit ad conſequentias. Deeſt in his legatis ſpecialis iuris ſanctio, vnde regulæ inhærendum eſt, niſi *clauſula codicillaris* teſtamento adiecta ſit.

§. XLIV. Quando (VI) *duo teſtamenta* adſunt, nec conſtat, quale ſit *prius*, quale *poſterius*, id videri poſterius, in quo legatum eſt ad *pias cauſas*, cenſet TIRAQVELLVS *priu. 35.* tum quod ſumma ſit ratio, quæ *pro religione* facit, *l. 43. in f. de relig. et ſumtib. fun.* tum quod *in dubio* pro caſu fauorabili ſit pronunciandum, *c. vlt. X. de re iudic.* et benigna interpretatio facienda, *c. 30. X. de priuileg.* tum denique quod ſecundum *l. 1. C. de iur. fiſc.* is, qui prætendit, ſe prius in bonis debitoris ius ex donatione impetraſſe, quam ea fiſco fuiſſent obligata, prioritatem ſui iuris docere debeat, quod ius, cum *in fiſco* conſtitutum ſit, etiam *ad eccleſiam* trahi poſſe videtur. Has rationes admodum ficulneas eſſe, ſaniori iudicio præditi facile exiſtimabunt. Si de *interpretatione voluntatis dubiæ* eſt quæſtio, admitto, illam præualere, quæ *piæ cauſæ* fauet. Aſt hic quæſtio *facti* proponitur, quale teſtamentum poſteriori loco conditum ſit? quod ab allegante probandum, nec per *regulas interpretandi* aut *coniecturas* tales improbabiles erui poteſt. Similiter in dubio pro *cauſa pia* eſt pronunciandum, quando in vtramque partem rationes admodum probabiles occurrunt, vt contingit in *colliſione probationum*; aſt ſi nihil ab eccleſia, quæ aliquid petit, probatum eſt, res non *dubia* in eo ſenſu eſt, ſed potius plane *incognita*, ad quem caſum regula prædicta applicari nequit; alioquin ſemper pro pia cauſa pronunciandum eſſet, ſi vel maxime nihil probaſſet, quod citra abſurditatem dici nequit. *Summa* denique *ratio* dicitur, *quæ pro religione facit*; quis vero neſcit, quid ICtus per *religionem* in *cit. l.* intelligat? et quis vnquam aſſeruit, ad *quæſtiones facti probandi* hoc applicari poſſe? Denique argumentum *a fiſco* hic plane alienum eſt, quod iam in *tit. XVI.*

Quid ſi duo teſtamenta adſunt, an legata pia in poſteriori relicta præſumantur?

adſtruxi. Præterea in *cit. l. 1.* nullum ius ſingulare occurrere videtur; merum ibi *ius commune* refertur. Obligatus pater erat rationibus fiſci, quo ſoluendo non exiſtente, fiſcus vi hypothecæ tacitæ bona eius a liberis poſſeſſa perſequebatur: hi excipiebant de donatione ſibi facta, antequam pater cum fiſco contraxiſſet; huius probatio liberis vel ideo erat iniungenda, tum quod excipiens regulariter exceptionem ſuam probare teneatur; tum quod præſumtio adſit, in fraudem fiſci hanc donationem factam fuiſſe.

An legata pia relicta ab herede cenſeantur quoque relicta a ſubſtituto?

§. XLV. Quando (VII) legata pia relicta ſint nominatim ab *herede principali*, cenſeri eadem quoque tacite relicta a *ſubſtituto*, cenſuit TIRAQVELL. *priu. 36.* Argumentum petit ex *l. 4. §. f. de alim. leg.* indeque colligit, in *alimentis* id iuris eſſe, et conſequenter quoque in *legatis ad pias cauſas*, quippe ad quæ argumentum ab illis trahi poteſt. Duplex in hoc argumento vitium deprehendo: 1) quod priuilegia *alimentis* data indiſtincte trahenda eſſe putet ad legata pia, quod non admitto, cum non omnia legata ad pias cauſas *alimentorum* cauſam concernant. 2) Quod id ipſum, quod ex *c. l.* colligunt, ne quidem in ea deprehendatur, ſed tantum in cerebro ACCVRSII. Textus ſatis planus eſt. Ait ICtus: *Lucius Titius teſtamento ſuo libertis libertabusque cibaria et veſtiaria a liberis ſuis eisdemque heredibus præſtari iuſſit*, nulla conditione aut determinatione, in quo loco præſtari deberent, addita, ſed ſimpliciter tantum relicta: *quaero* cum teſtator non diſpoſuit, vt tunc demum cibaria et veſtiaria acciperent, ſi cum teſtatoris liberis in eadem domo vixerint, *an, ſi ſine patroni liberis iidem liberti agant*, ſeu extra domum eorum degant, *cibaria et veſtiaria accipere poſſint?* In hoc conſiſtit ſtatus controuerſiæ, non vero in eo, quem ſomniat ACCVRSIVS, an etiam ſubſtituti vel coheredes alimenta præſtare debeant? Non intellexit verba: *Si ſine patroni liberis iidem liberti agant*, quæ ita accipienda eſſe ſomniat: *ſi ſine patroni liberis*, h. e. ſi non contra liberos patroni, qui forſan abſtinuere, ſed contra coheredem vel ſubſtitutum datum, *iidem liberti agant*, h. e. alimenta petant. Quis vero iuſta indignatione non capitur ad hæc deliria potius quam interpretationem? Non potuit ICtus præuidere tam inſulſam interpretationem, alioquin forſan in gratiam inepti interpretis dixiſſet: *Si ſine liberis patroni liberti degant.* Sed hæc præcautio non fuit neceſſaria, cum *agere* etiam idem quod *degere* et *morari* ſignificet, vt ex multis textibus docet BRISSONIVS *de V. S. voc agere.*

§. XLVI.

Digitized by Google

§. XLVI. Quando alias res legata a teſtatore *citra neceſſitatem alienatur*, legatum *tacite ademtum* cenſetur. §. *12. l. de leg.* Id (VIII) fallere autumat TIRAQVELL. *priu. 41.* in *legato ad pias cauſas*, quod nullo modo ademtum cenſetur, quamuis nullam addat rationem. Sane quæſtio, vtrum legatum tacite ſit ademtum, eſt quæſtio *voluntatis*, adeoque ex *cauſa et circumſtantiis alienationis* colligendum, qua intentione rem legatam alienauerit? Huic proximum eſt (IX) illud priuilegium, quod, *ademtis in genere legatis*, non cenſeatur ademtum legatum *ad pias cauſas*, niſi totum teſtamentum legitime reuocatum fuerit. Ita cenſuere BARBOSA *l. II. iur. eccl. C. 13. n. 25.* MANZ. *de ſpec. in iur. comm. voce pia cauſa n. 58.* argumento ducto ab *alimentorum* legato, ad quod non extenditur generalis reuocatio, per *l. 18. §. 3. D. de alim. vel cib.* Scio, hanc communem eſſe doctorum opinionem, ſed ſimul animaduerto, eam non ſatis fundatam eſſe in *cit. l. 18.* Agite, videamus et perpendamus textum: *Poſthumis heredibus inſtitutis, et patre et matre et ſubſtitutione* pupillari *facta, actores manumiſit, et peculia eius legauit, et annua et certis libertis ſuis legata et aliis exteris plura: deinde poſt teſtamentum factum nata filia codicillis ita cauit: Si quid teſtamento, quod ante hoc tempus feci, legaui, cui dare volui: peto ab his, vt tertiam partem Petrinæ filiæ meæ reddant. Secundis autem tabulis facta pupillari ſubſtitutione*, in priori teſtamento expreſſa, *impuberibus libertis, quibus a parentibus* ſubſtitutis *libertates dedit, eo amplius alterum tantum, quantum in numero prater cibaria et veſtiaria*, a ſubſtitutis legata *dari voluit; quæſitum eſt, cum ſuperuixiſſet filia, teſtamento aperto, et codicillis, poſtea autem deceſſerit, et fideicommiſſum* tertiæ partis *datum ad heredes ſuos transmiſerit, an etiam cibariorum et veſtiariorum tertiæ partes ei per fideicommiſſum datæ eſſe videantur*, quæ non ab *heredibus*, ſed a *ſubſtitutis* relicta erant? Quod recte negat ICtus, et quidem non ideo, quod legata alimentorum tanquam fauorabilia non veniant ſub *generali reuocatione*, ſed ideo potius, quod demum a *ſubſtitutis* eſſent relicta. Voluiſſet teſtator, vt legatarii tertiam partem reſtituerent filiæ ſuæ, id quod non poteſt non de illis intelligi, qui, viuente filia, legata ſua petere poſſunt, non vero de his, qui demum mortua filia in impubertate ius petendi legatum habent, quippe quorum legatum non *purum*, ſed *conditionale* eſt, *ſi filia in impubertate deceſſerit*. Neque enim hi *tertiam partem* filiæ reſtituere poterant, cum illi demum poſt mortem eius legatum acquirerent, quem caſum reſpexiſſe teſtator dici nequit. Sic quoque vlterius de *altero tanto*, quod isdem libertis legatum erat de ſubſtitutis, diſquirit ICtus, an quoque

An res ad piam cauſam legata et poſtea alienata ademta cenſeatur?

An ademtis in genere legatis etiam pium ademtum cenſeatur?

ab eo detrahenda sit pars tertia? Et eadem ex ratione negat, addit-que, *integrum ex tabula substitutionis deberi*, quia dispositio codicillo-rum tantum intelligenda est de illis legatis, quæ viuente filia præstan-da sunt, non vero de iis, quæ demum post mortem eius debentur. Si ergo communis doctrina, quod, *ademtis vel diminutis in genere legatis, non sit ademtum vel diminutum legatum alimentorum*, ex *cit. textu* probari nequit, multo minus exinde probari poterit, *ademtis in genere legatis, non censeri ademta legata pia*, quæ si testator excipere voluisset, id sine dubio expressisset, quod cum non fecit, generali reuocationi standum erit. *arg. l. 30. in f. de leg. 1.*

An ecclesia legata pia propria autoritate occupare queat?

§. XLVII. Notum est, quod legatarius *propria autoritate* legatum occupare nequeat, id quod si fecerit, heres, quatenus eius interest, interdicto *quod legatorum* eius possessionem adipisci potest. *l. 1. D. et C. quod legat.* Rursus (X) exceptionem statuit TIRAQVELL. *priu. 45.* in his legatariis, quibus *ius occupandi* propria autoritate *rem piam* legatam iure singulari datum esse putat. Verum sine lege et ratione; ideo sunt *executores* legitimi constituti, vt hi pro legati huius præstatione vigilent, qui quidem illud præstare possunt ex communi executorum officio, sed neutiquam *piæ causæ* permissum est, vt illud propria autoritate occupare queat. Illud autem, quod idem *priu. 46.* addit, nullum plane priuilegium continet. Scilicet is, cui legatum est nomen, olim non aliter agere poterat, quam actionibus ab herede mandatis, ex lege D. PII postea *vtilibus* suo nomine legatariis agere concessum est, vt *in l. 18. C. de leg.* declaratur. Hic priuilegium TIRAQVELLVS piæ causæ tribuit, vt *sine cessione* nomen exigere possit, quod tamen omnes legatarii facere possunt.

An præstanda cautio Mutiana in legatis piis?

§. XLVIII. Si quid legatur sub *conditione negatiua*, illud antea peti nequit, quam *cautione Mutiana* præstita, *l. 7. D. de condit. et demonstrat.* quam tamen (XI) non requiri existimant in *legatis ad pias causas.* TIRAQVELL. *priu. 48.* MANZ. *in spec. iur. comm. voce pia causa n. 41.* Argumentum ducunt rursus a legato *libertatis*, cuius exemplum occurrit in *l. 17. §. 1. de manum. testam. Stichus, si in capitolium non ascenderit, liber esto.* Hic non desideratur cautio, sed statim ad libertatem perueniet, si, facultate data ascendendi capitolium, abstinuerit. Ratio decidendi petita non tam est ex *libertatis* fauore, quam ex voluntate testatoris præsumta, qui *cum effectu* legare voluisse videtur. Ideo *cautio Mutiana* non admittitur, quia sub conditione nemo libertatem accipere, sed prius eius euentum exspectare tenetur, ne, conditione deficiente, in seruitutem

Digitized by Google

tutem retrahi debeat, quod *inhumanum* videtur. Hac ratione etiam legati libertatis dies non a tempore mortis, ſed aditæ hereditatis demum cedit, *l. 8. D quando dies legat. l. vn. §. 6. C. de cad. toll.* quo iam certum eſt, eum liberum fieri. Vnde in adducta ſpecie *euentum conditionis* exſpectare legatarius debet, quo caſu potiſſimum quæſtio de *voluntate* defuncti emergit. Aut enim ideo talis conditio adiecta, vt in *vltimum vitæ tempus* libertas conferatur, ante quod regulariter, vtrum paruerit conditioni? conſtare nequit, quo caſu nullius momenti legatum cenſendum, legatario nullo modo profuturum. *l. 61. pr. de manum. teſtam.* Aut ideo adiecta, vt legatario proficere libertas poſſet, quo caſu *conditio negatiua* potius de *prima occaſione* accipienda, qua contra eam agere potuit, nec tamen egit. Poſterius teſtatorem voluiſſe, credibile eſt, quia, ſi prius voluiſſet, nihil egiſſet, quod non præſumendum. *l. 12. et 21. D. de reb. dub.* Hæc ſi maturo ponderantur iudicio, aperte conſtat, inſulſiſſimum ab hoc legato duci argumentum ad *legata pia*, quorum diuerſa eſt ratio, natura, et indoles. Nec enim legatum pium eſt *perſonale*, vti *libertatis*; nec in eo accidere poteſt, vt in vltimum vitæ tempus conditio conferatur, cum pia cauſa regulariter non moriatur; nec denique impium aut inhumanum cenſendum eſt, ſi, conditione deficiente, id, quod iam ſine cauſa habuiſſe dignoſcitur, redditur reſtituiturue, id quod iuſtitia naturalis deſiderat. Quid ergo, ſi ita legatum fuerit eccleſiæ: *Do, lego mille thaleros, ſi non mutauerit ſacra catechetica, quovis die ſolis hactenus habita?* Hæc conditio poteſt eſſe vel *reſolutiua*, vt ſenſus ſit, *donec non mutauerit* etc. quo caſu cautione eſt opus: vel eſt *ſuſpenſiua*, illudque verba ſatis declarant, quo facto, itidem cautione opus eſt, quæ per ipſa bona eccleſiaſtica conſtitui poteſt.

§. XLIX. Quando leganſur reditus certi ex fundo deſignato, legatario non competere *hypothecam tacitam* in iſto fundo cenſent *per l. vlt. in f. de contr. emt. l. 21. pr. de ann. leg.* omnino tamen (XII) piæ cauſæ *per l. 2. D. de alim. leg.* vtpote quæ cum *alimentis* paria iura habere cenſetur. Hoc caſu nec argumentum ab *alimentis* hic petendum, nec legata pia ius ſingulare continent. Habent legatarii *hypothecam tacitam* in omnibus defuncti bonis; et ſic quoque in illud prædium, vnde reditus legati ſunt, et hoc eo magis, quia ea intentione teſtator prædium aſſignaſſe videtur, vt pro reditibus *ſpecialiter* obligatum ſit. Hac poſita ſententia, cauſa pia nullum *ius ſingulare* habet, ſed potius ex *iure communi* hac hypotheca more aliorum legatariorum gaudet. Neque ex *l. cit. vlt.* contrarium euincitur, quæ loquitur de reditibus ex certo fun-

An legata pia ex certo fundo relicta gaudeant hypotheca tacita?

do per modum *pacti* debitis, quod *hypotheca tacita* destituitur; multo minus *l. 21. cit.* contrariæ sententiæ patrocinium præbet, quæ tantum admittit alienationem eiusmodi prædii, saluo tamen legato, vt dicitur in *l. 120. de leg. I.* neque enim, quæ iure *tacitæ hypothecæ* tenentur, alienare prohibentur.

Legatum pium in alterius arbitrium simpliciter conferri nequit.

§. L. Voluntatem defuncti in alterius arbitrium conferri non posse, certum est, prout plenius ex iure ciuili declarat, et, quæ obstare videbantur, resoluit GONZALEZ *ad c. 13. X. h. t. n. 3. seqq.* sed (XIII.) legata pia recte *in arbitrium tertii conferri posse* autumant, *per cit. c. 13.* prout ex communi interpretum sententia statuunt TIRAQVELL. *priu. 64.* et Cardinalis de LVCA *de testam. disc. 45. n. 3.* Plerique interpretes multas difficultates in *cit. c. 13.* deprehendunt, quæ tamen ex antiquitatibus facile superari possunt. Impetrauerat episcopus Altissiodorensis sedis apostolicæ indultum, *quod ordinatio rerum clericorum ab intestato decedentium libere in sua potestate ac dispositione permaneret.* Hic duo præmitto: (1) indultum tantum loqui de rebus clericorum *non patrimonialibus*: nam in patrimonialibus clerici heredes suos agnatos habebant, vt recte obseruat GONZALEZ *ad cit. t. X. n. 7.* adeoque harum ordinationem episcopus sibi arrogare non poterat. (2) Indultum hoc *maioris securitatis gratia* fuisse impetratum ab episcopo Altissiodorensi, cum alias de iure communi dispositio et ordinatio de his bonis clericorum in potestate episcoporum esset. Forsan id inde factum, vt concertationes diutinæ, et non semel cruentæ eorum, qui huic prædæ inhiabant, cultarentur, et præsidium episcopo circumponeretur, iudice THOMASSINO *P. III. de discipl. eccl. C. II. c. 47. §. 8. in f.* Ex hoc indulto emergebat ergo quæstio: *An illi, qui in voluntate et dispositione alterius suam committunt vltimam voluntatem, nihil per se penitus ordinantes vel determinantes, quid, cui loco vel personæ conferri debeat, dicantur decedere intestati?* Ita formatum controuersiæ pontifex, et decidit, quod tales non videantur decedere intestati. *De clericis* hæc quæstio mota est, de quibus constat, quod tempore INNOCENTII III. de *bonis non patrimonialibus* testamentum condere minime potuerint: id vnice iis aliquando *ex consuetudine* indulgebatur, vt *piis causis* de iis aliquid conferre possent. *c. 12. X. h. t.* Vnde non diuinatorium, vt GONZALEZ *ad cit. cap. 13. n. 12.* putat, sed maxime probabile est, de *dispositione clericorum ad pias causas* INNOCENTIVM III. loqui. Illustrat hoc THOMASSINVS *cit. l. §. 5.* ex *c. 15. concil. Lateran. III.* anno 1179. habiti. Vnde recte arguit: *Non displicet concilio, testamenta edi a clericis, sed siue testantium siue intestatorum*

ver ad eccleſiam, ex qua deriuatæ ſunt, neceſſe eſt reuocari. Loquitur ergo pontifex 1) de *clericorum* diſpoſitione, 2) ad *pias cauſas*, et quidem 3) de bonis *non patrimonialibus* ſeu ex reditibus eccleſiaſticis acquiſitis, ſtatuitque, valere eorum diſpoſitionem collatam *in arbitrium tertii.* Non adeo infrequentem eo tempore hunc morem fuiſſe, multa arguunt. Quando plane clericus, inteſtatus decedens, non diſpoſuerat in vſus pios, ſeu *pro animæ*, epiſcopi erat, pro *anima* eius ex bonis relictis aliquid ordinare. Anno 1136. STEPHANVS rex Angliæ ſuo iuramento, quod recitat MICHAEL ALFORDVS *in annal. Britann. ad cit. ann. n.* 5. hanc quoque clauſulam firmare debuit: *Si quis autem epiſcopus vel abbas, vel alia eccleſiaſtica perſona, ante mortem ſuam rationabiliter ſua diſtribuerit, vel diſtribuenda ſtatuerit, firmum manere concedo. Si vero morte præoccupatus fuerit, pro ſalute animæ eius eccleſiæ concilio eadem fiat diſtributio.* Ante hæc tempora reges *iure ſpolii* decedentium clericorum bona ſibi vindicabant, quem morem cum ægre clerici ferrent, hoc modo regem Angliæ conſtringebant, ne hoc iure vteretur, quin potius arbitrio clericorum relinqueretur, vt de bonis defuncti *pro anima* eius poſſent diſponere. Quæ cum ita eſſent, nonnunquam clerici ſolebant alicui committere, vt ipſemet *pro anima eorum* bona diſtribueret, ſtatueretque, in quem vſum pium conuertenda eſſent, quem morem approbaſſe videtur INNOCENTIVS III. Exinde liquet, (1) erroneam eſſe illorum ſententiam, qui ex hoc textu colligunt, de iure canonico teſtatorem *quemcunque*, et quidem *generaliter*, poſſe diſpoſitionem ſuam conferre in arbitrium tertii; cum INNOCENTIVS III. tantum de *clericorum* diſpoſitionibus loquatur; (2) falſum eſſe, legata ad pias cauſas, de quibuscunque bonis facta, *in arbitrium tertii conferri* poſſe.

§. LI. Non dubium eſt, quin ſocius partem ſuam in re communi alicui legare poſſit: interim legatarius non poteſt alterum cogere, vt partem ſuam ei vendat, niſi dominus partem ſuam, quam habet in ſeruo, huic legauerit. *l. vlt. C. de comm. ſeru. manum.* Inde (XIV) nouum priuilegium attribuunt *piæ cauſæ*, vt, ſi pars ex re communi ei relicta ſit, illa poſſit *condominum cogere* ad partem ſuam ſibi vendendam, argumento a *libertate* deducto. TIRAQVELL. *cit. tr. priu.* 67. Quam falſiſſima hæc aſſertio ſit, non multa indiget explicatione. Quod IVSTINIANVS id ipſum in ſeruis conſtituerit, hanc habet rationem, quia alioquin fruſtraneum fuiſſet legatum *libertatis*, cum ſeruus non poſſit pro parte liber et ſeruus eſſe. Aſt hæc ratio ceſſat in *piis cauſis*, quæ in parte legata ex re communi omnino vtilitatem ſuam percipiunt, vtut non pro-

Parte legata ex re communi pia cauſa ſocium ad vendendum cogere nequit.

prohibeantur ſocium ad diuiſionem prouocare, quo facto deinceps hæc ſecundum regulas communes inſtituenda eſt.

Sub generali prohibitione etiam continerur legatum ad pias cauſas.

§. LII. Quæ generaliter alienari prohibita ſunt, de illis vltima voluntate nemo diſponere poteſt. Rurſus (XV) excipiunt diſpoſitionem ad *piam cauſam*, quod in omni prohibitione *excepta* videatur *perſona Dei*, ſicuti in ſacramento *fidelitatis* excepta cenſetur perſona *imperatoris et papæ*, vt admodum ieiune philoſophatur TIRAQVELL. *cit. tr. priu. 30.* Hac vero ratione pia cauſa in omni prohibitione excepta cenſetur, quia, quicquid ad piam cauſam legatur, Deo legatur, qui ſemper exceptus cenſetur. En egregiam huius cauſarum piarum patroni philoſophiam! Animaduerto tamen, non omnes inter veteres ICtos tam craſſe philoſophatos fuiſſe, quin potius plures recte ſtatuiſſe, de bonis fideicommiſſariis ne quidem ad piam cauſam diſponi poſſe, vt late ex veteranorum doctrina docet KNIPSCHILD. *de fideicomm. famil. C. XI. §. 22.* Excipit tamen idem *cit. l. n. 332.* caſum *redemtionis* filii captiui, quod pro hac bona fideicommiſſaria recte alienentur, cum in fauorem *lytri* ſpecialia iura multa ſint conſtituta. Vid. HEIITIVS *de lytro ſect. II. §. 22.*

Quid ſi pendente conditione pia cauſa deſtructa ſit?

§. LIII. Pendente conditione, ſub qua factum eſt legatum, ſi legatarius interim aut moritur, aut libertate priuatur, intercidit legatum, quia ſeruitus morti aſſimilatur. *l. 59. de condit. et demonſtr.* Aliter (XVI) id *piis legatis* dicendum eſſe, arbitratur MANZIVS *in ſpecial. iur. commun. voce pia cauſa n. 421.* quæ, ſublato impedimento, reuiviſcunt. *arg. l. 46. de manum. teſtament.* Hoc argumentum prorſus inane eſt. Agitur *in cit. l.* de *ſeruo*, qui liber eſſe iuſſus eſt, *cum annorum triginta eſſet.* Quod ſi vero hic, antequam ad eam ætatem peruenisſet, in metallum eſſet condemnatus, et poſtea reuocatus, legatum ei proderit, nec metallorum pœna ius eius mutabit. Ratio in promptu eſt, quia nondum *libertatis ſtatum* habuit, ergo *capitis diminutionem* pati non potuit, multo minus ratio prædicta, quod ſeruitus morti aſſimiletur, quæ tantum *in liberis* obtinet, ad *ſeruum*, in metallum condemnatum, applicari poteſt. Quomodo vero hæc ad piam cauſam applicari poſſunt? Imo quis eiusmodi *caſum mortis*, vel *ciuilis* vel *naturalis*, in ea ſibi concipiet? Fingamus, deſtructam funditus eſſe *piam cauſam*, monaſterium forſan, poſt aliquod tempus vero reſtitutam, pendente adhuc conditione, ſub qua legatum erat. Sane ex modo reſtituendi apparebit, vtrum adhuc legatum ſaluum ſit, non vero ex adducta a *libertate* legata ratione?

§. LIV.

Digitized by Google

§. LIV. Ipſam legitimam liberorum non poſſe grauari ac minui quouis modo, conſtat. *l. 32. de inoffic. teſtam.* Diſputant tamen et in controuerſiam vocant: (XVII) *annon legitima liberorum minui poſſit per legata ad pias cauſas?* BARBOSA *l. II. iur. eccleſiaſt. c. 13. §. 33.* Et quidni dubitarent, cum magis fauendum eſſe cenſeant piæ cauſæ quam liberis, et quod in dubio, h. e. in diuerſis ſententiis, ſemper *pro pia cauſa* pronunciandum ſit IDEM *cit. l. n. 35.* Sed hoc recte redarguit AVGVSTIN. *in c. f. C. 17. q. 4.* quem etiam ſaniores merito ſequuntur, docentes, nullum grauamen legitimæ inferri poſſe per legata ad *pias cauſas.* B. STRYK. *in caut. teſtam. c. 17. membr. 2. n. 7.* KNIPSCHILD *de fideic. famil. c. 6. n. 151.* HARPRECHT *de iur. deduc. duas quartas §. 106.* BESOLD. *conſ. 263. n. 24.* Legitima liberorum grauari nequit per legata pia.

§. LV. VLTIMVM demum CAPVT concernit quasdam *differentias iuris ciuilis* et *canonici*, omnibus teſtamentis applicandas. Duæ omnino hic occurrunt. Prima *legata rei alienæ* reſpicit, quæ *iure ciuili* omnino valent, heredemque obligant, vt vel rem legatam a domino redimere, ſi quidem ei venalis ſit, vel, ſi vendere nolit, *æſtimationem* præſtare debeat. Reprobauit hoc pontifex in *c. 5. X. h. t.* ſed vim et poteſtatem *iuris ciuilis* haud aſſecutus eſt. Ait: *Et quidem leges ſeculi hoc habent, vt heres ad ſoluendum cogatur, ſi auctor eius rem legauerit alienam. Sed quia lege DEI, non autem huius ſeculi viuimus, valde mihi videtur iniuſtum, vt res tibi legatæ, quæ cuiusdam eccleſiæ eſſe perhibentur, a te teneantur, qui aliena reſtituere debuiſti.* Exiſtimauit pontifex, res alienas eo effectu legari alicui poſſe, vt dominus *inuitus* cogi queat ad eam vendendam. Id reprobat pontifex, id damnat, id iniquum eſſe declarat. Verum cum laruis pugnat. Hanc non eſſe mentem *legum ciuilium*, quas *per contemtum* leges *ſeculi* vocat, vel dupondiis notum eſt. Reuera ergo ius ciuile non correxit, quia id emendare voluit, quod *ius ciuile* nullo modo ſancit. Vnde falluntur, qui ex iure canonico hodie legatum rei alienæ nemini amplius relinqui poſſe arbitrantur. An legatum rei alienæ valeat de iure canonico?

§. LVI. Altera concernit duos famoſiſſimos textus in *c. 16. et 18. X. h. t.* vbi de *detractione legitimæ* et *Trebellianicæ* agitur. Notum eſt ex commentariis veterum I Ctorum, quantopere titubauerint hac in quæſtione, vtrum legitima in Trebellianicam ita imputanda ſit, vt, ſi illam liberi vel parentes detraxerint, hanc amplius detrahere nequeant? Prolixum admodum commentarium ad hos duos textus dedit B. HARPRECHT. *diſſ. de iure deducendi duas quartas*, vbi *c. II.* varia ex iure ciuili argumenta depromit, iis vſitata, qui duas has quartas a fideicommiſ- De detractione Trebellianicæ & legitimæ.

fis detrahi poſſe cenſuerunt; ſimul quoque §. *15. ſqq.* contraria argumenta eaque fortiora ſubiungit, iisque calculum adiicit ſuum, et §. *18.* ad contraria reſpondet. Conſtat ſane, in Trebellianicam de iure ciuili omnia imputari, quæ *quomodocunque* fiduciarius ex bonis defuncti accepit. Vnde quoque eſt, quod, licet alias fructus hereditatis in *Trebellianicam* imputentur, haud tamen liberis in Trebellianicam imputentur, ſi vel maxime teſtator id voluerit, *l. 6. pr. C. ad SC. Trebell.* quia ipſi Trebellianicæ inerat legitima, quæ eo tempore adhuc *quarta* erat: hæc autem debetur non ex *fructibus* hereditatis, verum ex ipſa eius *ſubſtantia. l. 36. C. de inoff. teſtam.* Pontifex, hanc litem dirimere intendens, ſecutus eſt, infelici fato, eorum ſententiam, qui de *iure ciuili* vtramque quartam detrahi poſſe credebant, et communi, vt putabat, ſententia deceptus pronunciauit, *vtramque quartam detrahi poſſe*, et ſic B. HARPRECHT *cit. l.* §. 23. recte cenſet, hanc ſententiam *iuri canonico* eſſe adſcribendam. Reſtrinxere poſtmodum interpretes hanc doctrinam ad fideicommiſſa *conditionata* vel *in diem dilata*, et purâ iuris ciuilis diſpoſitioni ſubiecta manſiſſe cenſuere, quod rurſus tamen menti pontificis contrarium eſt, in praxi autem nihilominus approbatum, vt *tit. de conſtitut.* §. *LXXI.* oſtendi, et plenius euincit HARPRECHT *cit. l. th. 24. ſeqq.* Plures hinc de nouo enatæ ſunt quæſtiones, quas tangere nolo, cum in hoc B. HARPRECHTVS in laudato *commentario* otium mihi fecerit.

TITVLVS XXVII.

DE SVCCESSIONIBVS AB INTESTATO.

§. I.

Connexio.

Quemadmodum ſucceſſio in bona clericorum *teſtamentaria* variæ ſubiecta fuit fortunæ, ita quoque ea, quæ *ab inteſtato* ex lege defertur, varia fata habuit, ceu monumenta rerum eccleſiaſticarum pro-

produnt, paucis tangenda. Eadem vero rurſus hic obſeruanda *clericorum* diuerſitas, quæ *tit. XXV. et XXVI.* tacta eſt, et ſic ſingulorum ſeparatim ratio habenda. Deinde cum ſucceſſio *inteſtata* ſit vel *iuris communis*, vel *prouincialis* et *ſtatutaria*, vtraque ſpecies *hoc* quoque *titulo* conſideranda erit.

§. II. Quod ergo *clericos ſtricte dictos* concernit, ſiue *epiſcopi* fuerint, ſiue *presbyteri*, aliusque ordinis clerici, his *ab inteſtato* ſuccedebant *proxime cognati*, vel, his deficientibus, ex *iure prætorio vxores*, cum primis ſeculis clerici *coniugati* eſſent, quod euidenter colligitur ex *l. 20. C. de epiſc. et cler.* quæ *anno 434.* lata eſt: in qua nulla diſtinctio bonorum, vnde prouenerint? facta eſt. Adeo enim bona, quæ *intuitu eccleſiæ* acquiſiuerant, vel ex *reditibus eccleſiaſticis* obuenerant, ſua faciebant, vt ſi *filii familias* eſſent clerici, ea ad *peculium* ſecundum ius vetus trahi non poſſent, nec ad diuiſionem venirent, nec fratribus et ſororibus ita prodeſſent, ſed ad eorum liberos, poſteros et quoscunque extraneos heredes peruenirent, vt decernitur in *l. 34. C. eod.* quod euidens indicium præbet, ſeculo V. nondum *lege publica* diſtinctionem bonorum in *ſucceſſione epiſcoporum inteſtata* factam fuiſſe. Quamuis enim in *concilio Carthagin. III.* hæc iam facta fuiſſet, et patrum ſententiis hinc inde repetita, vniverſalis tamen legis vigorem haud acceperat, quin potius *ſucceſſio ab inteſtato* illibata et illimitata permanſerat.

Olim clericis indiſtincte ſuccedebant heredes ab inteſtato.

§. III. Illud tantum præcauebatur, ne *bona eccleſiaſtica*, quæ ſub adminiſtratione et diſpenſatione epiſcoporum erant, cum *hereditariis* confunderentur, ſed ſollicita cura ab his ſepararentur. Facile enim contingere potuiſſet, vt heredes ab inteſtato pecunias eccleſiaſticas, in domo epiſcopi exſtincti repertas, ad hereditatem traxiſſent. Hunc in finem *concilio Antiocheno*, anno 341. celebrato, *c. 24.* cautum eſt hoc modo: *Manifeſta ſint, quæ ad eccleſiam pertinent, cum notitia presbyterorum et diaconorum, qui circa ipſum ſunt, vt ipſi non ignorent, quæ ſunt eccleſiæ, nec eor aliquid lateat.* Hoc vero aliter manifeſtum fieri non poterat, quam *deſignatione bonorum eccleſiaſticorum*, facta cum ſcientia cleri, qua ipſa bona defuncti *propria* facile ab *eccleſiaſticis* ſecerni poterant. Inde pergunt patres Antiocheni: *Vt, ſi contigerit epiſcopum e vita migrare, iis manifeſtis exiſtentibus, quæ ad eccleſiam pertinent, ea non intercidant aut pereant, nec quæ ſunt propria epiſcopi, prætextu rerum eccleſiaſticarum turbentur.* Quodſi hæc ad eccleſiam indiſtincte eo tempore forent delata, tali præcautione opus non fuiſſet. Additur etiam ratio elegans, quæ ſimul oſtendit, nullam diſtinctionem bonorum factam fuiſſe: *Eſt enim iuſtum*

Præcauendum tamen erat, ne heredes ab inteſtato bona eccleſiaſtica ſimul ad ſe traherent.

et acceptum coram DEO *et hominibus, ea, quæ propria sunt episcopi, quibus ipse velit, relinqui, quæ autem sunt ecclesiæ, ipsi seruari: vt nec ea lesia dammum aliquod patiatur, nec episcopus ecclesiæ prætextu proscribatur* δημεύεσθαι, (h. e. res eius *publicentur, peruadantur, diripiantur*, ab illis scilicet, qui prætextum *ecclesiæ* allegabant, et sub hoc prætextu ad se rapiebant,) *vel qui ad eum attinent*, (h. e. heredes ab intestato) *in causas incidant, quo post mortem ipse* (episcopus) *maledictionibus oneretur*, quod res ecclesiæ sibi vindicasset, et ad bona propria traxisset. Hunc sensum quoque esse *c. 22. concilii Chalcedonensis* arbitror, quo patres edixerunt: *Non licere clericis post mortem sui episcopi res ad eum pertinentes* διαρπάζειν, *diripere, sicut antiquis quoque canonibus cautum est.* Studiosi erant clerici in conseruandis bonis ecclesiasticis, ab episcopo in vita administratis, et hoc prætextu bona quæuis eius, maxime paratam pecuniam inuadebant, et illa ad patrimonium ecclesiæ rapiebant; quia enim *res propriæ* episcoporum ab *ecclesiasticis* non semper accurate distinctæ erant, non leuis sæpe contentio inter *clericos* et *heredes ab intestato* oriebatur, *illis* bona defuncti, sub prætextu, quod essent ecclesiæ, diripientibus; *his* sibi vindicantibus.

Commendabant tamen patres episcopis, vt ecclesiam heredem relinquerent.

§. IV. Verum postquam IVSTINIANVS, prout *tit. de pecul. clericor.* dictum est, *distinctionem* et *separationem bonorum* publica roborauit lege limitata est *successio ab intestato*, et tantum restricta quoad *episcopos* ad bona *patrimonialia*, ita vt bona, ex prouentibus ecclesiasticis percepta, ad ecclesiam reverti deberent. Equidem in *concilio Agathensi c. 33.* anno 506. celebrato, ita cautum esse legimus: *Episcopus, qui filios aut nepotes non habuerit, alium, quam ecclesiam non relinquat heredem, c. 34. C. 12. q. 2.* ex quo euidens est, patres Agathenses intendisse, reliquos *cognatos* a successione prorsus excludere, et ecclesiæ vnice prospicere. Verum 1) hæc particularis constitutio *ius vniuersale* facere non potuit, et, si dicendum, quod res est, 2) merum *monitum* aut *consilium* continet, quo episcopos inducere voluerunt, vt testamenta de bonis suis conderent in fauorem *ecclesiæ*, prout recte censet GRANNANIETTO *ad c. 1. et 2. X. h. t. n. 5.* cum ex iis, quæ dicta sunt *tit. de pecul. clericor.* manifestum sit, potuisse episcopos *quoscunque heredes* instituere. Adhibebantur potissimum adhuc eo tempore bona ecclesiæ *in vsus pauperum*, adeoque inducere voluerunt episcopos, vt *pro anima sua in vsus pauperum* disponerent, et *laicis* exemplo suo præirent, quo etiam hi, præteritis consanguineis, eo promtius *pro anima sua* disponerent. Qui tantum legerit SALVIANVM *lib. I. sqq. aduersus auaritiam*, deprehendet, quan-

Digitized by Google

quanta ſollicitudine eo tempore doctores eccleſiæ laborauerint, vt *quoscunque* inducerent, ad diſponendum in fauorem pauperum, excluſis proximis, et conſanguineis. Nimius feruor eos ſæpe ad abſurdiſſima argumenta deduxit, quibus potiſſimum SALVIANI ſcripta in hac cauſa ſcatent. Quodſi ergo contra laicos quoscunque hoc vrſerunt, multo magis hoc vrgendum fuit contra epiſcopos, qui exemplar gregis eſſe debebant. Vnde etiam in *legibus Viſigorbicis lib. 4. tit. 2. c. 12.* ſucceſſio cognatorum in bona clericorum admodum reſtricta eſt, vt eo facilior ad ea eccleſiæ aditus eſſet. Verba legis ſunt hæc: *Clerici vel monachi, ſiue ſanctimoniales, qui vsque ad ſeptimum gradum non reliquerint heredes, et ſic moriantur, vt nihil de facultatibus ſuis ordinent, eccleſia ſibi, cui deſeruierunt, eorum ſubſtantiam vindicabit.*

§. V. Quamuis vero hæc *certo iure* conſtituta eſſent, vt quoad *epiſcopos* quidem *ſeparatio bonorum* ſollicite inſtitueretur, reliquorum vero *clericorum* bona indiſtincte heredibus ab inteſtato reſeruarentur, varia tamen attentata contra ea ſuſcepta ſunt. Quando *inferiores clerici* decedebant, ſolebant prælati eorum bona eccleſiæ vindicare, et heredes ab iis excludere. Hunc abuſum, quem prætextus, *eccleſiæ* proſpiciendi, procreauerat, tollendum eſſe cenſuerunt patres anno 615. in *concilio Pariſienſi V. c. 7.* diſponentes hunc in modum: *Comperimus denique, cupiditatis inſtinctu, deficiente abbate vel presbytero, vel his, qui per titulos deſeruiunt,* (h. e. parochis) *præſidium, quodcunque in mortis tempore dereliquerint, ab epiſcopo vel archidiacono diripi, et quaſi ſub augmentum eccleſiæ vel epiſcopi in vſum eccleſiæ reuocari, et eccleſiam DEI per pravas cupiditates exſpoliatam relinqui. Statuimus obſeruandum, vt neque epiſcopus aut archidiaconus exinde aliquid auferre præſumat, ſed in loco, vbi moriens hoc dereliquerit, perpetualiter debeat permanere.* Hic abuſus ergo grauior erat, quod nullum titulum epiſcopi allegare poſſent, bona talia heredibus ab inteſtato interuertendi, et eccleſiæ vindicandi. Nec enim prætextum, quod ex *reditibus eccleſiaſticis* acquiſita præſumerentur, allegare poterant, cum in bonis epiſcoporum tantum *diſtinctio bonorum* lege publica recepta eſſet. Proinde recte hunc abuſum damnarunt patres huius concilii.

Epiſcopi tamen et prælati per abuſum bona inferiorum clericorum ad ſe rapere conabantur.

§. VI. Quia tamen patres conſtanter docebant, bona ex *reditibus eccleſiaſticis* profecta ad eccleſiam reuerti debere, potiſſimum bona epiſcoporum clerici inuadebant, illaque hoc ſub prætextu eccleſiæ vindicare audebant. Contra tales inuaſiones varia decreuerunt patres paſſim in con-

Clerici bona epiſcoporum mobilia etiam eccleſiæ vindicarunt.

Digitized by Google

conciliis. Primo curauerunt, ne quid heredibus ab inteſtato ſubtraheretur. Hunc in finem anno 450. in *concilio Tarraconenſi c. 12.* hoc modo edixerunt: *Sicubi defunctus fuerit epiſcopus inteſtatus, poſt defunctionem eius a presbyteris et diaconibus de rebus ipſius inuentarium fideliter conſcribatur a minimo vsque ad maximum, id eſt, de vtenſilibus vel omni ſupellectile, ita tamen, vt ſi quis exinde vel præſumſiſſe aliquid vel occulte fuerit tuliſſe conuictus, ſecundum furti tenorem reſtituat vniuerſa.* Ita heredibus ab inteſtato proſpectum, vt illis hereditas ſalua et illibata reſtitueretur, et nullus *ſpolio* locus eſſet. Latius manaſſe hoc malum in Hiſpania videtur, vt tam facile eradicari haud potuerit, et ipſorum etiam epiſcoporum ædes expilatæ fuerint. Nam ſeuerius in huiusmodi direptores anno 524. regnante THEODORICO, Viſigothorum rege, in *concilio Ilerdenſi c. vlt.* ſtatutum eſt, cuius cauſam patres præmittunt. Aiunt: *Quia hæc ſanctio a multis clericis cognoſcitur violari, ita vt, occumbente ſacerdote, expectorato affectu, totaque diſciplinæ ſeueritate poſthabita, immaniter, quæ in domo pontificali reperiuntur, inuadant, et abradant.* Ius *ſpolii* hoc poſteri vocarunt, quod aliunde originem habere non videtur, quam quod clerici, defuncto epiſcopo, ſupponerent, omnem ſupellectilem ceteraque mobilia epiſcopi ex *reditibus eccleſiæ* profecta fuiſſe, et ſic ad *eccleſiam* redire debere. Non ergo ab initio hæc *ſibi* rapiebant, ſed *eccleſiæ*, tandem etiam *ſibi*. Ni me omnia fallunt, iam in *concilio hoc* tales expilationes in *vſus priuatos* notari videntur, quæ in quandam conſuetudinem abierunt. Inde cenſent patres: *Placuit, vt, defuncto antiſtite vel etiam in ſupremis agente, nullus clericorum quicquam auferre præſumat.* De *priuato ſpolio*, ſed *in vſus eccleſiæ* haud facto, patres diſpoſuiſſe, ſubiecta anathematis pœna, et quod hoc crimen ad *ſacrilegium* relatum fuerit, docet. Ne ſic tamen expilationes hæ exſtirpari potuere, ſed adhuc per plura ſecula continuatæ ſunt, quod clerici forſan ſe eccleſiam conſtituere crederent.

Sub prætextu, quod mobilia ex bonis eccleſiæ eſſent acquiſita, paſſim hæc clerici eccleſiæ vindicabant.

§. VII. Vt enim paucis rem, per plura ſecula variis dubiisque fatis geſtam, complectar, adeo ius hoc iniquum *ſpolii* continuatum eſt, vt clericis quidem *inferioribus* ſubtractum, ſed in *potentiorum* manus translatum fuerit. Exercuere enim id per plura ſecula imperatores, pontifices, epiſcopi, non quod vniuerſam raperent ſubſtantiam, ſed quod *mobilia ſupellectilemque* ſibi vindicarent, heredibusque ab inteſtato ſubtraherent, et quidem *iure eccleſiæ*, cui hæc deberi credebant, ideo quod, quæ in *mobilibus* ſupereſſent, ex bonis eccleſiaſticis comparata eſſe viderentur. *Inferioribus* clericis id ſubtractum eſſe dixi, qui facilius coerceri poterant.

Digitized

rant. Prætextum *eccleſiæ* allegabant, ſed ſibi magis proſpiciebant. Nova hinc inde remedia excogitata, ne vel *eccleſiæ* præiudicium fieret ratione eorum, quæ ex bonis eccleſiaſticis a defuncto epiſcopo acquiſita ſunt, nec heredibus ab inteſtato iniuria inferretur. Vnicum tantum huc refero, quod in *Toletano concilio IX. c. 4.* anno 655. hac de re cautum, et a GRATIANO in *c. 1. C. 12. q. 4.* repetitum eſt. Decernunt Toletani hoc modo: *Hi vero, qui ſuarum rerum noſcuntur habere compendium, ex omni re, quam poſt ordinationis ſuæ diem viſi ſunt acquiſiuiſſe, ſiue nulla, ſiue aliqua ſint inſtrumenta confecta, compenſatione tam iuris ſui quam rerum ſuarum habita, ſi ſe vtriusque quantitas exæquauerit, inter eccleſiam et decedentis heredes æquo iure conquiſitio pertinebit.* Sed magis inferiores clerici ab hoc iure excluſi ſunt, poſtquam potentiores, comites ſcilicet vel aduocati, *exuuias epiſcoporum* ex iure, quod in *eccleſiam* prætendebant, ex quo eccleſiæ debita *ſibi* deberi credebant, ad ſe raperent, quod intolerabile viſum fuit patribus. Hinc plura pro rebus epiſcoporum cuſtodiendis ſancita ſunt.

§. VIII. Reges *vacantes eccleſias* et *epiſcopatus* in ſuam *cuſtodiam* contra tales deprædationes paſſim ab initio recipiebant, et tanquam *patroni* earum defenſionem gerebant, paulatim maius ius ſibi vindicabant, eas conferebant, et magna cum libertate de iis diſponebant. Inde tandem non tantum reditus vacantis eccleſiæ *iure regaliarum* percipiebant, ſed quæ ex hereditate defuncti *eccleſiæ* debebantur, ſibi vindicabant, ex *iure ſupremo* in eccleſias. Explicuit hoc ius imperatorum ſpeciali diſſertatione MEIBOMIVS *de iure quondam antiquo et antiquato cæſar. German. in decedentium maior. prælat. relict. poſſeſſ.* quam *tom. III. rer. German. p. 185.* inſeruit. Omnes conatus adhibuit pontifex, vt huic iuri imperatores renunciarent. Obtinuit tandem, quod diu in votis habuerat pontifex, et OTTONEM IV. *anno 1198.* induxit, vt ſolenni more ei renunciaret. Diplomata hoc docentia adducunt MEIBOMIVS *cit. l.* SCHATEN. *lib. IX. annal. Paderborn. ad ann. 1198. p. 915. 917. et 956.* TOLNERVS *in hiſtor. Palat. in eod. diplom. p. 66.* KETTNERVS *in antiq. Quedlinburg. p. 217.* Sed quod in imperatoribus reprobauerant, hoc *pontifices* ſeculo XIV. in ſe admodum probarunt, decedentium prælatorum ſupellectilem aliaque bona, quæ *eccleſiæ* deberi videbantur, diripientes ſub *iure ſpolii*, quod nomen iniquo huic iuri merito inditum eſt, cum *eccleſiæ ius* ſuum ſpoliaretur, docentibus MEIBOMIO *cit. l.* et THOMASSINO *P. III. de vet. et nou. eccleſ. diſc. lib. 2. c. 57. §. 5. ſqq.* quo ipſo etiam legitimis heredibus ab inteſtato non leuis iniuria illata eſt. Sed nec *epiſcopi prælatique* manus

Poſtea reges iure ſupremo in eccleſias hæc ſibi aſſerebant.

Poſtea etiam pontifices.

Imo et epiſcopi.

manus a præda liberas gesserunt. Credo, eos ad *ius spolii* exercendum ea occasione inductos fuisse, quod tandem *distinctio bonorum*, quæ antea in solis episcoporum hereditatibus obseruabatur, eorum patrimonio applicari cœperit, de quo *tit. de pecul. cleric.* actum est. Supponebant, in *dubio* credendum esse, supellectilem aliaque mobilia, quæ clerici reliquerant, ex bonis ecclesiæ esse profecta, et ita *ad ius ecclesiæ* pertinere, obseruante etiam ESPENIO *P. II. iur. eccles. tit. 33. c. 8. §. 11.* Et quia iuxta doctrinam CYPRIANI ecclesia in *episcopis* constituta esse dicitur, non potuere non hoc vsibus suis applicare, maxime cum episcopi mensa a capituli bonis iam esset distincta, et ille non amplius adeo intime cum hoc cohæreret, quolibet seorsim res suas habente et administrante. Inde quicquid *ecclesiæ* deberi dicebatur, episcopi *sibi* deberi, et sui iuris esse credebant, vt vel ex *c. 12. X. de testam.* constat, in quo ALEXANDER III. hanc philosophiam reprobat, putatque, episcopum cum clero reliquo *eam* constituere, quo ipso tamen *ius spolii* non sublatum, sed tantum *episcopo* soli subtractum, simulque *capitulo* assignatum est, vt §. *seq.* declarabo.

Inde iura spolii, quorum rationes euoluuntur;

§. IX. Hæc mala peperit *distinctio bonorum*, quibus tamen heredibus ab intestato sæpissime non leuis iniuria illata est. Interim hæc etiam in *successione ab intestato* propagata, et in *concilio Lateranensi* sub ALEXANDRO III. stabilita, vnde desumtum est *c. 7. X. de testam.* ibi: *siue intestati decesserint, siue aliis conferre voluerint, penes ecclesias eadem bona præcipimus remanere.* Quia vero sub nomine *ecclesiæ* episcopi, prout antea dixi, volebant intelligi, noua declaratione hoc ALEXANDER III. *in c. 12. eod.* illustrauit, distinguendo, vtrum *collegium*, an *vnus* tantum præsit ecclesiæ, vt priori casu toti collegio, non soli episcopo hæc bona obuenirent; posteriori casu vero vsibus successoris ea cederent, et cum bonis illi officio destinatis coadunarentur. Denique quia persuasio inuaserat plerosque, bona *mobilia* ex prouentibus ecclesiasticis esse profecta, *immobilia* vero iure hereditario siue aliunde acquisita, etiam hac de re consultus ALEXANDER III. in *c. 12. cit.* constituit, quod *generaliter bona qualibet per ecclesiam acquisita eis iuxta Lateranense concilium post acquirentis obitum remanere deberent.* Nihilominus tamen communis illa persuasio, quod *mobilia* ex prouentibus ecclesiasticis fuerint comparata, ad vsum quotidianum, in plerisque locis duràuit, quod *ius spolii*, sola mobilia afficiens, postea constanter ab episcopis exercitum, docet. Inde iuris huius decantati, quod *spolium* vocant, natales sunt repetendi. Duo in eo potissimum *abusus* obseruabantur: 1) quod temere crederent, *mobilia* et *supellectilem* cle-

et abusus demonstrantur.

Digitized by Google

clericorum ex prouentibus eccleſiaſticis fuiſſe comparata, adeoque hæc ſine vlteriori inquiſitione per canones deberi *eccleſiæ*, in quo tamen heredes ab inteſtato ſæpe lædi poterant: II) quod, quæ *eccleſiæ* tum per legem IVSTINIANI, tum per canones ex hereditate epiſcoporum ceterorumque clericorum addicta erant, non *vſibus pauperum* applicarentur, quorum gratia *diſtinctio bonorum* inualuerat; ſed alii ſub prætextu *eccleſiæ* hæc ad ſe raperent; partim *aduocati*, ob ius *defenſionis* et *aduocatiæ*, quam late extendebant; partim *reges*, ob ſupremum *ius patronatus*, quod vocant; partim *papæ*, quod hi *dominos* omnium eccleſiarum ſeſe crederent; partim *epiſcopi* reſpectu ſuorum clericorum, quod *eccleſiæ* voce ſe intelligi crederent, et ſic quæ *eccleſiæ* hoc lucro hereditario eſſent acquiſita, ad ſuam menſam, non ad vniuerſi clericorum cœtus commodum ſpectare deberent. Atque inde IVS SPOLII nihil aliud fuit, *quam ius vindicandi omnia bona mobilia clericorum ſub hoc prætextu, quod ex reditibus eccleſiaſticis præſumantur comparata, vigore iuris, quod in eccleſiam vindicans habere prætendit, vel habet.* Tractatus aliquot de *ſpoliis eccleſ.* coniunctim Romæ edidit anno 1650. IVLIVS CAESAR LVCIVS DE CALLIO.

§. X. Quamuis vero *ius ſpolii*, quod vocant, legitimo deſtituatur titulo, etiam ALEXANDER III. *in c. 12. X. de teſtam.* errorem illum notauerit, quod ſub voce *eccleſiæ* non intelligatur epiſcopus ſolus, parum tamen hac explicatione proſpectum eſt eccleſiæ, cum eius interpretatio doceat, ad minimum lucro cedere debere *clericorum* hæc bona, vt patrimonium clericorum inde augeatur, et fructus percipere poſſent. Imo, quod mirandum eſt, *ius ſpolii* epiſcopi poſt hæc tempora adhuc continuarunt, ſibique ſolis *mobilia* quæuis decedentium clericorum vindicarunt. Colligo hoc ex BONIFACII VIII. conſtitutione in *c. 9. de offic. ordin. in 6.* qua de nouo illud reprobauit ſanciendo: *Præſenti prohibemus edicto, ne epiſcopi vel eorum ſuperiores aut abbates, ſeu quiuis alii regulares aut ſeculares prælati, aut eccleſiaſticæ quæcunque perſonæ, vacantibus dignitatibus, etc. eorundem bona morientibus eorum rectoribus vel miniſtris -- occupare, aut in ſuos vſus conuertere quoquo modo præſumant.* Parum tamen hac conſtitutione profecit, quia ſtatim hanc ſubiicit limitationem, quæ fere antecedentem prohibitionem ſuſtulit: *Niſi de ſpeciali priuilegio vel conſuetudine iam præſcripta legitime, ſeu alia cauſa rationabili, hoc eisdem competere dignoſcatur*, quo ipſo pleriſque epiſcopis *ius ſpolii*, h. e. *ius acquirendi bona mobilia clericorum* confirmatum eſt, quia plerique epiſcopi per aliquot ſecula hoc ius rigoroſe exercuerant, indeque *conſuetudinem* facile euincere poterant, quæ adhuc in pluribus epiſcopatibus obtinet.

Conſuetudine tamen hoc ius a quibusdam epiſcopis conſeruatum eſt.

Teſtis eſt ESPEN. *cit. l.* §. *12.* quod in *diœceſi Leodicenſi*, presbyteris aliisque beneficiatis *ab inteſtato* decedentibus, eorum mobilia adhuc hodie ad epiſcopum pertinere, et heredes ab inteſtato cum eo vtplurimum de illis tranſigere, et bona hæc redimere ſoleant. Addit *cit. l.* §. *14.* in *Belgio* paſſim capitula mobilia canonicorum, ab inteſtato decedentium, bona ſibi vindicare, quod occaſione *conſtitutionis Alexandrinæ* in *c. 12. X. de teſtam.* facile introduci potuit. Nec papa *ius ſpolii* deferendi animum habuit, vt vel indultum *epiſcopo Hildeſienſi* datum, et *tit. antec.* adductum docet, quamuis forſan rarior hodie eius vſus ſit, cum plerique epiſcopi tale indultum impetrare ſoleant.

Paucis euolvuntur fata ſucceſſionis ab inteſtato in bona clericorum.

§. XI. Vt ergo praxin pontificiorum paucis complectar, ad hæc membra omnis ratio *ſuccedendi ab inteſtato* redire videtur. (I) Clerico ab inteſtato decedente, *mobilia* habentur loco eorum, quæ ex *reditibus eccleſiaſticis* profecta eſſe videntur, adeoque ſcrupuloſa diſtinctio bonorum, vnde prouenerint, vix amplius exigitur. (II) Ius hoc vindicandi mobilia tantum obtinet in *ſucceſſione ab inteſtato.* Si enim clerici vel ex *indultu* pontificis, vel ex *conſuetudine* teſtamentum condunt, *ius ſpolii* ceſſat. (III) Vbi *ius* illud *ſpolii* plane deſiit, vt *in Gallia*, heredibus ab inteſtato *indiſtincte* hæc bona deferuntur, teſte ESPENIO *P. II. iur. eccl. tit. 33. c. 8. n. 19.*, quod ius etiam *in Germania* obtinere credo, cum etiam conſtet, in ipſis capitulis adhuc *annos gratiæ* ex reditibus eccleſiaſticis deberi heredibus, et præterea eos teſtamenta hodie condere poſſe. GALLVS *de fructibus diſp. 37. art. 1. n. 79. ſeq.* SARMIENTO *de redit. eccleſ. P. II. c. 8.* Quod ergo heredes *extranei* ex teſtamento percipere poſſunt, id maiori ratione ſibi vindicabunt heredes *ab inteſtato*, niſi epiſcopus *ius ſpolii* adhuc in hoc caſu ex more priſtino exercere poſſit. (IV) Si epiſcopi *indultum papale* impetrarunt, libere de bonis ſuis diſponendi per vltimam voluntatem, illi inſeri ſolet *clauſula*, quod *heredes ab inteſtato* quoque *admitti* debeant. Adduco rurſus clauſulam huc pertinentem ex *licentia papali* apud B. STRYKIVM *tr. de caut. teſtam. in append. n. 10.* quæ huius tenoris eſt: *Quodſi contigerit, te ab inteſtato et ſine vlla vel cum minus valida bonorum et rerum et fructuum, redituum et prouentuum prætactorum diſpoſitione, vel non condito a te teſtamento, ſeu factis aliis diſpoſitionibus, ab humanis decedere, omnia et ſingula bona, res et iura, vt præfertur, qualificata ad cameram apoſtolicam prætactam non pertineant; ſed ad heredes tui ſanguinis deueniant.* Erat camera apoſtolica fundata ex praxi antiqua quoad *mobilia*, inde neceſſum fuit, vt etiam heredibus ab inteſtato ſecuritas quæreretur. Ceterum

terum quæ ſint antiquorum iuris pontificii interpretum diſtinctiones circa ſucceſſionem in bona, ex reditibus et officio eccleſiaſtico profecta, plenius tradit NICOLAVS DE VBALDIS *de ſucceſſ. clericor. P. II.*

§. XII. Circa ordinem ſuccedendi *clerici* non adeo diſtinguuntur a *laicis*, imo etiam ipſa computatio *iuris ciuilis* hic expreſſa approbata eſt. Quandam tamen etiam hic diuerſitatem obſeruant. Notum eſt, quod *liberi naturales* matri et maternis ſuccedant, quibus hodie æquiparantur *ſpurii* ex iuris canonici ſententia, qua concubinatus *fornicationi* et *ſtupro* æquiparatus eſt. Conſtat vero, clericis *maiorum ordinum* abſolute *matrimonia* eſſe prohibita, tum *canonico* iure, *tit. X. de cleric. coniug.* tum *ciuili*, ſaltim a IVSTINIANI temporibus. *l. 45. C. de epiſc. et cleric.* Tanta autem ſeueritate IVSTINIANVS hæc coniugia damnauit, vt conſtituerit in *cit. l. 45. ne quidem legitimos et proprios eſſe eos, qui ex huiusmodi inordinata conſtupratione* (ita vocat matrimonium clericorum) *naſcuntur, aut nati ſunt, ſed eam, quæ ex talibus ſeminibus oritur, participari turpitudinem. Tales enim*, pergit, *eos eſſe diſponimus, quales quos leges ex inceſtis aut nefariis natos nuptiis definiunt, ita vt neque naturales aut notbi, ſeu ſpurii intelligantur, ſed prorſus et vndique prohibiti et ſucceſſionis genitorum indigni, ac nec donationem ab illis capere poſſint, neque bi neque borum matres, nec per interpoſitas quidem perſonas, ſed omnibus in bos collatis a patribus beneficiis ad ſanctam eccleſiam, ex qua ſunt, quia talia deliquerunt, reuertentibus.* Facta eſt hæc conſtitutio *anno 530.* ſed reuera admodum *dura* eſt. Nam (1) nuptias contrahentes clerici maiorum ordinum, *ſacerdotio* ipſo et *dignitate* priuantur, quod etiam cautum eſt in *nou. 22. c. 42. nou. 123. c. 14.* et tamen (2) ita expulſi a clero et ſacerdotio non iubentur vxores ſuas dimittere, ſed tantum matrimonium eorum tanquam *illegitimum*, ſeu *inordinata conſtupratio*, reputatur quoad *effectus ciuiles*, adeo vt (3) liberi inde nati *inceſtuoſis* æquiparentur, nec parentibus ſuis ſuccedere queant, cum tales nec matri ſuccedant. Imo (4) hoc locum etiam habere debeat in liberis non tantum *natis*, conſtante ſacerdotio; ſed et qui *naſcuntur*, h. e. poſt priuationem ſacerdotii, forſan ex hac ratione, quod hoc matrimonium ratione *originis* prorſus ſit nullum. Nec (5) hoc correctum videtur per *nou. 22. c. 42.*, vt cenſet DION. GOTHOFREDVS *in not. ad cit. l. 54.* quod in *cit. nou.* clerici contrahentes nuptias ſuis adhærere vxoribus iubeantur; id enim tantum de *clericis inferiorum ordinum* intelligendum eſt, vt contextus docet. Equidem (6) iure canonico hoc catenus immutatum, vt clericorum matrimonia ſint nulla, ſaluo ſa-

An liberi clericorum ſuccedant, qui matrimonium de facto contraxerunt?

cerdotio, interim tamen *liberis* clericorum non prospicitur, vtpote qui ex *illegitimo coitu* etiam nati censentur. *t. t. X. de cleric. coniugat.* Ceterum postquam inter *protestantes* clerici recte coniugia contrahunt, liberi quoque ex horum matrimonio nati sunt *legitimi*, et *ab intestato* succedunt. Imo si vel maxime clerici *cœlibes* extra matrimonium procreaverint liberos, eos *spurios*, non vero iuxta *l. 45. cit. incestuosos* esse crederem, et sic successionis participes *maternæ*. Nec enim quod ex immaturo zelo IVSTINIANVS contra matrimonia clericorum constituit, et contra humanitatem sanxit, temere est extendendum.

Clerici non relinquunt res expeditorias.

§. XIII. Præterea sicuti clerici ad *successionem rerum expeditoriarum* non admittuntur, ita quoque nec *res expeditorias* relinquunt, iuxta *ius prouinc. Saxon. lib I. art. 5.* Von des Pfaffen Guth nach seinem Tode nimmt man keine Gerade, es wird alles zu Erbe geschlagen, was er nach sich verläst. Olim tantum *expeditorias res* relinquebant, qui erant de *genere equestri*, qui *militiæ* operam dabant, a qua *clerici* prorsus abstinere iubentur. Nam *lib. I. art. 27. in f.* dicitur: Welcher Mann von Ritters-Art nicht ist, und des Heerschildes nicht hat, der lässet nach sich allein Erbe zu nehmen, wenn er gestirbet, und kein Heergewette. Dissensisse tamen collegia Saxonica hac in re, patet ex iis, quæ tradit BERLICH *P. III. concl. 39. n. 69.* quamuis *in Saxonia* hodie CARPZOVII sententia *P. III. C. 38. def. 39.* præualeat. Conf. IDEM *lib. I. iurispr. consist. def. 180.* Iam olim hæc quæstio inter *consultationes consist. Saxonicas*, quæ *anno 1572.* AVGVSTO, electori Saxoniæ, exhibitæ, et *anno 1599.* editæ sunt, relata est, et quidem *lib. II. P. I. quæst. 41.* vnde quædam excerpere lubet. Aiunt consultatores: Die Schöppenstühle stimmen dieses Artickels halben nicht überein. Dann etliche sprechen auch den Evangelischen Priestern das Heergewette zu, propterea quod a militia armata ad militiam cœlestem recte ducatur *iure nostro argumentum. gloss. fin. in l. miles in pr. de re iudic.* cum simili, et quod propterea ad *feudorum* successionem admittendi sunt, et per *substitutos* seruitia præstare possint, et debeant, wie droben in materia feudorum weitläuftig ausgeführet. Die andern aber sprechen den Evangelischen Priestern kein Heergewette zu, denn zu geschweigen, daß die Priester der Lehngüter regulariter nicht fähig, *c. 1. de milit. vasall. qui arm. bell. deposs. c. 1. §. ex hoc de feud. fem. et in c. 1. in fin. an mut. vel alias imperf.* So ist auch in den Sächsischen Rechten klärlich versehen, daß diejenigen, welche das Heergewette verfallen und erben sollen, von Ritters-Art oder ja aufs wenigste weltliche Personen seyn müssen, text. est manif. in

art.

Digitized by Google

art. 22. punct. ibid. gloss. in fin. Land-R. Und wiewol etliche der Meynung sind, quod clericus in *feudum* succedere, et per *substitutum* servire possit, so ist gleichwohl hinwieder verior et iuri conuenientior sententia, quod clericus per substitutum regulariter seruire non possit, sicque etiam in feudo non succedat, prout in vtramque partem disputat ac latissime declarat CVRT. *in tr. feud in 2. p. 13. q. princip.* vbi etiam ad argumenta contraria sigillatim respondet, et notat CRAVET. in *cons. 303. quæritur, an magnificus in princ. dicens*: quod in feudo proprio (de quo nos loquimur) censeatur electa industria personæ in obeundis vel præstandis seruitiis, per ea, quæ ibid allegat. Ob wenn gleich solches in den gemeinen Lehn-Rechten nicht verordnet, und also die Evangelische Priester der Lehn indistincte fähig seyn möchten, so wäre dennoch solches ad propositum nostrum auch nicht gnug, sintemal gewiß, daß die Priester nicht weltlich, und doch gleich, vermöge der Sächsischen Recht, des Heergewetts jemand denn weltliche Manns-Personen fähig seyn können, wie der Gloss. klärlich bezeuget in *d. art. 22. ad fin.* Land-Recht. Und weil denn hæc controuersia opinionum per specialem prouisionem wird entschieden werden müssen, so will unter andern im Fall, da vielgemeldte Evangelische Priester, und Kirchen-Diener, des Heergewettes fähig zu achten, auch auf den casum conuersum zu gedencken seyn, nemlich, ob und wie weit ietztgedachte Prediger und Kirchen-Diener hinwieder das Heergewette verfallen sollen, und wird dennoch dafür gehalten, daß sich auf obberührten Fall nicht wohl schicken wolte, daß vielgedachte Prediger und Kirchen-Diener Heergewette nehmen, und hinwieder keines verfallen solten. Es wäre denn Sach, daß sie ausserhalb den Stück, so zum Heergewette gehörig, sonst nichts verliessen, oder aber ihre Kinder an ihrer gebührenden väterlichen legitima verkürtzt würden, (wie sie denn gemeiniglich nicht viel pflegen zu verlassen) auf den Fall solte nicht unbillig seyn, daß sie den Kindern an statt der legitima, oder zu Erfüllung derselben, gelassen würden.

§. XIV. De *canonicis* maior dubitandi ratio est, qui *A. C. addi-* An cano-
cti sunt. Hos enim a successione in *bona geradica* excludunt, quod nici?
non sint tales clerici, quibus ius succedendi in bona *vtensilia* datum est. Diserte in *libr. I iur. Sax. prouinc. tit. 5.* clerici, geradæ capaces, ita definiuntur: Man mag auch keinen vor einen Pfaffen achten, er sey denn gelehrt und geweihet. Iam autem canonici nostri *ordines* non recipiunt, et inde iis *geradam* non deberi, cum GOLDBECKIO statuit GEORG. WERNER. *diss. de iure succed. in Heergewett. th. 8. in not.* Quod

ſuppoſitum ſi verum eſt, ipſimet neceſſario ad ſucceſſionem in *res expeditorias* admitti, et conſequenter ipſi quoque res expeditorias poſt ſe relinquere debent. Adhuc tamen illud dubium ſupereſt, quod, licet ordines non recipiant, ſoluant tamen *pretium pro redimendis ordinibus*, et ita *redemtis ordinibus* ad talia ſe legitiment, quæ *receptionem ordinum* deſiderant, veluti quod votum ſeſſionemque in capitulo exèrceant, quæ alias tantum his, qui ordines acceperunt, conceſſa ſunt. Idem multo magis dicendum de *ædituorum* et *cantorum* ſucceſſione, vt ex ſeq. reſponſo facult. noſtræ iurid. *menſ. Dec. 1716.* liquet:

Ob wol ſonſten die Cantores und Küſter unter die clericos minorum ordinum mit gerechnet werden,

CARPZOV. *P. I. iurispr. conſiſt. def. 75.*
MEV. *P. VII. dec. 27. n. 3.*

ſie alſo auch derer iurium clericalium theilhaftig ſind, und dann nach dem iure Saxon. bekant iſt, quod, ſicuti clerici non ſuccedunt in rebus expeditoriis, ita eas nec relinquant.

CARP. *P. III. C. 38. def. 39.*

Weil aber dennoch in den gemeinen Sachſen-Rechten expreſſe dieſes verſehen: Man kan auch keinen vor einen Pfaffen achten, er ſey denn gelehrt und geweiht;

ius prou. Sax. lib. I. tit. 5.

und dahero ad effectum ſingularem ſuccedendi keine andere clerici, als geweihete Prieſter, verſtanden werden, die andern hergegen, ſo nicht geweihet, und dahero vordem ad militiam nicht gantz incapable waren, von dem Heergewette nicht ausgeſchloſſen werden, alſo auch ſolche hinwiederum ihren Erben verlaſſen, ſo gar, daß man auch denen proteſtirenden Dom-Herren, welche nicht geweihet werden, das Heergewette nicht denegiret, dieſelbe auch ſolches ihren Erben verlaſſen:

GEORG. WERNER. *de iur. ſucced. in Heergewett. theſ. 8. in not.*

So halten wir davor, daß bey eines Cantoris Erbſchaft das Heergewette prætendiret werden könne.

De ſucceſſione ſtatutaria in bonis clericorum varia Dd. ſententia.

§. XV. Sunt præterea varia *ſtatuta particularia*, ſucceſſionem determinantia, maxime quoad *coniuges*, de quibus magnopere dubitatur, an etiam clericorum in bonis obſeruari debeant? Sic ſecundum *ſtatuta Soltquellenſe, Mindenſe* et plura alia, ſuperſtes coniux defuncto in vniuerſa bona ſuccedit, ſi deficiant liberi: an ergo etiam *vidua* illius loci

Digitized by Google

loci marito paſtori ita ſuccedit, an vero potius ſecundum *ius prouinciale Marchicum* tantum dimidiam, collatis propriis, capit? *Pontificii* vtplurimum docent, quod in *ſucceſſione clericorum* non ſtatuta particularia, ſed ordo iuris communis attendi debeant, cum quo teſtator, ſtatuto non ſubiectus, ſe potius confirmare voluiſſe videtur, vt docet cardinal LVCA *in theatr. ver. et iuſt. vol. IV. de teſtam. diſc. 25. n. 12. et vol. VI. de ſucceſſ. ab int. diſc. VI n. 10. ſqq.* Adfert ibidem *ſtatutum Tudelinum*, excludens feminas propter maſculos, et eius occaſione quæſtionem format: an ſecundum illud ſuccedi debeat in bona defuncti *clerici*, quamvis contentio inter ſolos ſit *laicos*? Ipſemet tamen Cardinalis de hac deciſione magnopere dubitat, tum, quod *laici* hic ſint ſucceſſores, et ſic præſens ſtatus bonorum, quo ſucceditur, obſeruari debeat; tum etiam, quod bona *non* ſint *exemta* a iurisdictione loci et oneribus laicalibus. Etiam inter *proteſtantes* hac de quæſtione contentionem eſſe, docet SCHILTER. *lib. I. inſtit. iur. canon art. 18. §. 17.* Plerique diſtinguunt inter *mobilia* et *immobilia*. De *ſucceſſione in hæc* pauciores dubitant, quod quoad illa regulariter ſuccedatur ſecundum ſtatuta loci, quibus hæc ſubiecta fuere, et ſic quoque *clerici* ratione illorum ſubiecti ſint ſtatutis localibus. CARPZOV. *lib. III. iurispr. conſiſt. def. 8. n. 1.* B. STRYK. *de ſucceſſ. ab inteſt. diſſ. 1. c. 4. §. 4.* B. HERTIVS *de colliſ. legum ſect. 4. §. 34.* In *mobilibus* diuerſam eſſe cauſam ſtatuunt, quod hæc, ſicut *nomina*, ſequantur perſonam, et ita ex eius iure æſtimari debeant? Inde, quia clerici non ſubiacent *loci ſtatutis*, ſed potius *iuri prouinciali*, ſecundum hæc in *mobilibus* et *nominibus* iis ſuccedi debere, aſſerunt B. STRYK. et HERT. *cit. l.* Prorſus in diuerſam abit ſententiam CARPZOV. *cit. l. n. 10. ſqq.* putatque, etiam in *mobilibus* clericis ſuccedendum eſſe ſecundum *ſtatuta localia*. Hæc enim æque obligare clericos ac laicos, arbitratur, eosque ſolummodo ratione *fori*, in honorem miniſterii, eſſe exemtos a *iurisdictione oppidana*, ſed extra hunc caſum manere membra ciuitatis. Rurſus ab vtraque ſententia diuortium facit SCHILTER. *cit. l.* et clericis tam in *mobilibus* quam *immobilibus* ſuccedi non ſecundum *ſtatutarium*, ſed *ius prouinciale* ſeu *commune* cenſet.

§. XVI. Equidem primam ſententiam, diſtinguentem inter bona *mobilia* et *immobilia*, fere *in praxi* eſſe receptam, animaduerto. Secundam vero ab omni *probabilitate* alienam, tertiam vero *rationi iuris* conformem eſſe iudico. Ipſe CARPZOVIVS *cit. l. n. 19. profeſſores* ab omni magiſtratus oppidani iurisdictione exemtos eſſe, adeoque huius ſtatuta in eorum ſucceſſione non eſſe obſeruanda cenſet, quidni ergo etiam

Iudicium de his ſententiis cum deciſione.

Digitized by Google

etiam idem dicendum eſſet de *clericis*, qui itidem *regulariter* ab omni magiſtratus oppidani iurisdictione exemti ſunt, nec profeſſores ab initio aliter exemti fuerunt, quam ad imitationem clericorum? Itaque SCHILTERI ſententiam vel ideo *de iure* veriorem eſſe credo, quod in ſucceſſione ab inteſtato agatur non de *rebus* primario, ſed de *iure hereditario*, quod vel *iure prouinciali* determinatum eſt, vel *iure ſtatutario*. Non huic ſubiecti ſunt clerici, ſecundum principia iuris canonici, quibus vtimur, ſed illi, et ita ſecundum illud de *iure ſuccedendi* iudicandum eſt. A defuncto hoc defertur in heredes, et ita *illius*, non *horum* qualitatem intueri debemus. Liquet quoque id inter alia eo in caſu, ſi nullis relictis heredibus decedit clericus, quo caſu non magiſtratus loci, ſed *eccleſia* ſuccedit. Equidem *actiones reales* contra clericum etiam inſtitui poſſunt in foro, vbi res ſunt ſitæ; hoc vero inde eſt, quia in his actionibus ſimpliciter *in rem* agitur, contra *poſſeſſorem qua talem*. Ceterum quando de *ordine ſuccedendi*, ſeu de *iure hereditario* quæritur, mera *quæſtio iuris* enaſcitur, contenditurque, *vtrum defunctus ſecundum ius prouinciale, an ſtatutarium ius ſuccedendi in heredes ſuos transtulerit?* adeoque ex perſona *defuncti* æſtimandum, quo iure ſucceſſio deuolui debeat? Si ex *foro rei ſitæ*, quod communiter volunt, ſucceſſio adornanda eſſet, CARPZOVII ſententia vinceret, cum etiam in *mobilibus* contra clericos agi poſſit in foro rei ſitæ, vt recte aſſerunt MEVIVS *P. 4. dec. 74. et P. 6. deciſ. 347.* BERGERVS *in diſcept. for. tit. 4. ord. proc. Saxon. obſerv. 8. not. 2.* MARTINI *ad proc. Sax. tit. II. §. 2. num. 214.* CARPZOV. *lib. I. reſp. 101.* RICHTER. *P. III. dec. 105. n. 44. ſeq.* MAVRITIVS *vol. II. conſ. 8. num. 66.* LAVTERBACH. *ad tit. de iudic. §. 52. in f.* Ceterum, quando clerici in *ciuilibus* ſubſunt magiſtratui oppidano, quod in quibusdam locis receptum, non dubium eſt, quin ſecundum *ſtatuta loci* ſucceſſio inſtitui debeat, conf. *ſupra tit. de conſtitut. §. CVIII.*

Clerico ſine heredibus decedenti, ſuccedit eccleſia.

§. XVII. Denique, ſi, nullis relictis heredibus, clericus moritur, bona *vacantia* non *fiſco*, ſed *eccleſiæ*, in qua conſtitutus fuit, deferuntur, per *l. 20. C. de epiſc. et cler. auth. licentia C eod. in f nou. 131. c. 13.* In *concilio Triburienſi* idem cautum eſſe, refert GRATIANVS *c. 7. C. 12. q. 5.* quamuis in eo textus iuris canonici non deprehendatur. Verba eius ſunt: *Quicunque ex gradu eccleſiaſtico ſine teſtamento et cognatione deceſſerit, hereditas eius ad eccleſiam, vbi deſeruiuit, deuoluatur.* Forſan deſumtus eſt hic canon ex *capitul. Carolin. l. 5. c. 173. et in addit. 3. Ludouici c. 17.* vbi hæc eadem verba fere occurrunt. Hunc ſenſum etiam inter-

Digitized by Google

terpretes adſcribunt textui in *c. 1. X. de ſucceſſ. ab inteſt.* vt docet GONZALEZ et GRANNANIETTO ad *cit. c. 1.* quamuis vix ille inde deduci poſſit. Aperte ex adductis textibus liquet, bona vacantia defuncti clerici deferri non *epiſcopo*, ſed *eccleſiæ*, cui defunctus deſeruierat, h. e. eius patrimonio, ſicuti alia quoque collegia hoc ius ſpeciatim impetrarunt. Hæc eſt ſimpliciſſima legum canonumque ſententia; videamus, quæ ſit interpretum. *Pontificii* itidem vno fere ore docent, *eccleſiam*, *cui defunctus deſeruierat*, ſuccedere; ſi nec eccleſiam nec beneficium habuit, (nam multi ad ſolum titulum *patrimonii* apud eos ordinantur) ſuccedere epiſcopum iure *fiſci*, quod ei aſſignant. Si clericus *plura* habuit beneficia, bona eius inter eccleſias, iuxta proportionem redituum, ex ſingulis eccleſiis perceptorum, *diuidenda* ſunt. *c. 12. X. de teſtam.* ENGEL *ad h. tit. n. 22.* BARBOSA *de offic. epiſc. alleg. 107. n. 16. ſeqq.* WIESTNER. *ad h. tit. n. 17. et 18.* Audiamus etiam *proteſtantes.* SCHILTERVS *lib. I. inſt. can. tit. 18. §. 17.* ait, hoc caſu ſuccedere *epiſcopum aut ſummam poteſtatem ſacram.* Non vero ſatis determinat, quis eam habeat. Mox enim hanc ſoli *principi*, mox *eccleſiæ*, ex tribus ordinibus conſtanti, adſcribit. Cum vero *epiſcopi* mentionem faciat, credibile eſt, eo nomine *principem* intellexiſſe, cui *iura epiſcopalia* paſſim attribuit, licet ita a mente legum admodum declinet. Princeps ſane non eſt *eccleſia*, cui ſucceſſio in iure tributa eſt, ſicuti olim ALEXANDER III. in *c. 12. X. de teſtam.* recte cenſuit, voce *eccleſiæ* epiſcopum intelligi haud debere. CARPZOVIVS *lib III. iurispr. conſiſt. def. 9.* adhuc magis recedit a mente legum et canonum, putatque, *immobilia* cedere *magiſtratui loci*, vbi ſunt ſita, quod horum intuitu clericus eius ſubditus fuerit, quod tamen duntaxat ratione *fori*, non vero *abſolute* eſſe intelligendum, ſupra dixi. Leges ſane, non habita ratione bonorum defuncti clerici, hereditatem aſſignant *eccleſiæ*, quamuis eo tempore quoque forum rei ſitæ in vſu fuerit. *Mobilia* vero non magiſtratui loci, ſed *iudici epiſcopali*, qui iurisdictionem per *conſiſtoria* exercet, deferri, cenſet *ibid. n. 10.* cum epiſcopi æque fiſcum habeant ac alii principes ſeculares. Admodum ſane incongrue. Bona vacantia clericorum deferuntur *eccleſiæ*, non iure *fiſci*, ſed *collegii*, cui hoc ius ſpeciatim tributum eſt. Inde in LL. notanter dicitur, quod eccleſiæ bona deferri debeant, *in qua conſtitutus fuit*, ſeu *vbi deſeruiuit.* Quis autem ſingulis eccleſiis particularibus *ius fiſci* tribueret? Decepti ſunt doctores quorundam interpretum iuris pontificii inepta doctrina, qua per *eccleſiam* epiſcopum intellexerunt: proteſtantes autem principem *epiſco-*

pium esse voluerunt, quo nihil absurdius excogitari poterit. Et tamen interpretes hanc Dianam adorant. vid. REINKING *de regim. secul. et eccles. lib. III. class. I. c. 10. n. 14.* COLER. *de process execut. P. I. c. 3. num. 207.* Sane olim in Saxonia clericis *ecclesiam* successisse, præiudiciis probat AMBROS. SCHVRER. *de success. tit. 17. lim. 4.* Quæ cum ita sint, facile liquet, bona defuncti clerici vacantia, vbicunque sita fuerint, *indistincte* deferri *ecclesiæ*, in qua constitutus fuerit, cum *ex qualitate defuncti* ius succedendi æstimandum sit.

Nouitiis succedunt heredes ab intestato.

§. XVIII. Ad *monachorum hereditatem* pergo. Si *nouitii* ante professionem moriuntur, quidam non dubitant, eorum hereditatem *monasterio* addicere, v. *Marpurg. conf. vol. I. conf. 25. n. 143.* quod sua bona ei potius, quam heredibus ab intestato, relinquere voluisse præsumantur. Hæc tamen præsumtio inanis est, postquam iura disposuerunt, demum per professionem seu transitum in monasterium bona eidem addici, adeoque verius est, a successione *nouitiorum heredes ab intestato* non esse arcendos, vti recte censuit WIESTNER *ad h. tit. X. n. 31.* Cardin. LVCA *tract. de regul. disc. I. n. 118. et disc. 40. n. 13. et 40.* Non enim sufficit sola *præsumta voluntas*, quæ etiam fallere potest, sed *legitime* et *euidenter* declarata esse debet.

Monachi acquirunt bona sua monasterio inter vivos, non iure hereditario.

§. XIX. Facta professione, siue fuerint *monachi*, siue *canonici regulares*, siue *ordinis militaris sodales*, monasterio omnes res oblatæ censentur, si ante nulla est facta dispositio vltimæ voluntatis, *nou. 5. c. 5. et* inde desumta *auth. nunc autem C. de episc. et cleric. auth. ingressi et auth. si qua mulier C. de SS. eccles.* Ante IVSTINIANVM per ingressum in monasterium successio heredibus ab intestato non interuertebatur, sed monasterium demum succedebat, deficientibus omnibus heredibus. *l. 20. C. de episc. et cleric.* Ex huius imperatoris dispositione monasterium non tam succedit *ab intestato*, quam ex eius tacita *oblatione inter viuos* bona acquirit. *cit. auth. ingressi.* Supra iam obseruaui, eum, *iuridica consideratione*, pro *mortuo* haberi non posse, postquam ingressus est in monasterium, vt quidem alias censent, indeque collegi, facto ante *promissionem* testamento, reditus bonorum per ipsum interim monasterio acquiri. Imo quicquid monachus constante professione acquirit, monasterio acquirit, et ita hereditas ei deferri potest, quam monasterium nomine eius capit, et de qua amplius disponere nequit. ENGEL. *de iure et priuil. monast. priuil. n.* Quid? quod ex licentia prælati potest esse procurator in iudicio, episcopi vicarius, et eligi episcopus, quæ omnia ostendunt, erroneum esse vulgatum quorundam assertum

Digitized by Google

tum, eum *pro mortuo ciuiliter* haberi. Qui hoc ſupponunt, non poſſunt non inde inferre, monacho ſtatim ſuccedere monaſterium, ſimulac profeſſionem fecit, quia ſtatim pro mortuo habetur. Quia vero hoc falſum eſt, dixi, monaſterium bona monachi acquirere inter viuos. Hæc tamen acquiſitio nihilominus fit *per vniuerſitatem*, cum etiam arrogatio inter viuos fiat, et tamen *titulus vniuerſalis* ſit. §. *vlt. I. per quas perſon. cuique acquir.* Abuſiue loquuntur Dd. quando aiunt: *monachum non habere heredem niſi monaſterium.* E contrario *eremitis* ſuccedunt heredes ab inteſtato, quippe qui profeſſionem nullam edunt.
FRANCISC. NIGER. CYRIACVS *contr. 100. n. 20.*

§. XX. Notandum tamen eſt, 1) acquiri bona monaſterio vel ordini, *ſalua* tamen *legitima* iis præſtanda, quibus iure aſſignata eſt, *auth. nunc autem C. de epiſc. et cler.* quæ tamen demum poſt mortem monachi debetur. *l. f. D. ſi quis a par. manum. auth. ſi qua mulier C. eod.* 2) *Fratribus minoribus*, et in genere *mendicantibus*, ſuccedi volunt per conſanguineos, per quos alias ſuccederetur, ſi nunquam intraſſent religionem. NICOLAVS DE VBALDIS *de ſucceſſ. cleric. P. II. n. 9.* In FRANCISCI enim *regula* continetur, quod nec *ſigillatim* nec *in communi* aliquid acquirere poſſint, et quamuis pontifex dominium rerum illis obuenientium ſibi olim adſcripſerit, eidem tamen IOANNES XXII. renunciauit in *c. 3. de V. S.* Etiam hodie nonnulli ordines mendicantium per priuilegium pontificis obtinuerunt, vt bona acquirere poſſint, quorum ab aliis monachis, de quibus antea dictum eſt, non eſt diuerſa ratio. 3) Quæ de *ordinum militarium* ſodalibus hic dici poſſent, ex iis, quæ *cap. antec.* fuſius dicta, facile colligi poſſunt, adeoque illa haud reguſtabo. Denique 4) ex his quoque liquet, in computanda legitima reliquorum liberorum eos quoque connumerandos eſſe, qui *monaſterium intrarunt*, vt ex ſequenti reſponſo liquet.

Salus liberorum legitima.

Quid iuris in fratrum minorum bonis?

Hiebey nun möchte zwar eingewandt werden, daß (1) die beyden Töchter des Lotharii, ſo in das Kloſter gegangen, pro mortuis anzuſehen, cum, qui monaſterium ingrediuntur, pro mortuis haberi debeant;
GONZALEZ TELLEZ *ad c. 2. X. de teſtam. n. 16.*
einfolglich dieſelbe nicht mehr inter liberos gerechnet werden können; worzu denn (2) überdem dieſes kömmt, daß dieſelbe bey ihres Vatern Lebzeiten abſolute renunciiret, quo caſu filiam numero liberorum eximi volunt:

Digitized by Google

MVSCVLVS *de ſucceſſ. conuent. membr. 2. num. 295. cum ibi alleg.*

Dieweil aber dennoch die gemeine aſſertion, quod ingredientes monaſterium pro mortuis haberi debeant, de omnibus effectibus ciuilibus nicht verſtanden werden mag, ſondern vielmehr primario davon, quod mundo mortui videantur ſpiritualiter, zu verſtehen iſt; im übrigen ex iure canonico bekant, daß noch viel effectus ciuiles auf ihre Perſonen ſtatt finden können, zumal abſonderlich deswegen die Kinder, ſo geiſtlich worden, das ius ſuccedendi ab inteſtato nicht verliehren, ſondern vielmehr ihr Erbtheil dem monaſterio acquiriren;

l. Deo nobis 56. §. 1. et 2. C. de epiſc. et cler.

adeo quidem, vt teſtamentum, in quo pater filiam monialem non inſtituit, ex caſu præteritionis inpugnari poſſit;

ENGEL. *de priuileg. et iuribus monaſter. priuil. 14.*

welches alles denn der teſtator ſelber wohl erwogen, und deswegen die zwey ietztgemeldte Töchter, ob ſie gleich ins Kloſter bereits gegangen, zu ſeinen Erben mit benennet, atque hanc ſententiam plerique Dd. qnoque fouent;

HENRICVS ZOES. *ad D. lib. 4. tit. 5. n. 6.*
RITTERSHVS. *ad ius Nouell. P. 1. c. 6. n. 46.*
GAIL. *lib. 2. obſ. 136. n. 7.*
VALENTIN. FOERSTER. *de ſucceſſ. lib. 4. c. 13. n. 5.*

einfolglich, da ſie alſo nicht in totum inhabiles ad ſucceſſionem ab inteſtato geweſen, auch nicht geſagt werden kan, quod non computandæ ſint inter liberos, und conſequenter nachdem ſich die Freyfrau von H. die ſucceſſion auf den ledigen Fall in väter- und mütterliche Güter reſeruiret, ſolches nicht anders als de quinta portione tunc temporis debita verſtanden werden kan; wie denn auch dieſe beyden obgedachten Töchter weder um deswillen ex numero liberorum ausgeſchloſſen werden mögen, quod ſimpliciter hereditati renunciauerint, cum tales liberi renunciantes non ſint abſolute inhabiles ad ſucceſſionem,

IO. GOEDD. *vol. I. conſ. Marp. 27. n. 158.*

ſed hereditas patris et matris omnino ipſis defertur, ſicet propter pactum iuratum ad eam non admittantur, adeoque ſuccedere potuiſſent, ſi voluiſſent,

Digitized by Google

NICOL. BETSIVS *de pact. famil. illustr. in addit. sub A. p. 363. seq.*

atque hæc sententia in Camera recepta est,

MYNS. 2. *obs.* 22.
GAIL. 2. *obs.* 122.

et communi Dd. calculo approbatur:

BOER. *decis.* 104.
HARTMANN. PISTOR. *P.* 4. *qu.* 8.
FAB. *in C. lib. I. tit.* 3. *def* 3.
CHRISTINAEVS *vol. I. decis. 89. n.* 4.

So ist dahero der Freyherr von H. nicht mehr als quintam zu fordern berechtiget.

§. XXI. Dixi, quomodo *clericis* succedatur: superest, vt addam, quomodo *hi* succedant *ab intestato*, 1) de *iure communi*, 2) *statutario*, 3) in *feudis*, et 4) *fideicommissis*. De *iure communi* differentia est facienda inter clericos *seculares* et *regulares*, quorsum etiam *monachi* spectant. *Illi* succedunt ab intestato omnibus *consanguineis* æque ac *laici*; neque hic vlla statuenda est differentia, adeoque parentibus omnino cum ceteris liberis succedunt, *l.* 56. §. 1. *C. de episc. et cleric.* non facta collatione eorum, quæcunque in clericatu acquisiuere, *l.* 34. *C. eod.* quod etiam iuri canonico conueniens est, *c.* 9. ibi: *quæ paternæ successionis vel cognationis intuitu sunt adepti*, et *c.* 12. ibi: *quæ ex hereditate proueniunt X. de testam.* Proinde tanquam *successores* quoque in *causis pendentibus* in foro seculari litem continuare debent, vt *tit. de for. compet.* §. *LVI.* dixi: in reliquis, in quibus iudicium haud cœptum est, conueniuntur in foro ecclesiastico FABER *in C. lib. III. tit. I. def.* 12. NICOLAVS BOERIVS *decis.* 69. *n.* 33. *seqq.* Quomodo succedant clerici de iure communi.

Seculares.

Regulares clerici vt et *monachi* propter votum paupertatis *hereditatis acquirendæ* non sunt capaces, sed loco eorum succedit *congregatio*. Videndum tamen, vtrum viuant *in communi*, an *figillatim*, vt ordinum militarium sodales? Illi *regulariter* hereditatem acquirunt *monasterio*, ENGEL *de priuil. monaster. priu.* 14. TAMBVRINVS *de iur. abb. tom. III. q.* 4. *n.* 2. *sqq.* 42. NICOLAVS DE VBALDIS *de success. ab int. cleric. P. II. n.* 1. *sqq.* quamuis etiam olim *sibi* acquirerent. *l.* 56. §. 1. *C. de episc. et cleric.* Dicuntur enim hereditatis capaces *in communi*, sed non *in particulari. vol. I conf. Marp.* 25. *n.* 66. *n.* 72. Vtplurimum tamen liberi intrantes monasterium renunciant successioni parentum, quo ipso monasteri-

Regulares.

Digitized by Google

ſterium quoque excluditur, cum nec bona renuncianti, et ſic per eum nec monaſterio deferantur. BESOLD. *conſ. 181. n. 13. ſqq.* Ceterum poſt introitum monachis haud amplius integrum eſt, renunciare hereditati, in præiudicium monaſterii, cum *velle* et *nolle* prorſus ipſis interdictum ſit. ENGEL. *cit. l. §. 14.* Imo ne quidem monaſterio acquirunt bona, ſi hoc in communi bona poſſidere nequeat, quorſum pertinent *ordines mendicantium*, quamuis et inter illos quoque ſit quædam differentia ſtatuenda, de qua VBALDIS *cit. l. p. 1. n. 2. ſqq.* TAMBVRINVS *cit. l. n. 47. ſqq.* et quidem *prædicatores* ſpeciatim excepti ſunt, vt, non obſtante ordinis regula, bona poſſidere queant, quorſum etiam *patres ſocietatis Ieſu* referuntur. TAMBVRIN. *cit. l. n. 53.* Si *ſigillatim* viuunt, vt *ordinum militarium* ſodales, *ſibi* hereditatem acquirunt; ſed quicquid de his ſupereſt, ordini cedit poſt mortem.

Ordines mendicantes.

Ordines militares.

§. XXII. *Statutariam ſucceſſionem* quod concernit, in *iure Saxon.* antiquo quandam differentiam deprehendo, ad minimum quoad *monachos.* Ita enim *lib. 1. art. 25.* Der Pfaff theilet mit ſeinen Brüdern, und nicht der Mönnich. Mönchet man aber ein Kind binnen ſeinen Jahren, das mag wohl wieder aus dem Kloſter ziehen, binnen einem Jahre, und behält Lehn-Recht und Land-Recht. Begiebt ſich aber ein Mann zum Mönchen-Leben, der zu ſeinen Jahren kommen iſt, er hat ſich von Land-Recht und Lehn-Recht geleget. Ex quo liquet, de *iure Saxon.* monachum ſucceſſionis eſſe prorſus inhabilem, vt nec COLERVS *P. I. deciſ. 46.* diffitetur, nec eam acquirere monaſterio, quod tamen correctum eſſe, et hodie ſecundum *ius commune* pronunciari, contendit IDEM *cit. l. n. 4.* Hoc etiam intelligendum quoad monaſteria catholica, in proteſtantium terris ſita, quæ iure ſuo proprio, maxime quod ex voto *paupertatis* deriuatur, gaudent. Ceterum inter proteſtantes tales monachi non dantur, nec *conuentuales* aut *moniales*, in monaſteriis hodie degentes, vllum præſtant votum *paupertatis*, ergo nec ſucceſſionis incapaces ſunt. Similiter in Saxonia non alia eſt ratio ſucceſſionis in miniſtris eccleſiæ, quam in laicis et plebeiis eſt recepta, ſi de hereditate prædefunctæ vxoris agitur, cum etiam maritus paſtor ſit *heres mobiliaris*, et ius commune Saxonicum etiam clericos liget, CARPZ. *lib. III. iurispr. conſiſt. def. 10.* quod etiam de aliis legibus prouincialibus, quibus vtuntur clerici, dicendum eſt.

Quomodo ſecundum ius ſtatutarium?

§. XXIII. Verum *in aliis* differentia ex *ſtatuto* deprehenditur. (I) Quædam ſtatuta, accepta moderata dote, *religioſos* ab omni ſucceſſione *excludunt*, quæ omnino valent, nec irrationabilia dicenda, quamvis

Quædam ſtatuta monaſterium excludunt.

Digitized by Google

vis id quidam ex pontificiis ideo, quod eccleſiis præiudicent, ſtatuant, BESOLD. *conſ. 181. n. 137.* (II) Supra quidem obſeruaui, in ſucceſſione diſtinguendum eſſe inter *ius prouinciale*, et *ſtatutarium*, quia non *huic*, ſed *illi* ſubſunt clerici, et ita ſecundum illud, non hoc ſucceſſio formanda. Verum, cum defunctus deuoluat hereditatem in conſanguineos, eam non poteſt aliter deuoluere, quam ſecundum iura loci, quibus ipſemet ſubiectus fuit. Proinde magis hic ad *iura defuncti*, quibus defertur ſucceſſio, quam *heredis* reſpiciendum eſt. B. STRYK. *diſſ. I. de ſucceſſ. ab int. c. 4. §. 3.* Hinc *immobilia* deferuntur ſecundum ſtatuta loci, vbi ſunt ſita; *mobilia* vero ſecundum iura domicilii, vbi defunctus habitauit. IDEM *cit. l.* Succedit quippe heres in ius defuncti, qui *ex lege* hereditatem defert in conſanguineos; ergo hic non ad iura *heredis* propria, ſed *defuncti* magis reſpiciendum, quibus hereditas defertur. (III) Quia clericis *militia* olim interdicta fuit, vti *tit. de feud.* vberius obſeruaui, non ſuccedunt in *res expeditorias*, ſolis laicis, ad militiam aptis, deſtinatas, ſed cum ſororibus ad *geradam* admittuntur, iuxta *ius prou. Saxon. lib. I. art. 5.* Der Pfaff nimmt gleichen Theil mit den Schweſtern in der Mutter Gerade. Additur in *gloſſa*: Welches geſchiehet durch ihr Betens willen: denn alle Welt geneuſt ihres Betens. Ratio hæc cerebrina eſt; vera et adæquata iam adducta, atque hoc iure etiam paſtores euangelici vtuntur, CARPZ. *lib. III. iurispr. conſiſt. def. 10. n. 6.* BERLICH. *P. I. deciſ. 47. n. 1.* vt matris diſpoſitionem ſuper gerada impugnare poſſint. BRVNNEMAN. *conſ. 41. n. 1.* Non omnes autem clerici indiſtincte geradam capiunt, ſed tantum illi, die gelehrt und zum Pfaffen geweihet, und mit einer Blatten gezeichnet, ehe denn ihm die Gerade anſtirbet, vt dicitur in *cit. art. 5.* Additur in ſeqq. Die unberathene Tochter theilet nicht ihrer Mutter Gerade mit dem Pfaffen, der eine Pfründe oder Kirchen hat. In defectu filiarum tamen etiam clericus beneficiatus in geradam ſuccedit. Ratio forſan inde deſumenda, quod olim nec filiæ ſeparatæ, die ausgeradet und vergeben ſind, de gerada participarent, prout in *cit. art. V.* dicitur, quibus æquiparantur *clerici beneficiati*, qui habent, vnde viuant. Tria ergo hoc iure requiruntur, vt *clerici* geradam accipiant: I) *vt non ſint beneficiati.* Verum hoc requiſitum hodie non attenditur, cum etiam *filiæ elocatæ* a gerada haud excludantur. BERLICH. *cit. deciſ. 48. n 4. ſq.* GOLDBECK. *de ſucceſſ. gerad. p. 36. n. 17.* CARPZOV. *P. 1. C. 14. def. 60.* B. STRYK. *de ſucceſſ. ab inteſt. diſſ. I. c. 4. §. 12.* II) *Vt ſint ordinati*: *ſtudioſi theologiæ*, *cantores* et *æditui* ad geradæ ſucceſſionem non vocantur. Dn. BERGER. *in œcon. iur. lib. II. tit. 4.*

Secundum ius ſtatutarium loci in eos deuoluitur ſucceſſio.

Non ſuccedunt in res expeditorias, ſed geradam.

§. 40. not. 13. III) *Vt matrimonium non contraxerint*, quippe qui indigni fiunt priuilegiorum clericalium, quod tamen inter euangelicos haud attenditur, teſte BERLICHIO *cit. l. n. 4. ſq.*

De gerada vxoris et cognatarum.

§. XXIV. Grauior quæſtio eſt (IV) *an etiam clerici vxoris et cognatarum geradæ fiant participes?* Negat id ipſum BERLICH. *cit. l. n. 7.* quod *ius Saxonicum* tantum loquatur de *gerada matris*, non *filiæ*, *vxoris* aut *ſororis*, adeoque ad eam extendi nequeat, quia ius ſtatutarium ſtricte interpretandum eſt. Idem repetit CARPZOV. *cit. def. 10. n. 8. ſqq.* adeo, vt ſi vxor absque cognata deceſſerit, geradam non marito paſtori, ſed *magiſtratui* cedere aſſerat. Ratio adducta admodum lubrica eſt. Noui, ſtatuta eſſe ſtrictæ interpretationis, quatenus contra *ius commune* diſponunt: ægre vero hoc ipſum ad præſentem doctrinam applicaueris, vtpote quæ præter *ius commune* eſt, et ſoli *iuri Germanico* debetur, ex cuius ratione peculiari vnice explicanda eſt. Quæ itaque ratio admittit clericum ordinatum ad *geradam matris*, et excludit a *rebus expeditoriis*, illa quoque eundem admittere debet ad geradam *cognatæ*, *filiæ*, *et vxoris*. Vnde etiam Dresdæ clerici vxoris geradæ capaces ſunt, et cognatæ proximæ tantum præſtare debent die Nifftel-Gerade, vt obſeruat Dn. BERGER. *cit. l. not. 14.*

De ſucceſſione clericorum in feudis.

§. XXV. De *ſucceſſione clericorum in feudis* ſupra *tit. de feud. §. XX.* mentem meam iam explicui, oſtendique, hodie a ſucceſſione eos non amplius excludi, cui etiam hic inhæreo. CARPZOV. *P. III. c. 28. def. 2.* STRVV. *ſynt. iur. feud. c. 9. th. 9.* BOCER. *de iur. ſucced. in feud. P. 2. qu. 23.* B STRYK. *de ſucceſſ. ab int. diſſ. 1. c. 3. §. 12.* KNIPSCHILD. *de fideic. fam. c. 8. n. 31.* Vnde multo minus *epiſcopi* et *prælati proteſtantium* a ſucceſſione in feudis regalibus excludendi ſunt, licet vel maxime coniugati ſint, obſeruante BETSIO *de pact. famil. p. 155.* nec aliud dicendum de *canonicis*, qui inter proteſtantes ſtatum *laicorum* non prorſus exuunt; imo feudorum ratio hodierna ita comparata eſt, vt non abhorreat a ſtatu quorumcunque clericorum, quamuis nouerim, collegia ICtorum hic in diuerſas abire ſententias, et extra Saxoniam quandoque clericos adhuc excludi, id quod nimiæ iuris antiqui, cuius rationes hodie *in totum* ceſſant, veneration debetur.

De ſucceſſione clericorum fideicommiſſaria.

§. XXVI. Denique de *ſucceſſione in fideicommiſſa familiæ* etiam dubitari ſolet, ideo maxime, quod nec clerici *in feudis* ſuccedant, et feminis æquiparentur, et quia in connubio viuere nequeunt, familiam quoque

Digitized by Google

que propagare non poſſint. HARPRECHT *vol. nou. conſ. 44. n. 687.* Verum recte quoad *clericos ſeculares* contrarium adſtruit KNIPSCHILD. *de fideic. famil. c. VIII. n. 44. ſqq.* cum clerici etiam in familia remaneant, & licet inter catholicos eam non propagent, nihilominus tamen bona hæc extra familiam non transferunt, quod vnice tantum præcavendum eſt, et ideo *monachi* et *regulares clerici* merito ab iis excluduntur, vt IDEM *cit. l. n. 69. ſqq.* plenius demonſtrat. Diuerſa eſt ratio eorum, qui *ordinibus militaribus* adſcripti ſunt, qui, non obſtante voto paupertatis, adhuc in familia manent, et ad vitam ſuam fideicommiſſo hoc fruuntur. IDEM *cit. l. n. 88.*

TITVLVS XXIIX.

DE

SEPVLTVRIS.

§. I.

Ad varia *iura ſacra*, quod vocant, ſit tranſitus. Ad ea inprimis referuntur *cœmeteriorum* iura et *ſepulturæ*, quæ variis ex cauſis *rebus* accenſentur *religioſis*. Tria omnino ſunt, quæ *in hoc titulo* de iis exhibentur. Nam (I) *iura cœmeteriorum* tanguntur in *c. 13. et 14.* alibi tamen plenius explicantur. (II) De *priuatione ſepulturæ eccleſiaſticæ* ſubinde in *c. 11. et 12.* fundamenta traduntur, et denique (III) *quo in loco quis ſepeliendus ſit*, in *c. 1. ſqq.* vsque ad *c. 11* explicatur. Connexio et diſpoſitio huius tituli.

§. II. PRIMVM MEMBRVM concernit *iura cœmeteriorum.* Equidem ſepultura in ſe eſt *arbitraria*, tum quoad *locum*, tum quoad *modum*, quippe quem *recta ratio* haud determinauit, nec *lex diuina* præſcripſit. Inde *non defuere, qui ſuperuacuam facerent ſepulturam, nihilque dicerent eſſe mali, iacere inhumatum atque abiectum*, obſeruante LACTANTIO *lib. VI. inſtit. diu. c. 12.* In hunc ſenſum philoſophatur CAECILIVS apud MINVC. FELIC. in *Octau. p. 110. ed. Gron.* non intereſſe cenſens, *vtrum feræ deripiant, an maria conſumant, an humus contegat, an flamma ſubducat, cum cadaueribus omnis ſepultura, ſi ſentiant, pœna ſit; ſi non ſentiant*, Sepultura eſt arbitraria quoad locum et modum.

ant, ipſa conficiendi celeritate medicina. Addit MINVCIVS FELIX *cit. l. p. 356.* rationem: *cum æque ſubducatur nobis corpus omnè, ſiue areſcat in puluerem, ſiue in humorem ſoluatur, vel in cinerem comprimatur, vel in nidorem tenuetur.* Inde nati ſunt tam diuerſiſſimi gentium circa cadauera defunctorum mores, tam variantia prodierunt iura, de quibus vid. IO. PHILIPP. PFEIFFER. *lib. IV. antiq. græc. c. 49. ſqq.* GVTHERIVS *de iur. man. lib. II. et IV.* KIRCHMANN. *de funer. Roman. lib. I. c. I.*

Mores Romanorum antiqui ad cremandum et humandum compoſiti.

§. III. *Romani* vtebantur tam *ſepultura*, quam *crematione.* Hæc iam tempore NVMAE vſitata erat, vt contra PLINIVM obſeruant KIRCHMANN. *cit. l. c. 2.* et DVZELIVS *ad Minuc. Felic. p. m. 538. edit. Gronou.* Frequentior et probatior modus erat *humatio;* imo et *antiquior* cremationе, ſi aliarum gentium mores intuemur. Ait CICERO *lib. II. de LL. Mihi quidem antiquiſſimum ſepulturæ genus id fuiſſe videtur, quo apud Xenophontem Cyrus vtitur; redditur enim terræ corpus, et ita locatum ac ſitum, quaſi operimento matris obducitur.* Non ſine ratione ita cenſet. Magis ratio commendat *humandi* quam *cremandi*, aut *in mare abiiciendi* ritum, tanquam *humaniorem, mitiorem* et *antiquiorem.* Hunc *chriſtiani* quoque commendabant, et cremandi ritui præferebant. *Nec, vt creditis*, opponebant gentilibus apud MINVC. FELICEM *p. 357. vllum dammum ſepulturæ timemus, ſed veterem et meliorem conſuetudinem humandi frequentamus.* Rationes quoque *proprias* habuere, cur hunc amplecterentur ritum, in ſpe *reſurrectionis* fundatas, quas IDEM addit.

Humatio magis commendata.

Sepulcra apud Romanos erant in propriis fundis.

§. IV. Sepeliebant Romani cadauera ſua *propriis in fundis*, vt noto notius eſt. Erant pleraque ſepulcra *priuata*, perpauca *publica:* hæc tamen neceſſaria erant, maxime eorum gratia, qui agris deſtituebantur, in omni rerum indigentia viuentes, quorum ſepulturæ *locus publicus*, quem *puticulorum* nomine deſignabant, inſeruiebat. KIRCHMANN. *lib. II. cit. tr. c. 14.* PETRVS ZORNIVS *de catacombis ſeu crypt. ſepulcr. martyr. c. III. §. 10.* Ipſis ſepulcris ineſſe credebatur *religio*, vt locus ipſe *religioſus* diceretur. Fluxit hæc appellatio ex gentilium theologia. Animas a corpore ſeparatas, *manes* dicebant, quibus *diuinum honorem* exhibebant, teſte GVTHERIO *lib. I. de iur. man. c. 18.* imo DEORVM numero adſcribebant, iisque monumenta, tumulis impoſita, conſecrabant, ſecundum vulgatam formulam: DIIS MANIBVS C. S. SACRVM. Perſuaſiſſimum habebant, animas defunctorum ibi potiſſimum oberraturas eſſe, vbi cadaver, quod olim animæ habitaculum fuit, conditum erat. Inde locus hic *diuini iuris, nullius* et *religioſus* dicebatur, ſimulque tot concluſiones ortæ, et grauiſſimæ pœnæ in violatores ſepulcrorum, tanquam *ſacrilegos*, conſtitutæ

Digitized by Google

ſtitutæ ſunt, *t. t. D. et C. de ſepulcr. violat.* quas hic ſpeciatim referre non lubet.

§. V. Sedulo tamen cauebant, ne *intra vrbem* cadauera ſepelirent, iuxta ſanctionem *LL. XII. tabb.* quo more etiam plures aliæ gentes vſæ ſunt. PFEIFFER. *lib. IV. antiq. græc. c. 44.* KIRCHMANN. *cit. tr. lib. II. c. 2.* QVENSTED *de ſepult. veter. p. 86.* Grauior pœna in eos ſtatuebatur ex conſtitutione HADRIANI, qui in vrbe mortuos ſepelirent, quid? quod cadauera *exhumanda*, et extra vrbem deferenda eſſent. *l. 3. §. 5. de ſepulcr. viol.* Singulari quodam priuilegio, et quidem *honoris cauſa*, nonnullis erat conceſſa in ipſa ciuitate ſepultura, de qua CICERO *lib. II. de LL. Quid, qui poſt XII. in vrbe ſepulti ſunt?* M. *Claros viros credo, Tite, fuiſſe, aut eos, quibus hoc ante legem virtutis cauſa tributum eſt, vt Poplicolæ, vt Tuberto, quod eorum poſteri iure tenuerant, aut eos, ſi qui hoc, vt C. Fabricius, virtutis cauſa, ſoluti legibus, conſecuti ſunt.* Quid templa Romæ erant aliud, quam heroum monumenta? de quibus PRVDENTIVS *lib. I. contr. Symmach.*

Et tot templa Deum Romæ, quot in vrbe ſepulcra
Heroum numerare licet: quos fabula manes
Nobilitat, noſter populus veneratus adorat.

Extra vrbem.

Diuerſo more non vtebantur *chriſtiani* inter gentiles viuentes; ſuos quoque *extra vrbem* ſepeliebant, nec, quod ceteris ciuibus denegatum erat, iis permitti poterat. Vocabant ſepulcra ſua *dormitoria*, κοιμητήρια, quod ſuos non *mori*, ſed *indormire* crederent, fiducia *futuræ reſurrectionis* animati. HOSPINIANVS *de orig. templ. lib. III. c. 1.* Loca *communia*, quibus cadauera ſua conderent, haud habebant, quod nec integrum iis fuit, nec neceſſe. Equidem AVCTOR *antiquit. circa funera et rit. veter. chriſtian. lib. IV. c. 1.* in contrariam abit ſententiam. Et quamuis eorum ſententiam explodat, qui iam cœmeteria chriſtianorum ſeculi I. memorant, ſeculo tamen II. certiora documenta horum cœmeteriorum exſtare, credit. Adfert teſtimonium TERTVLLIANI *ad Scapul. c. III. Sicut et ſub Hilariano præſide, cum arcis ſepulturarum noſtrarum adclamaſſent:* AREAE NON SINT: *areæ ipſorum non fuerunt.* Aream hic pro *cœmeterio* ſumi, ait RIGALTIVS *in not. ad cit. l.* quemadmodum PONTIVS DIACONVS quoque refert. *Sepultus eſt in area Candidi procuratoris.* Sed vel hæc vltima verba indicant, hic non agi de *cœmeteriis*, qualia hodie habentur. Erat Romanis vſitatum, in *arenariis cryptis* arenarumque fodinis monumenta exſtruere,

Etiam inter chriſtianos, Cœmeteria ſua ſepulcra vocantes.

Digitized by Google

quæ Romani *cenotaphia* ſeu *monumenta vacua* vocabant; chriſtiani vero *dormitoria*, ſeu *cæmeteria*, quod chriſtiani ſe non *mori*, ſed *dormire* ſcirent. Hæc vero per *agros* paſſim ſparſa erant, nec talia *loca communia* et ita adornata erant, vt extra ea ſepultura fieri non poſſet. Integrum cuilibet eo tempore adhuc erat, in ſuum locum inferre. *Martyres* vero, ſi fieri licebat, eo tempore eiusmodi *cryptis* inferebant, vt memoriæ eorum quotannis in tali loco celebrari poſſent, de quibus vid. PETR. ZORNIVS *de catacombis ſeu cryptis ſepulcr. martyr. cap. III. §. 9.* EVSEB. *lib. VII. H. E. c. 11. et 13.* POLYCARPI ſepultura id ipſum illuſtrat apud EVSEBIVM *lib. IV. H. E. c. 15. Atque ita nos demum oſſa illius, gemmis pretioſiſſimis cariora, et quouis auro puriora colligentes, vbi decebat, condidimus. Quo etiam in loco, ſi fieri poterit, conuenientibus concedet Deus natalem eius martyris diem cum hilaritate et gaudio celebrare, cum in memoriam eorum, qui glorioſo certamine defuncti ſunt, tum ad poſteros huiusmodi exemplo erudiendos et confirmandos.* Id tamen negare nolim, quandoque, æſtu perſecutionum feruente, chriſtianos etiam ſuos *in vrbe* ſepeliiſſe, maxime Romæ, quæ receptaculum chriſtianis in *ſubterraneis locis* præbebat, in quibus non raro etiam ſuos condebant.

Poſtea martyres templis inferebant.

§. VI. Magna hæc martyrum veneratio anſam chriſtianis ſeculo IV. in pace externa, præbuit, vt *templa* tumulis *martyrum* imponerent, quoniam iam adſueti erant, illic, vbi conditi erant, cœtus ſuos agere, quod oſtendi in *tr. de orig. præcip. mater. iur. eccl. c. XXII. §. 3.* quo ipſo templa ſunt dicta *martyria, memoriæ, martyrum ſedes. l. 6. C. Theod. de ſepulcr. viol.* Solerti diligentia cadauera martyrum, alibi condita, conquirebantur, et ad locum commodiorem, in quo templum exſtruendum erat, transferebantur, atque ſub ipſis *altaribus* condebantur; qui mos adeo poſtea propagatus eſt, vt nec hodie vſus altaris eſſe poſſit, niſi in eo *reliquiæ ſanctorum* aſſeruentur. Inde vſus *transferendi corpora ſanctorum* in frequentem abiit morem, cuius in *actis ſanctorum* tam frequentiſſima iniicitur mentio. Interim per plura ſecula obtinuit, vt *reliquiæ ſanctorum* vel eorum oſſa, non *ſublimi loco*, vt hodie, ponerentur, ſed *terræ* conderentur ex priſtina diſciplina, ſub altaribus, vt MABILLONIVS *præfat. ad ſecul. II. act. Benedict. p. 33.* obſeruat. IDEM *in mirac. S. Londeberti epiſc. Traiect. ad ann. 708. ſecul. III. act. Bened. P. I. p. 81.* hoc confirmat, vbi AVTOR ita: *Absque aliqua difficultate buſta B. viri ex loculo protulere et cum magno gaudio, quam venerant, referentes, in loco, quo paſſus eſt, terræ mandauere.* Hic mos parum recedebat ab inſtitutis gentilium, qui,

Vnde hodie adhuc mos repetendus, reliquias ſanctorum altaribus imponendi.

vt

Digitized by Google

vt ſupra dixi, itidem *virtuti heroum ſuorum* hoc dabant, vt iis ſepulcra *intra ciuitatem* concederent, imo, quod magis eſt, tumulis eorum *templa* imponerent. Quid ergo mirum, ſi chriſtiani ſimili vterentur more, et ſuos heroas quoque vel templis inferrent, vel ſuper eorum ſepulcris illa exſtruerent?

§. VII. Inde noua propullulauit occaſio, qua *potentiores* in clero et populo *in eccleſiis* prope martyres condi anhelabant, nouo prorſus more et a priſtinis Romanorum inſtitutis admodum recedente. CONSTANTINVM præeuntem habebant, qui *in ueſtibulo eccleſiæ* ſepultus eſt, quod obſeruat SOZOMENVS *lib. II. hiſtor. eccleſ. c. vlt.* aiens: *Ab hoc tanquam rei eius auctore conſuetudine ducta, imperatores Conſtantinopoli obeuntes ſepeliuntur, atque epiſcopi etiam: quippe cum ſacerdotalis dignitas, meo quidem iudicio, imperatoriæ par, imo vero in ſacris locis etiam ſuperior ſit.* Tanta iam plerosque inuaſerat ſuperſtitio, vt crederent, ſibi ſaluti fore ſanctitatem loci, ſeque ex conſortio martyrum, in templis conditorum, aliquid adiumenti aſſecuturos eſſe. Quid ergo mirum, ſi reliqui *laici* quoque ad hunc honorem vmbratilem adſpirarent, et oſſa ſua iuxta martyrum tumulos condi geſtirent? Potentiores in eccleſia ſepeliri cupiebant. Exemplo Conſtantini.

§. VIII. Repreſſit hunc pruritum THEODOSIVS in *l. 6. C. Theod. de ſepulcr. viol.* ſed vix repreſſit, cum ſuperſtitio admodum difficulter dometur. Docent id ipſum tot leges nouiter latæ, conſtitutiones conciliorum et decreta patrum, quibus quandoque a veteri rigore quid remiſſum, quandoque priſtinus mos reſtitutus eſt. Reguſtare rei ſeriem nolo, quam per ſecula ſequentia in compendio retuli *in tr. de orig. prec. mat. iur. eccl. c. XXII. §. 6.* Id breuiter tantum repeto, (I) ius *priuata* ſepulcra in fundis propriis habendi, per aliquot ſeculâ adhuc vſitatum fuiſſe, adeoque *cœmeteria publica*, talia maxime, qualia hodie habemus, defuiſſe. (II) Parcius *in eccleſiis* ſepulturam fuiſſe conceſſam, niſi iis, qui grati erga eccleſiam fuerant, vel aliis meritis inclyti emerſerant. (III) Facilius eos hoc impetrare potuiſſe, quorum præcordia ſuperſtitio occupauerat, vt *in atrio eccleſiæ* ſeu *prope templum* humarentur, quod *concilium Bracarenſe*, anno 63. celebratum, permiſit *c. 36. Item placuit, vt corpora defunctorum nullo modo intra baſilicam ſanctorum ſepeliantur, ſed ſi neceſſe eſt, de foris circa murum baſilicæ Dei.* In *chron. Verdun.* HVGONIS *abb. Flauiacenſi* apud PHILIPP LABBEVM *tom. I. biblioth. MSCt. libr. p. 100.* exemplo ſeculi VIII. idem confirmatur: *Quidam Sarcio nomine ad extrema veniens, et in atrio præfatæ eccleſiæ ſe ſepeliri depoſcens, teſtamento facto, ipſam eccleſiam de rebus ſuis, quas poſſidebat in agro, heredem inſtituit.* Ita *atria* Quod vix coerceri potuit. Sed in atrio eccleſiæ ad minimum iis conceſſa ſepultura.

Digitized by Google

ecclesiarum, die Kirchen-Höffe, paulatim cadaueribus repleta et *cœmeteria* quædam *publica* facta sunt, non tamen necessario, cum adhuc libertas pristina sepeliendi mortuos in propriis fundis supereſſet. Adhuc *seculo X.* in *concilio Nannetensi c. 3.* sepultura quidem *in ecclesiis* est prohibita, permissa tamen *in atrio aut in porticu*, *aut extra ecclesiam*, in propriis scilicet fundis.

Inde cœmeteria in atrio ecclesiæ sunt constituta.

§. IX. Circa hæc tempora tamen adeo hac opinione communi, quod nullibi rectius, quam *in atriis ecclesiæ* cadauera conderentur, vniuersa christianorum concio imbuta erat, vt pauciores *in fundis propriis* eligerent sepulturam; plerique eligebant eam *in atriis ecclesiarum*, quæ hac de causa extensa, multiplicata, et huic vsui admodum applicata sunt. Imo tandem priuata in agris sepultura prorsus adeo abolita est, vt nequidem sincerioribus amplius integrum fuerit *priuata* sibi *dormitoria* extra atria ecclesiæ constituere in suis fundis. Nam quia (I) hi, qui in atriis ecclesiæ sepeliri volebant, ecclesiæ et clero *honorarium* quoddam offerebant, grati animi ergo, vtilitati communi clericorum admodum conueniens videbatur, antiquum morem prorsus abolere, ne *iura stolæ* et *funeralia* iis interuerterentur. Inde (II) coarctari cœpit *ius funerandi*, constitutumque, vt quilibet *in propria parochia* sepeliretur, ne proprius parochus hoc lucro priuaretur, vt textus in *c. 1. sqq. X. h. t.* docent. (III) Denique cum circuitus vrbis paulo amplioris omnium cadauerum sepulturam capere non posset, exstructa sunt *cœmeteria extra vrbem* etiam, et, vt *atria ecclesiarum* essent, in iis *capellæ* vel templa quædam exstructa, loca singulari benedictione ab aliis separata, et ita cœmeteriorum rationes nouæ excogitatæ sunt.

Quid cœmeteria sint?

Sunt religiosa.

§. X. Sunt itaque, secundum hæc præsupposita, COEMETERIA *locus publicus ad sepulturam vnice destinatus*, *et auctoritate sacra solenniter erectus*, *vt plurimum ædibus sacris vel religiosis cohærens.* Definio cœmeteria ex iuris pontificii conceptu, in quo *rebus religiosis* ex duplici ratione accensentur: (I) quia *auctoritate sacra episcopi* constituuntur: (II) quia *ædibus sacris* vel religiosis cohærent. Primum quod concernit, *erectio cœmeteriorum* perficitur *mediante benedictione*, eaque *qualitas religiosa* loco imprimitur. *c. 4. X. de relig. domib.* PASSERINVS *de pollut. eccles. disp. II. c. 46. n. 3.* Hac de causa cum ecclesiis non raro comparantur, *c. 5. X. de immunit. eccles. et cæmet.* ceterisque *religiosis domibus*, quæ itidem *auctoritate episcopali* exstruuntur, annumerantur *c. 4. cit.* quamuis hæ *benedictione solenni*, vt cœmeteria, non indigeant. Vnde, quæ de *consideratione ecclesiarum* adferuntur, etiam ad *cœmeteria* trahuntur, et æque hæc pollui possunt

funt

ſunt ac quidem illæ, vt conſtat ex *c. 7. X. de conſecrat. eccleſ. vel alt.* et plenius docet PASSERINVS *cit. l. n. 5.* Ritum hunc *benedictionis* antiquiſſimum eſſe, contendit ANDREAS DV SAVSSAY *in panopl. ſacerdot. P. II. lib. 2. art. 24. §. 2.* et ex *ſigni crucis* impoſitione, antiquitus vſitata, euincere conatur. Verum ſicuti olim liberum fuit, in quocunque loco ſepelire mortuos et ſepulcrum exſtruere; ita nulla lege ligabantur poſſeſſores agrorum, vt locum, ſepulturæ deſtinatum, *ſacerdotali benedictione* prius ad hunc finem præpararent, quamuis pro lubitu *cruces* tumulis infigerent, et quandoque *preces ſolennes* ad eos facerent ex nimia *veneratione* erga ſepulcra. Adhuc ſemina principiorum gentilium mentibus chriſtianorum inſita erant, maxime aucta ex antiquo more, ſepulcra martyrum et ſanctorum in ſummo pretio habendi. Plenius de hac *veneratione veterum* erga ſepulcra agit AVCTOR *antiq. circa fun. et ritus vet. chriſt. lib. V.* et *lib. IV. c. f. in f.* notanter concludit, *religionem veterum chriſtianorum erga ſepulcra tantam fuiſſe, vt non dubitet aſſerere, illam in ſuperſtitionem tandem degeneraſſe, adeoque ſuperſtitionem potius quam religionem erga ſepulcra dicendam eſſe.* Sic itaque tum *priſca ſuperſtitio*, tum poſtea accedens *benedictio* et *conſecratio quædam* cœmeteria rebus religioſis accenſuit. Denique & illud magnopere *religionem* et *qualitatem ſpiritualem* eorum promouit, quod ab antiquo more cœmeteria eſſent *atria eccleſiarum*, et a ſanctitate eccleſiarum, tanquam earum acceſſoria, participarent, vnde denominationem ſolennem des Kirch-Hoffes retinuere.

§. XI. Inde natæ ſunt duæ concluſiones: (1) quod *cœmeteriis* iura *eccleſiarum* applicata: et (2) eorum erectio ad *ius epiſcopale* relata fuerit. Ex *iure ordinis*, vt *conſecrationem* templorum, cœmeteriorum *benedictionem* deriuant, LYNCK. *de iur. epiſc. c. 9. n. 68.* BARBOSA *de poteſt. et offic. epiſc. P. II. alleg. 27. n. 29.* hac tamen cum differentia, vt ex delegatione epiſcopi etiam ſimplex ſacerdos actum benedictionis perficere poſſit. Ita cenſent PASSERINVS *cit. tr. diſp. 2. c. 3. n. 5.* et ANDREAS DV SAVSSAY *in panopl. ſacerd. P. II lib. 2. art. 22. p. 607.* aiens: *Nec enim iſtæ benedictiones, v. c. crucis, imaginis, campanæ, primi lapidis, nouæ eccleſiæ, COEMETERII, tabernaculi, vaſculi pro euchariſtia, et exorciſmi dæmonum, locuſtarum, ita ſunt epiſcopo propriæ, vt non niſi ab ipſo fieri poſſint, aut debeant.* Idem quoque de *reconciliatione cœmeterii polluti* aſſerunt, quæ *aſperſione aquæ benedictæ* fit, *c. 7. de conſecr. eccleſ.* qua de cauſa iurisdictioni eccleſiaſticæ ſubſunt, vt *acceſſoria templorum*, vt *res ſpirituales et religioſæ*, vt *fœtus iuris epiſcopalis.*

Inde erectio cœmeteriorum ad ius epiſcopale relata.

§. XII.

Proteſtantes plurimi in eadem ſententia ſubſiſtunt.

§. XII. Retuli mentem magiſtrorum *Romanæ* eccleſiæ. *Proteſtantes* plurimi in ſimili hypotheſi ſubſiſtunt. SCHILTERVS *ex. IV. ad D. §. 7.* cœmeteria magis iure ſacro chriſtianorum ad *res ſacras*, quam *religioſas* referenda eſſe credit, quo ipſo vel *idem* vel *plus* dicit. CARPZOVIVS *lib. II. iurispr. conſiſt. def. 385. n. 13.* cœmeterium eſſe *locum religioſum* ait, *lib. I. def. 10.* iura ſepulcrorum eſſe *iuris epiſcopalis* cenſet, cum ſecundum *n. 7.* cœmeteria non niſi eccleſia et presbyteri ſibi vindicent. Alii idem fere docent, vnde etiam eſt, quod in *iure eccleſiaſtico* de *cœmeteriis* agi ſoleat. Verum, quemadmodum tota doctrina de *iure epiſcopali principum euangelicorum* non cohæret, ita, ſi vel maxime recipi poſſet, vix eſt, vt inter proteſtantes cœmeteria, *per ſe conſiderata*, ad *ius epiſcopale* vel ſacrum referri debeant. Nam I) *rebus nullius* in ſenſu iuris Romani accenſeri non poſſunt, aut *diuini iuris* dici, cum potius ſint *res vniuerſitatis*, vt deinceps probabo. Reprobant chriſtiani illa principia gentilium, ex quibus hæc deducta eſt concluſio. II) Nec in ſenſu iuris canonici *religio* cœmeteriis ineſt, tum quod deficiat *benedictio* aut *conſecratio*, quæ iis hanc qualitatem apud catholicos imprimit; tum quod ſepulcra *qua talia* per ſe nihil *ſacri* in ſe contineant, quod eccleſiis ob *cultum diuinum* tribui ſolet. Proinde quoque III) nec eorum erectio ſimpliciter *iuri epiſcopali* vel *ſacro* adſcribi poteſt inter proteſtantes, quia fundamentum inter eos prorſus ceſſat, ob quod magiſtri eccleſiæ catholicæ cœmeteriorum erectionem iuribus epiſcopalibus accenſent. Obſeruauit id ipſum iam olim B. STRYKIVS *in not. ad ius eccleſ. Brunnem. lib. II. c. 2. §. 12.* aitque: *Cum nec conſecratione, nec precibus, nec concione ad cœmeterii conſtitutionem amplius opus ſit, nec opus erit epiſcopi, et per conſequens nec conſiſtorii auctoritate.* Repetit *idem* in *V. M. tit. de relig. et ſumt. fun. §. II.* his verbis: *Sed cum noſtrates cœmeteria ſine vlla hac ceremonia conſtituant, facile apparet, non opus eſſe epiſcopi vel conſiſtorii conſenſu, ſi nouum quoddam cœmeterium exſtruendum, vel vetus ampliandum, ſed ſolius patroni conſenſum ad hoc ſufficere.* Inde quoque plura paradoxa iuris canonici inter nos ceſſare, ait *in not. ad Brunnem. cit. l.* ſcilicet, cœmeterium pollutum de nouo conſecrandum eſſe: reconciliatione opus eſſe, ſi excommunicatus in eo ſepultus fuit: vna parte cœmeterii violata, totum cœmeterium violatum cenſeri: infantes nondum baptizatos aut puerperas in puerperio decedentes in iis ſepeliri non debere &c. Nam hæ et ſimiles concluſiones fluunt ex conceptu de *conſecratione* eorum.

Verum recti- us ad ius epiſcopale non referuntur.

§. XIII.

Digitized by Google

§. XIII. Videlicet cœmeteria apud nos conſtruuntur vel *ſeorſim a templo*, vel ei *cohærent*, aut *contigua* ſunt. Prius apud nos eo facilius fieri poteſt, quod priſca maiorum ſuperſtitione, qui in *atriis templorum* ſepeliri amabant, non ſimus innutriti, et ita haud neceſſe ſit, cœmeteria circa eccleſias conſtituere. Imo in plurimis locis ſatis prudenter hæc in ciuitatibus circa templa ſunt abolita, et extra vrbem translata, quod rectæ rationi admodum conueniens eſt. In hoc rerum ſtatu cœmeteria ad *res vniuerſitatis* ſpectant, in cuius vſum conſtituuntur. Proinde ſingulis vniuerſitatibus, vel his, qui illis præſunt, concedendum, vt illa *ſua auctoritate* erigere poſſint, vel antiqua dilatare, ſine conſenſu conſiſtorii. Habent Iudæi propria ſua cœmeteria, quæ ſibi libere conſtituunt, vbi tolerantur, et ſic ad *vniuerſitatem Iudæorum* ſpectant. Simili de cauſa magiſtratus, qui præeſt vniuerſitati ciuium, et politiam ciuitatis dirigit, talia loca ad ſepulturam deſtinat, et vſibus ciuium applicat *ſine auctoritate conſiſtorii*, cum etiam cœmeteriorum conſtitutio ad politiam hanc ſpectet. In *pagis* hæc cura vtplurimum *patrono* tribuitur, maxime ſi ſimul *iurisdictionem* habet. Inde dependet quæſtionis deciſio, quam format B. STRYKIVS in *V. M. tit. de relig. et ſumt. fun. §. 12. an nobilis, ſi in ſuo pago templum non habeat, ſed mortui huc vſque ad eccleſiæ vicinæ, cuius tamen et ipſe patronus eſt, cœmeterium deferendi fuerint, poſſit locum quendam ad ſepulturam deſtinare, eumque muro circunducto ſeparare, vt formam cœmeterii conſequatur?* Quod adfirmandum eſt, ſi modo emolumenta eccleſiæ eiusque miniſtro, quæ ex funeribus hactenus percepta vel percipi poſſunt, haud ſubtrahantur, quod præcauendum eſt.

Apud proteſtantes cœmeteria etiam ſeorſim a templis exſtruuntur, et ſunt res vniuerſitatis.

Et ab illa conſtituuntur ſine auctoritate conſiſtorii.

§. XIV. Si cœmeteria *templis cohærent*, eius acceſſorium ſunt, et hac de cauſa, cui ius erigendi templa datum eſt, illi ſimul quoque ius circa hæc cœmeteria *contigua* debetur. Proinde ſi *toti eccleſiæ*, der Gemeinde, ius electionis, cura templi, aliaque huc pertinentia data ſunt, illis quoque debetur conſtitutio cœmeteriorum *contiguorum*, eorumque dilatatio. Si eccleſia habet *patronum*, illi hæc attribui debet. Eſt enim his ius templum exſtruendi conceſſum, ergo quoque iisdem *ius cœmeterii* exſtruendi datum cenſetur; nec requirere tenentur conſiſtorii auctoritatem, ſi illud *dilatare* aut *ampliare* velint, ſicuti ad refectionem eccleſiæ illius conſenſu non habent opus. Conf. FINCKELTHAVS *de iure patron. c. 6. n. 149.*

Quid iuris, ſi cœmeterium templo cohæreat?

§. XV. *Conſiſtorii auctoritatem* qui deſiderant, ſubſiſtunt in principio iuris canonici, quod erectio eorum ſit *iuris epiſcopalis*, quod antea

An conſiſtorii auctoritas requiratur?

antea reieci. Poteſt tamen *conſiſtorii auctoritas* quandoque *per indirectum* interuenire. Nam 1) illi imprimis hoc debetur, vt *patronos* ſui officii admoneat, ſi eosdem in cura cœmeterii negligentes deprehenderit, vt docet B. STRYKIVS in *V. M. cit. l. §. 2.* Hoc intuitu enim cœmeteria tanquam *acceſſoria templi* iudicantur, et ſic ſuprema inſpectio conſiſtorio debetur. 11) Diſcrimen quoque ſtatuendum eſt inter id, quod patronus in ſtatu *pacato* facere poteſt, et quod in ſtatu *contradicto* illi conceſſum. *Priori* caſu cœmeterii exſtruendi vel dilatandi ius ei nec in dubium vocari, nec ea de cauſa a conſiſtorio in inquiſitionem trahi poteſt, quod *ius epiſcopale* ſibi arrogauerit, quale non eſt inter proteſtantes erectio cœmeterii. *Poſteriori* caſu, ſi ab aliis ei controuerſia mouetur, ſi a paſtore eccleſiæ ei ius, alibi conſtituendi cœmeterium, propter aliquod inde metuendum præiudicium, in dubium vocatur, conſiſtorii eſt, hanc controverſiam dirimere, quatenus ex *iure patronatus* illud ius exercere intendit, quo ipſo non de ipſo *iure*, ſed tantum de *præiudicio*, quod a diſſentientibus allegatur, aliisque circumſtantiis, conſiſtorium cognoſcit.

Aliquando ex accidente.

An nobiles patroni poſſint priuata dormitoria exigere?

§. XVI. Quæ cum ita ſint, facile decidi poteſt quæſtio: *an nobili, iure patronatus inſtructo, integrum ſit, dormitorium priuatum, pro ſe et ſua familia, extra cœmeterium, quod eccleſiæ patronatæ cohæret, conſtituere?* Denegatum hoc illi fuiſſe, refert B. STRYK. *ad Brunem. cit. l. §. 12. verbo: extra cœmeterium*, et in *V. M. cit. l. §. 13.* Vix tamen admitti poteſt hæc deciſio, ſi ad fundamenta adducta examinatur. Quod denegatum hoc nobili patrono fuerit, vix aliam habet rationem, quam quod cœmeteria et dormitoria ſeparata exſtruere nemo poſſit, niſi *iure ſacro epiſcopali* inſtructus ſit, quo deſtituitur nobilis patronus. At enim vero ſicuti ex conceſſo iure exſtruendi templum illi integrum eſt, *cœmeterium commune* ſeorſim exſtruere, ſi commoditas hoc ipſum ſuadet, vel alia iuſta cauſa vrget; ita nulla apparet ratio, cur ipſi denegandum ſit, dormitorium priuatum in vſum familiæ ſuæ prope caſtrum ſuum exſtruere. Accedit, quod iis non denegatum ſit *in ipſo templo*, in quo ius patronatus exercent, eiusmodi dormitorium priuatum exſtruere, quod regulariter alias prohibitum eſt. Vid. ESPEN. *P. II. iur. eccleſ. tit. 25. c. 7. §. 29.* et *tit. 38. c. 2. §. 46.* FINCKELTHAVS. *cit. l. n. 148.*

De iure ſubditorum diverſæ religionis in exſtructione cœmeteriorum.

§. XVII. Quod *proteſtantes inter catholicos viuentes* concernit, noto notius eſt, quod non eadem libertate gaudeant, quamuis iuxta *I. P.* illa gaudere debebant. Videndum tamen, vtrum anno 1624. *iurisdictionem epiſcoporum* agnouerint, nec ne? *Priori* caſu ſe accommodare debent ad principia catholicorum, et quia exſtructio cœmeterii *iuribus*

ribus epiſcopalibus accenſetur, ab epiſcopo hanc libertatem impetrare demum, ſi catholici, quo communi cœmeterio vtantur, permittere nolint. Secundum *I. P. art. V. §. 35.* id quidem iis denegari haud poſſet, nec *publicis cœmeteriis honoreue ſepulturæ arcendi eſſent;* ſed conſtat, quod non raro zelus intempeſtiuus in diuerſum rapiat diſſentientes in religione. Hoc caſu ergo *auctoritate epiſcopi* impetrata, libere exſtruunt cœmeterium, nec præterea adſtringi poſſunt, vt benedictionem epiſcopi admittant, quam ſecundum *confeſſionem noſtram* reiicimus, contra quam nihil ſub prætextu *epiſcopalis iurisdictionis* nobis obtrudi poteſt, per *I. P. art. V. §. 48. Poſteriori* caſu, ſi A. C. addicti anno 624. inter catholicos exercitium religionis cum templis habuere, ſuo quoque iure cœmeteria antiqua dilatare, et noua pro re nata erigere poſſunt, iuxta *I. P. art. V. §. 31.* Similiter ſi *catholici ſub principibus proteſtantibus* viuunt, et *anno 1624.* in pagis vel ciuitatibus templa peculiaria poſſederunt, ſine noua permiſſione cœmeteria antiqua ampliare poſſunt, imo et noua exſtruere, ſi neceſſitas id ipſum ſuadeat, idque iure *communitatis* et *vniuerſitatis*, niſi princeps malit iis concedere, vt communi ceterorum cœmeterio vtantur.

Quid confirmatio principis cœmeterio tribuat?

§. XVIII. Dixi, quid de *iure* ad *conſtitutionem cœmeterii* deſideretur, ſi ab ordinationibus eccleſiaſticis abſtraham. Sæpe tamen quod *ius* non requirit, *regulæ prudentiæ* deſiderant, quo intuitu forſan ad *bene eſſe* referri poſſet *confirmatio principis.* Etenim maiorem ex ea cœmeteriis tribui auctoritatem, iuſte exiſtimari poſſet, maxime quod in poſterum non amplius ad inſtar *rerum priuatarum*, ſed *publicarum*, imo *eccleſiaſticarum* haberi deberent. Hinc eſt, quod ius aſyli, eccleſiis datum, iis vulgo tribuant, teſte BARBOSA *lib. II. iur. eccl. c. 3. n. 63.* In *miracul. S. P. Benedict.* apud MABILLON. *in act. Benedict. ſecul. IV. P. 2. p. 400. ad ann. 883.* de hac immunitate hæc narrantur: *Denique cruces aliquantulum excelſas per gyrum cœmeterii poſuerunt, quas nemo ſuum perſequens inimicum, quamuis exitiali eius odio detentus, transgredi audeat, ſi ad eccleſiam, in eodem loco conſtructam, confugium fecerit. Fugitiui denique, homicidæ, et quicunque, aliqua alia reatus ſui anxietate cogente, ad eundem confugerint locum, immunes exiſtunt, quamdiu intra cœmeterii terminos ſeſe continuerint.* Atque hoc ipſum quidem, tum quia *acceſſorium templi* eſt, tum etiam quia auctoritate epiſcopali *qualitatem ſacram* accepit, quas rationes proteſtantes haud admittunt, qui *ius aſyli*, vt ſuo loco dicam, merito reiiciunt. Interim ea libertate cum ipſis templis poſt *principis confirmationem* perfruuntur, vt agri, tu-

Digitized by Google

mulis defunctorum iam aptati, nullis in posterum oneribus publicis subiici, nec collectæ iis imponi queant, quippe quæ bona generatim ecclesiasticis sunt tributa, vt *in iur. paroch. sect. V. c. 3.* dixi.

Quomodo cœmeteria sint exstruenda?

§. XIX. Ipsa *exstructio cœmeterii* facienda (I) *sumtibus* vel *vniuersitatis*, vel *patroni*, nisi ærarium ecclesiasticum huic rei sufficiat, et cœmeterium templi accessorium sit. Si non est accessorium, nequidem ex ærario sumtus peti possunt, sed potius *ærarium ciuitatis* ad hoc sumtus facere, vel ipsa vniuersitas totius ciuitatis contribuere, et ad ampliationem cœmeterii conferre debet, vt alias in *rebus vniuersitatis* iuris est. (II) In *loco commodo* et *apto*, in quo sepulcra satis profunde effodi possunt, id quod *ordinationes politicæ* et *ecclesiasticæ* determinare solent. Hinc est, quod magistratus etiam quandoque ciues et subditos cogere possit ad fundos suos, in vsum cœmeterii nouiter exstruendi, vendendos, cum in salutem vniuersitatis hoc tendat, quæ priuatis rationibus præferenda. CARPZOV. *lib. II. iurispr. consist. def. 383.* ZACH. *in polit. munic. lib. II. c. 29. n. 47.* BARBOSA *lib. II. iur. eccles. c. 13. n. 21.*

De iurisdictione in cœmeterium.

§. XX. Duæ adhuc conclusiones ex principiis iuris canonici superfunt. Prima *iurisdictionem* concernit, quam episcopo in *cœmeterium* adscribunt. Itidem protestantes disquirere solent: *cui iurisdictio in cœmeterium competat?* Antea iam asserui, I) si de ipsa dilatione vel noui cœmeterii exstructione contentiones emergunt, iurisdictione *consistorii* easdem esse dirimendas. II) Si cœmeteria sunt seorsim a templis exstructa, vt pro *templi accessorio* haberi nequeant, ordinaria loci iurisdictio se etiam ad illa extendit, quia apud nos non sunt loca *sacra* aut *religiosa*, nisi solenni principis confirmatione munita sint, priuilegiaque *rerum ecclesiasticarum* acceperint, quod multo magis dicendum, si *accessorium templi* sint, quibus casibus iurisdictionem templi sequuntur, quatenus de *sepulcris* aliisque *iuribus* cœmeterii, qua talis, disputatur. Si *delictum* in eo commissum, is, qui criminalem iurisdictionem in eo loco habet, inquirere potest, quia hic non de iuribus *cœmeterii*, qua talis, agitur, sed de *delictis commissis*, a magistratu seculari coercendis. B. STRYCK. *in V. M. tit. de iurisdict. §. 20.*

Sepultura in cœmeterio dicitur ecclesiastica.

§ XXI. Altera conclusio ipsam *sepulturæ rationem* concernit, vtpote quæ tunc facta censetur *ecclesiastice* et *honeste*, si in *loco consecrato*, in *cœmeterio*, facta est. E contrario, cui *cœmeterium* negatur, peculiari quadam ratione *excommunicatus* censetur, ex quo non potest non summa cadaueri inferri contumelia Neque enim omnis sepultura est *ecclesiastica*, datur etiam *asinina*, datur *inhonesta*,

Digitized by Google

neſta, quod in SECVNDO MEMBRO *huius tituli* iam exponendum eſt. *Eccleſiaſtica* videlicet, qua talis, multa peculiaria iura, ex more eccleſiarum, ritu liturgiarum, et inepto ſuperſtitioſorum deſiderio, accepit. Inter hæc primarius *honor eccleſiaſticus* tandem habitus fuit ſepelire mortuos in templo, vel in eius atrio, vel in alio loco ſacris initiato, vt in antecedentibus plenius obſeruaui. Inde cui negatur ſepulcrum in cœmeterio, illi non quidem ſepultura omnis, *honeſta* tamen, et *eccleſiaſtica* negatur, quod hodie inter omnes titulum *pœnæ* et *iniuriæ* continet, pro qua auertenda proximiores non immerito ſolent eſſe ſolliciti. Vniverſa doctrina, paulo plenius hic tradenda, ex ratione antiquæ *communionis eccleſiaſticæ* fluit, cuius denegatio eſt *excommunicatio*, vnde et in vernacula dici ſolet, der Todten-Bann, h. e. *excommunicatio mortuorum*. Et cum cœmeteriorum honos cum liturgiis conſuetis tantum iis proprius ſit, qui in *communione eccleſiaſtica* vixerunt, et in ea vsque ad extremum vitæ halitum ſubſtiterunt, ita denegatio eorum eſt in effectu nihil aliud, quam huius *communionis eccleſiaſticæ denegatio et priuatio*, quæ, ex patrum ſententia, quouis malo, ipſa denique peſte, eſt acerbior. Ait ORIGENES *lib. II. aduerſ. Celſ. circa fin. Iam erga peccantes quam ſeuera eſt diſciplina, præcipue contaminatos libidine! quos e ſua communione reiiciunt noſtri, quantumuis Celſus eos nugacibus circulatoribus faciat ſimiles. Et Pythagoreorum quidem veneranda ſchola ponebat cenotaphia diſciplinæ ſuæ deſertoribus, nimirum, quod haberet eos pro mortuis: hi vero vt perditos Deoque mortuos lugent eos, qui libidine aliaue ſimili malo victi fuerint.*

§. XXII. Sicuti vero *communio eccleſiaſtica* potiſſimum in *communicatione orationis et conuentus* et *omnis ſacri commercii* conſiſtebat, vt TERTVLLIANVS *in apolog. c. 39.* loquitur, ita hæc ipſa variis, tum erga *viuentes*, tum *mortuos*, edebatur et declarabatur ſignis. Inter hæc quoque erat admiſſio ad *euchariſtiam* et *oblationes*, et nominum eorum, qui offerebant, *ſolennes recitationes*, adeo vt iam ſeculo II. in morem abierit, adventantibus presbyteris in aliam eccleſiam, *euchariſtiam* transmittendi, teſte IRENAEO apud EVSEBIVM *lib. V. hiſt. eccl. c. 24.* Etiam in eccleſia apoſtolica, in qua agaparum vſus maxime frequentabatur, cuique euchariſtia adiuncta erat, *oblationum* vſus iam inualuerat, et per plura ſecula durauit. Ad hoc conuiuium ſacrum conferebant ſinguli fideles, quatenus facultates eorum id permittebant, *1 Cor. XI, 21.* et qui ei intereſſe poterant, h. e. baptizati et non eiecti; neque enim eorum oblationes accipi poterant, qui ab *omni ſacro commercio* relegati erant. Ex his oblationibus non tan-

Communio eccleſiaſtica declarata erga viuentes et mortuos per euchariſtiam et oblationes.

Digitized by Goog

tum agapæ et S. cœna inſtruebantur, ſed etiam pauperes reficiebantur, et clerici indigentes alebantur, vt tot loca antiquitatum eccleſiaſticarum docent. Ad vſum S. cœnæ imprimis offerebatur *panis* et *vinum*, teſte IVSTINO *martyre in apol. II. in fin.* vbi liturgiam antiquam refert, et, *precibus peractis*, addit, *panis offertur et vinum et aqua, et præpoſitus itidem, quantum pro virili ſua poteſt, preces et gratiarum actiones fundit.* Pergit in ſequentibus, et docet, præter has oblationes etiam in vſus pauperum et indigentium *oblationes* factas fuiſſe. Inde *ritus oblationum* a fidelibus peractus, qui *conſortii eccleſiaſtici* erant participes, manauit, de quo ita ALBASPINAEVS *lib. I. de rit. eccleſ. obſ. 5.* ait: *Fideles primis illis temporibus, diebus dominicis et feſtiuis, raro ad altare ſine donis et muneribus accedebant, ſi res eis tenuis adeo non eſſet, et exigua, vt ſine incommodo id præſtare non valerent. Hæc dona oblationes vocabantur, quia a ſacerdotibus in altari, paulo ante ſacra, Deo offerebantur, certisque precibus benedicebantur, quorum poſtea pars aliqua fidelibus, cetera in ſacerdotum, clericorum et pauperum alimentum erogabantur.*

Cuius ratio euoluitur.

§. XXIII. Neque hic ſubſtitit ritus *oblationum; ſacrificii* cuiusdam figura acceſſit. *DEO* hæ dicebantur *offerri*, in ſalutem offerentium, et in communione eccleſiaſtica perſiſtentium. Quin ſeculo IV. iam vſitatum erat, eorum nomina inter *ſolennes preces* recitare, quorum oblationes ſuſceptæ erant, quo ipſo ſpeciatim Deo commendabantur, et ſic *conſortium precum* habebant, quod non leue *communionis eccleſiaſticæ* ſignum erat. Ita enim INNOCENTIVS I. *epiſt. I. c. 2. De nominibus vero recitandis, antequam preces ſacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda ſunt, ſua oratione commendet, quam ſuperfluum ſit, et ipſe recognoſcis, vt cuius hoſtiam nec dum Deo offeras, eius ante nomen inſinues. Prius ergo oblationes ſunt commendandæ, ac tunc eorum nomina, quorum ſunt oblationes, edicenda, vt inter ſacra myſteria nominentur.* In promptu hunc in finem erant tabulæ publicæ, *diptychæ* dictæ, in quibus nomina eorum, qui Deo commendabantur, inſcripta erant, tam, *viuentium* quam *defunctorum*, de quibus vid. BONA *lib. II. rer. liturg. c. 12.* De ſeculi III. praxi euidentia monumenta exhibet CYPRIANVS *in epiſt. 62. edit. Oxon.* ita ſcribens: *Vt autem fratres noſtros ac ſorores, qui ad hoc opus tam neceſſarium promte ac libenter operati ſunt, vt ſemper operentur, in mente habeatis in orationibus veſtris, et eis vicem bonæ operis in ſacrificiis et precibus repræſentetis; ſubdidi nomina ſingulorum, ſed et collegarum quoque et conſacerdotum noſtrorum, qui et ipſi, cum præſentes eſſent, et ſuo et plebis ſuæ nomine*

Oblationes in ſacrificium verſæ, et nomina offerentium inter preces recitata.

Inde communio precum.

Digitized by Google

nomine quædam pro viribus contulerunt, nomina addidi, et præter quantitatem propriam noſtram, eorum quoque ſummulam ſignificaui et miſi, quorum omnium, ſecundum quod fides et caritas exigunt, in orationibus et precibus veſtris meminiſſe debetis. Similiter *in epiſt.* 16. increpat eos, qui nimis crude et mature ius *communicationis* amiſſæ repetebant. Et, *nunc crudo*, ait, *tempore, perſecutione adhuc perſeuerante, nondum reſtituta eccleſiæ ipſius pace, ad communicationem admittuntur, et offertur nomen eorum*, quod indicium præbet, *ius communionis* potiſſimum per *recitationem nominum* declaratum et probatum fuiſſe. Conf. HILDEBRAND. *in offertorio pro defunct. c. VI. §. 3. ſeqq.* ALBASPINAEVS *lib. I. obſ. 7. cit. l.* THOMASSINVS *P. III. diſcipl. eccl. lib. I. c. 12. §. 4.* BONA *cit. l. c. 12. et 13.* Ex his denique recte concludit ALBASPINAEVS *cit. l. n. 4. Oblationes illas genus quoddam communionis fuiſſe, quod tanto in honore et religione apud eos erat, vt nihil antiquius poſt euchariſtiam haberent, quam eiusmodi oblationes, nullusque communionis modus ad ſummam et abſolutiſſimam communionem, quæ erat eucvariſtia, magis accederet.*

A qua excludebantur electi.

§. XXIV. Quæ cum ita eſſent, hanc *oblationum* praxin, et inde declaratam *communionem eccleſiaſticam*, adeo extendebant, vt *pro defunctis* quoque *offerrent*, eorumque nomina ſolenniter ex *diptychis* inter preces ſolennes recitarent, indigitarentque, eos adhuc in *precum communione* eſſe. Neruoſe mentem et intentionem antiquorum chriſtianorum exprimit HILDEBRANDVS *cit. loc. cap. VI. §. 6.* aiens: *Si qui pie ac placide in* CHRISTO *obdormiuiſſent, et in communione cum eccleſia diem vltimum clauſiſſent, hi poſt obitum non honeſte tantum et reuerenter ſepulturæ traditi ſunt, ſed et defunctorum in viuis relicti amici, parentes, coniuges, liberi, cognati, amici, nomine defunctorum (perinde ac ſi defuncti adhuc viuerent, ſed vrgentibus cauſis a ſacris abeſſent) oblationes tum temporis conſuetas, panis et vini aliorumque munerum ad ſacram ſynaxin, ad altare vel S. menſam deferebant, et presbyteris offerebant, in argumentum et teſtimonium, vt recte iudicat* B. CALIXTVS *in tr. de ſacrif. miſſ. theſ. 26.) quod defuncti eccleſiaſticæ communionis participes deceſſiſſent. Atque hæ erant in primitiua eccleſia oblationes pro defunctis, quas cum eccleſia acciperet,* SIGNVM ERAT COMMVNIONIS CVM ECCLESIA, *in qua defunctus obiiſſet.* Eadem fere ratione mentem veterum exprimit IOANNES *Oxon. epiſc.*

Ad denotandam communionem cum defunctis etiam offerebant et eucharistiam celebrabant, imo nomina eorum inter preces recitabant.

epiſc. in not. ad epiſt. 1. Cypriani. Nimirum, ait, *quo magis conſtaret, fideles vita defunctos minime periiſſe, ſed etiamnum membra eccleſiæ exiſtere, oblationes eorum nomine, ac ſi in viuis eſſent, vsque efferebantur.* Nec ipſe THOMASSINVS *cit. l. §. 2.* alium ſenſum huic ritui indere potuit, ſed fateri coactus eſt, *nec ſuperſtites nec fato functos ſuam cum eccleſia communionem approbare potuiſſe, niſi his oblationibus, eosque discrepaſſe, ſiue excommunicatos, ſiue pœnitentes, a fidelibus, quod fidelium oblationes duntaxat, et eorum, qui conſortes eſſent communionis ſacræ, ad altare admitterentur.*

Mox creditum fuit, has oblationes defunctis prodeſſe.

§. XXV. Huic ritui noua paulisper acceſſit interpretatio, nouusque prorſus ſignificatus. Commendatæ ſunt *oblationes* morti vicinis, tanquam efficaciſſimum medium expiandi peccata. SALVIANVS *lib. I. adu. auarit. p. m. 205. edit. Brem.* diſerte ait: *Offerat ergo vel moriens ad liberandam de perennibus pœnis animam ſuam* etc. Commendatæ ſunt magnopere oblationes viuentibus, *pro anima defunctorum*, ex ea ratione, quod *animæ mortuorum ex viuorum orationibus* et *oblationibus* multa et magna beneficia perciperent, quod plenius declarat HILDEBRAND. *l. c. cap. 9.* Hinc magni faciebant chriſtiani *has oblationes precesque*, non tantum, quod *ius communionis eccleſiaſticæ* etiam poſt fata ſibi profuturum eſſe, ſed quod ingentem iacturam ſpei ſalutisque æternæ ſe facturos crederent, ſi ab hoc *conſortio ſacro* prorſus eſſent excluſi. Vnde tot quæſtiones, iura, aliaue inſtituta orta ſunt, qui ad hunc honorem admittendi, qui ab eo excludendi et *omnis communionis iure* poſt mortem priuandi?

Inde noua iura circa hanc communionem cum defunctis orta.

Communione precum eccleſiaſtica priuari, luctuoſum videbatur.

§. XXVI. Luctuoſum omnino videbatur, poſt mortem hac *communione precum priuari*, quod malum tamen regulariter tantum *iectis*, vel, qui excommunicatione dignum delictum commiſerant, contingebat. Mirum ſane, huc etiam relatum fuiſſe caſum, ſi frater excedens ad tutelam vel curam clericum nominaret, prout docet CYPRIANVS *epiſt. 1. Ac ſi quis*, addit, *hoc feciſſet, non offerretur pro eo, nec ſacrificium pro dormitione eius celebraretur. Neque enim apud altare Dei meretur nominari in ſacerdotum prece, qui ab altari ſacerdotes et miniſtros voluit auocare. Et ideo Victor cum contra formam, nuper in concilio a ſacerdotibus datam, Geminium Fauſtinum presbyterum auſus tutorem conſtituere, non eſt, quod pro dormitione eius apud vos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine eius in ec-*

Digitized by Google

eccleſia frequentetur. In genere ſtatuere *patres Illiberini c. 28. Epiſcopum, placuit, ab eo, qui non communicat, munus accipere non debere. Non communicare* dicebatur, qui *ius communionis et ſocietatis chriſtianæ, quo qui donatus eſſet, corpori Chriſti et eccleſiæ adglutinatus cenſebatur, non habebat,* vt plenius illuſtrat ALBASPINAEVS *in not. ad cit. c.* Hoc iure fraternitatis excidebant delinquentes, et peccato mortali inquinati, vti conſtat exemplo AMBROSII, imperatoris oblationes recipere detrectantis, cuius cauſam PAVLINVS *in vita eius* neruoſe exprimit: *Cauſa commotionis hæc fuit, quia munera imperatoris, qui ſe ſacrilegio commiſcuerat, ab eccleſia reſpuebantur, nec orandi illi cum eccleſia ſocietas tribuebatur.* Hoc ipſo *excommunicatus* erat, qualis dicebatur auctore TERTVLLIANO *in apol. c. 39. qui a communicatione orationis et conuentus et omnis ſancti commercii relegatus erat.* Indicat id ipſum quoque AVGVSTINVS *in c. 8. C. 17. q. 4.* oblationes eius recuſans, qui *immunitatem eccleſiæ violauerat. Oblatio vero,* ad eum ſcribit, *domus tuæ a clericis ne ſuſcipiatur, indixi: communionemque tibi interdico, donec, peracta pro auſibus vel errore a me definita tibimet pœnitentia, et tempore ordinato pro hoc facto corde contrito et humiliato dignum offeras ſacrificium Deo.*

Quod accidebat grauiter delinquentibus, ejectis.

Quorum oblationes non accipiebantur.

§. XXVII. Sicuti vero *communio* ſuos habebat gradus, ita *perfectiſſime* demum in *participatione corporis et ſanguinis Chriſti* conſtituebatur, in qua qui erant, horum *oblationes* accipiebantur, et pro his defunctis oblationes fiebant, ſicuti ab hoc oblationum conſortio excludebantur, qui nondum ad hunc gradum *communionis* ſummum, poſt lapſum, reſtituti erant. Pœnitentes quandoque rurſus ad *precum commercium* admittebantur, ſed ſine *oblatione*, ſi ad quartum et vltimum pœnitentiæ gradum deuenerant, quo dicebantur *conſiſtentes.* Eleganter MORINVS *de adminiſtr. ſacram. pœnit. lib. VI. c. 17. §. 6.* de hoc more priſtino ita cenſuit: *Pœna, qua mulctabantur conſiſtentes, hæc fuit, quod munera eorum, vt fidelium, non acciperentur; vnde conſequens erat, eos corpori Chriſti non communicare. Quibus enim non licebat offerre, vnde corpus et ſanguis Chriſti conſecrarentur, iis non iudicabant licere, ipſum corpus et ſanguinem manducare et bibere. Quapropter iſta ſunt æquipollentia, communicare precibus ſine oblatione, et non communicare corpori Chriſti.* IDEM *c. 18. §. 14.* dicta confirmat: et, *cum igitur,* ait, *hoc eſſet fidelium proprium et perfectæ communionis argumentum, cum iis, qui boni et perfecti, communione, vt loquuntur patres, nondum fruebantur, communicari non potuit. Erat enim doctrinæ antiquæ veluti principium, eos ius non habere offerendi, quibus ius non erat,*

Perfectiſſima communio ex euchariſtia et oblationibus cognoſcebatur.

Digitized by Google

de oblatione conſecrata guſtandi. Ex quo porro colligit MORINVS *l. c. §. 15.* nec horum nomina inter preces ſeu miſſarum ſolennia recitata fuiſſe, quippe quæ gratia tantum iis tributa, qui *ius offerendi* habebant, quo pœnitentibus nondum reſtitutum erat. Hi enim *iure ſacro* eiusque conſortio exciderant, nec ante receptionem et abſolutionem *ius communionis plenisſimæ* recuperabant.

Inde pœnitentes ante mortem abſolutionem magnopere anhelabant.

§. XXVIII. Hac de cauſa tanti res pretii et momenti erat, ante exceſſum abſolui, vt in *ius communionis eccleſiaſticæ* eo priuatus reſtitueretur, et pro eo ſolennes oblationes fieri poſſent. Hinc in caſu *mortis imminentis* etiam diaconi abſoluere lapſos poterant, ſi vel maxime conſtitutum pœnitentiæ tempus haud eſſet effluxum, vt teſtatur CYPRIANVS *epiſt. 18.* Imo quamuis poſtea epiſcopi et ipſe papa caſus quosdam ſuæ abſolutioni ſolitariæ reſeruauerint, ſimul tamen cuilibet presbytero poteſtatem dederunt, lapſum in *articulo mortis* abſoluendi, ne morti vicinus tam inſigni bono, quod ex *communione eccleſiaſtica* etiam in defunctos redundare credebatur, carere teneretur, imo ne ſpem amitterent, apud martyres in *eccleſia* vel *atrio* eiusdem, ſepulcrum accipiendi, id quod ex vana quadam ſuperſtitione admodum appetebant. Ita GREGORIVS cenſuit in *c. 17. C. 13. q. 2.* et, *cum grauia*, ait, *peccata non deprimunt, hoc prodeſt mortuis, ſi in eccleſia ſepeliantur, quod eorum proximi, quoties ad eadem ſacra loca veniunt, ſuorum, quorum ſepulcra aſpiciunt, recordantur, et pro eis Domino preces fundunt.* Eiusdem ſententiæ fuit AVGVSTINVS *in c. 19. eod. Non æſtimemus, ad mortuos, pro quibus curam gerimus, peruenire, niſi quod pro eis ſiue altaris ſiue orationum ſiue eleemoſynarum ſacrificiis ſolenniter ſupplicamus.* Suadet porro, vt nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc beneficia poſſint et debeant peruenire. Denique poſt pauca addit: *Quod vero quisque apud memoriam martyrum ſepelitur, hoc tantum mihi videtur prodeſſe defuncto, vt commendans eum etiam martyrum patrocinio affectus pro illo ſupplicationis augeatur.* Porro in *c. 22. C. 13. q. 2.* diſtinctius vtilitas huius *communionis* commendatur: *Animæ defunctorum quatuor modis ſaluantur: aut oblationibus ſacerdotum*, (Seel-Meſſen) *aut precibus ſanctorum, aut charorum eleemoſynis*, (oblationibus) *aut ieiunio cognatorum.* Addo et alium locum AVGVSTINI, relatum in *c. 23. ibid. Neque negandum eſt, defunctorum animas pietate ſuorum viuentium releuari, cum pro illis ſacrificium mediationis offertur, et eleemoſynæ*, h. e. oblationes, *in eccleſia fiunt.* Proinde nemo hoc beneficio priuandus erat, niſi ſe ipſum ſuis delictis hoc ipſo priuauerat, qui quidem ſepultura non carebat, carebat tamen *oblationibus* et *precibus*

Vt in atrio eccleſiæ ſepeliri poſſent, et precibus eccleſiæ frui.

Digitized by Google

cibus, quibus demum *ecclesiastica sepultura* perficiebatur. Ait GREGORIVS II. in *c. 21. C. 13. q. 2. Sancta sic tenet ecclesia: vt quisque pro suis mortuis vere christianis offerat oblationes, atque presbyter eorum memoriam faciat: et quamuis omnes peccatis subiaceamus, congruit, vt sacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat et intercedat, non tamen pro impiis (quamuis christiani fuerint) tale quid agere licebit.*

§. XXIX. Vnde nata est *regula iuris canonici*, quæ fundamentum primarium huius doctrinæ, quam hic expono, constituit: *Quibus viuis communicamus, mortuis quoque communicare possumus*, et vice versa: *Quibus viuis non communicauimus, nec mortuis communicare debemus.* Auctor huius regulæ, quam ex praxi antecedenti collegit, est LEO *magnus in epist. 92. c. 6.* de communione priuatis ita scribens: *Horum causa* DEI *iudicio reseruanda est, in cuius manu fuit, vt talium obitus non vsque ad communionis remedium differretur. Nos autem, quibus viventibus non communicauimus, mortuis communicare non possumus.* Referunt hunc locum præter REGINONEM *de discipl. eccl. l. 1. c. 115.* GRATIANVS *in c. 1. C. 24. q. 2.* Repetit eandem regulam GELASIVS de excommunicatis ita scribens: *Quodsi obstinato animo sine communione defuncti fuerint, nos eorum causam iuxta B. Leonis prædecessoris nostri sententiam diuino iudicio reseruantes, quibus viuis non communicauimus, nec mortuis communicare debemus.* Quid autem est *mortuis communicare* aliud, quam *oblationes pro iis factas accipere, pro iis sacrificium offerre, et preces solennes fundere?* in quibus *communio cum mortuis* per *viuentes* declarabatur, vt ex antea dictis liquet. Inde VRBANVS II. in *c. 3. C. 24. q. 2.* ad *solos excommunicatos* hanc doctrinam restrinxisse videtur, in casu sibi oblato, vbi ita: *Inter ceteros nostræ fidei patres B. Leo papa, doctor egregius, quibus viuis, inquit, non communicauimus, nec mortuis communicare debemus. Constat ergo, quoniam quibus viuis (vt ex opposito loquamur) communicauimus, mortuis quoque communicare possumus. Nos plane inter duo oppugnantia positi, inter impios videlicet et schismaticos, schismaticis vllo modo communicare non possumus, aut licet. Peccatoribus vero et prædonibus dispensatiue propterea communicamus, quia ecclesiam hactenus sustentauerunt, et se fideles in posterum pollicentur. Alioquin oportet nos de huius mundi partibus exire. Sub qua etiam sponsione nos eis nuper in B.* PETRI *natalitiis absolutionem indulsimus. Quia vero prædictus vir, neque nominatiue excommunicat, neque communicans cum excommunicatis ex nomine exiit, sed in domini sui fide atque seruitio permansit, licet nobis dispensatiue, i. e. quamdiu eos patimur,*

Inde nata regula iuris: quibus non communicamus viuis, iis nec defunctis communicare debemus.

timur, eius eleemosynis communicare, et defuncti animam christiane religionis modis omnibus adiuuare. Eandem regulam quoque adhibet GODEFRIDVS *Vindocinensis*, seculi XII. scriptor. *lib. III. epist. 38. Auctoritate*, inquiens, *sanctorum canonum firmiter tenemus et nullatenus dubitamus, quia quibus viuis non communicamus, nec mortuis communicare debemus.*

Communicatio cum defunctis iudicata fuit ex loco et precibus seu oblationibus.

§. XXX. Hæc itaque *communicatio cum mortuis* potissimum in duobus consistebat: 1) vt fierent participes *precum* et *oblationum*, quæ pro illis fiebant: 2) vt habiles et digni essent, qui etiam, vel *in ecclesiis*, vel *in atrio* earum, iuxta martyres conderentur, et horum consortio et gratia fruerentur, si merita eorum hunc honorem iis conciliarent. Prior finis *omnibus* communis erat; secundus per plura secula tantum *quibusdam*, quibus singulariter ob bene merita in ecclesiam hoc indultum erat, vt plenius supra declaratum est. Verum tractu temporis etiam hic honos, martyrum et sanctorum locorum fruendi gratia, omnibus communicatus, cum singuli in loco sacro vel circa ecclesiæ muros sepeliri gestirent, ex quo superstitioso pruritu tandem *cœmeteria publica* circa ecclesias erecta sunt, omnibus communia, qui in *communione ecclesiastica* decedunt. Ab hoc tempore *communicatio cum mortuis* ex adductis duobus finibus æstimari cœpit, præsertim cum etiam ingens commodum et beneficium ex *loci sanctitate* communicari defuncto crederetur. Et hæc demum dicebatur *sepultura ecclesiastica*, imo etiam ad hanc applicabatur regula §. *anteced.* adducta, adeo, vt, cui denegaretur *cœmeterium* cum *oblationibus*, *is communione ecclesiæ* carere diceretur, h. e post mortem adhuc in *excommunicatione* persisteret. Postquam enim *communionem fidelium* adeo extenderunt, vt etiam cum defunctis *consortium* quoddam continuarent, noua hæc *excommunicationis* species, der Todten Bann, inde nata et ad nos propagata est. Vsum huius doctrinæ, ad *cœmeteria* speciatim applicatæ, deprehendimus in *c. u. X. h. t.* vbi pontifex interrogatus, an ille, qui caluali fato exstinctus erat, *sepultura ecclesiastica priuari* deberet? respondit: *quod corpus eius tradendum sit sepulturæ ecclesiasticæ, præsertim cum ex honesta causa fugisse noscatur, et cui communicabatur viuenti, communicandum sit iam defuncto.* Quid sit vero *sepultura ecclesiastica?* in *c. seq. 12.* idem pontifex declarat, et doctrinam, hactenus diffuse prolatam, in compendio refert, his verbis: *non communicemus defunctis; et vt careant ecclesiastica sepultura, qui prius erant ab vnitate ecclesiastica præcisi, nec in articulo mortis reconciliati fuerunt. Vnde, si contingat interdum, quod vel excommunicatorum corpo-*

Quæ sepultura ecclesiasticam constituit.

Et excommunicationem defunctorum, quæ in exclusione a cœmeterio quoque consistit.

Digitized by Google

corpora per viuentium aliquos vel alio caſu in cœmeterio eccleſiaſtico humarentur, ſi ab aliorum corporibus diſcerni poterunt, exhumari debent, et procul ab eccleſiaſtica ſepultura iactari. Iuxta hunc textum *ſepultura eccleſiaſtica* potiſſimum *ex loco* deſumitur, ex *cœmeterio eccleſiaſtico*, in quo qui humantur, cum illis fideles *communicare* dicuntur; ſed quibus locus in illo denegatur, illi extra *communionem fidelium* mortui creduntur, nec pro eis *oblationes* fiunt, cum nec *hæ* nec *locus* illis prodeſſe poſſint, vt ex *cit, c. 12. in fin.* colligitur. Nec hæc doctrina adeo noua erat, quin, vt ſupra iam dictum eſt, etiam *conſortium cum martyribus et ſanctis*, in eccleſia vel atrio eius terræ mandatis, admodum appeteretur, quod iis non poterat non denegari, qui extra communionem mortui erant. Quin iam *ſeculo VII.* ne quidem conſtitutis cœmeteriis publicis, in monaſteriis hic mos inualuerat, impœnitentes monachi vel moniales *ſeorſim*, extra locum conſuetum ſepulturæ, qui in monaſteriis erat, terræ conderentur. AVCTOR *vitæ S. Burgundiforæ abb. Eborac.* apud MABILLON. *ſeculo II. act. Benedict. p. 446. circa ann. 655.* hoc declarat, inquiens: *Quas cum in collegio ceterarum ne quicquam mater monaſterii ſepelire ratum duceret, ſegregatim humandas, in extremum ſepeliendas foris iubet.*

Inde qui in cœmeterio ſepelitur, communionem eccleſiaſticam habet.

§. XXXI. Quamuis vero ex adductis locis liqueat, *pœnitentes*, nondum in *ius communionis* plene reſtitutos, ab hac *communione* cum *fidelibus viuentibus* fuiſſe excluſos, non vniformis tamen quoad hos fuit eccleſiæ traditio et praxis. Romanæ eccleſiæ præſules per multa tempora iis *abſolutionem* denegarunt, ex regula adducta LEONIS: *Vt, quibus non communicauerant viuentibus, nec mortuis communicare poſſent.* Id potiſſimum variis argumentis agit GELASIVS papa *in c. 6. C. 24. q. 2.* vt oſtendat, mortuos extra communionem non eſſe abſoluendos, ad hunc effectum, vt *communioni eccleſiaſticæ* reſtituerentur, cum dictum, *quæ ligaueris ſupra terram*, tantum *viuentes*, non *mortuos* reſpiceret. Idem repetit in *c. 4. ibid.* conſultus de ACHATIO, qui a communione excluſus erat, et in hac eadem perſiſtens damnatione deceſſerat, *abſolutionem*, addit, *quam ſuperſtes nec quæſiuit omnino, nec meruit, mortuus iam non poteſt impetrare.* MORINVS *de adminiſtr. ſacr. pœnit. lib. 10. c. 9. §. 1. ſeq.* Clementiores alias eccleſias fuiſſe, docet GABRIEL ALBASPINAEVS *lib. I. de rit. eccl. c. 10.* ibique oſtendit, *qua ratione mortuis ius communionis redditum fuerit.* Speciatim vero *cit. l. §. 4.* hæc ſubiicit: *His et aliis rationibus apparet, ius communionis obtineri oblationibus, ſed ab eccleſia tamen receptis: propterea patres indoluerunt, ſi*

Pœnitentes nondum reſtituti olim carebant eccleſiaſtica ſepultura ex decreto Romanæ eccleſiæ.

Aliæ eccleſiæ tamen mitiores erant.

Digitized by Googl

qui pœnitentiæ tempore morte interciperentur; decreuerúntque, ad communionem fidelium eſſe reducendos, tametſi vitæ functi eſſent, oblationum beneficio, nullo alio ad id beneficium conferendum propoſito remedio. Id clare euincit *concilium Arelat. II. c. 12. De his, qui in pœnitentia poſiti vita exceſſerunt, placuit: nullum communione vacuum debere dimitti, ſed pro eo, quod honorauit pœnitentiam, oblatio eius recipiatur.* Aliis conciliorum decretis id illuſtrat ALBASPINAEVS *cit. l.* et MORINVS *cit. l. §. 3. ſeq.* Ipſi pontifices Romani poſtea hanc quoque ſententiam amplexi ſunt, ceu conſtat ex INNOCENTII III. decreto, in *c. 28. X. de ſentent. excommun.* relato, vbi tamen has præſupponit circumſtantias: *ſi in excommunicato indicia pœnitentiæ fuerint manifeſta, nec per eum ſteterit, quo minus reconciliaretur eccleſiaſticæ vnioni, et ſic non ſuſcepto beneficio abſolutionis deceſſerit.* Ad illa, quæ anteceſſores eius mouerant dubia, ita reſpondet: *Nec obſtat, quod eccleſiæ legitur tributa poteſtas ligandi atque ſoluendi homines ſuper terram, tanquam non poſſit ſoluere et ligare ſub terra ſepultos: et quod legitur, non communicetur mortuo, cui non communicatum eſt viuo: cum etſi communicatum non fuerit, communicandum tamen illi fuiſſet, quem non contemtus religionis, ſed neceſſitatis articulus impediuit, et in certis caſibus a canonibus denotatis ligaſſe legatur eccleſia mortuos, et ſoluiſſe.* Ita contradicit INNOCENTIVS III. LEONI et GELASIO, eosque erroris accuſat, temperatque ſeueritatem, antea ab eccleſiæ Romanæ præſulibus indictam.

Quam ſententiam poſtea Innocentius III. recepit.

§. XXXII. Conſtat ergo ex hactenus dictis, 1) eccleſiam antiquam ſtatuiſſe quandam *communionem cum mortuis:* 2) eamque declaraſſe per *oblationes*, quæ eorum nomine a propinquis, ac ſi adhuc fuiſſent in viuis, fiebant: 3) imo illas ipſas *oblationes* fuiſſe *perfectiſſimæ communionis* indicium: 4) ideo porro has *oblationes* pro defunctis factas fuiſſe, vt *precibus eccleſiæ* adhuc mortui nominatim fruerentur, et 5) ita pro iis *ſacrificium* Deo offerretur, quod adhuc hodie vocant die Seel-Meſſen, hunc habiturum effectum, vt defunctis prodeſſet, eosque a purgatorio liberaret: denique 6) *loci ſanctitatem* iis quoque communicatam fuiſſe, vt ius haberent, in conſortio martyrum et aliorum ſanctorum quieſcendi, et gratia loci religioſi in atrio eccleſiæ vel cœmeterio *benedicto* et *eccleſiaſtico* fruendi: adeoque 7) hanc communionem illis tantum indulgendam eſſe, quibus viuis *fideles communicauerant*, vel com-

Ex iis, quæ antea dicta ſunt, breuis recapitulatio inſtituitur.

Digitized by Google

communicare rurſus debuiſſent, niſi fato impediti fuiſſent: hanc 8) demum eſſe *ſepulturam eccleſiaſticam:* e contrario vero 9) hanc merito denegandam, et *communionem eccleſiaſticam* iis adimendam, quibus viuis fideles non communicauerant. In hoc conſiſtit ius *denegandi communionem cœmeteriorum*, et in hoc quoque ratio denominationis quærenda, nihilque aliud eſt, quam *excommunicatio vel poſt mortem continuata, vel de nouo indicta et impoſita*, der Todten-Bann; nam etiam iis applicatur, vt infra videbimus, quibus viuentes communicauerant, ſi in *articulo mortis* precum et communionis eccleſiaſticæ ſe indignos reddiderint, veluti ſibi manus violentas inferendo etc.

§. XXXIII. Quodſi hæc aſſerta cum doctrina *eccleſiarum proteſtantium* conferimus, ab hac magnopere illa diſcrepare cernimus. Oſtendit B. HILDEBRAND. in *offert. pro defunct. c. 2. et 3.* orationes et oblationes pro defunctis non eſſe fundatas in ſacra ſcriptura. Docet B. CHEMNITIVS in *exam. concil. Trident. P III. lib. 3. c. 7. §. 7*, orationem pro defunctis non eſſe *apoſtolicam doctrinam*, aut diuinum mandatum ſeu articulum fidei, aut dogma neceſſarium, ſed *humanam traditionem*, libera et varia conſuetudine introductam, et tandem ſuperſtitioſe obſeruatam. Demonſtrat VITRINGA, vir clariſſimus, de *ſynagoga vet. lib. I. P. I. c. 2. p. 221. ſeq.* morem apud Iudæos vſitatum fuiſſe, orandi pro defunctorum animabus, maxime, quod ex gentilismo apud eos inualuerat opinio, quod animæ defunctorum circa tumulos illos, in quibus cadauera recondita erant, vagarentur, quodque per eorum interceſſionem etiam facilius auxilium a Deo impetrare liceret, imo quod ad viuos gratia diuina deriuetur per *oſſa defunctorum;* quo ipſo etiam Iudæi quandam communionem cum mortuis ſtatuerunt. Inde ſatis probabile eſt, hanc conſuetudinem, *offerendi pro defunctis*, ad *reliquias Iudaiſmi* referendam eſſe, vnde tot alia inſtituta, quæ conſuetudini adſcribunt, originem trahunt. Expurgant noſtrates *purgatorium* pontificiorum, quod fulcrum ſuum primarium in hac *communicatione cum defunctis* habet. Confitentur proteſtantes iuxta CHEMNITIVM *cit. l. §. 24.* periculoſe feciſſe veteres, quod ſine mandato et exemplo ſcripturæ in forma orationis pro mortuis, et quidem in ipſa actione euchariſtiæ, quæ *pro viuis* inſtituta eſt, hoc fecerint, et quod inde *ſemina purgatorii* ſparſa fuerint. Inde nec *oblationes pro defunctis* facimus, nec ex *cœmeterii* aliusue loci *ſanctitate*, vllam gratiam aut beneficium defuncto conferri credimus, cum nequidem noſtris cœmeteriis vlla *ſanctitatis* qualitas inſit. Ergo forſan regula: *Quibus non communicamus viuentibus,*

Hæc principia eccleſiæ proteſtantes non in vniverſum approbant.

iis

iis nec mortuis communicare debemus, ad noſtras eccleſias applicari nequit.

Quædam tamen ex his noſtræ eccleſiæ probant.

§. XXXIV. Equidem quædam ex his, quæ adducta ſunt, a noſtratibus non prorſus damnari, ait HILDEBRANDVS *cit. l. c. 9. §. 9. Nos vero*, ait, *nec munerum, nec nominum oblationes olim factas improbamus, eo tamen ſenſu, quo primitiua eccleſia eas vſurpauit, quemque nos hactenus ex ſcriptis ſanctorum patrum abunde oſtendimus. Neque enim damnamus, (quod fecit* AERIVS*) morem, nomine defunctorum munera panem et vinum ad altare offerendi in vſum euchariſtiæ. Non damnamus, quod de muneribus, nomine defuncti in S. Synaxi oblatis, euchariſtia ſit confecta, et iis, qui exequias iuerunt, ſit diſtributa, vt per vſum S. euchariſtiæ ad deuotius pro defuncto orandum animarentur. Non damnamus, quod defunctorum nomina diptychis vel tabulis eccleſiaſticis inſcribenda, vna cum muneribus obtulerint, vel vt interpretes eccleſiæ, expreſſis nominibus, pro defunctis oraretur, vel vt defunctorum ſaltem commemoratio aliis in exemplum fieret, etc.* An et quatenus omnium theologorum ſententia cum hac conſpiret, meum non eſt inquirere; ſed ſi vel maxime adducta vera eſſent, minime tamen regulæ allegatæ vſum genuinum in eccleſiis proteſtantium inſinuant. Non offerimus nomina aut munera ad altare: non offerimus panem et vinum, nec euchariſtiam his, qui exequias iuerunt, porrigimus: non facimus publice *interceſſiones* pro defunctis in ipſis exequiis: nomina defunctorum non inſerimus diptychis, nec ea inter ſolennes preces recitamus, et vt binis verbis dicam: *cum mortuis non communicamus eo in ſenſu.* Quæ humanitatis officia iis indulgemus, iis non proſunt, nec his cum iis vlla communio conciliatur. *Curatio funeris, conditio ſepulturæ, pompa exequiarum, magis viuorum ſolatia ſunt, quam ſubſidia mortuorum*, verba ſunt *c. 22. C. 13. qu. 2.* vbi ſimul additur: *Si aliquid prodeſt impio ſepultura pretioſa, oberit pio vilis aut nulla.* Nec *communio cœmeterii* vllam *cum defunctis communicationem* induit, cum nec ex *ſitu loci* aliquid beneficii defuncto conferri credamus, ſed hæc ipſa ſint *loca publica, ſepeliendis cadaueribus deſtinata.*

Inde tamen vſus genuinus regulæ adductæ non colligitur.

Nihilominus tamen hæc excommunicatio inter nos non plane ceſſat.

§. XXXV. Sic ergo forſan *omnis excommunicatio mortuorum*, der Todten-Bann, prorſus apud nos ceſſat, nec vllus a cœmeterio excluditur? Ita quidem, ſi cohærentem iuris eccleſiaſtici prudentiam haberemus, dicendum foret. Sed ex infinitis rerum argumentis liquet, concluſiones nos ex principiis reiectis, vel apud nos non vſitatis, retinuis-

Digitized by Google

nuisse, nec satis solertes fuisse, vt vera a falsis, et quæ speciem veritatis habent, a solidis eius fundamentis separaremus. Sic etiam hanc *mortuorum excommunicationem*, den Todten-Bann, vt vulgato et vsitato verbo vtar, retinuimus, quamuis minime inde nobis imputandum, nos eandem in eodem cum pontificiis sensu retinuisse. Nihilominus tamen rationes quandoque inde petuntur. Id quod vt euidens fiat, ad duo potissimum dirigenda est oratio mea: 1) quisnam de hac *excommunicatione* cognoscat? 2) quibusnam *communio cœmeterii* denegetur?

§. XXXVI. Quod *cognitionem* de *sepulturæ denegatione* concernit, duæ sunt separandæ quæstiones: aut enim quæstio est de *totali denegatione sepulturæ*, aut tantum de *denegatione communionis cœmeterii*. Prior indubie spectat ad *magistratum secularem*, criminali iurisdictione munitum. In pœnam grauioris delicti, a Romanis sepulturam cadauer ribus denegatam fuisse, constat ex *tit. D. de cadau. punit.* Punitorum cadauera non humabantur, nisi sepultura petita et impetrata fuisset, *l. 1. D. l. c.* quod vel exemplo Saluatoris nostri constat, cuius corpus Ioseph Arimathæensis a Pilato per preces obtinuit. Maiestatis damnati, famosi latrones, aliique scelerati, prorsus excludebantur a sepultura in terrorem criminum. Eleganter sane ICtus in *l. 28. §. 15. D. de pœn.* ideo furca figendos latrones placuit, *vt conspectu deterreantur alii ab iisdem facinoribus.* Fuisse autem hoc reuera partem *pœnæ*, eleganter declarat SVETONIVS *in vit. Vespas. c. 2.* referens: hunc imperatorem, adhuc in prætura constitutum, *pœnæ coniuratorum addendum censuisse, vt insepulti proiicerentur*, quod multis aliis locis illustrat KIRCHMAN. *de funer. Rom. in append. c. 4.* Quamuis vero hodie non indistincte cadauera punitorum sepultura priuemus, vtplurimum tamen *suspendio* vel *rota* affecti *insepulti* relinquuntur. CARPZ. *P. III. pr. crim. qu. 137. n. 70.* et *qu. 101. n. 19.* Et hoc quoque ad cognitionem iudicis, criminali iurisdictione præditi, spectare, IDEM contendit *qu. 131. n. 34.* asserens: iudicem ex *iusta causa* in cadauer eius, qui in reatu ante sumtum supplicium decessit, animaduertere posse, id quod plenius in sequentibus declarat, docetque, id non esse prorsus arbitrarium, sicut nec *pœnæ* in genere sunt in manu et arbitrio iudicis. Verum, cum de hac materia hic tantum *incidenter*, et non *ex professo* agam, ei vlterius me immittere nolo. Conf. interim KVLPIS. *de iure circa cadau. occis.*

Cognitio de totali priuatione sepulturæ ad magistratum secularem spectat.

§. XXXVII. Primaria ergo supereſt quæstio: *Cui foro debeatur cognitio de admittenda vel deneganda cœmeterii communione seu sepulturæ* Cui exclusio a cœmeterio competat,

non clare definiunt nostrates.

ecclesiastica? Apud Romanæ ecclesiæ doctores res extra dubium posita est, *iudicii ecclesiastici* cognitioni hanc causam esse reseruandam, cum sit *excommunicationis* species. Inter *protestantes* maiora oborta sunt dubia, in diuersas sententias doctorum mentes trahentia. CARPZOV. *lib. II. iurispr. consistorial. def. 378. n. 6.* cognitionem hanc *consistoriis* tribuere videtur, solum eo in casu, quando de *ceremoniis* aliquid remittendum. Huc etiam collineare videtur ratio, quam *cit. l. def. 382. n. 6. 7.* adfert, *quod beneficia ecclesiæ denegari debeant defunctis, qui adhuc viventes sua sponte a communione et beneficiis abstinuerunt.* Denique *lib. I. def. 10.* ius sepulturæ accenset *iuribus episcopalibus*, quod immediate et simpliciter ad ecclesiam spectet, cum etiam *cœmeteria* ecclesia sibi vindicet, et consequenter quoque ius sepulturæ ab ea impetrandum sit, quem in finem in plerisque *ordinationibus ecclesiasticis* etiam de *sepultura* et *cœmeteriis* agitur. Similiter SCHILTER *lib. II. iur. can. tit. 14. § 4.* censet, *concessionem sepulturæ* ad *potestatem ecclesiasticam* pertinere, ex quo inferri potest, idem quoque de *denegatione* esse dicendum. De hac tamen sententia iam olim nutasse videtur ZIEGLER *in not. ad Lancell. lib. II. tit. 24. §. 11.* asserens, *denegationem sepulturæ honestæ non præcise pertinere ad claues ecclesiæ, cum potius sit animaduersio in eos, qui iam per potestatem clauium notati sunt.* Eandem videtur profiteri sententiam ill. BERGERVS *in œcon. iur. lib. II. t. 1. §. 3. not. 8. p. 210.* et. *nota*, ait, *cognitionem de honeste funerando, esse magistratus politici; at cognitionem de ceremoniis in funere adhibendis, ecclesiastici.* Sed tamen non satis determinat, quid per *honestam* intelligat *sepulturam* et *inhonestam*, et annon potius *caninam*, vel *priuationem omnis sepulturæ* intelligat Eum magis in hanc inclinare sententiam, colligo ex *not. 1. cit. l. p. 208.* vbi definit *inhonestam*, additque, quod fiat, causa cognita a consistorio. B. STRYKIVS *in vs. mod. ad tit. de relig. et sumt. fun.* eodem cum Dn. BERGERO modo distinguere videtur, atque, *potestatem disponendi de funere, an honeste quis sepeliendus sit vel non? mere politicam esse, nec ad consistorii cognitionem directo pertinere. Denegatio enim*, addit, *sepulturæ honestæ pœna est, quam non infligit, nisi qui ius cognoscendi de crimine commisso, illudque puniendi habet; atqui vero hoc ad magistratum politicum pertinet. Potestas vero de ceremoniis in funere adhibendis, de concionibus funebribus ordinandis, et aliis ad liturgiam pertinentibus, spectat ad iudicium ecclesiasticum.* Verum quæ circa Dn. BERGERI sententiam monui, etiam hic monenda sunt. Vtplurimum quæstionem: *an quis sit in cœmeterio sepeliendus nec ne?* ad *liturgica* referunt, et eius cognitionem *consistorio* de-

man-

Digitized by Google

mandant. Quod vero *magiſtratui politico* tribuitur, cognitionem, *an quis ſepultura plane priuandus ſit, nec ne?* reſpicit, prout B. STRYKIVS *cit. l.* hæc addit: *Alias vero, an quis ſepeliendus ſit vel non, magiſtratus politicus cognoſcet.* Inde euidens eſt, B. auctorem tantum *priuationem totalem ſepulturæ in pœnam* magiſtratui politico conceſſiſſe. Aſt denegatio *communionis cœmeterii* non eſt *priuatio ſepulturæ* in genere, ſed tantum *eccleſiaſticæ*, quæ tum ex *loco*, tum ex *liturgiis* denominatur, cuius cauſa fere ab omnibus vindicatur conſiſtorio. Et vt binis verbis dicam: *priuationem ſepulturæ*, quorſum etiam *aſininam* et *caninam*, quæ fit vel ſub *patibulo*, vel in loco, vbi cadauera brutorum condi ſolent, conferre videntur, ad cognitionem *magiſtratus politici; eccleſiaſtici* vero ſubiiciunt *inhoneſtam ſepulturam* ſimplicem, quæ fit *absque concurſu cleri et populi extra cœmeterium*, in loco alias non inhoneſto. *Nempe*, ait CARPZOV. *lib. II. Iurispr. conſiſt. def. 382. n. 3. pro ratione circumſtantiarum, defuncti, licet non canina aut aſinina, attamen ignominioſa extra cœtum pie defunctorum afficiuntur.*

Plerique cognitionem conſiſtorio deferunt.

§. XXXVIII. Cum hac ſententia fere conſpirat praxis omnium conſiſtoriorum Germaniæ inter proteſtantes, et cur non conſpiraret, cum *denegatio ſepulturæ eccleſiaſticæ* ex hactenus dictis ſit *excommunicationis* ſpecies? *Quibus enim non communicamus viuis, nec mortuis communicare debemus.* In cœmeterio, iuxta verba CARPZOVII iamiam adducta, eſt *cœtus pie defunctorum*, quibus minime aſſociandi infideles, excommunicati, aliiue ſcelerati, vtpote quibus viuis non communicauimus. Si dicis, nos non facere *oblationes pro defunctis*, nec ſacrificium, nec orationes, multo minus cœmeteriis noſtris ineſſe ſanctitatem; ea eſſe loca publica, ſine tali qualitate, ſepulturæ deſtinata; denegationem *ſepulturæ eccleſiaſticæ* eſſe ſpeciem *pœnæ*, a magiſtratu politico exercendæ: in promtu eſt reſponſio noſtratium, eſſe tamen *beneficium eccleſiæ*, recipi in cœmeteria cum ritibus conſuetis, inter confluxum cleri et populi; liturgiam celebrari in ipſa funeris deductione, cuius beneficii illi participes fieri non debent, quibus viuis *non communicauimus, h. e. in conſortio religionis viximus*: ineſſe huic denegationi *excommunicationem*, der Todten-Bann, quam exercet conſiſtorium; hanc ipſi eſſe quidem pœnam, ſed *eccleſiaſticam*. Ita quicquid noſtrates corradere poſſunt, adferunt, vt, quamuis rationes iuris canonici a noſtris abhorreant moribus, principium tamen, quod eas produxit, retineant. Nec hoc adeo mirandum, cum noſtra conſiſtoria in plerisque efformata ſint ad imaginem iudiciorum eccleſiaſticorum pontificiorum.

Cum ſit excommunicationis ſpecies et pœna eccleſiaſtica.

§. XXXIX. Quibus vero *communio cœmeteriorum* ſit concedenda, quibus deneganda, facile itidem ex antea adductis colligi poteſt fundamentis. Scilicet, *quibus communi animus viuis, etiam his mortuis communicare debemus*, et beneficia eccleſiæ indulgere. Licet ita philoſophari cum communi Dd. ſchola, vt praxin eo rectius intelligamus. Olim in *concilio Moguntino* quæſtio fuit mota: *an ſuſpendio puniti ſepultura eccleſiaſtica humandi ſint?* Reſpondent patres in *c. 30. C. 11. q. 2.* hoc modo: *Quæſitum eſt ab aliquibus fratribus de his, qui in patibulis ſuſpenduntur pro ſuis ſceleribus, poſt confeſſionem Deo peractam, vtrum cadauera eorum ad eccleſias deferenda ſint, et oblationes pro iis offerendæ? Quibus reſpondimus, ſi omnibus de peccatis ſuis puram confeſſionem agentibus et digne pœnitentibus communio in fine ſecundum canonicum iuſſum danda eſt, cur non eis, qui pro peccatis ſuis pœnam extremam perſoluunt?* Similiter in *can. 31. ibid. et c. 2. X. de furt.* de *furibus* et *latronibus* ita cautum: *Fures et latrones, ſi in furando et deprædando occidantur, viſum eſt pro eis non eſſe orandum, ſed ſi comprehenſi, aut vulnerati, presbytero vel diacono confeſſi fuerint, communionem eis non negamus.* De *raptoribus* idem formatur iudicium, in *c. 5. X. de raptor.* additurque, quod, accepta pœnitentia, in cœmeterio poſſint ſepeliri. Nec hodie cadauera punitorum *indiſtincte* ſepultura in cœmeteriis privantur, maxime eorum, qui *gladio* aut *ſuffocatione in aquis* puniti ſunt, CARPZ. *prax. crim. qu. 137. n. 69.* aut *in foro publico ſuſpenſi.* Qui extra vrbem *rota* aut *patibulo* afficiuntur, omni ſepultura priuantur in terrorem aliorum. ZIEGLER. *ad Lancell. lib. 2. tit. 24. §. 13.* Prouocat etiam hic HEIGIVS *P. II. q. 37. n. 22.* ad rationem iuris canonici: *Nam qua ratione*, ait, *illis ſacramentorum vſus viuentibus permiſſus fuit, eadem et ſepultura communio concedenda eſt.*

Inde eſt, quod nec hodie cadauera punitorum indiſtincte a cœmeteriis excludantur.

§ XL. E contrario illis *deneganda communio cœmeterii*, cum quibus viuis ſpiritualiter communicare non licuit. Proinde (1) *infideles*, h. e. *Iudæi*, *Turcæ*, aliique *idololatræ*, cœmeterio haud inferuntur, ſed vel locum ſeparatum habent, vel extra cœmeterium conduntur prope eiusdem marginem. Pontificii adeo a tali ſepultura abhorrent, vt eccleſiam vel cœmeterium ex illatione huius cadaueris pollui ſtatuant. PETR. FRANCISC. PASSERINVS *de pollut. eccleſ. diſp. 8. c. 1. et 2.* Hac de re olim ita cenſuere patres *concilii Aurelianenſis* in *c. 27. de conſecrat. D. 1. Eccleſiam, in qua paganus ſepultus eſt, non liceat conſecrare, neque miſſas in ea celebrare, ſed iactari foras et mundari oportere.* Similiter in *c. 28. ibid.*

A cœmeterii communione excludantur 1) pagani.

ibid. eadem ſententia confirmatur: *Eccleſiam, in qua mortuorum cadauera infidelium ſepeliuntur, ſanctificare non licet; ſed ſi apta videtur ad conſecrandum, inde euulſis corporibus et raſis parietibus vel tignis eius loci, reædificetur: ſed ſi hæc conſecrata antea fuerit, miſſas in ea celebrare licet, ſi tamen fideles fuerint, qui in ea ſepulti ſunt.* Ecce, quam grauiter *communicationem cum his cadaueribus* fugiant! Equidem *pollutionem* talem, ex intima ſuperſtitione productam, non agnoſcimus, cœmeteria *benedictione* haud initiamus, nec commercium tale aut communionem cum cadaueribus ſtatuimus; interim tamen, nec *paganorum* aut *infidelium* cadauera noſtris inferri cœmeteriis patimur. Etiam apud nos *Iudæi* habent ſua cœmeteria. Noui, hinc inde *Turcas*, in ſuis erroribus defunctos, extra cœmeterium ſepultos fuiſſe. Sic maiorum noſtrorum moribus vivimus, vtut eorum rationes apud nos ceſſent. Non tam ſtricte tamen et rigoroſe hoc vtimur iure, præſertim cum *pollutionem*, vt figmentum inane et cerebrinum, reſpuamus. Exiſtimamus, hoc eſſe arbitrarium, et pro re nata ab hoc more recedi poſſe. Illuſtrat hoc egregio exemplo METERANVS *lib. 23. anno 1601. p. 165.* quem refert SCHILTER in *prax. iur. Rom. ex 21. §. 32.* quo cum ineunte ſeculo XVII. rex Summatræ Mahumedanus legatos ad MAVRITIVM principem mitteret, et primarius Mittelburgi fato functus eſſet, nihilominus honorifice eum et quidem *in loco ſacro*, auf dem alten Kirchhof, ſepultum fuiſſe, teſtatur. Praxis proteſtantium.

§. XLI. Proxime (11) infidelibus accedere dicuntur *hæretici*, cum quibus prorſus communicare, ſub pœna excommunicationis, haud licet. In *concil. Lateranenſ.* iuxta *c. 8. X. de hæret.* damnati ſunt *Gazari* hæretici, de quorum ſepultura hæc decernunt patres: *Si autem in hoc peccato deceſſerit, neque ſub priuilegiorum noſtrorum quibuscunque indultorum obtentu, neque ſub alia quacunque occaſione oblatio pro eo fiat, aut inter chriſtianos accipiat ſepulcrum.* Quid? Quod etiam horum cadaueribus pollui dicuntur cœmeteria, reconcilianda *aſperſione* ſolenniter benedicta. *c. 7. de conſecrat. eccleſ.* Grauior adhuc pœna imminet eis, qui tales *eccleſiaſticæ ſepulturæ* tradere auſi fuerint, vtpote qui iuxta *c. 2. de hæret. in 6.* vsque ad ſatisfactionem idoneam excommunicationis ſententiæ ſubiacent, nec *abſolutionis beneficium merentur, niſi propriis manibus publice extumulent et proiiciant huiusmodi corpora damnatorum; ipſe locus vero ſepultura perpetua carere debet.* 1) Hæretici.

§. XLII. Proteſtantes nonnulli ſaniori vtuntur ſenſu, nec hæreticos a cœmeteriis arcendos eſſe cenſent, ducti exemplo MARCIANI imperatoris, qui in *l. 9. C. de hæret. et Manich.* cenſuit, *humanum et pium eſſe,* Proteſtantes quidam contrarium aſſeruntur.

Digitized by Google

esse, hæreticos sepeliri legitimis sepulturis, quorsum etiam PHOTII *nomocan. tit. 12. c. 2.* collineat, ex iure veteri confirmans, *legitimis hæreticos tradendos esse sepulturis.* ZVSTELLVS *in bibliothec. iur. can. vet. p. 1064.* conf. CRANIVS *in diss. de constit. relig. P. 2. prob. 6.* Id ipsum mouit SPONDANVM, vt tractatum *de cœmeter. sacris*, huius erroris putatiui refellendi causa, scriberet, maxime contra protestantes, si credimus GONZALEZIO *ad c. 12. X. h. t. n. 7.* vbi potissimum nostrates arguit, quod asserant, hæreticos non esse *iure sepulturæ ecclesiasticæ in cœmeteriis* privandos, cum tamen cum ipsis nulla communicatio in vita permissa fuerit. Equidem non necesse est, contra SPONDANVM et GONZALEZIVM certamen suscipere, postquam in principio *communicationis* magnopere discrepamus, et antequam in eo conueniamus, ad hanc conclusionem deuenire non possumus. Imo adhuc præiudicialis supereſt quæstio, an *protestantes* omnes tam constanter et serio hanc conclusionem repudient? CARPZOVIVS sane admodum fauet doctrinæ, quam defendit contra protestantes SPONDANVS. Is enim *lib. II. iurisprud. consist. def. 383. n. 10. seq.* distinguit inter hæreticos *simpliciores* et *pertinaces; illis* quidem non denegat sepulturam in cœmeterio, vt tamen remissiores sint ceremoniæ: *his* vero omnem fere honestam denegat, *quo prærogatiua relinquatur piis et orthodoxæ religioni addictis, et ne in morte nimis honorentur, qui viui odio habiti fuerunt.* Quinam autem dicendi sint *pertinaces hæretici?* non addit; sine dubio autem eos ex principiis iuris pontificii definiendos esse credit, quod hac distinctione etiam vtitur. Optandum omnino foret, vt nunquam hæc decisio ICto tam eximio excidisset; præsertim cum eam speciatim ad *reformatos* applicet, addatque rescriptum consistorii supremi Dresdensis, quo reformatæ religioni addicto sepultura ecclesiastica denegata, et mandatum: daß er ohne Ceremonien auf einem Kirch-Hof vor der Stadt beyseits an der Mauren möge begraben werden. Locus prope murum inhonestior creditur, adeoque, licet adhuc tali non fuerit negata sepultura in cœmeterio, in eo tamen loco tantum permissa, qui *inhonestior* ex vulgi opinione creditur, et in effectu, vt aperte et sine fuco loquamur, reformato inter protestantes, puriori doctrinæ deditos, sepultura ecclesiastica denegata est.

An omnes protestantes idem sentiant?

§. XLIII. Si certamen SPONDANO cum CARPZOVIO fuisset, credo, eos facile componi potuisse, quia aut plane non, aut parum inter se dissentiunt. Audiamus CARPZOVIVM, apertius mentem suam *def. seq. n. 2, seq.* declarantem, et de *pertinacibus*, h.e. qui conuinci non potuerunt, vt ad nostra transirent sacra, (nemo enim scienter errat, nisi insanus) ita loquen-

Carpzouii crassior philosophia.

Digitized by Google

quentem: *Licet enim hi posteriores, adhuc viuentes a nostrarum ecclesiarum consortio se ipsos segregantes, post mortem asinina digni habeantur sepultura, attamen qui ex simplicitate errant, et in sua simplicitate hinc discedunt, honesto non debent priuari funere, ademtis licet vel attemperatis saltem ceremoniis consuetis.* Quis crederet, ICtum protestantem tam horride philosophari, hæreticosque, quos *pertinaces* dicit, dignos existimare, qui *asinina* sepeliantur *sepultura?* Crassiora vix reperire potui in scriptis pontificiorum, quorum tamen principio, quod reprobamus, magis hæc doctrina cohæret. Si omnes CARPZOVII doctrina essent innutriti, SPONDANVS frustra contra nos disputasset, quippe quos potius redarguere posset, nos adhuc magis barbaros quam ipsos pontificios esse. Verum, ea consilia tum ferebant illa tempora, nil nisi odium contra reformatos, de quibus loquitur CARPZOVIVS, spirantia, a quo saniores Deus liberauit.

§. XLIV. Excusandus tamen CARPZOVIVS, quod *theologorum* doctrinam secutus videatur. In DEDEKENNI *consil. vol. I. in append. de minister. sect. 7. n. 7.* refertur IO. GERHARDI iudicium, ex *tom. VIII. loc. theol.* petitum, vbi copiose hanc quæstionem examinat, et statum controuersiæ format de *omnibus proprie dictis hæreticis*, (quos tamen non definit) eisque denegat *christianam et honorificam funeris ad cœmeterium deductionem* ex variis rationibus, quibus etiam rationem Romanæ ecclesiæ addit: *Quodsi ergo pii in vita se debent ab impiorum consortio segregare, vtique etiam post mortem non cum illis communicare, honorifica sepultura eos coboneſtando, sed facto ipso demonstrare, quod perfecto odio eos persequamur, christianorum sepulturam iis denegando.* Imo expressius prouocat ad *c. 12. X. h. t.* supra relatum, et hunc textum repetit, approbatque docendo: *Quibus non communicauimus viuis, nec defunctis communicandum esse.* Vides ergo, CRANII doctrinam supra relatam a ICtis pariter et theologis magni nominis reprobari, et sic praxin protestantium non adeo discrepare a doctrina Romanæ ecclesiæ supra relata. In eo tamen quidam videntur mitiores esse, quod *ceremonias ecclesiasticas* quidem hæreticis denegent, (quod non adeo improbandum,) non tamen locum in *cœmeteriis*, modo prope murum, in loco inhonestiori, sepeliantur. Scio tamen, quosdam etiam *cœmeterii communionem* hæreticis denegasse, cum etiam hæc ad *christianam et ecclesiasticam sepulturam* spectet. Compertum habeo ex *actis*, in loco quodam, sacris alias purioribus addicto, decessisse virum, qui antea quidem bacchanalia vixerat, graui vero morbo affectus, ad saniorem adeo redierat mentem, vt, vita prorsus mutata,

Theologorum protestantium sententiæ.

ta, honeſtum ac religioſum ſe omnibus probaret. Hoc ipſo tamen, dum in ſuſpicionem hæreticæ prauitatis incideret, de ſepultura eius poſt fata hæſitatum fuit, quibusdam opinantibus, eum extra cœmeterii ambitum eſſe ſepeliendum, donec tandem vidua obtineret, vt cadauer ſine vllis ceremoniis ſepeliretur.

Per inſtrumentum pacis hoc applicari nequit ad eum, qui approbatæ in imperio religioni eſt addictus.

§. XLV. Hac de cauſa pontificiis olim occaſio data eſt, nosmet proprio iugulandi gladio, nobisque honorem ſepulturæ, ante *pacem religioſam*, denegandi, imo etiam poſt ipſam. Licet enim recte negemus, nos eſſe hæreticos, illis tamen videmur tales eſſe, licet nobis tales non ſimus. Recte ait SALVIANVS *lib. V. de gubern. Dei*: *Hæretici ſunt, ſed non ſcientes. Denique apud nos ſunt hæretici, apud ſe non ſunt. Nam in tantum catholicos ſe eſſe iudicant, vt nos ipſos titulo hæreticæ appellationis infament. Quod ergo illi nobis ſunt, hoc nos illis.* Non potuere ergo non nobis *communionem cœmeteriorum* denegare, et adhuc denegant extra Germaniam, quia quod illi nobis ſunt, hoc nos illis, et quod iuſtum nos arbitramur in genere in hæreticos, illi quoque olim erga nos iuſtum eſſe cenſuere, quippe quibus *hæretici* viſi ſumus. Neceſſe proinde fuit, huic inconuenientiæ medelam afferre, poſtquam *tres religiones* in imperio ſunt approbatæ, et ſic quoad *effectus ciuiles* pro *orthodoxis* declaratæ. Inde cautum in *I. P. art. V. §. 35.* quod ſubditi, alterutri ex his approbatis religionibus addicti, deſpicatui non haberi, *multo minus publicis cœmeteriis honoreue ſepulturæ arceri* debeant. Vtrum catholici hac in re ſponſionem publice datam ſeruauerint, AVCTORIS illuſtris *medit. ad I. P. cit. l. p. 621.* verbis magis, quam meis declarabo. *Iam vero*, ait, *ſi quicquam eſt, quod apud pontificios peſſima fide ſeruatur, hoc ſane eſt capitulum, de honore ſepulturæ: quanquam hoc ipſum eius ſit generis, vt ſeruari maxime poſſet et deberet, cum, quod prouerbio dicitur, canes mortui non mordeant amplius, et homines odia poſt mortem inimicorum non ſoleant exercere, niſi fuerint extreme mali et perditi. Et profecto gentiles etiam nos hac in re multis modis humanitatis officiis vicere, qui honeſtam ſepulturam hoſtibus etiam negare velle, contra ius diuinum humanumque eſſe ſemper credidere. Enimuero videmus quotidie iis locis, vbi pontificii rerum potiuntur, neque proteſtantes ſubditi ius ſepulturæ ex poſſeſſione anni 1624. habuere, ſi quis eorum aut peregrini forte deceſſerint, feros illos et immites nullo modo adduci poſſe, vt mortuis locum aliquem ſuis in cœmeteriis, quo humentur corpora, darent etc.*

§. XLVI.

§. XLVI. Notabile ſane eſt, in hoc §. 35. *I. P.* generatim *honorem ſepulturæ* aſſignari eis, qui vnam ex tribus approbatis profitentur religionem, non habita ratione, an *cœmeterii ius* anno 1624. habuerint nec ne? Vnde ne quidem *peregrini* eſſent honore ſepulturæ priuandi, ſi vel maxime nullum religionis ſuæ exercitium ibi habuerint. Equidem ius ſepulturæ *annexum exercitii religionis liberi* habetur; ſed, vt ego quidem exiſtimo, hoc tantum ſenſu, vt proprium cœmeterii exſtruendi ius habeant, qui publico fruuntur religionis exercitio, non vero vt ab omni cœmeterio excludi debeant, qui anno 1624. nullum religionis exercitium ibidem habuere. Hinc admodum friuola lis fuit, quam recitat FABER *tom. V.* der Staats-Canzley *pag. 6. ſeq.* imo nec hodie tales ceſſant, vti publica documenta teſtantur. Non habito reſpectu anni decretorii.

§. XLVII. Ex eadem ratione (III) *communionem cœmeterii* denegant *infantibus, ante acceptum baptiſmum defunctis*, cum baptiſmus demum ſit ianua, per quam in gremium eccleſiæ, et ſic in eius communionem, intramus. Ait AVGVSTINVS in *c. 142. de conſecrat. D. 4. Nullis præter baptiſmum Chriſti ſalus promittitur infantibus, quia infantes, ſi per ſacramentum, quod ad hoc eſt diuinitus inſtitutum, in credentium numerum non tranſeant, profecto in tenebris manent.* Inde denegant ſepulturam honeſtam infantibus non baptizatis. DVRANDVS *in ration. diu. offic. lib. I. c. 5. n. 14. et 15.* WIESTNER. *in inſtit. iur. can. ad h. tit. art. 1. n. 3.* In hac concluſione communiter *proteſtantes* recedunt a praxi pontificiorum, quod B. STRYK. *in not. ad Brunnem. ius eccleſ. lib. 2. c. 2. §. 12. voc. ad loca religioſ.* inde deducit, quod inter nos ceſſet *conſecratio cœmeteriorum.* Quamuis, ſi hæc vnica ratio attenderetur, plures aliæ concluſiones ceſſare deberent. Apud DEDEKENN. *cit. l. n. 3.* occurrit die Nieder-Sächſiſche Kirchen-Ordnung, vbi ita cautum eſt: Endlich wollen wir auch uns mit unſern chriſtlichen Begräbniſſen von den Papiſten hie abſondern, daß wir mit nichten wollen zulaſſen, daß die ungetaufften Kinderlein, ſo etwan in Mutter-Leibe gelebet, und todt auf die Welt gebohren, mit der Eltern und fürnemlich der Mutter ſchmertzlicher Traurigkeit und Anfechtung, nicht ſolten chriſtlich begraben werden. In *ordin. Vinar. eccleſ. lib 2. c. 17. n. 9.* de his ita cautum eſt: So ſollen hinfüro die Pfarrer und Kirchen-Diener ſolche Kinder, (die todt auf die Welt gekommen) nicht weniger als die andern, mit chriſtlichen Ceremonien, nach iedes Orts Gebrauch zum Begräbniß begleiten, und bey andern Chriſten zur Erden beſtat- 3) Infantes abſque baptiſmo decedentes. Praxis proteſtantium contraria.

by Google

ten. Quid de iis ſtatuendum ſit, qui viui nati, ſed ante baptiſmum morte prærepti ſunt, nihil decernitur.

Si proteſtantes cum catholicis commune cœmeterium habent, infantes nondum baptizatos recte in eo ſepeliunt.

§. XLVIII. Maior ratio dubitandi eſt, quid dicendum in caſu, ſi catholici et Aug. conf. addicti *communi cœmeterio* vtantur, et illi infantes ſuos non baptizatos in loco ſeparato terræ mandent, vtrum etiam A.C. addictos, vt eodem iure vtantur, adigere poſſint? Quæſtio hæc fuit mota in Campidonenſi diœceſi, vbi A. C. addictis Gronebachenſibus, qui communi cum catholicis vtuntur cœmeterio, catholici id imponere voluerunt, quod tamen illi recuſarunt, vti referunt in memoriali, comitiis imperii anno 1690. oblato, apud FABRVM in der Staats-Canzeley *tom. V. p.* 7. ita ediſſerentes: Daß die in dem Gronebachiſchen unförmlich gebohrne Kinder nacher Herbißhoffen bishero getragen worden, iſt allein amore pacis et tranquillitatis geſchehen, iedoch mit zierlichſter proteſtation und reſeruation de non præiudicando, indem die catholiſche Gemeinde uns zugemuthet, auf unſerm gemeinſamlich habenden Kirchhof zu Grönebach und Zell die ungetauften Kinder, gleich denen ihrigen, in das abſonderliche dazu gewidmete zu legen, welches aber wider unſere Gewiſſens Freyheit ſtreitet, indem unſere Religion mit ſich bringet, daß denen ungetauften Kindern um ihrer glaubigen Eltern willen, wenn kein contemtus ſacri baptiſmi mit einlauffet, die Seligkeit nicht abzuſprechen, und wir daher ſchuldig ſind, ſie gemeiner Chriſten-Sepultur zu würdigen; welches ſo wenig als unſer Glaubens-Bekäntniß und übriges Religions-Exercitium ſelbſten verwehret werden kan. Fundat ſe porro in *art. V. I. P. §. 31.* quod liberum religionis exercitium iuxta ſtatum anni 1624. *vna cum annexis* retinere debeant, et inde inferunt: Nach welcher conſtitution wir dann in alle Wege auch bey dem iure ſepeliendi, vtpote annexo cultus religionis, werden zu laſſen, und auf denen Kirchhöfen zu Grönebach und Herbershöffen die ungetauften Kinder wie vor Alters her, alſo hinfürter inter baptizatos et adultos zu begraben berechtiget ſeyn. Sane ſi ſecundum *art. V. §. 48. I.* P. A. C. addictis nihil iniungi poteſt, conſcientiæ aut A. confeſſioni repugnans, nec hoc iis imperari poteſt, vt infantes nondum baptizatos, ad inſtar infidelium et paganorum, ſepultura eccleſiaſtica priuent.

4) Excommunicati.

§. XLIX. Primario vero (IV) *excommunicatos* a *communione cœmeteriorum* excludunt, ac ab omni honore ſepulturæ arcent. In *c. 5. X. de priuil.* mandat pontifex hoſpitalariis, *vt, ſi quos in excommunicatione defunctos in cœmeteriis eccleſiarum ſepelierint, eos extra cœmeteria eiiciant.* Idem quoque inculcatur in *c. 24. X. eod.* et *c. 8. eod. in 6.* adeo, vt nul-

nullum priuilegium, monaſteriis forſan datum, attendi debeat in contrarium; et, ſi in cœmeteriis cadauera excommunicatorum ſepulta ſint, tanquam *polluta* reconciliari debeant, *c. 7. de conſecr. eccl.* de quo plenius ex doctrina canoniſtarum agit PASSERINVS *de pollut. eccleſ. diſp. 8. c. 2. ſeqq.* His enim a potiori poteſt applicari regula iuris canonici. *Quibus non communicauimus viuentibus, iis nec defunctis communicare debemus;* imo, his fere vnice olim denegata fuit eccleſiaſtica ſepultura, vti colligitur ex *c. 3. C. 24. qu. 2.* adeo, vt quamdiu in cœtu fidelium, impii licet, tolerati fuerint, pro eorum anima oblationes ſint receptæ. De pœna eorum, qui excommunicatos in cœmeteriis ſepeliunt, agitur in *Clem. 1. de ſepult.* quam plenius illuſtrat inter Romanæ eccleſiæ Dd. IOSEPHVS GIRALINVS *de ſacra iuris dict. in ferend. pœn. et cenſ. eccleſ. diſqu. 7. q. 2. p. 223. ſeq.* in quam materiam me vlterius haud diffundam. Ab hac doctrina non adeo recedunt mores eccleſiarum noſtrarum; ſiquidem in *ordin. eccl. elect. Sax. art. gen. 11.* expreſſe cauetur: Im Fall, da die excommunicirte Perſon ohne Beſſerung aus dieſem Leben abſchiede, ſo ſoll das Pfarr-Volck nicht bey dem Begräbniß ſeyn, ſondern ſie ohne gebührliche ceremonien durch die beſtallten Todten-Gräber, doch auſſerhalb des Kirchhofes, als ein abgeſchnittenes Glied der H. chriſtl. Kirchen, vergraben laſſen. Idem iisdem verbis repetitum in *ord. eccl. Vinar. lib. 2. c. 27.* vbi in fine hæc additur ratio: Daß es unmöglich, daß ein excommunicirter, wenn er in ſeinen Sünden ſtirbet, ſelig werden könne. In *ord. eccl. Magd. c. 22. §. 30.* de excommunicatis hæc cauta ſunt: Und iſt auſſer allem Zweifel, wenn einer, ſo excommuniciret, und bey der Kirchen in geiſtl. Bann gethan, ohne Erkäntniß ſeiner Sünden dahin ſterben würde, daß er als ein abgeſchnittenes Gliedmaß der Kirchen an einem ſondern Ort, ohne Ceremonien ſoll begraben werden, und niemand der Leiche folgen, als dem es von der hohen Landes-Fürſtl. Obrigkeit, Regierung und Conſiſtorio erlaubet und befohlen wird. Etiam inter proteſtantes.

§. L. Inſuper (V) ſepultura eccleſiaſtica et communione cæmeterii priuantur, *qui in torneamentis perierunt. c. 1. et 2. X. de torneam.* Fuiſſe hos ludos militares, olim vſitatos, certis legibus munitos, notiſſimum eſt, conſtatque ex iis, quæ de his legibus tradunt ſcriptores, a MAVRITIO *de duell. §. 28.* laudati. Hos aliter exſtirpari non poſſe, credidit pontifex, quam ſi his, qui in torneamentis perierant, denegaretur *ſepultura eccleſiaſtica*, vnde tandem in deſuetudinem abierunt. Maior ratio eſt (VI) eorum, *qui in duellis perierunt*, quibus, ex multorum pontificum decretis, itidem *ſepultura eccleſiaſtica* denegatur, et quidem eo magis,

5) Qui in torneamentis pereunt.

6) Vel duellis.

gitized by Google

magis, quo fœdior et abominabilior hæc reipublicæ eſt peſtis. Pontificum conſtitutiones adducit CARAFFA. *tr. 2. de duell.* Iam *ann. 855.* in *concil. Valentino III. c. 12.* de eo, qui in ſingulari certamine periit, hoc cautum fuit: *vt tanquam ſui homicida et propriæ mortis ſpontaneus appetitor, a dominicæ oblationis commemoratione habeatur alienus, nec cadauer eius, iuxta ſacrorum canonum decretum, cum pſalmis vel orationibus ad ſepulturam deducatur.* In *concilio Toletano de ann. 1473. c. 20.* ſimiliter ſancitum eſt, vt, qui in ſingulari certamine obierint, etiamſi ante obitum acceperint pœnitentiæ ſacramentum, careant ſepultura eccleſiaſtica, et diuina officia pro ipſis non dicantur, nec oblationes admittantur. Repetierunt idem Tridentini *ſeſſ. XXV. de reform. c. 19.* ſtatuentes, *vt, ſi in ipſo conflictu deceſſerint, perpetua careant eccleſiaſtica ſepultura.* Quemadmodum enim olim pro his, qui in manifeſto delicto perierant, oblationes non recipiebantur, nec preces fiebant; ita multo minus pro his, qui in tam deteſtando ſcelere occubuere. Eandem pœnam repetiere quoque cæſarum et principum conſtitutiones. In der Käyſerlichen *reſolution* auf das Reichs-Bedencken, wegen der *Duellen d. 22. Sept. 1688. §.* da es dann weiters ꝛc. expreſſe ſancitur: Denen Balgern aber, welche im Duell todt bleiben, ſoll kein Begräbniß in den Kirchen oder Freydhöfen zugelaſſen werden. In *mandato duell. auguſt. reg Boruſſ de anno 1688. art. VII. et 1713. art. VI.* ſepultura aſinina nonnunquam in duello occumbentibus decernitur his verbis: Wann aber iemand von ſolchen frevelhaften Balgern auf dem Platz bleiben, und durch einen, von ſeinen Gegnern ihm angebrachten tödtlichen Schuß, Hieb, oder Stich, ſein Leben verliehren und einbüſſen möchte, ſo ſoll der Cörper des Entleibten, wenn er ein Ober-Officirer, Adelicher, oder ſonſten diſtinguirter Condition, entweder daſelbſt, wo ein ſo unglücklicher Duell vor ſich gegangen, oder an einem andern unehrlichen Ort von dem Schinder eingeſcharret, wofern es aber keiner von Adel, andern zum Abſcheu und Exempel aufgehangen werden. Idem fere placuit *potentiſſ. regi Polon.* in *mandato de duell. de anno 1706. art. XXX.* vbi: Im Fall einer, oder beyde Duellanten, aufm Platz blieben, oder an denen, bey der action empfangenen Wunden, wenn ſie lethal befunden, verſterben, ſo ſollen die Cörper, wenn es von Adel, und ſelbiger priuilegien theilhafftige, auſſerhalb des Kirchhoffes oder an dem Ort, wo die Miſſethäter hingeleget werden, durch den Todten-Gräber in der Stille begraben, wenn ſie aber von geringerm Weſen und Stande durch den Nachrichter fortgeſchleppet, und an den Galgen gehencket werden.

§. LI.

§. LI. His proxime accedunt (VII) *qui sibi violentas, ex destinato consilio, inferunt manus*, quibus in *concil. Bracarensi I. c. 34.* relato in *c. 12. C. 23. q. 5.* denegata est sepultura ecclesiastica his verbis: *Placuit, vt, qui sibi ipsis voluntarie, aut per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitium, aut per suspendium, vel quolibet modo, violentam inferunt mortem, nulla prorsus pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadauera deducantur.* Et multorum populorum moribus, hos omni sepultura priuatos fuisse, docet GONZALEZ *ad c. 11. n. 5. X. h. t.* multo magis ergo ecclesiastica priuari debuere. Nec praxis ecclesiarum nostrarum a Romana diuersa est, vt constat ex traditis CARPZOVII *lib II. iurispr. consist. def. 376.* B. STRYKII *in not. ad ius eccles. Brunnem. lib. II. c. 2. §. 12.* SCILTERI *lib. II. instit. iur. can. tit. 14. §. 9.* et variis ordinationibus ecclesiasticis. Ante omnia tamen constare debet, *pessimo consilio* hoc scelus perpetratum fuisse. Qui vel *casu* pereunt, quale exemplum in *c. 11. X. h. t.* sistitur, vel ex *melancholia, furore, phrenesi*, aut *morbi vehementia*, semet ipsos occidunt, communione cœmeterii haud sunt priuandi, vtut in ceremoniis quid remitti, vel quandoque decerni soleat, vt, sine externa pompa, sepeliantur. CARPZOV. *c. l. def. 377. et seqq.* Neque enim pro his olim ecclesia oblationes respuebat, nec communionem precum denegare poterat. Proinde in *ordin. eccles. Magdeb. c. 12. §. vlt.* decernitur: vt, antequam tales sepeliantur, solches durch die Pfarrer und Inspectores, zu der Magdeburgischen Regierung und Consistorii Censur gebracht werden, oder, so es die Zeit leidet, zu der hohen Landes-Fürstlichen Obrigkeit Arbitrirung und Erkäntniß stehen soll. 7) Autocheiri.

§. LII. Quid si quis *culpa sua periit*, quales casus tristes plures eueniunt, an hi quoque iis, qui sibi manus intulerunt, accensendi? Ante aliquot annos ad *facultatem iuridicam nostram* relatum fuisse casum, memini, quo iniuria a vilissimo nebulone accepta *præfecti* alicuius bilem adeo commouerat et stomachum fecerat, vt in terram decidens subitanea statim morte exstinctus fuerit. Consistorium loci sepulturam ecclesiasticam defuncto negabat ideo, quod sibi *culpa sua* mortem conscisse videretur. Cognati grauiter eius honestam vrgebant sepulturam, donec tandem, re ad facultatem delata, per sententiam ipsi sepultura in cœmeterio concessa fuerit. Periit hic sane infelici fato, nec sine sua quidem culpa, non fuit tamen proprie sic dictus *αὐτόχειρ*; neque enim, destinato animo, manu mortem accelerauerat, et, si tam acerbum ac rigorosum iudicium esset ferendum, plerisque sepultura ecclesiastica foret ne- An etiam qui culpa pereunt.

Digitized by Google

ganda, cum plurimi fata ſua properare ſoleant, *luxuria*, *triſtitia*, aliisque noxiis affectibus. Non pauci ſubitanea morte abrepti leguntur. Quot nautæ pereunt, vna cum nauigantibus? Opifices, architecti, ſæpe ſua culpa ſe præcipites dederunt. Equitantes equorum impetu oppreſſi etc. Nec eſt, quod dicas: præfectum hunc in furore iracundiæ, adeoque in peccato graui, occubuiſſe? Magis enim *culpa* quam *deſtinatum conſilium* cauſa mortis fuit, præſertim cum iniuria nebulonis viliſſimi exacerbatus ac in iram coniectus fuerit, quo caſu obtinet illud poetæ: *ſæpe grauis magnis res fuit illa viris.* Quibus omnibus et aliæ naturales accedere potuerunt cauſæ, quæ mortem accelerarunt. In dubio vero mitius iudicium de infelici eiusmodi fato ferendum, et humanius agendum. Vnde etiam his, qui in *puteo* vel *flumine*, vel alio loco exſtincti reperiuntur, communio cœmeterii non eſt neganda, cum nemo præſumatur, ſe præcipitem dediſſe. ZIEGLER. *ad Lancell. lib. 2. tit. 24. §. 9.*

8) In reatu grauiſſimo mortui.

§. LIII. Equidem (VIII) etiam cadauera *delinquentium*, *in reatu mortuorum*, extra cœmeterium eſſe ſepelienda, docet CARPZOV. *cit. l. def. 379.* Sed non indiſtincte id admitti poteſt. Aut enim *confeſſi ac convicti* ſunt, *aut non. Priori* caſu delictorum ratio habenda, quæ ſi talia fuerint, vt omni ſepultura puniti priuari debuiſſent, non iniquum eſt, cadauer *ſub patibulo* ſepelire: ſi vero pœna gladii vel ſuffocationis decernenda fuiſſet, et de ſeria pœnitentia delinquentis conſtet, iuxta principia eccleſiaſtica *communio cœmeterii* tali non eſt deneganda, quæ nequidem denegata ei fuiſſet, ſi pœnam promeritam ſuſtinuiſſet. *c. 5. X. de raptor. c. 2. X. de furt. c. fin. h. t. c. 30. ſeq. C. 13. qu. 2. Poſteriori* caſu eo minus ſepultura eccleſiaſtica eis denegari poteſt, quanto incertius eſt, vtrum reuera delictum commiſerint? adeoque pœna aliqua in cadauer tale ſtatui nequit; id quod et ipſe CARPZOVIVS fatetur, *l. c. def. 380.* Hanc enim excommunicationem reuera ſpeciem *pœnæ* eſſe, nemo forſan negabit.

9) Publici peccatores et ſcelerati.

§. LIV. Similiter (IX) *publici et notorii peccatores*, variisque *ſceleribus inquinati*, licet non ſint nominatim excommunicati, honore ſepulturæ eccleſiaſticæ priuantur. In genere cautum eſt in *c. 21. C. 13 q. 2.* ne *pro impiis oblationes aut memoriæ* fiant, quamuis chriſtiani fuerint. Cum vero, quinam *notorii impii* dicendi ſint, dubitationem recipere poſſet, inde *ius canonicum* ſpecialibus exemplis id paſſim declarauit. Huc retulit eum, 1) qui ad minimum in paſcha *euchariſtiæ ſacramentum* non recepit, *c. 12. X. de pœnit. et remiſſ.* Poſtquam enim INNOCENTIVS III. tribunal confeſſionis auricularis erexit, ſimul conſtituit, vt ad minimum *ſemel in anno* quilibet chriſtianus *proprio parocho* peccata ſua confiteretur, et pœni-

Quales ſunt: (1) Euchariſtiæ contemtores.

nitentiam impoſitam impleret, ſine qua, ſeu ſatisfactione quadam, peccatorum remiſſio fruſtra eſſet ſperanda. Imo, qui iuxta antiquiſſima eccleſiæ principia, euchariſtiam ceu *communionis perfectiſſimæ fundamentum*, ſpernit, ſe ipſum communione eccleſiaſtica priuaſſe videtur. Inter proteſtantes eo vtimur iure, vt *manifeſti* demum ſacramenti huius venerandi contemtores hoc honore priuentur; neque enim ad certa tempora præciſe alligati ſumus, nec *ſatisfactionis* neceſſitatem agnoſcimus. Vnde eo magis cauendum, ne ex ſolo *non-vſu* mox contemtus inferatur, ſed in mores, vitam, aliasque defuncti circumſtantias inquiratur, cum quis bona fide errare, et ex ſcrupulo quodam conſcientiæ a S. cœna abſtinere potuerit. In *ord eccl. Magdeb. c. XII. §. 14.* de his ita ſtatutum eſt: Aber die Leute, ſo nicht allein in ihrem Leben, ſondern auch im Sterben Gottes Wort und die Heil. Sacramenta verachten, ihre Sünde nicht erkennen, noch des wahren Leibes und Blutes JEſu Chriſti genieſſen, und ſich ſeines Verdienſtes nicht getröſten wollen, ſollen mit keinen chriſtlichen Ceremonien in die Erde gebracht werden, weil man ſolche für keine Gliedmaſſen der chriſtlichen Kirche halten kan. Si ergo non ſunt membra eccleſiæ, cum iis omnis communicatio ceſſat.

§. LV. His accenſentur 2) *vſurarii manifeſti, c. 3. X. de vſur.* eo quod vſuras *furto* æquiparent pontificii, et ea de cauſa abſolute eas prohibuerint. Equidem hodie plures dantur vſurarii etiam manifeſti, h. e, vltra qualitatem permiſſam vſuras accipientes, vel alios vſurarios contractus ineuntes; ſed rarior tamen huius pœnæ eſt executio. Etiam inter proteſtantes leges non deficiunt ſimilem pœnam dictantes; vt videre eſt ex CARPZOVII *prax. crim. qu. 91. n. 36.* vbi mandatum electoris Saxoniæ adfert, quo cautum: Daß ſie als öffentliche Leutſchinder und Landes-Verderber zum Beichtſtuhl und tröſtlicher Abſolution oder Tiſche des HErrn durchaus nicht gelaſſen, auch nach ihrem Tode mit chriſtlichen und gebräuchlichen Ceremonien nicht beſtattet werden ſollen. Sed forſan hodie variis ex cauſis executio deficit, neque, quod quidem arbitror, tam nefandum ſcelus in vſuris deprehenditur, quod pontificii fingunt. 3) *Blaſphemi*, ſi pœnitentiam impoſitam ſuſcipere renuunt. *c. 2. X. de maledict.* 4) *Laici*, qui *decimas* poſſident, nec eccleſiæ reſtituunt; *c. 19. X. de decim.* has enim absque animæ ſuæ periculo laicum retinere non poſſe cenſent, cum clero a Deo ſint datæ. Verum hoc petit id, quod eſt in principio, et ideo a proteſtantibus merito repudiatur. Interim vel hoc exemplum docet, clericos hoc remedio facile ſibi contra laicos ius dicere potuiſſe, quia ſepulturæ eccleſiaſticæ ius ac cognitionem *in ſua manu* habent,

(2) Vſurarii manifeſti.

(3) Blaſphemi.

(4) Decimas non reddentes.

Digitized by Google

(5) Monachi proprium quid haberes.
(6) Clerici concubinarii.
(7) Interdicti.

bent, eodem modo, vt *excommunicationem* viuentium, qua ſpiritualem gladium, h. e. dominatum ſacrum exercent. 5) *Canonici* et *monachi*, qui contra *votum paupertatis* proprii aliquid habuerunt, ac poſt mortem apud eos repertum eſt; id quod grande nefas eſſe cenſet. *c. 4. X. de ſtat. monach.* 6) *Clerici concubinarii* notorii *c. 6. D. 32.* 7) Speciatim *interdicti*, adeo, vt, qui hos cœmeterio ſepelit, ipſo iure excommunicatus ſit. *Clem. 1. de ſepult.* Imo etiam generali interdicto contineri ſepulturam eccleſiaſticam, liquet ex *c. 24. X. de priuil.* et *c. 11. de pœnit. et remiſſ.* Verum hoc a praxi noſtra alienum, nec neceſſe eſt, vt vlterius hoc illuſtrem.

De iure parochiali circa ſepulturam remiſſiue.

§. LVI. Ad TERTIVM MEMBRVM varia alia iura, non leuis momenti, pertinent, veluti quod quilibet *in propria parochia* ſepeliri debeat, *c. i. ſqq. h. t.* quod, hoc non obſtante, cuilibet nihilominus integrum ſit, ſibi *alibi* eligere ſepulturam; quod *translatio* mortuorum ad propriam parochiam nemini ſit interdicenda; quod ſepulcra ſint vel *communia* vel *propria*, atque hæc vel *familiaria* vel *hereditaria*; quod ſepultura *gratis* ſit concedenda; quod hodie inter nos ſepulcra quodammodo ſint in commercio, in proprietate, et quæ ſunt huius generis alia. Quia vero de his ſimilibusque quæſtionibus ex profeſſo *in iure paroch. ſect. IV. c. 2.* actum eſt, et ad *tit. de ſimonia* nonnulla adducenda ſunt, illas hic intactas relinquo.

TITVLVS XXIX.

DE PAROCHIIS ET ALIENIS PAROCHIANIS.

De iure parochiali remiſſiue.

Diffuſiſſima materia *h. t.* proponitur, de qua BARBOSA aliique plures integros ediderunt tractatus. Sunt enim in *republica eccleſiaſtica*, quam magiſtri eccleſiæ Romanæ fingunt, plures quaſi *ciuitates municipales*, propriis rectoribus inſtructæ, per quos reguntur, et *ius bannarium* exercent, quarum faciem reuera *parochiæ* ſuſtinent. Egi de his *ſpeciali tractatu*, cuius tradita ita comparata ſunt, vt illuſtrationi *huius tituli* commode inſeruire poſſint. Hac de cauſa tertiam *huius tract.* de *iure parochiali* editionem auctiorem et emendatiorem cum *ſupplemento*, præiudiciis variis referto, exhibui, et ita inſtruxi, vt commode huic *tomo II. iuris eccleſiaſtici* annecti, et inſtar *commentarii* huius tituli inſeruire poſſit. Quæ cauſa quoque eſt, quod, prout in *præfatione* iam indigitaui, in hac *parte altera* ſubſiſtam, eique imponam finem.

FINIS.

ANT 13170-9
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google